
BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
37 H G
8

# ¶ Expositio in Exodū, iuxta quadruplicē sacre scripture sensum: literalē scilicet, moralem, allegoricum, & anagogicum: authore fratre Guillelmo Pepino, sacre Theologie ꝓfessore, religiosi cōuētus Ebroycen. ordinis Predicatorum alumno, & incola.








Parisijs,
Apud Joannem Paruum, sub Lilio aureo, in via ad diuum Jacobum.
1534.

# F. THOME LAVRENtij, doctoris Theologi, Prædicatorū ordinis Epistola, Ad candidum lectorem.



EN tibi candide lector, quanuis posthumus, tamē partus mirum quàm generosus, insignis tum eruditione, tum pietate viri F. Guilelmi Pepini, Theologi: quem in Exodū, paucis antè diebus quàm moreretur, cōceperat, editurus aliquando, si per vitā & ocium licuisset. Immatura eius mors in caussa est, cur immaturum nobis hunc fructum reliquerit, ipse alioqui de multorum studijs bene meritus, præsertim eorum qui operas suas ad docendi, seu concionandi officiū transtulerūt. Scripsit enim homilias in omnem euentum, siue ad hortandum, siue ad dehortandū: siue ad laudandum, siue ad vituperandū: concionatoribus valde accommodas: eásque non pauciores, quod ausim dicere, quàm equus

 Troianus

Troianus emisit milites. Cùm autē hæc omnia in gratiā tyronum,seu eorum qui sine cortice, quod aiunt, nondum natāt: tum verò maioribus prodesse volens, simul cum tēpore & ingeniū mutare cœpit,aggressusq; est pręclara edere volumina (spero, nō minori fructu ac labore) in sacras literas: nēpe in Psalmos,in librum Geneseos,& quosdam alios,quos iam senex & grandis natu,ad limam correctos edidit. De vtilitate iudicare possunt in quorū manus ea opera peruenerunt. Mihi certe constat,quàmplurimos esse adiutos,è quorum numero vel primū me esse testari non erubesco: quanquam nunc hominū genus sit, quod nullos agnoscit minus,quàm per quos in studijs sentit se promouisse. Sed vt ad institutū redeam, posteaquā Guilelmus noster absoluit libros plurimos, non cōtinuo quasi miles emeritus suspendit arma ad aras Herculis: sed tāquam nullo vnquā labore vincendus, moribundus homo parauit hæc qualiacunq; videtis in librum Exodum,
in quo

in quo dũ nititur luce clarius nobis aperire myſteria tranſitus Iudęorũ ab Aegypto, in terram promiſſionis: ipſe ab hac mundi ſeruitute pluſquam Aegyptiaca, ſublatus eſt in veram promiſſionis terrã, cælum, vnicum veræ libertatis locum, & vt ita dicã, aſylum. Vide obſecro, quomodo huic duplex ſuſceptum ſit negocium: qui in exponenda Iudaici populi peregrinatione, ſimul iter ſuſcepit & perfecit populi Chriſtiani. Sed hic prolixior eſſe nolo. Quis enim talia fando, temperet à lachrymis? Nõ potuit itaq; vir clariſſimus, & nobis chariſſimus, opus cõceptum in lucem emittere. Proinde ego, & mecum vnà theologus abſolutiſſimus, F. Ioannes Benedictus (nos enĩ duos ille in religione & pietatis inſtitutis à pueritia formauit, & hucuſq; euexit) acceſſimus tanquam obſtetrices, periclitanti partui patrocinaturi, viuumq; excepimus, licèt admodum tenerum: neque viſum eſt nobis hunc aquis inijcere extinguendum: ſed maluimus, quaſi Moſen quendam, mul-

tis profuturū occultè alere, donec videremus eum in hanc ætatulam succreuisse. Infans est adhuc, vos oramus, Candidi lectores, suscipere velitis orphanum hunc, & posthumum, velut compatres, imò vt pij patres. Non in vniuersum abijciendus est, quia posthumus: nam iure Cęsareo posthumi natorum gaudent priuilegijs. Neq; contemnendum est puerile corpus, vbi virilis adest animus: neque obscura dictio impedit, cur min⁹ pręclara sit eruditio. Erat siquidem animus hic admonere curiosulos quosdā, quibus putet quicquid non redolet summam eloquentiam. Sed quorsum istud facerem? quando ipse Cicero eloquētię omnis author (cui isti credunt se pulchrè placere, cū omnes reprehendunt) in philosopho, si absit, eloquentiam non requirit, pręsentē amplectitur. Nobis sanè, nec dubito, quin bonis omnibus, certum est abundè probatam esse eius dictionem, cuius vita cum pietate & sana doctrina, coniūctum habet vel mediocrem orationis fluxum.

# Ad lectorem epistola.

Non magis decet metiri è dictione doctrinam, quàm e veste, aut barba, iudicare philosophum. Magis optarim mihi dari à Deo Opt. Max. humilem Augustini stylum (quem isti damnant Aphricismi) cum eius pietate, quàm ab omni pietate alienissimam Ciceronis splendidam elocutionē: breuiter autem, malim esse Augustini pars, quàm totus Cicero. Tribuendum est aliquid tempori. Cicero non fuisset Cicero, si in Pepini tempora incidisset: cōtrà Pepinus si in secula Ciceronis, facile inter Oratores obtinuisset primas partes. Cæterùm, Vale lector candide, & posthumo nostro fruere.

# ¶ Sequitur ex-
positio super Exodum/ secun-
dum quadruplicem sensum in-
tentata: per fratrem Guillel-
mum Pepin/ cõuẽtus Ebroy-
ceñ. ordinis fratrum predica-
torum. Anno domini millesi-
mo quingẽtesimo vicesimose-
primo/ octaua mensis Nouẽb.



Ec sunt
nomina
filiorũ
Israel/
q̃ igres-
si sunt i
Egy-
ptũ/ cũ
Jacob:
singuli
cũ do-
mib⁹ suis introierũt. Ruben/
Symeon/ Leui/ Judas/ Ysa-
char: Zabulon ⁊ Beniamin:
Dan ⁊ Neptalim: Gad ⁊ Aser.
Erant igitur omnes anime eo-
rum/ qui egressi sunt de femo-
re Jacob/ septuagita. Joseph
aute i Egypto erat. Quo mor-
tuo/ ⁊ vniuersis fratribus ei⁹:
omniq̃ cognatione sua/ filij Is-
rael creuerunt: ⁊ quasi germi-
nantes multiplicati sunt/ ac ro
borati nimis iplceuerũt terrã.
¶ Historialiter postq̃ in pre-
cedenti libro/ qui Genesis dici
tur/ descripsit sanct⁹ Moyses
modum/ ⁊ ordinem creationis
mundi que large potest voca-
ri generatio illi⁹: Propter qđ
dictus liber Genesis dicitur/
scilicet a generatione: Hic cõ-
sequenter in hoc libro descri-
bit modum recreatiõis illius.
Ita vt in Genesi tradatur or-
do generatiõis: In Exodo au-
tem mysterium recreationis/
que facta est mediãte lege/ de
qua infra agitur. Excellentia
autem huius libri/ si tamen li-
ber specialis dici debeat/ sup
alios quatuor ostẽditur/ secũ-
dum glo. ordi. eo scilicet q̃ in
eo continent ea que filijs Is-
rael in figura contingebant:
parit ⁊ mysteria Christi/ atq̃
ecclesie. Item in eo fit mẽtio
de corporali et carnali exitu
filiorum Israel de Egypto: in
quo prefiguratus est spiritua-
lis exitus spiritualium filiorũ
de vera Egypto. i. de peccato/
et de potestate Pharaonis. i.
demonis. Agitur etiam in eo
de transitu maris rubri/ pari-
ter ⁊ de submersione predicti
regis Pharaonis cũ toto suo
exercitu. Per quod spirituali-
ter designabatur/ quomodo ⁊
qualiter in baptismo submer-
gitur potestas diaboli/ ⁊ om-
niũ vitiorum: vt dicitur de cõ-
secra. distinc. iiij. per plura ca-
pitula. In eo autem anime fi-
delium salubriter liberantur.
Sed quia de his in locis suis
specialis mentio fiet: ideo ex-
ordium presentis libri aggre-
diamur. Dicit ergo Moyses in
capite presentis libri: Hec sũt
nomina filiorũ Israel/ qui in-
gressi sunt in Egyptum cũ Ja
cob. Singuli cum domib⁹ suis/
id est familijs introierunt: Ru
ben/ Symeon ⁊c. Iste text⁹ pa
tebit sub deductione dubiorũ.
¶ Primum igitur dubium/ et
quod est generale ad quinq̃ li
bros legis antique/ tale est:
Utrum possit cõuinci ex sacra
scriptura/ q̃ Moyses ediderit
hos

hos quinqꝫ libros: videlicet
Genesim/ Exodum/ Leuiticū/
Numerorum/ Deuteronomiū.
Dicendum ꝙ aliquid posse ex=
trahi/siue cōuinci ex sacra scri
ptura/potest dupliciter intelli
gi:scilicet explicite/ꝛ implici=
te. Quāuis ergo non possit cō=
uinci primo modo ex sacra scri
ptura Moysen edidisse oēs ꝛ
singulos predictos libros / ꝛ
signāter Genesim/cum nondū
ageret vitam in humanis. De
alijs autem quatuor sufficien=
ter explicite istud potest pro=
bari/per ipsummet textū eorū.
Hoc tamen potest secūdo mo=
do. De eo enim dicitur Deute=
ronomij.xxxiiij. in fine: ꝙ non
surrexit vltra propheta in Is=
rael sicut Moyses. i. equalis
quo ad donum prophetie / et
quo ad ea que ibi ponuntur.
Sic est autē ꝙ aliqui prophe=
te prophetauerunt de futuro/
sicut Esaias. vij. cap. dicens:
Ecce virgo concipiet/ꝛ pariet
filium ꝛc. Et sic de alijs ꝓphe=
tis facile probari potest. Un=
de ꝛ propheta/quasi ꝓcul fans
dicitur. Alij autem propheta=
uerunt de presenti occulto/vt
Elizabeth. de qua Luce.j.sic
legitur: Repleta est spiritu san
cto Elizabeth / quandoquidē
eam salutauit virgo Maria/ha=
bens in vtero filium dei/ ꝛ ex=
clamauit voce magna/dicens:
Benedicta tu inter mulieres:
ꝛ benedictus fructus ventris
tui. Et vnde hoc vt veniat ma
ter ꝛc. Hoc modo etiam ꝓphe
tauit de presenti occulto bea=
tus Joannes Baptista/ quan=
doquidē digito ostendit Chri
stum/dicens illud Joan.j. Ec=
ce agnus dei. Unde postea ibi=
dem subdit/dicens: Ego vidi/
et testimonium perhibui/quia
hic est filius dei. Quod autem
aliquis prophetauerit de pre=
terito:ꝛ maxime de illis myste
rijs/que precesserunt suam na
tiuitatem/etiā per annos mul=
le ꝛ vltra:nūqꝫ reperitur in to=
ta sacra scriptura:preter ꝗ̄ de
Moyse:de quo nunqꝫ scriptu=
ra dixisset/ꝙ non surrexit pro=
pheta in Israel sicut Moyses:
nisi habuisset donum prophe=
tie de preterito:scilicet ꝓphe=
tādo de creatione mūdi/ ꝛ di=
cens: In principio creauit de⁹
celum et terram ꝛc. Sed quia
ad predictā authoritatē sum=
ptā ex fine Deuteronomij/pos
set dici conformiter ad glo. or
dinariā ibidem ꝙ istud (vt fe=
runt) Esdras de suo adiecit/
qui bibliothecam a Chaldeis
exustam diuino sensu repara=
uit/ꝛ simul literas quibus nūc
Judei vtuntur inuenit: Pro=
pter quod velox scriba appel=
latus est. Ideo ex alio passu sa
cre scripture restat probare in=
tentum principale. Legit̄ ergo
Luce.xxiiij. ꝙ Christus post
suam resurrectionem apparēs
in specie peregrini duobus de
discipulis suis hesitātibus de
eadem resurrectione sua / vale
de increpauit eos. Et post hec
incipiens a Moyse/ ꝛ omnib⁹
prophetis/interpretabatur il=
lis in omnib⁹ scriptis / que de
ipso erant. Capiendo tamē ly
(omnibus) vt distribuit pro ge
neribus singulorum/ꝛ non pro
singulis generum: quia in tam
breui tempore non potuissent
capere intellect⁹ dictorū di=
scipu=

scipulorum singulas prophetias/aut figuras/que de Christo scripte erant. Ubi notandū q per Moysen intelligitur in proposito vetus testamētum/ comprehēdens quinq libros Moysi: quorum primus est liber Geneseos. in quo etiam cōtinētur: multe prophetie/pariter et figure de Christi incarnatione/passiōe/et resurrectione: quas ipse idē Christus tūc exponebat dictis peregrinis. Ex quo patet q implicite et virtualiter per predicta verba innuit Moysen fuisse authorē predicti libri Geneseos. Quādo autem/vel vbi/scripserit pētatheucum: incertū habemus. Uerisimile tñ est/ q hoc fuit post dationem/legis/descripte in duabus tabulis lapideis in monte Sinai: prout legitur in sequentibus. xxxij. cap. de qua loquebatur Christus ipsis Iudeis/ cum diceba. Joan. vij. Nōne Moyses dedit vobis legem/ et nemo ex vobis facit legem? Similiter et Apost. Gal. tertio. Lex (inquit) data est et ordinata per angelos/ in manu mediatoris. Et nota q dicit ordinata. i. ordinabiliter data/per angelos. i. ministerio angelorum. In manu mediatoris. i. in potestate Christi/ qui est mediator dei et hominum/ vt scilicet huiusmodi lex staret quandiu vellet: atq cessaret/ cum sibi placeret. Et sic patet ad primum dubium.

¶ Secundum dubium. Utrum liber presens/qui Exodus intitulatur/sit alius a priori/ vel cōtinuatio eiusdem. Dicendum q solum est continuatio prioris libri/sicut et tres alij sequētes/qui intitulantur Leuiticus/ Nūerorū et Deuteronomium. Pro quo notādū q isti quinq libri partiales/dicunt liber pētatheucus. i. liber distinctus i quinq voluminibus. Et dicit pētatheucus a penta/ quod est quinq/ et theucos volumen/ quasi liber distinctus in quinq voluminib9/ vt dictum est: et hoc propter fastidium tollēdū: vt dicit Petr9 Comestor. Harum tamē partitionū/quelibet proprium vocabulū libri sortita est. Hec ergo secunda partitio Grece Exodus dicit/ Latine vero exit9. Odos enim Grece iter/vel via dicitur Latine. Bene autē dicitur exit9/ quia agit de exitu Israel de Egypto. Hebraice autem dicitur Elesmoth/ id est hoc a principio ipsius libri: quod idem sonat sicut hec sūt nomina. Elesmoth ergo Hebraice idem sonat sicut/ hoc totum/ Hec sunt nomina. Sic enim premittitur in exordio huius libri/vt patet intuenti: sicut nos a principijs suis psalmos nominamus.

¶ Tertium dubium. Utrum istud volumen conuenienter vocetur Exodus. Uidetur q non. Nam Exodus Grece/exitus dicit Latine: vt immediate dictum est. Modo sic est/q in exordio ipsius voluminis non de exitu filiorū Israel de Egypto agitur/ sed potius de ingressu: cū dicitur/ Hec sunt nomina filiorum Israel/ q ingressi sunt in Egyptum. Igit dicendum/q et si in principio hui9 voluminis agatur de ingressu dictorū filiorum in Egyptum:

ptum: hoc tamen fit vt plenius describatur dictus egressus: de quo est specialis intentio authoris Moysi locus. Uel hoc ideo fit, vt describatur status dictorum filiorum quo steterunt in Egypto: qui decursus est sub multo tempore: quia quadringentis annis. Ut ergo historiographus Moyses conuenientius continuet narrationem suam: et volumen volumini: prius agit de ingressu: deinde de egressu: quod est principale intentum ab eo.

¶ Quartum dubium. Utrum istud volumen sit excellentius priori volumine. Dicendum quod sic: et hoc non quidem ratione authoris: quia idem fuit: sed ratione materie subiecte. Nam in precedenti volumine actum est de generatione siue productione naturali. In hoc autem de generatione spirituali: dummodo spiritualiter intelligatur. Quid enim sibi vult quod Moyses in manu potenti, et brachio extento, eduxit populum domini de terra Egypti: et de manu regis Pharaonis, per medium maris rubri: in quo submersi sunt omnes aduersarij sui: nisi quod venturus esset dei filius in mundum: qui post multa et pene infinita miracula liberaturus esset, per mortem suam, populum in eum crediturum: submersis prius omnibus iniquitatibus suis: vna cum ablatione potestatis diabolice. Et hoc totum in mari rubro. i. virtute passionis predicte. Uel hoc possumus referre ad sacramentum baptismi, quod operatur in virtute huiusmodi passionis, ita vt remittat omnem culpam pariter et penam in foro dei debitam: non autem in foro ciuili.

¶ Quintum dubium. Cum Jacob fuerit binomius: ita quod appellatus sit Jacob et Israel: cur potius hic exprimitur sub nomine Jacob, cum dicitur: Hec sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Egyptum cum Jacob, quam sub nomine Israel? Dicendum conformiter ad dominum Petrum de Pal. allegantem quendam doctorem nomine Andream, quod ratio huius est, ad denotandum quod dicti filij Israel habituri erant multam luctam tribulationis in dicta terra Egypti, sicut rei postea probauit euentus. Hoc igitur preuidens in spiritu prophetico Moyses, describit eos descendisse in Egyptum cum Jacob, potius quam cum Israel: quia Jacob luctatus est cum angelo. Gen. xxxij. Israel autem interpretatur videns deum, quod ad pacificam habitationem pertinet.

¶ Sextum dubium. Cur Moyses non enumerat filios Jacob in presenti textu secundum antiquitates suas: hoc est secundum ordinem primogeniture: sicut numerantur. Gen. penult. excepto quod Zabulon fuit prepositus Isachar: propter causam ibi dictam. Dicendum, secundum eundem Petr. de Pal. quod ratio huius est, quia enumerantur hic dicti filij secundum quod in hoc libro de liberatione eorum agitur principaliter a seruitute. Et ideo premitti debuerunt filij liberarum, scilicet Lye et Rachelis. Et adhuc secundum hunc ordinem

ordinem premitti debuerunt
sex filij Lye / tum quia prima
vxor / tum quia primo conce=
pit et peperit: remanente so=
rore sua Rachele infecunda p
tempore. Deinde subiungitur
Beniamin filius Rachelis. De
Joseph aūt nō fit mētio in ta=
li descensu / quia iam in Egy=
pto erat / vt dr in textu. Conse
quenter subduntur filij ancil=
larum / secundum ordinem ea=
rum. In hoc ergo loco non at=
tenditur idem ordo dictorum
filiorum Jacob / sicut supra: vi
delicet. Gen̄.xlix. Et ideo non
mirum / si non eodem ordine
nominentur. Nam supra cū agi
tur de eorum benedictionib9
a patre / obseruatur et attendi
tur ordo natiuitatis / exceptis
Isachar & Zabulon: qa p̄mo=
geniture debebat̄ benedictio:
partim etiā ibi attenditur or=
do adipiscende sortis. Hic au=
tem attenditur principaliter
ordo dignitatis / secūdū q illi
q̄ nascunt̄ de liberis / sunt di=
gniores illis q̄ nascūt̄ de ancil
lis. Partim etiā attēdit̄ ordo
natiuitat̄ / sed min9 p̄ncipalit̄.
¶ Septimum dubiū est de nu
mero filiorū Israel ingrediē=
tium in Egyptū. Hic enim de=
scribuntur fuisse septuaginta:
& tamen Gen̄.xlvj.tm̄ numerā
tur.lxvj. Actuum autem. vij.
Lucas numerat plures: videli
cet.lxxv. Et eūdem numerum
posuerunt. lxx. interpretes in
translatione sua. Hi autem nu=
meri multum differunt. Dicen
dum ad hoc / q in primo nume
ro & paucior / qui ponit̄ Gen̄.
xlvj. non numerantur Jacob /
Joseph / & dicti filij eius Ma=
nasses & Effraym. Primo qui=
dem non comprehenditur Ja=
cob: quia tm̄ fit ibi mentio de
illis / qui egressi sunt de femo=
re Jacob: impossibile autem
est / q exierit idem homo de fe=
more suo. Similiter non com=
prehēditur Joseph / cum duo=
bus filijs suis: quia iam erant
in Egypto. His ergo quatuor
personis adiūctis ad priorem
numerum / patet q faciunt se=
ptuaginta. Quod autē in Acti
bus Apostolorum ponitur ma
ior numerus: respondet dn̄s
Hugo Cardinalis / q beatus
Lucas ibidem sequitur transe
lationem septuaginta / que tūc
erat famosa / & a Grecis appro
bata: & ideo maluit consentiē=
do eis fidem Christi cōfirma=
re / q̄ sermonem suum suspectū
reddere / si olim credite edi=
tioni videretur contraire. Uel
dic / secūdum Hiero. q p anti
cipationē locuti sunt dicti se=
ptuaginta: enumerando scili=
cet quinq filios filiorum Jo=
seph cum predictis septuagin
ta: quia illi facturi erant duas
tribus. Insuper predictus nu=
merus.lxx. est de mente ipsoꝝ.
lxx. interpretum. vt patet Deu
tero.x. Ubi ipsi transtulerunt
q Israel ingressus est in Egy=
ptum cū. lxx. animab9. Uel vt
dicit magister Hist.sup Gen̄.
xlvj. More scripture summa
ponitur / q̄uis parum desit in
vno loco / aut superest in alio.
De modico enim nō ē nisi modi=
cum curandum. De hoc etiam
multa dicta sunt vbi supra / sci=
licet Gen̄.xlvj. Uel potest dici
q in hoc loco non computant̄
quinq nepotes Jacob / filii sci

licet filiorū Joseph/ que tamē computantur in Actibus apostolorum: Et si dicatur ꝙ nondum erant nati: concedendum est: et ideo istud per anticipationē dictum est/ vt dictū est.

¶ Octauum dubiū. Cur dicit Moyses: Erant igitur omnes anime eorum/ qui egressi sunt de femore Jacob ⁊c̄. Constat enim secundum catholicos/ ꝙ anima non educitur per generationem: sed tm̄ producitur ꝑ creationem. Respondeo/ hic accipiuntur aīe per synodochen: scilicet pro hominibus / accipiendo partem pro toto: sicut ibi. j. Petri. iij. Octo anime salue facte sunt per aquam. Nōie ergo anime denotatur ⁊ denominatur homo/ tāꝗ a digniori ⁊ nobiliori partē totius compositi.

¶ Nonum dubiū mouetur ꝓpter illud verbum: Quo mortuo/ scilicet Joseph/ filij Jsrael creuerunt: ⁊ quasi germinātes ⁊c̄. Queritur ergo quomodo tam cito dictus populus potuit in tantum multiplicari. de quo etiam dicit Psalm. ꝙ auxit populum suum/ supple dominus vehementer: ⁊ firmauit eū super inimicos eius. Ad hoc dicunt Hebrei / ꝙ mulieres Hebree erant omnes fecūde/ sic ꝙ nulla inueniebat' sterilis. Insuper in quolibet partu pariebant plures paruulos: etiam aliquando quatuor / et aliquando sex: maxime cū mulier habeat plures cameras ad condendum proles/ etiam vsꝗ ad. vij. vel. ix. secundum naturales. Insuper diuina volūtas ad hoc specialiter cōcurrebat. Uerisimile est autem/ ꝙ dicte mulieres Hebree tot concipiebāt masculos / quot femellas: ⁊ ediuerso: sicut ⁊ in principio creationis mundi fiebat. Non mirum ergo si dicit' in textu/ ꝙ filij Jsrael multiplicati sunt nimis. i. valde/ vel supra cōmunem modum.

¶ Decimum dubiū versatur iuxta illud vltimum verbum/ impleuerunt terram. Queritur ergo de qua terra loquit' presens textus. Dicendum ꝙ non de tota terra loquitur. Alias tunc filij Jsrael soli inhabitassent vniuersam terram: sed de terra Gessen illis assignatam per Joseph de consensu regis Pharaonis / quando primum descenderunt in Egyptum: vt patuit Geñ. xlvij.

¶ Moraliter ⁊ primo per paucos filios Jsrael / qui ingressi sunt in Egyptum cū patre suo Jacob / quia tm̄ septuaginta: designatur paucitas saluādorum/ ⁊ bonorum subditorꝫ/ qui debent sequi patrem suū/ spiritualem scilicet pastorem/ vel predicatorem: ducentem eos verbo doctrine/ ⁊ exemplo bone vite: in Egyptum. i. per viā que ducit ad vitam eternam. Sed qd sibi vult/ ꝙ dicte anime dicūtur fuisse egresse de femore Jacob: nisi ꝙ boni fideles / ⁊ subditi/ egrediuntur de femore. i. de profundo charitatis bonorum pastorum ⁊ predicatorum. Ibi enim generant eos in Christo: quemadmodū apostolus/ qui dicebat Corinthijs scribens: Per euangeliū ego vos genui in Christo Jesu. j. Cori. iiij. Quod autē subditur/

dītur / Singuli cum domibus suis introierūt: designat q patres siue capita domorum: nō solum debent intendere ppriē saluti: verumetiā debēt (quā-tum in eis est) procurare suoz & vniuerse familie sue salutē: & eos adducere ad Christum: quia vt est Eccli. xvij. Unicuiqz mandauit deus de proximo suo. Et quanto proximior extiterit: tanto ceteris parib⁹ mandat dominus / vt de eius salute cura geratur. Alias pec catū incurrit quia vt dicitur j. Timoth. v. Si quis suorū et maxime domesticorum / curam nō habet: fidem negauit: & est infideli deterior.

¶ Moraliter & secundo / Egyptus interpretat tenebre. Est autem triplex Egyptus inuoluta tenebris / ad quam nobis eundum est: scilicet mundi pec cati / inferni. De prima Egypto scribit Esaie. xix. vbi de incarnatiōe Christi dicit: Ascē-det dñs super nubē leuē / et ingredietur Egyptū. In hac autem Egypto sunt hac tempestate mirabiles tenebre errorz / & signanter erroris Lutheranorum / que sub se continet pene infinitos errores particulares: ita vt videantur in eo renouari pene omnes errores priores / iā suscitati sunt a quingētis / aut supra annis. In hāc autem Egyptū vite p̄sentis ingrediuntur quotquot nascū tur paruuli / inuoluti tenebris culpe originalis. Quorum plu res hodie (prohdolor) adulti facti inuoluuntur tenebris predicti erroris: a quo nisi eis Christo purget domin⁹ per gratiā suam corda multorum / in breui corruet maxima pars ecclesie Christiane. De secūda Egypto / que est peccati / scribitur Exodi. iij. Uidens vidi afflictionem populi mei / qui est in Egypto. i. sub peccato. Talis autem populus qui olim populus domini / scilicet quandiu erat sub gratia: nunc autē non popul⁹ domini / est in graui afflictione. Ita vt Hiere. xvj. dicatur de eo: Seruietis ibi dijs alienis / qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. Sed qd est q filij Israel descenderunt in Egyptū? Profecto Israel / qui interpretatur videns deū / recte designat statum clericorum / qui clari⁹ vidēt & cognoscunt deum / q simplices & illiterati. Hi ergo hac tempestate abundantius descendunt in Egyptum peccati: ita vt vulgo dicatur: q peiores sunt clerici q laici. Unde de mala vita eorum conqueritur domin⁹ Hiere. xj. dicens: Quid est q dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Et q loquatur de clero / patet per id quod sequitur: Nunquid carnes sancte. i. venerabile sacramentum altaris / in quo carnes Christi sumuntur sacramentaliter / auferent a te malitias tuas? Ecce ergo quomodo filij Israel descendūt in Egyptum / in dānationem animarum suarum. Quo non obstāte / omnibus nobis ingrediendum est in Egyptum predictam: non quidem vt peccemus / sed vt peccata nostra detestemur / aut confiteamur. Iuxta id quod scriptum est Esa. xxxviij. Recogitabo tibi

tibi omnes annos meos.i.peccata mea in amaritudine anime mee. Et in Psalm. Conuersus sum in erūna mea dum cōfigitur spina. De tertia Egypto potest intelligi illud Hiere.xlij. Fames adherebit vobis in Egypto. Quia reuera reprobi affligentur fame mirabili in inferno post resumptionem corporum suorum. dicente Psal. Famem patientur vt canes. Et Esa.lxv. ait dñs: Serui mei comedēt ⁊ vos esurietis. In hanc igitur Egyptū descendere debemus quādiu in presenti subsistim⁹ per cordis meditationem: vt illā horreamus: ⁊ ab ea caueamus: vt non contingat nos post mortē realiter illic descendere. Unde Psal. Descendāt in infernū viuentes. Qui autem predicto modo illic descendunt viuentes non continget eos descendere morientes. Salubriter ergo illuc descenditur predicto modo.

¶ Moraliter ⁊ tertio conformiter ad dominū Hugo. Cardinalē filij Israel qui ingressi sunt Egyptū: designant predicatores veritatis vt tactū est supra: qui debent ingredi Egyptum.i.ad peccatores loquentes non ad eorum aures vt placeant: sed ad corda eorum vt edificent: secūdum qđ scriptū est Esa.xl. Loquimini ad cor Hierusalē. Sed quid est ꝙ filij Israel introierunt in Egyptū cum domibus suis: nisi q᷑ veri predicatores debent habere familiam magnam. Hec autem familia consistit in cogitationibus mūdis desiderijs sanctis operibus bonis. Qui autem hanc familiam non habēt non debēt se ingerere ad predicationis officium. Unde de p̄dicatore sterili scribit᷑. Hier.xxij. Scribe virum illum sterilem.i.sine predicta triplici familia. Uel per familiā intelliguntur gratie gratis date. Per hoc ergo ꝙ singuli filij Jacob habuerunt familias suas seorsum designatur ꝙ dñs dat p̄dicatoribus zelum animarum querētibus diuersas familias id est diuersas gratias: videlicet vni gratiā verbi cum parua doctrina. Alij e diuerso magnam doctrinā cū parua gratia verbi. Alij gratiam inducendi auditores ad compunctionem ⁊ lachrymas ⁊ sic de alijs. Et hoc est quod dicitur .j. Petri.iiij. Unusquisq̄ sicut accepit grām in alterutrū illā administrantes. Et Rom.xij. Singuli alter alteri⁹ mēbra habentes donationes secūdū gratiā que data est nobis differentes. Quod autem subdit᷑: Erant igitur omnes anime q̄ egresse sunt ⁊c̄. designat spiritualem profectum quem mediāte gratia dei facit bonus ⁊ syncerus predicator in procuranda animarum salute. Ita vt non solum conuertat ad dominum septuaginta animas: verū etiā quinq̄ permulta centena aut milia. Unde legitur Actuum.ij. ꝙ ad primam predicationem beati Petri cōuersa sunt tria milia. Ad aliam autem quinq̄ milia: vt dicit᷑ vbi supra.iiij.cap.

¶ Moraliter ⁊ quarto iuxta illud vltimum verbum quo dicitur:

citur: Mortuo Joseph et vni-
uersis fratribus suis: filij Js-
rael creuerunt &c. Notādū q
istud possumus referre ad pec-
catum/ quod prius quidem vi-
uebat in Egypto/ i. in cōscientia
mala/ siue in loco horroris.
Quo mortuo per veram penitē-
tiam/ filij Jsrael. i. humane et
munde conscientie crescūt de
virtute in virtutē/ & quasi ger-
minantes multiplicantur ni-
mis/ per bona opera inde pro-
deuntia. Jta vt inde videatur
quasi impleri terra hūani cor-
poris ieiunijs/ disciplinis/ su-
spirijs/ lamentationibus: cete-
ris q bōis/ & sanctis exercitijs.
¶ Moraliter & quinto p pre-
dictos filios Jsrael/ intelligū-
tur predestinati ad regnum ce-
lorum. Hi enim primordiali-
ter de paradiso terrestri i Adā
exierunt/ & descēderunt i Egy-
ptum huius mundi/ qui est to-
tus tenebrosus: nō tam ad in-
habitādū/ q ad incolendū ex-
ercitio virtutum/ vt seminarēt
in mundo/ & meterent in celo.
Unde Esa. lij. Jn Egyptū de-
scēdit popul⁹ meus/ vt colon⁹
esset ibi: et Assur. i. diabolus
absq causa calūniat⁹ est eū. i.
et mera inuidia traxit eū ad cul-
pam/ & postea ad penam. Pro-
pter quod dixit mater omniū
viuentium Eua: Serpens de-
cepit me. Et sicut cogebantur
filij Jsrael seruire in Egypto i
luto & latere: sic & ex fonte ori-
ginalis peccati patitur homo
etiam sanctus aliam legem in
mēbris suis repug. &c. & capti-
uum eum ducētem in lege pec-
cati: vt dicit Apostolus de sei-
pso loquēs. Roma. vij.

¶ Allegorice et primo cōfor-
miter ad glo ordi. & interl. to-
ta ista clausula exponitur de
Christo/ & de apostolis suis/ at-
q discipulis. Duodecim ergo
filij Jsrael adiuncto Joseph:
duodecim sunt apostoli/ q me-
rito dicūtur filij Jsrael. Jsrael
enim interpretat videns deum.
Jpsi autem apostoli viderunt
in presenti deum incarnatum.
Propter quod dicebat illis
Christus Luce. x. Beati q vi-
dent/ que vos videtis. Hi ergo
filij Jsrael ingressi sunt mun-
dum/ cum vero Jacob. i. Chri-
sto/ quando missi sunt ab eo in
mundum vniuersum ad predi-
candum. Unde Joan. xx. dixit
eis: Sicut misit me pat/ & ego
mitto vos: supple in mūdū ad
predicādū. Jtem Mat. xxviij.
Euntes docete omnes gētes/
baptizantes eos &c. Et Marc.
vltimo: Euntes in mundū vni-
uersum predicate euangelium
omni creature &c. Septua-
ginta autem anime descenden-
tes in Egyptum/ septuaginta
sunt discipuli/ qui pariter cum
dicto Jacob. i. Christo ingres-
si sunt Egyptum huius mun-
di: scilicet ad predicādum. se-
cundum illud Luce. x. Designa-
uit dn̄s septuaginta duos: et
misit illos/ scilicet ad predicā-
dum binos ante faciem suā/ in
omnem ciuitatem/ et locū quo
erat ipse venturus: scilicet spi-
ritualiter per fidem in cordib⁹
fidelium. Notanter autem ad-
ditur/ q predicte anime egres-
se sunt de femore Jacob. Nam
per femur Jacob designatur
Christi humanitas: de qua ne-
dum predicti egressi sunt p spi-
ritualem

ritualem regenerationem: verumetiam omnes Christifideles quotquot fuerunt/sunt/et erunt. In femore enim vis generandi consistit. Et Christus postquam assumpsit femur.i.humanam carnem/multos genuit in ecclesia.

¶ Allegorice et secundo/siue mystice/Jacob qui cum filijs suis numero.xij.computato Joseph/vt dictum est/ingressus est Egyptum/est beatus pater Benedictus/Dominicus/aut Franciscus: aut quiuis alius primus fundator et institutor alicuius sancte religionis:qui primum ingressus est Egyptum.i.religionem talem vel talem instituendo/cum paucis adherentibus sibi. Unde legitur de beato patre nostro Dominico/quod in exordio religionis diuinitus per eum institute/habebat discipulos paucos/sibi adherentes voto obedientie et professionis regularis:postmodum autem plures:quod significatum est per septuagita animas egressas de femore Jacob. Quod autem subditur in textu/quod mortuo Joseph et fratribus suis/filij Israel creuerunt in immensum:designat quod dictis sanctis patribus religionum de medio per mortem sublatis:filij et sequaces eorum creuerunt in immensum/sicut videre est ad oculum: ita vt videantur hodie replere terram/scilicet a christicolis inhabitatam.

¶ Allegorice/et tertio iuxta illud: Joseph autem in Egypto erat:notandum quod per Joseph designatur Christus. Egyptus autem est mundus presens/plenus tenebris/in quo corporaliter habitauit annis multis dictus Joseph. Iuxta illud Baruch.iij. Post hec in terris visus est/et cum hominibus conuersatus est. Item Joan.j. In propria venit. Fuit ergo in mundo/quasi lux in tenebris lucens. Quo mortuo/supple in cruce: et vniuersis fratribus suis/id est apostolis:filij Israel creuerunt/id est auctus est numerus Christifidelium. Nam pro vno grano mortificato/multa grana creuerunt. In cuius figuram legitur Judic.vij. quod confractis lagenis lampades micuerunt: et hostes territi terga dederunt: quia fractis in passione sanctorum corporibus/apparuerunt miracula/per que victus est mundus/et ecclesia sublimata et multiplicata: vtinam non tam numero quam merito. Timendum est ergo nobis illud Esa.ix. Multiplicasti gentem/non magnificasti letitiam. Unde deuotus Bern. Non magnificatur letitia/dum nihil minus appareat decreuisse meriti/quam numeri accessisse. Curritur ad sacros ordines passim: et reuerenda angelicis spiritibus mysteria homines comprehendunt sine consideratione. Dati sunt sancti gradus in occasionem turpis lucri: et questum estimant pietatem. Copiosissime siquidem pietatis inueniuntur in suscipienda/immo accipienda animarum cura:sed hec apud eos cura minor: et de animarum salute nouissima cogitatio est. Hec ille.

¶ Anagogice per filios Israel/quorum nomina hic inseruntur/designantur electi dei omnes/specia-

specialiter aūt duodecim apo-
stoli / quorum nomina scripta
sunt in celis : vt dicit Luce.x.
aut in libro vite: vt dicit Apo
sto. Philip. iiij. qđ idē valet.
Per illos ergo Israel / qui in-
gressi sunt in Egyptum cū Ja-
cob / intelliguntur duodecim
apostoli / qui introierūt ī Egy-
ptum.i.in celum cum Jacob.i.
cum Christo: nec extunc inde
exierunt. Nec miretur pius le-
ctor si celum Egyptum dixe-
rim. Egypt⁹ enim tenebre in-
terpretatur. Celum autē bea-
torum / eti in se splēdidissimū
sit / atq̧ ab omni obscuritate
semotum : nihilominus apud
nos est quasi tenebrosum. Tū
quia nondum apparuit quid
erimus. vt dicit.j. Joan.iij. tū
quia oculus nō vidit / que pre-
parauit deus diligentibus se.
Esa.lxiiij. Et repetit.j. Corin.
ij. Tum quia videmus nunc p
speculum in enigmate: tunc au
tem facie ad faciē. vt dicit.j.
Corin.xiij. Dictam ergo Egy-
ptum ingressus est noster Ja-
cob.i. Christus in sua ascēsio-
ne. Et post eum sui filij.i. apo-
stoli. quibus prius dixerat: Va
do vobis parare locum. Joan.
xiiij. Per illas aūt septuagin-
ta animas / que exierunt de fe-
more Jacob: & que cum eo in-
trauerunt Egyptum : intelli-
gitur vniuersitas omnium il-
larum sanctarum animarum:
quas ipse Christus eduxit de
lymbo / & secum conscendere fe
cit in celum / vel etiam intelli-
git vniuersitas omnium sal-
uandorum simpliciter. Quod
autem subditur / q̄ Joseph in
Egypto erat : scilicet priusq̄
illuc descēderent fratres sui:
denotat eternā mansionē filij
dei in celo. Qđ vero additur:
Quo mortuo / & vniuersis fra-
trib⁹ suis &c. significat q̄ post-
q̄ factus est homo ex tēpore:
tādē mortuus est pro salute po
puli sui: & ex tūc creuerūt filij
Israel nimis.i. valde auct⁹ est
numerus ipsorum electorum /
atq̧ in dies augetur. Nā prius-
q̄ moreretur / soli angeli celū
inhabitabāt. Sed ex quo mor-
tuus est / & resurrexit / atq̧ celū
ascendit / omnia trahit ad se-
ipsum.i. homines / qui sūt quo-
dammodo omnia : vt testatur
Greg. in quadā Homel. Bene-
dicta ergo hora / in qua noster
Joseph mortuus est. Qđ autē
tandem additur / q̄ filij Israel
intantum creuerūt q̄ impleue
runt terrā. designat q̄ numer⁹
electorū intantum multiplica-
bitur / q̄ implebit terrā illā de
qua in Psal. Credo videre bo
na domini in terra viuentium.
Hoc autem fiet in effectu / cum
omnino restaurate fuerint rui-
ne angelorū / & tot fuerint ani-
me saluate / quot angeli mali
de celo ceciderunt.

¶ Secunda clausula.

SUrrexit interea
rex nouus super
Egyptum / q̄ igno
rabat Joseph. Et
ait ad populū su-
um : Ecce popul⁹
filiorū Israel multus / & fortior
nobis est. Venite sapienter op-
primamus eum: ne forte multi-
plicetur / et si ingruerit con-
tra nos bellum / addatur ini-
micis nostris: expugnatisq̧ no
bis egrediatur e terra. Prepo
suit

fuit itaqз eis magistros operum/vt affligerent eos oneribus. Edificaueruntqз vrbes tabernaculorũ Pharaoni/ Phiton ⁊ Ramesses. Quantoqз opprimebant eos: tanto magis multiplicabantur ⁊ crescebãt. Oderantqз filios Israel Egyptij et affligebant illudentes eis ⁊ inuidentes: atqз ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti et lateris/ omniqз famulatu quo in terre operibus premebant. ¶ Historialiter postq̃ in precedenti clausula egregi⁹ dei famulus Moyses egit de descensu filiorum Israel in Egyptũ/ describẽdo numerum eorum/ qui illuc descenderunt: egit etiam de prosperitate illi⁹ populi/ quo ad multiplicationẽ proliũ ⁊ fetuũ / que tanta fuit vt tandem replerẽt terrã/ quã ex ordinatiõe regis Pharaonis/ sub quo descenderant primum in Egyptum / acceperãt possidendam procurante Joseph / scilicet terram Gessen. Hic consequenter agit de aduersitate / quã post longa tẽpora perpessi sunt in eadẽ terra / a quodam rege Egypti/ nõ quidem immediato post priorem: sed longe post eum succedente in regno. Longe etiam post obitum Joseph. Ita vt apud eũ sepulta esset memoria ipsius Joseph/ ⁊ beneficiorum que contulerat vniuerse terre Egypti. Et quia/ vt dictum est in precedenti clausula/ Moyses principaliter intẽdit i hoc volumine agere de egressu filiorum Israel de Egypto: ideo priusq̃ prosequatur suum intẽtum/ agit de afflictione/ quam prius passus est populus Hebreorum ab Egyptijs / simul tangẽs causam dicte afflictionis/ vt occasiõe huiusmodi afflictionis cogeretur dictus populus clamare ad dominum/ pro auxilio et liberatione ab huiusmodi afflictione. Dicit ergo Moyses: Surrexit interea/ vel vt dicit de Pal. i terra: rex nouus super Egyptum/ nõ tamen immediate post decessum Pharaonis/ sub quo descẽderunt filij Israel in Egyptũ: vt dictum est. Et bene dicitur iste rex nouus / quia nouas leges statuit cõtra Hebreos: vt patet in textu presenti: q̃ ignorabat Joseph. i. beneficia/ que ptulerat Joseph vniuerse terre Egypti tempore famis. Dixit ergo ad populum suũ/ scilicet Egyptiacum: Ecce popul⁹ filiorum Israel/ qui supple habitat in terra nostra/ scilicet in Gessen/ multus ⁊ fortior nobis est. Huius autem causa tangetur in deductione dubiorum. Uenite sapienter opprimamus eum. Sup quo dicit Andreas/ q̃ sup ubi ea que astute faciunt: arroganter se facere sapiẽter iactant. Uera enim sapientia non est nisi in bono/ ⁊ de bono tractans. Ne forte multiplicetur. q. d. opprimendo dictũ populum nobis prouideamus: ne contra nos/ ⁊ in malum nostrũ multiplicetur: Nã a nobis oppressus poterit minus generationi vacare: ⁊ per consequẽs minus multiplicari. Ecce quomodo humana astutia/ que reuera est vera stultitia/ ĩpugnare nititur/ diuinam sapientiã ⁊ proui=

& prouidentiam. De modo autem oppressionis sequitur: Et si ingruerit.i.institerit/vel inminuerit cōtra nos bellū: addatur inimicis nostris.i.exponamus eos hostibus vt occidātur/sicut iussit fieri Dauid de milite suo Uria/& male.ij. Regum.xj. Qui autem euaserint/expugnatis nobis egrediātur de terra.i.facile eijcientur de terra Gessen quam inhabitāt. Talis tamen egressus erat in damnum ipsorum Egyptiorū. Nam vt dicit de Lyra/filij Israel magnum censum reddebant annuatim regi Egypti. Insuper faciebant multa opera vtilia Egyptijs. Erāt enim subtiliores ipsis in artificialibus. Insuper ecce quid fecit eis. Preposuit enim eis magistros operum/vt affligerēt eos oneribus. Sup quo dicit Petr9 Comestor/ꝙ dicti magistri operum erant Hebrei/ sed sup dictos magistros/pfecit alios magistros qui erant Egyptij/ vt durius affligerentur paupe res Hebrei. Non ergo prefecit eis magistros operum ad instruendum / sed ad opprimendum. In quib9 autem/& quantis oneribus affixerint eos p̄dicti magistri/aperit Moyses cum subdit: Edificaueruntqꝫ vrbes tabernaculorum Pharaoni / Phiton / & Ramesses. Nam coxerunt lateres/et quibus edificauerunt regi ciuitates tabernaculorum duas. Rari enim sunt lapides in Egypto:& ideo decoquunt lateres de terra: et quibus edificant loco lapidum/sicut communiter fit in Picardia. Duo ergo simul intendebat Pharao rex Egypti: scilicet propriam vtilitatem/ in constructione ciuitatum:& Hebreorum debilitatem / vt scilicet amodo essent impotentes generare:& sic per hunc modū tandem deleretur totaliter semen eorum. De predictis autem duabus ciuitatib9 dicit Petrus Comest. ꝙ prius erant constructe: sed non erant ciuitates tabernaculorum. Erant enim in finibus Egypti: & ideo murauit & fortificauit eas Pharao / vt ibi ponere posset armatos ad tuitionem patrie/quasi in tabernaculis semper excubantes:ne scilicet quis posset ingredi/vl' egredi regnū Egypti/sine nutu & beneplacito regis. Uel dicuntur forte ciuitates tabernaculorum.i.pauperū: eo ꝙ pri9 fuissent inhabitate a pauperibus. Uel vt alia litera habet/ positionum/vbi scilicet fiscus regis reponeretur. Aliud etiā opus/non tam graue/ꝙ̄ seruile imposuit eis: vt scilicet lutum platearum/& sordes vicorū cophinis ad hoc aptis exportarent. De quo legitur in Psal. Manus eius / scilicet populi Israelitici/ in cophino seruierunt. Nomina ergo vrbiū subduntur:cum dicitur/ Phiton & Ramesses. Aliqui libri habent Rameses/ per vnicum .s. De Palude autem dicit ꝙ septuaginta interpretes addūt tertiam ciuitatem dictam Heliopoleos/que ciuitas solis interpretatur. Dicit etiā/ ꝙ Ramesses est equiuocū ad ciuitatem/& ad terram quam inhabitabant Israelite: vt habetur Gen.xlvij.

Gen.xlvij. Sed quia nō est cō-
silium: nec potestas cōtra do-
minum: ideo iusto dei iudicio
quanto plus opprimebāt Egy
ptij Hebreos: tāto magis mul
tiplicabantur ⁊ crescebant: et
hoc deo authore. Sequitur.
Oderantq; filios Israel Egy-
ptij: scilicet corde ⁊ animo: et
affligebant: facto ⁊ opere: illu
dentes eis verbo. Huius autē
odij causa subditur: cum dici-
tur: ⁊ inuidentes. Huius autē
inuidie multiplex causa postea
assignabit. Et breuiter ad ama
ritudinem perducebant vitam
eorum operibus duris luti ⁊c.
Circa autem hanc clausulam
proponuntur ⁊ mouentur ali-
qua dubia.

¶ Primum igitur dubium mo
uetur: propter illud primū ver
bum: Surrexit. Querit ergo:
vnde surrexit iste rex: cum pri-
mo nec sedere: nec iacere di-
ctus sit. Dicendum conformi-
ter ad de Pal. ꝙ ꝑdecessores
sui quasi iacebāt sopiti in ma-
gnitudine beneficiorum Io-
seph. Non enim se erigebāt cō-
tra filios Israel per oppressio-
nem. Hic autem inuidia: quasi
excitatus dicitur surrexisse.

¶ Secundum dubium: quare
dicitur rex nouus? Dicendū ꝙ
ideo: quia non fuit de stirpe il
lius regis: qui sublimauit Io-
seph. Ille enim dictus est Ne-
phres: iste aūt Amnonaphis:
vel Amonephis: sub quo nat⁹
est Moyses. Vel ideo dicitur
rex nouus: quia secundum Pe
trum Comest. in persona eius
regnum Egypti translatū erat
ad aliam domū. Iste ergo rex:
quasi nouus: ignorabat bene-
ficia Ioseph: que contulerat
Egypto. Dicit etiam idem Pe
trus: ꝙ iste fuit octauus rex: a
primo: q̄ dictus est Nephres.
Vel ideo dicitur rex nouus: q̄r
legem nouam tulit de oppres-
sione Hebreorum: ⁊ nece par-
uulorum eorundem. Dicit ta-
men dominus Hugo Card. ꝙ
ille Pharao: qui filios Israel
afflixit: ⁊ q̄ in mari rubro tādē
perijt: non fuit iste Nephres:
quia ille dictus est Cenchren.
Per qd̄ innuit ꝙ sub alio Pha-
raone natus est Moyses: ⁊ sub
alio eduxit populum de terra
Egypti in manu forti: ⁊ cū mi-
rabilibus signis.

¶ Tertium dubium. Quare ⁊
vnde reges Egypti olim dice-
bantur Pharaones? Dicēdum
ꝙ ab illo qui sublimauit Io-
seph in Egypto. Generaliter
ergo ab illo om̄es reges Egy-
pti dicebantur Pharaones: si-
cut postea Ptolomei: ⁊ reges
Persarum Arsacide. Item re-
ges Romanorum Cesares vel
Augusti. Habebant autē pre-
ter hoc propria nomina: sicut
modo patet in papa Romano.

¶ Quartum dubium mouetur:
propter illud verbū: qui igno-
rabat Ioseph. Queritur ergo
quomodo iste Pharao potue-
rit ignorare Ioseph: qui tan-
tus fuerat in Egypto: ⁊ in do-
mo Pharaonis? Videtur enim
ꝙ fuerit registratus in anna-
lib⁹ regū Egypti: ⁊ ita nō po-
tuit cū ignorare iste Pharao:
quantumcunq; longe post cū
regnauerit. Ad hoc dicēdum
ꝙ iste rex non ignorauit sim-
pliciter Ioseph: scilicet igno-
rantia opposita simplici noti-

tie / sed ignorantia approba-tionis. Non enim approbabat beneficia illius: aut parū. Potuit etiam fieri vt ignorauerit exaltandꝫ literis ignarus. Uel sicut de genere regum nō existens / non curauit legere annalia regum Egypti. Insuper in mutationibus regum / et precipue quando mutatur dominus / sepe prius dilecti fiunt odiosi / et econuerso: quia secundū iudicem populi / sic et ministri eius. vt habetur Eccli. x.

¶ Quintum dubium. Quomodo Pharao non timuit opprimere populū Israelis / et persequi: maxime cum fortior esset / atqꝫ robustior populo Egypti / prout aperte innuit ipse Pharao / ad populum suum loquens? Dicendum in primis ꝙ non volebat eum opprimere / aperte procedendo ad arma: sed cum occulta machinatione et sagacitate. Unde dixit ad populum suum: Uenite sapienter opprimamus eum: scilicet interficiendo paruulos dicti populi cum nascerētur / et sic paulatim totum illud genus delebimus. Uel dic ꝙ vbi fuisset processum ad arma: adhuc tamen sperasset Pharao preualere: non quidem fortitudine corporali / sed astutia et calliditate: sicut patet ex modo loquēdi ipsius. Modo teste Uegetio: de re militari. lib. ij. ca. xxix. in prelio amplius iuuat virtus / qꝫ multitudo. Hinc sepe videmus milites insidiosos et sagaces / victores euadere. Fortes autē quamuis multos / instar porcorum iugulari / eo ꝙ communiter minus habent de industria. Ceterū Egyptij erant multo plures qꝫ Israelite / qui seorsum occupabāt terrā Gessen / que parua erat respectu totius residui terre Egypti.

¶ Sextum dubium. Utrum filij Israel solum opprimerent / seu grauarentur a prepositis operum in operibus duris luti et lateris / atqꝫ in ceteris operibus terre? Dicendum ꝙ non / Nam preter hoc dicit Josephꝰ ꝙ grauabant̄ circa aquas. Dicit enī in principio super Exodum / ꝙ Egyptijs delicatis et desidiosis existentibus in labore / et alijs libidinibus subiectis: etiam propter amorem lucri contigit vt pessime circa Hebreos inuidia eorum felicitatis afficerentur. Et post pauca: Crudeliter (inquit) opprimentes Israelitas studebant varias illis inferre miserias. Fluuiū namqꝫ per multas deriuationes eos diuidere / murosqꝫ ciuitatibus edificare / et fossata circunducere / vt eas inundare fluuius valuisset / et pyramides edificare precipiebant: vt nostrum (inquit Josephus) genus attererent. Deinde subdit / ostendens quanto tempore hec afflictio durauit. Omnes ergo inquit efficientes artes / et in laboribꝰ assueti quadringentorum annorum tempus in his miserijs extiterunt. Hec ille.

¶ Septimum dubium. Quomodo ista possunt simul stare / ꝙ Hebrei habitarent seorsum ab Egyptijs / scilicet in terra Gessen: et ꝙ grauarentur multitudine operum / per terram

Egypti

Egyptijs. Dicendum q etsi a principio/ quando scilicet descenderunt patres eorum in Egyptum/ fuerit illis assignata predicta terra per Joseph/ de consensu regis: et illam suo labore fertilem reddiderunt: postmodum tamen hoc videntes Egyptij/ et illis inuidentes/ insteterunt apud regem/ vt maxime qui fortes erant viribus dispergerentur cum suis vxoribus per ceteras partes regni: vt sic eos commodius opprimerent modis predictis: vt sic peramplius vacarent suis delicijs et voluptatibus. Uel forsan hoc processit originaliter ex malicia et tyrannide Pharaonis. Semper tamen in predicta terra Gessen remanserunt aliqui ex ipsis Israelitis/ vsq ad perfectum exitum eorum de Egypto.

¶ Octauum dubium. Unde orta est tanta inuidia Egyptiorum aduersus Israelitas/ vt voluerint eos omnino perdere/ et nomen ipsorum penitus de terra tollere? Ad hoc assignat Josephus triplex motiuum: scilicet prolis multitudinem/ ingenij virtutem/ diuitiarum copiam/ ita dicens: Uidentes Egyptij Israelitarum genus augeri/ et propter virtutem et laboris ingenium: diuitiarum affluentia valde nobilitatos: contra se eos augeri suspicabantur. Nec mirum si Josephus dicat eos fuisse diuites. Erant enim industriosi/ et laboribus dediti. Modo his duobus medijs facile quis peruenit ad diuitias. Econtra autem Egyptij desides et deliciosi. Modo tales raro sunt diuites.

¶ Nonum dubium oritur propter verbum illud/ Dixit autem rex ad populum suum/ scilicet ad Egyptios. Sed nunquid etiam Israelite erant de populo suo? Dicendum q et si essent de populo suo/ large eo q viuebant sub eo/ et in dnio eius: non tamen ita stricte sicut Egyptij/ qui eundem ritum obseruabant sicut et ipse scilicet idololatriam: Israelite autem colebant vnum verum deum. Insuper dicebatur populus Egypti/ populus Pharaonis/ quasi illi specialiter astrictus. Nam et serui erant ipsius/ atq terra quam colebant suberat seruituti/ quia non se redemerant: nec sua/ ex quo patres eorum se et sua seruituti subiecerant tempore famis mirabilis/ que tempore Joseph affligerat Egyptum. Secus autem erat de filijs Israel/ qui liberi ingressi sunt Egyptum: atq primitus libertate donati: quandoquidem rex Pharao precepit Joseph/ dicens: Gen. xlvij. Pater tuus et fratres tui venerunt ad te. Terra Egypti in conspectu tuo est: in optimo loco fac eos habitare Gessen. Deinde sequitur/ Joseph patri et fratribus suis dedit possessionem in Egypto in optimo terre loco Ramesses/ vt preceperat Pharao. Hec ibi. Ecce quomodo primitus libertate sunt donati filij Israel. Nihilominus successu temporis/ et signanter sub isto Pharaone octauo/ varijs angarijs grauati sunt: vt dictum est.

¶ Decimum dubium versatur circa illud verbum/ Quantoq opprimebant eos: tanto magis multi-

multiplicabātur / ⁊ crescebāt. Queritur ergo / vtrū talis multiplicatio fuerit naturalis / nec ne. Respondet ad hoc de Pal. probabiliter / ꝙ sic: tū quia dicti Israelite exterius priuati omni consolatione et solatio: magis inducebantur aliā cōsolationem querere cū vxoribus suis. Tum quia / vt dicit Josephus / mulieres eorum facilius concipiebāt dum labor in eis consumebat superflua / que interdum impediunt conceptionem prolis. Et hinc est ꝙ mulieres nimium humide / siue pingues / sicut nimium calide / raro concipiunt. Similiter ⁊ mulieres nimium delicate / quales erāt Egyptiace / frequentius patiuntur in parturiendo aborsum / ꝙ mulieres dure ⁊ assuete ad labores. Potest etiam defendi ⁊ dici / ꝙ huiusmodi multiplicatio prolis esset miraculosa. Mirabile enī (aut vt verius loquamur) miraculosum est / ꝙ mulieres laboribus corporalibus exposite / parce etiam viuentes / cōcipiant: ⁊ signanter ex viris continuis laboribus ⁊ improbis expositis / atꝙ parcissime viuentibus cōcipiant: maxime cum generatio fiat ex semine resultante ex superfluo alimenti. Modo sic erat de mulieribus Israeliticis / atꝙ de viris earum. Propter quod videtur talis multiplicatio fetus i ipsis / fuisse miraculosa: cur autem deus ita fecerit / non possumus aliam rationem assignare / nisi vt cultus diuinus augeretur / ⁊ cultus cōtrarius / scilicet idololatrie diminueretur.

¶ Undecimum dubium mouetur / propter illud verbū: Oderāt Egyptij filios Israel. Queritur ergo quare eos oderāt / cum magis ipsos diligere debuissent: tum propter beneficia per predecessorem eorum Joseph toti terre Egypti olim exhibita: tū quia pacifici erāt / ⁊ in bona simplicitate ambulantes: tū quia toti patrie vtiles / vtpote pastores ouium existentes. Dicendū ꝙ radix odij multiplex fuit. Prima quidē / varietas cultus ⁊ ritus. Egre enim ferebant Egyptij ꝙ Israelite non colebāt deos suos ⁊ signāter deum Apim. Secūda vero / officium cui incumbebant: quod erat pascere oues. Unde Gen̄.xlvj. dicitur / ꝙ detestant Egyptij omnes pastores ouium. Tertia autem causa erat / propter odiū quod cōceperant / tam ipsi ꝙ predecessores sui cōtra Joseph / qui redegerat eos ⁊ terras eorum perpetue seruituti / p cōmutatiōe tritici: vt patet Gen̄.xlvij. Propter quod econuerso conabātur predictos Israelitas redigere in seruitutem.

¶ Duodecimum dubium. Cur non cito liberauit dn̄s populū suum Israelem / de manu ⁊ oppressiōe Pharaonis / atꝙ Egyptiorum? Dicēdum ꝙ propter tria. Primo quidē propter vtilitatem spiritualē dicti populi. Nā quanto diutius afflicti sunt / ⁊ patienter tulerunt: tāto plus meruerunt. Secundo vero / vt cogerentur recurrere ad dn̄m / ⁊ clamare p auxilio. Ūn̄ in ps̄al. Clamauerunt ad dn̄m cū tribularētur / ⁊ de necessita

tibus eorū liberauit eos. Ter=
tio autem / vt daret opportu=
num tempus penitēdi Phara=
oni / & suis.
¶ Moraliter / & primo rex no=
uus q̄ surrexit super Egyptū /
ignorans Ioseph / est diabol⁹:
de quo dicitur Iob. xlj. q̄ ipse
est rex super omnes filios sup=
bie. Iste autem rex est nouus /
non quia de nouo creatus sit /
aut quia de nouo peccauerit /
siue quia de nouo inceperit
imperare & regnare super ma=
los: sed quia nouitatibus gau=
det / siue quia vellet homines
semper querere nouitates & cu
riositates. Eccli. xxvij. Stult⁹.
vt luna mutatur. Iste rex sur=
git super Egyptum / quādo in=
cipit regnare in consciētia hu=
mana per mortale peccatum.
Dicitur etiam bene / ignorare
Ioseph. Per quem intelligi=
tur Christus saluator mundi.
Unde etiam Pharao vocauit
Ioseph saluatorem mundi / in
figura Christi; vt legitur Ge=
nesis. xlj. Hunc itaq̄ Ioseph /
id est Christum dicitur igno=
rare predictus rex Pharao. i.
diabolus / & hoc practice. Et q̄
enim passus est in cruce / nouit
eū speculatiue / quē tamē vsq̄
hodie ignorat practice. i. ad
modū ignorantis se habet: p
quanto non vult se humiliare
sub maiestate eius. Unde in
Psal. Superbia eorum qui te
oderunt / ascendit semper. Di=
cit ergo iste crudelis rex ad po
pulum suū. vbi notādum q̄ po
pulus diaboli est duplex: sci=
licet maligni spirit⁹ / & peruersi
hoies. Hac nēpe duplici acie
impugnat diabolus populum
dei. Maligni enī spūs / int⁹ tē=
tant. Peruersi vero homines /
exterius persequuntur eosdē.
Thren. vij. Foris interficit gla
dius / & domi mors similis est.
Hi interiorem substantiā: alij
exteriorem auferre nituntur.
Sed ab vtrisq̄ liberat dñs ele
ctos suos per gratiam suam.
Sed quid dicat iste Pharao
populo suo predicto / de popu=
lo dei / audiam⁹: Ecce (inquit)
populus filiorum Israel / id est
deum videntium per rectā fi=
dem / multus et fortior nobis
est. Duo dicuntur. Primum q̄
populus de sorte domini mul=
tus est / quia per gratiam dei
adhuc sunt multi boni in hoc
mundo. Unde Christus Mat.
viij. ait: Multi venient ab O=
riente & Occidente / & recūbēt
cum Abrahā &c. In cuius etiā
figuram dixit dñs per os He=
lye prophete: Derelinquā mi=
hi in Israel septem milia viro=
rum: quorū genua non sunt in=
curuata ante Baal. Secundū
est / q̄ populus de sorte domini
fortior est vna cum gratia dei /
& diuino adiutorio / q̄ omnes
maligni spiritus / etiam vna cū
malignis hoibus. Propter qd
dicebat Apost. Rom. viij. Si
deus p nobis: quis cōtra nos?
Et Philip. iiij. Omnia possum
in eo qui me confortat. Recte
ergo & bene dicit diabolus de
populo dei: Ecce populus filio=
rum Israel mult⁹ & fortior no=
bis est. Propter quod inuitat
alios malignos spiritus / ten=
tatos malignos homines / di=
cens: Uenite / sapienter oppri=
mamus eum / ne forte multipli=
cetur. Tria ergo dicit. Primū

venite /

venite/sapiẽter. In quo notatur astutia diaboli in seducẽdo homines. Secũdũ/opprimamus: in quo notatur potentia & crudelitas ipsius/quia seducendam animam ab eo opprimit violenter. Tertium/ne forte multiplicetur: in quo notatur inuidia diaboli circa salutem hominum/quia non querit plures saluari/qui optat omnes cum eo damnari.

¶ Moraliter/& secundo predictus textus potest exponi de malo pastore/qui surgit de nouo super Egyptum/quãdo suscipit nouiter curam animarũ: in qua sunt absq dubio multi in tenebris ignorantie: alij autem in tenebris peccati et culpe. Talis autẽ quandoq ignorat Ioseph/id est bonos mores sui predecessoris. i. ad modum ignorantis se habet: scilicet ꝙ esset pacificus/pius/modestus/prudens/castus/sobrius/et sic de alijs. Talis ergo nouus rex. i. pastor de nouo creatus/loquitur ad populum suũ: id est ad illos clericos/quos credit verisimiliter sibi cõsentire & fauere/dicens: Ecce populus filiorum Israel multus & fortior nobis ẽ. Venite/sapiẽter opprimamus eum/ne forte multiplicetur/id est in hac vrbe sunt plures fratres mendicantes/qui Israelite appellari possunt/quasi videntes deum per veram scientiam/aut mentis contemplationem: fortiores nobis per priuilegiorum sedis apostolice multiplicitatem et dotationem. Venite igitur/sapienter opprimamus eos: id est caute et astute persequamur eos: impedientes ipsos ne predicent/celebrent/aut confessiones audiant in ecclesijs nostris. Vel ne parochiani nostri ad eos declinent pro predicta causa: irritantes huiusmodi confessiones/et palam dicentes se non daturos eucharistiam his qui talibus/et non sibi/siue per se deputatis/fuerint confessi. Quo fit vt multi terrore ducti retrahantur a sua salute: et forsan non integre confiteantur. Denique toto studio impedire nituntur/ne qui suorum apud predictos fratres eligant sepulturam. Qꝫ si fecerint/tunc post eorum decessum cogunt ipsorum heredes/aut executores/facere in ecclesijs suis tot et similia seruitia/et cum similibus oblationibus/ac si predicti defuncti essent apud ipsos sepulti. Hec igitur grauamina et exactiones timentes multi retrahuntur/ne eligant libere sepulturam apud dictos fratres. Ecce igitur quomodo et qualiter predicti sapienter/id est astute opprimunt filios Israel: etiam suscitantes varios processus contra eos: ita vt pro pace habenda/nonnulli eorum ad alios conuentus se transferant. Sed qui respicit desuper deus/non sinet tales Pharaones transire impunitos et absq plaga/siue in presenti/siue in futuro.

¶ Moraliter/& tertio iuxta id quod sequitur: Edificauerũt

ꝙ vrbes tabernaculorum ⁊c.
Notandum conformiter ad do
minum Cardi. ꝙ per taberna=
cula intelliguntur humana cor
pora / iuxta id quod scriptum
est Job.xv. Ignis deuorabit
tabernacula.i.corpora eorū / q̄
libenter munera accipiunt. Ur
bes ergo tabernaculorum edi=
ficant / qui corpori suo proui=
dent / vel nimias delitias / vel
abundantes diuitias / vel secu
li honores. Phiton interpreta
tur / os abyssi vel defectiōis: ⁊
significat cupiditatem / que si=
cut infernus satiari nō potest.
Huius autem tabernaculi ciui
tatem edificat / qui seruit pro
ecclesia / vel redditu / vel prebē
da. Singula enim obsequia / q̄
hoc intuitu impendūtur / qua=
si singuli lapides in hoc edifi=
cio ponūtur. Ramesses / siue Ra
messes / interpretatur cōmotio
tinee / vel malitia decurrens /
⁊ significat luxuriam / que si=
cut tinea de carne exorta / car=
nem consumit. Huius ergo ta=
bernaculi vrbem edificat / qui
gule vacat / vel rerum diuitias
procurat. Heliopolis interpre
tatur ciuitas solis / ⁊ significat
superbiam. Hanc autem vrbē
edificat / qui honores huius se
culi ambit / vt super alios vi=
deatur. He igitur tres vrbes
sunt in Egypto.i. in mundo:
quia omne quod est in mundo /
aut concupiscentia carnis est
⁊c.j.Joan.ij. In his autem vr=
bib⁹ edificādis multus labor
est: totus tamen cedit Pha=
raoni / id est diabolo. Has ita=
ꝙ tres ciuitates destruere / et
alias eis oppositas edificere /
venit Christus: videlicet pau=
pertatem / castitatem / humili=
tatem: quas primo in se exhi=
buit / postea eas alijs predica=
uit. In harum autem edifica=
tione non est multus labor / et
tamen inde prouenit magna
vtilitas.

¶ Moraliter / et quarto iuxta
illud: Quantoꝙ opprimebant
eos ⁊c. notandum ꝙ per Egy=
ptios opprimentes filios Is=
rael / designant mali ⁊ peruer=
si homines / persequentes bo=
nos et iustos. Sed inde gau=
dere debent / quia talem op=
pressionem vertit dominus ad
eorum vtilitatem / et profe=
ctum spiritualem: videlicet
ad humiliationem et conser=
uationem in bono virtutis / ad
preseruationem future ruine /
ad augmentum meriti et gra=
tie in presenti / et glorie in fu=
turo. Propter quod loquitur
Jacobus in principio sue cano
nice / dicens: Omne gaudium
existimate fratres mei / cum in
varias tentationes incideri=
tis. Dicit etiam Apostolus
ij.Corin.xij. ꝙ virtus in infir=
mitate perficitur. Item idem
ibidem: Cum infirmor / tunc
potens sum ⁊c. In cuius eti=
am figurā dixit dominus pri
mis parentibus Gen. primo:
Crescite ⁊ multiplicamini. Et
sequitur: Et replete aquas ma
ris. In aquis enim maris / id
est / in amaritudinibus huius
seculi / crescunt et multiplicā=
tur boni.

¶ Moraliter et quinto / iuxta
illud quod sequitur: Oderātꝙ
filios Israel Egyptij. Notādū
ꝙ com=

ꝙ cõmune est malis odire bo-
nos ⁊ simplices: iuxͣ illud Pro-
uerb.xxix. Uiri sanguinũ ode-
runt simplicem. Item Joã.xv.
dixit Christus: Si mũdus vos
odit: scitote quia me priorẽ vo
bis odio habuit. Ratio autem
huius odij est contrarietas mo
rum ⁊ vite/ vt cõmuniter. Nam
odiosa est lux oculis egris: que
tamen puris est amabilis. Un-
de de inuitatorio impiorũ ad-
uersus iustũ: scribitur Sapiẽ.
ij. Opprimamus/ inquiũt/ pau
perem iustum: ⁊ circũueniam⁹
eum: quoniam inutilis est no-
bis: ⁊ contrarius est operibus
nostris. Sequitur post pauca:
Grauis est nobis etiam ad vi-
dẽdum: quoniam dissimilis est
alijs vita illius. Hec ergo pra
ua cõsuetudo odij malorũ ad-
uersus bonos/ vsq; hodie per-
seuerat: ita vt dicat Senec. de
verborũ copia: Quamuis agas
ne quis merito tuo te oderit:
erunt tamẽ semp q̄ te oderit.

¶ Moraliter ⁊ sexto. Per Egy-
ptios qui grauabant filios Is-
rael in vilibus operibus: vide-
licet luti ⁊ lateris: atq; in ol
famulatu quo in terre operib⁹
q̄s grauari potest: designãtur
demones/ mirabiliter grauan-
tes miseros peccatores in vili-
bus operibus, i. peccatis que
vilia sunt: que q̃to viliora exti
terint: tanto ardentius studẽt
eos circa hmõi occupare/ sicut
pz de peccato contra naturã/
in quo postq̃ q̄s est imbibit⁹/
vix aut nunq̃ potest ab eo re-
silire: ⁊ hoc procurãte malitia
demonis. vnde Hiere. xvj. Ser-
uietis dijs alienis die ac nocte/
qui non dabunt vobis requiẽ.

Ecce labor/ qui est i peccãdo.
De fructu autem inde proue-
niẽte/ loquit Aplus. Ro. vj. di-
cẽs: Quem fructum habuistis
in his in quibus nũc erubesci-
tis? scilicet tenente vos pena/
aut dolore de peccatis. De fru
ctu ergo inde consequẽte sub-
dit ibidem Apost. cum ait: Nã
finis illorũ mors est. Itẽ postꝫ
ea: Stipẽdia/ inquit/ peccati. i.
retributiões/ sunt supple mors
eterna. Item de fructu conse-
quẽte peccatum loquens Sa-
piẽs/ Eccli. xxj. ait: Uia peccã-
tium complãtata lapidib⁹/ id
est sterilis est: quia etsi iterdũ
modica delectatio sentiatur/
valde tamẽ momentanea est/
feda ⁊ immunda. Sequitur:
Et in fine illius inferi ⁊ tene-
bre/ ⁊ pene. Ecce i quo ⁊ quo-
modo grauant demones pau-
peres pctõres. Et ideo sum-
mopere debem⁹ vitare pecca-
tum/ si cupimus vitare miserã
seruitutem illorum.

¶ Allegorice ⁊ septimo/ rex nou⁹
surgens sup Egyptũ/ ignorãs
Joseph: est quilibet princeps
tyrannus/ ignorans Christum
per infidelitatem/ persequens
filios Israel/ id est/ veros Chri-
stianos: quales extiterunt illi
Imperatores Domitianus/ Dio-
cletianus/ Maximianus/ Ualẽ-
tinianus/ Julian⁹/ ac similes:
qui in primitiua ecclesia maxi-
me afflixerunt veros Christia-
nos. Cuius causa fuit: quia ig-
norabãt verum Joseph/ id est
Christũ. Propter quod de tali
oppressione cõqueritur pia ma-
ter ecclesia/ dicẽs: Sepe expu-
gnauerunt me/ supple tyranni
⁊ infideles principes/ a iuuen-

tute mea. i. exordio meo. Inter cetera autem/ ecce quid fecerunt. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: scilicet ijdem qui prius/ et hoc manus violentas et sacrilegas inijcientes in Christos domini. i. in Romanos pontifices/ ceterosque ecclesie dei prelatos et doctores: eo scilicet tempore in quo qui erant in ecclesia primitiua ad martyrium conuolabant primi. Propter quod qui tunc desiderabant episcopatum/ bonum opus desiderabant. Predicti igitur imperatores videntes Christi ecclesiam crescere/ animabant quosque alios principes/ et subditos/ vt vna cum eis insurgerent ad debachandum in milites Christi: nitentes violenter opprimere vnicam eius sponsam ecclesiam. Sed qui vniuersa conspicit deus/ non est auxiliatus eis in bello: quinimmo irrisit illos/ et potentiam illorum subuertit. Qui etsi interdum temporaliter prosperati sint/ et preualuerint aduersus fideles/ varijs mortibus eos afficientes: hoc nouerimus diuina voluntate fuisse permissum/ vt dictos fideles aureola martyrij in celis coronaret. Per hoc autem quod Egyptij coegerunt filios Israel edificare vrbes: affligentes etiam eos operibus duris luti et lateris/ designatur quod dicti tyranni in primitiua ecclesia nonnullos Christianos quos cernebant fortes et robustos corpore: non statim morti tradebant: sed ad tempus reseruabant ad communes vtilitates: cogentes eos edificare vrbes et fortalitia: quandoque etiam condemnabant eos ad metalla: supple extrahenda de visceribus terre/ ad communem vtilitatem vel priuatam ipsorum tyrannorum/ sicut legitur in legenda beati Clementis pape: prouidentes eis de pane arto/ et aqua breui: per talem modum prolongantes eorum martyrium. Nec cito finem cepit hec persecutio/ sed perseuerauit vsque ad tempora Constantini. Ideo dicit Psal. vbi prius quod dicti tyranni prolongauerunt iniquitatem suam. Finaliter autem quemadmodum Pharao post graues plagas illatas filijs Israel/ iusto dei iudicio miserabiliter interijt in mari rubro/ cum satellitibus suis: ita et dicti tyranni varijs mortibus perierunt. Ideo subdit Psalm. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum.

¶ Allegorice et secundo/ Filij Israel qui edificauerunt post mortem Joseph vrbes in Egypto: et qui valde dure tractati sunt/ vt sic extinguerentur totaliter semen eorum/ designant Christi Apostolos: qui fuerunt veri Israelite/ in quibus dolus non fuit: et qui deum viderunt humanatum exterius oculis corporeis: et interius diuinitatem ipsius oculis mentis. Luce. x. Beati oculi qui vident que etc. Hi ergo filij Israel/ id est Christi Apostoli post mortem et resurrectionem Christi edificauerunt vrbes/ plantando/ siue seminando fidem catholicam in varijs mundi partibus: puta Joannes in Asia/ Jacobus in Hispania/ Thomas in India/ Bartholomeus in alia India/ que

finem

finem facit terre habitabilis:
Mattheus in Ethiopia/ Pau=
lus in omnib⁹ illis locis in qb⁹
scripsisse legitur: et sic de alijs
vsq3 ad Petrū: q̄ post Christū
princeps fuit omniū vrbium in
qbus cōtigit Christū coluisse.
Unde ⁊ sedē suā posuit finali=
ter Rome/ vbi habitauit predi
cando/ ⁊ varia signa operan=
do/ annis. xv. que extūc vsq3
modo facta est caput ⁊ pnceps
omniū aliarū ecclesiarū: vt pa
tet. xxj. disti. Quis. itē. ij. q. vij.
beati. Bene ergo ad propositū
loqtur de ipsis Aplis Ps. di=
cens: Cōstitues eos principes
super omnē terrā. Et alibi: Ni=
mis honorati sunt amici tui
deus/ nimus cōfortat⁹ est prin=
cipatus eorū. Ualde tamē du=
re tractati sūt dicti filij Israel
pro omni remūeratiōe/ exteri⁹
⁊ i corpore/ ab Egyptijs. i. ab
infidelib⁹/ paganis scilicet et
Judeis: adeo ꝙ aliquos eorū
excoriauerunt/ vt Bartholo=
meū: alios ignibus cōsumpse=
rūt/ vt Barnabā: alios in feruē
tis olei dolium submiserūt: vt
Joannē euangelistā: Quis in=
de diuina gratia illesus exie=
rit. Alios lācea perforauerūt/
vt Mattheum. Alios ab alto
precipitantes excerebrauerūt:
vt Jacobum minorē. Alios ca
pite truncauerūt/ vt Jacobum
maiorē ⁊ Paulum. Alios vero
cruci affixerunt/ vt Petrum et
Andreā fratrē eius. Ecce quanta
mala fecerunt dicti Egyptij fi
lijs Israel: id est/ infideles po=
puli/ Christi Aplis: ⁊ hoc totū
vt delerent nomen Christi/ et
Christianorū de sub celo. Un=
de cum Ps. premisisset de eis=
dem Aplis: dicēs: Principes
populoꝝ congregati sunt cum
deo Abrahā. i. cū Christo: cui⁹
diē vidit Abraham: ⁊ gauisus
est. Joā. viij. postea subdit/ di=
cēs: Qm̄ dij fortes terre vehe=
mēter eleuati sunt. i. principes
terreni Christū ignorātes: ⁊ q̄
se in presenti faciunt venerari
vt dij: valde indignati sunt/ ⁊
in superbiā eleuati cōtra hmōi
principes populorū. i. Christi
Apostolos: eo potissimū ꝙ per
pdicationes eorū atq3 miracu
la/ videbāt subditos suos (relic=
tis errorib⁹ deoꝝ suoꝝ) cōuer
ti ad Christi verā fidē. Propē
qd ceperunt eos multipliciter
psequi/ atq3 vniuersaliter quosq3
fideles. Nihilominus/ deo ppi=
cio/ quanto pl⁹ affligebāt eos cor
poralit/ tāto pl⁹ multiplicabā=
tur ⁊ crescebāt ⁊ nūero/ ⁊ me=
rito: intm̄ ꝙ vno patiēte ⁊ mo=
riēte p Christo/ interdū plura
milia hoim cōuertebant ad fi=
dē/ ⁊ adiūgebāt cetui fideliū.
Quēadmodū ẽ ex paucis gra=
nis i terrā piectis ⁊ mortificatis
multe spice surgūt/ ⁊ intra spi
cas multa noua grana latitāt:
ita in pposito. Un̄ Joā. xij. Si
granū frumēti cadēs i terrā/ mor
tuū fuerit: multū fructū affert.
¶ Allegorice ⁊ tertio/ Rex no
uus surgens sup Egyptū/ ⁊ ig=
norās Joseph: prefigurat An=
tichristū/ q̄ ad modū regis re=
gnabit tēporaliter/ vsurpās si=
bi dominia illorū fideliū q̄ no=
luerint obedire eius imperio.
Itē erit nou⁹: quia nouos mo=
dos adinueniet vt decipiat/ et
ad se alliciat q̄sq3 hoies. Silr
nouos ⁊ inauditos cruciat⁹ susc=
citabit aduersus fideles i fide

stabiles. Surget astit sup Egyptū. i. ei⁹ imperiū respiciet malos, & i tenebris pctōꝝ & erroꝝ habitātes. Uel super Egyptū: quia nascet in Babylone: non quidem Chaldee, quia illa penit⁹ destructa est & euersa: sed Egypti, q̄ adhuc valde populata est: & hoc de tribu Dan: iuxta prophetiā Jacob, dicētis Gen. xlix. Fiat Dan coluber i via &c. Propt' q̄d tribus Dan nō enumeratur cum tribubus signatis. Apoca. vij. Similiter nec tribus Ephraim: quia fuit principium idololatrie in populo dei. Hic etiam ignorabit verum Joseph, scilicet Christū saluatorē mundi: id est, ad modū ignorantis se habebit: quia omnis malus ignorans. Item in hoc q̄ sacra, & leges per eū cōditas irritabit: negās eū eē deū, aut dei filiū, atq̄ saluatorē scli, faciēs & asserēs se maiorē eo: put de eo dicit Apls. ij. Thess. ij. Cū inqt, reuelat⁹ fuerit, id est, manifestatus: homo peccati, antonomatice, id est, totaliter deditus omni peccato, scilicet Antichristus: filius perditionis, quia perditionis sue perpetue causa erit: similiter & occasio pditionis multorum aliorum. Dan. viij. Interficiet robustos, & pplm sanctorum secundum vocem suā: qui (inqt Apost.) aduersatur, id est, aduersabitur Christo in mēbris suis. Unde & Antichristus dicitur, quasi contrarius Christo: & extollitur, id est, extolletur: per superbiam, arrogantiam & elationē: super omne quod dicitur deus, scilicet falsa hominū opinione: vt demones in idolis: aut quod colitur, scilicet vere vt deus trinitas, qui solus est colendus: secūdum illud Deutrono. vj. Dominum deum tuum adorabis: & illi soli seruies. O q̄ magna supbia peccatoris, extolli supra deum verū. De eo etiā dicitur Dan. xj. q̄ eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem deum. Ecce certe maior supbia q̄ Luciferi. Lucifer eñ voluit deo assimilari: sed iste supra deum exaltari. Extolletur etiam intantū: vt in tēplo dei, id est, in ecclesia, que est tēplum dei: quia magna pars ecclesie ei adherebit. Uel in tēplo dei, id est, ad honorē eius per Salomonem constructo: & postmodum a Romanis destructo: sed tunc a Judeis reedificato in Hierusalē, sedeat: ipse, nēpe de Babylone Egypti vbi nascetur (vt dictum est) veniet in Hierusalem in templum tūc a Judeis reedificatū, & circūcidet se, dicens se esse Messiam eis promissum in lege sua: propter quod credent ei Judei, & adherebūt ipsi. Ecce ergo q̄d per regem nouiter surgentē in Egypto, et ignorantem Joseph significetur: si secundū allegoriam loqui velimus. Predictus igitur rex, qui & Antichristus dicitur: dicet ad populum suum, id est, ad sibi adherentes: Ecce populus filiorum Israel multus & fortior nobis est: quia adhuc per dei gratiā tunc tēporis inuenientur aliq̄ veri fideles & catholici: iuxta Christi promissionem, dicētis Matt. vlti. Ecce ego vobiscum sum vsq̄ ad cōsummationē seculi:

culi: contra quos saltim spiritualiter nõ poterit ꝑualere dictus Antichristus: iuxta illud Rom.viij. Si deus pro nobis/ quis contra nos? Et post pauca: Quis poterit nos separare a charitate Christi? tribulatio/ an angustia/ an fames/ an nuditas/ an periculum/ an persecutio/ an gladius? Corporaliter poterit quidem (deo permittẽte) preualere cõtra ipsos electos: ⁊ hoc ad ipsorũ maius meritum ⁊ gloriã. Unde sequitur: Sicut scriptum est: supple Psal.xliij. Quia ꝑpter te/ supple domine de⁹/ mortificamur tota die. Estimati sumus/ scilicet ab ipo Antichristo/ ⁊ satellitibus ipsius: sicut oues occisionis. Sed in his superamus propter eum qui dilexit nos: id est/ vincimus/ ⁊ superiores efficimur/ scilicet ipsis tormentis ⁊ tyrãnis. Unde ⁊ beatus Uincentius tormẽtis expositus dicebat: Ecce iã in sublime agor propt̃ qḋ etiã Dacian⁹ dicebat: victi sum⁹. Ali⁹ aũt tyrãnus clamabat/ dicens: Una ne nos puella superabit? Job igitur hec animaduertẽs dicebat ad dominũ: Pone me iuxta te/ scilicet per gratiam ⁊ specialẽ protectionẽ: ⁊ cuiusuis manus pugnet cõtra me. Eiusdẽ.xvij. Et Ps. Dominus ꝓtector vite mee: a quo trepidabo? Quantumcunq igitur studeat Antichristus in fine seculi destruere filios Israel: id est/ vniuersam multitudinẽ Christianorũ/ siue occulte ⁊ insidiose/ siue aperte: non tamen preualebit. Quinimmo q̃to plus studebit eos affligere corporaliter: tanto magis crescẽt ⁊ multiplicabunt spiritualiter in interiori homine: vt altius coronentur in celis.

¶ Anagogice. Rex nouus surgens super Egyptum/ ignorãs Joseph/ est diabolus: qui non fuit ab eterno/ sed de nouo/ id est ex tẽpore creatus. Nõ tamẽ tunc diabolus/ sed bon⁹ angelus: ⁊ de nouo peccauit. Tunc autẽ iste rex surrerit sup Egyptum/ quando eo peccante accepit dominium super ceteros malignos spiritus cum eo pariter peccantes: ita vt de ipso recte dicatur Job.xl. ꝙ ipse est rex sup omnes filios superbie.i. super ceteros inferiores demones plenos supbia. Secũdũ enim doctores/ superior demõ habet potestatem ⁊ dominiũ naturale supra ceteros/ quod non totaliter ꝑdidit peccãdo. Tali tamẽ dominio vtitur ad malum suum/ pariter et subditorum suorum aliorũ demonum. Iste autem nouus rex visus est aliquando ignorare Joseph.i. Christum/ mũdi saluatorẽ. Propter quod eum tẽtauit/ vt sciret rei veritatem. Tunc ergo iste rex locutus est ad populum suum: quando primo peccauit/ ⁊ alijs demonib⁹ quodammodo occasio peccãdi fuit/ dicẽs: Ecce populus filiorum Israel/ id est/ cetus bonorum angelorum/ qui recte filij Israel dicũtur: eo ꝙ aperte ⁊ intuitiue vident deum/ sicuti est: multus/ quia reuera multitudo bonorum angelorũ valde magna est/ etiã pluscꝫ multitudo malorum angelorũ: ita vt recte possint dicere illḋ verbum

bum Helisei ad seruū suū: plures sunt nobiscum: ꝙ cū illis. iiij. Reg. vj. Nec solum: inquit priceps demonum ad suos (de bonis angelis loquēs) predict⁹ populus filiorū Israel multus est: verū etiam fortior (inquit) nobis est: tum propter multitudinem: vt dictū est: tum propter dei assistentiam: tum propter suorum naturalium integritatē: que in malis sunt vulnerata. Quod autem sequitur: Venite: sapiēter opprimamus eū: ne forte multiplicetur. referendum est ad illud preliū magnum: quod factum est in celo. de quo Apoc. xij. Quod etiam sequitur: Quantoq̄ opprimebāt eos: tanto magis multiplicabantur: et crescebant: referēdū est ad multiplicationem et crementum: nō quo ad numerum ipsorum bonorum angelorum: qui semper manet equalis: ex quo cōditi sunt: preter eos qui perierūt: sed ad multiplicationem et cremētum: secundū meritum. Quia quādo factum est dictum preliū: adhuc in statu merendi erāt: et viatores. Propter quod multiplicari et augeri poterant: secūdum meritū. Et breuiter ex tunc vsq̄ hodie predicti Egyptij: id est maligni spiritus totaliter tenebrosi: atq̄ in tenebris culpe et pene infernalis habitantes: odio habēt bonos angelos: quos libēter affligerēt: illuderētq̄ eis: dummodo facultas illis daretur. Perseuerant enim semper in affectu malo: ꝗuis effectus non cōcedatur. Et sic patet de anagogica expositione predicti textus: siue clausule.

¶ Tertia clausula.



Dixit autē rex Egypti obstetricibus Hebreorum: quarū vna vocabatur Sephora: et altera Phua: precipiens eis: Quādo obstetricabitis Hebreas: et partus tempus aduenerit: si masculus fuerit: interficite eum: si femina: reseruate. Timuerūt autem obstetrices deum: et non fecerūt iuxta preceptū regis Egypti: sed cōseruabant mares. Quibus accersitis ad se: rex ait: Quidnā est hoc quod facere voluistis: vt pueros seruaretis? Que responderunt: Non sunt Hebree sicut Egyptie mulieres. Ipse enim obstetricādi habent sciētiā: et priusq̄ veniam⁹ ad eas: pariunt. Bene fecit ergo deus obstetricibus: et creuit populus: cōfortatusq̄ est nimis. Et quia timuerunt obstetrices deū: edificauit eis domos. Precepit ergo Pharao omni populo suo: dicēs: Quicquid masculini sexus natum fuerit: in flumen proijcite: quicquid feminei: reseruate.

¶ Historialiter. Postq̄ egregius propheta domini Moyses in precedenti clausula egit de malo affectu: quē gerebat nouus rex Egypti cōtra filios Israel: quia toto nisu studebat eos delere de terra sua. Insuper egit in parte de malo effectu consequente huiusmodi malum affectum: scilicet de oppressione predictorum filiorum Israel: et signanter granādo ipsos in multitudine edifici-

ficiorum: et similiter vilium laborum. Contra quam oppressionem ostendit quam misericors et pius illis fuerit deus: qui inter tot et tantos labores et angustias admodum multiplicauit paruulos eorum, etiam plus solito. Hic consequenter agit idem Moyses de alio effectu consequente predictum malum affectum: quo idem rex nouus laborauit extinguere paruulos sepe dicti populi Hebreorum. Refert ergo Moyses, qualiter predictus rex nouus, ignorans Joseph, id est beneficia exhibita olim toti terre Egypti, medio ipsius Joseph: cum vidisset quod propter grauitatem operum, de quibus in precedenti clausula actum est, non impediretur generatio Hebreorum: sed magis multiplicaretur, deo specialiter ita agente: voluit hoc impedire per aliam viam, scilicet per obstetrices, eis precipiendo vt masculos interficerent, cum susciperent eos progredientes de vteris matrum: fingerentque esse abortiuos. Et hoc est quod dicit Moyses: Dixit rex Egypti obstetricibus Hebreorum: quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua. Quando obstetricabitis Hebreas, et partus temporis aduenerit: si masculus fuerit, interficite illum, scilicet occulte ipsum suffocando: Si femina, reseruate: De causa autem huius dicetur in deductione dubiorum. Non obedierunt autem precepto regis dicte obstetrices, sed ex dei timore conseruabant mares. Quod cum audisset rex rem huiuscemodi, vocauit eas ad se. Quas cum interrogasset, responderunt mentiendo, scilicet officiose, atque dicendo: Non sunt Hebree sicut Egyptie mulieres. Ipse enim habent etc. Est autem mendacium officiosum, quod cedit ad vtilitatem proximi siue spiritualem, siue temporalem, aut corporalem, sicut fuit in proposito. Multa essent hic dicenda, que dicentur in deductione dubiorum.

b :

¶ Circa ergo hanc clausulam mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium, vtrum predicte obstetrices essent de populo Hebreorum, aut Egyptiorum? Hoc dubium satis prolixe deducit magister Nicolaus de Lyra. Circa quod primo recitat dictum Hebreorum, dicentium quod fuerunt Hebree: ita quod prima fuit Jocabeth, filia Leui. Secunda autem fuit Maria, soror Moysi et Aaron. Insuper dicunt quod fuerunt ambe binomie: et secundum hoc exponunt presentem textum: Et quia obstetrices timuerunt deum, edificauit illis domos, supple duplices, scilicet domum sacerdotalem et regiam: quia predicta Jocabeth fuit mater Aaron: vt dicunt dicti Hebrei. Cui quidem Aaron et posteris eius datum est sacerdotium. Maria autem coniuncta est Caleph in matrimonio: que altero nomine dicta est Effrata: atque ab ea denominata est ciuitas Bethleem. De qua ciuitate natus est Dauid rex, de tribu Juda. Sed istum modum dicendi reprobat de Lyra, et

bene

bene dicēs ꝙ contrariaꝛ textui tam precedenti / ꝙ̄ sequēti. Precedenti quidē: quia dictū est in prima clausula precedēti / ꝙ iam mortuꝰ erat Joseph / pariter ⁊ omnes fratres eius / atꝙ omnis cognatio illiꝰ: scilicet quantum ad illos qui ingressi fuerant Egyptū cū Jacob. Inter quos Jocabeth filia Leui continetur. Et ita iam mortua erat. Tu vero adde huic rationi / ꝙ iam fluxerant anni ferme quadringēti ab illo Pharaone / sub quo descendit domus Jacob in Egyptū / vsꝙ ad presentem / qui propter lapsum multi tēporis ignorabat Joseph. Non est autē verisimile predictas duas mulieres tanto tēpore superuixisse. Deniꝙ illud dictū contrariatur textui immediate sequēti / vbi dicitur ꝙ obstetrices ad sui excusationē dixerūt regi Pharaoni: Non sunt Hebree sicut Egyptie mulieres. Ipse enim habent obstetricādi scientiam / ⁊ priusꝙ veniamus ad eas / pariunt. Hec autē excusatio nulla esset / nisi due predicte obstetrices essent Egyptie. Itē vt inquit idem de Lyra / nō est verisimile ꝙ rex Egypti volens occulte interficere masculos Hebreorū / hoc exequeretur per mulieres Hebreas. Et ideo due pdicte obstetrices nō fuerūt mulieres Hebree / sed Egyptie: quas rex prefecerat dicto officio / vt assequeretur per eas suum peruersum intentum.

¶ Secundū dubiū. Quomodo potuerunt due obstetrices sufficere ad tantū officiū / ⁊ p tāta multitudine? Dicendum / ꝙ sub istis duabus fuerūt plures alie obstetrices: quia (vt bene dictum est) due nō suffecissent pro tanto populo. Sed tamen tantū hic fit mentio principaliter de duabus / per quas alijs innotuit edictū regis / vt illis preceperat. Iste enim est mos regū ac principū / ꝙ preceptū eorum primo peruenit ad aliquos ⁊ paucos officiarios: et postmodū p eos alijs multis.

¶ Tertiū dubium. Cur mulieres Hebree nō statuerunt aliquas ex suis que exequerētur officium obstetricādi: vt nō oportuisset aduocasse Egyptias obstetrices: maxime cū illa ars possit faciliter disci? Dicendū / ꝙ timebāt regis edictū: qz hoc phibuerat sub pena mortis. Nō ei hoc potuisset diu latere.

¶ Quartū dubiū. Quare Pharao potius fecit edictū de masculis Hebreorū occidēdis / ꝙ̄ de femellis? Ad hoc potest assignari multiplex ratio. Prima / qz cū mulieres nō sint rebꝰ bellicis dedite aut apte / sicut viri: nō timebat sibi periculū imminere p eas sicut p masculos viros factos. Scda ratio: qz volebat eas reseruare / vt suo tēpore vtilitatē afferrent terre Egypti / exercēdo certas artes qbus ppitie ⁊ dedite erāt / magis ꝙ̄ Egyptie mulieres: que cum delicate essent / ocio vacabant ⁊ libidini. Tertia ratio: quia forte volebat eis / postꝙ̄ ad debitā peruenissent etatē / vti ad voluptatē corporis sui: similiter ⁊ principes regni sui ⁊ ceteri nobiles / de hoc forte ipsum rogauerāt ad eundē finem. Quarta ratio ponitur in

historia

historia scholastica/ que origi-
naliter sumitur ex Josepho/ di-
cente ꝙ quidam sacrorum scri-
ba predixerat eidē regi/ ꝙ cir-
ca illa tempora deberet na-
sci inter filios Israel quidā mas-
culus/ qui regnum Egypti hu-
miliaret: augeret autem suo
cremēto Israelitarum genus/
atq; virtute vniuersos trāscen-
deret. Per quem intelligebat
Moyses cuiꝰ aduētū ꝓcogno-
scēns diabolꝰ/ q etiā multa fu-
tura ꝓdicit/ istud nouū reuela-
uit dicto scribe/ q̄ ꝛ demonia i
idolis colebat/ sicut ꝛ ceteri
Egyptij. Cōsilio ḡ ꝓdicti scri-
be iussit Pharao/ vt omne ma-
sculinum genus/ quod ex He-
breis nasceretur/ necaretur in
ortu suo ex vtero matris. Qđ
cum non esset factum secundū
edictum suum: iussit postea/ vt
paruuli Hebreorum in fluuiū
iactarent/ ꝛ ibi submergerent.
¶ Quintum dubium est de pe-
na/ quam statuit Pharao obste-
tricibus contrauenientibus e-
dicto suo. Dicit ad hoc Jose-
phus/ ꝙ statuit suppliciū mor-
tis aduersus rebelles ꝛ cōtra-
uenientes edicto suo/ etiā quā-
tūcūq; occulte id facerēt/ dū-
modo posset ꝓbari cōtra eas.
Nec quidem solum eas perimi
iussit/ verumetiā ꝛ totā gñatio-
nem earundē que ita agerent.
¶ Sextum dubium oritur pro-
pter illud verbum/ Timuerūt
autem obstetrices deum. Que-
ritur quomodo hoc factum est/
maxime cum ille essent Egy-
ptie mulieres/ vt prius dictum
est/ et ꝑ cōsequens idololatre:
ꝛ ignorantes deum/ qui solum
ab Israelitis cognoscebatur ꝑ
fidem ꝛ colebatur: iuxta illud
Psal. Notus in Judea deꝰ/ in
Israel magnum nomen eius.
Dicendum in primis/ ꝙ potue-
runt edoceri a doctore intrin-
seco de noticia vnius dei. Itē
de hoc potuerunt instrui per
mulieres Hebreas/ cū quibus
ratiōe officij habebāt cōuer-
sari: ꝛ que illis ostenderūt gra-
uissimam offensam dei/ si inno-
centes occiderent. Maxime
cum hoc non solum prohibea-
tur per legem scriptam/ que di-
cit Exod. xxiij. Insontem ꝛ iu-
stum nō occides: verumetiam
lex naturalis hoc horrendum
facinus abhorret ꝛ vetat.
¶ Septimum dubium moue-
tur: propter illud sequens ver-
bū/ Et non fecerunt iuxta pre-
ceptum regis Egypti: sed con-
seruabāt mares. Circa quod
queritur/ si in hoc peccauerūt
mortaliter? videtur quod sic:
quia obediendum est preposi-
tis/ etiam discolis ꝛ malis: vt
dicitur .j. Pet. ij. Dicitur etiā
Heb. xiij. Obedite prepositis
vestris/ ꝛ subiacete illis. Cu-
ius rationem assignat idem
Apostolus Rom. xiij. dicēs/ ꝙ
q potestati resistit/ dei ordina-
tioni resistit. Dicēdū/ qđ nul-
lo modo peccauerūt in non o-
bediēdo precepto Pharaonis:
quia fuit irrationabile. Et ad
authoritates dicendū/ qđ in-
telliguntur quando prepositi
ꝛ superiores precipiunt ratio-
nabilia. Alias magis obediē-
dum est deo/ q̄ hominibus. Et
si arguat in contrariū/ ꝙ infe-
rior nō habet discutere de pre-
cepto superioris: sed illud im-
plere ꝛ exequi. Dicendū/ ꝙ ve-
rum

rũ est/quando est rationabile. Non aũt quãdo cõtinet intolerabilẽ & manifestũ errorẽ: vt est in proposito: q2 erat questio de occisiõe pene infinitorum innocentiũ. Qd attendentes lictores Saul/noluerũt ad ei9 preceptum interficere sacerdotes domini: vt dicitur. j. Reg. xxij.

¶ Octauũ dubiũ mouet/ propter illud verbũ obstetricũ/dicentiũ regi Pharaoni eas increpãti: Nõ sunt (inquiũt) Hebree sicut Egyptie mulieres. Ipse enĩ obstetricandi habent scientiã. Querit ergo/vtrũ obstetricatio sit specialis sciẽtia/ & necessaria: videt qd nõ. Qd enĩ de9 & natura dederũt bestijs & volucribus: non videt denegasse mulieribus. Sic est autẽ q cetere femelle aliorum animaliũ nõ indigẽt alieno auxilio/ sed solitarie pariunt: vt experiẽtia docet. Igit non est opus mulierib9 habere obstetrices. Insup multe mulieres pariũt absq obstetrice/siue q2 partus est festinus/siue q2 occulte volũt parere: eo forte q volũt alias mulieres latere q cõceperũt ex iniquo coitu/siue q2 nõ reperit obstetrix: igit &c. Dicẽdũ/q licet naturali instinctu oẽs femelle aliorũ animaliũ sciant parere/absq extrinseco adiutorio: nõ tñ sic est de mulieribus: q2 hominũ genus arte & ratiõe viuit. Da exẽplũ de indumẽto/de quo natura alijs animalib9 ab ortu suo sufficienter prouidit. Non tñ homini: sed altius prouidit ei de arte & ratione/p quã potest sibi cõmodi9 prouidere. Qd ergo occulto alique mulieres pariãt absq extrinseco auxilio/& sine aborsu/ hoc accidit propter bonam dispositionẽ nature in illis. Non sic aũt est in alijs/q̃ pro maiori parte indigẽt obstetricibus. i. mulieribus habentib9 artẽ suscipiẽdi paruulũ de vtero matris. Quã quidem artem vocat hic Moyses sciẽtiã/large sumendo scientiam.

¶ Nonũ dubiũ: vtrũ mulieres Egyptie essent aptiores ad exercendũ predictũ officiũ obstetricandi/q̃ mulieres Hebree. Dicendũ q sic. Ad hoc enĩ officiũ requirit/ q mulieres sint delicate/& non multũ robuste. puta q habeant man9 & digitos delicatos & tenues. In hoc autẽ precellebãt mulieres Egyptie Hebreas/ eo q plurimum vacabant ocio/ & sine magno & duro labore manuũ. Mulieres aũt Hebree vacabãt quasi assidue labori manuũ/& per consequens habebant manus robustiores & duriores. Insuper predicte mulieres Egyptiace erant magis libidinose/ utpote tanq̃ nutrite i delitijs/ & p cõsequẽs debiliores in partu: q2 frequẽtia actus venerei multũ debilitat naturã. Propter qd facili9 & sepius periclitabant in partu/q̃ Hebree/que erãt calle/& per cõsequẽs fortiores in partu. Et ita minus indigebãt obstetricibus q̃ Egyptie mulieres. Ex quibus omnibus cõcluditur/q Egyptie mulieres eligebãt obstetrices de gẽte sua/ tanq̃ ad hoc officiũ aptiores.

¶ Decimũ dubium oritur: propter illud precedens verbum/ Cum tempus partus aduenerit. Circa qd querit: quare autho2

thoꝛ nature deus voluit potiꝰ
statuere prefirum tempus pa-
riendi femellis brutoꝝ ꝙ mu
lieribus. Nunꝙ enim illud ex-
cedūt / siue per anticipationē/
siue per retardationem. Dicē-
dum / qḋ istud potest ꝑcedere
ex vehementi apprehensione
sēsitiua / siue ex vi cogitatiua /
que est quedam ratio particu-
laris existens in mulieribus / ⁊
non in brutis. Uel potest ꝑce-
dere ex varietate cōplexionis /
que diuersificat̄ magis in mu-
lieribus ꝙ in alijs animalibꝰ.
Uel dic / ꝙ istud fit specialiter
a deo volente per hoc innuere
ꝙ mulieres debēt semper esse
parate per mentis puritatem /
quo ad deū. Ista tamen ratio
est theologa / ⁊ non naturalis.
Uel dic ꝙ hoc fit a deo ne mu-
lieres apprehēdentes prefixū
tempus sui partus nimis time-
ant ⁊ horreāt dolores partus.
¶ Undecimū dubium oritur:
propter mendacium obstetri-
cum / de quo queritur: vtrum
fuerit licitum? videtur ꝙ sic:
quia per illud nullum malum
sequebat̄ / ⁊ innocentes a mor-
te preseruabantur: igitur. Di-
cendū ꝙ aliqua sunt in se ma-
la / que nisi vestiantur aliqua
bona circūstantia / redduntur
culpabilia: sicut occidere ho-
minē / est in se malum: adue-
niente autem aliqua bona cir-
cunstantia / efficitur bonum: si-
cut cum occidit̄ quis fur / aut
homicida. Aliqua autem sunt
secundum se mala / que habent
inuolutam ⁊ inseparabilē ma-
litiam: sicut fornicatio / adul-
terium / blasphemia / odiū dei:
quibus annumeratur menda-
cium / etiā quodcunqꝫ: secundū
illud Eccli. vij. Noli velle mē-
tiri omne mendaciū. Qui autē
omne dicit / nihil excludit. Si-
militer lege diuina / videlicet
Leuiti. xix. dicitur: Non men-
tiemini. Itē Eccli. iiij. dicitur:
Non contradicas verbo veri-
tatis vllo modo. Insuꝑ Apo.
Ephe. iiij. ait: Deponētes mē-
dacium / loquimini veritatem
vnusquisqꝫ cum proximo suo.
Item Jacob. iij. Nolite men-
daces esse aduersus veritatē.
Ad idem etiam est diuus Au-
gusti. qui de hoc fecit specialē
librum / intitulatum de mēda-
cio. Similiter idem dicunt iu-
ra canonica. Item Aristoteles
iiij. Ethic. dicit ꝙ omne mēda-
cium est per se prauum ⁊ fugi-
endum: verum autem est bonū
⁊ laudabile. Et sic patet ꝙ mē-
dacium obstetricum fuit illi-
citum / saltem venialiter. Et cū
arguitur in oppositum / ꝙ nul-
lum malum inde sequebatur.
Falsum est: quia ad minus se-
quebatur culpa venialis in
dictis obstetricibus / pro quo
malo vitādo licite debuissent
preelegisse mortem. Et ideo
quamuis nullum malum pene
inde secutum fuerit / non pro-
pterea sequitur ꝙ ita licuerit
dicere. Insuper quantum ad
aliam partem / que dicit / ꝙ in-
nocentes per tale mēdaciū a
morte preseruabant̄. Esto ita /
non ꝓpterea sequit̄ / ꝙ licuerit
talibus obstetricibus mentiri:
quia non sunt facienda mala /
supple culpe: vt inde eueniant
bona: vt dicitur. xiiij. q. v. ꝓ to-
tum. Item. xxij. q. ij. is autē. ⁊
c. ne quis. ⁊ similiter. ca. faciat.
Duodecimum

¶ Duodecimum dubium: vtrū mendacium obstetricum fuerit mortale peccatū. Videtur ꝙ sic: quia mentiri iudici/ est mortale peccatum. Predicte autem obstetrices mētite sunt regi Pharaoni/ dicentes: Non sunt (inquiunt) Hebree/ sicut Egyptie mulieres: ipse enī habent ⁊c. Igitur earum mendacium fuit mortale peccatum. Dicēdum/ ꝙ earum mendaciū fuit officiosū: quasi nemini nocens/ et aliquibus proficiens. Ista est enim diffinitio mendacij officiosi/ secundū doctores. Et ꝗuis forsan de aliquibus mulieribus Hebreis verum dicerent: scilicet ꝙ pariebāt priusꝗ ad eas venirent: quia non est verisimile de omnibus parientibus/ ꝙ habēt obstetrices vel obstetricem. Unde ⁊ de matre Moysi non legitur/ ꝙ aliquam habuerit. Si tamen vniuersaliter earum responsio intelligatur/ sicut oportuit eas ad interrogata respondere: mētite sunt. Habebant enim generale p̄ceptū a rege. Et ideo responsio earum debuit esse generalis. Mendacium igit̄ earum/ cum non fuerit perniciosum/ vt cōstat: fuit tn̄ veniale. Processit enim ex timore/ sine damno/ cuiuscunqꝫ: vt dicit de Pal. Et cum argumentum est ꝙ mentiri regi/ aut iudici ī iudicio est mortale peccatū: concedēdum est vbi ⁊ quando bene procedit iudex: recte vtens potestate sua. Hoc autem non fuit in proposito/ vbi iudex q̄rebat occidere īnocētes. Alij autem aliter probare nituntur predictum mendacium obstetricum fuisse mortale peccatū: quia mentite sunt in parte pro conseruāda vita propria. Hoc autem fuit/ inquiūt/ libidinosum/ ⁊ per consequens mortale peccatum. Igitur. Sed hūc modum dicendi reprobat beatus Thomas. iij. senten. distī. xxxviij. quest. j. arti. iiij. in sol. ad tertiū/ dicens: ꝙ dictus modus dicendi nō videtur verꝰ/ nec rationabilis: eo ꝙ homo non minus tenetur tueri vitā suam/ ꝗ alterius. Et tamē tuendo vitam alterius per mēdaciū/ non peccat nisi venialiter ⁊ officiose: igitur nec in proposito. Alij vero aliter probant predictum mendacium obstetricū fuisse mortale/ ⁊ hoc sic: Illud est mortale peccatum/ p quod merces eterna commutatur in temporalē. Sed sic fuit in proposito. Nam teste Greg. super hoc passu/ et ponitur in glo. ordina. de obstetricibꝰ loquens. Et similiter recitatur xxij. quest. ij. si quelibet benignitatis earum merces/ que in eterna vita remunerari poterat/ per culpā mendacij in terrenam recompensationem cōmutata est. Igitur tale mendacium fuit mortale peccatum. Pro solutione huius instantie beatus Thomas/ vbi supra dicit/ ꝙ in actibus obstetricum tria possunt considerari. Primum est ipsa pietas/ qua pueris voluerunt parcere: ⁊ quantum ad hoc vel meruerunt/ vel ad meritum disponebant. Et secundum hoc intelligendum est verbum Hiero. dicentis/ ꝙ dominus edificauit illis domos spirituales. Secundum

fuit

fuit ipsum mendacium / quod siue pro liberatione vite propriei/siue pro saluanda vita dictorum paruulorum / veniale peccatum fuit. Et sic habent laudem / secundum Augustinum in libro de mendacio / nō quidem perfecte iustitie: sed profectus ad iustitiam. Tertium fuit omissio confessionis diuine veritatis et iustitie: si tamen coram Pharaone tunc veritatem confiteri tenebantur: & quantum ad hoc potuit esse ibi peccatum mortale. Et secundum hoc potest intelligi ꝙ merces eterna eis in temporalem commutata est. Uel si ex hoc mortaliter non peccauerunt: dicitur merces eterna in temporalem commutata: quia earum benignitas gratia non informata/remunerationem tēporalē habuit / que gratie adiuncta remunerationem habuisset eternam. Dicit etiam idē beatus Thomas vbi supra / articulo.iij. in sol. ad secundum / ꝙ dicte obstetrices / que mentite sunt / non sunt pro mendacio remunerate / sed pro pietate: quia pueros Hebreorum liberauerunt a morte. Hec ille. Quod tamen sub dubio relinquit idem doctor: scilicet de obtemperādo mandato Pharaonis: pro constanti accipiendum est in partē negatiuam. Neqꝫ enim regis obtemperari debet imperio / quod contra dei iustitiam noscitur emanasse: vt dicitur.xj. quest.iij. si dominus. Unde ibidem cap. seq. quod incipit / Julianus. Julianus imperator quis esset apostata: habuit tamē sub se Christianos milites: quibus cum diceba t/producite aciem pro defensiōe reipublice: obediebāt ei. Cum autem diceret eis / producite arma in Christianos: tunc cognoscebant imperatorem celi. Hec ibi. Itē ibidem cap. qui resistit. dicit August. ꝙ si quid iubeatur quod non est faciendum / contemnenda est potestas humana / & obtemperandum est deo. Et dat ibi exemplum de eo quod iubet imperator: cuius cōtrarium si iubeat proconsul: obediendū est potestati superiori / & contemnenda est potestas proconsulis: ita i proposito. Resolutorie ergo tenendum est / ꝙ mendacium obstetricum potest dupliciter considerari. Uno mō quantum ad effectum beniuolētie in Iudeorum paruulos / & ad reuerentiam diuini timoris: et sic debebatur eis remuneratio eterna: supposito tamen ꝙ haberent & charitatē. Et quantum ad hoc exponit Hiero. ꝙ deus edificauit illis domos spirituales. Alio modo potest considerari / quantū ad exteriorem actum mendacij: quo quidem non potuerūt mereri eternam retributionē / sed temporalem remunerationem: cuius merito non repugnabat deformitas illius mendacij: sicut repugnabat merito remunerationis eterne. Et sic intelligenda sunt premissa verba Gregorij vbi ait: Benignitatis earum merces &c. Non ergo intellexit / ꝙ p illud mendaciū mererentur amittere remunerationem eternam / quā iam ex precedenti effectu

meruerāt/ſecūdū beatū Tho.
Dñs autem Hugo Cardi. vide
tur ponere in predictis obſte=
tricibus vnicum actum/dicēs:
ꝙ mentite ſunt officioſe: ſcili=
cet timore mortis tēporalis/
et amore vite preſentis: quod
quidem mendaciū impediuit
eas/ne gratia illis daret. Si=
cut enim aliquis exiſtens i mor=
tali peccato/bonis operibus
occaſionaliter quodammodo
ſe reddit idoneum/vt ei gratia
conferatur/qua collata poteſt
mereri vitam eternam: ſed ſi ſe
quatur malum opus/etiam ve
niale/facit vt bona opera pre=
cedentia non ſint occaſio gra=
tie conferende: ita mendacio
iſto abſtulerunt ſibi obſtetri=
ces gratiam/qua reddiderunt
ſe minus idoneas ad habendā
gratiam qua mereri poterant
vitā eternā. Et ob hoc dicit Gre
gorius/ꝙ pro culpa mēdacij/
merces benignitatis earū de=
clinata fuit in terrenā merce=
dem. De domibus autē quas il
lis edificauit domin⁹: hoc ex=
ponit literaliter/dicens: ꝙ cū
eſſent pauperes/locupletauit
eas: vel cum eſſent ſteriles/fe=
cundauit eas. Hec ille.

¶ Decimumtertium dubium/
verſatur circa illud preceptū
Pharaonis ad populum ſuū/
dicentis: Quicquid maſculini
ſexus natum fuerit/in flumen
proijcite. Queritur ergo/quo=
modo huiuſmodi preceptum
poterat obſeruari: quia veriſi=
mile eſt ꝙ non in quocunq̄ lo
co erant Hebrei/ibi erat flu=
uius. Dicendū/ꝙ fluuius Ni=
li/qui irrigat terram Egypti/
diuiditur per plures riuulos/
iuxta quos Hebrei habitatio=
nem habebant. Et tales riuu=
li hic vocantur generaliter flu
men. Vel flumen hic vocat om
nem congregationem aquarū/
ſiue currentium/ſiue ſtantiū:
q̄ facile vbiq̄ haberi poſſunt/
et maxime per artem.

¶ Decimumquartum dubium
eſt/de pena Egyptiorum/pro
eo ꝙ ſtuduerunt modis predi=
ctis affligere Hebreos/vna cū
rege ſuo. Ad hoc dicendum cō
formiter ad magiſtrum hiſto=
riarū/ꝙ in penam horum cre=
ditur deus eos tradidiſſe in
hūc errorem/vt Apim ꝓ deo
colerent. Erat autem Apis/vt
Plinio placet (qui et teſtatur ſe
illum vidiſſe) quidam taurus/
qui ex improuiſo egrediebat
de flumine: habens in humero
dextro ſignum candidum in=
ſtar lune corniculate: ad quem
cum ſtatim confluerent Egy=
ptij/omni genere muſicorum
pſallentes/leuabatur in aere:
et ſuper eos tanq̄ pſallens fe=
rebatur: et ad motum vel ſta=
tionem eius ipſi in terra mo=
uebantur vel ſtabant/atq̄ ea=
dem die euaneſcebat. Dicunt
autē quidā ꝙ in feſto Serapis
annuatim emergebat. Vnde et
ipſum Serapim id eſt Apim cō=
ſecratum nuncupant vocatum.
Alij autem per decenniū ſe=
mel apparere dicunt. Alij au=
tem tempore iuſti ſacerdotis
Heliopoleos/vt quaſi diuini=
tus iuſticia indicaretur ſacer=
dotum. Peccatum ergo flumi=
nis puniuit deus in errore flu=
minis. Hec Petrus Comeſtor.

¶ Moraliter/et primo/et cōfor=
miter ad gl. ordi. ſup hoc paſſu Pha=

ni: Pharao est diabolus/ qui ē princeps Egypti .i. huius mundi/ qui est totus plenus tenebris. Hic autē pīceps nō vult viuificari masculos/ sed feīas. Pro quo notandū/ ꝙ in femīa caro et affect⁹ carnis designaẗ. Uir autem est intellectus/ qui potest celestia capere/ deū intelligere/ ⁊ que sursum sunt querere. Hūc ergo virū odit predictus princeps Egypti/ ⁊ ipsū necari cupit. Ecōtra autē cupit/ que carnis sunt viuere: et que ad materiā pertinent corporalē/ hec non solum viuere/ verū etiā augeri cupit. Uult enim vt oēs carnalia sapiant: temporalia/ ⁊ que sunt sup terram querant. Item ꝙ nemo leuet ad celum oculos: nemo q̄rat vnde huc venerit/ nemo patriā paradisum recordeẗ. Cū ergo videns hoīes in voluptatibus vitā ducere: luxu fluitare/ conuiuijs ⁊ īpudicitijs operam dare: scito quia in his rex Egypti masculos necat/ feminas autē viuificat. Si qs vero oculos sursū vult erigere/ eterna querere: odisse delitias et luxuriā/ amare cōtinentiā: hūc quasi masculum necari cupit Pharao predictus/ atq; eū ꝑsequitur toto conatu: milleq; machinis ipsum oppugnat ⁊ odit: taleq; viuere in Egypto hui⁹ mūdi nō sinit. Et ide est/ ꝙ serui dei in hoc mūdo habenẗ cōtēptui/ expositi ꝯtumelijs. Inde etiā in eos odia ⁊ persecutiones concitantur. Hec ex dicta glo. post Origenem.

¶ Moraliter ⁊ secundo/ conformiter ad eandem glosam ordinariam/ idem princeps/ qui et diabolus dicitur/ nititur corrumpere duas obstetrices: quarum vna vocatur Sephora .i. passer: altera Phua .i. rubēs/ vel verecūda. Nā ꝑ has necari mares/ ⁊ viuificari feminas querit. Sed ⁊ timebāt obstetrices deum: et non fecerūt sicut preceperat eis rex. Obstetrices docuerūt ante nos quādam formam rationalis eruditionis tenere. Obstetrices em̄ medice sunt: ⁊ tam masculos/ q̄ feminas fouēt. Eruditio ergo communis/ est rationalis scientia/ ⁊ ad omnem pene ꝑuenit sensum/ omnes instruit ⁊ fouet. Si quis autem ī ea virilis animi fuerit/ qui velit celestia querere/ diuina sectari/ velut medicatus et fortis/ per has eruditiones ad diuinorum intelligentiam paratior veniet. Est enim vna velut passer/ que celsiora docet: et rationabilis doctrine pēnis in altum prouocat. Altera rubens/ vel verecunda/ moralis est: mores componit/ verecundiam docet ⁊ honestatem. Hec ex predicta glo. post Origenem.

¶ Moraliter et tertio/ per regem nouum/ qui surrexit super Egyptum/ qui ignorabat beneficia Ioseph:/ et qui valde opprimebat filios Israel/ et precipue in luto et latere/ atque paleis/ ad edificationem suarum vrbium. Insuper et qui iussit obstetricibus/ vt omnes masculos necarent: feminas vero reseruarent. Qui deniq; postmodum iussit masculos paruulos dicti populi in flumen proijci. Per huiusmodi/ inquam/ re-

gem nouum / intelliguntur noui reges et principes/ prelati et iudices/ iuuenes vel inscij homines/ bonis et virtutibus suorum predecessorum dissimiles / atque in vitijs innouati: quorum tota cura est filios Israel. i. bonos subditos suos rapinis et exactionibus/ atque tributis et seruitutibus opprimere: et eos per suos iniquos magistros operum/ scilicet balliuos et officiales affligere. Et si que beneficia a Joseph. i. ab aliquibus eorum amicis ipsi/ vel eorum progenitores receperint/ solent cūcta obliuioni tradere. Istud autem ad oculum patet de multis principibus/ qui si habuerint aliquem Joseph. i. aliquem magnum cōsiliarium vel magistrum: a quo receperint interdū aliqua magna obsequia/ solēt dum viuit suis amicis bñfacere / aut parcere: sed ipso mortuo/ solent illos de eius gñe etiam plusquā alios infestare et grauare: forte dicentes quod ille male se habuit in officio suo/ et quod oportet eos reddere rationem de omnibus per eum actis. Et breuiter/ mali superiores hodie i regno et iurisdictione sua filios masculos. i. bonos et virtuosos nituntur submergere et extirpare. Feminas vero. i. molles et defectuosos/ et ad bene operandum inhabiles / solent seruare: atque eos plusque alios supportare/ atque in officijs publicis etiam valde arduis preficere.

¶ Moraliter et quarto/ Pharao rex nouus/ est diabolus/ qui scilicet Israel. i. fideles/ quos per peccatum subiugat/ in tribus principaliter occupat: videlicet in luto inficiente / id est in luxuria: in palea de leui volante. i. in superbia: atque i latere/ que igne decoquitur/ id est in auaritia. Ecce quomodo diabolus affligit / et in quibus/ illos quos per peccatum sibi subiugat. Insuper fetus masculos. i. bona opera/ saltim de genere bonorum/ in eis suffocat et destruit/ atque in flumine voluptatis carnalis submergit. Feminas vero. i. molles actus et reprobos/ solet in talibus hominibus vegetare. Vult enī et optat diabolus quod mala opera in nobis pullulent et succrescant/ bona vero decrescant et deficiant.

¶ Moraliter et quinto/ Pharao est diabolus/ vt dictū est: qui semper habet odio filios Israel. i. Christifideles: potissime masculos. i. probos homines/ et virtuosos. Unde tales vidēs in primitiua ecclesia multiplicari: et per consequens illis inuidens/ per prefectos operum. i. per mundi tyrannos faciebat ipsos affligi/ putans per hūc modum nomen Christi et fidē eius se posse destruere/ eneruare/ atque subuertere. Ueruntamen quanto plures afficiebantur. i. pro Christo moriebātur/ tanto fidelium numerus amplius multiplicabatur/ atque status ecclesie in melius augebatur. Quia vt habetur Prouer. xxi. Non est sapientia/ non est scientia/ non est consilium contra deum. Unde in historia tripertita legit/ quod Julianus apostata volēs sectam Christi destruere/

struere (sciens quod consueuerat in tribulationibus proficere) decreuit non tribulationibus, sed oblectationibus sanctorum animos immutare.

¶ Moraliter et sexto, per filios Israel inter Egyptios conuiuentes, intelliguntur boni in medio nationis peruerse constituti. i. inter malos habitantes: quorum aliqui sunt constantes: alij vero inconstantes et fragiles: et hi per masculos, quos iubet Pharao occidi significantur, quia tales faciliter a diabolo medio ipso consortio malorum, spiritualiter occiduntur: iuxta illud psal. Cum peruerso peruerteris. Primi autem per paruulas, quae reseruate sunt, designantur: quia medio gratie dei preseruantur a tyrannide Pharaonis infernalis. Tales etiam designantur per Dauid, qui vicit gygantem. j. Regum. xvij.

¶ Moraliter et septimo, per obstetrices, que fuerunt benigne et misericordes masculis Hebreorum, vbi tamen rex Egypti mandabat ipsos per eas debere occidi: designatur quod mulieres debent esse magis compassiue et pie quam viri. Nam etiam natura eas ad talem affectum pium inclinat. Unde etiam in alijs generibus animalium femelle sunt benigniores masculis: preter quam leene. Et ideo vbi inueniuntur alique mulieres feroces et dure, possunt vocari leene. Quod ergo communiter mulieres sint magis compassiue viris, habetur historia. j. Reg. xxv. de Abigail vxore Nabal, que audiens virum suum dure respondisse seruis Dauid, petentibus panes pro ipso Dauid et suis, cum esset in necessitate constitutus: secrete fecit parari escas varias et in copia, quas misit ad Dauid. Sicque pacatus est animus eius, ne sumeret vindictam de Nabal: prout conceperat se facturum. Legitur etiam Mat. xxvij. quod sedente Pilato pro tribunali, vt iudicaret Christum ad mortem, misit ad eum Procula vxor sua dicens: Nihil tibi et iusto illi. Ecce igitur quomodo ipsa procurabat ex pietate Christum a morte liberare, quem vir suus disponebat condemnare. Insuper legitur de vxore Marentij Imperatoris, quod compassa est beate Katherine: quam dictus Marentius durissime cruciari faciebat. Non mirum ergo si obstetrices (cuiuis Egyptie) ex compassione pepercerunt masculis mulierum Hebrearum.

¶ Allegorice et primo, Pharao iubens interfici omnes masculos Hebreorum, vt simul cum eis interficeretur Moyses, de quo quidam magice arti deditus predixerat eidem Pharaoni, quod deberet humiliare regnum Egypti: vt dictum est in fine solutionis ad. iiij. dubium precedens, designabat et quodammodo prefigurabat Herodem: qui audiens Christum natum regem Judeorum, iuxta verbum Regum, dicentium ad eum et interrogantium: Ubi est qui natus est rex Judeorum: timens ne priuaret eum regno, iussit omnes paruulos Bethlehemitas a bimatu et infra occidi, vt simul cum eis occideretur paruulus Christus. Sed sicut Moyses euasit tyrannidem Pharaonis, ita et Christus impij Herodis.

¶ Allegorice ⁊ scḋo / due obstetrices predicte / designāt synagogā Judeorū / ⁊ Christi ecclesiā. Prima enī / que dicta ē Sephora / que vno modo interpretatur placēs / designat synagogā / q̄ tp̄e Moysi ⁊ prophetarū vsq̄ ad Christi aduētū placuit deo: vbi gētilitas illi displicuit. Hec igiť obstetrix studuit per obseruantiā circūcisiōis saluare paruulos Judeorum. Non tamē sic / ꝙ ipsa circuncisio daret remissionē culpe origīalis / seu gratiā ex opere operato: sicut nūc cōfert baptismus: sed solū ex opere operante: scilicet ex fide ⁊ deuotione parentū. Secunda autē obstetrix / q̄ dicta ē Phua / ⁊ q̄ interpretať vno modo rubens: designat Christi ecclīam / que est tota rubicūda Christi sanguine / atq̄ martyrū. Hec similiť obstetrix hodie saluat paruulos a morte spirituali ⁊ eternali / per inundationē sacri baptismatis / multo efficacius q̄ olim synagoga per circūcisionem. Juxta illud dn̄i verbum Mar. vlt. Qui crediderit / ⁊ baptizatus fuerit / saluus erit. Ecce q̄d opať hec obstetrix. Per Pharaonē aūt / qui iusserat dictos paruulos Hebreorū occidi / intelligiť diabol⁹: cui olim displicuit prima obstetrix. i. synagoga Judeorū / cū adhuc viueret. Siľr ⁊ eidē nūc displicet scḋa obstetrix. i. Christi ecclesia: eo ꝙ cernit masculos. i. bonos ⁊ virtuosos viuere vita grē: quos tn̄ cupit mori morte culpe / ⁊ tādē gehēne. Sʒ q̄d sibi vlť illa r̄n̄sio obstetricū ad Pharaonē: Nō sūt / inquīt / Hebree sicut Egyptie mulieres. Ipse enī obstetricandi habent scientiam. nisi ꝙ secte gentiliū ⁊ paganoꝝ nō sunt sicut olim erat synagoga Judeorū: ⁊ sicut nūc est ecclesia Christi / q̄ ambe pariūt filios suos viuos / licet diuersimode. Nā olim synagoga pariebat filios suos viuos / ex ope operante. Ecclesia autē Christiana / ex ope operato: vt dictū est. Mulieres autē Egyptie. i. rit⁹ paganoꝝ: q2 nō habēt obstetricādi scientiam / ideo pariūt filios abortiuos ꝑ culpā / ⁊ tandē ꝑ eternā penā.

¶ Allegorice ⁊ tertio ꝑ Pharaonē / q̄ valde oppressit filios Jsrael: ita vt oēs paruulos coꝝ primo ꝑceperit suffocari / deinde i flumine ꝓijci ⁊ submergi / hoc agente ꝑ eū diabolo: eo ꝙ preuidebat de domo ⁊ familia Jacob Christū nasciturū: q̄ populū suū liberaret de potestate ipsi⁹: designať ꝙ olim ante aduentū Christi / ipse idē diabolus valde oppressit ꝑ multitudinē pctōꝝ ⁊ peccantiū mūdum vniuersum. Jta vt dicat Apo. Rom. v. ꝙ vbi abūdauit delictū / supabūdauit ⁊ grā. Jn cui⁹ etiā figuram legiť / sine tn̄ authoris noīe / ꝙ cū parentes Christi deferrēt eū adhuc paruulū in Egyptū / ad vitandū furorē Herodis / eo ingrediente ꝑdictā Egyptū idola de sedib⁹ suis corruebāt in terrā. Applicatio est facilis. Cū ergo ꝑ cōiecturas scripturarū cognouit diabolus aduentū filij dei imminere / tāto magis studuit mundū opprimere / ⁊ signāter ꝑ idololatriā ⁊ oēm aliā clpā / dicēs pplo suo. i. alijs angelis apostatis: Venite sapiēter opprimam⁹ eū / scilicet hominē. i.

astute

astute ip͂z decipiamꝰ/ ⁊ in erro res varios inducamꝰ. Hoc eñ sibi vult hoc nomen Pharao/ qꝺ vno modo eludēs vel disp̄gēs interpretatur. Ipse eñ est q̄ dispergit oues per varias semitas.i.per varios errores.

¶ Allegorice ⁊ quarto/ p̄ Pharaonē/ q̄ iubet masculos necari/ feminas vero reseruari/ intelligitur diabolus: q̄ optat ⁊ laborat vt masculi in ecclesia.i. boni ⁊ veri catholici aduersa patiantur ⁊ molestētur/ ab iniquis regibus ⁊ principibꝰ: atq̄ eorꝫ officiarijs ⁊ locūtenentibꝰ/ ita vt q̄nq̄ mors sequatur. Per feminas aūt (q̄ molles sunt) heretici/ ⁊ male sapiētes in fide intelligunt. Talibꝰ ergo parcūt multi Pharaōes/ ⁊ viuere eos ꝑmittunt in scandalū ⁊ ꝑniciē aliorū catholicorū: nisi forsan fuerit multū ꝯstātes. Hec aūt magis videmꝰ corā oculis nr̄is ꝯtingere/ q̄ȝ legamꝰ i codicibꝰ.

¶ Allegorice ⁊ quīto Pharao est princeps tyrānus/ ⁊ infidelis: q̄les fuerūt olim multi Imperatores/ reges ac principes/ q̄ in odiū Christi masculos.i. fortes ⁊ cōstātes in fide catholica/ iubet diuersimode interire. Puta quosdā occulte necari/ alios aūt publice/ siue ignibus tradēdo/ siue i aquis submergendo/ siue alijs excogitatis medijs occidēdo. Per obstetrices aūt q̄ ex pietate naturali/ siue ꝓpter timorē dei/ pepercerūt masculis Hebreorū: designantur multi ministri iusticie/ quibus cū esset preceptum tales catholicos occidere/ aut ad ipsos pricipes viuos adducere/ q̄nq̄ illis pepercerūt: insup ⁊ ad fidem Christi cōuersi sunt. Testes sunt q̄nquaginta illi doctores ex diuersis regionibꝰ adducti/ vt cū btā Katherina disputarēt. Testes etiam sunt illi milites/ q̄ missi ad beatā Ceciliā/ vt eā seducerēt/ ab eadē conuersi sunt ad fidem.

¶ Allegorice ⁊ sexto/ iuxta illud verbū: Et q̄ timuerūt obstetrices deū/ edificauit eis domos. Notandū q̄ dn̄s ab eterno edificauit multas ⁊ varias domos in celo/ his q̄ timēt eū in p̄senti/ ⁊ q̄ ꝓ honore ⁊ amore ipsius abstineāt a pctō: conformiter ad illud dictū/ Prouer.xv. p̄ timorē dn̄i declinat oīs/ supple iustꝰ a malo. De huiusmodi etiam domibus dixit Christꝰ Jo.xiiij. In domo patris mei māsiones multe sunt. Ac si diceret/ Quāuis i celo sit vnicum principale ⁊ essentiale obiectū btitudinis: variꝰ tn̄ est modus ip͂z participandi/ ꝓ varietate meritoꝝ. Ad ꝓpositū ergo harū domoꝝ celestiū/ nota historiā de mirabili palatio qꝺ edificauerat in celo beatus Thomas apl's regi Egypti/ in distribuendo pauperibus thesauros quos sibi reliquerat.

¶ Anagogice p̄ p̄dictas duas obstetrices/ q̄ pepercerūt paruulis Hebreoꝝ/ intelligunt iusticia ⁊ mia/ q̄ faciunt hoīes in celo viuere: taliter q̄ nunq̄ gustabūt mortē spiritualē/ aut eternalē. Misericordia nēpe facit ibi viuere paruulos in flumine proiectos.i. sacro fonte baptismatis regeneratos: in q̄ quidē baptismate occulte operatur meritum passionis Christi/ atq̄ solo tali medio huiusmodi paruuli ibidem peruenīunt: secus de adultis/ in q̄bus

cum merito Christi (quod sola
misericordia cōmunicat / cui=
cunqꝫ cōmunicari ipsum con=
tingit) requirit alia obstetrix /
que iustitia dicit .i. meritū ꝑ=
sonale: q2 sicut qui fecit te sine
te / nō iustificabit te sine te: ita
neqꝫ saluabit te sine te. He er=
go sunt due obstetrices habē=
tes maximā potentiā in celo /
⁊ que faciūt ibi cūctos beatos
viuere / etiā āgelos. Necesse est
tñ / quo ad homines / eos prius
obstetricari .i. de vtero matris
eccl'ie militātis suscipi ꝑ sacra
mētorū ad salutē necessarioꝝ
applicationē. Deīde intra vte=
rum ecclesie triūphantis post
mortē / instar Moysi / abscōdi ⁊
reponi. Qꝫ autē Pharao desi=
deret ⁊ iubeat tales necari: in=
sinuat ꝙ diabolus / qui est rex
sup oēs filios superbie / liben=
ter si posset faceret ipsos bea=
tos mori spiritualiter ꝑ culpā /
vt illos secū traheret in gehē=
nā. Ad hoc tñ nullo modo dat
operā / sciēs hoc esse īpossibile.

Exodi .ij. Prima clausula



Gressus est
post hec vir
de domo
Leui / ⁊ ac=
cepit vxorē
stirpis sue:
q̄ cōcepit ⁊
pepit filiū.
Et vidēs eū
elegantē / abscōdit tribus mē=
sibus. Cūqꝫ iam celare nō pos=
set: sumpsit fiscellā scirpeam / ⁊
liniuit eā bitumine ac pice / po
suitqꝫ intus infantulū ⁊ expo=
suit eū in carecto ripe flumi=
nis / stante procul sorore ei9 / ⁊
cōsiderante euentum rei. Ecce
aūt descēdebat filia Pharao=
nis / vt lauaretur in flumine: ⁊
puelle eius gradiebant ꝑ cre=
pidinē aluei. Que cum vidisset
fiscellā in papyrione / misit vnā
e famulab9 suis: ⁊ allatā ape=
riens / cernēsqꝫ in ea paruulum
vagientē / misserta eius ait: De
infantib9 Hebreoꝝ est hic. Cui
soror pueri: Uis (inquit) vt va=
dam / ⁊ vocē tibi mulierē He=
breā / que nutrire possit infan=
tulum? Respondit: Uade. Per=
rexit puella / ⁊ vocauit matrem
suā. Ad quā locuta filia Pha=
raonis: accipe inquit puerum
istū / ⁊ nutri mihi: ego dabo ti=
bi mercedē tuā. Suscepit mu=
lier ⁊ nutriuit puerū / adultūqꝫ
tradidit filie Pharaonis. Quē
illa adoptauit in locū filij / vo=
cauitqꝫ nomen ei9 Moyses / di=
cens: quia de aqua tuli eum.
¶ Historialiter / postꝙ in ꝑce=
dēti capitulo egit Moyses de
afflictiōe multiplici Hebreoꝝ
ab Egyptijs. Hic cōsequenter
incipit agere de initio cōsola=
tionis eorū / scilicet de natiui=
tate suimet: ꝑ cui9 manū tan=
dē liberauit eos dñs de manu
tribulātis / scilicet regis Pha=
raōis. Refert ergo dict9 Moy
ses / ꝙ post oīa predicta egres=
sus est vir Hebre9 de domo .i.
de tribu Leui / nomine Aram /
vel Amrā / secundū Petrū Co
mest. vel scḋm Josephū / Ama=
ramus / alias (inquit) Amram.
Hic igit vir accepit vxorē stir
pis sue / dictā Jacobeth: scḋm
eūdē Petrū. Hic igit nolebat
accedere ad vxorē suā post edi
ctum Pharaonis: malens ca=
rere liberis / ꝙ in necē ꝑerea=
re. Cui de9 ꝑ somniū astitit (vt

aīt

ait Josephꝰ) dicēs: ne timeret vxorē cognoscere: qꝛ puer quē timebāt Egyptij nasciturꝰ esset ex ea: etiam de sacerdotio Aaron ei significauit. Tandē cōcepit mulier predicta / ꝛ peperit filiū sub silentio: eo ꝙ nō multū ei dolores partus institerint. Hec oīa ex historia scholastica Petri Comestoris post Josephū. Et vidēs eā elegantē.i. habētem pulchrū colorē debitā magnitudinem ꝓ tali etate / atq; aptā mēbrorū dispositionē. Et dicit elegans / ab eligo eligis / secūdū de Pal. qꝛ inter plures tales sunt eligēdi tanq̄ valentes ꝛ nobiles / egregij ꝛ pulchri. Abscōdit tribus mēsibus. Alique enī sunt mulieres quarū impregnatio non multum apparet / nec similiter partꝰ eaꝝ ꝑ clamorē / maxime qñ volūt factū suū celare: sicut fuit in proposito. Et ideo potuit hec mulier filiū suū seruare spatio triū mēsiū / ita ꝙ esset alijs / ꝛ marie Egyptijs / incognitus. Uel (vt dicit Josephꝰ) specialis gratia fuit a dño facta mrī Moysi / vt pareret q̄si sine dolore. Nō est tñ intelligēdum ꝙ tūc fuerit immunis ab omni dolore / ne videamur derogare ꝓuilegio genitricis dei Marie. Insup qꝛ dixit dominꝰ Eue i ꝑsona omniū mulieꝝ cōcipientiū per viā nature / Gen. iij. In dolore paries filios. At tamen in huiusmodi partu naturali alique mulieres sentiūt vehemētes dolores / alie minꝰ / ꝓ varietate cōplexionis / ꝛ dispositiōis corporalis. Sequit: Cūq; iam celare nō posset / cuius causa postea in solutione dubiorū assignabitur / sumpsit fiscellam scirpeam.i. de scirpo factā. Est autē scirpus / iuncus marinꝰ sine nodo. Unde dicit nodū querere in scirpo (vel in cirpo / sine s.) est operā ꝑdere. Fiscella aūt est vasculū rotundū / ad modū fiscine factū. Est aūt fiscina paruū vasculū in q̄ fit caseus. Uel (vt dicit Josephus) huiusmodi vas erat rotundū / velut alueolū magnitudine preparatum / qđ sufficeret vt infans ibi spatiose iaceret. Erat aūt huiusmodi vasculum de materia leui factū / vt facilius posset sup aquas natare. Et liniuit eā bitumine.i. glutino feruētissimo / quod nō dissoluit nisi sanguine menstruo: ac pice: vt aqua nō posset subintrare: posuitq; intus infantulū / ꝛ exposuit eū i carecto ripe fluminis / vbi scilicet non erat abundās aqua. Est autē carectum locus in quo crescūt carites.i. herbe ex vtraq; parte acute: stante procul sorore sua / scilicet Maria: ꝛ hoc de mandato matris. Non enī audebat appropinquare / ne seipsam ꝑderet: ꝛ ideo stabat procul.i. a longe: ꝛ cōsiderante euentum rei / vtrum scilicet veniret aliquis qui saluaret paruulū / vel quo cum fluuio deportaretur. Sequit adoptio legalis Moysi a filia Pharaonis / cū dicit: Ecce aūt descendebat scilicet de ciuitate / vel castro regio / super aquā sito / filia Pharaōis / que dicebat Termuth / secundū Petrū Comest. vt lauaret in flumine. Nec enī illud erat tunc vituperabile / ꝛ presertim considerata caliditate patrie / atq;

atqꝫ illius consuetudine. Pro-
babile tamen est ꝙ ꝓ genero-
sis personis erãt ibi aliq̄ue in-
sule: vel aliqua similia loca se-
cretiora: vt non viderent ab a-
lijs cum balneari volebãt. In-
super fuit vnũ speciale de pre-
dicta filia Pharaõis: habebat
enim in suo comitatu puellas:
que obseruabant ne quis sup-
ueniret dum illa balneabat se.
Et ideo dicit in textu: ꝙ cum
balnearet se: puelle eius gra-
diebant ꝑ crepidinẽ aluei.i. ꝑ
littus fluuij. Cũqꝫ predicta fi-
lia Pharaonis vidisset fiscellã
in papyrione.i. in loco vbi cre-
scit papyrius. Est aũt papyrꝰ
idẽ: qd locꝰ in quo crescit iun-
cus magnꝰ ⁊ planus: qui etiã
dicit papyrius: ⁊ sic vtrũqꝫ si-
gnificat: ⁊ iuncũ ⁊ locũ in quo
crescit huiusmodi iuncus. Sed
contra hoc videt instare ꝙ di-
ctum est prꝰ: scilicet ꝙ mater
paruuli posuit eũ in carecto:
ergo nõ in papyriõe. Dicẽdũ:
ꝙ idem locus erat vterqꝫ: sed
duobus nominibus appellatꝰ:
eo ꝙ crescebant ibi tam cari-
ces ꝙ iunci magni. Cũqꝫ mi-
sisset filia Pharaonis vnã e fa-
mulabus suis: vt ad se adduce
ret predictã fiscellã: que ad lit
tus fluuij stabat: ea ad se ad-
ducta ⁊ aperta: atqꝫ infantulo
in ea inuento ⁊ vagiente.i. plo
rante: forte pre fame aut frigo-
re: illi cõpatiens ait: De infan-
tibꝰ Hebreorum est hic: a qui-
bus supple multa bona perce-
pimus: ⁊ quibus propter mise-
riã ⁊ afflictionem (in qua nũc
sunt) compati debemus. Qua-
liter autem ipsa hoc cognoue-
rit: dicetur in deductione que-
stionum. Cui soror pueri (non
tamen statim locuta est) Vis
inquit: vt vocem tibi mulie-
rem Hebreã: que nutrire pos-
sit infantulum? Cui cum dixis-
set: vade: perrexit puella: ⁊ sta
tim vocauit matrem pueri: tã-
quam alienam: que ⁊ mater e-
iusdem puelle erat. Que cum
statim venisset: quia forte do-
mus eius non nisi modicũ di-
stabat a loco vbi hec fiebant: ⁊
vbera paruulo ostẽdisset: mox
cepit ad ea declinare os ⁊ ca-
put: ⁊ ipsa sugere. Quod cer-
nens dicta filia Pharaõis: ait
ad eam: Accipe inquit puerũ
istũ: ⁊ nutri eum mihi. Ecce a-
doptio filij. Et dabo tibi mer-
cedẽ tuã. Magnũ fuit ⁊ nouũ:
ꝙ mater pro nutritione ꝓprij
filij acceperit mercedem. Quo
nutrito: mater illũ reddidit fi-
lie Pharaonis: que adoptauit
eum in filiũ.i. priorẽ adoptio-
nem ratificauit ⁊ confirmauit.
Vocauitqꝫ nomen eius Moy-
ses: eo ꝙ esset de aquis sum-
ptus. Egyptij enim Moys: a-
quã: is: vel isis secundũ alios:
saluatũ vel sumptũ dicũt. Alij
autem dicunt ꝙ Moyses: a-
quaticus interpretatur: quod
redit in idem. Et sic patet de
textu.

¶ Circa autẽ hanc clausulam
mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium mo
uetur iuxta illud primum ver-
bum presentis clausule: vbi di
citur: Egressus est post hec ho
mo de domo Leui. Queritur
ergo: quando hoc factum est?
Ad hoc dicit de Pal. ꝙ post
vltimum regis Pharaonis e-
dictum: quo precepit omnes
paruulos

paruulos masculos hebreorū in fluuium proijci et demergi. Nō debet ꝗ intelligi de egressu ipsius patris Moysi ad esse: siue de egressu eiꝰ de vtero matris/qđ idē est: quia antequā creuisset vsqꝫ ad etatē aptam generationi / quā maior pars masculorum ex Israel fuisset consumpta/priusqꝫ Moyses populum Israel liberasset: maxime quia non patet via per quā dictus pater Moysi fuisset plusquā alij infantes a morte in infantia sua liberatus. Itē talis egressus nō potest intelligi de egressu ad matrimonium contrahendum: quia soror Moysi / vt patet ex textu presentis capituli / iam erat adulta: qđ patet ex eo ꝙ mater eiꝰ misit eā ad explorādum quid fieret de fratre suo Moyse in fluuio proiecto. Preterea crudele videretur / cum nō posset generare filios/nisi ad mortem/tunc cōtrahere. Primo ergo vir iste q dictꝰ est Aram vl' Amram / vt dictum est / prius contraxerat cum Jacobeth: vel secundum aliam literam/ Jocabeth / amita sua/id est sorore patris: que vulgo auuncula dicitur: vt dicetur in sequentibus. c. vj. Et ex ea ante edictū Pharaonis iā genuerat filiā/noīe Mariā: ꝛ filium/nomine Aarō. Audito vero predicto edicto regis/ proposuit vlterius nō accedere ad vxorem suam: malēs carere liberis / quā generare aliquē ad mortem. Nihilominus hic erat orationi intētꝰ erga deū: vt scilicet vellet respicere populum suū tam crudeliter afflictū. Et tūc dominus (secundū Josephū) in somnis apparens ei/assecurauit ipsū ꝙ filiū deberet generare: ꝛ q nō perderet / immo p eū hebrei liberarētur a captiuitate ꝛ seruitute Babylonica. Credidit ergo ille domino / ꝛ cognouit vxorem suam: ꝛ tūc egressus est ad generandum/accepta vxore / non in matrimoniū: sed ad copulā carnalem / ꝛ ad generādū. Accepit ergo eam nō nouiter/sed quasi prius dimissam: propter causam prius dictam. Ut possit breuiꝰ dici: ꝙ cū dicit/ post hec / nō debet intelligi post edictum secundum regis / de submersione puerorū in flumine: sed post primum edictum eiusdem regis de ipsorum puerorū suffocatione et interfectione in partu: ita vt sit sensus: Egressus est post hec / scilicet q facta sunt ī prima persecutione / cum scilicet Pharao precepit obstetricibꝰ interficere masculos hebrearum mulierum Uir. ad contrahendū / aūte scilicet edictum de puerorū submersione. Unde vir iste dictus Amram / filius Caath / genuit Aarō ante hmōi edictū / cum precesserit Moysen fratrē suū tribꝰ annis. Unde in sequētibꝰ ca. vij. dr. Erat Moyses. lxxx. annorū / et Aaron. lxxxiij. quādo primo locuti sunt ad Pharaonem / vt dimitteret populū dñi sacrificare sibi in deserto. Hic aūt Amram / lōge ante genuerat Mariā / sororē eorū: qđ patet / quia iā erat pfecte etatis quādo Moyses fuit expositus sup aquas: vt dictum est. Per anticipationē autē ꝛ preposterationem historie / potuit esse / vt ipse

vt ipse Moyses simul poneret totã populi Hebraici oppressionẽ: priusq̃ introduceret suã originem ⁊ liberationem. Hec de Pal. pro maiori parte.

¶ Secundum dubium: vtrum iste vir dictꝰ Amrã, pater Moysi, peccauerit contrahẽdo cum amita sua. i. sorore patris sui? Uidetur ꝙ sic: quia hoc est lege diuina prohibitũ: vt patet Leuit. xviij. Dicendum, ꝙ cum esset sanctꝰ ⁊ iustus homo, non peccauit in tali cõtractu: quia affectu maritali, seu cõiugali, ⁊ non carnali contraxit cũ sua amita. Et ad obiectionem dicendum, ꝙ lex illa nondũ erat a deo data. Sed adhuc durabat in parte lex naturalis primaria: in qua in principio licitum erat fratri ducere sororem in vxorem, ꝓpter paucitatem hominum.

¶ Tertium dubium est de Jocabeth, vxore Amrani, quomodo põt stare ꝙ fuerit filia Leui: et nihilominus ꝙ pepererit Moysen? Certũ est enĩ ꝙ Leui cum patre suo Jacob ⁊ ceteris fratribus suis descenderit in Egyptum. Et tũc autẽ vsq; ad natiuitatem Moysi multi anni cucurrerũt. Et dato ꝙ dicta Jocabeth tanto tẽpore viuere potuisset: quia ⁊ multe alie ante eam plus vixerũt: nihilominus nõ fuisset tunc capax noue generationis: maxime cũ dicat de Sara nonagenaria, ꝙ desierant ei fieri muliebria. Gen. xviij. Et ad minꝰ vt deducit de Lyra, ipsa Jacobeth vel Jocabeth si tũc viuebat, erat centũ triginta annorũ. Ex quo patet ꝙ transierãt in ea muliebria. i. tẽpus aptum ad concipiendũ. Ad hoc dicũt aliq̃, ꝙ talis cõceptio Moysi nõ est facta naturaliter, sed miraculose: deo specialiter ibi cõcurrẽte. Sed hec respõsio reprobat: quia ante tres annos eadẽ Jacobeth cõceperat Aaron etiã naturaliter: ⁊ similiter prius Mariã, ergo similiter ⁊ ipsum Moysen. Et ideo alij dicunt ꝙ predicta vxor Amrani nõ fuit eadem numero cum illa que fuit filia Leui, sed tantũ in specie ⁊ nomine. Uel ꝙ intelligendum est ꝙ non fuit immediata filia eiusdẽ Leui: sed tantũ mediata, scilicet de tribu eius ⁊ stirpe: vt dicit textus: sicut Elizabeth, mater Joãnis Baptiste, dicit de filiabꝰ Aaron, Luc. j. de qua tamẽ certũ est ꝙ Aarõ eam nõ genuit. Patet ergo ꝙ dicta Jacobeth, vel Jocabeth secũdũ alios, nõ fuit immediata et naturalis filia Leui, sed mediata tantum.

¶ Quartum dubiũ oritur propter illud verbũ: Cumq; iã celare non posset, scilicet Jocabeth filiũ suũ Moysen. Querit ergo quare nõ poterat ipm celare post dictos tres mẽses primos, sicut ante? Respõsio, dicẽdũ ꝙ semp in fine triũ mẽsium ministri Pharaonis, de eiꝰ precepto ⁊ ordinatione, visitabãt singulas domos Hebreorũ: vt perlustrarẽt si clãdestine ibi abscõditus ⁊ repositus esset aliq̃s paruulꝰ masculus Hebreꝰ. Et casu quo aliq̃s ibi talis repertus fuisset, dicti ministri cũ capiebãt, ⁊ trucidabãt, aut in flumẽ proijciebãt, vt submergeret. Et vt dicit Josephꝰ: dicti ministri

mulierem

mulierē hebreā: quā prius viderāt pgnantē: volebāt tertio mēse ab ea scire qd factū fuisset de fetu suo: si nat⁹ fuisset: et qd de eo fecisset: necne. Vnde ergo Moysi ꝓuidēs et timēs trucidationē vel submersionē filij sui: si viu⁹ reperiret apud eā: necnō et ꝓpriū periculū sibi imminere: scilicet mortem: maluit ipm dño inter vndas committere: ꝙ̄ tortorē cruentū expectare. Nec obstat ꝙ Aaron ante tres ānos fuerit immunis a dicta submersione: qa nōdū fuerat factū predictū edictū: et ideo non mirū si euasit mortis periculum.

¶ Quintū dubiū: vtrum mater paruuli Moysi peccauit: exponēdo ipm inter vndas fluuij? videt ꝙ sic: qa vt patet ex dictis Josephi: optimi et veridici historiographi: pater ei⁹ habuerat specialē reuelationē ꝙ deberet viuere: et filios Israel de manu Pharaonis liberare. Ergo tāꝙ̄ firmiter cōfidēs de dei ꝓmissiōe: quā impossibile erat nō impleri: debuit ipse et similiter mater totaliter eū deo cōmittere: et nō periculo submersiōis exponere. Dicēdū ꝙ diuine ꝓmissiones nō absoluūt hominē ab eo qd est facere qd in se est. Quinimo: stante diuina ꝓmissione: nō facere qd in se est: est tētare deū. Preuidebāt ergo parētes puuli ꝙ volēdo parcere cidē: exposuissent se et ipm obrueri periculo mortis. Rationabiliter ergo ipm intra fiscellā scirpeā exposuerūt aquis: eū cōmittētes diuine ꝓuidētie: quē vlterius per viā humanā nō poterāt cōseruare: forsan opinantes ꝙ p talē modū decreuisset diuina ꝓuidētia ipm cōseruare a mortis periculo. Quēadmodū ergo Abrahā licite pudicitiā vxoris sue cōmisit deo: quā etiā nō custodisset cū proprio periculo: vt patet Gen. xij. item eiusdem. xx. ita etiam in proposito dicendum est.

¶ Sextum dubiū. Unde mota fuit filia Pharaonis ad cōpatiendum paruulo Moysi? Respōdet Petrus de Pal. ꝙ tāta erat pueri elegātia ꝙ quēlibet eū intuentē: etiā inimicū inclinaret ad ipsum diligēdū. Hāc enī gratiā illi contulerat dñs: vel dic ꝙ a dño factū est istud: et est mirabile in oclis nostris: ꝙ scilicet filia illius tyranni: q querebat mortē omnium Hebreorum: hunc paruulum Hebreū: q nunꝙ̄ ei ꝓfuerat: tamītime diligeret: atꝙ̄ afficeret intantum: ꝙ illi vitā conseruare studuit.

¶ Septimū dubiū. Quō dicta filia Pharaonis cognouit itanim de Moyse ꝙ fili⁹ hebreus esset? Dicendū: ꝙ istud cognouit triplici indicio. Primū fuit ipsius elegātia. Paruuli enim Hebreorū erāt cōiter tūc elegātioris forme paruulis Egyptiorū. Hoc autē operabatur author nature ex imēsa bonitate sua: q diuidit dona nature vnicuiꝙ̄ ꝓut vult. Secūdū indiciū fuit: cōiectura ꝓbabilis et apparens. Ipsa enī nouerat patrē suū statuisse oēs masculos Hebreoꝝ debere demergi. Simile aūt statutū nunꝙ̄ factū fuerat de paruulis gentis sue: ideo ex hoc magis opinata est hūc esse Hebreū: ꝙ̄ Egyptium.

ptium. Tertiũ indiciũ fuit/ rei euidẽtia. Nam cũ ad cã de flu uio delatus fuisset/ atq vagi entẽ.i.plorantẽ vidisset/ arbi trata est ipsum esurire. Propť qd fecit plures nutrices Egy ptias vocari/ vnã post aliã:sed non obstãte esurie magna/ nã nullas tñ carũ gustare noluit/ ab eis auertens faciẽ suã qñtũ poterat. Cũq soror ei q igno rabať esse talis/de cõsensu di cte filie vocasset matrẽ suã (q credebať esse aliena mulier/tñ Hebrea) ea aduẽtata/ 7 puero mãmillam offerẽte/mox cucur rit ad eã/ vt inde lac sugeret. Non mirũ ergo si talib indi cijs ostensis cõclusit filia Pha raonis hunc esse de filijs He breorum.

¶ Octauum dubium. Quomo do dicta filia Pharaonis in a doptãdo 7 vitã conseruando Moysi/non timuit furorẽ pa tris/qui prohibuerat sub pena mortis/ne quis saluaret vitam paruulorũ Hebreorũ? Ad hoc potest dici/ q cũ esset filia illi qui cõdiderat talem legẽ/ esti mabat apud se/ q huiusmodi lex non deberet currere cõtra eã/ 7 q bene sciret pacare pa trẽ cõtra se iratum. Unde etiã post triennũ dicto Moyse ab lactato: 7 sibi a nutrice restitu to/ presentauit eum patri tanq aliquid insigne: vt dicer post ea/ qui placuit eidem patri pri ma frõte 1 propter elegantiam forme illius.

¶ Nonũ dubiũ oriť/ pter illd verbũ: Et vocauit/ supple filia Pharaonis nomẽ eius Moy ses. Sed nunqd prius a paren tibus fuerat circuncisus/ 7 no minatus? Nam in circũcisione nomina imponebãtur pueris/ sicut 7 modo i baptismo: sicut patet de beato Joã. Baptista. Luc.j. vbi legitur q venit dies octauus/ vt circũcideret puer. Et vocabant eum amici 7 cog nati qui illuc venerãt: nomine patris sui Zachariam: preua luit tamen mater pueri/ q ait: Nequaq/ sed vocabitur Joan nes:ita in proposito fiebat. Di cendũ ergo/ q ex quo filij Is rael habebant preceptũ diui num de circũcisione: quod pri mo fuit datum Abrahe. Gen. xvij. cõsequẽs est dicere/ q cir cumcidebant paruulos suos in terra Egypti. Non autẽ in de serto/ pter periculũ mortis/ ratione laboris viarum. Uerisi mile est ergo q Moyses debi to tempore fuerat silẽter a pa rentibus circuncisus. De noie autẽ tunc sibi imposito/ incer tum habem. Posset dici/ q in presagium futuri mysterij vo catus tũc fuerit Moyses/ sicut 7 postea a filia regis Egypti/ q Menophis dictus est: retento communi nomine regum terre illius/ qui omnes a Pharao ne dicebanť Pharaones: vt a liquando dictum est. Unde ad cõfirmationem huius/ facit q nõ legiť deinceps dict Moy ses fuisse circũcisus: sicut legiť de illis q nati sunt postea i de serto. De his em̃ legiť/ q post q exierunt inde/ circũcisi sunt in Galgalis sub Josue. Josue v. Diciť etiã in codẽ capľo/ q oẽs q egressi sunt de Egypto/ generis masculini/ vniuersi bel latores viri/ mortui sunt in de serto p lõgissimos vie circuit

q omes circūcisi erāt. Si ergo oēs: etiā et Moyses circūcisus erat: qd erat pbandū. Nec valet si dicat q Moyses esset binominus: ita q aliud et aliud nomē fuisset sibi impositū in circūcisione et a filia Pharaonis: quia nusq legit q alio noie preter q Moyses fuerit appellat⁹, siue a deo, siue ab hoib⁹.

¶ Decimū dubiū. Supposita pphetia prius recitata ex Josepho, si tamen prophetia dici debeat, seu verius oraculū illius Egyptii, q scriba erat sacrorū. i. idolorū, de natiuitate cuiusdam qui inter Israelitas nasci debebat illo tēpore, qui humiliaret Egypti principatum: augeret autē Israelitarū genus: virtute quoq transcēderet vniuersos. Que oīa dictus scriba enūciauit ēt ocius ipsi regi Pharaoni. Virum est ergo his omnibus suppositis, quō rex nō fecit eum inquiri, et inuentū non occidi: cum inq paruulū Israelitā. Dicendum, q circa hoc adhibuit primit⁹ maximā diligentiā: adeo q in parte iussit primitus oēs paruulos Hebraice generis iugulari, et demū in fluuiū immergi: vt euadere mortem non posset quem inter multos principaliter querebat: sicut dictū est in simili de Herode, in ordine ad Christū. Postea autē triennio expleto, cum ipse Moyses fuisset per nutricē filie regis Pharaonis restitutus et adoptat⁹: ipsum obtulit eidē patri. Quē ille amare cepit, tū propter amorē filie, quā nouerat ipsum summe diligere. Nam ob hanc causam patres et mres diligūt filios filiarum suarū. Tū quia ipsum cernebat valde elegātē: ita vt deus stature ei⁹ mirabiliter eleuasset spatiū, vt inquit Josephus. Erat etiā nimio decore perfusus: adeo q secundū eundē Josephum, nullus erat adeo seuerus, vt eum videns ad eius pulchritudinē nō hereret: alias, amaret. Multisq cōtingebat dū eum cernerēt per plateas ferri vt conuerterent quādē ad aspectū pueri: et ea in qbus videbātur studiū haberet, desererēt, delectati poti⁹ eius visione. Erat enim infantilis f eo multa gratia, et excellenter circa eū ac decenter existens, et retinebat inspicientes. Huc & cū talis esset: Termuth sibi filiū adoptauit, cū sobolē legitimā nō haberet. hec Josephus.

¶ Undecimū dubium, vtrum Moyses fuerit precent⁹ rationis vsu i sua infantili etate. Uidetur q sic, et hoc duplici indicio, siue signo. Primū fuit qñ eo etatis trium mensium inuēto supra fluuii vndas: et allato ad dictam Termuth noluit tāgere mamillas mulierū Egyptiarū: quas vocari fecerat vt eidē lac darent. Aduocata autem matre sua, statim cepit sugere vbera illius: vt supra dictum est. Secundum indicium fuit, qñ diadema regis Pharaonis, cum esset trium annorū, piecit in terrā. Nā vt refert idē Josephus: cum dicta Termuth detulisset eum ad patrē, ostendebat ad eum quasi de successione cogitaret: si voluntate dei proprium filium non haberet: dicens ad eum: Nutriui infantem, forma diuinū, et prudētia valde

valde fortissimũ/mirabiliterq̃ de fluminis gratia cõdonatũ: quem meũ quidem decreui filium esse/tuiq̃ imperij successorem. Hec dicẽs/posuit in manibus patris infantem. Ille vero sumẽs eum/ꝛ ad pectus suũ applicans per amorẽ/ pro filie gratia/ ei imposuit diadema. Moyses vero cõuoluens illud proiecit in terrã/ quasi per infantiam/ calcauitq̃ suis pedibus. Quod regi videbatur ferre augurium. Contẽplatus autem ille scriba sacer/q̃ eius natiuitatem predixerat/ ita futuram ad humiliationẽ principatus Egyptij/ impetum fecit vt eum occideret/ atq̃ terribilit̃ clamãs ait: Hic est ille puer/ o rex/ quẽ nobis occidẽdũ deus ostẽdit: vt de cetero timore careamus. Testimonijs eñ ostẽditur/ ꝙ tuũ inuasurus est principatum. Isto igitur perẽpto/ Egyptijs quidem timor tolletur ipsius/ Hebreis autem spes confidẽtie(quam propter eum habere creduntur) auferetur. Que dũ dixisset/ vix preualuit eum ab ipso eripere Termuth/ cũ etiã rex segnior esset ad ei⁹ necem: deo huiusmodi prouidentiã salutis Mosaice faciẽte. Alebatur itaq̃ multa solicitudine/ et Hebreis quidem in eo spes erat optima. Circa cũcta vero suspitionis ei⁹ cremẽtũ generabat Egyptijs. Et cũ nullus esset certus/ vt vel si occideret/ aut rex infantem/ꝛ cognatum propter adoptionem/ aut aliorum quilibet quid amplius Egypti vtilitati ꝓdesset: q̃ nõ metuerẽt de ꝑsciẽtia futurorũ/ abstinebãt oẽs ab ei⁹ nece. Hec Josephus. Et predictis ergo videtur/ ꝙ Moyses fuerit in infantili etate dotat⁹ ꝛ preuentus rationis vsu: tũ refugiendo vbera mulierum Egypti: tum auferendo diadema regium/ de capite Pharaonis. De hoc autem diademate/ illuc corona/ dicitur ĩ historia scholastica/ ꝙ ĩ ea erat imago Hãmonis fabrefacta. Hanc igitur puer proiecit in terram/ ac fregit. Sacerdos autem Heliopoleos a latere regis surgens exclamauit/ proferens predicta verba que ponit Joseph⁹/ ꝛ dicẽs: Hic est puer quem nobis occidẽdum deus monstrauit: vt de cetero timore careamus. Et voluit irruere in eum: sed auxilio regis liberatus est: ꝛ persuasione cuiusdam sapiẽtis/ qui per ignorantiam hoc factũ esse a puero asseruit. In cuius rei argumentũ cum prunas allatas puero obtulisset: puer eas ori suo apposuit: et lingue sue summitatem igne corrupit. Unde ꝛ Hebrei eum impeditioris lingue fuisse autumant. Hec Petrus Comestor/ in historia scholastica.

¶ Duodecimum dubiũ. Quãto tẽpore durauit secũda persecutio paruulorũ Hebreorũ: qua durante statim post natiuitatem proijciebantur in flumium submergendi. Aliqui ad hoc dicũt/ ꝙ durauit quousq̃ Moyses ꝛ Aaron de mandato domini steterunt coram Pharaone dicẽtes: Hec dicit dñs. Dimitte populum meũ / vt sacrificet mihi in deserto: vt legitur sequenti capitulo. v. Sed hoc non potest stare in veritate. Nam

to. Nā tunc Aaron erat annorū .lxxxiij. Moyses vero .lxxx. vt dicitur in sequentibus .vij. cap. Nam vt legitur Act. vij. Moyses primo māserat in Egypto annis .xl. Postmodum tanq̄ vagus habitauerat i terra Madian / et in domo Jetro annis totidem / que in toto faciunt octoginta annos. Quib⁹ expletis / dominus illi apparēs in specie flamme / in medio rubi / remisit eū in Egyptum ꝑ liberatione populi sui Israelitici. Et tunc primo stetit corā Pharaone. Dicere autem / ꝙ omnes paruuli Hebreorū / qui nati sunt in Egypto / pendente toto illo tēpore octoginta annorum / fuerint in fluuiū proiecti et submersi: est contra illd̄ Numeri primo / vbi legitur / ꝙ de mandato domini / anno secundo egressionis filiorum Israel de Egypto / facta est computatio numeri eorundem / et inuenta sunt sexcenta tria milia quingenti / quinquaginta virorum fortium ⁊ educentiū gladium: a .xx. annis / ⁊ supra. Erant ergo ibi inter eos multi iuuenes masculini sexus / qui nondum attigerant vigesimum annum. Hoc autem non potuisset stare / si omnes paruuli Hebreorum fuissent prius i Egypto proiecti in flumine. Et ideo verisimile est / ꝙ precceptum de submersione eorū / qd̄ emanauit ab illo Pharaone qui ignorabat Joseph / eo mortuo cessauit. Pro quo notandum conformiter ad Eusebiū Cesariensem / ꝙ iste Pharao dictus est Pharao Ammenophis: sub q̄ āno regni sui .xxvij. natus est Moyses: ⁊ anno .xxx. sibi presentatus. Anno vero sequenti / qui erat trigesimus primus regni sui / obijt mortē. Cui successerūt alij tres Pharaones: vno per mortem locū dante alteri. Postremo successit ille Pharao / qui iterum mirabiliter oppressit ⁊ captiuos tenuit filios Israel / et qui tandem submersus est in mari rubro: vt habetur infra. Priores ergo Pharaones / qui successerūt predicto Ammenophi / voluerunt saluare vitam paruulis Judeorum / attendentes cōmoditatem et vtilitatem quā recipiebant a gente Hebreoꝝ / que valde industriosa erat: tā in edificijs / q̄ in ceteris operibus manualibus. Nihilominꝰ valde et inhumaniter grauabantur in huiusmodi operibꝰ. Propter quod clamauerūt ad dominum cum tribularentur / et de necessitatibus eorum liberauit eos .s. miraculose / faciendo eos transire mare rubrum / atq̄ ibidem submergēdo inimicos eorum: quos operuit mare: vt dicetur in sequentibus.

¶ Decimumtertiū dubiū oritur / propter illud verbum / adultumq̄ tradidit filie Pharaonis. Iste textꝰ videtur repugnare huic quod supra dictū ē de paruulo Moyse: scilicet ꝙ triennio expleto ablactationis illius / nutrix / que ⁊ mater / tradidit eū predicte filie Pharaonis. Nō erat ergo tunc adultꝰ. Ad hoc dicendum / ꝙ iste terminus / adultus / potest dupliciter accipi. Primo quidem pro etate discretionis: quando quidem

paruul⁹ est capax rõnis: et scit sufficiẽter discernere inter bo- num ⁊ malum. Unde adultus ab adolescentia dicitur / quan- do scilicet primum potest ma- sculus gignere. Et durat illa etas a quindecim annis / vs- que ad vigintiocto. Et sic non capitur in proposito. Alio mo do capitur large / scilicet pro illo qui potest communes ci- bos capere / solus incedere / et se quodammodo ab apertis et manifestis nocumentis custo- dire: videlicet ab aquis / igni- b⁹ / foueis: ⁊ huiusmodi. Et sic capitur in proposito. Alias si i dicta etate trium annorũ fuis- set adultus primo modo: iam fuisset inexcusabilis / quando proiecit coronam Pharaonis in terram / ⁊ eam conculcauit. Item si in dicta etate fuisset adultus primo modo / id est ra- tionis compos: nequaquam po- suisset in os suum prunas ar- dentes: vt sciretur si ex delibe- ratiõe / ⁊ a ꝓposito predictam coronam (sumptam de capite regis) conculcasset in terram. Et sic patet de prima parte.

¶ Moraliter ⁊ pͥmo / Moyses iuxta flumen positus / signifi- cat quemlibet hominem iuxta fluuium huius seculi positum. Filia autẽ regis Pharaonis / designat gratiã dei / que quẽli bet hominem ad vitam eternã predestinatum de fluctu huius seculi liberat / atq́ȝ in filiũ ad- optat: vt qui prius fuit filius ire / deinceps efficiatur filius gratie. Hec autẽ mulier .i. gra- tia diuina / tũc tradit hũc par- uulum mulieri Hebree: quãdo tradit eum matri ecclesie: vt quẽ gratia diuina regenerat / ecclesia nutriat: scilicet sacra- mentorum applicatione / et pa bulo diuini verbi: de quo dici- tur Deutero. viij. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo / quod procedit de ore dei: siue de ore predicatoris lo quentis / quasi in persona dei. Iuxta illud Mat. x. Non estis qui loquimini / sed spirit⁹ ⁊c̃.

¶ Moraliter ⁊ secundo / iste vir dictus Amrã / egressus de domo Leui / designat quemli- bet virum iustum / qui egredit de domo ⁊ familia sanctorum qui leuite sunt / dicti sic a Le- ui / qui interpretatur additus / vel appositus / siue assumptus. Et iusti quidem / post hanc vi- tam addẽtur / siue apponen- tur ad numerum beatorum / at- que assumentur ad ordines an gelorum / secundum vnam opi nionem. Iste autem vir in pre- senti debet accipere vxorem bonam et honestam / id est bo- nam conscientiam: que pariat ei elegãtem filium / id est opus bonum et sanctum. Hunc ta- men debet abscondere / ⁊ pre- sertim quando timet ne ten- tetur de vanagloria / et mani- festatione illius / secundum ꝙ dictum est Matthei sexto. Te faciente eleemosynam / nesciat sinistra tua / quid faciat dexte- ra tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito / et pater tuus qui videt in abscondito / red- det tibi. Idem etiam ibi dici- tur de oratione. Possunt ta- men quandoq́ȝ licite fieri bo- na opera in aperto: tum vt a- lij edificentur / et inde sumant exemplum ⁊ occasionem simi- liter

liter agendi: dicente Christo/ Matthei quinto: Sic luceat/ lux vestra coram hominib⁹/ vt videant opera vestra bona: et glorificent patrem ⁊c. Cum q͛ incumbit ex officio/ vt aperte fiant: sicut patet de predicatoribus: item de ecclesie ministris/ in cantando diuina/ et huiusmodi. Presertim autem perfecti/ et qui non facile temptantur de vana gloria/ possunt facere sua bona opera palam ⁊ publice/ propter causam predictam. In cuius rei signum diabolus non potuit extinguere candelam accensam beate Genouefe patrone Parisiensium. Hoc etiam insinuatur in presenti/ cũ dicit̃ ꝙ mater Moysi post tempus trium mensium/ videns ꝙ vlterius non posset celare filium suum: sumpsit fiscellam scirpeam/ ⁊ ponens intus paruulum/ exposuit eum in carecto ripe fluminis. Qꝫ autẽ filia Pharaonis dicta Termuth/ ipsum inuentum adoptauit in filium: designat ꝙ tandẽ ecclesia triumphans assumet electos dei ad se/ et signanter qui in presenti non quesierunt gloriam propriam/ sed dei: et ideo occulte opati sunt bona sua. Quo facto presẽtabit eos regi Pharaoni/ id est omnipotenti deo/ vt eos adoptet in ꝑpetuos filios.

¶ Moraliter ⁊ tertio/ ⁊ cõformiter ad dominũ patriarchã de Pal. predictus Amrã designat rectam ratione in nobis. Mulier/ siue vxor illius/ est sẽsualitas/ que quando bene regitur a recta ratione/ concipit filium/ id est opus bonum ⁊ elegantis forme: hoc tamen ex speciali dei dono est/ q͛ vt habetur Jacobi primo. Omne datum optimum: ⁊ omne donum perfectum desursum est: descẽdens a patre luminum. Debet autẽ huiusmodi paruulus abscondi tribus mensibus/ id est fieri cum fide sancte trinitatis. Quia sine fide hmõi trinitatis impossibile est placere deo: vt dicitur. Heb. xj. Vñ Athanasius postq̃ i symbolo fidei descripsit mysteriũ sctẽ trinitatis: tandẽ concludit/ dicens: Hec est fides catholica/ quam nisi quisq̃ fideliter firmiterq̃ crediderit/ saluus esse nõ poterit. Linire autẽ fiscellã scirpeã bitumine ac pice: ponereq̃ int⁹ infantulũ/ est facere opus bonum cũ charitate/ que linit diuersa corda in vnũ. s. per amorem ⁊ dilectionẽ/ que quidẽ initio ẽ optia. iuxta illd Psal. Ecce q̃ bonum/ ⁊ q̃ iocundũ: habitare fratres i vnũ. Postq̃ ergo humana cõsciencia fuerit tali bitumine ac pice charitatis linita: secure ibi reponi poterit puer. i. opus bonum. Sic enim viuet vita gratie. Tãdẽq̃ eũ suscipiet filia Pharaonis. i. ecclesia triumphans: ipsum sibi adoptando/ ⁊ regi Christo presentãdo. vt prius dictũ est. Interim tamen opus est vt sugat vbera matris que eum genuit. i. ecclesie militãtis/ ꝑ applicationẽ ⁊ vsum sacroꝝ ecclie.

¶ Moraliter et quarto/ filia Pharaonis/ est aĩa peccatrix: q̃ descendit per humilitatẽ ad fluuiũ: vt scilicet considerato fluxu temporalium delectationum eas contemnat/ nec

In ipsis amorem ponat. Hoc autē erit/si incedat per crepidinem fluuij.i.si diligenter attendat q̄ dubius est finis ⁊ exitus vite presentis. Per hoc autem ꝙ Moyses respuit mammas Egyptiarum mulierum/ qui tamē vbera sue genitricis statim agnouit/ denotatur ꝙ opus bonū debet educari materno vbere.i.lactari fomento diuine gratie: et non palpari adulatione. Unde Salomon Prouerbiorum.j. alloquitur vnumquēq̄/ dicens: Filij si te lactauerit peccatores/ ne acquiescas eis. Uel per māmas intelligūtur temporalia/⁊ delicie mundane: quas contēnere debet Moyses.i. vir claustralis/qui de aquis mundi est assumptus. Hic ergo Moyses debet contemnere non solum predicta. Uerumetiam Egyptiorum diuitias.i. bona temporalia/iniuste acquisita: siue consistant in possessionib⁹ terrenis/siue in mobilibus:cuiusmodi sunt illa que per symoniam/vsuram/aut rapinam/siue furtū/sūt acquisita. Et hoc quando illis constat/ ꝙ taliter sunt iniuste acquisita. Nisi forsan in casu quo ignoraretur cui restitutio esset facienda:q2 in tali casu possent predicta suscipi. Sicut ergo turtur ac columba cadaueribus non pascitur: ita nec licet viris religiosis suscipere iniuste acquisita modis predictis/nisi in predicto casu.

¶Moraliter ⁊ quinto/ ꝑ hoc ꝙ filia Pharaonis/que/ agana ⁊ gentilis erat/ subuenit Moysi:quem tamē mater Hebrea exposuerat periculo mortis inter vndas:ipsumq̄ educari fecit: denotatur ꝙ pagani et infideles sunt quēq̄ procliuiores ad opera pietatis alijs exhibenda/ q̄ hi qui se Christianos gloriantur. Habentes quidem nomen sine re. Hoc etiam innuitur per hoc ꝙ tēpore famis/que erat in terra Israel/dum viueret Helyas/ ad nullam mulierem terre illius missus est dictus Helyas: sed tm̄ ad mulierem viduam/ habitantē in ciuitate Sarepta:que erat in terra Sydonie/ que habitabatur a paganis. Unde verisimile est/ꝙ dicta vidua esset pagana ⁊ gentilis. Insuper inter Christicolas/laici ⁊ simplices ignorantes literas sunt cōmuniter procliuiores et prōptiores ad exhibenda pauperibus ⁊ egenis huiusmodi pietatis opera/ q̄ clerici ⁊ docti. Propter quod dicit August. ꝙ simplices ⁊ indocti rapiunt celos/vbi plerūq̄ docti ⁊ literati demerguntur in infernū.

¶Moralit̄ ⁊ sexto/multe mulieres innupte/ aut moniales/ imitantur hanc mulierem matrem Moysi/saltim in parte: ī hoc scilicet ꝙ sicut illa metu mortis sibi imminentis/ casu quo apud eam inuētus fuisset ipse Moyses:exposuit eum fluuio: ita ⁊ predicte atq̄ similes: volētes alios latere ꝙ cōceperūt ⁊ peperūt/natos paruulos secreto proijciunt in cloacam aut fluuium: etiā forsan absq̄ baptismo. Mater Moysi prouidit sibi de fiscella bytuminata/ vt non posset paruulus submergi. Nec ipsum proicit intra

est intra aquas: sed ad littus fluuij. Predicte autem nō hor rent iugulare ꝛ priuare vita/ quibus cū authore nature de= derant viuere. Mirum est ꝙ fe rocissime bestie exponunt se mortis periculo pro tuenda vi ta catulorum suorum/ ꝛ Chri= stiane matres/ quas natura fe= cit mites ꝛ pias/ non abhorrēt necare suos natos.

¶ Moraliter ꝛ septimo/ per fi= liā regis Pharaonis/ que edu cto Moyse de fiscella/ ipsū ad= optauit in filium/ atq; nutriri fecit/ prestito salario nutrici/ significantur nonnulle vtriusq; sexus persone/ que cōspiciē= tes in quibusdam pueris ele= gantiam corporum/ morum compositionem/ ingenij viuaci tatē/ et si qua sūt similia: ipos adoptant in filios/ maxime qⁱ non possunt habere naturales et ex se procreatos. Tales au= tem suo tempore committunt exercitatis viris/ siue in arte/ siue in studio literarum/ siue a= licui religioni approbate: di= centes cum filia Pharaonis/ Accipe puerum istum/ ꝛ nutri eum mihi: ꝛ ego dabo tibi mer cedem tuam. i. quicquid occa= sione illius expositum fuerit/ ego refundam. Et quemadmo dum Moyses paupercule mu= lieris naturalis filius: tandem post filie regis adoptionē eua= sit in virum magnum: ita vt ef= ficeretur dux et liberator po= puli Israelitici/ de terra Egy= pti/ et de manu regis Pharao= nis/ cum ostensione mirabiliū signorum: ita etiam quandoq; contingit tales filios adoptiuos euadere in viros magnos/ in quacūq; vocatione fuerint positi: laudantes dominū/ qui prouidit illis de tam optimo patre aut matre.

¶ Allegorice et primo/ filia re gis Pharaōis/ designat eccle= siā militantē/ que est filia val= de dilecta regis regum Jesu Christi: que etiam in Cāticis sponsa illius appellatur. Hec igitur filia olim tēpore genti= litatis erat tota sordida: sed ex quo dei filius incarnatꝰ est/ des scendit per humilitatē/ vt laua ret in flumine. i. in merito pas= sionis Christi/ siue in sacramē= to baptismi. Descendit ergo ꝛ lauit/ ꝛ venit videns/ tenendo rectā fidē. Qꝫ autē dicta filia Pharaonis vidit paruulū va= gientē in fiscella/ repositū ad littus fluuij: de quo dixit mu= lieri Hebree: Accipe puerum istū/ ꝛ nutri eum mihi: ꝛ ego da bo tibi mercedē tuā: potest re= cte referri ad ceteros paruu= los fideliū: quos ipsa ecclesia dum baptizātur adoptat in fi= lios/ deputans eis non vnicam nutricē/ sed tres: per quas in= telligūtur ille persone que te= nent ipsos paruulos super sa= cros fontes: qbus imponit mi= nister baptismi/ vt huiusmodi paruulos tempore ꝛ loco spi= ritualiter educant/ scilicet in preceptis ꝛ lege domini: docē= tes eos orationem dominicā/ symbolum fidei/ ꝛ similia/ que cuncti fideles scire tenentur/ postquam ad debitam perue= nerunt etatem. Talibus autē educatoribus dabitur merces in celo.

¶ Forsan hec expositio nō pla cebit Lutheranis ꝛ modernis

hereticis/qui non erubescunt asserere/q̄ satis expediret differre baptismum paruulorum quousq̄ ad annos discretiōis peruenerint: vt nouerint quid suscipiunt/et ad quid se obligant. Sed iste modus dicendi est valde periculosus/ et derogans saluti ipsorum paruulorum. Nā potest contingere eos subito/ aut improuise mori: et tunc propter originale peccatum priuari perpetuo gloria celesti/qui alias fuissent salua ti/ si statim post natiuitatem fuissent baptizati dicēte Christo. Marci vltimo: Qui crediderit: siue actualiter/ quo ad adultos: siue habitualit̄/quo ad paruulos: et baptizatus fuerit: saluus erit. Item vt dicit beatus Thomas quarto sent. distinc. iiij. questio. iij. artic. j. Baptismus succedit circuncisioni. Sic est autem q̄ huiusmodi circuncisio dabatur paruulis: scilicet octauo die post natiuitatem. Igitur baptism⁹ debet dari paruulis. Item ibidem allegat sententiam beati Dionysij/vltimo capitulo ecclesiastice hierarchie/ dicentis: Diui nostri duces/id est apostoli/ probauerunt infantes ad baptismum recipere. Bene ergo in figura huius dictum est/ q̄ filia Pharaōis inuenit infantulū Moysen/ in fiscella vagiētē ad ripā fluminis: quē inde eductū adoptauit ī filiū.

¶ Allegorice et secundo/ et conformiter ad magistrum Nicolaum de Lyra: per virum/ q̄ egressus est de domo Leui/ intelligitur spiritussanctus: qui recte potest dici vir: vir enim a virtute dicit̄. Et de virtute spiritussancti dicitur Sapien. vij. q̄ omniū est artifex/ omnē habens scientiam. Iste igitur vir egressus de secreto maiestatis sue: non quidem locum mutādo/ qui penitus est immobilis: sed aliquid nouiter operando/ accepit vxorem. i. virginē Mariam/ quam sibi desponsauit p̄ fidem: que concepit et peperit filium/ scilicet Iesum Christū authorem euangelij: qui bene significatur per Moysen/ qui fuit lator veteris testamēti. Et sicut mater Moysi abscondit eum natum tribus mensibus/ timens crudelitatem et persecutionē Pharaonis: ita et virgo Maria ad vocē angeli nato infante Christo fugit ī Egyptū/ et ibi latuit p̄pter persecutionē Herodis querētis puerū ad perdendum eum. Mat. ij.

¶ Allegorice et tertio/ iste paruulus infans Moyses populū designat fidelem/ quem filia regis. i. mater ecclesia adoptat in filium/ in sacramento baptismi: vt dictum est. Postmodū autem eundem filium predicta filia Pharaonis tradit matri sue. i. ecclesie parochiali/ siue curato illius nutriendum: scilicet lacte doctrine/ mercedē eterne glorie illi promittens: ita vt videatur illi dicere cum filia Pharaonis/ Accipe puerum istum/ et nutri eum mihi/ et bonam mercedem tibi pollicebor. Ista autē verba recte potest dicere episcopus/ quando dat alicui clerico siue presbytero ecclesiam parochialem.

¶ Allegorice et quarto/ Moyses multipliciter Christū prefigurauit:

figurauit: ⁊ primo i eiꝰ natiuitate. Nam sicut de Moyse predixit scriba de gēte Egyptiorū, ꝙ deberet humiliare principatū illorum: ⁊ augere genꝰ Israelitarum: ita ⁊ Christus in suo aduentu destruxit cultū idolorū, ⁊ auxit cultum diuinum. Diminuit gentiles, ⁊ auxit fideles. Absoluit legalia, ⁊ inchoauit noue legis sacramēta. Item sicut predictus scriba predixit de Moyse ꝙ virtute transcenderet vniuersos: ita ⁊ de Christo dicit Apoca. xix. ꝙ est rex regū, ⁊ dn̄s dn̄antiū. Hic est igit Moyses de aquis sumptꝰ. i. de ꝟgine Maria natꝰ, q̄ fuit plena aqua grãꝝ ⁊ virtutū oim: ita vt Cātic. iiij. vocet fons hortoꝝ, puteꝰ aquaꝝ viuētiū: q̄ fluūt impetu de Libano. Quemadmodū ergo Moyses fuit ꝓiectus in flumen vagiēs: ita ⁊ Christꝰ venit ad lauacrū baptismi vagiēs. i. lugens pro peccatis nr̄is. In cuiꝰ rei testimoniū fleuit sup Hierusalē. Luc. xix. Itē ꝓiectꝰ est a matre carnali. i. a synagoga Iudeoꝝ reprobatꝰ, a filia aūt Pharaōis. i. ab ecclia catholica, de gētibus congregata, receptus. Vn̄ Act. xiij. dicit ꝙ Paulꝰ ⁊ Barnabas cōstanter dixerunt Iudeis: Vobis oportebat primū loqui verbū dei: sed qm̄ repellitis illud, ⁊ idignos vos iudicatis eterne vite, ecce cōuertimur ad gentes. Sequit, sic em̄ ꝓcepit nobis dominꝰ: scilicet Esa. xlvj. Posui te in lucē gentium, vt sis in salutem vsq ad extremum terre. Et sicut filia Pharaonis descendit ad fluuium. Sic ⁊ ecclesia de gentibus congregata, descēdit per humilitatem ad aquā baptismalem: vt ibi mūdaretur. Sed vnde veniebat? certe de domo patris. i. de prescīētia dei. Vnde in Psal. illi dicitur: Obliuiscere populum tuū, scilicet gētilem: et domū patris tui, supple carnalis. Et vbi feceris, certe concupiscet rex supple eternus, decorem tuū: quoniam ipse est dominus deꝰ tuus: scilicet fide, ⁊ charitate: ⁊ adorabunt eum supple gētiles ad fidem conuersi. Moyses ergo tribus mensibus in domo matris absconditus, ⁊ postmodū in fiscella latēs, est verbū diuinum intra humanā carnem latens ⁊ abscōditus, sicut granū purū intra saccū vilem ⁊ grossum. Vel dic, ꝙ latuit in domo. i. in vtero matris, nō quidem tantū tribus mensibus, sed et nouē: Nihilominꝰ sicut Moyses tandē manifestꝰ apparuit: ita ⁊ Christus conceptus, tādē natus apparuit pastoribus, regibꝰ, ⁊ matri: quandoquidē ipsa quē genuit mox adorauit.

¶ Allegorice ⁊ quinto, Moyses absconditus in fiscella, est Christus absconditus in lege nature, sub figuris patriarcharum: ⁊ similiter i lege scripta, sub dictis ꝓpheraꝝ ⁊ sibillaꝝ. Hic canit ecclia dicēs: Esaias cecinit, synagoga meminit, nūq̄ tamen desinit esse ceca. Si non suis vatibꝰ, credat vel gētilibus Sibillinis versibꝰ hec predicta. que supple dicta sūt de Christi incarnatione.

¶ Allegorice et sexto, Moyses absconditus in fiscella, est idem Christus mirabiliter ab-

sconditus sub speciebus sacramentalibus in altari: ita vt de eo veraciter possit dici illud Esa.xlv. Uere tu es de⁹ absconditus. Tandem tamē manifestus apparebit, scilicet in celo. ¶ Allegorice et septimo, Moyses intra fiscellā absconditus et latitans, est nouum testamētum contineri sub veteri, siue veritatem euāgelicam contineri et abscondi sub vmbra veteris testamēti. Bene ergo ad propositum loquitur propheta Ezechiel.j.c. dicēs se vidisse rotam in medio rote. Quia quicquid predictū est per ora prophetarum, hoc totū impletur in nouo testamento.

¶ Anagogice, Moyses filius formosus et elegans, designat quemlibet electum: qui absconditur primo in p̄senti vita tribus mensibus: secundū q̄ contingit aliquos fuisse iustos et bonos in triplici lege: videlicet nature, scripte, et gr̄e. Uerū q̄ mater cuiuslibet talis, que est natura, nō potest perpetuo eum in presenti tenere: q2 statutum est omnibus hominib⁹ semel mori: tunc ergo ponitur in fiscella: quando ponitur in sepulchro. Proijcitur etiā ad littus fluuij, quando post mortem vlterius nō subijcitur tribulationibus et miserijs presentis seculi secundū corp⁹. Hec igitur agente matre predicta, scilicet natura: venit filia regis Pharaonis, per quam ecclesia triūphans designatur, que videns huiusmodi iustum tam elegantem per gratiam, ipsum adoptat per eternam gloriam, atq3 presentat regi glorie: vt eundem adoptet, faciatq3 illū crescere in virum magnū in regno suo celesti: ita vt qui fuerat minorat⁹ ab angelis in p̄senti, tandem in futuro gloria et honore coronetur in celis. Necesse est tamen hunc filium, priusq3 tā gloriosus appareat ante regem sempiternū, vt assumatur de fluuio baptismi in presenti: quia nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, nō pōt introire in regnum dei: vt dicit Saluator. Jo.iij.

Secunda clausula.



In dieb⁹ illis postq3 creuerat Moyses, egressus est ad fratres suos. Uiditq3 afflictionem eorum, et virū Egyptium percutientē quendā de Hebreis fratribus suis. Cūq3 circunspexisset huc atq3 illuc, et nullum adesse vidisset: percussum Egyptiū abscondit sabulo. Et egress⁹ die altero cōspexit duos Hebreos rixātes, dixitq3 ei qui faciebat iniuriā. Quare percutis proximum tuum? Qui respondit. Quis te cōstituit principem et iudicem super nos? Num occidere me tu vis sicut heri occidisti Egyptium? Timuit Moyses, et ait: Quomodo palam factum est verbum istud? Audiuitq3 Pharao sermonem hunc, et querebat occidere Moysen. Qui fugiens de cōspectu eius, moratus est in terra Madian, et sedit iuxta puteum.

¶ Historialiter postq3 in precedenti clausula Moyses famulus

mulus domini locutus est de natiuitate sua: qualiter etiam filia Pharaonis/nomine Termuth/eo inuento ad ripam fluuij/ipsum adoptauit in filium/ cum adhuc esset etatis trium mēsium/dans ipsum matri sue loco nutricis ad educandum: Hic cōsequenter agit de seipso adulto/ et iam viro facto/ dicēs: q cū creuisset/egressus est ad fratres suos. Loquitur ergo de seipso tanquam de alieno. Illi autem fratres sui erāt nō vterini et carnales/ sed Hebrei: quos appellat fratres suos/tum quia ab eodem patre mediato descenderunt videlicet ex Jacob: tum quia vnum deum colebant/ et eundem ritum obseruabant in circuncidēdo paruulos suos: tum quia eandem legem in mōte Syna suscepturi erant: atq finaliter ad eandem hereditatem scilicet terre promissionis transituri/ casu quo non murmurassent in deserto contra dominum. Ecce quare Moyses vocat ceteros Hebreos fratres suos. Et bene dicūtur sui: quia multum fuit de eorum salute et liberatiōe de terra Egypti sollicitus. Erat autem tunc etatis.xl.annorum: vt dicit Act. vij. Sed vnde tūc egressus est? Profecto de domo Pharaōis/ non illius sub quo natus est et educatus: quia iam lōge ante ille mortem obierat: sed alterius/qui dictus est Pharao/ sicut et alij reges terre Egypti nūcupari solebāt a primo huius nominis/ vt aliquādo dictum est. Cum ergo Moyses egressus esset de palatio Pharaonis/ vt videret afflictionē fratrum suorū Hebreorum in cōficiendis lateribus/ et construendis vrbibus/ atq purgandis ciuitatibus/ et huiusmodi laboribus/vt ipsos consolaretur: vidit eo presente quēdam virum Egyptiū atrociter percutientem/ quendam de fratribus suis Hebreis. De causa autem huius percussionis dicetur sub primo dubio. Hunc ergo Egyptium percussit/ et interfecit clam Moyses. Quo interfecto abscōdit cadauer eius sabulo/ estimans hoc factum omnes latere/preter forte illū Hebreum qui fuerat ab occiso percussus. Hec autem fuit prima et remota cā fuge Moysi a conspectu regis Pharaonis. Causa autem secūda et propinqua hec fuit: Nam cum die altero egressus fuisset de domo Pharaōis/ vidit duos Hebreos rixantes. Hebrei dicūt (vt refert de Lyra) q isti fuerunt Datan et Abiron. Quos cum increpasset: dixit ei ille q faciebat iniuriam alteri/ Quis te constituit principem et iudicem super nos? Nūquid tu me vis occidere sicut heri occidisti Egyptium? Iste Hebreus erat valde malus: tū qz faciebat iniuriā proximo suo Hebreo: tum quia reddidit verbū pungitiuū Moysi/ qui pro pace laborabat: tum quia factū secretum et occultum propalauit/ vt diffamaret ipsum Moysen: adeo q factum prius secretum/ saltim paucis notum: peruenit vsque ad aures Pharaonis: qui in penā huiusmodi homicidij querebat Moysen occidere.

cidere. Erat nēpe q̄ occisus fuerat a Moyse/vnus de ꝓpositis regis: ⁊ hoc vt vindicaret de eo vnum de Hebreis/quos valde exosos habebat. Moyses ergo volēs subterfugere furorem Pharaonis/clam discessit de domo sua/ ⁊ fugit in terram Madian/ extra dominium regis Egypti/ circa mare rubrū situm: vt dicit Petrus Comes.

Circa autem hunc textū mouentur aliqua dubia.

Primū igitur dubiū/ Quid egit dignum laude ⁊ memoria Moyses in diebus sue iuuentutis ⁊ adolescentie/ quousqȝ in etate. xl. annorum recessit de domo Pharaonis/ ⁊ declinauit ad terram Madian quā etiam gētiles ⁊ idololatre incolebant? Dicēdum/ ꝙ in parte dabat operam rebus bellicis. Unde de eo refert Petrus Comes. in historia scholastica/ ꝙ cum adultus fuisset/ Ethiopes vastauerūt Egyptum vsqȝ ad Memphim ⁊ mare. Quo circa conuersi ad diuinationes Egyptij/ acceperunt respōsum vt auxiliatore vterentur Hebreo. Et vix obtinuerūt a Termuth filia Pharaonis/ vt exercitui quē parauerant/ Moysen filium suum adoptiuum ꝑficeret ducem/ prius prestitis maximis sacramentis ne ei nocerent. Erat autem Moyses vir bellicosus ⁊ peritissimus: qui fluminis iter (tanquā longius) pretermittens/ per terrā duxit exercitum itinere breuiori: vt sic improuisos Ethiopes preueniret. Sed per loca serpentibus plena iter faciēs/ tulit in arcis papyreis super plaustra/ ibes/ ciconias scilicet Egyptiacas/ naturaliter infestas serpentibus: que rostro per posteriora immisso aluum purgant. Castraqȝ metaturus proferebat eas/ vt serpentes fugarent ⁊ deuorarēt. Et ita tutus per noctem transibat exercitus. Tandem preuentos Ethiopes Moyses expugnans/ inclusit eos fugientes in ciuitatem Saba regiam/ quā postmodum Cambyses a nomine sororis sue Meroen denominauit. Quam cum (quia inexpugnabilis erat) diutius obsedisset/ oculos suos iniecit in eum Tarbis filia regis Ethiopum/ ⁊ ex condicto tradidit illi ciuitatem/ si duceret eam vxorem. Et ita factum est. Et inde est ꝙ Maria ⁊ Aaron iurgati sunt aduersus Moysen ꝓ vxore eius Ethiopissa. Dū autem redire voluisset/ non acquieuit eius vxor/ nolens patriam ⁊ suos relinquere. Propter qđ ipse Moyses tali vsus est arte. Nam secundum eundem Petrum Comest. Ipse tāquam vir peritus astrorū/ duas imagines sculpsit in gemmis/ huius efficacie vt altera memoriā/ altera obliuionem conferret. Cumque paribus anulis eas inseruisset: alterum scilicet obliuionis anulum ipse prebuit vxori/ alterum ipse tulit: vt sicut pari amore/ sic paribus anulis insignirentur. Cepit ergo mulier amoris viri obliuisci: ⁊ tandē in Egyptū regressus est. Hec in dicta historia scholastica. Et sic patet de occu-

de occupatione ipsius Moysi ante annos quadragita: quia rebus bellicis pro magna parte operam dabat.

¶ Secūdum dubiū. Unde motus est Moyses vt egrederet ad fratres suos Hebreos cōsolandos ꝛ confortandos/ cōtra aduersa q̄ patiebātur ab Egyptijs? Dicendum ꝙ a dn̄o deo interius mot⁹ est/ atq; ad hoc inclinatus. Quia em̄ ex dei ꝓuidentia erat ordinatus ad liberādum populum suū Israel de Egypto: ideo etiā dedit illi inclinationem ad visitandū dictum populum: ꝛ pro posse suo adiuuandum.

¶ Tertium dubiū. Ad quam partem terre Egypti egressus est Moyses ad fratres suos? Dicēdū/ ꝙ ad terram Gessen. Ibi enim manebant q̄tum ad sui principalem partem. Nam et Joseph fecerat ibi habitare patrem suum Jacob/ vna cum fratrib⁹ suis/ cum primum descenderant in Egyptum: interueniēte tn̄ cōsensu regis Pharaonis: vt legit̄ Gen̄. xlvij. Nec legitur ꝙ inde totaliter recesserint/ terram illam relinquentes: quoadusq; iubente domino per Moysen inde totaliter recesserunt/ neminne ibi relicto qui esset Hebreus. Ante tamē huiusmodi finalē recessū/ multi dispersi erant per terrā Egypti ad exercēda opera manualia/ ad que impellebātur cum violentia ꝛ verbere. Et quia in dicta terra Gessen/ dictus populus habitabat: cui⁹ vsus etiā fuisset primitus concessus Jacob ꝛ filijs suis/ vt iam dictum est: postmodum tamen ab illo Herode/ q̄ ignorabat Joseph/ fuit ab eis ablatus. Insuper coacti sunt ꝓprijs sumptib⁹ ibidem edificare ciuitates ꝛ fortalitia/ vt ibi collocari possent milites/ custodientes terram Gessen: ꝛ per consequens totū regnum Egypti sub obediētia regis. Cuius quidem regni clauis erat p̄dicta terra Gessen/ scilicet ex illa parte que respicit Ethiopiam/ naturaliter infestam Egypto. Hec est igitur terra illa ad quam egressus est Moyses ad fratres suos: vt habetur in textu: ibiq; corā oculis suis vidit afflictionem eorum. Inter cetera autem vidit ibi quendam Egyptium percutientem quendam Hebreū/ de fratribus suis. Expone quod dicitur de fratribus suis: vt prius.

¶ Quartum dubiū. Quis fuit iste Egyptius percutiens Hebreum? Dicēdum/ ꝙ erat quidam de famulis Pharaonis/ quē prefecerat filijs Israel ad compellēdum eos ad afflictionem laboris. Dominus Hugo cardi. dicit/ ꝙ fuit ille prefect⁹ operum Egyptius: qui preerat alijs magistris Hebreis. Cum ergo vidisset hunc nimis dure cedentem quēdam Hebreum/ misericordia motus super afflictum/ occidit eum.

¶ Quintum dubium. Quis fuit iste Hebreus percussus? Ad hoc respondent Hebrei: prout refert de Lyra/ ꝙ fuit maritus Salomith: que erat valde pulchra mulier. De qua etiam legitur Numeri vigesimoquarto. Dictus ergo Egyptius/ ardēs in cōcupiscētia eius/ faciebat in

bat in aurora surgere maritum eius: occupãdo ipsum in labore: & tunc redibat ad vxorem illiusque admittebat eũ ad sui concubitum: maxime quia talis concubitus factus circa aurorã est maxime aptus ad generationem prolis/ propter bonam digestionem & dispositionem humorum / siue spermatis / ex quo formatur fetus. Cumq; cognouisset Hebreus fraudem Egyptij / cepit idẽ grauiter indignari & conqueri: maxime cũ propter coitũ pugnent animalia queq;: magis etiam ac vehementius q̃ propter victum.

¶ Sextum dubiũ: vtrũ Moyses peccauerit iterficiẽdo Egyptium / maxime cum nullam in eo haberet authoritatẽ / aut iurisdictionem. Dicẽdũ q̃ prima fronte / & quantum ad factũ exterius videt̃ q̃ peccauerit: nisi aliũde excusetur. Non eñ erat iudex: nec iudicis siue legis minister: sed adhuc priuata persona. Propter quod dicit̃ in textu / q̃ secrete eum occidit. Alias si licuisset sibi eũ occidere: non timuisset hoc palam facere. Propterea dicit Christ⁹ / Joan. iij. q̃ omnis q̃ male agit / odit lucem: vt non arguantur opera eius. Nihilominus beatus Augustinus excusat eum a peccato / propter interiorẽ motum spiritussancti. Nam (secũdum eum) tanq̃ inspiratus diuinitus hoc fecit / licet scriptura istud taceat. Qd patet / quia beatus Stephanus Actu. vij. dicit de eo / q̃ putabat aliquos Judeos intelligere / sicut ipse intelligebat in spiritu / q̃ scilicet per manum illius erat dñs liberaturus Hebreos de manu Pharaõis. Huic simile fuit / secundum hãc opinionẽ / q̃ Phinees ex zelo sancto occidit Judeum coeuntem cum muliere Madianitide. Propter qđ factum meruit summũ sacerdotium: vt patet Num. xxv. Eidẽ etiam Moysi (q̃tum ad hoc factum) comparant tenẽtes hãc partem / factum beati Petri percutientis Malchum seruũ pontificis. Quẽ excusans a peccato beatus Augustinus / lib. iij. questionum veteris & noui testamenti. q. vij. dicit sic in forma: Quantum pertinet ad Petrum / percussit eum quem contra se armatũ videbat: resistere debuit ingratis seruis / & ad dominum necãdum armatis. hec ille. Similiter Chrysost. super Matt. homil. lxxxvj. videt̃ eũ excusare / dicens q̃ ex pio & feruenti amore quẽ habuit ad magistrum suum Christũ / percussit dictum Malchum. Alij autem tenent & Moysen & Petrũ in factis suis peccasse: quia neuter iudex erat: nec minister iudicis: aut legis: vt dictum est. Et quidem quo ad factum Petri istud ꝓbãt / per hoc q̃ Christus eum reprehendit / dicens: Conuerte gladium tuum in vaginam. Insuper idem probant per eundem August. q̃ tractatu centesimo duodecimo super Joã. expresse dicit q̃ dominus factum Petri improbauit: & pgredi vltra prohibuit / dicens: Conuerte &c. Secundũ hãc ergo opinionem quam defendit dominus Hugo Cardin. tanq̃ probabilem / Petrus percutiẽdo Malchũ peccauit: excusat̃

tamen

tamen a tanto/propter bonum
zelum quem habuit: qui tamē
nō fuit vsquequaꝙ discretus.
Et similiter posset dici in ꝓpo
sito/de Moyse. Nihilominꝰ ex
quo August. ꝛ Chrysost. cū ex=
cusant ab omni peccato: vt pa
tet ex dictis eorum: ꝛ ego simi
liter eum excusatum habeo in
ꝑcussione Egyptij ad mortē:
addens ꝙ diuinitꝰ iā incipie=
bat executionē sue legationis
ꝛ liberationis filiorum Israel/
atqꝫ depressionis Egyptiorū.

¶ Septimum dubiū. Quō ista
possunt simul stare in veritate/
scilicet ꝙ Moyses volēs occi=
dere Egyptium/ post diligētē
circūspectionem neminē vide=
rit: propter quod audacius eū
occidit: ꝛ nihilominus cum fa=
cta die altera increpasset quē=
dam Hebreum/ statim sibi im=
properauit dictū homicidiū.
Illud dubium facile soluitur/
si bene notētur verba August.
in regula de cōi vita clericoꝝ/
loquentis de illo qui occulte
peccat/ ꝛ dicētis/ ꝙ videt oīno/
ꝛ a quibus se videri non arbi=
tratur. Dato ergo ꝙ ipse nemi
nem videret qui eum accusare
posset: non propterea sequitur
ꝙ nullus fuerit testis. Uel dic
ꝙ factum Moysi venit diuini=
tus ad notitiam aliorum/ in si=
gnum ꝙ homicidiū est vnū de
peccatis clamātibus vindictā
in celum: sicut dicit dominꝰ ad
Cain/ de fratre suo Abel: Gen.
iiij. Uel dic ꝙ Moyses post di
ligentē circūspectionem nemi
nē vidit: scilicet de genere ex=
traneo/ id est Egyptiace gen=
tis adesse.

¶ Octauum dubium. Quomo
do Moyses predictū Egyptiū
solum inuenit/ qui tantā habe
bat authoritatē/ vt oībus alijs
prepositis Hebreis preesset: vt
dictū est in precedentibus. Di
cendum ꝙ non obstante tāto
officio potuit fieri/ vt eūdo ad
locum vbi opus fiebat/ siue in=
de redeūdo/ siue alias eum so=
lum cum Hebreo quem percu=
tiebat inuenerit/ ꝛ absqꝫ defen
sore: qui cū adiutorio dicti He
brei fortior effectus/ ipsum oc
cisum reliquit. Nam et Dauid
inuenit Saul regem intra spe=
luncam/ ventrem purgantem:
quem etiam tunc occidere po=
tuisset/ nemine sciēte/ si voluis=
set. j. Reg. xxiiij.

¶ Nonum dubium. vtrū Moy
ses supposita debita authorita
te a deo/ licite occiderit predi
ctum Egyptiū. Uidetur ꝙ nō.
Scriptū est enim Deuter. xxv.
Pro mensura delicti/ erit ꝛ pla
garū modus. In proposito au=
tē plaga/ siue pena/ excessit de
lictum: quia pro simplici ꝑcus=
sione Hebrei/ Moyses occidit
dictum Egyptium. Nam secū=
dum legem talionis/ in qua di
citur: Dentem pro dente/ ocu=
lum pro oculo/ vulnus pro vul=
nere. De qua habetur in sequē
tibus. xxj. c. Itē Leuit. xxiiij.
Et similiter Deuter. xix. ꝓ so=
la percussione debebatur reꝑ=
cussio. Igitur ipse Moyses ex=
cessit in pena. Ad hoc dubium
dicendū multipliciter. Primo
quidē/ ꝙ illa lex talionis nōdū
erat data: vt constat. Secūdo/
ꝙ illa percussio fuit atrox ꝛ ad
mortē. Quod videns Moyses/
zelo populi sui accēsus/ sine ma
gna deliberatione/ sicut in fa=
ctis

etiã repentinis accidere solet:
misit manum ad gladium / et
Egyptium occidit. Tertio di-
cendum / q̄ Moyses non solũ
occidit dictum Egyptium pro
simplici percussione: sed et pro
adulterio ꝛ fraude commissa / 
cum vxore fratris sui Hebrei:
de quibus dictum est prius.
Hec autem duo innotuerunt
Moysi / per hoc quod audiuit
causam contentionis ꝛ perse-
cutionis / inter Egyptium et
Hebreum. Tunc autem tem-
poris forsan pro adulterio in-
fligebatur mors. Et sic patet
q̄ Moyses non excessit occi-
dendo Egyptium.

¶ Decimum dubiũ. Cur fugit
Moyses postq̄ occidit Egy-
ptiũ? q2 aut bene egit / aut ma-
le ipsum occidẽdo. Si bene nõ
debuit timere mori pro bono
opere: maxime cũ qui sic occi
duntur / sint benedicti a dño.
Mat. v. Beati inquit qui per-
secutionẽ patiunt̃ propter iu-
stitiã: qm̄ ipsorũ est regnũ ce-
lorũ. Si male / tunc debuit cõ-
fidere in auxilio filie Pharao-
nis / que maxime eũ diligebat
tanq̄ filiũ adoptiuũ. Natura-
les em̄ filios / et vtero suo pro-
creatos: minime habebat. Un-
de ꝓpter hoc ipsum intimius
diligebat. Nulli autẽ dubiũ q̄
vbi meruisset mortẽ ꝓpter ho-
micidiũ / q̄ rex ad instantiã filie
sue totũ sibi remisisset. Cõclu-
ditur ꝰ q̄ nõ debuit fugere. Di
cendũ ad hoc q̄ licite fugit: et
hoc ꝓpter tres rationes. Pri-
ma sumit̃ ex parte sui / ne scili-
cet caperet̃ a Pharaone: tanq̄
ille de quo ꝓdixerat sacerdos
ille Helyopoleos / q̄ deberet
humiliare regnũ Egypti / ꝛ ex-
altare gentẽ Hebreorũ. Ne er
go arbitraret̃ Pharao q̄ ipse
esset qui dictus est: ꝛ qui vellet
iam inchoare humiliationẽ re-
gni Egypti / etiã vsurpãdo offi
ciũ iudicature: ꝛ per cõsequẽs
iniiceret in eum manus: prudẽ
ter egit fugam capiẽdo. Secũ-
da ratio sumit̃ ex parte Chri-
sti / cuius figuram ille in tali fu
ga gerebat / q̄ tẽpore suo tanq̄
homo verꝰ ꝛ naturalis erat fu-
gam capturus a facie Judeo-
rum. Tertia ratio sumit̃ ex pte
nostra / vt scilicet suo exẽplo et
facto nos futuros Christianos
doceret quandoq̄ fugã inire /
cũ personaliter q̄rimur ad mor
tem: nec ex presentia nostra se-
quitur vtilitas i republica / q̄n
potius dãnositas. Et hoc mo-
do multi sancti viri fugerunt /
quãdo querebãtur ad mortẽ:
sicut pꝫ de beato Paulo / qñ
in sporta missus est. Itẽ de bea
to Felice episcopo / qui cũ que-
reretur ad mortẽ / ꝛ inter parie
tes diruptos per modicũ adi-
tum se occultasset: mox p illũ
aditũ aranee tela extenderũt.
Quod cum perspexissent tyrã-
ni eum insequentes / continuo
discesserunt / neminem illic la-
tere putantes. Similiter legit̃
de beato Mamo / Nolane ciui-
tatis episcopo / q̄ tẽpore perse-
cutionis cernens se iam senio
pregrauatum: ꝛ per cõsequens
putãs se non posse ferre suppli-
cia tyrannorũ / siluas adijt. Si-
milia etiã de multis alijs san-
ctis dei amicis leguntur. Et
hoc est quod ait Christꝰ Mat.
x. Si vos ꝑsecuti fuerint i vna
ciuitate / fugite in aliam. Et in

Psalm. Ecce ego elongaui fu=
giens / et mansi in solitudine.
Hoc autē fecit Dauid: cū que=
reretur a Saule ad mortē. Ubi
ergo quis videt ꝙ mors sua es=
set alijs parū vtilis: ecōtra au=
tem fuga multis ⁊ multum vti=
lis: tūc potest rationabiliter fu
gere: ⁊ presertim quando ex ta
li fuga non est natum sequi scā
dalum: vt fuit in proposito de
Moyse. Rationabilit͛ ergo ipe
fugit de domo Pharaōis post=
ꝗ̄ licite interfecerat Egyptiū.

¶ Undecimum dubiū. Qui fue
rūt illi duo Hebrei / quos rixā=
tes iuenit Moyses. Ad hoc di
cunt Hebrei / ꝙ fuerūt Dathā
⁊ Abyron: qui tādem perierūt
in seditione suscitata per eos ⁊
Chore / aduersus Moysen et
Aaron: vt legitur Numer.xvj.
Erant ergo et multo tempore
dediti rixis ⁊ seditionibus. Et
ideo non mirum si tandem iu=
sto dei iudicio perierūt / descē=
dentes in infernum viuentes.

¶ Duodecimū dubiū orit͛ ꝓpt͛
illud verbū: Fugiens Moyses
de conspectu regis ⁊c. Querit͛
ergo quō potest stare ꝙ Moy=
ses timuerit faciē Pharaonis:
⁊ ꝙ tamen Apostolus de eo di
cat Heb.xj. ꝙ fide reliqt Egy
ptum: non veritus animositatē
regis. Dicendū / ꝙ timuit effe=
ctu / non affectu. Uel timuit ti=
more ꝓpassionis / que est preue
niens iudicium rationis: ⁊ cui
non cōsentitur. Non autem ti=
more passionis / que oculū tur=
bat rationis. Uel dictum Apo
stoli intelligitur pro tempore
pro quo reliquit Egyptum to=
taliter / cū vniuerso populo He
breorum inde exeundo: tunc
enim non timuit. In cuius rei
signum subdit de eo Apos. vbi
supra / ꝙ fide celebrauit pa=
scha: qđ constat fuisse celebra=
tum in exitu de Egypto / vt di=
cetur in seq.xij.c.

¶ Decimūtertiū dubiū. Quō /
⁊ per quem / factum Moysi de
occisione Egyptij peruenit ad
aures regis Pharaonis? Forte
per illum Hebreum quem libe
rauerat de manu et oppressio=
ne viri Egyptij / qui in hoc red
didit Moysi malū ꝓ bono. Ut͛
potuit esse ꝙ ille tm̄ beneficiū
bono animo ⁊ recte intēdēs a=
lijs Hebreis retulerit. Illi ve=
ro tanꝗ̄ adulatores / et gratiā
regis ꝑ hūc modū captantes /
factū sibi narrauerūt. Uel po=
tuit esse ꝙ aliqui Hebrei vide=
runt factū: Quis eos Moyses
non videret: de quorū numero
fuit ille q̄ impatiēter ferens ꝙ
eū increparet ipse Moyses: eo
ꝙ percuteret aliū Hebreū / ait
illi: Quis te constituit principē
⁊ iudicem super nos? Num oc=
cidere me tu vis / sicut heri oc=
cidisti Egyptium?

¶ Moralit͛ ⁊ primo. Per hoc ꝙ
Moyses egressꝰ est ad fratres
suos Hebreos / vt consolaretur
eos in tribulatione ⁊ aduersi=
tate nimia cōstitutos: denotat͛
ꝙ q̄libet debet ſm facultatem
suā ⁊ statū / subuenire fratribꝰ
suis Christianis. Et q̄nto ꝓxi=
miores fuerint carne ⁊ sangui
ne: tāto ceteris paribꝰ debet il
lis citiꝰ subuenire / siue cōsolā=
do / siue tpalia ministrādo: di=
cēte Apo.j.Timo.v. Si q̄s suo=
rū.i. familie sue / ⁊ marie dome
sticoꝝ.i. valde ꝓpinquorū / vt
sūt parētes / ⁊ fratres / ⁊ hmōi

curam

curam non habet | supple spiritualem vel temporalem | fidem negauit: scilicet operibus et factis | etsi nō verbis | secundum quod scriptum est Tit. j. Confitentur se nosse deum | factis autem negant. Unde Hiero. Qui suos despicit | qualiter alijs dilectionem seruabit? Nōne vanam gloriam dicent omnes esse: cum quis alijs benefaciens | suos contemnit? Gal. vj. Operemur bonum ad omnes: maxime ad domesticos fidei. Qui autem aliter facit | facit cōtra ordinem charitatis: de quo scriptū est Canti. ij. Ordinauit in me | supple deus | charitatē. De eo autē qui aliter facit | potest dici illud Job. xxxix. Duratur ad filios suos | quasi nō sint sui. Sequitur in Apostolo | Et est infideli deterior: Quia paganus etsi alienos | nō tñ suos post despicit: vt dicit Chrysosto. Si autem infideli deterior est qui suos despicit | vbi (inquit idē Chrisosto.) ordinabitur qui eos ledit? Unde Eccli. ix. Melior est canis viuus leone mortuo. i. paganus Christiano impio.

¶ Moraliter et secundo | Moyses egressus ad fratres | est prelatus vel predicator | qui intra domum contemplationis habitans | debet pro loco et tēpore inde egredi vt videat qualiter se regant fratres sui. i. subditi | vel ceteri Christiani. Qui si viderit eos opprimi ab hereticis | vel a demonibus multitudine peccatorum: debet eos consolari in domino: et ad viā veritatis et iustitie (quantū potest) reducere: vel ad literam | si viderit aliquos alijs opere et facto graues et molestos | debet quantum potest talem violentiam cōpescere. Et similiter si quos viderit rixantes | et inter se discordias et odia habētes: debet laborare vt talia sedentur penitus | et ad veram pacem reducātur. Hoc enim est maximum beneficium quod debent veri predicatores et animarum pastores alijs impendere | quātū sub deo possūt. Unde et de beato Uincentio Ferrariensi | ordinis fratrū predicatorum vnum singulare dei donum legitur | scilicet quod nunquam intrauit aliquā ciuitatem | in qua publice et notorie discordantes non concordauerit | quantum ad humanā salutem requiruntur: et quantum exterius cognosci et cōiecturari poterat. De prelatis autem specialiter dicitur in decretis | distinc. lxj. c. vlti. Itē disti. xc. c. discordātes. quod prelatorum est discordantes ad cōcordiam reuocare. Quia vt dicit Augu. de verbis dñi | ser. lvij. Et ūr dominica. iij. post octa. pasche | ser. j. non potest habere cōcordiam cum Christo | qui voluerit esse discors cum proximo. Si enim quilibet de lege nature tenetur oppressos et tribulatos defendere: prout mandatur Prouerb. xxiiij. Eos qui ducuntur ad mortem | liberare non cesses. Multo magis hoc agēdum est quo ad animas | quas per peccatū trahit diabolus ad interitum perpetuum.

¶ Moraliter et tertio | Moyses (qui interpretatur assumptus et aquis | quia de facto de aqua tulit eum filia Pharaonis) recte de-

ete designat verum penitentē, qui in aquis lachrimose compunctionis debet iugiter inueniri: et ibi a matre sua. i. penitentia: vt a filia regis. i. a diuina gratia recipiatur, debet cōstitui ⁊ imponi. Egyptius autem significat peccatum, vel carnem. Hebreus vero animā, vel mentem designat. Quādo ergo Moyses. i. penitēs, videt ꝙ frater suus. i. spiritus, vł animus: qui debet dici Hebreus, id est trāsiens: pro eo ꝙ ad paradisum debet trāsire festin⁹, opprimitur vel iniuriatur ab aliquo Egyptio. i. a ꝓprio corpore, vel peccato: statim debet contra eum insurgere, ⁊ ipsum per confessionem occidere, ⁊ ꝑ satisfactionem sub sabulo ⁊ asperitate penitentie abscondere vel celare: ⁊ tunc poterit fugere ad Jethro sacerdotem, id est, ad deum in fine vite sue, per eternam gloriam.

¶ Moraliter ⁊ quarto, per Egyptium, quem occisum abscōdit Moyses sub sabulo: intelligitur peccatū, quod est abscōdendum, non quidem sacerdoti in cōfessione: sed potius manifestandum, sed alijs hominibus: ne per illius publicationē generetur scandalum, et detur alijs occasio ruine. Est eñ sił de publicatione peccati, sicut de apertione cloace, aut fouee, i qua latet cadauer fetidissimū. Nā si aperiatur talis locus, statim inde erit exhalatio horribilis ⁊ nociua astātibus de ꝓpe. Sic in ꝓposito de pctō, qđ nō est positū sub sabulo. i. occultatū: sed publicatū. Hinc vulgo dr, ꝙ peccatū occłtū, est semiremissum. Cōtra quod nōnulli agunt, qui letantur cum malefecerint, ⁊ exultant in reb⁹ pessimis. De quib⁹ scribitur Esa. iij. Peccatum suum quasi Sodoma predicauerūt, nec abscōderunt. i. inuerecūde et publice corā omnibus peccauerūt. Ubi glo. ordi. dicit, ꝙ ille peccatū suum sicut Sodoma predicat, nec abscondit, qui exemplo peccati sui, tanꝙ fetore alios corrumpit.

¶ Moraliter ⁊ quinto, per virum Egyptium diabolus designatur. Egyptius eñ tenebrosus interpretatur. Sic est autē ꝙ ipse diabolus est totus tenebrosus. Nā in tenebris culpe, pene, ⁊ ignorātie (quo ad multa) cōtinuo manet. Insuꝑ querit toto posse homines in presenti inducere ad tenebras culpe, ⁊ in futuro trahere ad eternas tenebras pene. Iste ergo Egyptius toto studio nitił ꝑcutere virum Hebreū. i. deuotum catholicum iaculis peccati, nunc quidē occulte, nūc vero aperte. Cuius etiā sagitta interdum volat in die, interdum in nocte ⁊ in tenebris, interdum in meridie: vt innuit Psal. Per hoc autem ꝙ Moyses misericordia motus super fratre suo Hebreo, percussit ad mortē Egyptium qui eum percutiebat, abscondēs ipsum sub sabulo, significał ꝙ Christus etsi interdū permittat nos ad tempus tentari, si tamen fecerimus quod in nobis est, faciet cum tentatione prouentum: siue virtutem inimici reprimendo, siue ipsum in infernum (qđ est sub terra) detrudē-

 do.

do. Vñ Luce. viij. legitur/ q̄ legio demonũ/ quā eiecit Christus a quodam obsesso/ timēs talem retrusionem sub sabulo. i. in inferno/ perijt ab eo missi in porcos. Causa autem cur demones timent in infernum mitti ante iudicij diem: non ē ideo/ quia in presenti non patiuntur/ et in inferno paterentur: quia et quo de celo ceciderunt per culpam/ secum ferunt (vbicunq̧ sint) suũ ignē. Causa ergo est/ vt in presenti habitantes/ et inter homines conuersantes/ valeant liberi⁹ eos tentare et seducere.

¶ Moraliter et sexto/ iuxta illud: Et egressus die altero cōspexit/ supple Moyses/ duos Hebreos rixantes ꝛc̄. Per hoc factũ Moysi/ datur nobis exēplum/ q̄ debemus esse mediatores pacis/ quātum in nobis est: et reducere discordes/ vt sint vnum in charitate ꝛ dilectione. Sic enim agendo erimus discipuli/ et imitatores Christi: qui audiens contētionem inter suos apostolos/ quis eorũ esset maior: vocauit eos ad se/ et dixit eis: Scitis quia principes gentium ꝛc̄. Sequitur: Non sic erit inter vos: sed qui voluerit esse maior inter vos/ erit minister vester. Mat. xx. Istud igitur est opus sāctũ et diuinum/ scilicet procurare pacem inter discordantes. Propt̄ quod opus venit Christus in hunc mundum: et non solum quidem vt poneret pacem inter homines/ verum etiam inter deum et homines: ipse nempe est pax nostra/ id est causa pacis nostre: qui fecit vtrunq̧ vnum/ scilicet deum et homines: vt dicitur Ephesios secundo. In cuius rei testimonium angeli in eius natiuitate cecinerunt/ dicentes: Gloria in altissimis deo/ et in terra pax hominibus bone voluntatis. Luce secundo. Notanter autem additur/ hominibus bone voluntatis. et hoc propter illos qui sunt praue voluntatis: qui non querũt nisi lites/ contentiones et iurgia/ quia teste scriptura Prouerbiorum xvij. Sēper iurgia q̄rit malus. Angelus autem crudelis/ id est diabolus/ qui similiter querit ꝛ procurat iurgia/ mittetur contra eum: videlicet in mortis articulo/ accusans eum q̄ quantum in se fuit impediuit executionē ordinationis Christi/ qui in testamento reliquit pacem discipulis suis. Et breuiter/ quādiu sumus i hac mortali vita/ debemus studere paci/ et discordes ad pacem reducere: vt possit de nobis dici post mortē illud Ecclesiast. xliiij. In tempore iracũdie fact⁹ est reconciliatio. Quia teste Augustino ad fratres in eremo/ ser. xxviij. Nulla dabitur venia/ nisi pacifico viro. Pellite ergo (inquit) a vobis fratres hoc mortiferũ venenũ odij/ et pacē inter vos habere. Hec ille. Insuper summopere cauere debem⁹ ne vbi suadēte ꝛ operante seminatore zizaniorum/ discordias habuerimus ad inuicem/ insurgamus opprobrijs ꝛ iniurijs aduersus eos/ qui ex charitate pacē cōponere inter nos satagunt. Ne imitatores simus nequitie illorũ duorum

Hebreorum

Hebreorū/de quib⁹ in presenti textu legitur ꝙ rixabant̄ inter se: ꝛ quod deterius est/ opprobriū inferentes Moysi famulo dñi/qui ex charitate studebat inter ipsos ponere pacē:ita vt merito i ꝑsona ipsius possit dici illud Psal. Cum his qui oderunt pacem/ eram pacificus: cū loquebar illis:scilicet de pace/ ipugnabāt me gratis.

¶ Moraliter ꝛ septimo/ iuxta illud verbū:Quis te constituit iudicem super nos? notandū ꝙ similia verba solent dicere ꝛ retorquere superbi contra eū q̄ ex charitate ꝛ fraterno amore eos reprehendit:tanq̄ nolētes acquiescere increpationibus suis. Cōtra quos loquitur Salomon Prouerb.x. dicens: via vite custodienti disciplinā. Qui autē increpationes relinquit/ errat. Itē eiusdē.xij.ca. Qui odit increpationes/ insipiens est. Et eiusdē.xv.ca. Qui increpationes odit/ morietur: supple spūaliter ꝛ eternaliter.

¶ Moraliter ꝛ octauo/ et conformiter ad Petrum de Pal. Notandum/ ꝙ sicut id qd̄ dixerat Moyses Hebreo ad bonū/ hoc ille statim conuertit i malum/ ꝛ in improperium illius: sic idem faciunt qui nomen domini blasphemant ex ira ꝛ passione. Nam tunc sibi improperant maxima eius beneficia:scilicet/mortem/ passionem/ virtutem/corpus/crucē/ vulnera/ et similia: ac si illi dicere videretur:Quis te constituit iudicem ꝛ principem super nos? Ecce quantam et qualem iniuriam tales inferūt Christo domino. Quinimo tales nepharij peccatores si senserint dominum etiam multo minus iusto eos flagellantes: statim de eo conqueruntur/ ꝛ dicunt/ ꝙ vult eos occidere/ et ꝙ iniuste cum eis agit: nescientes quid contra ipsum egerunt/ propter quod eos tam seuere puniat.

¶ Moraliter ꝛ nono/ per hoc ꝙ Moyses postq̄ occidit Egyptium/ et reprehendit Hebreū iniuriam inferētem fratri suo/ non rediit ad domum Pharaonis/ sed fugit in terram alienā/ scilicet Madian/ vt sic subterfugeret iram eius: datur nobis intelligi/ ꝙ cum videmus aliquos contra nos iniuste commotos/ et vindictam de nobis sumere volētes: debem⁹ (quantum iuste possumus) a conspectu eorum recedere/ ꝛ dare locum ire. Sic enim egit Absalon: occiso ab eo fr̄e suo Amnon. Sic etiam prius sepe numero fecerat pater eius Dauid: fugiens a facie Saul: ꝛ manens in solitudine. Sic deniq̄ aliquando fecit Christus: dās locū ire Iudeorum volentium eū capere ꝛ occidere. Sed de hoc satis dictum est prius/ infra hanc clausulam.

¶ Moraliter ꝛ decio/ iuxta illud vltimū verbū p̄tis clausule: vbi dr̄ de Moyse/ ꝙ fugiens a facie Pharaonis/ morat⁹ est in terra Madian: ꝛ sedit iuxta puteū: designat̄ ꝙ ꝑsecutiōes corporales ꝛ mundane multū prosunt interiori homini: ꝛ presertim quando et vbi patienter ꝛ equanimiter tolerantur. Nam tunc sepe euenit/ vt homo seipsum recolligat/ contēplationi ꝛ studio vacet/ deum

solueturꝰ ꝙ patebit cūctis crudelitas ⁊ malicia illius. Q̄ꝫ autem die altero egressus Moyses vidit duos Egyptios rixātes/quos increpauit/designat ꝙ Christus in suis sermonibus legitur Judeos quandoqꝫ de mutuis iniurijs increpasse / et ad pacē discordātes reduxisse: sicut supra dictū est de contentione habita inter apostolos/ quis eoꝝ esset maior. Per hoc autem ꝙ Pharao querebat occidere Moysen: designatur ꝙ diabolus per Judeos ⁊ Pilatum quesiuit Christi mortem. Per fugā autē Moysi a facie Pharaonis/q̄ ⁊ declinauit ad sacerdotem Madian/pfigurabat Christi fuga ī Egyptū/ cum adhuc paruulus esset : qꝛ futurū erat vt Herodes quereret eum ad ipsum perdendū. Matth.ij. Uel pfigurabatur fuga illius in Galileam. Non enim volebat in Judeā ambulare/quia querebant eum Judei interficere. Joan.vij. Uel dic/ꝙ ꝑ huiusmodi fugā Moysi ⁊ absconsionē/ pfigurabat eiusdē Christi ascensio/ quando quidē euanuit ab oculis apostolorum/⁊ oīm mortaliū: et absconditus est intra celū empyreū: fugitqꝫ ad illū sacerdotem magnū/q̄ est deꝰ pater. Nā sacerdos sacra dās etimologizat. Ipse autē deꝰ pater sacra dedit/qñ filiū suū misit in mūdum: nō vt iudicet mundū/sed vt saluetur mūdus ꝑ ipsum. In tali ergo fuga regressus est noster Moyses/assūptꝰ de aquis ī baptismo / vñ ꝓmo venerat,s. ad dexteram dei patris. Uñ in Psal. A summo celo egressio eiꝰ .s. Christi. ecce incarnationis hūilitas: ⁊ occursus eius vsqꝫ ad summū eius: ecce ascensionis sublimitas.

¶ Anagogice Moyses egressus ad fratres suos/est deꝰ pat' egressus ꝑ nouā creationē/ ad fratres suos.i.ad angelos/qui ⁊ si filij eiꝰ sint / tñ fratres sui merito vocari pñt/ ꝓpter ipsiꝰ insignē charitatē ⁊ dilectionē ad eos. Nec multo post creationē ipsoꝝ/vidit afflictionem eoꝝ.i.preliū magnū inter bonos ⁊ malos. Inter stātes ⁊ cadētes. Inter beatos ⁊ miseros. Precipue aūt vidit ibi virum Egyptiū ꝑcutientē quendā de Hebreis.i. satanā aduersantē angelo Michaeli/ quātū in se fuit. Secūdū illud Apoc. xij. Factū est ꝓliū magnū ī celo/ Michael ⁊c̄. Quē statim iterfecit dñs spū oris sui/ scḋm illud Esa. xiiij. Et tu vulneratus es sicut ⁊ nos. Cōsequēter abscōditꝰ est ī sabulo/qñ dictū ē ei: Ad īfernū detraheris ⁊c̄. Uel istā ꝑsecutionē possumꝰ referre ad tēptationē primi parētis/ quē serpēs ille infernalis/alias Egyptius/adeo atrociter ꝑcussit/ꝙ inde secuta est mors. Cōsequēter abscōditꝰ est īra sabulū/qñ q̄ prius nudus erat ī medio paradisi terrestris añ pctm̄: statim post comestionē fructꝰ ligni vetiti/cognita nuditate sua/ꝙ verecunda esset/ ꝯsuit folia ficus/⁊ fecit sibi ꝑizomata : pari ⁊ vxor illiꝰ tantundē opata est. Itē idē Adā ad dñm cū vocantē rñdit / dicēs: Uocē tuā dñe audiui ī paradiso/⁊ timui eo ꝙ nudꝰ essē/ ⁊ abscōdi me. Q̄ꝫ aūt seqꝉ: Et

egressus die altero conspexit duos Hebreos rixantes: referendum est ad Adam et Euã. Et bene dicitur dominus in principio mundi/ siue in opere creationis/ fuisse egressus die altero/ quando ventum est ad creationem/ siue formationem hominis: quia creatio angelorum precessit. Deinde secuta est productio Ade ⁊ Eue. Die igitur altero egressus noster Moyses/ id est dominus deus: vidit duos Hebreos rixantes/ id est Adam et Euam in discordia positos/ post commissum suppler peccatũ: quorũ rixa talis erat: Nam Adam conquerebatur de Eua/ de eo ꝙ dederat sibi de fructu ligni scientie boni et mali ad vescendum: et per consequens ꝙ peccatum suum esset in eam retorquendum. Econtra autem illa dicebat/ Non: Sed tu Adam/ cum polleres maiori lumine rationis/ ⁊ esses mihi prepositꝰ/ debuisti suasionem meam compescere: quod nõ fecisti. Ideo peccatum meum in te retorquendum est/ aut saltim in serpentem qui me decepit. Ista erat rixa primorum parẽtum/ vt patere potest Gen. tertio: q̃ fuit occasio/ ꝙ noster Moyses Christus in suo aduentu constitutus est a deo patre iudex et princeps super omnes filios Ade. Que autem sequũtur in textu/ exponenda sunt conformiter ad priorem expositionem allegoricam. Ita vt videamus rotam in medio rote/ vt vidit Ezechiel primo capitulo.

Tertia clausula.

Erant aũt sacerdoti Madian septẽ filie/ q̃ venerãt ad hauriẽdã aquã/ ⁊ impletis canalibꝰ cupiebãt adaq̃re greges patris sui. Superuenere pastores/ ⁊ eiecerũt eas. Surrexit Moyses/ ⁊ defensis puellis adaquauit oues earũ. Que cũ reuertissent ad Raguel patrẽ suũ/ dixit ad eas: Cur velocius venistis solito? Rñderũt: Uir Egyptiꝰ liberauit nos de de manu pastorum. Insuper et hausit aquã nobiscũ/ potumq; dedit ouibꝰ. At ille: Ubi ẽ/ inquit? Quare dimisistis hominẽ? Uocate eũ/ vt comedat panẽ. Iurauit ergo Moyses ꝙ habitaret cũ illo. Accepitq; Sephorã filiã eius vxorẽ/ q̃ peperit ei filium/ quẽ vocauit Gersan/ dicẽs: Aduena fui in terra aliena. Alterũ vero peperit/ quem vocauit Eliezer/ dicens: Deus enim patris mei adiutor meꝰ/ et eripuit me de manu Pharaonis.

¶ Historialiter. Postq̃ in precedẽti clausula egit egregius vir ille Moyses de fuga sua de domo Pharaonis/ querentis eum occidere: eo ꝙ et ipse occidisset quẽdam Egyptiũ/ magistrum operum super filios Israel/ operantes in terra Egypti. Insup quomodo fugit ad terram Madian. Hic consequenter agit quid ibi egerit/ ⁊ quomodo ibidem vxorem duxerit. Refert ergo ipse Moyses quomodo eo in fuga constituto: ⁊ iuxta puteum in dicta terra Madian

ra Madian sedente / forte eo ꝙ fatigatus esset ex itinere: contigit septem filias sacerdotis Madian venire ad hauriendum aquam ex dicto puteo. Qua hausta cum inde voluissent adaquare greges patris sui / fuerunt eis impedimento alij pastores. Causa autem forsan hec fuit. In terra enim illa aque sunt rare / et ideo custodiuntur ne per abusum deperdantur: et signanter a pastoribus: qui cum volunt sero adaquare gregem suum / mutuo se expectant usque ad certā horam diei: et tunc qui fortiores sunt / alijs trusis adaquant primo gregem suum. Quod considerans Moyses / et vidisset ibi filias sacerdotis Madian repelli ab alijs pastoribus: illis misertus et defensis a dictis pastoribus / adaquauit oues earum. Cumque huiusmodi beneficium ille retulissent patri: ille iussit eum vocari in domum suam / vt comederet ibidem panem. Nomine autē panis subintelligitur omnis alius cibus / qui cum pane administratur. Nec multo post accepit Moyses vnā e filiabus ipsius sacerdotis Madian in vxorē / q̄ diceba tur Sephora. Huic historie similis habita est prius / videlicet Genesis. xxix. de Jacob declinante ad domum Laban auunculi sui / causa vxoris ibidem ducende. Dicta ergo Sephora tēpore suo peperit viro suo Moysi filium / quem vocauit Gersan. Ger enim hebraice idem est ꝙ aduena vel peregrinus Latine. Causa autem impositionis predicti nominis subditur / cum dixit Moyses: Aduena fui in terra aliena. Alterū vero peperit / quē vocauit Eliezer: quod interpretat̄ dei mei adiutoriū. Sic enim Moyses voluit illum vocari quasi in recognitionem diuini beneficij / in liberatione ipsius de manu Pharaonis / et in profectu suo in terra aliena.

¶ Circa autem hanc clausulam mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū. Quo modo potuit euadere Moyses manum Pharaōis / querentis eum interficere / cum scilicet fugeret in terram Madian. Mirum est enim / ꝙ Pharao / scito ꝙ ipse Moyses iterfecisset virum Egyptium / de quo prius dictum est / virū vtique sibi gratissimum / non statim misit milites qui perquirerent eum: atque eo inuento viuū aut mortuum perduceret ad eum. Ad hoc dicunt nonnulli / ꝙ de facto eum inuentus fuisset ipse Moyses / perductus est ad regem / vt decapitaretur. Attamen miraculose ereptus est de manu et potestate eius: ita vt merito tunc dicere posset illud Psal. Laqueus contritus est / et nos liberati sumus: scilicet diuinitus. Unde sequitur: Adiutorium nostrum in nomine dñi: q̄ scilicet fecit celū et terram. Nam vt dicit Josephus / dū cognouisset insidias Pharaonis / latenter effugit / et itineribus obsessis / per desertum fugam suam expleuit. Dominus enim qui decreuerat p manū ipsius Moysi facere terribilia in terra Egypti: atque in mari rubro / noluit eū tūc mori inter

ter manus ipsius Pharaonis.
¶ Secundū dubiū / Unde ter=
ra Madian sic appellata est?
Dicendum ꝙ a Madian filio
Abrahe / quā genuit ex Cethu
ra: vt legitur Gen̄ xxv. in prin
cipio. Et forsan dicta terra sic
dicta est a predicto Madian:
quia forsan idē Abrahā dedit
sibi illam terrā in possessionē.
Sed huic contrauenit textus
immediate sequens / quo dicit:
Dedit autē Abrahā cuncta q̄
possederat filio suo Isaac. Fi=
lijs autē concubinarū .i. minꝰ
principaliū vxorū post Sarā /
de quarū numero erat Cethu=
ra / largitus est munera. Ergo
Abrahā nō dedit predictā ter
ram filio suo Madian in pos=
sessionē. Non ergo ab eo sic di
cta est / quasi cesserit in posses=
sionē eiꝰ. Arbitror ergo dictā
terrā Madian nūcupatā / eo ꝙ
dictꝰ Madiā filiꝰ Abrahe ibi
habitauerit / ⁊ ꝓles ibi genuerit.
¶ Tertiū dubiū. Cur princeps
iste Madian / ad quē declina=
uit Moyses / dicit sacerdos?
Ad hoc dicunt Hebrei / ꝙ non
dicit sacerdos ab ordine: sed
ꝓ maiore / vel magnate / seu pri
mate. Nam ⁊ tales antiquitus
sacerdotes dicebant. Sicut di
citur secundi Reg. viij. ꝙ filij
Dauid sacerdotes erant .i. ma=
gni ⁊ nobiles. Est igit istud no
men sacerdos equiuocū / ad eū
scilicet qui habet ordinē sacer
dotalem / ⁊ ad eum qui est ma=
ior ⁊ dignior super alios / quasi
primas inter eos existens.
¶ Quartū dubiū / De noīe hu=
ius sacerdotis Madian. Dicē=
dum cōformiter ad magistrum
historiarū / ꝙ pluribus nomini
bus appellabat. Nam dicebat
Raguel ⁊ Iethro / Cyneꝰ ⁊ Ho
bab. De primo noīe hic habet
cū dicit / ꝙ septem filie reuerse
domū dixerunt ad Raguel pa
trem suū ⁊c̄. De secundo nomi=
ne / ꝙ est Iethro / dicit in princi=
pio sequētis capituli / ꝙ Moy=
ses pascebat oues Iethro soce
ri sui sacerdotis / ī tra Madiā.
Iethro aūt secundū Hebreos
dicit quasi adijciens. Iste igit
Raguel dictꝰ est Iethro: quia
addidit legi vnū capitulū / sci=
licet de ordinatione populi / ꝑ
tribunos ⁊ centuriones / quin=
quagenarios ⁊ decanos: vt ha
betur infra. xviij. c. Uocabat
etiā Hobab: vt dicūt .i. diligēs
qr dilexit legē datā Moysi / et
conuersus est ad Iudaismū: vt
habet in dctō. cap. Cur aūt di
ctꝰ sit Cyneꝰ / causam minime
inueni. Insup preter hec qua=
tuor noīa aliter cognominat a
Iosepho / vide ibi.
¶ Quintū dubium. Quomodo
ista duo possunt simul stare / ꝙ
ipse Raguel talis ac tantus es=
set / ⁊ ꝙ cuncte filie eiꝰ pascerēt
oues ⁊ greges. Dicendū / ꝙ tūc
tēporis dictū officium nō erat
vile vt modo: sed laudabile.
Et vt dicit Iosephus / hoc offi=
ciū siue ministeriū matie tunc
exercebat per mulieres regio=
nū Trogloditarū / siue trogo=
litarum secundū aliā literam.
¶ Sextū dubium. Quomodo
Moyses potuit defendere di=
ctas septem filias Raguelis a
pastoribus / ita vt preualuerit /
quis essent multi. Dicendū ꝓ=
babiliter / ꝙ qn̄ exiuit de Egy
pto nō erat solus. Et ideo non
mirū si cū socijs suis ꝑualuerit
cōtra pastores ifestos ꝑdictis
puellis. Uel si solus erat / tunc
dicendum /

dicendū / q dñs qui erat cū eo in omnib⁹ que agebat / pugnauit cum eo ⁊ p eo / ⁊ terruit dictos pastores / adeo q nō poterant resistere illi.

¶ Septimū dubiū. Unde surrexerit Moyses? Ad hoc breuis est respōsio si consideremus finē precedētis clausule. Ibi enī dictum est / q cū peruenisset in terrā Madian / sedit iuxta puteū: scilicet tanq̄ fatigat⁹ ex itinere / itē siti ⁊ fame. Nā vt dicit Josephus / dum ciboꝝ illi esset inopia / viribus tolerātie preualens / venit in ciuitatē Madian / circa mare rubrū positā. Seditq̄ sup quendā puteū / ex labore atq̄ miseria quiescens existente meridie / non procul a dicta ciuitate. Cūq̄ ergo ibi quiesceret / videretq̄ dictos pastores venientes post filias Jethro / atq̄ illis infestos / tandē surrexit de loco in quo quiescebat: vt preberet dictis puellis adiutoriū. Hec tamen specialiter fiebāt a dño / qui p talem modū volebat eū introducere in domū ipsi⁹ Jethro: vt inde sponsam sibi assumeret.

¶ Octauū dubiū / vtrū Moyses in tali defensione puellarū fuerit iniuriatus pastorib⁹. Uidetur q sic. Ipsi enī eque indigebāt illa aqua pro suis pecoribus adaquandis / sicut dicte puelle. Cū ergo huiusmodi aqua esset cōis / nec esset alia de prope: tantā iurisdictionē i ea habebant ipsi pastores / sicut et puelle. Moyses ergo non debuit plus esse pro vno / q̄ pro alio. Dicendū / q ille primo venerant / ⁊ ideo in vsu rei cōis potius ius habebant. Item dictam aquā hauserant / ideo ⁊c.

¶ Nonum dubium. Cur dicte puelle dixerunt patri suo de Moyse / q esset vir Egypti⁹ / cū tamen a parte rei esset vir Hebreus. Hoc aūt poterāt duplici indicio conijcere. Primo quidem per loquelā: ita vt posset de eo dici / q postmodū dictū est de Petro: Nā loquela tua manifestū te facit. Secūdo vero per speciē vestimenti. Judei enī vtuntur pallijs in extremitatibus vestimentoꝝ suorum. Et per talem modū cognouit Samaritana de Christo q Judeus esset / quā dixit ei: Quomodo tu Jude⁹ cum sis bibere a me poscis / que sum mulier Samaritana? Ad hoc dicendū / q etsi Moyses esset Hebreus: q2 tamen nat⁹ fuerat in Egypto / atq̄ educatus in aula regia / et nutrit⁹ spatio quadraginta annorum / ideo Egyptiace loqui facile poterat. Tunc etiā temporis induebat more aulicorum regis Egypti: insup nondū differebant Judei peregre cōstituti / in habitu ab alijs nationib⁹ / sicut postea factū est.

¶ Decimum dubium est de iuramento Moysi / cum Raguele siue Jethro. Aut enim iurauit per deum suum / ⁊ tunc iuramētum firmitatem non habebat ex parte ipsi⁹ Jethro cui fiebat: quia non credebat in illum: q̄uis obligasset Moysen iurantem: aut iurauit p idola ipsi⁹ Jethro: ⁊ tūc peccauit / tanq̄ ea venerando. Ad hoc dubium dicendum / q Moyses iurauit Jethro per verū deum suū / quod licite facere potuit ad maiorem fidelitatis sibi promisse

misse firmitatem. Infideles autem recipiūt a fidelibus iuramentum factum in nomine veri dei sui. Econuerso autē non licuisset ipsi Moysi inducere Iethro ad iurādum per deos suos: alias induxisset eum ad peccatū. Ubi tamen opus fuisset iuramēto ipsi⁹ Iethro: vtpote de mercede danda ipsi Moysi ꝓpter custodiā pecoꝝ suorū/aut de filia sua illi danda/ꝛ huiusmodi/ tunc licuisset eidē Moysi suscipere iuramētum illius / quāuis factū per falsos deos. Licet enim vti malo alterius ad aliquid bonū/ꝛ ꝑsertim quando est ad hoc paratus. Nam ꝛ deus sepe ita facit. Nunꝗ tamen licet aliquē inducere ad malum culpe: etiam dato ꝙ esset solū veniale. De hoc vide beatum Tho. iiij.q. xcviij. arti. iiij. in sol. ad. iiij.

¶ Undecimū dubiū. Quomodo Moyses/ vir ignotus ꝛ alienigena / potuit tam cito ꝛ tam facile inuenire tantā gratiam apud illum magnū sacerdotē Madian: vt daret illi filiā suā in vxorem/ faceretq; eum quasi filium suū: vt dicit Joseph⁹. Insuper ꝛ custodem omniū pecorum suorū/ ea hincinde causa pascuorū deducendo. Nam in hoc videbatur magnā estimationem atq; fiduciā de viro extraneo/ꝛ alias incognito habere. Ad hoc dicendū: ꝙ dominus deus in hoc specialiter operabatur / mouendo interius ꝛ inclinando affectū dicti Iethro. Unde possumus recte dicere cum Psal. ꝙ a domino factum est istud/ ꝛ est mirabile in oculis nostris. Insuper dominus deus dederat tantam gratiam ipsi Moysi / vt statim esset gratus in oculis omnium ipsum intuentium: vt dictum est supra. Insuper ipse Iethro (vt dicit Josephus) non dedit illi filiam suam in vxorem: nisi prius eo cognito / atq; ipsius genere ꝛ populo/ credens eum futurum magnum virum.

¶ Duodecimum dubiū est grāmaticale/ circa illud verbum/ Que cum reuertissent ꝛc. Queritur ergo an congrue dicatur que cum reuertissent. videtur ꝙ non: quia hoc verbum reuertor/ est deponētis generis verbi. Hic autem ponitur tanꝗ actiuum. Igitur male dicitur. Dicendum ꝙ antiqui dicebāt dictum verbum actiuum. Moderni autem ponunt ipsum deponēs. Uel dici ꝙ in hoc passu ponitur tanquam actiuum: quāuis ex natura sua sit deponēs/ ad insinuandum ꝙ sacra scriptura non subiicitur regulis Prisciani.

¶ Moraliter et primo / sacerdos Madian est dominus de⁹. Cui⁹ septem sunt filie / ꝑ quas intelliguntur septem artes liberales: que sunt grammatica/ rhetorica/ physica/ geometria/ arithmetica/ musica/ astrologia. He enī septem filie pascunt gregem dominicum: pro quanto reficiunt/ quāuis non satient intellectus hominū: vnū quidem sic/ ꝛ alium sic/ secundum ꝙ contingit homines diuersis scientijs affici. He enim sunt septem ancille magne et generose illius diuine sapientie/ que vocat ancillas suas: vt venirent ad arcē: quia omnis scientia

scientia humana licita / est in deum (tanq̃ in authorem suũ) referenda: eo q̄ omne verum / a quocunq̃ dicatur / a deo est. De igitur septem filie nituntur haurire aquã omnibus suis .i. iocunditatem ⁊ delectationem amatoribus suis. Sed plerunq̃ impediuntur a pastoribus.i. sacris doctoribus / qui cum doctrinis suis sepe reuocant humanos intellectus bene affectatos: vt postpositis p̄dictis vanis scientijs se totaliter occupent ⁊ dedicent circa veras scientias / que etiam manẽt post mortem in patria / et que multum conferunt vt illuc perueniatur. Unde deuna quoque amatore vere scientie dicitur Prouer. xxxi. q̄ non extinguetur in nocte.i. in morte / lucerna eius.i. scientia hic acquisita: quod intelligẽdum est de scientia / q̄tum ad suum formale / ⁊ q̄tum ad habitũ: vt bene deducit beatus Tho. prima parte. q. lxxxix. arti. v. per totum. Hinc beatus Hiero. in epistola ad Paulinũ dicit / Discamus in terris: quorum scientia nobis perseueret in celo.

¶ Moraliter ⁊ secundo / p septem filias sacerdotis Madian / intelliguntur septem virtutes ad salutem necessarie: quarũ quatuor sunt morales / alie aũt tres theologice. Morales aũt sunt he: prudẽtia / iustitia / tẽperãtia / fortitudo. Uolenti ergo ire ad fontem aquarum viuentium.i. in celum / prima ancilla docet bene incedere. Secunda docet circa vnũquemq̃ recte se habere. Tertia protegit a dextris. Quarta protegit a sinistris. Theologice ⁊ sunt fides / spes / charitas. Prima ancilla docet viã eundi ad dictum fontẽ. Secunda facit illuc tendere. Tertia introducit hominem in locũ vbi iugiter fons emanat. De igit̃ sunt septem filie sacerdotis Madian.i. omnipotẽtis dei: quas in presenti mittit ad pascendas oues suas.i. electos. Ueruntãmen sicut filie Madian passe sunt difficultatem ⁊ molestiam ab alijs pastoribus: ita ⁊ electi a demonibus / dicẽte Apo. Ephe. vi. Non est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊ sanguinem: supple tantũ / aut principaliter: sed aduersus principes ⁊ potestates / aduersus mũdi rectores tenebrarũ harũ ⁊c. Tandem autem he septẽ puelle apprehendũt virum vnum: vt dicit̃ Esa. iiij. cum per debitam earũ obseruantiã in presenti / tãdẽ puenit̃ ad deũ deorũ in Syon. Et istud designat̃ p hoc q̄ dicte septẽ puelle fecerunt bonã relationem Jethro patri suo / de ipso Moyse: qualiter scilicet ipe iuuisset eas ad hauriẽdã aquã de puteo / ⁊ similiter in defensione sua contra pastores. Proptẽ qđ pater iussit eũ vocari ad domũ suã. Applicatio est facilis ex dictis

¶ Moraliter ⁊ tertio / septẽ filie Jethro / q̄ venerunt adaq̃re gregẽ suũ / septẽ sunt opa mie / q̄ tũc adaquãt gregẽ dñicum / siue corporaliter / siue spũalit' / q̃n indigẽtib⁹ ⁊ Christi mẽbris exhibent̃ ppter ipm̃. Et quidẽ quo ad dictas septẽ filias corporales: sex assignantur ab eodem Christo. Matthei. xxv.

cum dis-

cum dicitur: Esuriui / et dedi-stis mihi manducare: sitiui / et dedistis rc. Alia autem et se-ptima filia / que consistit in se-pultura mortuorum propter deum / ponitur Thobie.xij. Hanc au-tem filiam nõ ponit Christus vbi supra: quia solum ibi facit mētionē de operib⁹ misericor-die corporalis: que sunt euidētis necessitatis corpori humano. Pertinet tamē ad defunctum quod de eius corpore agatur / in-quantum vtuit in memorijs homi-num: cuius honori detrahitur si careat sepltura. Propter quod aliqui commēdantur de sepul-tura alijs exhibita. Unde legi-tur de Christo / quod mādauit Frō-toni episcopo / quod iret ad facien-dum exequias funeris sue ho-spite Marthe. Cui et ipse domi-nus affuit. Similiter beatus An-tonius sepeliuit beatum Pau-lum / heremitam primū / multū deuote. Et de hoc multa alia exēpla vtriusque testamenti ꝓus posita sunt. Similiter et ex hi-storijs paganorū. Per hoc au-tem quod post susceptū beneficiū adaquationis dicte filie illud retulerunt patri / propter quod ipse iussit vocari Moysen / vt comederet panē in domo sua: designatur quod illi qui in presen-ti exhibent pauperibus opera misericordie propter Christū: tandem vocabūtur ad domum suam celestem / etiam ab eodē dicēte illud Matt.xxv. Uenite benedicti patris mei / percipi-te / non tm̄ supple domū vnam / sed et regnū / quod paratum est vobis ab origine mūdi. Ratio autē huius collationis est hec: quia esuriui et dedisti mihi mā-ducare rc. Et ideo decreui vo-bis dare ad manducandum pa-nem qui nunquam deficiet. Ueni-te ergo / et comedite panē meū. Prouerbiorum.ix.

¶ Moraliter et quarto / dicte septem filie Raguelis / que im-pediebantur ab alijs pastorib⁹ ne possent adaquare gregem suum: designant septem virtu-tes oppositas septē vitijs mor-talibus / seu capitalib⁹: que sunt / hūilitas / liberalitas / castitas / patientia / sobrietas / pietas / di-ligentia. Unde de hoc dantur tales versus: Sis humilis / ca-stus / miserator / sis quoque fortis / Sobrius et larg⁹ / dilectus cui-liber esto. He igitur sunt septē filie Raguelis.i. omnipotentis dei. Raguel nempe / qui inter-pretatur vno modo pastor / re-cte Christū designat / qui de se-ipso loquens Joan.x. ait: Ego sum pastor bon⁹. Quas quidē filias mittit per mūdū vniuer-sum / vt pascāt gregem suum.i. quosque electos: pariter et aquā gratie illis tribuant. Ueruntā-men ceteri pastores sunt tali-bus puellis valde infesti / per quos designātur septē peccata mortalia: contraria predictis virtutibus. Nec propterea est desperandum: quia et si dicte puelle non possint ex se hauri-re aquā / quia puteus altus est: nec se defendere a predictis pa-storib⁹.i. vitijs / vel demonib⁹: vtrūque tamen possunt cum au-xilio Moysi / qui interpretatur assumptus de aquis / qui recte designat Christum / qui in eius baptismo fuit assumpt⁹ de flu-mine Jordanis. Propter quod dicebat Apos. Philip.iiij. Om̄ia possum

possum in eo qui me cōfortat. Est ergo confidendum de auxilio huius Moysi contra predictos malos pastores/ si tamen eius auxilium deuote implorer/ et humana exilitas/ seu infirmitas humiliter recognoscatur. Propter quod dicit idem Apost. Ephes. vj. Confortamini(inquit) in dño/ et in potētia virtutis eius. Et Ps. Expecta dñm/ supple/ paratū tibi venire in auxilium. Viriliter age/ faciendo quod in te est: confortetur cor tuū/ ex dei presentia: et sustine dñm.i. patienter ipm expecta: si cito nō senseris ipm adesse in tuis tentationibus et aduersis. Nam tandē faciet cū tentatione prouentum/ vt possis resistere/ et i merito pficere.

¶ Moraliter et quinto. Septē filie Raguelis: que vno cōsensu et passu venerunt haurire aquam de puteo: ad adaquādū gregem suum: septem sunt gratie que hauriūtur per applicationem septem sacramētorum ecclesie/ quorū quodlibet tanq̄ speciale hauritorium iuuat ex opere operato ad hauriēdū hmōi aquas. Veniūt aūt dicte septem puelle vno passu et vno cōsensu ad hauriendum huiusmodi aquā: quia in Christo nō est distinctio Judei et Greci: sed vnus deus/ vna fides/ vnū baptisma. Sed vnde haurit hmōi aqua/ profecto Esa. xij. aperte insinuatur/ cum dicit: Haurietis aquas i gaudio de fontib9 saluatoris.i. vulnerib9 preciosi corporis Jesu Christi. Nā inde septem sacramēta ecclesie sortiūtur in genere cause meritorie suam efficaciam.

¶ Moraliter et sexto. Per illos pastores qui superuenerūt ad puteū: et puellas inde amouerūt ne possent adaquare gregem suū/ designātur mali prelati/ qui suis malis operib9 scādalizant simplices. Quo fit vt subditos/ quos bene docendo/ et melius viuendo deberēt iuuare: suis prauis morib9 et exēplis deperaccidens impediāt ne salui fiāt. Ecce igit quomodo et qualiter mali pastores superueniētes amouent a puteo bonas puellas: ita vt qui debe rēt subditis auxiliū impendere/ quandoq; sint eis in nocumentum et offendiculū. De qb9 etiā dicitur Ezechiel. xxxiiij. Qd infirmum est/ non sanastis: et quod fractum est/ nō cōsolidastis. Per hoc autē q Moyses defendit dictas puellas/ et adaquauit gregē earum/ designatur q bonus prelatus subditos suos protegit et defendit/ atq; pascit. Unde Grego. dicit q boni prelati intelligūtur p ligna pomifera: quia lignū pomiferū prebet pastū/ et vmbraculum. Similiter et prelati debēt dare subditis suis vmbraculum protectionis/ et pastum refectionis.

¶ Moraliter et septimo. Moyses q duxit Sephorā filiā Raguelis in vxorē: ex qua genuit duos filios/ Gersan scilicet/ et Eliezer: designat deuotum catholicū/ q assumptus de aquis baptismi/ vel gratie dei/ cōtrahit spūale matrimoniū cū bona et pulchra puella/ que fides dicit. Fm illud Osee.ij. Despōsabo te mihi in fide. Hec autē sponsa fidelis anime/ designat per

per Sephoram sponsam ipsius Moysi. Sephora enim interpretatur vno modo/speculans eum. Et ideo bene designat fidem catholicam/ que speculatur deum in presenti in enigmate/ et cum quadam obscuritate. Duo autem filij quos generat Moyses. i. deuotus catholicus et dicta Sephora. i. fide sincera/ vna cum gratia dei/ sunt dilectio dei et proximi. Gersan enim primogenitus/ et qui interpretatur vno modo eorum eiectio/ significat deum/ quem et si eiecerimus a nobis peccando/ dicentes: Recede a nobis: nihilominus opus est vt ipsum super omnia diligamus/ si cupimus ab eo saluari. Eliezer autem secundo genitus/ et qui interpretatur deus meus adiutor: designat dilectionem proximi/ quem non possumus recte et meritorie diligere/ nisi cum speciali adiutorio dei: iuxta illud Jo. xv. Sine me nihil potestis facere. Patet ergo quid per Moysen et Sephoram/ eius vxorem/ vna cum duobus eorum filijs moraliter designatur.

¶ Allegorice et primo. Per septem filias Raguelis/ siue Jethro que venerunt haurire aquam pro pecoribus suis: et quas impedire nitebantur pastores terre illius: quos tamen confutauit Moyses/ designatur multitudo infidelium/ in primitiua ecclesia/ petentium baptismum. Hos tamen impedire nitebantur illi qui se gerebant pro pastoribus/ quales erant Judeorum pontifices/ legisdoctores/ et similes: qui deridebant sacramenta fidei Christiane: dicentes vanum esse et superstitiosum/ credere quod ad infusionem aque super caput hominis/ sequatur peccatorum remissio/ gratie collatio/ et tandem glorie adeptio. Sed quid est quod Moyses defendit puellas aduersus pastores/ nisi quod spiritussanctus/ pariter et veritatis doctor/ protegit ipsos baptizatos aduersus omnes hereticos et fidei Christiane aduersarios: per illud Christi verbum Mar. vlti. Qui crediderit/ et baptizatus fuerit/ saluus erit. Econtrario autem Joan. iij. dicit idem Christus: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto/ non potest introire in regnum dei. Nec dicunt catholici/ quod ad infusionem aque solum sequatur predictus effectus baptismi/ nisi simul concurrant alia duo/ scilicet recta intentio ex parte ministri: et debita forme sacramentalis prolatio. Ecce igitur quomodo noster Moyses defendit puellas aduersus Judeos: qui se pastores dicunt/ et non sunt/ sed potius lupi rapaces: quia non querunt saluare oues/ sed occidere/ mactare/ et perdere. Et ideo nullo pacto sunt audiendi.

¶ Allegorice et secundo. Per puteum/ ad quem venerunt filie Jethro/ recte potest intelligi sacra scriptura/ que omnes ad se inuitat/ dicens illud Esa. lv. Omnes sitientes venite ad aquas. Clamat etiam Eccli. xxiiij. dicens: Qui bibunt me/ adhuc sitient. Quia quanto plus quis de aqua putei sacre scripture biberit/ tanto magis bibere appetit: dummodo gustus anime in eo bene dispositus fuerit. Testes sunt qui noctes ducunt insomnes/ vt modicum quid haurire possint de predicto fonte. Per pastores autem super=

superuenientes: et dictas puellas eijciētes / possunt designari mūdani philosophi / et amatores sciētiarū humanarū / aut que sunt de pane lucrādo / qui dictas puellas .i. veros amatores sacre scripture / a suo sācto pposito diuertere volunt: dicētes q de theologis rari inueniūtur qui sint diuites / aut sapiētes. Secus autē de pfessoribus aliarū facultatū. Unde in glo. super proemiū lib. digestor. §. nos vero. sup illo vbo / doctissimi / feruntur talia metra:
Dat Galienus opes / dat sanctio Justiniana.
Ex alijs paleas: ex istis collige grana.
Nihilominꝰ p Moysen defendentē predictas puellas cōtra malos pastores / designatur spiritussanctꝰ: q tanq author sacre scripture tuet et defendit pfessores et amatores illiꝰ dicens illud Eccli. xxiiij. Qui audit me: supple loquentem in sacra scriptura: non cōfundetur: et q operātur in me / nō peccabunt: et qui elucidant me / vitā eternam habebunt.
¶ Allegorice et tertio. Septē filie Jethro designāt multitudinē virginū: que bene dicunt pascere oues p̄ris sui celestis .i. sctōs āgelos: quia teste Hiero. ij. parte episto. suarū. epist. lv. semp angelis cognata est virginitas. Per pastores autē infestātes dictas filias Jethro: designātur illi heretici / qui audent derogare virginitati / dicentes stultum esse manere in virginitate: dicentes q si omnes virgines permanerēt / non posset genus humanum cōseruari. Quinimmo ipse deus et dñs videt contrariū precepisse / dicens ante diluuiū / pariter et post: Crescite / et multiplicamini / et replete terram. Nec legitur postea dictum preceptū reuocasse. At vero superuenit maximus ille Moyses Christus / defendēs dictas puellas / qui virginitatem cōsulit tanq melius bonum. Matth. xix. dicēs: Qui potest capere / capiat. Ubi glo. ordi. sic ait: Uox est non imperantis / sed consulentis. Postea etiam surrexit magnus ille doctor ecclesie Paulus / qui conformiter ad magistrum suū Christū dictas puellas defendit. j. Cor. vij. dicēs: De virginibus preceptum dñi nō habeo / cōsiliū autē do. Cōsilium autem nō nisi de meliori bono dari solet. Igitur multo melius est ei q continere potest: sic permanere / q matrimonium intrare: vt ibi concludit idē Apost. Ecce defensio puellarum aduersus emulos suos.
Et ad duplicem eorum instantiam respondetur quidē ad primam / q rara est virtꝰ virginitatis / et que a paucis amatur / seu amplectitur. Hinc Hiero. prima parte epistolarū suarum episto. v. Aliqui / inqt / heretici detraxerūt vginitati / dicentes q si omnes virgines permanerent / non posset genus conseruari humanum. Quibꝰ respondet / non esse metuendū ne oēs virgines fiāt. Difficilis nempe est vginitas: et ideo rara / q difficilis: cupere plurimoꝝ est / pseuerare vero paucoꝝ. hec ille.
Ad secūdā aūt istātiā q est de pcepto dñi in ɔtrariū. Dicēdū q illud

q illud obligauit omnes & sin gulos: quousq humanum genus sufficiēter multiplicatum fuit. Postea autem sic obligat multitudinē: q neminē in particulari obligat. Quinimo cuili bet particulari: siue singulari psone: licitū est hodie vouere perpetuam continētiā si velit. Predictum autem preceptum tūc reuocatum est: quādo iā m genus humanū sufficiēter fuit promulgatū. Tunc autem expresse & vocaliter ipsum reuocauit Christus: qui tanq legislator hoc poterat: quādo dixit de Eunuchis loquēs: qui propter regnum celorū se castrauerunt. Qui (inquit) potest capere: capiat. Hinc est q Hiero. i. parte epistolarū suarū. epistola viij. in laudem virginitatis supra matrimonium: cōparat eā auro: matrimoniū vero argento. Itē idem secunda parte epistolarum suarum. epist. lv. dicit q in carne preter carnem viuere: non terrena vita est: sed celestis: vnde in carne angelicā gloriam acquirere: maius est meritum: q habere. hec ille.

¶ Allegorice & q̄rto: Sephora filia Iethro: siue Raguelis: q̄ facta est vxor Moysi: de qua genuit duos filios: Gersan scilicet et Eliezer: ipsa est virgo Maria filia dei patris: que salua ꝟginitate sua facta est vxor patris sui. i. dei. Ipsam nempe desponsauit sibi in fide formata gratia et charitate: atq ab eodem cōcepit: & peperit duos filios. Unum quidē naturalē: Aluis supnaturalit': scilz Christum. Alium vero adoptiuum: scilicet deuotum catholicū: ita vt de vtroq filio possit dici eidē bone & pie matri: Mulier: ecce filius tu9. Et similr' vtriq filio dici posiit: Filii ecce mater tua. Ioā. xix. Annemus igitur: & deuote colamus hāc nostram matrem: si cupimus fieri filij ei9. Filij inq̄: adoptiui: si etiam cupimus habere filium eius naturalem Christū in fratrem. In quo profecto cōsistit inestimabilis dignitas.

¶ Anagogice. Sacerdos Madian: est Christus: de quo in Psal. Tu es sacerdos in eternum: secundum ordinem Melchisedech. Huius sacerdotis septē filie: que volunt adaquare gregem suum: designāt patriarchas: prophetas: apostolos: martyres: confessores: virgines: ceterosq dei electos. Fons autē in quo dicte septē filie volunt adaquare gregem suū: est ipsum celum: de quo in Psal. Apud te est fons vite. Mali autem pastores: impediētes huiusmodi puellas: ne adaquare valeant gregem suū in loco predicto: sunt spiritus maligni: qui nitunt' impedire hominum salutē: sed surgit Moyses. i. grā dei q̄ defensis puellis adaquat i celo oues cap. i. quotquot salui fiunt. Illuc aūt dicte puelle. i. septem hominū status reuertuntur ad patrem suū celestem per mortē: sic tamen q aliqui velocius: & aliqui tardius. Qz autē dicte puelle responderunt patri eas interroganti de veloci reditu: dicētes q homo Egypti9 liberasset eas de manu pastorū: insuper & adaquasset oues earum: designat q sancti dei angeli

protegunt

protegunt ⁊ defendunt quotquot ad celestē patriā vadūt/ illic bibituri de illo fonte/ qui illic iugiter emanat. Qꝫ autem Raguel/ siue Iethro/ fecerit vocari Moysen/ vt in recognitionem beneficij exhibiti filiabꝰ suis/ comederet panem in domo sua: insinuat aperte ꝙ dñs vocaturus est ad se in celū eos qui in presenti exhibuerit opera misericordie pauperibꝰ ꝓpter eum/ dicēs: Venite benedicti patris mei ⁊c̄. Sequitur: Esuriui ⁊ dedistis mihi ⁊c̄. Ponetqꝫ mensam coram eis/ vt comedant ⁊ bibant in domo sua celesti/ iuxta id quod scriptum est Luce. xxij. Ego (inquit Christus) dispono vobis/ vt edatis ⁊ bibatis super mēsam meam in regno meo.

¶ Quarta clausula.

Post multum vero tēporis mortuꝰ est rex Egypti. Et ingemiscentes filij Israel/ ꝓpter opera vociferati sūt. Ascenditqꝫ clamor eorum ad deū ab operibus/ ⁊ audiuit gemitum eorum/ ac recordatꝰ est federis/ qđ pepigit cū Abrahā/ Isaac/ et Iacob. Et respexit dominus filios Israel/ ⁊ liberauit eos.

¶ Historialiter postqꝫ in precedentibus habitum est de generatione/ educatione/ et fuga Moysi/ de domo Pharaonis ī domum Iethro/ et de desponsatione illius in eadem domo. Hic cōsequēter incipit ploratus ⁊ vlulatꝰ multꝰ filiorū Israel/ adhuc ī terra Egypti sub multa oppressione cōstitutorꝫ. Refert ergo Moyses/ ꝙ post om̄ia predicta/ que multo tractu temporis acta sunt/ tandē mortuus est Pharao ille de ꝗ prius dictum est: scilicet in secunda clausula precedentis capituli/ qui ignorabat Ioseph. Notanter autem dicitur: Post multum temporis: q2 iam erāt anni ferme quadraginta ex ꝗ recesserat Moyses de Egypto. Quando autem inde recessit/ erat quadraginta annorū/ qui faciunt in toto octoginta annos: vt prius dictū est. Hic ergo assignatur vna de causis reuersionis ipsiꝰ Moysi in Egyptū/ ꝗ fuit mors dicti Pharaonis/ qui querebat eū occidere/ eo ꝙ occidisset vnum de seruis suis sibi charissimū: vt dictū est supra. Iste Pharao dictꝰ est Ammonephis/ vel scđꝫ alios Ammonaphis: sub ꝗ natꝰ fuerat Moyses. Ex ꝗbꝰ patet ꝙ erat octoginta annorū ex ꝗ regnare cepisset: qñ mortuꝰ est. Sed q2 in p̄cedētibꝰ assignati sunt multo pauciores anni vite sue: vt refert Eusebiꝰ: ideo aliter dicendum: ꝙ ille rex dictꝰ est Pharao/ sicut ⁊ alij reges Egypti dicti sunt Pharaones a primo Pharaone/ qui tantū honorauit Ioseph ī regno suo. Fuit tamen tertiꝰ post Pharaonē illū qui dictus est ignorasse Ioseph/ ⁊ dictus est Ammonaphis. Valde enim mirum ⁊ nouum esset/ ꝙ dictus Pharao/ sub quo natꝰ est Moyses/ regnasset. xxvij. annis ante natiuitatē ipsius Moysi/ postea aūt octoginta annis. Hoc enī de nullo alio rege memini me legisse: sed communiť abbreuiāt

ibi vitā: tū ppter laborē mili-
tarē: cui icūbere hūt: tū ppt
lasciuā vitā quā cōiter ducūt.
Alia aūt causa reuersiōis eius
dē Moysi i Egyptū: fuit cpas
sio quā habuit ad fratres suos
vociferātes ad deū: & ingemi-
scentes. Primo ergo premittit
Moyses de illis ꝙ ingemisce-
bāt. s. interius: & in corde. Se-
cūdo vociferabāt exteri⁹ et in
voce: q̄ quidē vociferatio pro-
cedebat ex vehemēti gemitu
cordis. Et ascēdit clamor eorū
ad deū ab operibus. i. deus et
tūc cepit populo Hebreoꝝ ad
eū vociferāti cōpati: ppter du-
ra opa q̄ illis imponebantur.
Ideo sequitur: Et audiuit ge-
mitū eorū. Hic enim loquitur
Moyses de deo: secūdū huma
nū modū. Nā tūc aliquis dicit
audire clamorē alicui⁹: cū in-
cipit eū iuuare. Sic aūt fuit in
pposito. Quod aūt postea sub-
dit: Et recordat⁹ est &c. nō est
subintelligendū ꝙ obliuio ca-
dat in deo: qui semp manet in
actu intelligēdi: sed sensus est:
ꝙ ad modū recordātis se ha-
buit: prebēdo filijs Israel au-
xiliū: ppter merita pcedētium
sanctorū patrū: q̄ fuerūt pnci-
paliter tres. s. Abrahā: Isaac:
Jacob. Sequitur: Et respexit
dñs filios Israel. s. oculo mise-
ricordie & liberauit eos. i. libe
rare facto & opere cepit.

¶ Circa autem hanc clausulā
mouētur aliqua dubia.

¶ Primū igit dubiū mouet. p-
pter illō vbū: Post multū tpis
mortu⁹ est rex Egypti. Querit
ergo quō potest stare ꝙ fluxe-
rit multū tpis: vsq ad obitum
suū: cū tū legat Gen. xlvij. ꝙ
Jacob interrogat⁹ a Pharao-
ne (sub quo descēdit fili⁹ eius
Joseph primo i Egyptū: & ipse
postea) quot essēt āni vite sue:
rñderit dicens: Dies pegrina-
tionis mee: parui & mali: cētū
triginta anni sunt. Cū ergo Ja
cob tūc esset senior etiā multo
q̄ Moyses: q̄ rediit in Egy-
ptū: q̄ tūc (ad mai⁹) nō habe-
bat plusq̄ octoginta annos.
Insup a tēpore fuge sue in ter-
rā Madian nō erant plusq̄ q̄-
draginta anni: mirū est ꝙ de il
lo tpe dicat hic: Post multum
vero tpis: vbi tñ Jacob dicit
dies suos paruos. Dicendū: ꝙ
de dieb⁹ Jacob & Moysi ex q̄
fugit de Egypto vsq ad regres
sum illi⁹: possum⁹ loq̄ duplici-
ter. Uno modo absolute & scd̃z
se: & sic bñ dicit de Moyse: ꝙ
post multū tēporis: supple ex-
gressionis sue de Egypto: mor
tuus est rex Egypti. Nā & qua
draginta anni multū tēpus fa-
ciūt absolute. Et mlto pl⁹ cētū
triginta. Alio modo possumus
loq̄ de pdictis ānis respectiue
scl3 ad annos eternitatis & al-
terius seculi: & sic pdicti anni
fuerunt parui & breues. Unde
Psal. Mille āni añ oclōs tuos
tāq̄ dies hesterna q̄ preterijt.
Et scd̃z hūc sensum non potest
recte dici de recessu Moysi ex
Egypto: & morte regis Egy-
pti: ꝙ post multum temporis
mortuus sit rex Egypti.

¶ Scdm dubiū: quare Moyses
facit hic mentionē de morte
regis Egypti? Dicendū ꝙ hoc
facit in laudē ipsi⁹. Nam mor-
tuo illo Pharaone: sub quo na
tus est Moyses: anno scilicet
quarto vite ipsius Moysi: & q̄
crudeliter

crudeliter tractauit Hebreos/ secuti sunt alij tres Pharaões ante Pharaonē illum/ sub quo liberati sunt/ ⁊ qui eos tractauit crudelius / q̃ ille primus. Predicti autem tres intermedij fuerunt illis mitiores: non enim sub ipsis occidebantur / siue demergebantur in fluuiū paruuli Hebreorum. Nec similiter tantū affligebantur in operib⁹ manualib⁹/ sicut p̄us. Tandē his tribus defunctis/ surrexit ille Pharao/ qui in actuali p̄secutione filiorū Jsrael/ submersus est cum suo exercitu toto in mari rubro: in tantū q̄ vnus ex eis nō remāsit qui noua diceret alijs. Unde sub isto Pharaone ingemiscentes filij Jsrael / propter opera duralimo durissima/ vociferati sunt ad dn̄m: vt dicitur in presenti clausula.

¶ Tertiū dubium / quare hic dicitur de filijs Jsrael/ q̄ ingemiscebāt? Dicendum/ q̄ causa fuit: quia nō audebant primit⁹ altas voces querulosas/ seu manifesta ⁊ aperta suspiria emittere: ne grauius tractarentur ab Egyptijs. Interdū tamen vi tormentorū cōpellebātur clamare ad dominū p̄ auxilio. Et vt dr̄ primo Periher. voces sunt note earū que sunt in anima passionum. Uel dicendum/ q̄ hic est questio de clamore cordis/ et non oris. Unde ⁊ in sequentibus. xiiij. c. legitur/ q̄ dixit domin⁹ ad Moysen: Quid clamas ad me? Cum tamē tunc taceret os eius. Habet enim cor suum clamorem ad dominum/ qui ab eo auditur: sicut ⁊ os suum/ qui ab hominibus auditur. Propterea hic subditur: Et audiuit dominus gemitum eorum/ et recordatus est federis/ id est/ p̄missionis/ quod pepigerat ⁊c. Et est hic argumentum/ q̄ dominus interdum facit misericordiā filijs/ propter precedentia bona opera parentum.

¶ Moraliter ⁊ primo. Rex Egypti est diabolus / qui viuit in conscientia peccatrice: adeo quod in aliquibus cōscientijs nunquam moritur / sed semper viuit: vt in infidelibus ⁊ paganis: in alijs cito moritur / vt in paruulis baptizatis. Et similiter in nonnullis adultis/ cito post peccatum ad deum per penitentiam redeuntibus. In alijs vero non nisi post multum temporis moritur: sicut in illis qui diu perseuerant in peccatis suis. Tandem tamen ex dei magna misericordia trahuntur ad penitentiam / sicut patet de Paulo/ Magdalena/ Maria Egyptiaca: et similibus. Sed quia regulariter nescit homo certitudinaliter an diabol⁹ sit in eo mortuus: etiā quantumcunque peniteat: sed solum de hoc potest habere p̄babilitatem moraliter: quia vt habetur Eccl's. ix. Nescit homo an odio vel amore dignus sit. Item Joan. iij. Spiritus vbi vult spirat/ et vocem eius audis: sed nescis vnde veniat/ aut quo vadat. Sic et omnis qui natus est de spiritu. Hanc etiam incertitudinem in se cōsiderans Job. ix. dicebat: Si venerit ad me/ nō videbo eū: et si abierit/ nō intelligā. Propter hanc igitur incertitudinē

mortis regis Egypti/ debz homo post remissionem peccati adhuc ingemiscere/ et vociferari in celum/ dicens cum publicano: deus propitius esto mihi peccatori. Luce.xix. Itē cū Psal. illud verbū: Ab occultis meis munda me dñe / ꝛ ab alienis parce seruo tuo. Bene ergo et salubriter vnumquēqꝫ penitentē admonet scriptura Eccli.v. dicēs: De propiciato peccato noli esse sine metu. Et sicut clamor filiorū Israel ascēdit ad deum/ qui audiuit gemitum eorū: vt dicitur in textu: ita ꝛ credendum est/ atqꝫ sperandum/ ꝙ vbi fecerit peccator quod in se est/ clamando in corde suo ꝛ petendo misericordiam ad deū gloriose regnantem in celo: tandem miserebitur eius. Dicant ergo peccatores penitere volētes ad dominum de celis illud .j. Machab.iiij. Nunc clamemus in celum / et miserebitur nostri deus noster. Item clament ꝛ dicant: Peccatores / te rogam⁹ audi nos. Itē illud: Propitius esto / parce nobis dñe. Hec omnia denotātur ex verbis textus / cū dr: Respexit dñs filios Israel / ꝛ liberauit eos.

¶ Moraliter ꝛ secūdo / retinēdo priorem expositionem / notanter dr de homine peccatore ad deū per penitentiam redeūte / ꝙ post multum tpis ꝛc. quia in quantulacunqꝫ morula fuerit homo in peccato: hoc multum est: immo nimium est. Pro tali tamen morula iuste infligitur pena eterna / ei qui in tali statu decedit: quia peccauit in suo eterno: ꝛ ideo iustum est / vt in eterno dei puniatur. Unde Augustinus de vera et falsa penitētia .cap. xviij. Qui inquit impenitens moritur / omnino moritur ꝛ eternaliter cruciabitur. Qui enim impenitēs finitur / si semper viueret / semper peccaret. At dei est miserentis / qui operatur finem peccatis. Ob hoc etiam sine fine torquetur / quia nunqꝫ virtute ditatur: semper plenus iniquitate / semper sine charitate / torquetur sine fine. Hec ille: Itē Grego. quarto dialogorū: Iustus / inquit / ille iudex non solum facta hominum / sed ꝛ corda pēsat. Iniqui enim ideo cū fine deliquerunt: quia cum fine vixerunt. Nam voluissent vtiqꝫ (si potuissēt) sine fine viuere: vt potuissēt sine fine peccare. Ostendunt quia in peccato semper viuere cupiunt / qui nunqꝫ desinunt peccare dū viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicātis pertinet / vt nūqꝫ careant supplicio / qui in hac vita nunqꝫ voluerunt carere peccato. Hec ille.

¶ Moraliter ꝛ tertio / ꝛ cōformiter ad glo. ordi. Necesse est ꝙ moriatur rex Egypti: id est diabolus / vel peccatū in corde humano / priusqꝫ sentiat homo oppressionē eius: quia nisi prius ibi moriatur / nō cognoscit homo se opprimi seruitute Egypti / et operibus luti et lateris: nec corde ingemiscere potest peccator / nec vociferari ad dominum / vt liberet eum. Hec ibi.

¶ Moraliter et quarto / filii Israel ingemiscētes / designāt veros penitentes: in quibus et si Pha-

sit Pharao / id est diabolus sit
mortuus/quia amplius nõ re-
gnat in eis per culpam: nõ ta-
men desunt reliquie peccato-
rum/ nec tentamenta mundi/
carnis/ diaboli. Unde istas op
pressiones super se et in se con
siderantes: non cessant clama-
re ad dominum auxilium petē
tes. Qui tandem audit et ex
audit gemitum eorum. Unde
Psalmist. Oculi domini super
iustos: et aures eius ad preces
eorum. Item alibi: Prepara-
tionem cordis eorum audiuit
auris tua.

¶ Allegorice/et conformiter
ad dictam glo. ordi. Moyses
qui ī terra Madian duxit vxo-
rem/ post cuius matrimonium
mortuus est rex Egypti/ Chri-
stum designat/ qui incarnādo
duxit matrimonium cum natu
ra humana: qui cum gentes in
orbe terrarum ad fidem con-
uertisset / destructꝰ est princi-
patꝰ diaboli. Iuxta illud eius-
dem Christi verbum/ Joā. xij.
Nunc princeps mūdi huiꝰ eij-
ciet foras. Unde bene ad pro-
positū legit Esa. xix. Ecce do-
minus ascendet super nubem
leuem: id est assumet naturam
humanam / ab omni pondere
peccati immunem: ꝛ ingredie
tur Egyptum: id est mundum/
carnaliter nascendo de virgi-
ne: et mouebuntur simulacra
Egypti a facie eius: id est de-
struetur idololatria de mūdo ī
ipsius aduentu.


¶ Anagogice filij Israel inge
miscētes / designāt animas sā
ctorum patrum in limbo exi-
stentium/ ꝛ expectantium atqꝫ
desiderantium Christi aduen-
tū/ ꝛ ad dictum locum descen-
sum. Ingemiscebant aūt pro-
pter tarditatem aduentus ip-
sius Christi: item propter sui
detentionem/ et glorie celestis
dilationem. Tandem clamor
huiusmodi animarum ascēdit
ad deum efficaciter / ꝛ gemitū
earum audiuit. i. exaudiuit: in-
de eas educēdo. Et hoc est qḋ
dicitur in presenti textu/ per-
spexit dñs filios Israel. i. san-
ctos patres in limbo detētos.
Qui bene dicuntur filij Isra-
el: Israel nempe videns deum
interpretatur. Huiusmodi aūt
sancti patres viderūt (quāuis
in enigmate ꝛ sub figuris) filij
dei incarnationem/ mortem/ et
resurrectionem. Oia enim in
figuris contingebant illis: vt
dicit Apost. j. Corin. x. Tunc
ergo Christus respexit filios
Israel/ qñ oculo mie sue respe-
xit sanctos patres ī limbo de-
gentes/ ad eos in ꝓpria descen
dēdo: prout dicit articulus fi-
dei: et tunc liberauit eos.

¶ Uel aliter possumus referre
predictum clamorem filiorum
Israel ad dñm/ ad aīas beato-
rum/ que ꝓ tanto dicuntur cla
mare ad dñm: qꝛ quāuis ipsū
intuitiue videant/ non expectā
tes suam beatitudinē vsqꝫ ad
iudicij diem/ prout nōnulli he
retici aliqñ dixerūt: sumentes
fundamentū sui erroris ex illis
ꝟbis Apoc. vj. Uidi/ Iquit Jo.
sub altare aīas interfectoꝝ ꝓ-
pter verbū dei. i. sanctorū mar
tyꝝ/ ꝛ ꝓpter testimoniū/ qḋ ha
bebāt / ꝛ clamabant voce ma-
gna. Non recte intelligētes ꝙ
aīas sctōꝝ esse sub altare: est
esse sub ꝓtectiōe specialissima

Christi/q̄ est altare sup q̄ fun=dim⁹ pces nostras quas dirigi=mus ad deū patrē dicētes: Per dñm nostrū Jesum Christū fi=liū tuū. vnde de hac ptectione dicitur Sap. iij. Justoꝝ aie in manu dei sunt. i. Christi/ et nō tāget illos tormentū mortis. Hic igitur sanctoꝝ ante iudi=cij die clare vident deū/ vt mul=te sacre authoritates apte lo=quunt: quas ptrāseo. Nihilo=min⁹ dicunt clamare ad domi=nū/ tā q̄ desiderātes scdaꝫ sto=lā. i. gl'iam suoꝝ corporum/ et vnionē cū illis. Sicut pars se=parata a toto: naturaliter desi=derat reuniri ipsi toti. Dicit e=tiā Boeti⁹/ ꝙ nulli⁹ rei sine cō=sortio iocunda. i. perfecta ⁊ cō=summata est possessio. Tandē ergo. s. i finali resurrectiōe re=spiciet dñs filios Jsrael. i. ani=mas sanctoꝝ/ ipsum clare vidē=tes. Respiciet inq̄ speciali mo=do/ et liberabit eas/ implen=do earū naturale desiderium: reuniendo eas suis corporib⁹: vt totus homo glorificetur/ q̄ totus meruit/ et non nisi quā=do anima fuit vnita corpori.

Exodi tertio.

Prima clausula.



Moyses aūt pascebat oues Je=thro soceri sui/ sacerdo=tis Madi=an. Cumq̄ minasset gre=gem ad in=teriora deserti/ venit ad mon=tem dei Oreb. Apparuitq̄ ei dominus in flamma ignis de medio rubi: ⁊ videbat ꝙ ignis arderet/ ⁊ nō cōbureretur. Di=xit ergo Moyses. Uadam ⁊ vi=debo visionē hāc magnā/ qua=re nō comburatur rubus. Cer=nens autē dñs/ ꝙ pergeret ad videndū/ vocauit eū de medio rubi/ et ait: Moyses Moyses. Qui respondit: Adsum. At il=le: Nō appropies/ inquit/ huc. Solue calciamentum de pedi=bus tuis. Locus enim in quo stas: terra sancta est. Et ait: Ego sum deus patris tui: de⁹ Abraham/ deus Jsaac/ ⁊ de⁹ Jacob. Abscondit Moyses fa=ciem suam. Non enim audebat aspicere contra deum.

¶ Historialiter post q̄ in prę=cedenti capitulo descripta est natiuitas Moysi: deinde qua=liter filia Pharaonis adopta=uit eum in filium: deinde de fu=ga eius in terrā Madian: post=q̄ occidisset virū Egyptium. Jtem qualiter duxit in vxorē filiam Jethro/ factus pastor o=uium suarum et vniuersorum pecorum. Habitum est etiam si=ne qualiter tunc temporis vo=ciferati sunt ad dominum filij Jsrael in Egypto/ sub nurabi=li oppressione vitam agentes. Quorum gemitum audiēs do=minus/ decreuit liberare eos. Consequenter in principio hu=ius capituli reditur ad Moy=sen/ de quo principaliter vna cum liberatione filiorum de Egypto/ et introductione eo=rum in terram promissiōis/ est questio in hoc toto libro. Re=fert ergo Moyses de seipso/ tā=quam de quodam alio/ ꝙ pa=scebat oues Jethro soceri sui sacerdotis Madian in mōtem Sinai/ qui est in deserto (secū=dum

dum Josephum) qui quidem mons est excelsus: et ad pasturas egregius/ optimas herbas habens/ secundum eundem Josephum. In hoc autem monte cum inquit opinio eēt habitare deum/ primitus nemo ibi pascebat oues/ quia pastores minime illuc ambulare presumebāt. Propter ergo duo/ pastores non presumebāt in dicto monte pascere oues suas: tum primo/ quia excelsus: tum secundo/ propter dei presentiā/ eiu deferebāt/ vel quam timebant. In dicto tamen monte ascēdit Moyses cū grege suo/ propter duo. Primo quidem quia pascue alte sunt salubriores ouibus/ q̄ que in vallibus situm habent. Minus enim habēt de aquositate et inflatione. Secundo vero/ quia in vallibus communiter solent seminari grana/ eo ꝙ pinguiores sunt/ q̄ superiora loco/ propter descēsum humorꝝ superiorum/ cum aquis pluuialibus ad valles. Hinc in Psal. dicitur: Valles abundabunt frumento. Bene ergo dictum est de Moyse/ ꝙ minauit/ id est sursum ascendere fecit gregem ad interiora deserti: id est ad loca secretiora/ et in quibus prius pastores non ascendebant/ propter causas prius dictas. Cumq; in dicto alto loco pasceret Moyses gregem suum/ venit ad montem Sinai/ qui pro aliqua sui parte dictus est mons dei Oreb: vt dicit Petrus comestor. Et bene dicitur iste mōs Oreb/ qui est mōs Sinai/ mōs dei/ scilicet ratione futuri euētus/ quia ibi daturus erat deus legem filijs Israel. Et ecce apparuit ei dominus in flamma ignis in medio rubi. Ignis tamen viriditatem rubi depascebat innoxius: id est non ledebat ipsum/ nec similiter florem eius. Insuper fructiferos ramos nullo incendio dissipauit: cum tamē flamma vehemens et velocissima nimis esset: vt dicit Josephus. Ille etiam ipsam visionem inopinabilem formidans obstupuit/ et potius dum vocem ignis emitteret/ et nomine eum vocaret: verbaq; facere videretur. Quibus etiam eius fiduciam/ presumentis accedere ad loca/ vbi nullus hominum primitus ambulasset (eo ꝙ essent diuina) redarguit: eiq; suasit vt procul ab igne recederet/ et vt sufficerent ei que viderat/ cum esset bonus vir/ magnorumq; virorum proles/ nihilq; amplius indagaret. Predicebatq; ei futuram gloriam/ ⁊ honorem/ apud homines deo presente. Jussitq; vt cum fiducia abiret in Egyptum/ dux et princeps futurus multitudinis Hebreorū/ ⁊ cognatos ꝓprios ab illorū seruitute liberaturus. Nā ⁊ terrā inquit hāc hitabūt valde felicē/ quā Abrahā vester pater olī hitauerat/ oibusq; adepturi sunt bonis. Hec ergo ex illo igne diuia voce ꝓlata sūt. Deīde subdit Josephꝰ/ dicēs: Moyses aūt obstupescēs ī his q̄ viderat: virtuti inuicte tue dn̄e nō credere quē ⁊ ipē colo/ ⁊ a patre maioribꝰ meis appulisse nō dubito/ vt sanissimū scd̄m meā sapiētiā eē puto. Hec Josephꝰ.

Que oīa ɔformia sūt pñti tex=
tui / ꝛ declaratiua eiusdē : vbi
dr ꝙ apparuit dñs Moysi in flā
ma ignis de medio rubi / sine
tamen cōbustione illius / aut vi
riditatis eiusdē : qḋ nō nisi di=
uina ꝟtute fiebat / q̄ actiuitatē
ignis tunc impediebat. Sicut
in simili legitur Daniel. iij. de
tribus pueris in camino ignis.
Cetera patebunt in deductio=
ne dubiorum.

¶ Primū igitur dubiū. Quare
Jethro tradidit Moysi oues
suas custodiendas. Cum enim
hoc officiū tunc tēporis esset
laudabile / ꝛ a magnis ꝑsonis
obseruatum : videt̃ ꝙ ipse Je=
thro in ꝓpria debuerit ipsum
exercere / ꝛ nō per ipsum Moy=
sen. Ad hoc dubiū potest tri=
plex ratio assignari / cur ita fe=
cerit Jethro. Prima est litera=
lis : iam eñ ipse erat annosus /
vt pote pater septē filiarū / que
erāt tante etatis vt possent pa
scere oues patris / vt habet̃ in
textu. Unde ꝛ vna ex illis tunc
tradita est Moysi in vxorem.
Uiri autem cum incipiūt sene=
scere / postponere solent ea qui
bus operā dederunt in diebus
sue iuuentutis. Secunda ratio
est moralis / quā assignat qui=
dam dicens / ꝙ Jethro cōmisit
curā rei familiaris Moysi / vt
posset vacare cultui vnius veri
dei / cui deditus erat : res famu=
liaris aūt tunc tēporis potissi=
me consistebat in abundantia
pecoꝝ / ille eñ erant diuitie na
turales hominū tunc regnan=
tium. Tertia ratio est mystica.
Nam ꝑ factum Jethro / qui de=
dit curā pecorū suorū Moysi /
qui tūc erat in flore etatis sue /
puta annoꝝ. xl. designat̃ ꝙ pa
stores ecclesie cū se sentiūt se=
nescere / prudēter ꝛ recte agūt
si interueniēte consensu sedis
apostolice ꝓuidēt ecclesie sue
de bono ꝛ virtuoso pastore / ha
bito respectu principali ad i=
doneitatē / ꝛ non ad sanguineā
parētelam / aut affinitatē. Sic
enim olim fecisse legunt̃ multi
sancti patres. Nā ꝑ hoc ꝙ per
talem viā prouidet̃ ecclesie de
futuro bono pastore (q̄ntum et
scdꝫ ꝙ potest humanitus con=
iecturari) etiā ꝑcludit̃ via ne
malus eligat̃ / aut ꝑ viā regiā
intrudat̃. Jam eñ preterierūt
illa tēpora in quibus signo de
celo misso dabat̃ intelligi qs
deberet eligi ꝛ assumi ad sum=
mū sacerdotiū. Et ideo secun=
dū deū ꝛ conscientiā prouidē=
dum est in talibꝰ dignitatibꝰ.
O vtinā atq; vtinā nostra Gal
lie pragmatica sanctio in suo
vigore persistens / ad rigorē ob
seruaretur. Tūc eñ (nulli du=
bium) floreret nostra Gallia.
Sed de hoc sat est.

¶ Secundum dubium : Quare
Moyses potius voluit pascere
oues Jethro / q̄ alicuius alte=
rius ? Dicendū / ꝙ propter tres
rationes. Prima fuit prestātia
viri / de q̄ dictū est supra. Se=
cunda fuit immutatio ab eodē
Jethro / q̄ agnito beneficio ꝑ=
stito per eundē filiabus suis / in
adaquādis pecoribus suis / fe=
cit ipm Moysen vocari in do=
mum suā / vt mādicaret panē.
Quod cum factū fuisset / secuta
sunt cōnubia ꝛc. Tertia ratio
fuit sanguinis ꝓpinquitas. Erat
nēpe in rei veritate dictus Je=
thro cognatꝰ Moysi : qꝛ vterq;
descendit

descendit ab Abrahã / vt bene deducit dñs Petrus de Pal. Moyses quidē p Isaac / natū de Sara. Jethro vero p Madian / natū de Cethura. Erat autem Moyses in quarta generatiōe descendēs ab Abrahã. Iuxta illud qd dictū est eidē Abrahe. Gen. xv. Quarta gñatione reuertent hunc. i. exibunt Egyptum. Patet ergo q Moyses cōtrahēs cū Sephora filia Jethro / nō cōtraxit cum muliere omnino alienigena. Unde propter hanc cognationē carnalē voluit potius Moyses pascere oues Jethro / q alterius hōis omnino alienigene / atq ducere filiã ei⁹ Sephorã in vxorē. Quantū autē ad genealogiam Moysi / Josephus ponit plures generationes ab Abrahã vsq ad Moysen / q posite sint. Dicit em sic: Huic scilz Moysi Abraham pater septimus. Erat em ipse Moyses fili⁹ Amarami / q fuit de prē Caath / qui nat⁹ est de Leui. Leui vero ex Jacob: q fuit ex Isaac filio Abrahã. hec ille.

¶ Tertiū dubiū / est de gente inhabitãte dictū mōtē Sinai. Ad quod dicit de Pal. q tã ipse mons / q interiora deserti ad que pduxit Moyses gregē suū / nunc inhabitant a Saracenis. Et est dict⁹ mons in cōfinibus Arabie & Judee: vt innuit Hieron. lib. de locis Hebraicis. Mirū est autem valde cur dñs ppresenti velit dictū montē inhabitari a gente tam peccatrice: in quo etiã prius q appareret Moysi / vulgo dicebat / q ibi apparebãt diuine visiones. Oreb autē est superior pars dicti mōtis Sinay: vt videt dicere Hiero. in predicto libro / de locis Hebraicis. Et ideo idē mons nūc dr Sinay / nunc Oreb / in sacra scriptura.

¶ Quartū dubiū. Cur dñs in dicto monte apparuit in specie flāme. Dicendū hanc fuisse rationē: ne Judei proni ad idololatriã / possent eū effigiare / et huiusmodi effigiē adorare. Ratio aūt cur proni erãt ad idololatriã / hec est: fuerãt em in Egypto iã multo tēpore / & didicerãt mores Egyptiorū / qui idola colebãt. Modo vt dicit Psal. Cū sancto sanct⁹ eris / & cū peruerso puerteris. Flāma aūt cū sit in continuo motu / & mutatiōe sue figure / nulla certa figura effigiari potest. Et ideo ex tali apparitione nullū periculum idololatrie imminebat ipsis Hebreis.

¶ Quintū dubium. Cur apparuit dñs poti⁹ in specie ignis / q alteri⁹ rei. Dicēdū / q pter cōditiōes seu pprietates ignis / q etiã rectissime cōueniūt deo. Est em ignis superior & nobilior inter oīa elemēta. Itē rarior siue simplicior / q est in ppria sphera. Itē est maxime actiuitatis / insup est maxime luminosus. Sic & deus est supra oēm creaturã / etiam infinities eminentior & nobilior. Itē est adeo simplex / q nulla cōpositio / etiã ex essentia & esse cadit in eo. Itē est talis ac tãte actiuitatis & potestatis / q attingit a fine vsq ad finem fortiter / & disponit oīa suauiter. Ceterū est tãte luminositatis / q vocat se lucē mūdi. Joã. viij. Itē de eodē dr Joã. i. q illuminat oēz hoīez venientē in hūc mundū.

¶ Sextū dubiū. Cur dñs potius

ti⁹ apparere voluit ī medio ru-bi, q̄ alterius magne arboris. Dicēdū, q ꝓpter tres ratiōes. Prima est literalis. Nā cū Arabia vbi hec facta sunt, sit t'ra abūdans plurimū in calore ꝛ siccitate, nō gignit cōmuniter magnas ꝛ altas arbores: sed bassas ꝛ spinosas, sicut ī locis aridis ꝛ calidis fieri solet. Secunda moralis. Nā ꝑ rubū acu-leis plenū, ī quo apparuit dñs, denotabat q ꝓplus Hebre⁹ tā in egressu Egypti, q̄ ī deserto erat adhuc multos aculeos spi-narū .i. multas tribulationes ꝛ aduersitates ꝑpessurus. Ignis ū ī rubo, est vrens captiuitas ꝛ afflictio in ꝓplo Hebraico. Vn̄ Deutero. iiij. dicit: Vos tulit ꝛ eduxit deus de fornace ferrea Egypti: vt haberet ꝓplm here-ditariū. Tertia allegoricalis. Nā ignis in rubo, est diuinitas in corpore humano ꝛ assūpto. Qr ergo de⁹ poti⁹ voluit assu-mere naturā humanam, atq; in ea patiēdo eandē redimere, potius q̄ naturam angelicam: ideo ad hoc insinuandum po-tius voluit in rubo, q̄ in alia specie arboris apparere.

¶ Septimū dubiū, vtrum dñs realiter ibi apparuerit ī specie ignis, atq; in propria locutus fuerit Moysi, an per angelum. Hebrei dicunt, q per angelū. In translatione tñ nostra legim⁹, q apparuit Moysi dñs. Sed vtrūq; saluare possumus, si modo intelligam⁹ q angel⁹ etiā magn⁹ est dñs: sed nō ma-xim⁹, sicut ille qui est magnus dñs, ꝛ rex magn⁹ sup oēs deos, q etiā vocat magni cōsilij an-gelus. Vel ideo dict⁹ angelus dñs dicit: q: in ꝑsona dñi lo-quebat. Tāq̄ ergo vicē gerēs dñi, dñs dicit. Et hāc opinio-nē videt tenere btūs August. sup Exodū, in presenti caplo. Sed dato q ibi apparuerit do-min⁹ realit', scl3 ī specie ignis: nō tñ propterea seqit, q dñs esset ignis: sicut nūc verum est dicere, q est homo, eo q appa-ruit in terris nascēdo in forma humana. Nā de eo verū est et tunc dicere, q est homo: eo q assumpsit naturā humanā hi-postatice, nec eā et tunc dimi-sit: scđ3 Damasce. Nō aūt in ta-li apparitiōe in forma ignis, in rubo assumpsit naturā ignis in vnitatē suppositi: sed sicut si-gnū. Da exēplū de colūba, in q apparuit spūssāct⁹ sup Christū dū baptizaret a Joāne in Jor-dane. De hac materia forsā plu-ra dicēt in sequētib⁹. xxxiij. c.

¶ Octauū dubiū, vtrū in rubo fuerit realiter ignis, aut tm̄ si-militudo ꝛ effigies illi⁹, sicut in multis apparitionibus fieri solet. Dicendū, q erat ibi rea-liter ignis, ꝛ nō apparēter aut phātastice tm̄. Alias nō fuisset ibi miraclm significatiuum, et ꝓclaratiuū diuine oīpotētie, q ostensura erat in liberatione ꝛ eductione filiorū Israel de E-gypto scl3 in manu forti, ꝛ bra-chio extēso. Virtus aūt diuina ibi īpediebat ꝛ suspendebat a-ctiuitatē ipsi⁹ ignis. Alias cō-bussisset rubū cum viriditate sua. Istud etiā cōsummatur ex ṽbis Moysi dicētis: Vadam ꝛ videbo visionē hanc magnā, quare nō cōburat rubus. Fuit etiā dict⁹ ignis signi preteriti remēoratiuū: vt dicit de Pal. scl3 liberationis Abrahe de i-gne Chaldeoꝝ, vbi fuerat ꝓie-ctus,

ctus/eo q noluisset adorare i=
gne/quē Chaldei p deo cole=
bāt. Uidebat ergo i tali appa=
ritiōe quasi dicere dñs: Debe=
tis et nunc sperare vos liberā=
dos in breui de fornace terrea
Egypti: sicut antiquus libera=
tꝰ est pater vester Abrahā de
Ur. i. igne Chaldeoꝝ: vt legit
Ge. xv. Insup fuit dictus ignis
psentis bñficij demonstratiuū/
quo qdē bñficio virtus diuina
multiplicabat et crescere facie
bat Hebreos īter tribulatiōes
Egyptiorū/ sicut et cōseruabat
rubū integrū et illesū inter flā=
mas. Nā scḋz Josephū: vt pri⁹
dictū est/ ftꝰ illius ignis facie=
bat subito rubū ramos fructife
ros germinare/ qd natura alias
fecisset successiue. Deniqz erat
futuri bñficij pnosticū. Pfi=
gurabat eni in dicto loco legē
dādā/ q illuminaret ad pcti co
gnitionē/ nō aūt ɔsumeret pcti
punctionē. Itē p hoc q flāma
occupās rubū/ ei⁹ viriditatem
nō minuebat/ lz esset cōbustibi
lis/ designabat q labor affli=
gēs/ q p ignē designat/ nō cōsu
meret filios Israel in qb⁹ erat
humana ifirmitas/ nec eos de=
leret. Sed q magis mirifice li=
berarent/ ad quod facto et ope
exequendū p Moysen/ dñs ap
parebat eidē Moysi. Predicta
ergo apparitio facta est scḋm
cōuenientiam negocij/ sicut et
alie apparitiones communiter
fiunt. Hec omnia de Pal.

¶ Nonū dubiū/ Cur dñs gemi
nādo vocauit Moysen/ dicēs:
Moyses/ Moyses? respōsio: qr
p eū duo cōpleturus erat/ scilz
ppli de tra Egypti eductionē/
et p terrā deserti deductionē.
Uel ppli liberationem/ et legis
dationē. Uel qr vocabat eū ad
duplicē signi intellectū: spūa=
lē scilz/ et lrālē. Uel qr vocabat
eū interi⁹ et exteri⁹. Uel vt red
deret eū attētiorē. Ul' in signū
specialis amoris et familiari=
tatis. Uel qr hec erat pma eius
dē dei et dñi cū Moyse vocatio

¶ Decimū dubiū/ quare Moy
ses nō est pterrit⁹ ad vocē dñi
vocātis eū? Quinimo secur⁹ et
ipterrit⁹ respōdit dicēs: Ad=
sum/ scz ad parendū voci tue.
Huius rōnē assignat Joseph⁹/
dicēs hāc fuisse causam: qr as=
suet⁹ erat locutiōi āgelice. Si=
cut nec Balaā (assuet⁹ mōstris)
expauit ad locutionē asine: si=
cut legit Num. xxij. Sz nescio
vbi Joseph⁹ legit hāc assuetā
locutionē Moysi cū angelis.
Et ideo aliter dicendū/ q dñs
q loquebat cū Moyse exteri⁹/
simul securitatē dabat illi in=
teri⁹/ et assensum firmum/ ita vt
semota omi hesitatiōe diceret
Moyses: Hic est dñs de⁹ q lo=
quit mecū. Tūc ergo dicere po
terat illud quod postmodū lo=
cutus est Psal. dicens: Audiā
qd loquatur in me dñs deus.

¶ Undecimū dubiū est/ quare
Moyses vidēdo illā angelicā
visionē in rubo/ et verba dei in=
de audiendo/ nō legit ipz dñz
aut angelū adorasse? Antiqui=
tus eni mos sctōꝝ erat in hu
iusmodi visionib⁹ seu appari=
tionib⁹ adorare. Un Gen. xviij
legitur de Abraham/ q tres
vidit/ et vnum adorauit. Simili
ter Josue. v. legitur de eodem
Josue/ q cum sibi dixisset an=
gelus: Ego sum princeps ex=
ercitus dñi etc. cecidit pronus
in terram

in terram adorans: quod intelligitur de adoratione dulie / respectu angeli. In proposito autem nō videtur fieri mentio de aliqua adoratione. Ceterū legitur Apoca. vlti. ꝙ postq̄ ipē Joan. audisset ⁊ vidisset mirabiles visiones / cecidit vt adoraret ante pedes angeli / q̄ sibi tales visiones ostēdebat. Fuit tamen a tali adoratione prohibitus: cuius causa pro nūc subticetur. Dicēdū ad hoc dubiū / secundum aliquos / ꝙ Moyses ideo non adorauit dominum vel angelum (quicunque fuerit) ex humilitate sua: quia non reputabat se dignum ad exhibendum talem adorationē / sed potius ad modum publicani se habuit: cuius humilitas tanta fuit / ꝙ nō audebat leuare oculos suos in celū. Luc. xviij. Taliter ergo fuit de Moyse in ꝓposito / secūdum illos. De quo legitur Num. xij. ꝙ erat vir humilis valde. Sed istam opinionem reputo falsam. Non enī verisimile est ꝙ ipē Moyses in tali apparitione nō fecerit honorem / cui ⁊ secūdū ꝙ fieri debebat. Ut enim in sequenti clausula dicit / ipse Moyses abscondit faciem suam. Non enim audebat aspicere cōtra deū. Per quod factū intelligitur corporalis adoratio. Unde sup predicto verbo: Abscondit. gloss. interli. dicit / Inclinando / supple vultum suum versus terrā / intātum ꝙ facies sua erat abscōdita / ne aspiceret cōtra dominum. Patet ergo ꝙ cum interiori humilitate quam gerebat in corde: seipsum vilificādo / ⁊ deum magnificando / adorauit illū qui sibi apparebat. Et q̄uis Moyses esset indign⁹ adorare deum: non tamen volebat ipse dominus eum cessare ab huiusmodi adoratione. Quinimmo ex humilitate velle cessare a tali adoratione / non est vera humilitas: sed mera fatuitas. Hoc enim est retrahere hominem ab optimo actu pietatis ⁊ reuerentie. Insuper humilitas ꝓmouet orationē / nec eā distrahit aut impedit: quia oratio humiliātis se / nubes penetrat: vt habet Eccli. xxxv. Deniq̄ adoratio dei est oībus cōmunis ⁊ necessaria: iuxta illud Deuter. vj. Dominum deū tuum adorabis: cui humilitas impedimentum prestare nō potest. Philosophi enim nō absq̄ ratione posuerunt connexionē virtutum. Cōcluditur ergo / ꝙ q̄uis Moyses ex hūilitate absconderit faciē suam ad dei presentiā / nō minus humiliter eū adorauit ⁊ corporaliter ⁊ mentaliter.

¶ Duodecimum dubiū. Quare dominus prohibuit Moysi ne appropiaret rubo ardenti? Dicendū ꝙ propter tres rationes: quarū prima est literalis: vt scilicet reuerentiam exhiberet ostense diuinitati: secunda moralis. Nam cum adhuc mortalis esset / ⁊ subditus peccatis: indignus erat videre dei maiestatem. Exo. xxxiij. Nō videbit me hō / ⁊ viuet. Tertia mysticalis. Ignis enim in medio rubi / est diuinitas in humanitate Christi. Prohibetur ergo mortali homini deprope accedere: curiose inuestigando tanti mysterij possibilitatem: secundum

quod

qđ scriptū est Eccl.iij. Altiora te ne quesieris: ⁊ fortiora te ne scrutatus fueris. Quia vt habetur Prouer. xxv. Perscrutator maiestatis opprimetur a gloria. Unde ista est frequens causa, cur viri magnarum literarum cadunt finaliter in magnas hereses. Quia vt dicit Augusti. super illud Psal. Mōtes in circuitu eius ⁊c. non fecerūt hereses nisi magni hoīes: sed quantum magni, tantum mali montes. Hec ille.

¶ Decimumtertium dubium. Quare pcepit dominus Moysi, vt solueret calciamētum de pedibus suis. Honestius enim inceditur pedibꝰ calciatis, ꝙ̄ nudis ⁊ solutis. Rationē huius precepti assignat de Lyra, dicens ꝙ antiquitus ⁊ signanter apud Hebreos cōsuetudo erat non ingredi loca sancta pedibus calciatꝭ. Et inde est ꝙ Saraceni non audent intrare locum oratiōis, nisi discalciati. Et forsan in rememorationem precepti prioris, multi catholici in die parasceues per totum mane incedunt discalciati. Alij vero eodem die volentes adorare crucem dominicā, deponunt calciamēta. Similiter apud fratres minores iuuenes facturi cōmunionem, deponūt calciamēta de pedibus: prout aliquando vidimus.

¶ Decimumquartū dubium. Unde locꝰ in quo stabat Moyses dictꝰ est a domino terra sancta. Dicendum ꝙ locus ille ex ꝓpria natura nō habebat ꝙ eēt sanctior alijs locis: sed solū ex diuina electione et ordinatione: quia domini est terra: ⁊ plenitudo eius. Quid ꝭ autem author, nomine Andreas, quem sepe allegat de Pal. dicit ꝙ dicta terra dicta est sancta: quia sanctificata ex presentia diuine potentie. Uel dici ꝙ dicta est sancta: eo ꝙ ibi esset daturus dominus seruo suo Moysi legem sanctā, ⁊ precepta sancta, iusta, ⁊ rōnabilia. Uel ideo dicit̄ terra sācta: eo ꝙ ibi preuidisset dominus aliquādo repositurū corpus beate Katharine virginis ⁊ martyris: ꝓut hodie cernitur. Unde in collecta de eadem virgine sic orat ecclesia, dicens: Deus ꝗ dedisti legem Moysi in summitate mōtis Synai: ⁊ in eodem loco corpꝰ beate Katharie ⁊c. Quia ergo dicta ꝟgo fuit doctrix discipline dei: vt habet̄ Sapien. viij. Hinc est ꝙ voluit dominꝰ corpus suū illuc trāsferri ꝑ manus sanctorum angeloꝝ suoꝝ, vbi Moyses accepit legem.

¶ Decimumquintum dubium. Cur potius dominus se reclamauit deum Abrahā, Isaac, ⁊ Jacob, ꝙ̄ aliorum patriarcharū? Ratio: quia isti tres specialiter eum coluerunt. Uel ꝓpter tres virtutes theologicas, in quibus priuilegiati sunt. Puta Abraham in fide: quia credidit deo, et reputatū est ei ad iustitiam. Gal. iij. Isaac in spe, qui in spe bona deprecatus est dominum pro vxore sua Rebecca sterili. Propter quod dedit ei dominus fetum duplicem. Gen. xxv. Jacob in dilectione, quam cum omnibus semper habere voluit, etiā cum inimicis: puta cū Esau fratre suo, cuius gratiā semper quesiuit, ꝙ̄tum in se

in se fuit. Uel dic quod dñs voluit per illā trinitatē psonarū dare intelligere Moysi/ quod ipse esset deus Abraham: id est qui eduxit Abrahā de terra Chaldeorum. Deus Isaac. i. qui fecit nasci Isaac de matre sterili. Deus Iacob/ id est/ qui Iacob tempore famis propter opulētiam hoc adduxit: quasi diceret / Sic vos miraculose educā de Egypto: et qui estis nūc quasi viles in estimatione Egyptiorum et steriles: amodo fecūdabo vos: et in terra opulenta collocabo. Istos quidem tres patriarchas sanctissimos hic et alibi/ vbi fit mētio de terra promissionis obtinenda/ frequēter scriptura magis quam alios nominat: secundū August. quia istis specialiter et expsse (magis quam alijs) pro suo semine fuit promissa dicta terra. Et nota quod Christus Matt. xxij. vtit hac authoritate: Ego sum deus Abraham et cetera. cōtra Sadduceos/ qui dicūt animas perire cum corporibus / et non esse resurrectionem mortuorum. Dicit ergo ibi sic: De resurrectione mortuorum/ non legistis quod dictum est: Ego sum deus Abraham et cetera. Nō autem est deus mortuorum/ sed viuētiū.

¶ Sextum dubium. Cum facies domini sit plena gratiarum: cur non audebat Moyses eam aspicere? Dicēdum/ quod propter excellētiam claritatis inde procedentis. Si enim filij Israel non poterāt videre/ nec loqui cum eodē Moyse/ postquam cum eo locutus fuerat dominus in mōte Sinai/ quousque velauit faciem suam: vt habetur in sequentibus. xxxiiij. c. quāto minus ipse poterat intueri claritatem vultus domini? De hoc vide Apost. ij. Corint. iij. Propter hoc ergo Moyses abscōdit faciē suā/ scilicet se inclinādo: vt dicit glo. interli. Uel dic quod Moyses abscōdit suam faciem propter diuinam reuerentiam/ quasi reputans se indignum aspectu illius.

¶ Moraliter et primo. Moyses pascens oues Iethro soceri sui/ est bonus prelatus / qui pascit oues non suas / sed Iesu Christi/ qui est summus pastor: qui de seipso ait Ioan. x. Ego sum pastor bonus. Ceteri autem pastores non sunt nisi firmarij sui/ et serui. Et bene dicitur iste summus pastor Christus/ sacerdos Madiā: quia de eo dictum est in Psalm. Tu es sacerdos in eternum/ secūdum ordinem Melchisedech: id est secūdum quod fuit prefiguratum in dicto Melchisedech/ qui erat dei sacerdos: vt legitur Gene. xiiij. Sed quid est quod Moyses duxit oues Iethro ad interiora deserti/ et vsque ad montem dei Oreb/ nisi quod bonus prelatus/ cum verbo sancte doctrine/ tum exemplo bone vite educit oues suas de valle mundane iocūditatis/ dissolutionis/ et perditionis: et perducit eas (quātum in se est) ad interiora deserti: persuadēs eis ieiunia/ abstinētias/ sobrietatem/ peregrinationes/ et similia opera laboriosa: in quibus caro domatur/ passiones reprimuntur/ et mens ad celestia eleuatur. Unde in prefatione quadragesimali cantamus/ dicētes ad dominum: Qui corporali ieiunio vitia

vitia comprimis/ mentem eleuas/ virtutem largiris et premia. Tandem autem (quãtum in se est) dictus bon⁹ prelatus perducit oues suas vsq; in mõtem dei Oreb: id est/ vsq; ad celũ: vbi apparebit dominus/ nõ per subiectam creaturam / sed in seipo clare/ nude/ ⁊ nõ enigmatice: sed tunc videbitur facie ad faciem.

¶ Moraliter et secũdo. Moyses qui q̃diu mansit inter Egyptios/ nõ legitur dominum vidisse: nec eum sibi apparuisse: qui tamen inde fugiens / et in desertum veniẽs/ ipsum vidit: ⁊ cum eo locutus est: designat hominẽ rebus huius seculi deditum ⁊ immersum: qui in tali statu manens/ est multum alienus a deo/ ⁊ a sua salute. Psal. Longe a peccatoribus salus. Ubi vero dimissis curis temporalibus/ vult se transferre ad meditandum spiritualia et celestia: statim adest illi domin⁹ consolans eum/ et loquens in corde suo: secundum illud Psal. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Ecce quantum prodest fugere Egyptum/ ⁊ petere desertum: id est/ locum solitarium. Psalm. Ecce elongaui fugiens/ ⁊ mansi in solitudine. Ecce enim Joan. Euangelista cũ relegatus fuisset in insula/ que Pathmos dicit/ scripsit Apocalypsim: et illi reuelata sunt diuina mysteria/ que illi inter homines vitam agenti/ reuelata non sunt. Notandũ tamen/ q duplex est solitudo: scilicet exterior que est ere⁊mi: ⁊ hec est supererogationis ⁊ consilij. Alia interior ⁊ animi/ ⁊ hec est necessitatis. Unde ad istam quilibet tenetur. Per Moysen ergo/ qui minatus est pecora per interiora deserti: designatur q si non possumus tenere primam solitudinẽ/ que est exterior: saltim teneam⁹ interiorẽ intra nosmetipsos/ que valde magna est ⁊ spatiosa: ita vt regi⁹ propheta Dauid diceret: Perãbulabã i inocẽtia cordis mei/ in medio domus mee.

¶ Uel dici q per opus Moysi designatur/ q ad hoc q homo diuinas reuelationes videat/ necesse est q ad interiora deserti/ id est ad secreta conscientie gregem affectionum suarũ ducat: et q calciamenta terrenorum bonorum de pedib⁹ affectionum suarum tollat.

¶ Moralr ⁊ tertio. Per Moysen/ oues pascentem/ intelligitur predicator/ verbo ⁊ exemplo pascẽs gregem dominicũ. Hic igitur Moyses minãs predictum gregẽ ad interiora deserti/ id est/ ad pleniorẽ cognitionem morum scilicet ⁊ fidei: venit ad montem/ id est/ ad altitudinem contemplationis et orationis/ exemplo Christi: de quo dicitur Matt. xiiij. Dimissa turba/ ascẽdit in montem solus orare. Per hoc aũt q apparuit dñs Moysi i flãma ignis/ designat q dñs apparet interi⁹ deuoto predicatori/ illuminãdo plenius ei⁹ intellectũ/ ⁊ inflãmãdo ei⁹ affectũ: eo tñ modo q̃ appetit eie viue corpi mortali.

¶ Moraliter ⁊ quarto. Ignis in medio rubi: est charitas dei ⁊ proximi/ in medio cordis humani. Et bene comparatur cor humanum rubo. Quia sicut rubus

rubus est arbor parua: diuersos habens spinarum aculeos: ita et cor humanū paruum quidē mēbrum est: habens tamen frequēter diuersos aculeos doloris et amoris. Sed qd est q rubus quem vidit Moyses ardebat: sed non comburebatur: nisi q dominus vult nos ardere per charitatem dei et proximi. Nullatenus tamen vult nos cōburi: id est: itā dolorem de peccatis nostris in parte sensitiua assumere: vt inde sequatur mors: aut notabilis lesio alicuius mēbrorum nostrorū. Si tamen sequatur ex opere penitentiali et laborioso abbreuiatio vite: seu notabilis lesio corporis: in toto vel in parte: dum tamen non sit per se intēta: sed tm̄ per accidens: non est timendum: ibi de magna culpa. In talibus igitur operibus opus est sale discretionis: iuxta illud Apli verbū Rom. xij. Rationabile sit obsequium vestrum.

¶ Moraliter et quinto. Ignis in rubo ardēs: et nō consumēs: designat hūanas passiones ad illicita trahentes: vel diabolicas: aut etiam carnales temptationes: que q̄uis interdum sint magne et graues: nihilominus ex speciali dei gratia et munere non consumūt interiorem hominē: nisi forte sua spōte consentiat. Quia teste Apo. j. Corin. x. Deus non permittit nos tentari supra id quod possumus. Sed si velimus facere debitum nostrum faciendo qd in nobis est (qd tamen nō possumus facere absq eo) ipse faciet cum tentatione prouentū: id est profectum: vt subdit ibidem Apost. Nam vt dicit Augu. homil. xij. Deus posuit in hominis potestate non consentire satane. Ipse enī non cogēdo: sed suadēdo nocet: nec extorquet a nobis cōsensum: sed petit. Dat quidem ille cōsiliū: sed deo auxiliante nostrum est vel eligere: vel repudiare quod suggerit. hec ille. Insuper idē August. exponens illud verbū Psalmi. Potestas dei est: et tibi domine misericordia: dicit: q deus qui potestatem tentatori dat: ipse tentato prebet misericordiam. Ad mensurā quippe permittitur tentare diabolus. Noli ergo o homo timere. Habes enim misericordissimū saluatorē. Tantū insuper pmittitur diabolus tentare: q̄tum tibi prodest: vt proberis et exercearis. hec ille. Possumus ergo recte de domino dicere illud Psal. Tu dominaris potestati maris. i. vehementi tētationi hostis antiqui: aut carnis: motū autē fluctuū eius tu mitigas. i. tollerabiles facies huiusmodi tentatiōes: aut omnino remittes.

¶ Moraliter et sexto: rubus est humanū corpus. Ignis ergo intra rubum positus: ardēs et nō cōsumens: est ipse ignis naturalis in corpora sanctorū martyrum a tyranno immissus: ardens quidē intra et extra corpora huiusmodi martyrū: sed minime consumens. Testis est illa famosa historia illorū quinquaginta doctorum ad fidem Christi per predicationē beate Katherine cōuersorū. Quos cum in odium Christi precepisset Maxentius in fornacem proijci

proijci/nec pilis aut vestibus
ignis nocet: sed torrentur in-
iustis corporibus. Alij autem
sancti martyres inter ignes il-
lesi permanētes/ spiritum do-
mino efflarunt. Quinimo non-
nulli eorum adiuti desuper ex-
tinxerunt impetum ignis: vt
dicitur Heb.xi. Et de hoc legi
tur historia Numeri.xi. Item
eiusdem.xvi. de Moyse & Aa-
ron. Itē Dan.iij. de tribus pue
ris in camino ignis/ quos in
nullo tetigit ignis. Ecce igit
quō vim virtutis sue oblit⁹ est
ignis ad dei mandatum/ vt ser
ui eius manerent illesi. Patet
ergo/ q̄ mirabilis est deus in
sanctis suis.

¶ Moraliter et septimo/ p mō
tē Sinai/ in quo apparuit do-
minus/ et de q̄ dixit ad Moy-
sen pastorem ouium: Non ap-
propies huc: designantur ec-
clesiastica beneficia/ et digni-
tates maiores atq̄ sublimio-
res/ que sunt in ecclesia. Per
Moysen vero simplex cleric⁹/
aut iam beneficiatus in eccle-
sia. Contingit autem vt p mor
tem vacet ecclesiasticū benefi-
cium/ seu dignitas maior: puta
episcopatus aut supra: quo fit
vt multi currant/ patrocinia
querant/ munera offerant/ vt
possint peruenire ad montem.
At vero prudens collator/ siue
confirmator beneficij/ & q̄ in al
to mōte sedet. i. in magna au-
thoritate presidet in ecclesia/
ad quem fit recursus a clericis
mundanis ambitiosis et aua-
ris/ pro obtinendo beneficio:
debet tales repellere longe a
se/ & dicere predictum verbum
dñi stantis in monte ad Moy-
sen: Non appropies huc: id est/
non te ingeras ad ecclesiasti-
cum beneficium/ nec presumas
ascendere ad me in montem:
nisi forsan fueris vocatus ab
eo q̄ potest: sicut et ipse Moy-
ses vocat⁹ est alia vice ab eo-
dem domino dicente ei/ A-
scende ad me in montem: vt di
citur in sequentibus .xxiiij. ca
pitulo. Hinc Apost. Hebreor.
quinto ait: Nec quisq̄ sumit
sibi honorem: supple de iure/
quicquid sit de facto: sed q̄ vo
catur a deo tanq̄ Aaron. Su-
per quo glosa interlinearis di
cit/ q̄ qui recte eligitur/ a deo
vocat. Nemo ergo precio aut
precibus/ minis. i. violētia/ aut
terroribus/ debet assumere si-
bi honorem ecclesiasticū. Ubi
autē sibi imponit pro vtilitate
ecclesie/ aut populi/ debet ip-
sum cum timore suscipere. Un-
de August. lib. xix. de ciu. dei.
Ocium inquit sanctum querit
charitas/ negociū iustum susci-
pit necessitas charitatis. Quā
sarcinā si nullus imponit/ con-
templande veritati vacandum
est. Hic ergo apostolus percu-
tit cupidos clericos: qui nō vo
cantur/ sed se ingerunt: vt dicit
glo. ordi. sup hoc passu. Hinc
etiā Eccli. vij. dicit/ Noli que-
rere ab homine ducatum: neq̄
a rege cathedram honoris. De
his autem qui se ingerunt ascē
dere in montem/ & appropiare
ad dominum per dignitatem
ecclesiasticam/ aut qui indebi-
te illuc peruenīūt/ recte potest
dici illud Osee. viij. Ipsi re-
gnauerūt/ & non ex me. Princi-
pes extiterūt. i. pōtifices facti
sunt/ & non cognoui. Ubi glo.

interlinearis: Quia non elegi: ideo reprobaui. Sed quicquid circa hoc dicat scriptura: similiter et sacri doctores: diffusius autem beatus Thomas secunda secūde: questio. clxxxv. articu. j. pauci tamen volunt esse Thomiste in hac materia. Quinimo se ingerunt / et vias obliquas / per quas ad dictas dignitates perueniant / que sunt: multas etiam promissiones facientes electoribus: aut illis qui eis obesse possunt. Unde tales recte dicere possunt illud Amos sexto: Nūquid in fortitudine nostra assumpsim⁹ nobis cornua? id est episcopales dignitates / propter mitrā que duo cornua habere videtur. Audiant ergo tales dominum in figura vnicuiqȝ eorum dicentem predictum verbum / quod locut⁹ est ad Moysen / dicēs: Nō appropies huc: id est / non te ingeras ad ecclesiastica beneficia et dignitates / siue vt diteris et copiosi⁹ viuas / quia hoc ad auaritiam et gulam pertinet: siue vt honoreris ab hominibus / et magnum atqȝ altum statum teneas: quia hoc ad superbiam et ambitionem ptinet. Unde cōtra Phariseos dominus loquitur Matth. vicesimotertio / dicens: Amant primos accubitus in cenis / et primas cathedras in synagogis / salutationes in foro / et vocari ab hominibus rabbi. Siue vt prestes / quia hoc ad presumptionē pertinet: scilicet ꝙ quis existimet se idoneum ad regendum vnam magnam populi multitudinem / qui vix potest regere seipsum laudabiliter. Dicit tamen beatus Thomas / vbi supra / ꝙ quis potest se offerre ad ecclesiasticam dignitatē / vbi et quando imminet manifesta et euidens necessitas. Unde Gregorius in suo pastorali ad hoc propositum loquitur / dicens: ꝙ tunc erat laudabile episcopatum querere / quando per hunc quenquam dubium non erat ad supplicia grauiora peruenire. Unde non de facili inueniebatur qui tunc hoc onus assumeret. Potest tamen (inquit predictus doctor) absque presumptione quilibet appetere talia opera facere / que sunt requisita in episcopo / si eū contingeret esse in tali officio. Uel etiam se dignum ad talia opera exequenda. Ita ꝙ opus bonum cadat sub desiderio: nō aūt primatus dignitatis: quia hoc pertinet ad vanitatem / secundum Chriso. super Mat. Hec beat⁹ Thomas: vbi supra.

¶ Moraliter ⁊ octauo / iuxta illud verbum: Solue calciamentū de pedibus tuis: notandum ꝙ per calciamētum quod fit de pellibus animalium mortuorum / intelliguntur opera mortua / siue potius mortifera / que sunt soluenda de pedibus nostris: id est / de affectibus: quia vt dicit glosa ordinaria / nullus potest deum videre in monte paradisi: nisi cunctas terrenas affectiones / ⁊ mortalia vitia deponat. Quemadmodum ergo mos erat Hebreorum / vt in locis sacris discalciati incederent: vt dicit Augustinus: ita ⁊ nos si velimus in illam

in illam terram sanctam paradisi peruenire / necesse habemus primum in presenti soluere calciamentum de pedibus nostris: id est / peccatum de cordibus nostris. Si autem in cõtrarium obijciatur de agno paschali / quem iubebantur Hebrei comedere habentes calciamenta in pedibus suis: vt habetur in sequentibus. xij. c. Ad hoc dicendum / ꝙ dictus populus comedebat agnũ paschalem in domibus suis / et nõ in locis sacris: et ideo non mirum si iubebantur ipsum comedere habentes calciamenta in pedibus. Quod etiam nõ absque causa precipiebatur fieri. Calciamenta enim que fiũt de pellibus animalium / non solum designant opera mortua seu peccata: vt dictum est / verum etiam dominicam passionem et mortem. Et quia immolatio agni paschalis erat figura ipsius dominice passionis: vt ad presens supponitur: ideo ad hoc prefigurandum preceptum fuit ipsis filijs Israel / vt haberent calciamenta in pedibus / quando contingeret eos comedere dictum agnum paschalem.

¶ Moraliter et nono. Notandum iuxta illud verbum domini ad Moysen: Locus in quo stas / terra sancta est. Qui locus iste sanctus / est ecclesia: ad quã nemo calciatus debet venire: id est / intentione percipiendi temporalia: et hoc principaliter et directe. Licet tamen secundario habere oculum ad tẽporalia: prout possunt conferre ad virtutem / scilicet secundario. Nullus enim indigens potest bene philosophari. Qui autem calceatus vult intrare ecclesiam / vel abbatiam / scilicet prius prouisus de episcopatu q̃ clericus / aut prius abbas q̃ monachus: talis calciatus vult intrare terram sanctam / preponens temporalia spiritualibus: et tanq̃ claudus siue gibbosus incedẽs: cum tamen dicatur in figura huius Leuitici. xxj. ꝙ homo claudus vel gibbosus non accedet offerre hostias domino / nec panes deo suo. Sed profecto hec figura hodie male obseruatur in domibus nobilium: in quibus corpore vitiati deputantur ecclesie / aut religioni. Validi autem et potentes / mundo: ita vt mundus faciat sortes inter se et deum / et accipiat meliorem partem suo iudicio pro se / deteriorem autem et abiectam offerat deo: Quis autem homo sane mẽtis iudicare potest hanc sortem esse bonam?

¶ Moraliter et decimo: iuxta illud verbum domini ad Moysen: Ego sum deus patris tui: deus Abraham etc. Notandũ ꝙ voluit dominus innuere per hoc ꝙ merita bonorum parentum sepe filijs subueniũt: vt dicit glos. interli. Nam sicut ipse dominus visitat peccata parẽtum vsq; in tertiam et quartam generationem: vt habet Exo. xx. ita econtrario remunerat tẽporaliter quãdoq; bona opera patrũ vsq; in filios filiorum. Unde de filijs Dauid ait Psal. in persona dñi / Si dereliquerint

rint filij eius legem meam/ et i iudicijs meis nō ābulauerit: Si iustitias meas pphanauerint: ꝛ mandata non custodierint: visitabo in virga iniquitates eorum/ et in verberibus peccata eorum: misericordiā autem meam non dispergam ab eo. i. a domo Dauid totaliter. Unde. iij. Regū. xj. legitur/ ꝙ dominus dixit ad Salomonem / postꝙ auersus est ab eo: Quia non custodisti pactum meum/ et precepta mea q̄ mandaui tibi: disrumpens scindam regnum tuum/ et dabo illꝰ seruo tuo. Uerūtamen in diebus tuis non faciam hoc / propter Dauid patrem tuum. De manu filij tui scindam illud: nec totū regnum auferam / sed tribum vnam dabo filio tuo / propter Dauid seruum meum / et Hierusalem quam elegi. Hec ibi.

¶ Allegorice et primo/ ꝛ conformiter ad magistrum Petrū Brechorensem/ sicut quando dominus decreuit liberare filios Israel de manu regꝭ Pharaonis/ misit signum in terris: quia ipse idem apparuit sibi i monte Oreb: scilicet intra rubum ardentem / sed non comburentem. Ad quem cū propius accedere voluisset/ prohibitus fuit / eo ꝙ locus ille terra sancta esset: Ita et quando idem deus et dominus voluit filios Israel/ id est fideles suos de imperio Pharaonis / id est de potestate diaboli/ liberare: primitus demonstrauit vnum signum mirabile: scilicet signū diuine et beatissime incarnationis/ quo mediante populum suum liberauit. Ipse nempe tūc in rubo/ id est in beata virgine apparuit: dictamqꝫ arborem igne sancti spiritus mirabiliter inflammauit/ atqꝫ impregnauit. Nunqꝫ tamen dicta arbor ab integritate virginitatis sue nudata fuit/ nec per incendium carnalitatis combusta: sed semper viridis per virginitatem seruata. Ueruntamen ad hoc ꝙ Moyses / id est Iudaicus populus/ mereatur hanc visionem debite cernere: id est incarnationis sacramentum cognoscere: necesse est vt de pedibus affectionum suarū calciamenta carnalis cognitionis / sensumqꝫ literalem auferat/ et ꝙ inde per fidei cognitionem incedat. Qui enim calciamento carnalis sapientie inuoluitur: ad tantā visionē/ et ad tanti sacramenti cognitionem pertingere non meretur. Necesse est ergo per fidem tale calciamentum soluere / et omnem mundi sapientiam amouere: quia scilicet terra in qua sumus sancta est. Constat enim/ et firmiter tenemus/ ecclesiam catholicam (in qua sumus) sanctā esse. Unde dicit: Solue calciamentum de pedibus tuis: locꝰ enim in quo stas sanctus est. Hec ille.

¶ Allegorice et secundo/ ista verba possunt dirigi ad quēlibet religiosum: nam religio bene obseruata/ est velut terra sancta/ et locus sanctus respectu status seculi/ propter abundantiam bonorum spiritualium. Manat namque lacte vite puritatis / et melle totius

totius contemplationis et deuotionis. Cuilibet ergo volenti calcare hanc terram per professionem regularem / dicitur: Solue calciamenta de pedibus tuis: id est abrenuncia temporalibus in particulari: quia talia calciamenta que calcanda sunt / derogant statui religionis / subintelligendo semper in particulari: adeo quod monachus cum obolo / non valet oua duo. Hinc Augustinus in sermone de communi vita clericorum / et recitatur duodecima questio. s. nolo. Nulli (inquit) liceat in societate nostra habere aliquid proprium. Et vt dicitur ibidem cap. expedit. Regularis habens proprium / viuens mortuus est. Unde legitur in dialogo Gregorii libro quarto / quod ipse iussit religiosum proprietarium in sterquilinio sepeliri. Similiter Augustinus ad fratres in eremo: sermo. quinto: qui intitulatur de obedientia / mirabiliter detestatur proprietatem occultam cuiusdam fratris sui monasterii / qui Januarius dicebatur: ita dicens: Januarius / qui columna obedientie et paupertatis inter nos videbatur esse: et tamen vineam et agrum nobis ignorantibus in seculo possidebat. O professio mortifera. Ipsum sanctum credebamus / qui omnibus peior erat. Et sic annis duodecim et amplius nobiscum vixit male / et moritur male. Et post pauca: Ligate / inquit / manus cadaueris eius / ponentes in panno ligatos centum et vndecim siclos / quos in pariete cellule retinebat / flentes et dicentes: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Non enim licet nobis seruis dei eam collocare vel ponere in victu vel vestitu / vel etiam in opere monasterii / quia precium damnationis est. Hec ille vbi supra. Audiat ergo religiosus / et corde intelligat dominum dicentem ei: Solue calciamenta de pedibus tuis: id est proprietatis vitium / et inordinatum amorem temporalium de corde tuo depone: ita vt pes tuus / id est affectus sit nudus / et non pateat in eo calciamentum temporalium.

¶ Allegorice et tertio / expedit exponere totam istam clausulam / conformiter ad dominum Hugonem Cardinalem: ita vt per Moysen pascentem oues Jethro / intelligatur lex vetus / que pascebat olim Judeos / quasi brutos et simplices. Et bene dicitur / Jethro sacerdotis Madian. Sacerdotium legale est: cui bene conuenit nomen Madian / quod interpretatur fluxus: quia durauit ad certum tempus / et postmodum expirauit. Sacerdotium autem Christi manet in eternum. Unde Hebreorum septimo / et sumitur ex Psalmo. Tu es sacerdos in eternum / et cetera. Dicitur autem Moyses cognatus Jethro / quia simul esse ceperunt et simul desierunt lex et sacerdotium. Hebreorum. vij. Translato sacerdotio / necesse est vt legis translatio fiat. Uel forte quia sacerdos tenetur legem scire. Aggei secundo: Interroga sacerdotes

legem ꝛc. Et Malachie secundo: Labia sacerdotis custodiunt scientiam/ et legem requirent/ supple subditi et simplices / ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Sequitur: Cumq; minasset gregem ad interiora deserti. Ubi notandum/ ꝙ tempore legis quidam Judeorum tantum pascebantur exterius / in lege tantum literam attendentes: alij autem ad interiora legis ducebantur / spiritualiter legem intelligentes: licet cum populo exterius habitarent. Unde Numeri duodecimo: Siquis fuerit inter vos propheta ꝛc. Sequitur: Apparuitq; ei dominus in flamma ignis. Legi apparere dicitur dominus / q2 in ea nobis apparet. Ignis in rubo / est Christus in populo Judaico / vnde natus est: Joānis quarto / Salus ex Judeis est. Numeri vicesimoquarto: Orietur stella ex Jacob: id est Christus ex Judeis. Moyses igitur ignem in rubo videbat / quia lex Christum de Judeis nasciturum predicabat. Qd autem rubus ardebat / et non cōburebatur / significat ꝙ pungens malicia Judeorū a Christo increpatur: sed non propterea consumitur. Unde Hieremie sexto: Frustra conflauit conflator. Malitie enim eorū non sunt consumpte. Quasi diceret: Frustra est ignis in rubo / quia non est combustus. Uel rubus incombustus / est humanitas Christi a diuinitate non absorpta. Hec omnia preuidebat lex / et predixit. Predixit etiā peccata populi Judaici non consumenda p Christum. Unde Deuteronomij tricesimoprimo dicitur Moysi a domino: Dormies cum patribus tuis / et populus iste consurgēs fornicabitur. Itē predixit deum in homine. Deuteronomij decimooctauo: Prophetam suscitabit vobis deus de fratribus ꝛc. Et Michee quinto: Ex te mihi egredietur qui sit dominator i Israel ꝛc. Item partum in virgine / Esaie septimo: Ecce virgo concipiet ꝛc. Item tribulationem in ecclesia / Zacha. decimotertio: Ducam tertiam partem p ignē ꝛc. Sequit: Dixit ergo Moyses / Uadam: hoc est ꝙ lex non cessauit procedere in obseruātia cerimonialium / donec ostenderet Christum. Unde legitur Matthei decimoseptimo / ꝙ in transfiguratione apparuerunt Moyses et Helias cum Jesu / quasi dicentes: Hic est cui perhibuimus testimonium. Dicit ergo lex / Uadam et videbo: quia hoc ipsum predicabat lex se duraturam donec p̄sentialiter videret Christum. Unde Gen. xlix. Non auferetur sceptrum de Juda ꝛc. Item ibidem. xlv. dicit Jacob: Uadam ⁊ videbo Joseph / anteq; moriar. Uidit enim lex qd promiserat impletum / ⁊ tunc mortua est / quasi vipera proprio partu extincta / dum nobis edidit dominum / ⁊ pullo recepto / matrem permissimus auolare: sicut precipit Deut. xxij. Uocauit eū de medio rubi. Dn̄s de medio rubi vocauit ad se Moysen / qn̄ legē de medio traditionū hūanarū / qbus

lex

lex lacerabat / purū elicuit in=
tellectū. Moyses Moyses? Ge
minatur hoc nomen Moyses /
propter literalem et spiritualē
legis intellectum. Vocauit au
tem eum / dum vtrunq; ad se
traxit. Nam Christus & sacra
legis seruauit ad literā / vt cir=
cuncisionem: & postea spiritua
liter esse intelligenda demon=
strauit / quando contra legem
leprosum tetigit. Luce.v. In
cena / secundum literam / agnū
Paschalem comedit. Secun=
dū autem spiritum / seipsum ve
rum agnum discipulis dedit.
Non appropies ad me: id est
ad meos. Ac si dicat: Nolo vt
mei obseruent cerimonias le=
gis / et seueritatem illius. Un=
de Christus irritauit legē quo
ad figuras illius / cū leprosum
tetigit: et quo ad seueritatem /
cum adulteram absoluit. Joā.
viij. Sequitur: Solue calcia=
mentum. i. literalem intellectū
a Judeis in extremis tempo=
ribus abijce. Quādiu enim lex
inter scorpiones. i. inter Jude=
os habitauit: necesse habuit
calciari literali itellectu. Sed
cum lex in terra sancta. i. in ec=
clesia Christi stetit: tunc discal
ciauit se / et scorpionibus cal=
ciamenta reliquit / & iam nuda
ad Christum accedit. In figu=
ra autem huius legitur Gen.
xxxix. q; Joseph egreditur nu
dus / relicto pallio adultere.
Ego sum deus patris tui &c.
Christus se dicit deum Abra=
ham / vt ostendat se non recen=
tem: sed eternū esse. Joā. viij.
Abraham pater vester exulta
uit vt videret &c. Abscondit
Moyses &c. Lex retraxit ceri=
monias suas viso domino. In=
de est q; predicāte domino / si=
luit Joānes. Ac si diceret: Sol
uo calciamentum / et cedo alij
sponsam: vt in figura dictū est
Ruth. iiij. Hec domin9 Cardi.
& valde egregie.

¶ Allegorice et quarto / et cō
formiter ad glo. ordi. et inter=
linia. Rubus quē vidit Moy=
ses: ardens / sed non cōsumēs:
designat legem veterem: que
peccatum ostendebat / sed ipm
non cōsumebat. Rubus ergo /
spine sunt peccatorum Judai=
ci populi. Flamma in rubo / lex
data illi populo. Sed et flam=
ma rubum non comburit / quia
lex data peccata Judaici po=
puli non consumit. Et hoc est
quod theologi dicunt / leg em
veterem nō iustificare: scilicet
ex opere operato / sed tantum
ex opere operante.

¶ Allegorice et quinto / et cō=
formiter ad magistrum Nico=
laū de Lyra. Per Moysen pa=
scentē oues Jethro sui cogna=
ti: designatur beatus Joānes
Baptista: pascēs fideles Chri=
sti cognati sui / scdm carnē. Nā
& mat ei9 cognata fuit Marie
matris Christi. Vñ Luce. j. Et
ecce Elizabeth cognata tua
&c. Joānes eñ pdicatiōis pa=
bulo fideles Christi pauit / vt
testāt sacri euangeliste. Cūq;
minasset gregē ad iteriora de=
serti. i. ad asperitatē pnie / quā
pdicabat vbo / ope & exemplo:
venit ad montē dei. i. ad Chri
stū / qui dicit mōs in sacra scri
ptura. Unde Dañ. ij. legit / q; la
pis qui percusserat statuam / fa
ctus est mons magnus / et imple
uit vniuersam terrā. Ad hunc

igit̃ montē venit beat⁹ Joan. Christū baptizando/⁊ per fidē cognoscendo/quādo ait: Ecce agnus dei/ ecce qui tollit pec-cata mundi. Joan j. Apparuit ei dominus in flāma ignis.i.in plenitudine spiritussancti. Nā in baptismo Christi vidit Joā. super eum spiritum sanctū de-scendētem in specie columbe/ ad denotādum in ipso Christo omnimodam plenitudinē spi-ritussancti. De medio rubi: per rubū spinosum intelligitur si-militudo carnis peccati / que fuit in Christo. Et vidit ꝙ ru-bus ardebat / ⁊ non combure-batur: per quod significabat/ ꝙ mortalitas carnis non ab-sorbebatur in Christo ex pre-sentia diuinitatis. Uadam et videbo visionem hanc ⁊c̄. Uo-lebat enim plenius cognosce-re mysterium incarnatiōis. Nō appropies inquit huc/quasi di-cat: Talis cognitio quam tu queris/non habetur in presen-ti vita. Ideo sequitur: Solue calciamentum ⁊c̄. quasi dicat/ Prius oportet te carnem mor-talem deponere/ sicut dicit do-minus in sequentibus. xxxiij. Nō videbit me homo ⁊ viuet.

¶ Allegorice ⁊ sexto/ rub⁹ est virginis vterus: ignis in ru-bo/est dei fili⁹ in virginis vte-ro. Quod autem rubus non cō-burit/designat ꝙ mater Chri-sti fuit virgo ante partum / in partu/⁊ post partum. Nam iste diuinus ignis per eam taliter trāsiuit/ꝙ ipsius virginitatē il-lesam reliquit. Hinc canit ec-clesia dicens: Rubū quē vide-rat Moyses incōbustum/cōser-uatā agnouimus tuam lauda-bilem virginitatem/sancta dei genitrix.

¶ Allegorice ⁊ septimo / ru-bus est ecclesia. In rubo enim sunt plures ramusculi: ⁊ in ec-clesia sunt plures status/⁊ plu-ra membra / vnum tamen cor-pus / ⁊ vnum caput quod est Christus. Ignis in rubo / sunt tribulationes in ecclesia. Sed sicut ignis non consumpsit ru-bum / sic nec tribulationes et aduersitates ecclesiam de-struere poterunt. Quod figu-ratū fuit in naui / in qua erat Petrus/que etsi passa est pul-sum vehementē a vento: nō ta-men submersa est. Christo eam protegēte ⁊ saluante: atqꝫ vē-tis ⁊ mari imperāte: vt in figu-ra legitur. Matt. viij. Quāuis ergo hodie cernamus patēter ignem in rubo .i. tribulationē mirabilem in ecclesia / tam ex parte hereticoꝝ Lutheranoꝝ/ ꝙꝫ schismaticorū falsoꝝ Chri-stianorum / firmiter tamen te-nendum est ꝙ dict⁹ rubus non cōsumetur/ nec sedes apostoli-ca omnino destructur / ꝙꝫtum-cumqꝫ grauia patiatur/ forsan in penā abusionum que in ea fiunt/aut que aliquando in ea facta sunt. Sed sperandum est ꝙ in tempore opportuno Chri-stus/qui nūc videtur dormire/ surget ⁊ imperabit vētis ⁊ ma-ri/fietqꝫ tranquillitas magna. Et tunc qui nūc inter flammas tribulationum consistunt/glo-rificabunt deum/gratias agē-tes de eo ꝙ absorbuerit domi-nus ignem / qui videtur hodie vagari per totum rubum.i. per vniuer-

vniuersam ecclesiam.

¶ Allegorice ꝛ octauo: rubus plenus spinis ꝛ aculeis / designat corpora damnatorũ: que vndiq; plena erunt spinis tormentorũ. Nã vt dicit Aug. lib. de spiritu ꝛ anima. Vermis dãnatorum cõscientiã corrodet / ignis carnẽ comburet / dolor cõbustionis eos foris cruciabit: pena cecitatis intus obscurabit. Uidebunt etiam illa teterrima mõstra demoniorum / ꝛ laruales facies eorũ. Uidebunt etiã inferni tormẽta / ꝛ in tormẽtis sequaces suos / quos inordinato amore contra dei precepta amauerunt / quatenus illorũ interitus eos in augmẽto sue damnationis affligat. Hec Augusti. Ignis autem in medio rubi ardens: sed nõ cõburens / recte designat ignem illum infernalem: qui realiter cõburet corpora damnatorũ. Nam etsi aliqui doctores ponant dictũ ignem inferni cruciare animas intẽtionaliter / ꝛ nõ physice: nullus tamen dicit de corporibus / quin realiter patiãtur a predicto igne post iudicij diem. Sed nõ obstãte tali mirabili cruciatu eorũdem corporum / nullatenus tamen consumentur. Hoc autẽ ostendit esse possibile Augu. de ciui. dei. lib. xxj. c. iiij. multiplici exemplo rerũ naturalium. Primum est de quadã serpẽte / qui dicitur salamandra / qui intra ignẽ viuit ꝛ nutritur / etiã sine dolore ꝛ consumptione: quinimo sua frigiditate extinguit ignẽ. Secundũ est de quibusdam mõtibus in partibus Sicilie / qui a vetustissimis annis vsq; nunc flammis estuãt: ꝛ tamen semp integri perseuerãt. Ex quo (inquit Augusti.) patet non omne quod ardet consumi. Dicte autem estuationis causam reddit Isydo. lib. xiiij. Etimolo. c. de insulis: dicens q terra illa Sicilie montes habet / intra quos sũt cauerne / in quibus multum est de sulphure. Propter quod dicti montes qui Etne dicuntur / igne estuant flante vento / qui per meatus subterraneos subintrat. Tertium exemplum est de carne pauonis / q decocta diu conseruari potest integra / etiam per annum ꝛ vltra: sicut idem August. refert se vidisse. Quartũ exẽplum est de calce / que occultissime ignẽ ab igne conceptẽ / ipsum latenter seruat / vt nulli nostro sensui prorsus appareat: sed compertus experimento / etiam dum non apparet / sciatur inesse sopitus. Propter quod eam viuã calcem dicimus. Et quod mirum est / cum extinguitur / tũc accẽdit ita vt palea in ea accendi possit ꝛ flãmare. Itẽ quod magis stupendum est / si oleum adhibeas / quod magis fomes est ignis: nulla eius perfusione feruescit. Hoc autem si in nostrũ experimentum non veniret / pfecto aut mendacium putaremus / aut certe granditer miraremur. Hec Augusti. vbi supra. Ex quibus quidem exemplis persuadetur possibilitas ignis infernalis cum corporibus damnatorum / sine tamen consumptione eorum: vt in rubo ar-

bo ardenti/ & non comburenti/ monstratum est Moysi in monte Synai: quasi figuratiue.
¶ Anagogice mõs Synai/ i q apparuit dominus seruo suo Moysi/ designat montem paradisi/ qui est excelsus valde: de quo Esa.ij. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montium/ & eleuabitur super colles/ & fluent ad eum omnes gẽtes.i. omnes electi/ quandoquidem in nouissimo die iudicij vocabit domin⁹ noster Jesus Christus non solum Moysen/ verum omnem multitudinem saluandorum/ dicens eis illud Mat.xxv. Uenite benedicti patris mei/ possidete paratũ vobis regnũ &c. Et q pri⁹ prohibiti fuerant calciati ad dominũ accedere.i. resumptis corporibus celum intrare/ donec complerentur conserui eorum & fratres eorum.i. numer⁹ electorum/ tunc calciati ad eũ accedent: quandoquidem cum stola duplici anime/ scilicet et corporis intrabunt in terram sanctam/ & in domum dei Jacob. Jn cuius figurã legitur Gene.xlv. q postquam venerunt fratres Joseph ad eum/ & se illis valde dulciter manifestasset/ tandem iussit proferri singulis binas stolas. Bine stole que dabuntur electis in generali resurrectione/ designãt gloriam anime & corporis. Nã ante iudicij diem induit dominus ipsos electos stola prima/ ex parte anime. Tunc autem induet eos stola secũda/ ex parte corporis glorificati: secundum illud Eccli.xv. Stola glorie induet eum/ scilicet electũ. Hinc est q Joan. Apoc.vij. describens statum saluandorum/ cum premisisset dicens: Uidi turbam magnam/ quam dinumerare nemo poterat/ ex omnibus gẽtibus: postea subdit dicens: amicti stolis albis: .i. corporibus gloriosis/ & omnino mundis & puris: & palme in manibus eorum/ scilicet in signum victorie de carne/ mũdo/ & diabolo/ quam habuerũt ipsi electi in presenti. Non ergo tunc apparebit dominus in medio rubi: sed facie ad faciẽ. Nec dicet: Nõ appropies huc: sed/ venite ad me omnes qui prius laborastis & onerati fuistis multis & varijs tribulationibus/ & ego reficiam vos. Nec dicet: Solue calciamentum de pedibus tuis: sed resumendo secundam stolam intra in gaudium domini tui: qui est deus Abraham/ de⁹ Jsaac/ et deus Jacob. Jnsup tunc Moyses non abscondet faciem suã: sed reuelata facie intuebitur deum sicuti est.

Secunda clausula.



Ui ait dominus: Uidi afflictionem populi mei qui est in Egypto/ & clamorem eius audiui propter duritiã eorum qui presunt operibus. Et sciens dolorem eius/ descẽdi vt liberem eum de manibus Egyptiorũ/ & educam de terra

ra illa in terram bonam & spaciosam/ in terrā que fluit lacte & melle / ad loca Chananei et Ethei/ & Amnorrei/ & Pherezei/ & Euei/ & Jebusei. Clamor ergo filiorum Israel venit ad me / vidique afflictionem eorum / qua ab Egyptijs opprimuntur. Sed veni & mittam te ad Pharaonem/ vt educas populum meum filios Israel de Egypto. Dixitque Moyses ad deum: Quis sum ego vt vadā ad Pharaonem / & educam filios Israel de Egypto? Qui dixit ei: Ego ero tecum: & hoc habebis signum ꝙ miserim te: Cum eduxeris populum meum de Egypto/ immolabis deo super montem istum. Ait Moyses ad deum: Ecce ego vadam ad filios Israel / & dicam eis: Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi/ quod est nomen eius: quid dicam eis? Dixit dominus ad Moysen: Ego sum qui sum. Ait: Sic dices filijs Israel. Qui est / misit me ad vos: Dixitque iterum deus ad Moysen. Hec dices filijs Israel: Dominus deus patrum vestrorū/ deus Abraham/ & deus Isaac/ & de⁹ Jacob/ misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in eternum / & hoc memoriale meum in generatione et generationem.

¶ Historialiter postquam in precedenti clausula ostendit Moyses/ qualiter dominus sibi pascēti oues Jethro cognati sui pariter & soceri in monte Sinay / apparuit in specie ignis exeuntis in medio rubi. Hic consequenter incipit prosequi principale intentum suum in hoc libro/ quod est de liberatione filiorum Israel de Egypto / & introductione eorundem in terram promissionis: per quod prefigurabatur liberatio electorum de statu peccati / & potestate diaboli: atque introductione eorundem ad statum gratie in presenti/ & glorie in futuro: quod omnibus maius est. Refert ergo Moyses qualiter ei existēti in dicto monte/ atque domino cum eo loquenti / dixit ei: Uidi afflictionem populi mei/ qui est in Egypto. Erat enim specialiter ibi in afflictione duplici. Prima concernebat paruulos mares / qui mox nati in flumen proijciebantur submersuri/ aut iugulabantur. Secūda afflictio concernebat magnos et fortes viros / qui oprimebantur in operibus duris luti & lateris/ atque similibus. Sed dominus qui nō delectatur in penis/ vidit per cōpassionem afflictionem populi sui/ qui erat in Egypto: atque clamorem eius audiuit / cuius causa assignatur in textu: licet enim diuina secreta non sint curiose inuestiganda. Juxta illud Ecclesiastici. iij. Altiora te ne quesieris/ & fortiora te ne scrutatus fueris: et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Ubi tamen a domino reuelantur / sunt humiliter suscipienda. Sic autem fuit de Moyse. Nā cum abscondisset faciem suam ex humilitate: vt dictum est in

est in precedenti clausula: tunc dominus reuelauit faciē suam: pariter et secreta sua opa que facturus erat. Et hoc est quod ipse Christus ait ad patrem: Matt. xj. Abscondisti hec a sapientibus: et prudentib⁹: et reuelasti ea paruulis. i. humilibus. Potuit itaq͡ȝ dominus dicere eidem Moysi illud eiusdē sapiētis: Eccli. iij. Plurima super sensum hominum ostensa sunt tibi. Sequitur: Et sciens dolorē: supple cordis ei⁹: quē solus dn̄s scit: qui solus scrutatur corda hominum: descendi. glo. interli. per compassionem: vt liberē eum de manib⁹ Egyptiorum: et educam de terra illa: que multis bonis caret: et in qua multam penuriam passus est: in terram bonam et spatiosam: id est: fertilem: et in omnibus bonis temporalibus dicto populo sufficientem. Ideo sequitur: In terram que fluit lacte et melle. i. que est valde pascualis et fructifera: atq͡ȝ amena: ita vt de floribus eius apes valde fructificēt. Dicit autem notanter dominus de illa terra ꝙ fluit lacte et melle: eo ꝙ talia sine magno labore ꝓducit. Hinc Hiero. Judeam: inq͡t: inclytam esse: et oīb⁹ terris fertiliorē: null⁹ dubitare potest. In textu autē presenti enumerantur certe gētes idololatre: que ad tempus occupauerunt dictam terram promissionis in penā peccati Hebreorū. Quibus inde electis: aut bello occisis: ibidem iterū habitare fecit dominus: cuius est terra et plenitudo eius: predictum populum Hebreorum: cum eductus fuisset de Egypto per viā deserti.

¶ Sequitur: Clamor ergo filiorum Israel venit ad me: vidiq͡ȝ afflictionem eorum et c. Notandum autem circa hoc: conformiter ad dominum patriarchā de Pal. ꝙ in veteri testamento legimus duo genera peccatoꝝ clamasse ad dominum. Primū quidem erat contra naturā indiuidui: et illud fuit homicidiū Cain contra Abel fratrē suū: de quo ait dominus ad ipsum Cain: Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Gen̄. iiij. Illud ergo homicidiū erat contra natura indiuidui: sc3 Abel. Et ad istud genus peccati pertinet mors paruulorum populi Israelitici: quos iussit Pharao iugulari: seu in fluuium demergi. Secūdum autem homicidiū erat contra naturam speciei: et illud fuit peccatū Sodomorum: de quo Gen̄. xviij. Erat nēpe illud horrendum scelus contra naturam speciei: quia per ip̄m impediebatur generatio: et per consequens multiplicatio nature humane. Et ad hoc genus peccati reducit͛ siue pertinet crudelitas Pharaonis: opprimentis filios Israel in operib⁹ duris: luti: et lateris: vt sic fatigati et afflicti non possent vacare generationi et multiplicationi filiorum. Fuit et aliud peccatū in Pharaone et populo ei⁹: ꝓpter quod clamauerūt filij Israel ad dominum: quia scilicet abstulerūt labores eorum: ita vt veraciter posset dici illō qͦ lōge post dictum est: videlicet Jacob. v. Merces operariorū vestrorū:

vestrorũ/que fraudata est a vobis/clamat: et clamor eorum in aures domini Sabaoth introiuit. Bene ergo et iuste dixit dominus: Clamor filiorũ Israel venit ad me: vidiq; afflictionẽ eorum/qua ab Egyptijs opprimuntur. Et ideo veni tu Moyses/scilicet per promptã et plenam obedientiam. Licet enim Moyses esset presens corpore ipsi deo: tamen dixit illi: Veni/mittam te: per hoc significans q; deberet esse prõptus ad suscipiendum eius mandatum voluntate/sicut erat presens corpore. Sequitur: Et mittam te ad Pharaonem/ vt educas populum meum filios Israel de Egypto. Hic ergo imponit actualiter dominus Moysi seruo suo liberationem filiorum Israel de Egypto. Deinde subditur excusatio ipsius Moysi/ dicentis ad dominum: Quis sum ego/vt vadam ad Pharaonẽ/et educã etc./id est/ cuius sum virtutis ad tãtam potestatem reprimendam/ et tantam multitudinem popli Israelitici regẽdam? Qui dixit ei: Ego ero tecum/scilicet dirigendo te in omnibus vijs tuis: et protegẽdo in aduersis. Et hoc habebis signum q; miserim te. Istud verbum aliter et aliter exponitur secundũ Hebreos et catholicos: vt dicit de Lyra. Nam secũdũ Hebreos istud refertur ad precedentia: ita vt sit sensus verborum domini ad Moysen. Visio quã ostẽdi tibi in rubo/ est tibi pro signo q; ego mitto te. Secũdũ vero catholicos refertur ad sequentem literam/cum dicitur: Cũ eduxeris populũ meum de Egypto/immolabis deo super montem istũ. Ac si diceret dominus: Ego pdico tibi q; post eductionem populi mei immolabis deo sup montẽ istum. Et cum hoc tibi acciderit/ erit tibi signum certum q; fui tecum in eductiõe populi de Egypto. Erit etiam tibi signum de futuro / scilicet q; deducturus sum dictũ populũ in terrã promissionis. Quia enim dominus dixerat Moysi duo/ scilz q; educturus esset populum suum de Egypto/et perducturus in terrã bonã lacte et melle manãtẽ: ideo talis immolatio vtrumq; significare poterat.

¶ Sequitur: Ait Moyses ad deum etc. Postq; excusauit se Moyses apud dominũ ne mitteretur ad Pharaonẽ/ pro educẽdo filios Israel de Egypto: allegans suam paruitatẽ: quã pretendebat ex defectu scientie: consequẽter hic ponitur eiusdem obedientie perfectio/cum ait ad dominum: Ecce ego vadam ad filios Israel: et dicam eis: Deus patrum etc. Sequitur: Si dixerint mihi/ quod est nomen eius: quid dicã eis? Quasi diceret: Nescio. Ipse autem Moyses in hoc expresse quesiuit de nomine mittentis/ scilicet dei/ et tacite de conditione illius. Dominus autem respondit illi pmo de secũdo/ scilicet de conditione mittentis ipsum dicens: Ego/supple vocor/sum q sum. In Hebreo autẽ habetur: Ego ero q ero. Per vtrãq; tamẽ literã idẽ designatur/scilicet necessitas essendi dei/siue eternitas/aut immutabilitas ipsius. Hec eñ est ppria et singularis conditio

conditio ipsius dei. Omnia autem alia eo ipso ꝙ sunt de nihilo, habent principium sui esse: ⁊ sunt vertibilia in nihilū. Nā subtracta manutenētia omnipotentis dei, omnia caderēt in non esse. Et ideo non esse conuenit eis, q̄tū est ex se. Esse autem quod habēt, a solo deo habent: secundum ꝙ dicitur Esa. xlj. Ecce vos estis ex nihilo, et opus vestrum ex eo qđ nō est. Dixit ergo dominus ad Moysen: Sic dices filijs Israel. Ac si dicat: Si queratur a te, quis misit te? Respondebis ⁊ dices: Qui est, misit me. i. ille qui habet ex se necessitatē essendi, et plenitudinem absq; restrictione et determinatione aliqua. Dixitq; iterum dn̄s ad Moysen: Hec dices filijs Israel: Dominus deus patrum vestrorum ⁊c. Ac si dicat: Si queratur secundo de nomine mittentis te, respondebis: Deus patrum vestrorum, deus Abraham ⁊c. Hoc nomē mihi est in eternum. Sic autem loquitur dominus, vt se familiarius manifestet filijs Israel. Nam per talem modū loquendi reduxit eis familiaritatem quā habuit cum patribus eorum: vt sic magis traheret eos ad sui amorem: ⁊ p̄missę hereditatis credulitatem.

¶ Dixit ergo dn̄s ad Moysen: Hoc nomē mihi est in eternū: scilicet, ego sum q̄ sum. Et bene dicit a dn̄o predictū nomē sibi esse, siue conuenire, in eternum: non solū a parte ante: verū etiā a parte post: qa hi tres testes, Abraham, Isaac, ⁊ Iacob viuūt in eternū: quia nūq̄ desturi, sed semper laudaturi ⁊ vocaturi deum hoc nomine, q̄ est. Propter quod Christus Matt. xxij. adducit ꝯtra Saduceos asserentes animas perire cum corporibus: ⁊ negantes generalem resurrectionem dicens: De resurrectione autē mortuorū, nunq̄ legistis quod dictū est: Ego sum deus Abraham, ⁊ deus Isaac, ⁊ deus Iacob? Non est autem deus mortuorum, sed viuentium. Iosephus autem dicit, ꝙ dominus hic dixit suam appellationē seruo suo Moysi, quam prius homines non audierant. Nec mihi inquit fas. i. facultas est dicere. q. d. Tanta est virtus huius nominis, ꝙ non possem totaliter exprimere. Unde nomē illđ dicitur ineffabile: nō quia nō debeat dici: sed quia virtus eius nō potest exp̄mi. Uel quia ab Hebreis non poterat intelligi. Est autem nomen illud tetragrammaton. i. quatuor literis scriptum, scilicet he, iod, vau, he: quod sonat p̄cipium vite passionis iste. Hoc autem nomine erat scriptum in lamina aurea, quam gerebat sacerdos ī frōte. Et est sensus: Iste, id est Christus, quem iste sacerdos significat, est principiū vite passionis: id est, ꝑ passionē. Loco eñi ablatiui solebāt Greci ponere genitiuum. Hec dn̄s Hugo Card. ī postilla sua. Patet ergo sensus illi⁹ dicti a domino ad Moysen. Hoc nomen mihi est in eternū. Per hoc autem qđ seq̄tur: Et hoc memoriale meū in generatione ⁊ generationē: dat dominus intelligere Moysi ꝙ ex istis beneficijs exhibitis populo Hebreorum,

rum/ erit impressa memoria in cordibus hominum/ que nulla obliuione aliquando delebit.
¶ Circa autē presentē clausulam mouentur aliqua dubia.
¶ Primū igit dubiū. Ex quo dn̄s videbat afflictionē populi sui/ existentis in Egypto/ atq; clamorē illius audiuit/ propter oppressionē eorū qui preerant operib9: vt habet in textu: q̄rit cur nō statim liberauit eū? Ad pium nēpe patrem pertinet cognita graui afflictione filij sui/ et audito querulosi clamore illius/ statim ei auxilium ferre si potest. Qr vbi nō potest/ nō potest se continere a gemitu et luctu. Dicendum/ q2 etiā ille qui est pater misericordiarū/ et de9 totius consolationis: et qui cōsolat nos in omni tribulatione nostra: olim etiā cōsolatus est populum/ suum Israelē in omni tribulatione sua: sicut rei pbauit euentus. Non tamen statim hoc egit: sed tempore et loco: prout iudicauit et vidit illi populo expedire. Bñficia eñi que tardius cōcedūtur/ magis appreciantur/ plus diligūtur/ et diligētius custodiuntur. Econtra autē memoria beneficiorū/ etiam quantūcunq; magnorū/ que facile et cito conceduntur/ valde labilis est/ et cito trāsit: vt dicit Senec. lib. de institutione morū. Ad hoc etiam ppositum facit sententia Augu. lib. ij. questionum noui et veteris testa. q. xxxvj. dicentis: In potestate/ inq̄t/ dātis dei est/ q̄n vel q̄ntum velit misereri. Quis/ inq̄t/ arguet medicū q̄ medicamēta sua et officiū suum gratis impēdit? aut accusabit tarditas eius ab eis a q̄b9 nō est requisitus? Succurrit ḡ de9 Israelitis in captiuitate Babylonica detētis/ quando debuit eos liberare: volūtatis sue rationē secut9/ et nō meritorū dicti populi. Nā si merita attēdas/ eos liberare non debuit. Hec ille. Insup ad insinuādū q2 nullus liberatur a peccato mortali/ q̄ nō ferueter quesierit inde liberari. Nec introducit in gloriā celestē/ nisi q̄ pseuerāter postu lauerit eā: optimus deus nō voluit statim liberare populū Hebreum de Egypto. Nec similr eo inde educto/ statim et q̄cito fieri potuit eū introducere in terrā pmissionis. Sed tñ post plures annos/ q̄b9 ip̄3 detinuit et afflixit in deserto: et hoc totū pter peccata sua/ tā idololatrie/ q̄s murmuris/ q̄s etiā fornicationis. Deniq; et tertio/ noluit pijssim9 deus statim ad primū clamorem populi Hebraici ip̄m liberare de predicta captiuitate Egyptiaca: vt humiliter recognosceret suā culpā/ et mediatoris dei indulgētiā. Nec est simile de pietate dei/ et hominis erga filiū delinquentem: quia pietas dei qui scrutatur cor/ et qui clare cognoscit quando miserēdum est/ et quādo nō: semp ē iusta et discreta. Nō sic aūt de pietate humana.
¶ Scd3 dubiū est de illis titulis triumphalibus qui hic inseruntur de terra ad quam promittebat dn̄s se perducturum filios Israel/ dicens q2 fluebat lac et mel. Cuius tamen cōtrarium referūt qui eam proprijs oculis nr̄is tēporibus viderūt. Referunt tñ eā saxosam/ et q̄si absq;

absq; habitatore: ita vt oporteat peregrinos deferre victualia necessaria in via. Unde quedam glo. super Esa. dicit ipsam Hierusalem in regione Palestine non esse querendam, que totius prouincie deterrima, et saxosis mõtib⁹ exasperata fontium penuriã patitur. Ad qđ dicendum, secundum August. sup Exo. iij. c. q. iiij. ꝙ oẽs ille ꝓmissiones ⁊ sĩles intelligẽde sunt spiritualiter: quia secũdũ proprietatem, inquit, non hec erat illa Hierusalem, que data est populo Israel in possessionem. Dominus autem Petrus de Pal. dicit, ꝙ loc⁹ in quo sita est ciuitas Hierusalẽ, est saxosus: ⁊ per cõsequens sterilis, vsq; ad distantiam duorum miliarium in circuitu. In reliqua autem parte terra illa est multum fertilis et abundãs, etiam in fructibus speciosis ⁊ delicatis. Dicit insuper vnum singulare de parte illa, q̃ saxosa est: scilicet ꝙ ibi animalia lambũt lapides resperso rore, que ex hoc mirabiliter impinguãtur: ex quo sequitur in ipsis lactis abundantia. Insuper refert ꝙ in illa terra absq; omni humano adiutorio mellificant apes mel silluestre: quod etiam vsib⁹ humanis est valde propitiũ et optimũ. Nam ꝓ varietate terrarum, variãtur ⁊ fruct⁹ earũ.

¶ Tertium dubium est, cur in descriptione nationum siue gẽtium que in presenti textu enumerãtur, non computãtur Gergesei. Solum enim computant̃ sex populi: scilicet Chananei, Ethei ⁊c. nõ cõnumerat̃ ipsis Gergeseis, qui tamẽ cum alijs gẽtibus inhabitabant terram sanctam. Dicendũ, ꝙ huius varietatis causa est: eo scilicet ꝙ ipsi Gergesei sine bello cesserunt filijs Israel, quando ventum est ad possidẽdum terram promissionis. Quãdo autem et vbi recitant̃ beneficia domini in Deutero. ponit̃ Gergeseus: quia terram eius habuit populus Israeliticus per diuinũ beneficium, q̃uis non per bellũ. Nã dictus populus Gergeseus recessit de terra quam inhabitauit p̃usq; illuc veniret populus Hebreorũ timore ductus: ⁊ bene illi fuit. Nam per talem fugam saluatus est: vbi tamen alie sex nationes delete sunt.

¶ Quartum dubium, vtrum in locis circumuicinis, que hic enumerantur, ⁊ que promisit dominus populo Hebreorũ, remanserint alique nationes gẽtilium? Dicẽdum, ꝙ sic. Noluit enim dñs delere omnem gentem illam de locis illis, que inhabitaturi erãt filij Israel: vt in ipsis exercitaretur Israel: vt dicit̃ Iudic. iij. Sicut forsan hac de causa Angli ab euo infesti Gallis, nõ sunt ex toto reiecti de cõfinibus Gallie: quia vsq; hodie occupant vi armoꝝ oppidũ Caletẽse munitissimũ.

¶ Quintũ dubium, vtrum hoc nomen, qui est, sit magis ꝓpriũ deo, q̃ hoc nomen deus? Uidetur, ꝙ non. Alias ipsum haberem⁹ magis in vsu, q̃ hoc nomen deus: ⁊ tamen experimur totũ oppositũ. Ad hoc dicendũ conformiter ad de Pal. ꝙ q̃tum ad illud a quo nomen imponitur, istud nomen, qui est, est magis proprium deo, cũ imponatur

imponatur ab esse. Modo esse maxime conuenit deo: ita vt alia non habeant esse nisi ab eo: ipse autem seipso est. Quātum vero ad illud ad quod significandum nomen imponit: tunc hoc nomen deus/ est sibi magis proprium/ q̄ hoc nomē qui est: quia imponitur ad significandum naturam diuinā. Non autem istud nomen/ qui est. Et adhuc istud nomen tetragrāmaton/ est magis proprium deo/ q̄ hoc nomen de⁹: quia est impositum ad significandum ipsam dei substātiam incommunicabilē. Quod quidem nomen dicit hic Joseph⁹ fuisse Moysi primo reuelatū a deo.

¶ Sextum dubiū. Ex quo sic est/ q̄ istud nomē tetragrāmaton est maxime proprium deo/ cur poti⁹ se manifestat sub hoc nomine/ qui est/ sicq̄ velit appellari/ q̄ sub hoc nomine tetragrāmaton. Dicēdum/ secūdum eundem de Pal. q̄ ꝓpter duo. Primo quidem propter populi ruditatem. Secundum eñ Dam. in principio sui libri/ deū eē / omnibus ratione vtētibus manifestū est: ita vt sit ꝑ se notum. Et si dicatur in contrariū/ q̄ insipiēs dixit ī corde suo/ non est deus. Ad hoc respondetur conformiter ad beatum Tho. j. par. q. ij. artic. j. in sol. ad p̄mū/ q̄ cognoscere deū esse in aliquo cōi/ ꝛ sub quadā cōfusiōe/ siue generalitate/ est nobis naturaliter insertū: inquātū. s. de⁹ est hoīs beatitudo. Hō eñ naturaliter desiderat beatitudinē. Qđ aūt naturaliter desideraꝛ ab hoīe/ naturaliter etiam cognosciꝛ ab eodē. Hoc tñ (inquit) nō ē simpliciter cognoscere deū esse. Sicut cognoscere venientē/ nō est cognoscere Petrū: q̄uis sit Petrus veniēs. Multi eñ ꝑfectū bonū hominis/ qđ est beatitudo/ estimant diuitias: alij honores: alij voluptates/ alij aliud. Hec beat⁹ Thomas. Ex q̄bus patet/ q̄liō deū esse/ sit ꝑ se notum/ ꝛ q̄liō non. s. quo ad nos: q̄ꝛ quo ad se/ est per se notissimū. Quia ergo deū esse/ est per se notū p̄dicto modo/ etiā rudi ꝛ indocto populo/ hic est q̄ ipse dn̄s potius voluit manifestari dicto populo ꝑ Moysen sub hoc nomine qui est/ q̄ sub hoc noīe tetragrāmaton: q̄ꝛ secundū substantiā suā ꝛ naturam quid sit/ est omnibus incōprehensibile ꝛ ignotum. Secūdo vero de⁹ ita fecit/ vt causaret in populo Hebreoꝝ spem liberatiōis. Est eñ hoc nomē/ qui est/ nomen maxime ostendens diuinā omnipotentiā/ ꝓpter infinitatē ꝛ eternitatem diuine essentie/ que duo simul importat dictū nomen/ qui est.

¶ Moraliter ꝛ primo/ iuxta illud: Sciēs dolorē eius ꝛc. In his verbis notanꝛ tria de dn̄o deo/ videlicet q̄ afflictionē populi Israelitici vidit/ clamorē illi⁹ audiuit: atq̄ dolorem scivit. In q̄bus scḋz dn̄m Cardi. moraliter instruimur ad habēdum tria post peccatū/ si velimus habere illius plenariam remissionē: q̄ sunt cōtritio/ confessio/ satisfactio. Nā afflictio fit in corpore/ ecce satisfactio. Clamor in ore/ ecce confessio. Dolor in corde/ ecce cōtritio.

Cũ ergo viderit dñs afflictionē satisfactiōis in penitente/et audierit clamorē oris in ꝯfessione/atq; sciuerit dolorē cordis i cōtritione: tūc plene descēdet ad penitētē per gratiā/ vt omnino liberet eum.

¶ Moraliter ꝛ scdo/ ꝑ hoc ꝙ Moyses ꝛ Pharao attrahebāt populū hebreoꝝ ad se/tñ differēter: Moyses quidē gratiose monēdo/ Pharao aūt nimis terrēdo/ꝛ flagellis ꝓmēdo/no tant duo modi quib⁹ dñs ad se attrahit pctōres. Unus est gratiosus ꝛ benignus/ interi⁹ inspirādo ꝛ admonēdo/ dicens aīe peccatrici illud Hiere.iij. Tu fornicata es cū amatoribus multꝭ: tñ reuertere ad me/ ꝛ ego suscipiā te. Alius autem modus est cum nimis ꝛ flagellis. Uñ Greg. Mala q̄ nos hic premūt/ad deū ire cōpellunt. Et in Psal. Imple facies eoꝝ ignominia/ꝛ querēt nomē tuū dñe. Ecce quid denotat vari⁹ mod⁹ se habēdi Moysi ꝛ Pharaonis erga populū hebreoꝝ.

¶ Moralr̄ et tertio/ Egyptij sunt demones. Tūc ergo liberat dñs populū suū de manib⁹ Egyptioꝝ: cū liberat pctōres de potestate demonū.i.ꝑ gratiā/ interueniēte sepe auxilio Moysi.i.boni āgeli. Cōsequēter aūt educit eos de predicta tyrannide in terram bonam ꝛ spaciosam: cum educit eos per vias rectas gratiarum et virtutum/ atq; meritorum in presenti: et tandem illis perseuerantibus in bono/ ostendit regnum dei i futuro. Uel dic/ ꝙ deus pater educit fideles suos de Egypto.i. de amore mūdi secūdū illud Osee.xi. Ex Egypto vocaui filiū meū: ꝛ inducit in terrā spaciosam.i.in latitudinem charitatis/ scdm illud Psal. Eduxit me in latitudinē dñs: saluū me fecit/ qm̄ voluit me. Itē alibi: Latū mādatum tuū/ quod supple est de charitate habenda/nimis.i.valde.

¶ Moraliter ꝛ quarto/ꝑ afflictionē populi Israelitici/ quē vocat dñs populū suū/et q̄ cogitur clamare ad dñm pro auxilio ꝛ liberatione/ ꝛ ad quem liberandū tandē descēdit dominus: intelliguntur fideles tentationibus diaboli/carnis/ ꝛ mundi expositi/ qui videntes ꝛ sentiētes ꝙ ex se talib⁹ afflictionibus nō possunt resistere/ coguntur clamare ad dñm ꝑ deuotā orationē: pro auxilio ꝛ liberatione. Unde in Psal. Clamauerunt ad dñm cū tribularentur/ ꝛ de necessitatib⁹ eoꝝ liberauit eos. Et alibi: Ad dñm cū tribularer clamaui/ ꝛ exaudiuit me. Optimum igit remediū cōtra predictā triplicē tētationē/ est recurrere ad dñm per deuotā orationē: iuxta illud verbū Josaphat regis Juda: Cum inquit ignoremus q̄d agere debeam⁹: hoc solū residui habem⁹ vt oculos nostros dirigamus ad te. In cui⁹ etiā figurā legimus in sequentibus xvij.c. ꝙ cū Moyses orās dñm eleuaret man⁹ suas in celum/ vincebatur Amalech. Per qd̄ denotat/ꝙ cū quis tentat/aut afflictionē patitur: si cū omni fiducia feruēter clamauerit ad dominū/per deuotā orationē/ sine dubio ad eum liberādum descendit. Nec certe tunc tantum

tum clamandũ est ore / ꝙtum corde: quia plus audit dñs clamorem cordis ꝙ oris.

¶ Moraliter ⁊ quinto notãdũ / iuxta illũ verbũ / i terrã ꝙ fluit lacte ⁊ melle: ꝙ vt dicit Grego. ⁊ ponitur in glo. ordi. presens prosperitas aliquando a deo datur hominib⁹ / vt ad meliorem vitam prouocenꝰ. Hinc Israeliticis terra Chanaam promittiꝰ: vt quandoq3 ad eterna speranda prouocenꝰ: q2 rudis populus promissionibus non crederet / nisi a promissore aliquid in vicino perciperet. Unde i Psal. Dedit eis regiones gentiũ / ⁊ labores populoꝝ possederunt: vt custodiant iustificationes eius / ⁊ legem ei⁹ requirant. Hec Grego.

¶ Moraliter ⁊ sexto notandũ / iuxta illud verbũ excusatoriũ Moysi ad pceptũ dñi: vbi ait: Quis sum ego vt vadã ad Pharaonẽ / ⁊ educã ⁊c. ꝙ similia verba potest ex humilitate dicere ille qui eligitur in prelatũ alicuius magne multitudinis populi / siue alicuius cõgregationis claustralis. Debet nempe quilibet talis ex humilitate / ⁊ ex consideratione proprie facultatis / honorem sibi oblatũ respuere / exemplo beati Joan. Baptiste / ad quẽ cum misissent Judei sacerdotes ⁊ leuitas: vt interrogarent eũ / tu quis es? respuit ex humilitate honorem sibi ab eis oblatũ: vt patet Joan. j. In ꝗ facto maxime meruit / adeo ꝙ August. sup Joannẽ tractatu. iiij. dicit / ꝙ ipse nullum tantũ meritũ habuit / ꝙ de ista ipsa humilitate: quia cum posset fallere homines / et putari Christus / atq3 haberi p Christo: eo ꝙ tãte gratie ⁊ excellẽtie erat: cõfessus est tamẽ apte / ⁊ dixit: Nõ sum ego Christus. hec ille. Patet ergo ꝙ vir prudens debet ex hũilitate respuere honorem sibi oblatum / non tamẽ pertinaciter recusare. De hoc etiam habemus exẽplum in Hieremia / cui cum diceret dñs: Ecce cõstitui te sup gentes ⁊ regna ⁊c. Respondit / quasi hũiliter recusans sibi officium: et ad hoc se insufficientem reputans / dicẽs: a / a / a / domine deus / ecce nescio loqui: quia puer ego sum. Eiusdem. j. c. Postꝙ tamen dominus repudiauit suam excusationem / dicens: Noli dicere quia puer ego sum / quoniã ad omnia que mittã te ibis: et vniuersa quecũq3 mãdauero tibi / loqueris: tũc humiliter predictũ officiũ acceptauit. Itẽ Esa. cũ diceret dñs trinitas: Quẽ eligem⁹ ad mittẽdum? Ipe ait: Ecce ego / mitte me. Eiusdẽ Esa. vj. Hoc tamen faciebat: ⁊ sic loquebatur Esaias ex deuotione et zelo bono / quo plenus erat. Sic ergo / vt dicit Grego. illi ambo prophete honorabant deũ. Nam vnus appetebat mitti ex deuotione et zelo bono: alius autem se ex humilitate excusabat.

¶ Moraliter et septimo. Per terram fluentem lac et mel / intelligitur conscientia hominis iusti / que recte dicitur terra / propter stabilitatem in bono virtutis et gratie. De qua potest dici illud Psalmi: Fundasti terram super stabilitatem suã / non inclinabitur in seculũ

 seculi.

seculi. Hec autem terra cōsciē tie viri iusti fluit lac et mel/id est contemplationem diuinita tis et humanitatis Christi. In qua quidem cōtēplatione in= uenit anima deuota maximam dulcedinem/ quantum inueni= ri potest in hac mortali vita/ secundū tamen magis et min⁹: nam sicut diuinitas Christi in= finities precellit eius humani= tatem:ita et delectatio que ha betur de ea in presenti per cō= templationem/debet quasi in= finities precellere delectatio= nem que habetur de eius hūa nitate/sicut fit in ecclesia triū= phante: ita vt aīa deuota pos= sit veraciter dicere illud Cāt. v. Comedi fauum cum melle meo/bibi vinum meum cum la cte meo:ita vt sit sensus/Sicut qui comedit fauū cum melle/ aut qui bibit vinū cū lacte/sen tit maximam delectationē: ita et mens que contemplatur de= uote Christi diuinitatem et hu manitatem/ q̄ntum fieri potest/ in hac mortali vita sentit maxi mam delectationē spiritualē: ita vt in ea quandoq3 absor= beatur spiritus.

¶ Moraliter et octauo/ terra fluens lac et mel/est os deuoti et feruidi predicatoris:nunc p̄= dicantis de puritate conscien= tie/et humane vite:que per lac designatur: nunc vero de gau dijs paradisi/que p mel signi= ficantur:ita vt populus fidelis possit veraciter dicere de tali deuoto predicatore/illō Psal. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua/ sup mel ori meo. Item illud Cantic.iiij. Fauus distillans labia tua: mel et lac sub lingua tua. Item cum bea ta Agnete illud verbum:Mel et lac ex ore eius suscepi. Quod autem sequitur/ et odor vesti= mentorum tuorum/ sicut odor thuris:pertinet ad bonam fa= mam/que requiritur in bono predicatore:alias non fructifi cat in populo.

¶ Moraliter et nono/predictū verbum potest recte verificari de illis vtriusq3 sexus persōis/ siue religiosis/siue alterius sta tus/que caste sunt mēte et cor= pore/ siue voluntate et opere. Nam de talibus verum est di= cere/ q terra corporis sui/ vna cum gratia dei / producit lac virginitatis siue castitatis cor poralis. Terra autem mentis sue/ producit mel deuotionis/ et sancte contemplationis/que sequitur ad lac castitatis cor= poralis. Quod quidem lac si semel fuerit effusū:statim dep= ditur/et effunditur mel deuo= tionis. Quia sicut aqua extin= guit ignem:ita et carnalis dele ctatio deuotionem et contem= plationem.

¶ Moraliter et decimo / p hoc q dominus eduxit filios Isra= el de Egypto in terram fluen= tem lac et mel/ad loca Amor= rei/ Chananei/ Ethei et hmōi/ significatur / q etsi penitēs sit liberatus a peccato:nihilomi= nus adhuc habet in presenti su stinere/et pati multas tētatio= nes ab aduersarijs suis:q̄ sunt mūdus/caro/diabolus. Nitun tur em (q̄ntum possunt) eū im= pedire ab ingressu terre pro= missionis/fluentis lac et mel: id est celestis hereditatis : de qua Eccli. xxiiij. Hereditas mea

nea super mel ⁊ fauum.

¶ Moraliter ⁊ vndecimo / lustra illud verbū dñi ad Moysē: Ueni mittā te ad Pharaonem ⁊c. Notandū q Moyses designat predicatorem veritatis / q non debet se ingerere ad hmōi officiū / sine superioris authoritate / q̄tūcunq doctus ⁊ idoneus existat: sed debz expectare q a superiore mittatur / qui dicat ei: Ueni mittam te ad Pharaonem. i. contra diabolū tenentem populum domini captiuū laqueis peccati. de quibus in Psal. Funes peccatorū circūplexi sunt me. Item Prouerb. v. Funibus peccatorum suorum quisq constringitur. Causa autem huiusmodi missionis assignatur / cum dicitur: Ut educas populū meū / filios Israel de Egypto. i. peccatores de tenebris peccatorū / et de potestate diaboli / qui cōtinue inhabitat tenebras culpe ⁊ pene: vt inde educti possint merito dicere cum Psal. Laqueus cōtritus est / et nos liberati sumus. Principaliter quidem ⁊ effectiue a deo / qui sol9 peccata remittit / secundū illud Esaie. xliij. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Minus autem principaliter / ⁊ quasi dispositiue / per verbum predicationis. Unde Actuū. x. Adhuc loquente Petro verba hec. i. predicāte de Christi passione ⁊ resurrectione / simulq hortāte populū ad penitētiā: cecidit spūssanct9 sup oēs qui audiebāt verbū. Itē Joan. xv. dixit Christus discipulis suis: Jā vos mūdi estis / ppter sermonē quē locut9 sū vobis. Patet ergo q vbū in ore deuoti pdicatoris educit populū dei .i. pdestinatos de Egypto. i. a pctōi / ⁊ hoc dispositiue ⁊ ministerialiter / vt dictū est. In quo patet q̄ salubre sit officiū pdicationis / qñ bene dispensatur. Sed quid est q Moyses non iuit ad Pharaone / nisi a deo missus? nisi q predictum officiū nō debet a quolibet exerceri / vt dictū est: sed tm̄ ab eo qui mittit: vt sunt plati superiores a summo pontifice missi / cū pficiūtur populo fideli. Silr ⁊ inferiores: vt curati / cū pficiuntur certis parochijs. Ad tales em̄ spectat ex officio pdicare suis subditis / nō tm̄ extraneis / nisi forsan ex speciali cōmissione. Cōmissio ergo epōrū / quos mittit sūmus pōtifex: designat p duodecim aplos / quos pmo misit Christus ad pdicationis officiū: vt legit Mat. x. Cōmissio vo curatoꝝ / p septuaginta duos discipulos / quos silr misit: vt legit Luce. x. Ex quo patet q tā epi q̄ curati sunt ordinarij plati: ⁊ q ad eos de potestate ordinaria spectat pdicare subditis suis. Alijs autē vt fratrib9 pdicatorib9 ⁊ minoribus: non nisi ex priuilegio apostolico / de quo habet i Clem. de sepulturis. ca. dudū. vbi cōceditur authoritate aplica facultas pdictis fratribus / vt sine cuiuscunq alterius inferioris plati / sub pdicta sede / valeant ⁊ possint pdicare in ecclesijs suis / ⁊ silr in plateis cōmunib9 / illa hora dūtaxat excepta in qua locorū prelati pdicare voluerint / vel corā se facere solēniter pdicari. In q̄ casu

predicare cessabūt: preterq̄ si aliud de .platoꝝ ipsoꝝ volūtate .pceſſerit/ac licentia speciali. Nomine aūt p̄lati dicit Joan. monachi / rectorē ecclesie parochialis non cōtineri. Sequitur: Jn ecclesijs aūt parochialibus fratres predicti/nullatenus audeāt predicare/nisi fuerit a sacerdotib⁹ parochialibus inuitati vel vocati/et de ipsorū beneplacito ⁊ assensu/ seu petita licentia fuerit ⁊ obtenta: nisi episcopus vel p̄lat⁹ superior p eosdē fratres predicari mādaret. Hec vbi supra. Et qd̄ dictū est de curatis / intelligendū est similiter de eorundē vicarijs/scd̄m glo. Patz ergo q̄ fr̄es p̄dicatores ⁊ minores in diocesib⁹ in quibus nō deferēs mandata diocesanorū / nō p̄nt predicare inuitis curatis parochialibus/aut eorum vicariis: cū p̄dictis autē mandatis hoc possunt. Patet etiā q̄ deferre hm̄oi mādata/ eis in aliquo prodest / ⁊ in aliquo obest: qꝛ p talem modum qd̄ prius poterāt cū simplici ⁊ sola licentia curatorū/aut eorum vicariorū: amodo nō possunt/nisi cū exhibitione hm̄oi mandatoꝝ: ⁊ signāter si sic fuerit ordinatū p statutū synodale/vel alias. Jnsuper obest talis subiectio i alio/qꝛ ipsi diocesani sic incipiūt pretendere iurisdictionē i dictos fratres/ 9tra cōem dispositionē iuris/ q̄ coercuit ab eoꝝ potestate: vt patet extra de excessib⁹ p̄latorū. c. nimis iniqua. Jte.ca. nimis praua. Taceo de auaritia officiariorū eorūdē qui nō dāt gratis hm̄oi mādata. Uider ergo dictis fratrib⁹ sufficere / q̄ p̄lat⁹ eoꝝ(q̄ ipsoꝝ mores ⁊ literas nouit) ipsos licētiet ad predicandū dei verbū/ cū litera testimoniali: supposito p̄uilegio ap̄lico/⁊ interueniēte cōsēsu rectoꝝ parochialiū. Tūc ergo poterit dict⁹ platus subdito suo/quē destinat ad p̄dictū p̄dicationis officiū/dicere/ qd̄ dn̄s dixit ad Moysen: Ueni mittā te ad Pharaonē/ vt educas filios Jsrael de Egypto. ad sensum suprapositum.

¶ Moraliter ⁊ duodecimo/ iuxta illud verbū: Deus Abraham/⁊ deus ⁊c̄. Notandum q̄ q̄uis dn̄s de⁹ sit deus Abel/ Noe/ Joseph/ ⁊ similium: sicut deus Abrahā/Jsaac ⁊ Jacob: tamē poti⁹ hic se nominat deū hoꝝ triū patriarcharū q̄ aliorum: ⁊ huius ratio est / nā per hos tres notar̄ oīs modus generādi in ecclesia. Primus modus est/quo generantur boni a malis: vt filij Jacob de ancillis. Secūdus mod⁹ est p ꝯtrarium / quo.s. generantur mali ex bonis: vt Esau/ de Jsaac et Rebecca. Terti⁹ modus est/q̄ generantur boni ex bonis vt Jsaac de Abrahā ⁊ Sara: et Jacob/d Jsaac ⁊ Rebecca. Potest aūt addi quartus modus gn̄atiōis/ quo.s. mali ex malis generanť/vt Jsmael de Agar. Sed qꝛ totaliter mali nō sunt de ecclesie merito: ideo nō sūt computādi cum alijs tribus.

¶ Allegorice et p̄mo / p hanc clausulā apte p̄figuraľ Christi icarnatio/ partꝰ ⁊ passio. Jn lege igiť nature / ⁊ lege scripta: vidit de⁹ par̄ afflictionē popl̄i sui/ q̄ erat i Egypto. i. sctōꝝ patriarcharū

triarcharū ꝛ ꝓphetarū/q̄ erāt in mūdo/ꝛ clamorē eoꝝ audiuit in effectu/q̄ petebāt liberari de potestate eorū/ q̄ ꝑerant operib⁹.i.demonū/ q̄ tūc preerant toti mūdo. Propt̄ qđ dixit Christ⁹ Joā.xij. Nūc princeps mūdi hui⁹ eijciet̄ foras. Sciēs itaq; dn̄s dolorē predictoꝝ/ descendit ꝑ effectū/ vel ꝑ filiū vt liberaret eos de manibus Egyptioꝝ.i. de potestate ꝛ tyrānide demonū. Un̄ Psal. Propt̄ miseriā inopū et gemitū pauperū/ nūc exurgā dicit dominus.s.carnē assumēdo. Hoc aūt totū factū est/ vt educeret dn̄s deus populū suū/ de terra sterili in terrā bonā ꝛ spatiosam.i.ꝑ trāsitis figuris ꝛ ꝓphetijs q̄ ꝑnuntius cōtigerūt/ pueniret̄ ad legē grē/ q̄ fluit lac et mel.i.abūdātia sacramētoꝝ/ ꝛ oīm gratiarū. Propt̄ qđ Apo. Gal.iiij. vocat tp̄s grē plenitudinē tp̄is. In quo quidē tēpore/ misit de⁹ pater filiū suū natū ex muliere/ factū sub lege/ vt eos q̄ sub lege erāt redimeret. Ecce finis incarnatiōis filij dei. Qđ aūt addit̄/ ad loca Chananei/ ꝛ Ethei ꝛc. Que q̄dē gētes idololatre erāt: denotat̄ q; in terris ꝛ locis/ in q̄bus ante Christi aduētū abūdauit delictū: postmodū supabundauit ꝛ gratia vt dicit̄ Ro.v. Uel ꝑfigurabatur q; vbi habitauit prius cultus idoloꝝ/ ibi debere regnare ꝛ florere cultus Christi/ ꝛ Christiane religiōis. Juxta qđ p̄dictū fuerat Esa. ij. Et eleuabit̄ dn̄s sol⁹ in die illa.s.dn̄ice incarnationis/ et idola penitus cōterent̄. Un̄ in locis/ in q̄bus idololatre olim cōstituerāt flamines ꝛ archiflamines/ destructa idololatria/ ꝛ plātata Christi fide ꝛ ecclesia/ cōstitute sunt sedes ep̄ales et archiep̄ales/ vt cultus cederet cultui/ ꝛ ritus ritui: atq; Christus specialiter regnaret/ vbi olim regnauerat diabol⁹. Ecce q̄ vbi abūdauit delictum erroris/ ꝛ toti⁹ nephādę abominatiōis: postmodū abundauit grā Christiane religionis. Un̄ sequit̄ in textu apl̄i: Ut sicut regnauit peccatū in mortem: ita et grā regnet ꝑ iustitiā in vitā eternā. Dicit ergo de⁹ pat̄: Clamor filioꝝ Jsrael venit ad me/ vidiq; afflictionē q̄ ab Egyptijs opprimunt̄. Expone vt prius. Sed veni et mittā te ad Pharaonem. Jsta sunt v̄ba dei p̄ris ad filiū/ quē misit i mūdū/ nō vt iudicet mūdū/ sed vt saluet̄ mūd⁹ ꝑ ipsū: vt dicit̄ Joan.tertio.

¶ Qđ aūt Moyses excusauit se dicēs ad dn̄m: Quis sū ego vt vadā ad Pharaonem/ ꝛc. designat hūilitatē filij dei veniētis i hūc mūdū/ ad bellādū cōtra diabolū/ ꝛ crudelitatē eiusdē dēonis: vel designat tarditatē dn̄ice icarnatiōis. Ut educā filios Jsrael de Egypto. Hic loquit̄ fili⁹ dei admiratiue. quasi di. Tanta ē crudelitas dēonis detinētis naturā hūanā captiuā ꝑ culpā: insup tāta est eiusdē nature iniq̄tas/ q; maxia et īfinita potētia req̄rit̄ i liberāte ꝛ redimēte eā: q̄lē supple habeo. Qđ aūt r̄ndit dn̄s Moysi/ dicēs: Ego ero tecū: designat q; p̄r i diuinis ē i filio/ ꝛ fili⁹ in p̄re.s.ꝑ essētie vnitatē: vt dicit̄ Jo.xiiij. Ul' designat q; de⁹ p̄r

sēp fuit cū Christo hoīe/iuxta
illō eiusdē Jo. viij. Qui me mi=
sit mecū ē/ꝛ nō reliqͥt me solū:
qꝛ ego q̄ placita sūt ei facio sē=
per. Itē eiusdē. xv. Nō sum ego
solꝰ/qꝛ pater mecū est. Signū
autē ꝙ deus pater miserit hūc
Moysen in hunc mundum / vt
saluaretur mundus per ipsum/
tale fuit: Nam postꝗ̄ seipsum
manifestasset eidem mundo in
vita/tum predicando / tum mi=
racula faciēdo / tandē seipsum
perāplius manifestauit in mō=
te Caluarie patiēdo/cum scili=
cet immolauit seipsum deo pa
tri in odorē suauitatis ꝓ omni
bus nobis. Nam tūc sol obscu=
ratus est/petre scisse sunt/ mo=
numenta aperta/velum templi
scissum in mediū/ꝛ tenebre fa=
cte per vniuersam terram: vt
referūt euangeliste. Et hoc est
ꝙ hic de Moyse figuratiue di=
xit dn̄s: Cum(inquit)eduxeris
populum meū de Egypto/ im=
molabis deo super montē istū.
Quod autē subditur in textu.
Ecce(inquit Moyses ad deū)
vadā ad filios Israel/ꝛ dicam
eis: Deus patrū vestrorū misit
me ad vos: aperte insinuat o=
bedientiā Christi ad patrē / ꝓ
qua seruanda descēdit in vte=
rum virginis/ ꝛ cōsequēter ve=
nit ad homines: dixitqꝫ Jude=
is illud Joan. viij. Ego ex deo
processi ꝛ veni: neqꝫ em̄ a me=
ipso veni / sed ille me misit.
Tūc ergo satis implicite ꝛ vir
tualiter dixit illis p̄dicta ỽba
Moysi ad Pharaonē ꝛ ppl'm
suū: Qui est misit me ad vos.
Et similiter sequentia verba:
Dominus deꝰ patrū vestrorū/
deus Abrahā/ꝛ deus Isaac/ꝛ
deus Jacob / misit me ad vos.
Hoc nomen supple/qui est/mi=
hi est in eternum: qꝛ etsi secun=
dū humanitatē fuerit Christꝰ
mutabilitati subiectus/ secun=
dum tamen quod deus/semper
idem est quod est.
¶ Quod autē finaliter subdit
in p̄senti clausula: Et hoc me=
moriale meū in generatione ꝛ
generationē: aperte insinuat/
ꝙ memoria beneficij nobis ex=
hibiti in Christi morte/ qđ est
redēptio totius humani gene=
ris/indelebiliter manebit i me
morijs hominū. Unde in Psal.
In memoria eterna erit iustꝰ
.i. Christꝰ. Hinc ipse redēptor
admonet vnūquemqꝫ nostrum
ad habendā predictā memo=
riam Threno. iij. dicens: Re=
cordare paupertatis et trans=
gressionis mee. i. tue/ quā meā
feci penā pro te portādo ꝛ sa=
tisfaciendo: absinthij ꝛ fellis
quibus supple potatus sum in
cruce. Respōdeat ergo illi ani=
ma deuota/ꝛ dicat id quod se=
quitur: Memoria memor ero/
supple dolorosissime mortis et
passionis tue/ o mundi redem=
ptor/ꝛ tabescet. i. deficiet i me
anima mea/ scilicet pre dolore
ꝛ cōpassione. Unde Psal. De=
fecit i salutare tuū anima mea.
Quantū autē ꝓsit huiusmodi
memoria dominice passiōis/a=
perte insinuat Augusti. in suo
manuali. c. xxij. dicens: Cū me
pulsat aliqua turpis cogitatio/
recurro ad vulnera Christi. Cū
me premit caro mea / recorda=
tione vulnerū domini mei re=
surgo. Cū diabolus parat mihi
insidias/ fugio ad viscera mise=
ricordie domini mei/ꝛ recedit
a me.

a me. Si ardor libidinis moueat mēbra mea/ recordatione vulnerū dñi mei Jesu Christi extinguunt. Et breuiter in omnibus aduersitatibus meis nō inueni tam efficax remedium/ q̄ vulnera Christi. In illis dormio securus/ ꝛ requiesco intrepidus. Tota ergo spes mea in morte domini mei Jesu Christi est. Hec August. vbi supra.

¶ Allegorice ꝛ secundo/ populus Hebreorū captiuus in terra Egypti/ cuius afflictionē videt dñs/ ꝛ clamorē eius audit/ propter duritiā coꝝ qui p̄sunt operibus: designat populū catholicū/ q̄ captiuus detinetur multipliciter hodie ꝛ a multis tyrannis. Primo quidē ab hereticis Lutherianis: per quos ꝛ a quibus videnť ferme oēs antique hereses pullulare ꝛ renouari: a q̄bus digneť dominus deus absoluere ecclesiam suā. Itē a principibus/ q̄ se catholicos dicunt/ qui excoriant pauperes subditos tallijs ꝛ varijs exactionibus: vt impleant marsupia sua/ vel vt vacent voluptatibus suis. Itē ab infidelibus indies inuadentib⁹ vi armorum terras Christianorum. Taceo de terris ecclesie/ q̄ a tēpore Constātini Imperatoris cesserunt in sortē Romani pontificis/ vsq̧ ad hec tēpora. Sed nescio q̄d imposterū inde fiet/ maxime cū cernamus hac tēpestate a filijs ecclesie/ qui Hispani sunt/ patrem scilicet ipsum Romanum pontificem/ tanq̄ captiuū in vrbe detineri: insuper ꝛ princeps prouinciarū/ videlicet Romana ciuitas/ facta est sub tributo/ a predictis filijs/ qui vtinā veri filij/ ꝛ non vt tyranni erga matrē existerēt. Nam vt verū fateamur/ hi more vipereo ad dictā matrem se habēt. Ex q̄bus omnibus q̄d aliud opinari possim⁹ nisi ꝙ iudicij dies de propinquo instat. Propter q̄d Joan. Apoca. xiiij. clamat dicēs: Timete deū/ ꝛ date illi honorem: quia venit hora iudicij eius.

¶ Sequiť. Et sciens dolorem eius/ descendi vt liberē eū de manib⁹ Egyptioꝝ. Istud possumus referre ad diem iudicij: quandoquidē descendet dñs Jesus Christus in vallem Josaphat/ propter miseriā inopū/ ꝛ gemitū pauperū/ petentium vt liberet eos de manib⁹ Egyptiorū. i. iniuste eos opprimentium. Unde Psal. iudicabit dominus pauperes populi/ scilicet in bonā partē: ꝛ saluos faciet filios pauperū/ ꝛ humiliabit calumniatorē. i. oppressorem superbum/ scilicet deijciendo eū in infernū/ pauperē autē exaltando in celū: ideo sequiť: Et educā scilicet populū meū/ scilicet electos de terra illa/ scilicet tribulationis ꝛ miserie: in terram bonā ꝛ spatiosam. i. in celum. Mat. xxv. Ibunt hi in supplicium eternū: iusti autē in vitā eternam. Ecce ergo clamor filiorū Israel. i. fideliū/ recte videntiū deū per fidē in presenti/ qui venit ad dñm/ querens vindictā de predictis oppressoribus. Propter quē quidē clamorem accelerabitur (non dubium) iudicij dies. Moyses autem qui mittitur a dño: vt educat populum suū de Egypto: ipse est angelus Michael/ quē

mittet

mittet dñs in fine seculi in voce tube: vt educat corpora electorum de sepulchris suis: dicens: Surgite mortui / venite ad iudiciū. Et tūc qui in Christo sunt: resurgent primi. Deinde nos qui viuimus: qui relinquimur: simul rapiemur cū illis in nubibus obuiam Christo in aera: et sic semp cū dño erim⁹. qđ vtinam fiat. Qđ si predict⁹ Moyses .i. angelus / quē missurus est ipse dñs ad cooperādum resurrectioni humanorū corporum: se excusaret a tanto opere faciēdo: tunc diceret illi dñs qđ olim dixit Moysi: Ego ero tecū: scilicet principaliter faciēs dictam resurrectionem. Ideo nō dubites de possibilitate operis. Qđ si tunc interrogetur dict⁹ angelus a quoq̃ qua authoritate cooperetur predicte resurrectioni / respōdebit et dicet: Qui est misit me .i. non veni ọ: nec ista facio ppria authoritate: sed authoritate et potestate dei / q̃ hac de causa misit me.

¶ Allegorice et tertio / iuxta illud: Introducā vos in terrā q̃ fluit lacte et melle. Notandū q̃ p terrā fluentē lac et mel / designatur sacra scriptura. Vñ Cāti. iiij. Fauus distillans labia tua spōsa: mel et lac sub lingua tua. Lac igitur qđ est albissimū et purissimum: est doctrina noue legis: q̃ est pulcherrima et clarissima: q2 absq̃ obscuritate et errore. Mel autem quod latet in cera in alueolo / est spiritualis intelligentia veteris testamēti: latens in cortice litere. Tūc ergo dominus introducit filios Israel in terram fluentem lac et mel: cum generat in veris theologis auiditatem studij sacre scripture / quo ad vtrunq̃ testamentum. In quo quidem studio nōnulli inueniunt tantam dulcedinē et suauitatē / q̃ noctes ducūt insomnes / seipsos obliuiscētes. Vñ legitur de beato Thoma Aquinē. q̃ pre auiditate huiusmodi studij interdū adeo rapt⁹ erat / q̃ cum semel studeret ad lumen / candela combussit in parte digitos suos: nec penitus sensit.

¶ Anagogice postq̃ bñ et laudabiliter vixerit homo in hac mortali vita: q̃ p Egyptū designatur / et q̃ plena est afflictionibus: oppressionibus: et doloribus: tandē in mortis articulo descēdit dñs: siue p se / siue p angelū bonū ad dictū hominē: sicut factū est in morte pauperis Lazari: vt liberet eum de manib⁹ Egyptiorū .i. demonū / et oim aduersitatū: et educat eū de terra miserie hui⁹ mundi: in terrā bonā et spatiosam celi: de qua in Psal. Credo videre bona dñi: in terra viuētiū: q̃ fluit lacte et melle / propter gaudiū duplex qđ ibi possidetur et habetur: sclꝫ de diuinitate et humanitate Christi. Et bene dicitur dicta terra fluere vtroq̃ / sclꝫ lacte et melle: quia predictum duplex gaudiū nunq̃ deficiet. Joā. xvj. Gaudiū vestrū nemo tollet a vobis. Qđ aūt dicitur q̃ filij Israel introducturi essent in terrā promissionis ad loca Chananei: et Ethei: et Amorrei et c̃. designat q̃ homines ascensuri in celum sunt repleturi sydereas mansiones / in quibus collocati fuissent maligni

ligni spiritus / si in bono gratie in quo conditi fuerant perstitissent. Un Psal. Judicabit in nationibus. i. iudicabit dns nationes pplorum q p duodecim trib9 Israel designant: et tunc supple implebit ruinas angelorum: tot hoies saluando / quot angeli mali ceciderut: vt dicit vna opinio. Reliqua aut patere possunt ex his q dicta sunt supra in prima expositione allegoricali.

Tertia clausula.



Vade / congrega seniores Israel / et dices ad eos: Dominus de9 patru vestrorum apparuit mihi de9 Abraha / et de9 Isaac / et de9 Jacob dices: Uisitas visitaui vos / et vidi oia q acciderut vobis i Egypto: et dixi vt educa vos de afflictioe Egypti in terra Chananei / et Ethei / et Amorrei / et Pherezei / et Euei / et Jebusei / ad terra fluente lacte et melle: et audiet voce tua. Ingredierisq tu et seniores Israel ad rege Egypti / et dices ad eum: Dns deus Hebreorum vocauit nos. Ibim9 via triu dieru in solitudine / vt immolem9 dno deo nro. Sed ego scio / q non dimittet vos rex Egypti: vt eatis / nisi p manu valida. Extenda eni manu mea / et percutia Egyptu in cuctis mirabilibus meis / q factur9 sum in medio eorum. Post hoc dimittet vos / daboq gratia populo huic coram Egyptijs. Et cum egrediemini / no exibitis vacui: sed postulabit mulier a vicina sua / et ab hospita sua vasa argetea et aurea / ac vestes: ponetisque eos super filios et filias vestras / et spoliabitis Egyptum.

¶ Historialiter postq in precedenti clausula egit famulus domini Moyses de legatione sibi data et commissa a domino / vt iret ad Pharaonem / oraturus vt dimitteret populum domini / quem captiuum et in magna seruitute tenebat in terra sua Egypti. Hic consequenter ait de precepto sibi facto a domino super manifestatione dicte sue legationis coram senioribus filiorum Israel / dicens ad eum: Uade / supple descendedo de mote illo Synai / et congrega seniores Israel / q sunt honorandi ante iuuenes / et preferendi in manifestatione secretorum tangentiu rempublicam. Sic et huius exemplo fit vsq hodie in ciuitatibus bene regulatis. Quibus congregatis in vnum / dices ad eos: Dominus deus patru vestrorum apparuit mihi. In quibus verbis ille qui loquitur Moysi / vocat se dominum: eo q potentiam suam esset ostensur9 super Egyptios in signis mirabilibus que coram eis facitur9 erat. Item vocat se deu: eo q misericordiam suam super Hebreos esset prestiturus. Item addit / patrum vestroru: eo q patrum illorum promissiões olim factas esset in breui illis exhibitur9. Sequitur / apparuit mihi: supple in monte Synai / cum ibi pascerem oues Jethro soceri et cognati mei. Tacet autem Moyses modu apparitionis: quia forte tanq miraculo

miraculosum popul⁹ rudis ip̄z non caperet: Deus Abraham. ꝛc̄. Uocat aūt dominus se deū predictorum triū patriarcharum, eo ꝙ specialiter illi cū coluerūt: aut quia illis familiarem se exhibuerit in sermone: aut quia multa et grandia beneficia illis cōtulerit: aut quia illis in semine suo terras Chananeorum promisit, ꝛ ait: Uisitans, visitaui vos: inuisibiliter inter vos cōuersando. Job. ix. Si venerit ad me, non videbo eum. Hoc autem modo loquēdi vsus est dominus ad Moysen: quia Joseph moriēs sic p̄dixerat: Post mortē meā, Deus visitabit vos, ꝛ ascēdere faciet de terra ista. Geñ. vlt. Itē cum geminatione locut⁹ est dñs, ad maiorem rei cōfirmationē. Et nota ꝙ hic ponitur preteritum pro futuro: scilicet visitaui, pro visitabo. Est ergo sensus verborum domini: Uisitans, prius flagellis: visitaui, id est, visitabo beneficijs: vos, tanꝗ filios: vel vos tanꝗ infirmos, quos medicus primo visitat dictam ordinando, deinde recreando. Non enim possum erga populū meū cōtinere in ira mea misericordias meas: sed cū irat⁹ fuero, misericordie recordabor. Uel visitans, a malis vos liberādo: et de captiuitate Babylonica educendo: visitaui. i. visitabo vos, bona conferēdo, ꝛ ad terrā promissionis introducendo: et vidi omnia que acciderunt vobis in Egypto, id est ad tempus approbaui ꝙ pateremini sub Pharaone, propter peccata vestra ꝛ patrū vestrorum. Quamuis autem voluerit dominus Hebreos detineri ad tempus in Egypto, propter dictam causam: non tamē voluit iniustam oppressionē Pharaonis. Sicut ip̄e vult aliquos sanctos martyrio coronari, nō tamē vult iniustam actionem tyrānorum. Item deus pater voluit filium suum mori, nō tamē a Judeis aut gentilib⁹ occidi. ¶ Sequitur: Et dixi. i. deliberaui, vt educā vos de afflictione ꝛc̄. Fecit ergo dominus erga Hebreos, sicut pius pater erga filium suum, quem delinquētem castigat: hereditatem tamen suam eidem seruat: ita in proposito. Unde Ps̄: Si dereliquerit filij eius legē meā, ꝛ in iudicijs meis non ambulauerint. Si iustitias meas ꝓphanauerint, ꝛ mādata mea nō custodierint. Ecce quid faciā: Uisitabo in virga iniquitates eorū, ꝛ in verberibus peccata eorum: misericordiam autē meā non dispergā ab eo: supple Hebreorum populo. Consequēter domin⁹ instruit Moysen qualiter se debeat habere ad regē Egypti, dicens: Ingredierisque tu, tanꝗ principalis supple: et seniores Israel, tanꝗ tibi assistentes: ad regē Egypti. Quod enim fit per plures ꝛ sapientiores, magis authēticum est: Et dices ad eum: Dominus deus Hebreorum. i. quē speciali cultu colunt Hebrei, cuius generis sumus: vocauit nos: cuius vocationem non habemus negligere. Nō ergo propria sponte, sed dei volūtate id agimus, vt scilicet sacrificemus domino deo nostro. Ibim⁹ ergo viā trium dierum in solitudinē, vt

totaliter segregati ab alijs nationib9 / deuotius immolemus deo nostro. Sed ego / qui nihil ignoro / et ante cuius conspectū futura sunt p̄sentia: scio q̄ non dimittet vos ad simplex mandatum meum rex Egypti / cum tamen de facto teneatur obedire simplici verbo meo / nisi p manum validam. i. per virtutē meā ipsum cū populo suo grauiter affligētem: sicut patebit in sequentibus. Sed ecce quid faciam illi: Extendam manum meam. i. iram et indignationem meam magnam: vt percutiam Egyptum in cunctis mirabilibus meis. Non ergo extendam manum meam ad dādum: sicut ibi Prouerb. j. Extendi manū meam: et nō fuit qui aspiceret. Post hoc dimittet vos. Non quidem gratis / sed victus plagis: daboq̄ gratiā populo huic coram Egyptijs. Iste tertus declarabitur in solutione penultimi dubij.

Circa ergo hunc tertium mouentur aliqua dubia.

Primū igitur dubiū. Quid hic itelligitur per seniores / cū dicitur a domino Moysi: Uade congrega seniores etc. Dicēdum q̄ per seniores in proposito intellexit dominus iudices populi / qui habebāt ipsum regere. Et dicebant seniores / nō etate / sed prudentia et maturitate / que requiritur ī iudicibus. Unde in passione dn̄i cum fit mētio de congregatione seniorū populi aduersus ipsum: vt patet Matt. xxvj. Itē Mar. xiiij. per seniores intelligūtur iudices popli. Hoc modo etiā capitur seniores Esa. iij. cū dicitur: Dn̄s ad iudicium veniet cū seniorib9 populi sui. i. Christus cū Apostolis / qui cū eo iudicabunt / scilicet accessorie: iuxta illud eiusdē Christi verbū Matt. xix. Sedebitis sup sedes duodecim / iudicātes duodecim trib9 Israel. Q̄s autē predictū verbum presentis clausule nō intelligat de senioribus etate / patet: quia cum in illo populo essent sexcēta milia peditū virorum / absq̄ paruulis et mulieribus / inter quos etiā erat promiscuum vulgus innumerabile: vt habetur in sequentibus. xij. c. omnes senes populi non potuissent de facili congregari / et signanter ad tantam distantiā q̄ singuli potuissent distincte capere verba Moysi loquētis: quod tamē erat necesse. Relinquit q̄ q̄ p seniores ī pposito intelligunt iudices populi.

Secundū dubium. Ubi erāt dicti seniores? Uidetur q̄ prope montem Sinai: et hoc ex modo loquēdi dn̄i ad Moysen / cū ait: Uade pgrega seniores Israel. Dicendum q̄ adhuc erāt in terra Egypti. Unde postq̄ cessauit dn̄s loqui cū Moyse. Uenit ad Iethro socerū suū / et dixit ei: Uadam / et reuertar ad fratres meos in Egyptū: vt legitur circa mediū sequētis capituli. Ibidē etiā legit q̄ dn̄s dixit ei cū adhuc esset in terra Madian: Uade et reuertere in Egyptū. Mortui sunt em̄ oēs q̄ q̄rebāt aīam tuā. Nā et si rex Egypti valde opprimeret tūc Hebreos: adhuc tamē permittebat q̄ haberēt seniores. i. iudices de gēte sua / et signanter in terra Gessen / que erat princi

palis

palis et ordinaria habitatio eo-
rum. Uerum ꝙ per totā terrā
Egypti aliq ex ipis vagabant/
q tamen interdū reuertebātur
ad dictam terrā Gessen visuri
fratres suos. Ex forma autem
textus/ cum dicitur: Uade con
grega seniores ⁊c. solum habe
tur ꝙ dñs precepit Moysi/ vt
se disponeret ad redeūdum in
Egyptum: ⁊ ibi cōgregaret se-
niores Israel/ atq illis signifi
caret domini volūtatem ⁊ de-
liberationem super liberatio-
ne filiorum Israel de Egypto.
¶ Tertiū dubium. Quāto tē-
pore stetit Moyses i mōte Si-
nai/ loquēs cū dño in hac pri-
ma apparitione? Dicēdū/ ꝙ de
hoc nihil certū possumus tra-
here ex sacra scriptura. Possu
mus tamē pbabiliter dicere/ ꝙ
ibi non stetit per plures dies/
neq p diē integrū: sed per tm
tēpus quod requirebat in ex-
pressione verborū dñi ad eum/
atq ipsius ad dñz: que in pre-
senti capitulo ⁊ sequenti conti
nentur. Non eīn verisimile est
ꝙ ibi illerēt/ aut ꝙ alia verba
ab his que in his duobus ca-
pitulis cōtinentur/ inter se di-
xerint: alias de illis nō tacuis-
set ipse Moyses/ sed cū psenti-
bus inseruisset/ tanq fidelis nar
rator sermonū dñi. Qz si obij-
ciat/ ꝙ alia vice idē stetit cum
dño. xl. dieb9 ⁊ xl. noctibus: vt
habet in seq. xxiiij. c. nec tñ ibi
narrant verba dñi ad eū. Ergo
a simili potuit hic fieri ꝙ ipse
Moyses p plures dies steterit
cū dño/ loquēs cū eo ⁊ econuer
so: q̄uis nō sint hic expssa oia
ꝟba illa/ sz tm aliqua. Dicēdū
ꝙ nō est simile: quia qñ Moy-
ses ascēdit in mōtē/ vt ibi susci
peret duas tabulas de manu
dñi/ fuit tūc rapt9 vsq ad ter-
tiū celū: ⁊ vidit diuinā essentiā
atq audiuit arcana dei/ q non
licet hoi loq: vt dicit Apost. ij.
Cor. xij. Hic aūt tm vidit āge
lū in psona dñi loquentē/ vt cō
muniter tenet/ ⁊ trahit ex Augu
sti. in questio. super Exodum.
¶ Quartū dubiū mouet ppter
illud ꝟbū dñi ad Moysen: Et
audiēt vocē tuā. Querit g vtr
fuerūt moti seniores Hebreoꝝ
ad assentiendū simplici verbo
Moysi/ etiā priusq faceret si-
gna/ dicenti ad eos ꝙ dñs mi-
sisset eū? Dicēdū/ ꝙ ex duplici
motiuo: interiori/ scz ⁊ exterio-
ri. Motiuū interi9 fuit spūs san
ctus/ mouens corda eoꝝ ad as-
sentiēdū his que dicebātur a
Moyse ex pte dñi. Ipe eīn spi-
ritus sctus mouet ⁊ iclinat cor-
da hoim put vult. Uñ scriptū
est Prouer. xxj. Cor regis i ma
nu dei est/ ⁊ qcūq voluerit ver
tet illud. Motiuū exterius fuit
pmissio dei. Olim eīn de9 pmi
serat Abrahe. Geñ. xv. ꝙ pere
grinū futurū esset semē suū in
terra nō sua: ⁊ ꝙ alieni subijce
rēt ip̄z seruituti/ atq affligerēt
quadringētes annis: sed ꝙ tā-
dem gñatione quarta deberēt
reuerti i terrā suā. Seniores g
Judeoꝝ ⁊ q prudētes erāt in-
ter eos/ atq pdictā pmissionē
mēte habētes: videbāt ꝙ tēp9
sue liberatiōis instabat. Nō mi
rū g si stati dicti seniores credi
derūt Moysi. pphete ⁊ famulo
dñi. Nec egerūt ꝯ illā sententiā
sapiētis Eccli. xix. Qui cito cre
dit/ leuis ē corde. Nec ꝯ illā. j.
Joā. iiij. Probate an spirit9 ex
deo

deo sint:ꝛ nolite oī spūi credeꝛ
re:tū quia nōdū habebaꝛ p̄dī=
cta scriptura:tum qa ille nō est
leuis corde q̄ cito credit spūi
diuino:ꝛ sacre scripture/cuius=
modi fuit in ꝓposito. Insup nō
oī spūi idifferēter credit/q̄ cre=
dit spūi bono. Probat etiā tūc
homo si spūs ex deo sint/ꝓba=
tione morali quādo hꝫ discre=
tionē spirituum:qđ est speciale
dei donū. Ex his ḡ patet ꝙ p̄=
dicti seniores Hebreorū prudē
ter egerūt/ quādo crediderunt
moysi/dicēti se eē missū a deo.
¶ Quītū dubiū oriꝛ iuxta illđ
v̄bū: Ibim⁹ viā triū dierū i so=
litudinē: vt imolem⁹ dn̄o deo
nr̄o. Queriꝛ ḡ cur Moyses nō
taxauit viā pluriū diez̄ q̄ triū/
aut paucioz? Dicēdū/ꝙ noluit
taxare viā pluriū diez̄ q̄ triū/
scilꝫ sex vel octo:q2 sic visi fuis=
sent non q̄rere deo imolare/sed
sub tali colore fugere. Nec silr
taxare voluit viā breuiorē/vcꝫ
vni⁹ diei/aut duoz:qa tūc non
fuissent sufficiēter elongati ab
Egyptijs/q̄ lapidassent eos si
vidissent eos imolare certa ani
malia q̄ ꝓ dijs colebant. Et iō
rōnabiliter dixit Moyses: Ibi
mus viā triū dierū in solitudi=
nē/nō plus nec min⁹ exp̄mēdo.
¶ Sextū dubiū. Utrū rex Egy
pti/detinēdo populū Hebreo=
rū ne iret viā triū dierū in soli
tudinē/ad immolādū dn̄o/ pec
cauerit? Uideꝛ ꝙ nō/qa sic de⁹
preuiderat:ꝛ p ꝯ̄ns sic necesse
erat fieri: alias prescientia dei
nō fuisset ipleta: de qua dr̄ i te=
xtu: Ego scio ꝙ non dimittet
vos rex Egypti ꝛc̄. Dicēdū/ꝙ
p̄sciētia dei nō iponit reb⁹ ne=
cessitatē/nec tollit hoīs liberū
arbitriū/ qnīmmo stat cū cōtin
gētia rez. Ex quo relinqtur ꝙ
rex Egypti grauissime peccauit i
detinēdo ppl'z Hebreoz ꝯ dn̄i
volūtatē/nō obstāte dei p̄sciā.
¶ Septimū dubiū/ est de grā
quā dedit dn̄s Hebreis corām
Egyptiis. Queritur ḡ q̄lis fuit
hmōi grā? Dicēdū ꝯformiꝛ ad
quēdā doctorē/ noīe Andreā/
quē sepe nūero allegat Petr⁹
de pal. ꝙ illa grā fuit ꝙ qn̄ de=
buerūt filij Israel exire de Egy=
pto/ q̄cqd postulabāt ab Egy=
ptijs/totū dabāt. Cōpellentes
enim eos exire nihil eis nega=
bāt:vt citi⁹ exirēt:qa timebāt
oēs qn̄ scꝫ viderūt primogenī=
ta sua ꝑcuti morte/ab homine
vsq ad pec⁹. Predicta igiꝛ grā
tāgiꝛ in textu/cū subditur: Nō
exibit/ vacui/sꝫ postulabit mu=
lier ꝛc̄. Dicūt ḡ Hebrei ꝙ i ex=
itu ppli Hebraici de Egypto:
dn̄s dedit eis tantā gratiā co=
rā Egyptijs ꝙ liberal'r offere=
bāt/ꝛ libēter dabāt eis p̄ciosa
iocalia. Hāc tamē liberā dona
tionē reprobat Petr⁹ Comest.
paucis v̄bis/dicēs: Dicūt He=
brei postulasse vt dono darēt:
sed verius est ꝙ mutuo. Et iste
mod⁹ dicēdi videꝛ ꝯcordare li
tere p̄senti: vbi dr̄: Postulabit
mulier a vicina sua. ꝛc̄. Deide
subdiꝛ: Et spoliabit/ Egyptū.
Hoc autē nō videreꝛ verum/ si
Egyptij liberalit dedissent p̄=
dicta iocalia ipis Hebreis. Tu
tior ḡ modus dicēdi/ꝛ ꝓbabi=
lior est/ꝙ Hebrei acceperunt ab
Egyptijs hmōi iocalia/scꝫ va=
sa argētea ꝛ aurea/atq vestes/
per modum mutui: que secum
egrediendo de Egypto depor
tauerūt. Egyptij autē q̄ erant
occupati

occupati ⁊ intenti ad sepelien
dum mortuos suos / qui valde
multi erant: maxime cũ non es=
set domus Egyptiorum in qua
nõ iaceret mortuus: obliti sunt
repetere que Hebreis mutuo
tradiderãt. Iste etiam modus
dicendi confirmatur per illud
qđ legitur in sequentibus. xij.
c. vbi sic dicitur: Dominus au=
tem dedit gratiam populo co=
ram Egyptijs / vt commodarẽt
eis. Qđ si arguatur contra pre=
dicta: quia terra Gessen in qua
habitabant Hebrei / distabat a
reliqua parte terre Egypti / in
qua habitabãt Egyptij: et per
consequens non videtur verũ
ꝙ Egyptij mutuauerint He=
breis iocalia prius expssa. Ad
hoc sufficiẽter supra respõsum
est. Dicit etiam hic dominꝰ Pe
trus de Pal. ꝙ multi Egyptij
viri armati habitabãt in dicta
terra Gessen / iter Hebreos / cu
stodientes eos. Etiã multi He
brei inter Egyptios erant tan=
ꝙ hospites ⁊ artifices atq͂ ma
nuperarij. Propter quod talis
mutuatio potuit facile fieri.

¶ Octauũ dubium. Utrũ He=
brei commiserint furtum / secũ
asportantes bona que illis mu
tuauerant / siue cõmodauerant
Egyptij? Videt ꝙ sic: quia se=
cundum August. furtum est cõ
trectatio rei aliene inuito dño /
lucrifaciendi gratia. Sic autẽ
fuit in proposito. igitur. In op
positũ arguitur: quia deus nõ
precipit peccatũ / sicut neq͂ est
causa illius. Ipse autem prece=
pit Hebreis p seruũ suũ Moy=
sen / sicut habetur in p̃senti te=
xtu: ⁊ similiꝰ infra. xij. c. ꝙ spo=
liarent Egyptios predicto mo
do. Igitur nõ commiserũt fur=
tum. Pro solutione huiꝰ dubij
notãdũ / ꝙ Manichei propter
hanc historiam respuũt vetus
testamẽtum: vt patet. xxiiij. q.
iij. quidam autem heretici. di=
centes ipsum esse datum a ma=
lo deo: qui precipit mala: atq͂
fauet malis. Sed in hoc mani=
feste errant / non attendentes
ꝙ domini est terra / et plenitu=
do eius: ⁊ cui vult dat bona tẽ
poralia sine iniuria possidẽtis.
Insuper optimo iure humano
licite recesserunt Hebrei cum
spolijs Egyptiorum: tum quia
occiderant paruulos eorũ: tũ
quia retinuerant mercedẽ la=
borum suorũ in operibus ter=
re / in quibus eos grauiter oc=
cupauerant. Unde Josephus:
Dñs i hoc reddit Hebreis ius
suũ / q̃ seruitio suo / tanꝙ alias
non debito / amplius etiã me=
ruerant apud Egyptios: Tũc
ergo potuit veraciter dici il=
lud Sapien. x. Iusti tulerunt
spolia impiorum / ⁊ decantaue=
runt dñe nomen sanctũ tuũ: sci
licet transito mari rubro: ⁊ vi=
ctricem manũ tuam laudaue=
runt pariter: scilicet dicentes
illud Canticũ: Cantemus do=
mino / gloriose eñ magnificatꝰ
est / equum ⁊ ascensorem ⁊c̃.

¶ Moraliter ⁊ primo / dominꝰ
qui iussit Moysi vt congrega=
ret seniores Israel / illisq͂ in=
dicaret que ⁊ quanta illi pre=
cepisset: dedit per hoc intelli=
gere ecclesie prelatis / ꝙ in ar=
duis nihil debent agere absq͂
consilio seniorũ et cõsensu eo=
rum. Unde Prouer. xiij. Astu=
tus. i. vir prudens ⁊ discretus /
omnia agit cum consilio: sic ꝙ
nihil

nihil precipitãter. Sũt autem
nonnulli/ qui satis bene consi=
liantur de agendis/ forsan pro
eorum honore: ne videant cun
cta agere ꝓprio sensu: sed hoc
est totum: quia nihil tenent de
decisione consilij. Propter qđ
frequenter incurrunt indigna
tionem aliorum/ quasi contem
nentes consilium eorum. Et q̃
sequuntur monopolia in repu=
blica. Dominus ergo/ qui per
solum Moysen potuit libera=
re populũ suum/ cui tamen p̃ce
pit vt congregaret seniores Is
rael/ et indicaret illis volunta
tem suã/ vt essent promptiores ⁊
paratiores ad eum iuuandum:
dedit formam nedum ecclesie
p̃latis/ verũ etiã regibus/ ⁊ cõ
munitatũ rectoribꝰ ita agere.
¶ Moraliter ⁊ secundo/ iuxta
illud verbum: Ibimus viã triũ
dierum in solitudinem/ vt im=
molemus ⁊c̃. Notãdum ꝙ per
filios Israel in proposito intel
liguntur peccatores/ qui exitu
ri de Egypto.i.đ tenebris pec
catorũ/ debent ambulare viã
triũ dierum.i. diligenter per=
agere triplicem partem peni=
tentie: que est via eundi ad do=
minum per gratiam in presen=
ti/ ⁊ per gloriam in futuro/ a q̃
receditur per peccatum. Psal.
Longe a peccatoribus salus.
Primus igitur dies dicitur cõ
tritionis/ secũdus confessiõis/
tertius satisfactionis. Et bene
dicũtur he tres partes penitẽ
tie/ tres dies/ ꝓpter p̃ntiã grẽ
dei a q̃ illustrant. Nã ꝙprimũ
penitẽs incipit ꝯteri.i. dolere
de pctõ cõmisso/ principaliter
ꝓpter deũ offensũ: incipit illu=
minari ꝑ gratiã/ q̃ cõcomitat
sequẽtẽ ꝯfessionẽ/ ad quã obli
gat iure diuino pariter ⁊ hũa=
no. Silr dicta grã concomitat
satisfactionẽ.i. simul currit cũ
ea: si debeat esse meritoria. Et
tũc hõ sic decedẽs intrat soli=
tudinẽ.i. celum/ qđ dr solitudo
respectu p̃sentis seculi/ ꝓpter
elõgationẽ ab eo. Unde i figu=
ra huiꝰ legit Jone.ij. ꝙ isc̃e Jo
nas post tres dies exiuit de vẽ
tre ceti/ quẽ proiecit in littore
maris. Mare est mũdus p̃sens.
Uñ Psal. Hoc mare magnũ et
spaciosũ manibꝰ/ illic reptilia
.i. picula/ vl' pctã/ seu demones
nos tentãtes: quoꝝ nõ est nu=
merꝰ quo ad nos supple: sed be
ne q̃ ad deũ/ q̃ etiã nouit mul=
titudinẽ stellaꝝ/ ⁊ oibꝰ eis no=
mina vocat. In hoc igit mare
p̃sentis seculi ꝓijcit Jonas.s.
peccator/ vt absorbeat triplici
amaritudine/ ⁊ hoc quasi i tri=
plici loco/ sclꝫ in corde ꝑ cõtri=
tionẽ/ in ore ꝑ amarã cõfessio=
nẽ/ in opere ꝑ penosam satisfa=
ctionẽ. Quibꝰ digne peractis
exiẽs homo de vẽtre ceti.i. de
hoc seculo nequã ꝑ mortẽ/ ꝓm
colligẽt angeli dei/ ⁊ deducent
in terrã viuentiũ. Ecce qđ ꝓ=
dest incedere ꝑ viã triũ dierũ
in presenti. Sed qđ est qđ ad=
ditur/ in solitudinẽ. Certe per
hoc designat ꝙ volẽtes agere
verã penitentiã/ ⁊ ꝑ tres dies
ire i celũ/ debẽt relinquere mũ
dũ/ ⁊ frequentiã hoim (ꝙtũ fie
ri potest) saltim affectu/ ⁊ q̃rere
dñm alibi/ scilicet in solitudi=
ne cũ Moyse/ q̃ inuenit eum in
mõte Synai/ nõ in Egypto/ nec
in vrbe aliqua. Uñ Augu. lib.
Soliloq̃oꝝ.c.xxx. Circuiui vi
cos ⁊ plateas ciuitatis huius

mundi / querens te dñe deus me⁹ / et nō inueni: qz male q̄rebā te. Nō ergo inuenit dñs in delicijs presentis seculi / nec in strepitu hui⁹ mundi / scdm illud Cant. iij. In lectulo meo p noctē q̄siui quē diligit aia mea. Quesiui illū / et nō inueni. Surgā et circuibo ciuitatē / p vicos et plateas q̄rā quē diligit aia mea. Quesiui illū / et nō inueni. Paululū cū pertrāsissem: ecce solitudo. Inueni quē diligit aia mea. Si cupis ergo o aia deuota inuenire dñm per gratiā in presenti / ama solitudinē: et dic cū Psal. Ecce elōgaui fugiēs / supple cōuersatione mūdanorum: et mansi in solitudine. Ambulem⁹ ergo charissimi viam triū dierū in solitudinē / ad sensum datū: vt immolemus dño deo nostro corda p cōtritionē / qz scriptū est in Psal. Sacrificiū deo sps cōtribulatus. Ora / per cōfessionē. Ro. x. Ore cōfessio fit ad salutē. Corpora / p satisfactionē. Ro. vi. Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire immundicie et iniquitati ad iniquitatē: ita nūc exhibete ea seruire iustitie in sanctificationem. Itē eiusdē. xij. c. Obsecro vos fres p misericordiā dei / vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuentē / sanctā / deo placentē. Et qz satisfactio corporalis discrete facienda est: ideo subdit Apost. Rōnabile sit obsequiū vestrum.

¶ Moraliter et tertio / iuxta illud: Sed ego scio / q nō dimittet vos rex Egypti nisi ꝛc. notandū q p regē Egypti designat diabol⁹ / q est rex sup oēs filios superbie: vt dicitur Job in fine. Et bene dr rex Egypti qz nō bene regnat nisi super illos q habitāt in tenebris peccatoꝝ. Justi aūt quos p̄dicte tenebre non cōprehenderunt / illi cū dei adiutorio resistunt. Et cū ipse sit supbissimus / valde indignat cōtra tales. Qz si aliqui iā ab eo supati p petm / velit exire laqueos ipsius per cōuersionē ad deū: tūc exponit totā fortitudinē suā et studiū / vt eos impediat: ita vt non dimittat eos abire / nisi per manū validā. i. p gratiā dei / et vehementē dolorē de peccatis. Sed pijssimus de⁹ qui facit cū tentatione prouentū / vt paup peccator in tali casu possit diabolo resistere / extēdit manū sue misericordie / dicēs illud Psal. Manus mea auxiliabit ei. Itē vt pcutiat ipsum diabolum in cūctis mirabilib⁹ suis / cū toto exercitu Egypti. i. inferni. Post hoc aūt tam salubre et validū adiutoriū ipse diabolus dimittit hominē / nō tamen totaliter: sed ad tēpus tātum: datq optim⁹ de⁹ gratiā homini tētato corā Egyptijs: id est / multis demonibus.

¶ Moraliter et quarto / iuxta illud verbū sequens: Cū egrediemini / non exibis vacui: sed postulabit mulier a vicina sua ꝛc. Notandū q p filios Israel designant Christiani / q vidēt in presenti deū per fidē. De quibus loquit Christ⁹ Luc. x. dicens: Beati qui vident / q vos videtis. Talib⁹ ergo filijs Israel dicit Christus: Cū egrediemini / supple ab hoc seculo / q est quasi quedā Egyptus / eo q sit plenus tenebris culpe et ignorantie /

ignorātie/ non exibitis vacui: bonis scz gratie et meritorū: sed vnusquisq̄ postulabit a vicinis suis.i.a sanctis vasa argentea ꝛ aurea.i.preces ꝛ merita ac vestes.i.charitatē/q̄ est illa vestis / que vt dicit.j.Pet. iiij. operit multitudinē pctōꝝ. Non ꝙ sancti prestēt nobis pdictā vestē charitatis/aut subtunicale gratie: q2 hec bona a deo sunt effectiue. Pro quibus tñ obtinēdis sancti possunt intercedere ꝑ nobis ad deū/ qui eos voluit esse aduocatos ꝛ patronos nostros/itā in vita q̄ in morte. Hinc est ꝙ cū confertur agonizantibus sacramentū extreme vnctionis / legim⁹ letanias sctōꝝ/dicētes: Sctā Maria/ ora ꝑ eo: Sctē Michael/ ora ꝑ eo:ꝛ sic de alijs. Per vasa etiā argētea ꝛ aurea / q̄ maxime tunc sunt postulanda / intelligit remissio pctōꝝ/ ꝛ puritas cōscientiaꝝ. Vñ cōscientie aliquorū tunc sunt mūde ꝛ clare admodū argēti. Alioꝝ aūt admodū auri/sicut ꝑfectorum. Nec tñ debet sufficere homini/ vt postulet ꝛ habeat pdicta in mortis articulo / verūetiam impetrāda sunt ꝑ alijs q̄ntum fieri potest:ꝛ signāter parētes ꝑ filijs in extremis cōstitutis. Hoc aūt notat/ cū hic dicitur: Ponetisq̄ eos sup filios et filias vestras.

¶ Moraliter ꝛ quinto / istū egressum possum⁹ referre ad penitentes/qui exeūt de Egypto .i.de potestate regis Pharaonis.i.diaboli:vt amodo efficiātur de familia seruorū Christi. Itē de tenebris culpe: vt illustrentur lumine gratie. Itē de seruitute peccati: vt ponantur in libertatē filiorū dei. Tales ergo non exeūt vacui: tū quia restituuntur illis oia merita q̄ fecerāt priusq̄ peccarēt: tū q2 in nouitate cōuersionis solent penitētes feruētius implorare dei gratiā/atq̄ sanctoꝝ merita: vnius tñ plus/alteri⁹ vero min⁹: ꝑm ꝙ ducit affect⁹ ꝛ deuotio vniuscuiusq̄. Job.v. Ad aliquē sctōꝝ ꝯuertere. Hoc autē insinuat / cū in pñti dicit: Sed postulabit mulier a vicina sua vasa argentea/ ꝛ aurea. ꝛc. In tali autē casu sancti dei libēter ꝛ ex corde suffragant ꝛ auxiliant veris penitētib⁹. In cui⁹ figurā legit Job vlti. ꝙ venerūt ad eum oēs fratres sui/ ꝛ vniuerse sorores sue: ꝛ cūcti q̄ nouerāt eū prius:ꝛ dederūt ei vnusq̄sq̄ ouē vnā:ꝛ inaurē aureā vnā. Quo fit vt resurgēs ad grāz:habeat q̄nq̄ maiorē grāz q̄ esset illa a q̄ ceciderat. Qd etiā notat/cū dr vbi s̄. Dñs autē bñdixit nouissimis Job/ magis q̄ principio eius.

¶ Moralr ꝛ sexto: iuxta illud vltimū verbū pñtis clausule/ quo dr:spoliabitis Egyptū. notādū cōformiter ad glo.ordi.ꝛ interli.ꝙ illi spoliāt Egyptum vasis argenteis ꝛ aureis/ atq̄ preciosis vestibus/ qui poetas ꝛ philosophos legūt/nō quidē vt ibi quiescat finis studij eoꝝ: sed vt sacrā scripturā facūdius atq̄ clarius intelligant/vel ab eis auferēdo q̄ tabernaclo dei vtilia sūt. Circa hoc tñ aduertēdū ꝙ dupliciter ꝯtigit legere philosophos et poetas. Primo modo tñ cā voluptatis:ꝛ hoc vitiosū est ꝛ repħendit a sctis.

Unde Gratianus disti. xxxvij. §. cur ergo. Seculares literas, inquit, quidam legūt ad voluptatem, poetarum figmentis ⁊ verborum ornatu delectati: qđ vitiosum est. Secundo modo causa propulsande falsitatis, vt scilicet inter legendum errores gentilium detestentur, ⁊ vtilia que in eis inueniuntur, ad vsum sacre eruditionis conuertantur. Et tales laudabiliter literas seculares legunt et addiscūt. Unde Moyses ⁊ Daniel in omni sciētia Egyptiorum ⁊ Chaldeorum fuerunt eruditi: non vt eas sequerent, sed vt de falsitate conuincerent. Nisi etiam August. legisset fabulas poetarum, ⁊ errores gentiliū: non vtiq̄ potuisset talia efficacissime reprobare in libro suo, qui intitulatur de ciuitate dei. In figura ergo huius, vt inquit Gratian⁹ vbi supra, precepit dñs filijs Israel, vt spoliarent Egyptios auro ⁊ argento: vt daret intelligi ꝙ si apud poetas, aut philosophos, aurū sapientie, vel argentum eloquentie inuenerimus, in vsum salutiferum eruditionis vertamus. In Leuitico vero primitias mellis. i. dulcedinem humane eloquentie domino iubemur offerre. i. ad eius honorem vti. Magi quoq̄ tria munera domino obtulerunt, in quibus nonnulli tres partes philosophie itelligi volunt. Hec oīa confirmātur authoritate Bede, dicētis: Turbat acumen legentium, ⁊ deficere cogit, q̄ eos a legendis secularibus libris oibus modis estimat ꝓhibēdos: in quib⁹ si qua inuenta sunt vtilia, quasi sua licet sumere eloqa. Alias magister gentium Paulus nequaq̄ aliquos versus poetarū suis scripturis indidisset: vt patet in epistola ad Titum: vbi adducit illđ Epimenidis: Cretenses male bestie, semper mēdaces, ventres pigri. Item in epl'a. j. Corin. xv. adducit illud Terentij: Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Hieronym⁹ etiā, sup epl'am ad Titū, ait: Si quis grāmaticam artē nouit, vel dialecticā, vt recte loquēdi rationē habeat, et inter vera ⁊ falsa dijudicet, non improbamus. Insuper ex synodo Eugenij pape hoc habetur statutū, vt ab vniuersis episcopis subiectis plebibus ⁊ alijs locis, in quib⁹ necessitas occurrit, omnis cura ⁊ diligentia habeatur, vt magistri ⁊ doctores constituantur, q̄ studia literarum liberaliūq̄ artiū dogmata doceant, qꝛ in his maxime diuina manifestant atq̄ declarātur mādata. Hec distinc. eadē. §. xxxvij. Dicit etiā ad ꝓpositū beat⁹ Thomas secūda secunde. q. clxvij. arti. j. in sol. ad primū, ꝙ studiū philosophie, secundū se est licitū ⁊ laudabile, propter veritatē quā philosophi perceperunt, deo illis reuelāte: vt habetur. Ro. j. Sed qꝛ aliqui philosophi abutunt: ad fidei impugnationem: ideo idē apostol⁹ dicit Col. ij. Uidete ne q̄s vos decipiat ꝑ philosophiā ⁊ inanem scientiā, secundū traditionē hoīm, ⁊ non scđm Christū. Hec beat⁹ Thomas. Patet ergo diffuse q̄d intelligat ꝑ spoliationem Egyptiorum

ptiorum/ quantū ad spiritualē intellectū/ siue moralē sensum.

¶ Allegorice & primo/ iuxta illud primū verbū presentis clausule. Uade congrega seniores Israel: notandū q̄ apparitio dn̄i facta Moysi/ designat apparitionē Christi/ q̄ fiet i fine seculi/ nedū Moysi/ verum etiā toti mūdo: qn̄. s. eo descendente in vallē Josaphat/ ꝯgregabunt̄ ante eū oēs gentes: vt dicit̄ Mat. xxv. Itē Johel. iij. Cōgregabo (inq̄t Christ⁹) oēs gētes/ & deducā eas in vallem Josaphat/ & disceptabo cū eis. Per seniores aūt quos ibi specialiter cōgregabit/ intelligun tur duodecim apl'i/ q̄ assistent Christo iudici. Esa. iij. Dn̄s ad iudiciū veniet/ cū senib⁹ populi sui/ & principib⁹ suis. Item Matt. xix. Sedebitis (inquit Christus apostolis suis) sup sedes duodecim/ iudicātes duodecim tribus Israel. Judicabūt aūt assessorie & approbatiue/ & nō authoritatiue: q2 hoc est ꝓpriū dei. Nec delegatiue/ q2 hoc soli Christo cōpetit. Un̄ Joā. v. Dedit ei. s. de⁹ pater filio/ potestatē iudiciū facere/ q2 filius hois est. Et paulo ante: Pater non iudicat quenq̄/ sed omne iudicium dedit filio. Qd̄ quidē verbū non est sic intelligendū/ quasi pater nō iudicet simpliciter: sed q2 non iudicat sine filio/ aut cōtrarie ad filiū: vel q2 non iudicat executiue malos/ in forma q̄ videat̄ ab eis. Secus autē de filio hois/ q̄ in forma hūanitatis potest ab eis videri. Hic Psal. alloquēs deū patrē/ dicit: Deus iudiciū tuū regi da. i. filio tuo cōmitte faciēdum/ q̄ est rex regū/ & dn̄s dominātiū. Ecce igit̄ quid intelligit̄ p Moysen/ et p seniores/ quos iussus est ꝯgregare. Tūc ergo dicet Christus/ non quidē oīb⁹/ sed tm̄ electis qui a dextris ei⁹ erūt: Uisitās visitaui vos/ & vidi oīa que acciderunt vobis in Egypto. i. omnes aduersitates quas sustinuistis in mundo: & dixi. i. deliberaui/ vt nūc educā vos de afflictiōe Egypti. i. de omi aduersitate seculi/ in terrā Chananei & Ethei &c̄. ad terrā fluentē lacte & melle. Hoc autē erit/ qn̄ ipse Christ⁹ dicet electis illis. Mat. xxv. Uenite benedicti patris mei/ possidete paratum vobis regnum/ a cōstitutione mūdi. Et tunc ipsi electi audient vocem Christi. s. cū maxima dulcedine/ dicentes ei illud Cāt. ij. Sonet vox tua in aurib⁹ meis. Uox enim tua dulcis/ & facies tua decora.

¶ Allegorice & secundo/ iuxta illud sequens verbū: Dn̄s de⁹ Hebreorum vocauit nos: ibimus viā triū dierū in solitudinē: notandum q̄ dn̄s deus Hebreorum volēs omnes homines saluos fieri/ & ad ꝟitatis agnitionē peruenire: non cessat eos vocare a cōstitutione mūdi vsq̄ hodie/ & signanter vt vadāt viam triū dierum/ salutem suā operātes. Uia igit̄ prime diei/ fuit lex nature: in qua nonnulli (q̄uis admodū pauci) bene & laudabiliter ambulauerunt: vt sancti patriarche. Uia secūde diei/ fuit lex scripta: in qua plures bene incesserūt: vt ꝓphete & similes. Uia tertie diei/ ē lex gratie: in qua p dei gratiā ad-

huc multo plures feliciter ingrediunt / qui morientes intrant terrā promisse hereditatis celestis: qd non poterant primi: neqꝫ secundi: qꝛ ille qui habet clauē regni celestis / nōdū descenderat in hūc mundū. Sed qd designet̄ ꝑ hoc ꝙ addit̄ / in solitudinē: nisi ꝙ omi cupienti ire i celū / necesse est relinquere mundū / ꝗtū ad affectū / ⁊ querere dn̄m in solitudine. i. seorsum a strepitu ⁊ amore mundi: vt prius dictum est.

¶ Allegorice ⁊ tertio / possumus ꝑdicta ꝟba exponere de viris religiosis: quos de⁹ Hebreoꝝ vocauit ad statū religionis / ⁊ non diuitie / neqꝫ delitie / aut honores hui⁹ sc̄li. Uia autem triū dierū / ꝑ quā habēt tales ambulare / est obseruantia triū votoꝝ necessario requisitorū in quolibet religioso. Uñ Psal. Uouete / ⁊ reddite. Ubi scd̄m glo. primū est volūtatis / scd̄m aūt necessitatis. Et bene addit̄ / in solitudinē: qꝛ solitudo / siue claustralis habitatio / est multū necessaria ⁊ requisita i viro religioso: ita vt dicat̄ ꝙ sicut piscis neqt extra aquā viuere: ita neqꝫ religiosus / qui multū amat extra claustrū habitare. Propter qd ille sāctissimus pater religionis Hiero. dicebat / ꝙ mūdus sibi carcer erat: claustrū aūt alter paradisus. In hac igitur solitudine debet viri religiosi immolare domino deo suo tria. Primo quidē / ꝓpriā volūtatē / illi abrenūciando ꝑ votū obedientie. Scd̄o / ꝓpriā carnē / ꝑ votū castitatis. Tertio / temporalē substantiā / ꝑ votum pauperta tis. Iste igit̄ est funiculus triplex quo ligant̄ religiosi / qui nunqꝫ debet rūpi. Hos tamen seruos dei nō dimittit rex Egypti absqꝫ tentatiōe: qui imo qnqꝫ patiunt̄ grauiores tētationes / ꝗ hi qui seculū inhabitant. Unde Eccli. ij. Fili accedēs ad seruiturē dei / sta in iusticia / ⁊ in timore / ⁊ prepara animā tuā ad tētationē. Sꝫ cōsolari debēt predicti / qꝛ dominus extendit manū suā / vt percutiat dictū regē Egypti: id est diabolū / reprimēdo maliciam ei⁹ ne tm̄ noceat bōis religiosis / ꝗtū nocere illis optat. Uñ j. Corin. x. Fidelis de⁹ est qui nō patietur vos tentari supra id qd potestis: sed faciet etiam cum tētatione ꝓuentū / vt possitis sustinere. Quod autē sequitur: Et cū egrediemini vos supple religiosi / ab hac mortali vita nō exibitis vacui: expone vt supra.

¶ Anagogice ꝑ ꝓmissionem / quā facit dn̄s Hebreis: dicens ꝙ educet eos de afflictiōe Egypti / in terrā Chananei ⁊c. ad terrā fluentē lacte ⁊ melle: designatur futura gloria / quā habituri erant Chananei / Ethei / Ammorrei ⁊c. i. mali angeli / si perstitissent in illa gr̄a in qua conditi fuerant / et que fluit lacte ⁊ melle. i. omi bono pertinente ad eternā beatitudinē abundat: qꝛ vt dicit Boetius de cōsol. libro. iij. prosa. ij. Beatitudo est stat⁹ oim bonorum cōgregatione perfectus. Hinc de vnoqꝫ electo Psal. ait: Desideriū anime eius tribuisti ei dn̄e. Per hoc vero ꝙ Hebreis promittit dn̄s / postqꝫ

exierūt de afflictiōe Egypti: predictā terrā: designatur q electi postq̄ in Egypto huius mundi fuerint afflicti: tandem liberabit eos dn̄s: et dabit illis terram celestem. i. illas syderias mansiones: quas adepturi erant p̄dicti spiritus nequā: si stetissent in bono gratie: vt dictum est. Ad dictā autem hereditatem perueniunt homines per viam triū dierū: id est per veram penitentiam: que perficit̄ contritione: confessione: satisfactione: vt prius dictum est: vel per fidem sanctissime trinitatis.

Exodi quarto.
Prima clausula.



Respondēs Moyses: ait: Nō credent mihi: neq̄ audient vocem meam: sed dicent: nō apparuit tibi dominus. Dixit ergo ad eū: Quid est quod tenes in manu tua? Respondit: Uirga. Dixitq̄ dominus: Proijce eam i terram. Proiecit: et versa est i colubrū: ita vt fugeret Moyses. Dixitq̄ dominus: Extende manum tuam: et apprehende caudam eius. Extendit: et tenuit: versaq̄ est in virgam. Ut credant (inquit) q apparuerit tibi dominus deus patrum tuorum: deus Abraham: et deus Isaac: et deus Jacob. Dixitque dominus rursum: Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam cum misisset in sinum: protulit leprosam instar niuis. Retrahe ait manum tuam in sinum tuum. Retraxit: et protulit iterum: et erat similis carni relique. Si nō crediderint inquit tibi: neq̄ audierint sermonem signi prioris: credent verbo signi sequētis. Q si nec quidem his duobus signis crediderint: neq̄ audierint vocē tuam: sume aquam fluminis: et effunde eam super aridam: et quicq̄d hauseris de fluuio: vertetur in sanguinem.

¶ Historialiter postq̄ in precedenti capitulo egit maxim⁹ ille vates domini Moyses: qualiter sibi pascenti oues in monte Synai apparuit domin⁹ in medio rubi ardentis: et nō comburentis. Itē qualiter sibi p̄cepit vt iret in Egyptū ad liberandū populum Hebreorū: de manu regis Pharaonis. Hic consequenter agit de triplici signo: per quod probaturus erat q a deo esset missus. Quia ergo erat questio de opere maximo: et quod requirebat maximam authoritatem in executore siue ministro illius: ideo Moyses p̄mo allegat in se defectum authoritatis quo ad iudicium Hebreorū: qui totalit̄ ignorabant dn̄m sibi fuisse locutū in monte Synai: et hec sibi precepisse. Et hoc est quod hic dicitur: Respondens: supple dn̄o Moyses: ait: Non credent mihi. s. corde: neq̄ audiēt vocē meā: aure. Et quia predictum verbum Moysi poterat referri tā ad populū Hebreorū: q̄ ad Pharaonē et ppl'z ei⁹: ideo dicta hic posita exponēt̄: de vtroq̄

de vtroq̧ conformiter ad do=
minum patriarcham de Pal.
¶ Sequit̃ igitur de primo si=
gno. Quid est, inquit dominꝰ ad
Moysen) qd̓ tenes ĩ manu tua?
Querit aũt nõ ignorans / ante
cuiꝰ oculos oĩa nuda sunt ⁊ a=
perta: sed vt cũ excitãs / vt ad=
uertat ad signorũ magnitudi=
nẽ. Respõdit / virga sciꝫ pasto=
ralis. Cui dñs: Proijce eam in
terrã. Qd̓ cũ fecisset / versa est
in colubrũ / ita vt fugeret Moy
ses / sciꝫ pre horrore et timore.
Nec q̄dẽ mirũ. Q: q̃uis colu=
ber fugiat ceruũ / interficit tñ
leonẽ: vt dicit Papias. Et di=
cit̃ coluber / q̄si colens vmbrã:
q: habitat cõmuniter in locis
vmbrosis. Et (vt dicit Jose=
phꝰ) dictus coluber repebat cõ
uolutus spiris. i. q̄busdã circu=
lis ingentibꝰ / ⁊ tanq̃ cõtra p=
sequentes suũ caput seuissimꝰ
insurgebat. Dixitq̧ dñs rursũ
ad Moysen: Extende manum
tuã, ⁊ apprehende caudã eius.
Sic autẽ locutus est dñs / quia
forte Moyses nõ audebat ap=
prehẽdere caput illiꝰ. Quãuis
eñ coluber tam dẽte q̃ cauda
ledat / ⁊ venenũ infundat: maio
rem tamẽ horrorẽ icutit caput
illiꝰ q̃ cauda / ppter os / liguã ⁊
dẽtes. Qd̓ cum ille extẽdisset
manũ / versa est in virgam. Et
nota ꝙ ly versa / refert̃ ad co=
lubrũ. q: scd̓m Hiero. coluber
est feminini gñis. Vel refert ad
caudã / que cũ residuo corporis
serpentis versa est in virgam.
Vel refert̃ ad virgã / vt sit rela=
tio nõ ad vocẽ: sed ad sensum.
Et tũc est sensus: Virga prius
versa in colubrũ / postea rediit
in virgã. Loquit̃ ergo Moyses
secundum hũc sensum de colu=
bro / ac si de virga loqueret̃: q:
de ṽga factus est coluber. Hoc
autẽ signũ relatũ ad Pharao=
nẽ ⁊ ad suos / signabat ꝙ duri=
tia virge: id est / potestas eius ⁊
suoꝝ / proijceret̃ in terrã: id est /
flagellis deijceret, ⁊ converte=
retur in mollitiẽ ⁊ flexibilitatẽ
obedientie / visis sciꝫ diuine po=
tẽtie signis mirabilibꝰ. Tandẽ
aũt reuerteret̃ ĩ duritiã virge /
per insecutionẽ ppl'i Hebreo=
rũ / vsq̧ ad submersionẽ in ma=
ri rubro. Relatũ aũt ad popu=
lum Hebreoꝝ / designabat du=
ritiã cordis incredulorũ con=
uertẽdã in mollitiẽ ⁊ flexibili=
tatẽ obediẽtie / visis sciꝫ signis
diuine potẽtie. Tandẽ aũt re=
uerteret̃ in duritiam virge / cũ
sciꝫ in Egyptũ voluerũt redi=
re / ⁊ versi ĩ seditionẽ Moysen
⁊ Aarõ interficere. Et sic istud
signũ ordinabatur cõtra illud
qd̓ dixerat Moyses: Non cre=
dent mihi. vnde subdit̃: vt cre=
dant (inquit dñs) ꝙ apparue=
rit tibi deus patrum tuorum. i.
qui apparuit prius patribus
tuis / scilicet Abrahe / Isaac ⁊c̃.
¶ Sequitur de secundo signo /
cum subditur: Dixitq̧ dominꝰ
rursũ / supple ad Moysen: Mit=
te manum tuam in sinum tuũ.
Quod cũ fecisset / protulit eam
leprosam instar niuis. i. ad si=
militudinem niuis: retrahe ait
manũ tuã in sinũ tuum. Quod
cum fecisset / erat similis carni
reliquе. Hoc autẽ signum rela
tum ad Pharaonem / signa=
bat ꝙ manus potentie eius
esset sana q̃diu esset in sinu
protectionis diuine. Extra=
cta vero inde per superbiam ⁊
obstina=

obstinationem/ efficeretur varietate flagellorum leprosa/et inualida ad resistendū Moysi/ nisi reduceretur in sinum dei. Relatum vero ad incredulos Hebreos/ designabat ꝙ man⁹ Moysi.i.populus qui a Moyse debebat verbis extra sinum positus moueri / a deo sibi dimissus esset male obediens/sicut manus leprosa male mouetur ad voluntatē eius cui⁹ est. A deo autem receptus efficeretur bene obediens/sicut manus sana bene obedit ei cuius est. Et sic hoc signū tollit illd qd supra dixerat Moyses: Neque audient vocē meam. Unde subditur: Si non crediderint tibi/ neq audierint sermonem signi prioris: credent verbo signi sequentis.

¶ Sequitur de tertio signo/cū subditur: Q si nec quidem his duobus signis crediderint/sume aquā fluuij/ ⁊ effunde eam super aridam: ⁊ quicquid hauseris de fluuio/ vertetur in sanguinem. Hoc autē signū relatum ad Pharaonē/designabat ꝙ ꝓpt̄ submersionē paruulorū in flumine / deberet conuerti Egypt⁹ in sanguinē .i. in mortem. Relatum autem ad incredulos Judeorū / denotabatur ꝙ deus aquam frigidam: id est corda frigida per rebellionem cōuerteret in sanguinem/ per quem consistit vita: id est in v̄ba vite ⁊ obediētie. Et sic hoc signum tollit illud quod supra dixerat Moyses: sed dicent/ Non apparuit tibi dominus: cōtradicentes scilicet ore. Ecce igitur expositio priorum trium signorum/scilicet in virga/manu/ ⁊ aqua fluminis/cōformiter ad dominum Petrū de Pal. de Lyra aliter exponit: vt videre est ī postilla sua.

¶ Circa hāc clausulā possunt moueri aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū oritur propter responsionem Moysi dicentis ad dominū de populo Hebreorū. Non credent (inquit) mihi: neq audiēt vocem meam. Queritur ergo quomodo Moyses fuit ausus contradicere domino/qui prius ei dixerat: vt habet in precedenti capitulo: Audient vocem tuā. Hic autem ille dixit: Non credent mihi/neq audient ⁊c. Dicendū/ꝙ non contradixit domino suo seru⁹/ eo ꝙ dicta eorum non referuntur ad idē. Nā cum dominus ait: Audient vocem tuam: loquebatur de prouectiorib⁹ siue senioribus populi/qui audierant promissiones factas patribus antiquis. Moyses autem loquebatur de rudibus/qui non mouentur ad credendū verbis/ sed signis et prodigijs: iuxta illud Joā. iiij. Nisi signa ⁊ prodigia videritis / non creditis.

¶ Secundū dubium mouetur propter illud verbū: ita vt fugeret Moyses. Queritur ergo quare fugit Moyses a facie colubri? Q si dicatur ꝙ ex timore ipsius colubri. Sequitur ergo ꝙ diffidebat de dei potentia eum protegente a colubro. Dicendū / ꝙ in Moyse nō fuit tunc timor se tenens ex parte rationis: sed tantum se tenens ex parte sensualitatis: qui sequitur ex hoc ꝙ sensus apprehendit naturā serpentis/tanꝗ sibi

sibi nociuam et contrariam: ita vt ex ipsa prima apprehensione secundum sensum sequatur statim horror et tremor. Nulla ergo fuit in eo diffidentia de deo: quia bene nouerat q ipse dñs non cõuerterat virgam in colubrũ ad sibi nocendum/ sed solum in signum sue missionis.

¶Tertiũ dubiũ/ vtrum Moyses fecerit pluries hec signa. Dicẽdũ/ q sic: et presertim duo prima. Primo quidẽ cũ adhuc esset solus in monte Synai/ vt hic dicit. Secundo aũt coram Hebreis/ cum venisset ad eos in terrã Egypti: vt cunctis pateret/ q esset a deo missus. Tertio aũt corã Pharaone/ et ppl'o suo etiã in pluribus locis/ et repetitis vicibus. Unde Josephus sic inqt: Moyses itaq illa signa non tunc solum modo/ sed semp et vbicũq cõtingeret faciebat. Ex quibus oibus plus maiorẽ veritatẽ signis distribuens/ deũq propitiũ et suffragatorẽ habiturũ se credens/ et domesticos se saluare sperabat/ et Egyptios malis afficere. De tertio aũt signo/ scilicet de conuersione aque fluuij in sanguinẽ: hoc signum non fuit factũ in monte Synai/ cũ nullus sit ibi fluuius. Nec habet ex textu contrariũ. Sed tantũ habetur/ q vbi nõ crederetur Moysi/ dicenti se esse missum a deo/ etiam cũ exhibitiõe duorum priorum signorum/ q sumeret aquam fluminis: et effunderet eam super aridam/ et q quicquid inde hauriretur verteretur in sanguinem. Et si dicatur/ q dominus vtitur verbo presentis tẽporis/ dicens: sume aquam fluminis. Dicendum/ q illud verbum debet resolui in verbũ futuri tẽporis .i. sumes. Videt tamen Josephus dicere/ hoc tertiũ signũ etiã cũ alijs duobus fuisse factum in predicto monte. Dicit eñ sic post predicta vba: iussusq supple Moyses aquam de proximo sumere/ eamq in terrã proijcere/ vidit colore sanguineo factã/ mirantenq Moysen in his confidere precipiebat deus.

¶Quartũ dubium/ vtrũ Moyses post hec statim arripuerit viam eundi in Egyptũ. Dicendum/ q sic. Unde Josephus ait dominũ sibi dixisse: Jubeo ergo in nullo tardantem ad Egyptum festinare/ die noctuq laborantem/ ne tua tarditas maius tempus faciat Hebreos in seruitute cõsistere. Unde in cõfirmationẽ sue festinatiõis ipse statim postq descendit de mõte Synai/ venit ad domũ Raguelis: dicens audisse regem Egyptiorum Pharaonẽ fuisse defunctũ/ sub quo ipse diffugerat. Petijtq vt eius permissu pro vtilitate cognatorũ iret in Egyptũ. Sumẽs ergo Sephoram vxorem suam/ vna cũ duobus filijs suis/ Gerson alias Gersan: et Eleazar/ alias Eleazer/ tetendit in Egyptum.

¶Quintum dubiũ oritur/ propter illud vltimũ verbũ: Quicquid hauseris de fluuio/ vertetur in sanguinem. Querit ergo quare dicitur/ quicquid hauseris de fluuio: maxime cũ dicatur in sequentibus. viij. ca. q cum Moyses virga percussisset fluuium corã Pharao-

ne et

ne et seruis eius/mox aqua fluuij versa est in sanguinem: atque fluuius computruit/ ita vt non possent Egyptij bibere et aqua dicti fluuij/et fuit sanguis in tota terra Egypti. Ergo nõ solum quod hausit Moyses de flumine versum est in sanguinem. Dicendum/quod hoc signum bis fuit factum. Semel quidem coram Hebreis / cum primũ ad eos declinauit Moyses: vt dictum est. Et tũc quicquid hauriebat de illo a Moyse/vertebatur in sanguinem: vt hic dicitur. Secundo vero coram Pharaone et Egyptijs/ et tunc tota aqua fluminis versa est in sanguinem: vt hic obijcitur. Et sic patet/ quod non est cõtradictio in dictis.

¶ Sextum dubium/vtrum virga Moysi fuerit conuersa in serpentem preexistentem: deinde serpẽs in virgã preexistẽtem. Similiter idẽ queri potest de aqua fluminis conuersa in sanguinem. Dicẽdũ in primis/ quod ille mutationes non fuerũt solum phantastice aut apparẽtes: sed reales: facte tamen miraculose/ et non per opus nature. Quia etsi philosophus dicat/ex quolibet posse fieri quodlibet; non tamen immediate: sed aliquando mediantibus multis trãsmutationibus. Hec autem mutationes subito facte sunt/etiam sine medio. Secundo dicitur / quod nec virga Moysi conuersa est in serpentem preexistentem / qui ibi subito apparuerit. Nec similiter aqua fluminis in sanguinẽ preexistentem: sed in eum qui nusquam fuerat: sed tunc primo incepit esse/quando aqua conuersa est in ipsum. Et idem iudicium est de virga et serpente. Deus enim cui obedit materia prima ad nutum: nedum quantum ad motum localem/ verumetiam quantum ad formam substantialem et accidentalem/ potuit subito vtrumque facere. Quod si dicatur / quod in sacramento altaris materia panis cõuertitur in corpus Christi preexistens / et similiter materia vini: istud conceditur: veruntamen talis conuersio est singularissima/nullam habens similem. Insuper materia panis quamuis ibi conuertatur in corpus Christi preexistens/ nõ tñ vt hic preexistẽs vel ibi.

¶ Moraliter et primo / et conformiter ad Petrum de Pal. virga quam tenet Moyses in manu / penitentiam designat / de qua potest intelligi illud Prouerb. xij. Stultitia id est peccatum / colligata est in corde pueri: et virga discipline fugabit eam. Vir enim sensatus id est ratio / corrigitur verbis. Puer autem / id est corpus / quod non est capax discipline / corrigitur virga penitentie: que est in manu tenetur/est magne efficacie. Cum vero abijcitur / et quasi a longe respicitur per cogitatũ/terret et fugat Moysen. Si autem accipiatur per caudam / id est assumatur in fine/ tunc cõuertitur in virgã cõsolatoriã: quia tunc flectit rigorẽ diuine iustitie erga peccatorẽ etc. Iuxta illud Mathei. iiij. Penitentiam agite / appropinquabit regnum celorum. Et Ezechie. xviij. In quacunque hora

hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. Unde in figura predicte flectionis scilicet rigoris diuine iustitie quam facit predicta figura legitur Hester.v. de Hester que regalibus vestimentis induta stetit in atrio domus regie. Rex autem Assuerus sedebat super solium suum. Qui visa dicta Hester tam decenter ornata placuit oculis eius. Et extendit contra eam virgam auream quam tenebat manu in signum clementie. Applicatio est facilis ad propositum de penitentia in ordine ad deum que flectit rigorem diuine iustitie in ordine ad peccatorem.

¶ Moraliter et secundo. Manus extracta de sinu est opus de genere bonorum factum intuitu vane glorie: quod efficitur leprosum per peccatum. Quod figuratur per Mariam que penitentiam significat, que apparuit candens lepra. Nume.xii. Signanter autem dicitur de dicta manu Moysi que apparuit instar niuis. Quia quamuis nix sit alba exterius nihilominus interius est plena fecibus: quia in lutum nix resoluitur. Sic et opus bonum ad ostentationem factum quamuis appareat exterius pulchrum interius tamen est peccato et culpa infectum. Manus autem reposita in sinu curatur: quia opus in occulto factum ab inani gloria preseruatur. Propter quod ait Psalmista. Oratio mea in sinu meo conuertetur. Et Matt.vi. Cum oraueris intra in cubiculum tuum et clauso ostio ora patrem tuum. Similiter eleemosyna facienda est in abscondito: vt ibi dicitur. Item Eccli xix. Absconde eleemosynam in sinu pauperis etc.

¶ Moraliter et tertio. Aqua effusa super aridam versa in sanguinem designat quod persona clare fame et munde conscientie quamdiu in alueo claustri vel camere manet si aliquando effundatur per mundum statim mutatur in corporalem voluptatem. Transiens enim per mundum contrahit statim carnalem voluptatem. Exemplum de aqua discurrente per meatus sulphureos que inde trahit caliditatem: intantum quod magne faces possunt ibi accendi et inflammari. Ut patet de quodam fonte qui est iuxta Stratianopoli: vt fertur. Applicatio est iam facta.

¶ Moraliter et quarto. Per hoc quod quicquid haurit Moyses de flumine, vertitur in sanguinem: designatur quod quicquid venit ad manus prelatorum de abundantia temporalitatis ecclesie dant totum consanguineis siue pro maritandis neptibus suis siue pro possessionibus acquirendis et redditibus aut officiis publicis nepotibus suis. Et ideo bonus prelatus debet orare dominum et dicere illud Psalmi. Libera me de sanguinibus deus etc. Quod si feceris tunc emundabor a delicto maximo.

¶ Moraliter et quinto et conformiter ad fratrem Petrum Brichorii: Moyses est dominus deus qui quandoque manu sua tenet virgam .i. aliquam bonam personam quam scilicet in statu gratie manutenet atque eam in bono retinet et fouet. Veruntamen sepe accidit quod deus laxat manum suam

suam! et secundum occulta sue dispēsationis iudicia ipsā peccare permittit/atq; in terrā eā proijcit: dum ad amorē terrenorum per auaritiā cadere eā finit: & tunc in colubrum vertitur/dum in personam pessimā mutatur. Quod vtiq; ad literā videmus de multis hominib9/ qui in ecclesia vel religiōe antequā in terram proijcerentur.i. ātequā ad terrena administrāda promouerentur/erant virge.i. recte psone & iuste/& ad regendum alios optime dispositi/ q̄ tamē postq̄ ad terrā.i.ad administranda terrena dimittūtur/ vtpote quādo ad aliquod officium/ vel dignitatem pmouentur/tunc dracones.i.rapaces & crudeles efficiuntur/& in malos homines commutātur. Quid refert/inquit Tulli9/ an quis in beluā se conuertat/aut per iniquitatem ferinos mores induat? Fit tamen de talibus quandoq; q̄ Moyses.i. deus ipsos in cauda.i.i senectute ad misericordiam recipit: & eos p penitentiam ad statum salutis reducit: & sic in virgas.i.in viros iustos mutantur: & a draconina seuitia & nequitia conuertantur. Unde de anima penitēte dicit Threñ.j. Ipsa gemēs/ conuersa est retrorsum.

¶ Moraliter & sexto. Moyses est prelat9: de cui9 manu quādoq; virga.i.religiosus apostando/& ad terram.i.ad seculū redeundo: fit draco venenosus multipliciter peccando. Intm̄ q̄ Moyses.i. prelat9 timet eū recipere: ne alijs suo veneno malum exemplum aut cōsiliū iniquū prebeat/siue q̄a abhorret malam eius vitam. Nihilominus talis quandoq; per caudam i fine per Moysen.i.p prudētem prelatum capitur/et ab ipso punitur: ita q̄ quādoq; fit vt iterum in virgam.i.in bonū religiosum mutetur. Et tūc potest de eo dici id quod dictum est de Saul facto rege. j.Reg. x. Mutat9 est in virum alterū. Item illud Psal. Hec mutatio dextere excelsi.

¶ Moraliter et septimo. Manus in sacra scriptura sepe significat bonam operationem. Sinus autem est consciētie secretum/ et intentio. Dico ergo/q̄ quādo Moyses.i. vir iust9/tenet manum suam.i. bona opera sua in sinu suo.i. in cōscientie secreto: ipsaq; in absconditο & in occulto facit/ tūc hmōi opera perseuerant/ etiam vsq; in vitam eternam. Si vero ipa de sinu secreti sui per ostentationem extrahit: & coram Pharaone.i.coram mundo ipsa demonstrare velit: tunc lepra inanis glorie polluūtur/& per iactantiam deprauantur. Quapropter necesse est q̄ manus operationis nostre ad sinū nostrum.i.ad secretum redeat. Et ideo homo qui gaudet facere opera sua bona coram hominibus/ vt videatur ab eis/reprehenditur in Psal. cum dicitur: Ut quid auertis manum tuā & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem?

¶ Moralit' & octauo. Per tres mutationes mirabiles que in presenti textu describuntur factas/designatur mutatio trium virtutū ad tria vitia: & ediuerso. Uirga nēpe/ que flexibilis

est/

est, designat virtutem humili-
tatis, que reddit hominē adeo
flexibilem ꝙ ponit cum sub a-
lijs: exemplo Saluatoris, qui
erat subditus Joseph et Ma-
rie. Luc. ij. cum tamen a toto
genere esset illis maior. Unde
Matt. xj. Discite (inquit) a me,
quia mitis sum, et humilis cor-
de. Et Eccli. iij. Quāto maior
es: humilia te ī omnib⁹: id est,
inter omnes alios: saltim in in-
teriori homine. Tunc autē hec
virga conuertitur in colubrū:
cum qui prius extiterat humi-
lis, efficitur superbus: ita vt ve
lit deuorare virgas aliorum, id
est, exterminare per suā super-
biam et arrogantiam veros hu
miles. Sed iterum coluber ver
titur in virgam, cum superbus
et arrogās iterum ex specialis-
sima dei gratia redit ad suam
pristinam humilitatem: ita vt
iuste possit dicere cum Psalm.
Priusꝙ humiliarer, ego deli-
qui. Et Prouerb. xxix. Super-
bum sequitur hūilitas. Et de
hoc habemus historiā in Pau
lo, qui ante conuersionem erat
adeo superbus et arrogās atꝙ
crudelis: ita vt tanꝙ lupus ra-
pax seuiret supra humanū mo-
dum in oues Christi: vt legit̄
Actu. ix. At vero post conuer-
sionem fuit adeo humilis, vt se
vocauerit abortiuum, et indi-
gnum vocari Apostolum Chri
sti: eo ꝙ psecutus fuerat eccle-
siam eius. j. Corin. xv. Manus
autē prius seua, designat vir-
tutem liberalitatis, que aperi-
tur inopi: ita vt merito possit
dici de homine liberali ad pau
peres illud Prouerb. vlti. Ma
num suam aperuit inopi. Tunc
autem hec manus conuertitur
in sinum: et extrahitur leprosa:
cum ille qui prius erat libera-
lis, efficitur auarus et tenax, cō
gregans superflue, et reseruās
abunde in sinum suum. i. intra
horrea et cellaria sua bona tē-
poralia. Unde Psalm. de hu-
iusmodi viro loquitur, dicens:
Thesaurizat, et ignorat cui cō-
gregabit ea. Potest autē istud
specialiter exponi de homine
simoniaco aut vsurario: q̄ nil
habet in bonis tēporalib⁹ pre-
ter id quod sic acquisitum est.
Talis ergo quicquid extrahit
d̄ sinu suo, leprosum est: id est,
iniuste acquisitum. Tandē au-
tem accidit interdum vt talis
in fine dierū suorum (deo sibi
miserāte) retrahat manum suā
in sinum suū: quod fit, cum ta-
lis conscientia remordente, et
forsan vtēs salubri consilio dis
creti confessoris, renunciat bo
nis sic iniuste acq̄sitis: siue re-
stituendo, quo ad factum vsu-
rarium: siue pauperib⁹ largiē-
do, quo ad factum simoniacū.
Et tūc manus talis viri, id est,
possessio si qua vltra supsit, ef-
ficitur sana: et similis carni re-
lique: id est, possessiōi iuste ac-
quisite: de qua potest condere
testamentum, et ad nutum dis-
ponere. Ecce quomodo auari-
tia iterum in virtutem libera-
litatis conuertitur. Quantum
autem ad tertiam mutationē,
que est aque fluuij ī sanguinē:
quia hoc signum nō fuit factū
cum duob⁹ alijs, scilicet in mō
te Synai, sed tātū in Egypto:
dignū duxi vt reseruetur in lo
co suo expositio illius.
¶ Allegorice et primo: et con-
formiter

formiter ad fratrē Petrū Berchorii. Uirga quā manu tenebat Moyses / significabat dei filium. Uirga enim regūtur animalia / pariter et paruuli: sic et per Christum regit deus pater hunc mundum: dicente ps. Reges eos in virga ferrea / et tā q̄ vas figuli confringes eos. Quod maxime fiet in die iudicij / quo ad impios. Moyses autem qui tenet in manu virgam istam / populum Judaicum designat / qui reuera in principio istam virgam / id est deū in manu sua tenuit: inquantū in ip̄m credidit / et eum adorauit. Per colubrum vero / qui est res corporalis et viua / intelligit̄ Christi humanitas / que fuit corporea et mortalis. Dico igitur / ꝙ quādo ꝟga quā tenebat Moyses: id est deus / quem credebat populus Judeorum / in terram missus fuit: tunc proculdubio in draconem / id est / mortalem hominem est conuersus: ita ꝙ iste Moyses / scilicet populus Judeorū factus est tremebundus / et a fide incarnationis domini fugitiuus. Judeus enim virgam in colubrum mutauit / dum dei filij personā / hominē factam abhorruit: et eā credere et recipere recusauit. Hinc Jo. j. dicitur: Uerbū caro factum est: et sui eum non receperunt. Ueruntamen de diuino dispensationis sacramento sic fiet / ꝙ iste Moyses / id est Judaicus populus / istum serpentē Christum cauda. i. in fine per fidem et credulitatem accipiet / et tūc sibi vertetur in virgam: inquantū ipsum finaliter deū credet: ita ꝙ tūc proprie potest dici illud Psal. Uirgā virtutis tue emittet dñs ex Sion / dominare in medio inimicorū tuorū. i. i medio Judeorū / q̄ modo sunt inimici Christi et fidei catholice.

¶ Allegorice et secūdo / et satis conformiter ad priorē expositionē: et sumit̄ ex glo. ordi. post Gregor. Moyses / est Judaicꝰ populꝰ. Uirga / est potestas diuinitatis: serpens autē / Christi mortalitas. Moyses ḡ virgam tenuit: quia Judaicꝰ populus ante redēptoris aduentum / in dei potestate confisus est. Post hec idē Moyses virgam ipsam in terrā ꝓiicit: quia ꝑ patriarchas et ꝓphetas deū incarnandum nunciauit. Uirga in colubrū vertit̄ / quia Christus verꝰ deus i se ꝑmanēs / mortalis est in homine factꝰ. Sed Moyses colubrū conspiciēs pertimuit et fugit: quia Judaicus populꝰ dum Christum mortalē vidit / deū credere expauit. Cui iubetur / vt caudam teneat: quia populus qui modo credere recusat / in extrema dominici corporis parte. i. posteriore tempore ecclesie / scʒ i fine mūdi sese ad fidē colliget: colubri caudā tenēs: quia eū quē mortalē ante despererat / in vltima parte ecclesie redēptorē suū cōfitebit̄. Mox serpēs in virgā redit: quia vt Judaicus populꝰ in Christū crediderit / mox ad iudiciū i potestate diuinitatis sue apparebit: vt iā serpēs virga sit: quia q̄ in terra homo despectus est / de celo veniēs sup angelos videbit̄ deus. hec ex glo. ꝑdicta.

¶ Allegorice et. ij. Moyses est Christus / cui credere noluerūt Judei absq̄ signis et miraclis. Unde

Unde dixerūt ei Mat.xij. Magistri volumus a te signum videre. Propter quod improperabat illis dicēs Joan.iiij. Nisi signa et pdigia videritis nō creditis. Quēadmodū ergo deus fecit signa per manum Moysi vt crederet tā Hebrei q̃ Egyptij q̄ esset a deo missus: ita et deus pater per filiū suū Christum fecit multa signa et varia in terris vt crederetur de eo q̄ esset missus a deo patre. Propter quod dicebat incredulis Judeis Joā.x. Si mihi nō vultis credere operibus credite. Item ibidē: Opera que ego facio ipsa testimonium perhibēt de me. At vero impij Judei ceperunt calumniari signa ipsius tanq̃ nō essent in deo facta dicentes illud Luc.xi. In Beelzebub principe demoniorum eijcit demonia. Alij autem signa q̄ facturus erat verus Messias (et que ponūtur Esa.xxxv. cum dicitur: Tunc aperientur oculi cecorum et aures surdorum patebūt. Tunc saliet sicut ceruus claudus et aperta erit lingua mutorū. Et que fecit Christus: vt patet Matth.xi. cū respondit discipulis Joā. dicēs: Ceci vident claudi ambulant. etc. Similiter eiusdem Matth. xv. dicitur q̄ accesserunt ad eū turbe multe habentes secū mutos cecos claudos etc. et curauit eos) negabant mendaciter huiusmodi signa a Christo fuisse facta dicentes illud Psalm. Signa nostra. i. que Esaias predixit de Messia non vidimus: supple a Christo ipleta: et ideo non est propheta. i. non debemus eum recipere tanq̃ prophetam: et nos non cognoscet amplius: et ideo nō est periculū facere circa eū quecunq̄ voluerimus. Tria ergo dicunt impij Judei de Christo (vt patet in dictis verbis) in quibus mēdaciter blasphemāt ipm. Et tales fuerūt prefigurati in Pharaone: q̄ efficaciter noluit credere verbis Moysi dicēti ei q̄ dominus mādabat illi vt dimitteret populū suū in pace. Propter quod finaliter spiritu et corpore perijt tam ipse q̃ sui: ita et Judei increduli erga Christū. Unde et Christus de talibus et similibus loquebatur cum dicebat Joā.iij. Qui non credit iam iudicatus est. Alij vero vt preordinati a deo audita Christi predicatione et visis signis que faciebat crediderūt in eū: vt sepe sacri Euangeliste referunt. Unde et similiter Actuū xiij. legitur q̄ predicātibus Paulo et Barnaba gentibus crediderunt quotquot erant preordinati ad vitam eternā. Et tales fuerūt prefigurati per illos Hebreos qui viso Moyse descendēte ad eos et signa que in presenti textu ponuntur faciēte: atq̄ dicēte se esse a deo missum ad eorum liberationem de Egypto et de potestate Pharaonis: statim crediderunt.

¶ Allegorice et quarto. Uirga est Christus. De qua in psal. Uirgā virtutis tue supple o popule fidelis emittet dñs. i. deus pater ex Siō. i. et celesti palatio: nō quidē locū mutādo sed naturam nouam assumendo: dominare ergo nunc in medio inimicorum tuorum. i. infidelium vel hereticorum aut demonū.

Bestij

Acsi diceret Psal. Tu popule Christiane/ nunc dominare. i. habes pulchrū dn̄ari in medio inimicorum tuorū predictorū: ex quo deus pater emisit de celo virgam virtutis tue. i. filium suum in terris/ ad te protegendū ⁊ defendendū a predictis inimicis tuis: quantūcūqꝫ sis in medio eorum. i. inter eos. Nam Christo pro te pugnāte/ et te ꝓtegente/ tibi nocere non poterunt: quātūcūqꝫ sint tibi molesti. In cuius rei signū dixit idē Christus Petro/ Mat. xxvj. Ego rogaui ꝓ te Petre/ vt non deficiat fides tua. Ista virga cum adhuc esset erecta ꝑ vitā/ ꝑcussit ligua sua canes/ ⁊ malas bestias. i. impios Iudeos: nūc inter ꝑdicandū vocans eos hypocritas/ nūc geniminia viperarū/ nūc generationem pessimā/ nunc filios gehenne/ nunc homicidas/ ⁊ huiusmodi. Insuper hec virga Christus percussit realiter impios Iudeos/ qn̄ facto flagello de funiculis/ eiecit vendentes boues ⁊ oues de tēplo cū negociationib⁹ suis: dicens: Auferte ista hinc/ ⁊ nolite facere ⁊c̄. Joan. ij. Ecce igit̄ quō Christus fuit tanqꝫ virga i vita sua. Tūc aūt ista virga mutata est in serpentē/ siue colubrū/ quādo suspēsus in cruce emisit spiritū. Et hoc est qđ dr̄ Joā. iij. Sicut (inquit Christus) Moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari oportet filiū hominis. Qꝫ autē expauit Moyses/ ita vt fugeret pre horrore: designat ꝙ Christo mortuo expauerūt discipuli/ ita vt fugerēt hincinde. Qđ aūt postmodū apprehēsa cauda colubri/ iterū versus est in virgam: designat ꝙ Christus resurgēdo a mortuis/ rediit in pristinā naturā. s. humanā/ quis multo ꝑfectiorē: vbi ꝑ vitā morte consumpta/ nihil in eo serpētis apparuit: vt dicit Isido. et ponit̄ in glo. ordinaria.

¶ Allegorice et quinto/ virga pulchra ⁊ sine nodo/ fuit Adā in statu innocentie: quādo fuit absqꝫ deformitate tā culpe/ qꝫ nature: tā ex parte corporis/ qꝫ aie: quinimo pulcher/ tum per gratiā ⁊ charitatē/ tū per iustitiā originalem. Hec aūt virga cōuersa est in serpentē: qn̄ serpens decepit Euā ⁊ ꝑ eā infecit totā naturā humanā/ infundens venenū peccati sup eam: ita vt fugeret Moyses. i. abhorreret de⁹ hominū cōsortiū/ eo ꝙ non esset conuentio inter vtrosqꝫ. Tandē aūt de⁹ pater extēdit manū suā. i. filiū suū/ ꝑ quē omnia facta sunt/ misit in mundū: vt ꝑ ipsum oīa repararet: ⁊ tūc apprehendit caudam serpentis/ nō totū serpentē: qꝛ nō naturā infectā culpa/ sed in illa puritate quā habebat ante petm̄: ⁊ tunc natura serpentis versa est in virgā/ qꝛ venenum serpentis extinctū est ꝑ gratiā saluatoris. Ecce qđ nobis profuit incarnatio filij dei.

¶ Allegorice et sexto. Virga Moysi/ designat humanā vitā. Proijcit̄ aūt hec virga in terrā in morte. Eccli. xl. Omnia q̄ de terra sunt/ in terrā reuertent̄. Que ibi ꝓiecta/ statim cōuertitur in colubrū. i. in abominabile ⁊ putridū cadauer: ita vt fugiat a p̄sentia ei⁹ pre horrore

habemus inimicos. De carne autem legitur in vitas patrũ: de quodam sene patre/ qui diu laudabiliter vixerat in eremo: et in quo videbant motus carnales omnino extincti et mortui/ qui tamen tandem impregnauit quandam mulierem/ q̃ ex charitate eum custodierat in graui infirmitate sua. Non ergo confidendum de infirmitate / aut debilitate carnis. Quia simile est de ea (quandiu homo viuit) sicut de spinis vrticis ꝛ tribulis/ que omnia i hyeme videntur mortua: sed redeunte estate ad modicum calorem solis statim reuiuiscunt ꝛ crescunt.

¶ Moraliter ꝛ tertio ꝑ Moysen/ qui tulit vxorem suam/ pariter et filios suos / imponens eos super asinum / cum voluit recedere de domo soceri sui Jethro/ ꝛ redire in Egyptum: designatur verus penitẽs/ qui debet refrenare concupiscentiam suam/ que nomine vxoris intelligitur: pariter et motus sensuales/ id ꝑ paruulos Moysi intelliguntur. Unde in Psal. Beatus qui tenebit et allidet paruulos suos ad petram. Ille autem allidit paruulos suos ad petram: qui insurgentibus motibus sensualitatis / statim allidit eos ad petram Christum: priusq̃ crescant et perueniant vsq̃ ad rationem superiorem: quia tunc essent mortalia peccata / propter superuenientem consensum rationis. Debet autem ipse Moyses/ id est verus penitens/ tam dictã vxorem q̃ filios eius imponere super asinũ: id est supra dorsum suum. i. corpus/ per assumptionem debite penitentie/ q̃ue consistat in ieiunijs/ siue in disciplinis aut vigilijs: et sic pergere in Egyptum/ id est ad domum luctus et lamenti/ flẽdo peccata sua/ vt tandem consoletur in terra promissionis regni celestis. Hinc scriptũ est Matthei. v. Beati qui lugent/ supple in presenti peccata sua: quoniam ipsi consolabuntur/ scilicet in futuro. Necesse est tamen/ vt talis penitens habeat semper virgam dei in manu sua. i. diuinum auxilium / quo protegatur ab omnibus inimicis suis. Unde Psal. Auxiliũ meum a domino. Et alibi: Nisi quia dominus erat in nobis: cũ exurgerent homines/ id est demones et peccata in nos/ forte viuos deglutissent nos.

¶ Moraliter et quarto/ iuxta illud verbum domini: Filius meus primogenitus Israel: notandum q̃ Israel interpretatur videns. Ille igitur est primogenitus domini dignitate/ qui clarius videt deum/ per rectã fidem formatam charitate. Unde sicut aquila illum pullum qui clarius respicit solem plus ceteris amat / et ipsum in nido retinet/ alijs inde reiectis. Itẽ sicut in territorio Cadomensi/ quod est intra ducatum Normanie solus primogenitus habet hereditatem patris eo defuncto: ita ꝛ apud deũ ille reputatur primogenitus/ qui perfectius intuetur eum / per rectã fidem. Unde talis manebit semper i nido ꝛ hereditate dei patris/ videlicet in ecclesia militante per gratiam/ ꝛ triũphãte per

te per glosam Joan. vi. Eum qui venit ad me, non eiiciā foras. Hunc itaqꝫ filium primogenitum non vult dominus in presenti a demone illudi: sed i libertate gratie dimitti, vt liberius et plenius seruiat sibi. Hoc tamen non libenter facit diabolus: ideo sequitur: Et noluisti dimittere eū: scilicet, absqꝫ tentatione.

¶ Moraliter et quinto, et aliter dominus cōminatur se interfecturū primogenitū Egypti, propter persecutionē sui primogeniti, qui est populus Hebreorum. Per quod denotatur ꝙ ipse dominus habet p̄mogenita sua, ꝛ similiter diabolꝰ sua. Primogenita igitur dei, sunt bone cogitationes et inspirationes, similiter et bone volūtates, vna cum sanctis desiderijs: que sunt semina bonorum operū, proiecta in agro cordis nostri, ab ipso agricola celesti. Quia vt dicit Apost. i. Corint. xij. Idem deus et dn̄s operatur omnia in omnibus. Item Phil. ij. Deꝰ operatur i vobis ꝛ velle ꝛ proficere: vl' vt aliqui libri habent, ꝛ perficere. Hec itaqꝫ primogenita dei vult interficere rex Pharao. i. diabolus, qui aduersatur initio bonorum operum: sicut aliquando voluit extinguere cereum beate Genouefe patrone Parisiēsium. Sed quia huiusmodi primogenita dei non solum dependent ab ipso domino deo, verum etiam a libero arbitrio humano: hinc est ꝙ frequenter per malū vsum ipsius liberi arbitrij extinguunt ad procurationē diaboli. Primogenita autem diaboli sunt semina malorum operum, que similiter seminat in agro humani cordis: ꝛ hoc cum dormiūt homines somno negligentie sue salutis. Non est autem volūtatis diuine vt talis primogenitus viuat ꝛ prosperetur: sed vt interficiatur per veram penitentiam et confessionem de peccatis. Et hoc est quod ait Apost. Ro. vj. Destruatur (inquit) corpus peccati.

¶ Allegorice ꝛ p̄mo, p Moysen, qui de mōte Synai reuersus ad Jethro socerum suum, noluit indicare sue visionis arcanum eo ꝙ gentilis esset: datur intelligi, ꝙ non debemus sanctū dare canibꝰ, neqꝫ spargere margaritas ante porcos: vt dicitur Matth. vij. Unde in figuram huius rex Ezechias punitꝰ est a domino, quia ostēdit secreta domus domini nuncijs regis Babylonis: vt legitur Esaie. xxxix. ita et nos debemus abscondere secreta fidei nostre ab hereticis, et alijs infidelibus, ne talia ꝛ nos pariter derideant.

¶ Allegorice et secundo, iuxta illud: Uadam et reuertar in Egyptum ꝛc̄. Notandum ꝙ per Moysen, qui assumptꝰ fuit de aquis, designatur Christꝰ, qui similiter fuit assumptꝰ de aqs Jordanicis, postq̄ ibi baptizatus fuit a Joāne. Hic igitur Moyses primo exiuit de Egypto. i. gente Judeorū, qui nūc i tenebris erroris manēt, eo ꝙ lumen illuminans omnē hominem venientem in hunc mundum, id est Christus recessit ab eis: ꝛ venit in terrā Ma-

dian.i. ad gētiles, per fidem ⁊ gratiam. Circa tamen finē mūdi reuertetur in dictam Egyptum, impartiens notitiam sue fidei ipsis Judeis. Esa.x. Tūc in veritate reliquie salue fient. Et Joan.x. Alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili, ⁊ illas oportet me adducere. Tūc igitur noster Moyses Christus visitabit fratres suos.i. Judeos, qui sunt fratres Christi, secūdum carnem: multum tamē remoti ab eo: vt videat si adhuc viuant, scilicet vita gratie: saltim aliqui, qui tunc incipient viuere.

¶ Allegorice ⁊ tertio, iuxta illud: Tulit ergo Moyses vxorē suam, ⁊ filios suos ⁊c. Notandum ꝙ per Moysen, intelligitur Christus. Per vxorē Moysi, designatur ecclesia. Per filios autem illius, intelligūtur singuli sancti, qui sunt filii ipsius Christi et ecclesie. Hāc igitur vxorem, vna cum filijs suis imposuit Christus super asinum, id est super corpus suum: quādo languores nostros ipse tulit, ⁊ dolores nostros ipse portauit: quando etiam vulneratus est propter iniquitates nostras, et attritus est propter scelera nostra: vt habet Esaie liij. Per hoc autem ꝙ Moyses dimisit vxorem suā, similiter ⁊ filios suos, quādo iuit in Egyptum: designatur ꝙ ipse Christus: quando descendit in limbum post mortem suam: visus est reliquisse ecclesiam, et discipulos: sed in resurrectione sua apte declarauit ꝙ non, qn quidē pluries ⁊ ī multis argumentis apparuit eis p dies quadraginta, vt legit Act.j. Iterū postmodū ascendendo ī celum visus est eos reliquisse, subtrahendo ab eis corporalē presentiā. Sed aperte ostēdit illis, ꝙ nō dimittebat eos totaliter, dicens illud Joā.xiiij. vado et venio ad vos. Uado (inꝗ) subtrahendo a vobis p̄sentiā corporalem: ⁊ venio ad vos, per presentiam spiritualem, siue sacramentalem: secūdum ꝙ dr̄ Matth. xxvj. Ecce ego vobiscū sum, vsqꝫ ad consummationē seculi. Qꝫ autem Moyses rediens in Egyptū, portat virgā dei in manu sua, aperte insinuat ꝙ diuinitas sēper fuit coniūcta humanitati ī Christo. Signa autē siue ostētaq̄ deus posuit in manu Moysi vt faceret ea corā Pharaone: designāt maxima miracula que deus pater posuit in manu Christi vt faceret ea coram Judaico populo: ad probādū se esse missum a deo. Et similit ad probādū veritatem sue resurrectionis. Quod vero dixit dn̄s de Pharaone: Ego indurabo cor eius, et non dimittet populū, insinuat indurationē populi Judaici, qui nō obstantibus multis signis ⁊ ꝓdigijs noluit credere Christo, nec dimittere populum eius: id est cessare a persecutione apostolorum: Joannis decimoquinto: Si me persecuti sunt, et vos persequentur. Quod deniqꝫ precepit dn̄s p Moysen ad Pharaonē, vt dimittat filium suū primogenitū, vt seruiat sibi: insinuat ꝙ dn̄s ꝓhibuit in

primitiua

spiritua ecclia populo Judeorū q̄ tūc fortis ⁊ multo maior populo catholico erat/ ne ipm̄ opprimeret: sed cum relinqueret libere colere eūdē Christū: dicēs illud Psal. Nolite tangere Christos meos. Unde et singulari charitate vocat eūdem populum/ filium suū primogenitum: non quidē annorum numerositate/ seu etate: sed dignitate. Et q̄ dicit⁹ Pharao. i. Judaic⁹ populus noluit dimittere in libertate dictum filiū dei primogenitū. i. populū Christianum libere seruire deo suo Christo/ ideo ipse dn̄s de⁹ interfecit filiū suū p̄mogenitū: sicut in effectu patuit in destructione Hierusalē p̄ Titū ⁊ Uespasianū/ sicut ipe idē Christus eisdem Judeis predixerat Luce. xix.

¶ Anagogice/ Moyses q̄ reuersus est ad Jethro socerum suū/ dicens q̄ volebat reuerti ad fratres suos in Egyptū: p̄figurabat Christi ascensionē in celū/ qui tūc dicere merito poterat illud Thobie. xij. Reuertar ad eum qui me misit. i. ad deū patrē. Reuersusq̄ est tunc ad fr̄es suos visitādos. i. ad angelos: quimmo ad supradictos fratres rediit Psal. Ascēdit super cherubin ⁊ volauit/ volauit super pēnas ventorū. Tūc etiā noster Moyses tulit vxorem ⁊ filios. i. synagogā reclusam in limbo cū aīabus sāctorū patriarcharū ⁊ p̄phetarū/ atq̄ in hunc modū reuersus ē in celum vnde primo venerat/ portans virgam dei in manu sua: id est naturam humanam glorificatam/ vnitam diuinitati i vnitate suppositi. Per Pharaonem autem cui⁹ dominus indurauit cor/ ⁊ qui non vult dimittere populum/ intelligitur diabolus/ cuius dominus indurauit cor per obstinationem/ non quidem positiue/ sed priuatiue: vt dictum est. Cuius etiam obstinatio tanta est/ q̄ non vult dimittere populum dei in pace: vt scilicet libere seruiat deo salutari suo. Et ideo deus iusto iudicio interficit filium suum primogenitum/ mittēdo in abyssum inferni aliquos demones/ qui ante peccatum erant de superioribus ⁊ primis angelis.

¶ Quarta clausula.



Cumq̄ esset Moyses in itinere in diuersorio/ occurrit ei dominus/ et volebat occidere eum. Tulit ilico Sephora acutissimā petram/ et circumcidit preputium filij sui. Tetigitque pedes eius/ et ait: Sponsus sanguinum tu mihi es. Et dimisit eum postquam dixerat: sponsus sanguinum tu mihi es/ ob circuncisionem.

¶ Historialiter postquam in precedenti clausula egit egregius ille dei famulus Moyses de preparatione sua super egressu suo de terra Madian/ et de domo Jethro soceri sui vt reuerteretur in terram

ram Egypti: hic consequenter agit de his que contigerunt ei in via / et primo de occursu domini volentis eum occidere. Dixit ergo: Cumque esset Moyses in itinere in diversorio / occurrit ei dominus. Loquitur ergo de seipso tanquam de quodam alio / tum ex humilitate / tum vt facilius ei credatur. Quid autem nomine diversorij intelligatur / statim dicetur: scilicet in solutione ad primum dubiū. Erat ergo tunc Moyses iam in via constitutus / vt rediret in Egyptū: cui occurrens dominus voluit occidere eum. Qualiter autem istud intelligatur / dicetur in solutione ad secundum dubium. Tulit autem statim Sephora (timore ducta) acutissimā petram. Hebrei dicunt aciem. i. ferrū acutissimū / vel novaculā. i. rasoriū / et circuncidit preputium filij sui: quia per verbum Moysi / vel angeli volentis occidere Moysen / dicta Sephora cognovit quod illa invasio angeli erat propter hoc quod filius eius non erat circuncisus: tetigitque pedes eius / scilicet filij sui circumcisi: ad cuius pedes manavit sanguis ex ipsa circūcisione / et ait: Sponsus sanguinum tu mihi es. i. fere propter te sponsus meus Moyses fuit occisus. Aliter exponitur ita / vt ly eius referatur ad Moysen / ad cuius pedes proiecit Sephora preputium filij sui abscisum / dicens: Sponsus sanguinum tu mihi es. i. propter te quod es spōsus meus: ne te angelus occideret / effusus est sanguis filij mei. et ista expositio secūda (vt inquit de Lyra) magis consonat litere sequēti / qua dicitur: Et dimisit eū: quia Sephora indignata recessit a Moyse / et rediit ad patrē suum cum filijs suis: vt trahitur ex. xviij. c. sequēte. Placuit etiā ipsi Moysi / quod illa rediret cū filijs suis: quia tunc percepit quod esset illi oneri: et hoc quantum ad negocium pro quo ibat in Egyptum. Augu. autem in questionibus super Exodum dicit: quod locus iste brevitate obscurus est. Ubi ergo ait / tetigit pedes eius / intelligendum est quod sanguis tetigit pedes pueri / vel angeli. Unde Sephora irata ait viro: Es ne mihi vir sanguinum et. an et coniugio tuo tantū scelus teneor agere: vt fundā sanguinem filij mei?

¶ Circa autem hunc tertium possunt moveri aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū. Quid in proposito intelligitur per diversorium? Dicendum conformiter ad dominum Petrū de Pal. quod intelligitur domus publica ad divertendū sive causa refectionis / sive ad pausandum / facta in deserto: que alio nomine vocatur hospitale. Andreas autem dicit / quod diversorium est / quo diversis vijs convenitur. Vel sicut alij dicunt / est domus inter duos muros / duas habēs ianuas. Sicut ergo apud nos sunt cōmunia hospitia super vias publicas / ad recipiendum trāseuntes et hospitalia pro pauperibus: ita etiā tunc temporis in Oriente / ubi hec agebantur / erant quedam domuncule iuxta regias et publicas vias / que vocabantur diversoria:

nersoria/ad quas viatores diuertere solebant gratia hospitandi/vel reficiendi/ vel causa estum declinandi. Hec dictus de Pal. post Andream.

¶ Secundū dubium mouetur/ ꝓpter illō primū verbū: Cūqꝫ esset Moyses i itinere. Querit ergo cur angelus dñi nō occurrit Moysi in principio vie/ sicut tam in via constituto/ et qui ipsum plene instrueret de agēdis p eum? Dicendū/ ꝙ ideo qz adhuc nō apparebat vtrū ipse Moyses deberet secū ducere vxorē in Egyptū/aut ꝙ solum ipsa deberet eū associare vsqꝫ ad certā distantiā sicut facere solent amici et proximi in exitu amicorū suorum longas vias aggredientiū. Tunc ergo primo illi occurrit/cum primo distingui potuit.

¶ Tertium dubiū. Cur dominus/ siue angel9 in ꝑsona dñi/ voluit occidere Moysen? Dicēdū/ꝙ ꝓpter duo. Primo quidem quia tanqꝫ culpabilis habebatur/eo ꝙ non circuncidebat puerū suū. Secundo vero/ eo ꝙ cum duceret secū vxorem suā/vna cū filijs/ que quidē ꝑsone fuissent sibi impedimento circa executionē officij et mysterij/ ꝓpter quod mittebatur in Egyptum. Alij aūt referunt ly eum/ad puerū: ita vt sit sensus/ꝙ angelus dñi volebat occidere puerum Moysi: et tunc queritur/

¶ (Quartū dubiū.) Cur angelus voluit potius interficere vnum de filijs Moysi/ qꝫ ambos? Erāt enim duo/(vt cōstat) scilicet Gersan et Eliezer/ quos pariter secum ducebat/ vna cū matre: vt dicitur in textu precedētis clausule. Dicendū (secundū Augusti.) ꝙ cū Moyses et Sephora essent diuersorum rituum/ condiuiserant inter se, pleni/sicut fiebat in primitiua ecclesia: quādo vno cōiugum ad fidem conuerso cōmanebant. Moyses ergo circūcidebat suum/eo ꝙ Hebre9 esset (Hebreis autē data fuerat circuncisio: nō autem gentilibus/de quorū genere erat Sephora/ filia Jethro que gentilis erat) et ideo ipsa Sephora suum nō circuncidebat: sed incircūcisum secū ducebat. Nec (secundū hanc opinionem) tenebatur ille paruulus qui erat in sortem Sephore/ ad circuncisionem: etiā adultus factus: alius autē tenebatur: sed iste modus dicendi nō placet omnibus. Si eīn hodie Christianus contraheret cum Judea/ et ex ea generaret proles (dato ꝙ mortaliter peccaret) nihil ominus ad eū pertineret dispositio prolium/ et non ad matrē: cum pater sit principalis causa prolis et per consequens habens poti9 ius in ea. Et ita teneretur eas offerre ad baptismum. Ergo etiā tunc ad Moysen pertinebat dispositio spiritualis et corporalis precipua amborum filiorū suorum. Causa ergo cur potius angelus voluit interficere vnum de filijs Moysi/ qꝫ reliquum/ hec fuit: Ipse nempe circunciderat vnū ex illis in terra Madian/ scilicet Gersan. Eliezer autem adhuc incircuncisus erat. Et hic est quē voluit angelus interficere. Et si dicatur/ ꝙ nondum venerat

venerat ad etatem adultam/et per cõsequens non erat in culpa si circuncisus non erat: Dicendũ/ꝙ his non obstantibus potuit tamen angelus de mandato domini iuste velle eũ occidere in penã negligentie patris/ qui non circunciderat eũ cũ fratre suo in terra Madian. Nam plerunqꝫ filiꝰ portat iniquitatem patris / quantum ad penam temporalem/siue corporalem: secundum illud Exod. xx. Ego sum dominꝰ deus tuꝰ fortis/zelotes/visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam ꝛ quartam generationẽ. Alij autem dicunt / ꝙ non volebat angelus occidere filium Moysi:sed ipsum Moysen:ita ꝙ ly/occidere eum/refertur ad eundem Moysen. Hunc ergo volebat dominus occidere/ eo ꝙ ducebat secum filium suum Eliezer incircuncisum. Et iste modus dicẽdi est probabilior ꝛ conformior textui: vt dictũ est in expositione literali.

Quintum dubium est de Sephora/ que circũcidit filiũ suũ Eliezer. Queritur ergo vtrum hoc sibi licuerit/ꝛ presertim in presentia viri sui Moysi? videtur ꝙ non. Nam in lege gratie nõ licet mulieri baptizare paruulum/etiam in necessitate:dũ modo assit ordinariꝰ minister baptismi/scilicet sacerdos. Ergo neqꝫ tunc licebat matri circuncidere paruulum suum presente marito / ad quem principaliter spectat cura spiritualis filij. Igitur ꝛc. Dicendũ(sustinendo opinionem que dicit/ꝙ ille quem volebat occidere dominus erat Moyses, et non filius eius) ꝙ ipse Moyses fuit adeo perterritus/ ꝙ non cogitabat aliud tunc nisi qualiter euaderet mortẽ. Sephora ergo hoc videns / ꝛ que non fuit tunc perterrita/predictum officium exercuit/tanqꝫ in casu necessitatis:ne ꝛ ipsam vellet dominus occidere. Ex quo relinquitur ꝙ sibi licuit tunc circũcidere filium suum/etiã in presentia mariti sui.

Sextum dubium. Utrum liceat domino/siue angelo in persona domini/vti fictione. Uidetur ꝙ sic/ ꝛ presertim in proposito:quia simulauit se velle occidere eum / scilicet Moysen/ aut filium eius. Si enim ita voluisset absolute et simpliciter/ sic factum fuisset. Dicendum/ ꝙ non fuit ibi fictio:sed voluntaria conditio. Nam deus volebat mortẽ ipsius Moysi/aut filij sui efficaciter secuturam / aut circuncisionem ipsius paruuli. Et quia secundum secutũ est efficaciter: ideo primũ cessauit. Nulla ergo ibi fuit fictio: quamuis etiam sit aliqua fictio bona. Unde ꝛ de Christo legitur Luc. xxiiij. ꝙ finxit se longius ire.

Septimum dubium. Utrum Moyses peccauerit mortaliter qui vsqꝫ tunc distulit circuncidere puerum suum / qui etiam diutius expectasset si cõminatio mortis ex parte domini nõ superuenisset. Uidetur ꝙ sic/ qz de necessitate precepti circuncisio danda erat die octauo/dicente dño Geñ. xvij. Infans octo dierũ circuncidetur in vobis. Unde etiã legit̃ ibidẽ. xxj. c. ꝙ Abrahã die octa-

uo circũcidit puer suũ Isaac.
Igit Moyses mortaliter pec-
cauit/qui tantũ distulit circũ-
cidere filiũ suũ. Dicẽdũ/ q pec
cauit mortaliter/nisi habuerit
iustã causam retardantẽ eum.
Iusta aũt causa potuit esse cõ-
sideratio vie faciende in Egy-
ptũ / ex qua potuisset immine-
re periculũ mortis ipsi paruu-
lo ꝓpter teneritudinẽ carnis/
si circuncidisset eũ prius die o-
ctauo. Et ideo sicut paruuli
Hebreorũ nati in deserto nõ cir
cuncidebant tunc ꝓpter dictã
causam:sed postea tantũ/ cum
scilicet fuerũt in Galgalis:vbi
generalis circũcisio omnium
illorũ qui nõ fuerant circũcisi
in deserto / ꝓpter instabilitatẽ
tabernaculorum facta est : ita
etiam posset dici in proposito.
Sed ista causa non potuit esse
iusta in ipso Moyse:vt puta ex-
cusans eũ a trãsgressione diui-
ni pcepti de circuncisione dã-
da filio suo die octauo : alias
dñs nunq̃ voluisset eũ occide-
re propter talem negligentiã:
sicut hic dicitur. Dicendum/ q
peccauit mortaliter/tantũ dif-
ferendo circuncisionẽ filij sui.
Iam enim transierãt octo dies
a natiuitate sua. Alias dñs nõ
voluisset eũ occidere i via. Ex-
cusat tñ a tanto/ eo q dict9 fi-
lius adhuc tenellus esset. Ti-
mebat ergo eũ tũc circũcidere
ne inde posset mori. Sed qz nõ
erat adeo tenellus / q ex ipsa
susceptione circũcisionis nata
esset sequi mors:ideo trepida-
uit timore vbi non erat timor:
ꝛ per ɔñs mortaliter peccauit.
¶ Nec quidem tunc tantum/
verũetiã vt alia vice/videlicet
qñ filij Israel irritauerunt eum
ad aquas contradictionis: vt
dicit Psal. ꝛ sumit ex libro Nu
mero. xx. Hoc aũt fuit qñ He
brei venerũt i Cades/ꝛ ob de-
fectũ aquarũ ceperũt murmu-
rare cõtra dñm ꝛ Moysen ser-
uum suũ. Et dicunt aque cõtra
dictionis:qz ibi cõtradixerunt
dño ꝛ Moysi. Seqt/ Et vexat9
est Moyses ꝓpter eos.i. ꝓpter
eorũ importunitatẽ:qz exacer-
bauerũt spiritũ ei9/ intantũ vt
ꝓsiperet in verba dubitatis
dicẽs: Audite rebelles ꝛ incre
duli: Num de petra hac poteri
mus vobis aquã eijcere? Ubi
sciendũ scdm dñm Hug. Car-
di. sup Psal. q Moyses nõ du-
bitauit de potẽtia dñi:sed for-
te de benignitate eius / sclz q
minus benigne ageret cũ eis/
ꝓpter peccã sua:tã in miraculo/
q̃ in alijs. Et qz sic dubitauit
punit9 fuit:qz nõ intrauit i ter-
rã ꝓmissiõis: sed mortu9 est in
deserto. Similiter de Lyra sup
Psal. dicit sup illo vbo/vexat9
est Moyses ꝓpter eos : q ipse
fuit turbat9 mẽte/intãtũ q ti-
muit ne deus denegaret eis a-
quã ꝓpter malitiã eorũ:ꝛ sic in
quit non credidit plene verbis
dñi/qb9 ei ꝛ fratri suo Aaron
dixerat: Loq̃mini ad petrã co-
rã eis/ ꝛ illa dabit aq̃s. Nu. c.
xx. Propter qđ ꝑcutiẽdo petrã
ꝓtulit vbũ dubitatiuũ dicẽs:
Num de petra hac aquã vobis
poterimus eijcere? Et distinxit
in labijs suis.i. manifeste ostẽ-
dit in modo loquẽdi hesitatio-
nem cordis sui. Propter quod
fuit statim a domino reprehẽ-
sus/et ab ingressu terre ꝓmis-
sionis exclusus : vt dictum est.
Dicit

Dicit etiam hic glos. interli. ꝙ ipse Moyses tūc fuit mēte turbatus: ita vt hesitaret. Itē ꝙ nimia importunitate succēsus / diffidenter excrepuit / dicens: Nunquid de petra hac poterimus ꝛc. Ex his ergo omnibus possumus formare talē rationem: Quicunq; vertit in dubiū id qđ dominus absolute predixit futurū / mortaliter peccat: alias liceret dubitare de aduentu Christi ad iudiciū / et de resurrectiōe generali / atq; benedictione electorū / ꝛ maledictione reproborum: ꝛ sic de alijs prophetijs que sunt de futuro. Sed sic est ꝙ dn̄s absolute predixerat Moysi ꝙ ad tactum virge sue petra daret aquas: vt patet Num. xx. Igitur ipse hoc futurum sub dubio ponendo / mortalit᷑ peccauit. Nec videtur aliquod inconueniens ita dicere: maxime cum ipse Moyses nondum vidisset diuinam essentiam. Hec dicta sint tm̄ probabiliter / propter reuerentiam ꝛ sanctitatem Moysi / serui dei.

¶ Octauum dubiū. Quare Sephora circūcidit puerū suū cū petra acutissima / potius ꝙ̄ cū gladio aut nouacula. i. rasorio. maxime cum Iudei hodie sic circuncidāt paruulos suos / videlicet cum rasorio. Dicendū / ꝙ hoc fecit instinctu spiritussancti: vt ꝑ hoc figuraretur ꝙ circūcisio spiritualis esset fienda per Christum: de quo dicit᷑. i. Cor. x. Petra autem erat Christus. Dicit tamē beatus Tho. iij. parte. q. lxx. arti. iij. in solu. ad secundum / ꝙ cultellus lapideus nō erat de necessitate circuncisionis. Unde / inquit / non inuenitur tale instrumentū ꝑcepto diuino determinatū. Neq; etiam communiter vtebantur Iudei tali instrumento ad circuncidēdum / sicut neq; modo vtuntur. Leguntur tamē alique circūcisiones famose cultello lapideo facte / sicut legit᷑ Sephora vxor Moysi fecisse: Exod. iiij. Et Iosue. v. dicitur: Fac tibi cultellos lapideos / et circūcide filios Israel. hec ille.

¶ Nonum dubiū. Unde / vel a quo / fuit edocta Sephora circūcidere puerum suum cultro lapideo / ꝛ signanter cum esset mulier gētilis ꝛ pagana: vt dictum est. Dicendum ꝙ forte viderat virum suum Moysen circa alium filium prius ita fecisse: qui quidem Moyses hoc habuerat forsan per diuinā reuelationē: vt sic figuraretur Christi passio. Uel vt dicit de Pal. timore imminētis periculi perturbata / quod primum inuenit aptum ad talem circūcisionē / ilico ꝛ sine magna deliberatione accepit. Circa hoc autem aliqui fabulantur / ꝙ ex tunc vsq; ad Dauid circūcisio facta est cū cultro lapideo. Sȝ postꝙ̄ eo pugnante cum Golia ferrum galee cessit lapidi funde / facta fuit cū ferro: quasi lapide ferro cedēte in circūcisione / sicut ferrum in vulnere. Hoc tamen non potest haberi ex presenti textu / nec ex alio. Unde ꝛ ipsi Iudei nō circuncidūt paruulos suos cultris petrinis: vt quidam dicūt / sed acutissimis nouaculis.

¶ Decimum dubiū. Quomodo fuit remissum originale per ta-

lem

bem circuncisionē paruulo per Sephoram circunciso. Nō primo virtute ipsius circuncisionis: eo q non iustificabat ex opere operato: plusq̄ alia sacramenta veteris legis. Nec similiter ex opere operāte matris: id est: ex fide quā habebat de mediatore: siue redēptore venturo: quia cum esset gētilis (vt dictum est) nihil ad eam de lege Judeorum: nec de fide mediatoris. Dicendum ad hoc: q sicut nunc Judeus aut pagan⁹ i necessitate potest baptizare: dūmodo intendat conferre qd intēdit ecclesia: & obseruet formam baptismi: vna cum debita materia: vt dicitur de cōsec. dist. iiij. c. a quodā Judeo. ita etiam ipsa Sephora (q̄uis gentilis) vere circuncidit paruulū suum: dummodo intenderet in generali conferre id quod Hebrei circūcidēdo puulos suos conferebant. Insuper verisimile est: q dicta Sephora fuerat edocta a viro suo Moyse de veritate & efficacia ritus Hebreorum: & q ex toto reliquerat ritum parentum: adherendo ritui viri sui. Et ita per fidē quā habebat: & bonum motum interiorem: deus remisit peccatum originale filio suo.

¶ Moraliter & primo. Per filium Moysi incircuncisum: et quem deus vult occidere: quia incircuncisus est: vel forte patrem voluit occidere: eo q neglexisset cū tēpore debito circuncidere: designatur quisq filius malis moribus repletus: & qui est incircuncisus aurib⁹: oculis: ore: lingua: olfactu: tactu: pedibus: corde: intellectu: volūtate: memoria: & huiusmodi per malum vsum harum potentiarum anime: & sensuū corporis. Necesse est ergo tales defectus filiorū circuncidere. Alias tandem incurrent eternā mortē: & potissime vbi talis incircūcisio fuerit mortalis. Insuper ira dei desuiet in parētes negligentes circuncidere paruulos suos. i. reprimere insolētias filiorū suorum: que ducunt ad eternam perditionem. Quia teste Apost. Rom. j. Non solum digni sunt morte q mala faciunt: sed etiā qui cōsentiunt facientibus: quia agētes: sciētes: & consentientes eadē pena puniri debēt. Hinc. j. Reg. ij. legitur: q Heli mortē incurrit: eo q non ita seuere punivit insolentiam filiorum suorum vt debuit. Uide ad propositum terribile exemplum qd ponit Augusti. ad fratres in eremo: ser. xxiij. qui intitulatur de detestatione ebrietatis: de quodā iuuene male circūciso a parentibus: q tandē matrē oppsit pgnātē: sororē violare voluit: patrem occidit: & duas sorores ad mortē vulnerauit. Et notāter hic dicit: q Moyses erat i itinere in diuersorio: & simili' dict⁹ fili⁹ suus qn mater circūcidit eū. Nā per hoc denotat q spiritualis circūcisio non fit nisi q̄diu sumus in itinere: aut in diuersorio. i. in presenti seculo adhuc constituti. Nō eni fit talis circūcisio i celo: eo q nihil coinq̄natū ibi intrare pmittit: nec in inferno: eo q ibi nulla fit redēptio. Nec simil'r in purgatorio: nisi forsan de aliq̄bus leuibus culpis: q nō impediūt gratiam

gratiam dei. Sed tm̄ in p̄senti
vbi est tempus miserēdi eius/
scilicet dei. Ergo dum tempus
habemus/ circuncidi debemus
per confessionem ⁊ satisfactio=
nem/ atq; alienorum restitutio
nem. Q vero paruulo circunci
so dimisit eum dominus / vel
patrem: designat q facta cir=
cuncisione spirituali / dimit=
tit nos ira dei ne vlteri9 in nos
deseuiat comminādo eternam
mortem. Ezech. xviij. In qua=
cunq; hora ingemuerit pecca=
tor ⁊c. Ecce q̄ntum prodest cir=
cūcisio facta in presenti. Olim
enim Apost. clamabat/ dicēs:
Si circuncidimini/ supple car=
naliter/ Christ9 nihil vobis p=
dest. Gal. v. At vero hodie cla=
mat/ dicēs illud Deuter. x. Cir
cundite preputiū cordis vestri.
¶ Moraliter ⁊ secundo: iuxta
illud verbum/ Tulit Sephora
silico acutissimā petram ⁊c. no=
tandū q p petrā in p̄posito in=
telligit grauitas penitentie/ q̄
debet eē acutissima/ s̄m exigē=
tiam culpe: iuxta illud Deuter.
xxv. Pro mensura delicti erit ⁊
plagarū mod9. Et Apoc. xviij.
Quantū glorificauit se/ et ī de=
litijs fuit/ tm̄ date ei tormentū
⁊ luctum. Hac ergo acutissima
petra debet fieri circūcisio pec
catorū: vt dictū est prius. Sed
quid est q Sephora nō procra
stinauit circuncidere paruulū:
sed silico ⁊ festināter cū circun
cidit? nisi q penitentia non est
p̄crastināda/ sed festināter im
plenda/ ne mors repēte supue=
niat. Qd etiā innuit Christus
Luc. xiij. qui cū premisisset/ di=
cens: Nisi penitentiā habueri=
tis/ oēs similiter peribitis: sup
ple repente ⁊ insperate/ sicut il
li decē ⁊ octo/ supra quos ceci=
dit turris in Syloe/ et occidit
eos. Propterea Sapiēs Eccl'i
v. vnūquēq; peccatorē salubri=
ter admonet/ dicēs: Ne tardes
conuerti ad dominū/ ⁊ ne diffe
ras de die ī diem: subito enim
veniet ira ei9 ⁊c. Hinc Augu.
lib. viij. confess. seipsum repre=
hendens eo q tantū tardasset
conuerti ad baptismū ⁊ fidem:
quia vsq; ad. xxix. annū: post=
modū dicebat/ Modo ecce mo
do/ siue paululū. Sed modo et
modo non habebat modum: ⁊
siue paululum / ibat in lōgum.
hec ille. Ilico ergo faciēda est
circuncisio peccatorū/ quia pe
riculum est in mora: quia mors
est incerta. Sunt ⁊ alie cause q̄
tāgunt de pe. dist. vlti. in fine.
¶ Moraliter ⁊ tertio/ iuxta il=
lud verbū: Spōsus sanguinum
tu mihi es/ ob circūcisionē: no=
tandū q ista possunt esse ver=
ba carnis/ siue sensualitatis ad=
uersus spiritū. Ipsa enim caro
multos filios. i. motus incircū=
cisos generat: vt ostēsum est in
prima expositione morali p̄ce=
dēti. Cū ergo dn̄s. i. spirit9/ seu
ratio vult facere circuncisionē
de p̄dictis/ iperādo carnis ma
cerationē/ ⁊ metuū sensualita=
tis cohibitionē/ vt nō sequatur
homo suas cōcupiscētias: tunc
clamat caro ꝯ spm̄/ dicēs: Spō
sus sanguinū tu mihi es: Et be
ne dicit/ spōsus/ quia inter car=
nē ⁊ spm̄ videt esse quoddā ma
trimoniū/ qd non dissoluit nisi
p mortē. Unde in figura huius
querimonie legit Thob. iij. q
cū Sara vxor Thobie iunioris
increparet ancillā suā p culpa
eius

eius: illa cũ improperio respõdit ei dicens: Amplius non videamus et te filium aut filiam super terrã: interfectrix virorũ tuorũ. Numquid ꝛ me occidere vis: sicut etiã occidisti septem viros? Ad propositum: dñs est ratio: ancilla sensualitas. Accidit autẽ quandoq; vt ratio reprehẽdat insolentias sensualitatis: pro quib⁹ domãdis imperat ieiuniũ siue abstinentiã: et tunc improperat dicta ancilla dñe sue: ꝙ velit eã occidere: et sanguinẽ suum fundere: dicẽs ad spiritum: per quẽ intelligit ratio: Sponsus sanguinũ tu mihi es: ob circũcisionẽ. i. volẽdo in me circũcidere sensus meos in quibus complacet mihi.

¶ Allegorice et primo. Moyses: q̃ est in itinere et nõ in domo: designat legalia: q̃ hodie nõ sunt intra domum ecclesie: sed extra. Per hoc autẽ ꝙ dñs voluit occidere Moysen: designatur mors ꝛ cessatio legaliũ preceptorũ. In cuius rei signũ dixit Christus moriens in cruce: Consummatum est: scȝ vet⁹ testamẽtũ: quantũ ad huiõi legalia. Et ꝑ consequens nõ sunt vlterius obseruanda sub pena peccati mortalis. Cessandũ est ergo a circuncisione paruulorum: ab immolatione agni paschalis: ab obseruatione sabbati: ꝛ huiusmodi.

¶ Allegorice ꝛ secũdo: ꝛ ꝯformiter ad glo. ordi. Sephora: q̃ filiũ suũ circũcidit: ecclesiã de gẽtib⁹ significat: que ꝓputiũ filij sui. i. gẽtilis populi acutissima petra. i. ꝑ fidẽ Christi spoliat. De co nẽpe dicit Apost. j. Cor. x. ꝙ petra erat Christus. Per actionẽ itaq; hui⁹ petre: id est ꝑ fidẽ Christi fit circũcisio peccatorũ. i. remissio: et exuitur homo vetus cum actib⁹ suis: ita vt amodo nõ deseuiat ira dei ꝯtra Moysen: aut paruulum taliter circũcisum: ideo notãter dr̃ i tex. ꝛ dimisit eũ.

¶ Allegorice ꝛ tertio. Circuncisio ꝑfigurabat in antiq̃ testamẽto baptismũ in nouo. Nam quẽadmodũ dñs tũc clamabat ꝙ masculꝰ cuꝰ caro ꝓputij circũcisa nõ fuerit: delebitur aĩa illa de populo suo: vt habetur Gen. xvij. ita nũc clamat: Nisi q̃s renat⁹ fuerit ex aqua et spũ sancto: nõ potest introire in regnũ dei. Joan. iij. Sicut g̃ dñs volebat occidere filiũ Moysi: eo ꝙ incircũcisus esset: vel eũdẽ Moysen: ꝓpter negligẽtiã suam circa hoc: ita ꝛ hodie ira dei deseuit in ꝑuulos nõ baptizatos: ita vt excludat eos sic decedẽtes a regno suo. Et siĺr deseuit i ꝑarẽtes: qñ nõ tradũt eos baptismo tẽpore ꝛ loco.

¶ Allegorice ꝛ q̃rto: iuxta illud ṽbũ: Sponsus sanguinũ tu mihi es ob circũcisionẽ: notãdũ ꝙ spõsus aĩarũ nrãꝝ Christ⁹ est: q̃ eas despõsauit (ꝗtũ i se fuit) i sua passiõe. Initiatiue aũt in circũcisiõe sua: qñ ꝑmo fudit sanguinẽ suũ i redẽptiõe aĩarũ nrãrũ. Merito g̃ possum⁹ illi dicere (q̃si grãs agẽtes vnusq̃sq; ꝓ seipo) Sponsus sãguinũ tu mihi es ob circũcisionẽ. Et notãter dr̃: spõsus sanguinũ in plurali: q2 nõ solũ semel: verũ etiã plures fudit suũ sãguinẽ ꝓ nobis: vȝ i circũcisione: in horto: in flagellatiõe: in coronatiõe: in crucifixione: in la=

in lateris apertione.

¶ Allegorice ⁊ quinto: Moyses/ est vetus testamentũ: filius eius/ est sensus literalis legis. Hunc autem filium non circũcidebat vetus testamentũ/ siue doctor legis: sed dimittebat granũ cum palea. Propter qđ iratus est dominus contra predictum Moysen: adeo vt vellet eũ occidere: quia litera occidit: vt dicit Apost. ij. Corint. iij. Sephora autẽ/ que vno modo interpretatur placẽs adhesit/ designat ecclesiam catholicam/ siue legẽ gratie: que placens Christo tanꝙ sponsa viro suo/ non habẽs maculam neq; rugam/ adheret illi per fidem ⁊ dilectionem. Hec igitur Sephora circuncidit dictum paruulum: id est/ sensum literalem legis/ auferendo ab eo superflua siue paleã ⁊ vmbram figurarum: retinens granum/ id est veritatẽ sub dicta vmbra ꝑus latentem/ eliciẽs ⁊ recolligẽs. Et hec est optima circuncisio: quam qui non habet/ in errore est. Hec igitur optima Sephora/ id est fides Christiana: circũcidẽdo dictum puerũ/ id est sensum literalẽ legis antique: suggerit mel de petra/ ⁊ oleum de saxo durissimo.

¶ Allegorice et sexto. Filius Moysi/ qui aliquãto tempore stetit incircuncisus/ ⁊ quẽ tandẽ circuncidit Sephora/ Christum dei patris filium significat: vel qui putabatur fili⁹ Joseph: vt habetur Luce. iij. Hic igitur filius stetit incircũcisus vsq; ad diem octauum: tãdem vt se conformaret legi/ ⁊ vt inchoaret humanã redẽptionẽ/ voluit die octauo circũcidi: vt legitur Luc. ij. A quo aũt fuerit circuncisus/ non legitur: an scilicet a matre sua/ maxime cũ matres in ãtiqua lege possent circuncidere filios suos: vel a sacerdote legis/ nescitur.

¶ Anagogice: ꝙdiu sumus in hac mortali vita/ sumus incircuncisi: tã ex parte corporis/ ꝙ anime: quia plures patimur superfluitates ex parte vtriusq;. Die autem octauo/ id est/ in octaua etate/ cũ erit questio vt glorificemur cum angelis in celo: prius circuncidemur ꝑ collationem dotũ anime ⁊ corporis/ ⁊ tunc tanꝙ purgati ppetuo manebim⁹ in glĩa celesti.

Quinta clausula.



Dixitq; domin⁹ ad Aaron: Uade in occursum Moysi in desertum. Qui perrexit obuiã ei in montẽ dei/ ⁊ osculatus est eum. Narrauitque Moyses Aaron omnia verba domini/ pro quib⁹ miserat eũ/ et signa que mandauerat. Ueneruntq; simul/ ⁊ congregauerunt cunctos seniores filiorum Jsrl. Locutusq; est Aaron oia verba que dixerat domin⁹ ad Moysen: ⁊ fecit signa corã populo/ ⁊ credidit popul⁹. Audieruntq; ꝙ visitasset domin⁹ filios Jsrael/ ⁊ ꝙ respexisset afflictionem illorũ: ⁊ proni adorauerunt.

¶ Historialiter postꝙ in precedenti clausula egregius dei propheta Moyses egit de circuncisione filij sui/ quam fecit Sephora vxor sua: hic consequenter agit qualiter ex impe-

rio domini frater suus Aaron venit obuiam illi redeunti in Egyptum: Item de his que gerunt ambo/postq̃ conuenerunt in vnum. Refert ergo dictus Moyses/ qualiter dominus precepit fratri suo Aaron/ vt iret in occursum eius in desertum / per quod transire habebat vt descenderet in Egyptũ. Ex quo patet ꝙ ipse Aaron/tãq̃ propheta domini/ habuit aliquando aliquas reuelatiões a domino: q̃uis ( vt cõmuni⁹ )p̃dicte reuelatiões sint facte Moysi/et signãter postq̃ conuenerunt in vnum. Aaron igitur facta sibi reuelatione de aduẽtu fratris sui Moysi/iuit illi obuiã vsq; ad montẽ dei. Hic est mons Synai / siue Oreb: qui dicitur mõs dei / eo ꝙ ĩ eo iam apparuerat illi dominus. Et siſr quia ibi appariturus erat eidem/et legẽ daturus. Cum ergo in vnum conuenissẽt /narrauit Moyses fratri suo Aaron omia verba domini / pro quibus miserat eum. Cumq; simul venissent ad terram Gessen/vbi habitabant filij Israel: congregauerunt seniores filiorum Israel / q̃ erant maioris authoritatis. Queãdmodũ ꝗ mandatũ principis ad paucos officiarios / vel consiliarios dirigiť: ꝛ illis pri⁹ manifestatur: deinde multitudini per eos innotescit: ita in ꝓposito factũ est. Residuũ text⁹ declarabiť in deductiõe dubioꝝ.

¶ Primũ igiť dubiũ: Quõ dixit dñs ad Aaron / vt iret obuiam fratri suo? Respondet ad hoc gl. interli. ꝙ ꝑ interiorẽ inspirationẽ / vel ꝑ exteriorẽ locutionẽ formatã in aere/ prout dño placuit ꝛ possibile fuit.

¶ Secũdũ dubiũ: Cũ Aaron esset futur⁹ summ⁹ sacerdos/ ꝛ antiquior Moyse trib⁹ annis: cur p̃cepit ei vt iret obuiã fratri suo? Videť enim ꝙ potius debuisset venisse ad ipm Aarõ/q̃ ecõuerso. Respõsio / hoc ideo factũ est / q2 placuit dño ꝙ sic fieret. Insuꝑ nondũ erat Aaron sacerdos. Preterea ipe Moyses ex dñica locutiõe dignior effect⁹ erat. Nec antiquitas annorum aliquid facit in proposito.

¶ Tertiũ dubiũ: Utrũ Aaron solus perrexerit obuiã Moysi fratri suo. Dicendũ probabiliter/ ꝙ non: sed assumpsit secum famulos q̃tũ fuit illi necesse ꝛ opportunũ: tũ propter discrimina viarum/tam ex parte bestiarum habitantiũ in deserto illo/q̃ latronũ vias explorantium: tũ propter honorẽ vtriusq;/Moysi scilicet et Aaron. Sacra autẽ scriptura cõmuniter solet egregias personas tãtum exprimere / suppressis famulis. Solus ergo non fuit Aaron/nec similiter frater su⁹ Moyses. Uel forsan scriptura tacet seruos eorũ/ne viderẽtur notari de fastu huius seculi et ambitione / cum tamen essent valde humiles.

¶ Quartũ dubiũ: Cur osculatus est Aaron fratrẽ suũ? Dicẽdum/ ꝙ in signũ precipui amoris fraterni. Et multo eñi tempore nõ viderat eũ. Nam tunc currebat quadragesimus annus ex quo recesserat Moyses de Egypto. Insuꝑ hoc fecit ad insinuandũ ꝙ licitum est viros in charitate

charitate et amicitia iunctos osculum sibi mutuo pberere. Propter qd Apost aliqn scribens deuotis Christianis mandat vt se mutuo salutet in osculo scto: vt patet .i. Corin. xvi. Itē ij. Cori. xiij. Itē Act. x. legit' q cū idē Paulus valefaceret fratrib' fact' est magn' fletus oim: et pcūbētes sup collū ei' osculabant eū. Sic et vsq hodie viri religiosi valefaciētes alijs: aut recēter de longe aduentos solent mutuo osculari in osculo sancto: quod tamen viri mūdani pro derisu habēt.

¶ Quintū dubiū. Quare Aaron locut' est oia vba q dixerat dns ad Moysen et non potius ipse Moyses? Solutio huius dubij depēdet ex pcedentib'. Dictū est em in scda clausula huius capituli q Moyses erat impedite et tarde lingue. Propt qd ex dei ordinatiōe cōmissio facta fuerat ipsi Aaron vt loquereł pipso ad populū. Sile habem' de beato Laurētio cui beat' Sixtus epus cōmisit diuini verbi corā tyrāno dispēsationē. Item de beato Augustino quem faciebat beat' Ualerius Hipponēsis ecclesie epus in ecclesia corā se predicare eo q esset tarde lingue ad loquendum.

¶ Sextū dubiū moueł pter illud verbū: et fecit signa corā populo. Querit q de q hoc dr de Moyse. s. an Aaron? Si de Aaron hoc videł falsum: Nā virga in qua fiebant miracula tanq p instrumentū fuit data Moysi et nō Aaron. Dicēdū q pdictū vbū reddit verū de Aarō: vt patet ex forma text'. Huiusmodi tn signa non fecit in ppria: siue p seipsum immediate: sed p fratrem suū Moysen: cui' erat signa facere corā Pharaone et populo Isrł. Et hoc patuit p signū man' sue facere leprose et iterū sanare: qd nō pot dici de Aarō. Et vt dr in textu: visis signis credidit populus Hebreorū supple: et proni adorauerūt p gratiarū actione. Audierūt em .i. intellexerūt q dns visitasset filios Israel bōa. s. illis pmittēdo. Insuper q respexisset afflictionē eorum. s. illis compatiendo.

¶ Moraliter et primo Moyses designat magnos prelatos q sunt in ecclesia. Per hoc ergo q Aaron occurrit Moysi descendenti in Egyptū: significatur q magnis prelatis (vt episcopis) visitātib' suas diocecēs est occurrendū a subditis: et similiter legatis atq pōtifici summo ab omnib' occurrēdū est. Unā Act. vlt. legitur q Paulo fratres occurrerunt. Ualde ergo pṡumptuose agebat qdā qui cū esset nūtius ab archiepiscopo suo vt visitaret diocesim illi' cogebat clerū et populū sibi pcessionaliter occurrere. De q quidē facto nōnulli viri graues risere cū tn prius esset in bona estimatiōe ab eis habit'. Ex quo patet q qui appetūt honorē honor iusto dei iudicio recedit ab eis. Qui aūt ipz fugiūt eos sequit.

¶ Moraliter et scd'o Aaron qui osculatur Moysen fratrē suū designat clericos et precipue prelatos et episcopos: qui tunc osculanł Moysen quādo delectantur in verbis et in studio

dio sacre scripture. Ipsi enim tenent scire vtrumqꝫ testamentū, qđ designat per mitrā pastoralem duo cornua habentē: In cuius rei signū hic dicit, ꝙ narrauit Moyses Aaron omnia verba dñi, pro quibus miserat eum. Sed timendū est ne in multis p̄latis duo predicta cornua designent vtriusqꝫ testamēti ignorantiā, saltim quo ad multa que tenent explicite scire. Per hoc vero, ꝙ Moyses ⁊ Aaron venerunt simul: designatur, ꝙ prelatus debet ambulare (quantum est sibi possibile) secundum precepta legis diuine.

¶ Moraliter ⁊ tertio, per hoc ꝙ Moyses ⁊ Aaron cōgregauerunt cunctos seniores filioꝝ Israel: ⁊ tūc locut⁹ est Aaron omnia verba que dixerat dñs ad Moysen: designat, ꝙ interdum (prout necesse est, ⁊ expedit) debēt celebrari cōgregationes generales, que in iure vocantur synodalia, vniuersalia, siue cōcilia generalia, aliquando ꝓuincialia, aliqñ archiepiscopalia siue episcopalia: in qbus debent conuenire seniores, id est inferiores prelati ⁊ curati, secundum conditionem dictarum synodorū: in quibus debēt qui presunt, siue per se, siue interpositam personam referre assistētib⁹ ea que tangūt dei honorē, animarum salutem, ⁊ ecclesie reformationē. Sed prohdolor hac tēpestate in cōgregationib⁹ q̄ fiunt nō est questio nisi qualiter extorqueantur subtili ingenio pecunie a barbaris, aut de reb⁹ temporalibus siue primatibus ecclesie. Res spirituales, q̄ pene extinguūt fidē ⁊ mores, penitus postponēdo, ⁊ diuino iudicio relinquendo. Et ideo huiusmodi congregationes parū prosunt ad exaltationē fidei ⁊ morū: quinimmo interdū magis obsunt. Propter qđ non inconuenit si tarde celebrantur.

¶ Moraliter ⁊ quarto. Aaron (qui nō solū locutus est senioribus populi Hebreorū, verum etiā ⁊ cōmuni populo) designat ꝙ inferiores prelati, vt sunt curati (si tñ prelati dici debeant) debent referre verba dñi sibi subditis: iuxta qđ scriptum est Malach. ij. Labia sacerdotis custodiunt scientiā, ⁊ legē requirēt, supple subditi, ex ore eius: q̄a angelus dñi exercituū est. i. bonus nūcius: vel q̄a angelicā debet ducere vitā, q̄tū humana fragilitas patit. Sed timendū est, ne hodie de multis possit dici qđ sequitur: Uos aūt recessistis de via, et scādalizastis plurimos i lege. Irritū fecistis pactum Leui. i. promissionē factam dño, scilicet ꝙ semper teneretis partē eius, sicut et Leuite erāt de sorte ⁊ parte dñi.

¶ Moraliter ⁊ quinto, iuxta illud: Et fecit signa corā pop̄lo: ⁊ credidit populus. Notādū ꝙ hodie nō desunt signa i mūdo: nec tamē credit populus Christian⁹ dño. Et ideo cōcludit ꝙ est deterioris ꝯditiōis q̄ȝ olim esset populus Hebreoꝝ. Unde merito de dicto populo potest dici illud qđ ad literā olim dicebat Christ⁹ de icredulo pp̄lo Iudeoꝝ, vez Mat. xj. itē Luc. x. Ue tibi Corozaim: ve tibi Bethsaida: q2 si i tyro ⁊ sydo-

ne facte essent virtutes que facte sunt in vobis / olim in cilicio ⁊ cinere penitentiam egissent. Uerumtamen dico vobis: Tyro ⁊ Sydoni remissius erit in die iudicij / q̃ȝ vobis.

¶ Moraliter ⁊ sexto / iuxta illam vltimam particulam: Audieruntq; ꝙ visitasset dn̄s ⁊c̄. Notandū / secūdum Gregoriū / ꝙ tunc Moyses missus est ad liberandum populum Hebreorum / quando idem popul⁹ sub Egyptijs oppressus ⁊ afflict⁹ est. Per quod (inquit) ostenditur / ꝙ mala q̄ nos hic p̄munt / ad deum ire compellunt.

¶ Allegorice Moyses in deserto / dum descendit ad filios Jsrael liberandum / qui sunt in Egypto / sub oppressione regis Pharaonis: designat Christū recenter natum / iacentem in presepio: dum descendit in Egyptum huius mundi / gratia liberandi populum electum / de oppressione diaboli / q̄ ante dictum descensum principabatur toti mundo: adeo vt vocaretur princeps huius mundi. Joan. xij. Aaron aūt qui iubetur ire obuiā eidem Moysi fratri suo / designat populū fidelem: cui precipitur vt gressib⁹ mentis vadat in dictum desertum obuiam eidem Christo / q̄ non dedignatur eū vocare fratrem suum: Jo. xx. Uade (inq̄t Magdalene) ad fratres meos / ⁊ dic ⁊c̄. Jtem Heb. ij. non cōfunditur fratres eos vocare dicens: Nūciabo nomen tuū fratribus meis. Et de isto gressu faciēdo figuratiue dr̄ Luce. ij. Transeam⁹ vsq; Bethleē (inquiūt pastores loquētes ad inuicē) ⁊ videamus hoc verbū / de q̄ supple dr̄ Joā. j. ꝙ verbū caro factū est / ⁊ habitauit ī nobis. i. inter nos / tanq̄ȝ vn⁹ ex nobis. Quod quidē verbum fecit dn̄s / supple pater hoiem ex tēpore / ⁊ ostēdit nobis catholicis interius per fidē. Non autē sic ostēdit deus pater alijs gētib⁹ verbum hoc Psal. Nō fecit taliter omni nationi. Jtem Act. x. Dedit eū. s. deus pater māifestū fieri / supple Christū / non omni populo: sed testibus preordinatis a deo ⁊c̄.

¶ Allegorice ⁊ secundo / per Aaron qui obuians fratri suo Moysi / osculatus est eum: designatur obuiatio siue coniunctio diuinitatis ⁊ hūanitatis ī Christo. Nā tunc primū cepit dei filius osculari hoiem / quādo psonaliter sibi vniuit hūanitatē nostrā. Et hunc osculū gratiosum dulcē ⁊ amabilem oli desiderabat ipā natura humana / dicens illud Cant. j. in principio: Osculet̄ me / supple dei filius / osculo oris sui. Possunt etiam hec verba dirigi ad deū patrē. Pro quo notandū / ꝙ os dei patris / est filius eius: per qd̄ quidē os locut⁹ est nobis nouissime diebus istis / vt habet̄ Heb. j. Tunc ergo deus pater osculatus est naturā humanam osculo oris sui / qn̄ misit filium suū in mūdū / ad nos sibi recōciliādū / qui prius eramus filij ire. Per hoc autē qd̄ subdit̄ ī textu: Narrauit Moyses Aaron oīa verba dn̄i / pro quib⁹ miserat eū: insinuatur ꝙ diuinitas ī Christo infudit sciētiā aīe illi⁹ ab instāti cōceptionis sue / per quā cognouit oīa verba

verba

vba dñi/non quidē simplr'/sed p qb⁹ miserat eū de⁹ pater in terris specialr. Nō em̄ aīa Christi cōprehēdit vbū. Sequitur: Uenerūtq simul .s. diuinitas et humanitas in Christo. Psal. Simul in vnū diues .i. diuinitas: et paup.i. hūanitas. Et cōgregauerūt cūctos seniores filiorum Israel.i. duodecim apostolos. Sed qr actiōes sunt suppositorum (est aūt idē suppositū diuinitatis et hūanitatis i Christo) Ideo meli⁹ dr' q cōgregauit Christus simul deus et hō pfect⁹/dictos seniores. Quod aūt sequit: Locutusq est Barō oīa vba etc. dsignat q Christus/scdm q hō/loquebat mūdo/scdm q diuinitas ipsum inspirabat mediāte scientia sua infusa/et scdm q pplo audienti sermones suos expedire videbat. Uel etiam/secundū q videbat in diuina essentia.

¶ Allegorice et tertio/iuxta illud: Et fecit signa corā populo/et credidit populus: hec verba apte possunt verificari de Christo/ qui fecit signa multa et magna corā populo Israel/ et gētili. Quib⁹ visis / credidit populus/ supple preordinatus ad credēdū. Nos igitur catholici/q audim⁹ ex testimonio sacrorum euāgeliorū / q i3 visitauit nos dei fili⁹/carnē assumēdo/et pro nobis ī cruce patiendo: eo q respexerit afflictionē nrām: debem⁹ proni ipm adorare/corde credēdo/ore laudādo/atq ope genua flectendo. Phil.ij. In noie Jesu oē genu flectat / celestiū/ terrestriū etc. et oīs lingua cōfitear qr etc.

¶ Anagogice Baron/qui vno modo interpretat mōs fortis/ designat angelū bonū: q dicit mōs/ pter celsitudinē contēplatiōis diuine i celo. Itē dicitur fortis/ ex parte naturalium donorū Job.ix. Si fortitudo qrit/robustissim⁹ est. Ille igit Baron.i. angelus bon⁹ nūtiat a deo/vt veniat ī occursum hominis iusti morietis/et adhuc ī deserto hui⁹ mūdi existentis. Qui veniēs ad eū/incipit osculari ipm: p speciale ptectionē illi⁹: cōtra insidias diaboli/laborātis tūc mariē terrere eū/ et in desperationē sue salutis atq diuie mie eū ponere. Cūq vir iust⁹ puenerit ad societatē angelorum in celo/tunc videt ibi oīa vba dñi.i. diuinā essentiā: in q pterita / pñtia/ et futura clare intuent. Ubi etiam cōgregant cūcti seniores filiorū Isrl.i. sancti patriarche/ pphete/apli/et oēs electi dei: nunq inde discessuri: iuxta illud Joā.xvj. Gaudiū vrm nemo tollet a vobis. Possum⁹ etiā ista referre ad resurrectionē generalē: in qua mittet ex diuina ordinatione Baron in occursum Moysi. i. aīa beata obuiā corpori suo glorificando. Et tunc osculabunt se mutuo/qn quidē virtute diuia reunietur in vnū aīa beata et corpus ppriū. Quia sicut ex forma et materia fit vnū: ita etiam ex aīa et corpore. Hec autē oīa fient in die iudicij gñalis/ quādo respiciet dñs afflictionē populi sui / et pauperum suorum miserebitur. Pronique adorabunt ipsi iusti dominum laudantes / atq benedicentes eū in perpetuum.

❡ Exodi quinto.
❡ Prima clausula.



Ost hec ingressi sunt Moyses et Aaron / et dixerunt Pharaoni: Hec dicit dñs deus Israel: Dimitte populum meum / vt sacrificet mihi i deserto. At ille respondit: Quis est dñs vt audiã vocẽ eius / et dimittam Israel? Nescio dominum / et Israel nõ dimittã. Dixeruntq; Deus Hebreorum vocauit nos / vt eamus viam trium dierũ in solitudinẽ / et sacrificemus dño deo nostro / ne forte accidat nobis pestis / aut gladi⁹. Ait ad eos rex Egypti: Quare Moyses et Aaron solicitatis populũ ab opib⁹ suis? Ite ad onera vr̃a.
❡ Historialiter postq̃ in precedenti capitulo facta est mentio de missione Moysi in Egyptum ex parte dñi: pariter et de executione huiusmodi missionis: hic consequenter incipit agere ipse Moyses de ingressu suo / vna cum fratre suo Aaron ad Pharaonem regem Egypti / ad quẽ mittebat eos domin⁹. Dicit ergo legislator Moyses de seipo / tãq̃ de quodam alio loquens: vt in preceden tib⁹ dictum est: q̄ ipo vna cum fratre suo Aaron applicatis in Egyptũ / ingressi sunt ad Pharaonem et statim dixerunt ei: Hec dicit domin⁹ de⁹ Israel / qui est solus verus de⁹ omnipotens. Nec solũ est deus Israel: verum etiam omniũ populorum. Sed tamen dicitur specialiter deus Israel / quia ab illo populo speciali cultu colitur. Quod tamen intelligẽdum est / in diebus illis: et quia etiam hunc populum specialiter elegit / vt esset hereditas illius: iuxta illud Esa. xix. Hereditas mea Israel. Hũc autẽ passum declarãs Josephus / dicit sic: Cum vero iam obedientes haberet Moyses Hebreos / promittentes secuturos se quo iuberet / libertatemq; respicere: venit ad regem illum qui nuper susceperat principatũ / et in quocũq; iuuerat olim Egyptios ab Ethiopib⁹ opp̄ssos / cũ fuisset eorum direpta prouincia declarauit: et q̄ militia et laboribus magnis vsus tanq̃ pro suis / post diuersa pericula nõ dignam retributionẽ accepit. Intimauit pariter etiam que illi in Syna monte contigerant: deiq; voces / et signa singula ab eo monstrata / propter fidem rerum decenter exposuit. Rogauitq; ne discredens in his ipedimentũ dei faceret volũtati. Deridẽte ẽo rege Moyses opera fecit / vt conspiceret signa / que fuerant in monte Syna monstrata. Ille vero dedignatus / illum quidẽ malignissimum appellauit / et prius Egyptiorum fugisse seruitium: et nunc pro seditione remeasse / et prodigiorũ opus / stuporemq; factum / magicarũ artium appetisse remedia. Hec Josephus in forma. Ingressi sunt igitur Moyses et Aaron: post hec / scilicet postq̃ adorauerunt proni in terram / et postq̃ po=

q̄ populus Israel crediderat Moysi de eius liberatione: vt dictum est in fine precedentis clausule. Et est hic argumentum, vt dicit dominus Petrus de Pal. q̄ primo debem⁹ orare: et postea negocia assumere: iuxta illud Matthei sexto: Querite primum regnum dei &c. dixerunt Pharaoni scilicet audacter: non verētes faciem suam: nec timentes potentiam & tyrannidem suam. Hec dicit dominus deus Israel. Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto. Ubi secūdum Josephum in verbo sacrificandi: includuntur omnia necessaria pro sacrificio. At ille respōdit: Quis est dominus, vt audiam vocem eius? Huic simile dicitur Job.xxj. i persona hereticorum: Quis est omnipotens, vt seruiamus ei? Ualde ergo arroganter & contemptibiliter respondit Pharao: dicēs: Quis est dominus &c. Ac si diceret: Dominus nō est tāte authoritatis q̄ debeam ei obedire. Respondet etiam infidel: ter, dicens: Nescio dominum: quia tam Pharao, q̄ populus eius infideles & idololatre existētes colebant animalia tanq̄ deos. Insuper respōdit inobedienter, dicens: et Israel non dimittam. Patet ergo q̄ male rñdit Pharao: q: arroganter infideliter, inobedienter: & ideo non mirum si pessime successit ei. Consequēter Moyses & Aaron explicauerunt causam prioris monitiōis. s. de dimissiōe popli dñi cū dicūt: Deus Hebreorū, qui est solus verus deus, vocauit nos (cui tenemur obedire) vt eamus viā triū dierum in solitudinē. Iste textus fuit declarat⁹ pri⁹. iij. ca. sub tertia clausula. Reliquus textus declarabitur in deductione dubiorū.

¶ Circa ergo hanc clausulam mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū: Utrū Moyses & Aaron soli ingressi sint ad Pharaonem? Dicendū q̄ non, sed & seniores populi ingressi sunt cum eis. Uerum q̄ presens textus solum facit mētionem de Moyse & Aaron: eo q̄ essent principales: & quia ipsis duobus cōmissum erat negocium de liberandis filijs Israel. Cum eis ergo intelligendi sunt intrāsse seniores. i. iudices populi Israel.

¶ Secundū dubiū: Cur Pharao in respōsione sua arroganti non dixit: Quis est deus Israel, sicut dixit, Quis est dominus? et non plus. Respōdet de Pal. q̄ hoc fecit ex cōtemptu: et quia nihil ad eum videbatur pertinere de deo alterius gentis. Quia tamen simpliciter dixerant Moyses & Aaron, Hec dicit dominus: et cum domino debeat quilibet obedire: ideo ipse Pharao respondit, Quis est dominus? Nescio dominum.

¶ Tertium dubium: Cum Anselmus dicat, q̄ communis omniū cōceptio sit, dominum esse: quomodo potuit ignorare eū rex Egypti dicens: Nescio dñm. Dicendum conformiter ad August. q̄ Pharao simplr et absolute sciebat esse dñm: sed non illum quē colebāt filij Israel. Et vt dicit de Lyra

 licet

licet deū esse sit per se notum: et per consequens eius notitia sit naturaliter · incerta menti humane: hoc tamen est inquantum ipsa mens humana deum esse cogitat id quod estimat maximum in entib⁹. Sed sub illa determinatione, q̄ sit de⁹ populi Israel: per fidem et cultū specialē, prout sonabāt verba Moysi: deū esse nō est naturaliter notū. Et quantū ad hunc sensum respondit Pharao: dicens, Nescio dn̄m: quinimo reputabat idolū verum dn̄m.

¶ Quartū dubiū: Utrū fuerit duplicitas siue fictio in verbis Moysi τ Aaron? Uidet q̄ sic: q2 vnum dicebant, τ aliud intendebant. Dicebāt eni se velle sacrificare dn̄o in deserto: et postmodū quasi velle redire: cū tamen intenderent ex toto velle subterfugere seruitutem Pharaonis: τ ita videnť dupli ces. Nam τ prius dixerat dn̄s Moysi, q̄ vellet educere populum Israel de Egypto: τ introducere ipsum in terrā Chananei: τ Ethei τc̄. i. in terrā pmissionis: quā tunc inhabitabant predicte gentes: vt patet supra. iij c. tertia clausula. Dicendū ad hoc conformiter ad Augu. super Exod. q. xiij. q̄ si non fuisset Pharaōis obstinatio: nō plus pcessissent: sed statim rediissent, donec dn̄s alio modo eos eduxisset: sed ei⁹ ptinacia meruit, vt illū vlterius non redirent. Quod presciens dominus mandauit populo q̄ eum liberaret. Strabus autē (vt allegat de Pal.) aliter respondet dicens: q̄ Moyses et Aaron appellant viā triū dierum, totum illud tēpus quod exposuerunt filij Israel donec peruenerunt ad montē Synai. Tres igitur dies in proposito significant tres menses: quib⁹ illuc peruenerūt, et legē accipientes dn̄o sacrificauerūt: vt habetur in sequentibus. xix. c. Nā in sacra scriptura dies aliquando accipitur pro anno: vt ibi Ezechi. iiij. diem pro anno dedi tibi. Et similiter in proposito: secūdū predictū Strabū: hic accipitur dies pro mense. Comestor aūt breuius respondet, τ clari⁹: dicens: q̄ si Pharao tunc (scilicet ad primā admonitionem Moysi τ Aaron) dimisisset populum Hebreum: tali ordine τ diligentiā educt⁹ fuisset: q̄ tribus diebus ad mōtem Synai peruenisset.

¶ Quintum dubiū mouet: Propter illud verbū: Ne forte accidat nobis pestis: aut gladius. Queritur ergo cur Moyses et Aaron allegant hec duo mala Pharaoni, cum tanq̄ inimic⁹ parum curaret de malo eorū. Dicendū: q̄ ideo allegant duo predicta mala: quia vbi illa occurrerent, necesse esset Egyptios iter quos habitabāt filij Israel: pariter cū illis affligi.

¶ Sextum dubiū est de sensu illorū verboꝝ: Quare Moyses τ Aaron sollicitatis populum ab operibus suis? Dicendū, q̄ ipse Pharao volebat per hoc innuere, q̄ duo pdicti viri inducebant populum ad quietē τ torporē: τ ad omittendū opera per eos cōsueta fieri. Ex quo potest haberi, q̄ Moyses et Aaron nō operabanť cū alijs. Quia sicut dicit Josephus: populus

pulus deferebat eis tanq̃ maioribus. Quod autem sequitur/ite ad onera vestra: subintelligendum est/ad quecunq̃ negocia vestra onerosa. Uel si intelligat̃ de operibus quibus populus premebat̃/scilicet circa lateres cõficiendos ꝛ decoquendos/ciuitates edificãdas ꝛ similia: tunc dirigitur predictum verbũ regis ad seniores qui erant cũ Moyse ꝛ Aaron. Et q̃uis hi duo simul legãtur locuti fuisse Pharaoni/solus tamen Aaron loquebatur pro ambob⁹: ꝛ ideo reputant̃ ãbo locuti fuisse eidem regi.

¶ Moraliter ꝛ primo/ꝑ populum dñi intelliguntur clerici ꝛ religiosi: qui vocati sunt specialiter in sorte dñi/ꝛ qui debent sacrificare dño in deserto huius mũdi sacrificiũ altaris/q̃d est deo patri acceptissimũ/tanq̃ maximũ ꝛ dignissimum. Sed prohdolor reges ꝛ principes huius seculi/frequenter impediunt predictos ne sacrificẽt dño deo: q2 sepe imponũt eis exactiões ꝛ tributa/ꝑpter que impediuntur ne libere vacent diuinis/quantũ expedit. Per Moysen aũt ꝛ Aaron designãtur maiores prelati(etiã vsq̃ ad summũ pontificem)qui predictos debẽt monere/vt dimittãt ppl̃m dñi viuere in suis exemptionibus ꝛ libertatib⁹/vt meli⁹ possint sacrificare domino in ecclesia. Quod si non velint acquiescere monitionibus eorũ gratiosis/tunc debẽt iuridice contra eos procedere: sicut fertur beat⁹ Thomas Cantuariensis egisse. Et quia pro hac causa/scilicet pro libertatibus ecclesie tuendis et defensandis/aduersus regem Anglie morte occubuit: ideo veneratur ab vniuersali ecclesia/tanq̃ verus martyr.

¶ Moraliter ꝛ secundo/Pharao opprimens populũ dei/est diabolus vexans multipliciter pauperes peccatores. Moyses ꝛ Aaron (qui insistunt ꝑ liberatione populi dei)sunt prelati ꝛ predicatores/qui laborãt ꝑ liberandis animabus de potestate diaboli. Iste enim debet esse finis vtroruq̃. In cui⁹ figuram misit Christus duos de discipulis suis: vt soluerẽt asinam/ꝛ eam ad se adducerent. Mat.xxj. Quod autẽ Pharao proterue ꝛ arroganter respondit Moysi et Aaron/q̃ nescit dominũ/nec Israel dimittet: designat q̃ magna sit supbia ꝛ arrogantia diaboli: adeo vt dicatur rex super omnes filios superbie. Job xli. Uult enim semper tenere populum captiuum sub se/et ipsum occupare in operibus vilissimis.i.pctis.

¶ Moraliter ꝛ tertio/qui vult seipsum deo sacrificare/debet Pharaonẽ.i.diabolũ/ꝛ Egyptum.i.mũdum deserere: atq̃ desertum.i.locum solitarium petere. In cuius figurã legitur Leuiti.xj. q̃ in solenni sacrificio expiationis vnus hircoꝝ oblatorũ ꝑ peccato/mittebatur in desertũ. Et ceruã quãdo vult parere/petit desertũ. Nã sicut filij Israel timuerunt impediri in suo sacrificio ab Egyptijs: ita et iusti timent impediri in suis sacrificijs ꝛ operibus bonis a mundanis. Propter quod elongant se ab eis.

Unde

Unde Psal. Ecce elongaui fugiens / et mansi in solitudine. Hinc est quod olim multi sancti prophete in lege scripta / et multi sancti patres in lege gratie / elegerunt habitare in desertis locis: ne impedirentur ex tumultu populi a sua sancta contemplatione. Nota etiã de Maria Magdalena / Maria Egypciaca / et similibus.

¶ Moraliter et quarto / iuxta illud verbum Pharaõis: Quis est dominus / vt audiam etc. Notandum / quod multi obstinati et habituati in peccatis suis / videntur ignorare et nescire dominum: quia ita effrenate peccant / tanquam non esset deus in celo. Unde in Psal. Dixit insipiens in corde suo / non est de⁹. Nec timore iudicior͂ eius / quem nulla esse credũt / desinunt opprimere pauperes. Sed dicũt: Nescio dominum / et Israel non dimittam. i. non cessabo / quamdiu vixero / opprimere iustos et bonos. Istud autem est euidẽtissimum signum future damnationis talium / et quod imitabuntur in futuro suum magnũ parentẽ / regem Pharaonẽ / in penis infernalibus / quem imitãtur in presenti in crudelitate et oppressione pauperum et bonorum. Alij autem non credunt demones esse: sed dicunt predicatores interdum loqui de demonibus / vt terreant malos. Unde accidit circa annum domini quingentesimum quintũdecimum / supra millesimum / quod in exercitu regis Francie quem cõgregauerat in Picardie partibus / contra regẽ Anglie / quidam amissa pecunia sua in ludo deciorum / in desperationem ductus ait: Non credo esse demões in inferno / nisi hac hora venerint rapere me. Quo dicto mox euanuit ab oculis intuẽtium / nec deinceps a quoquam visus est.

¶ Moraliter et quinto / iuxta illud verbum / Deus Hebreorum vocauit nos: notandũ quod deus pater olim vocauit mundum per patriarchas / prophetas / et per filium suum / et similiter per apostolos suos atque eorum successores. Nec etiam hodie cessat a tali vocatione / tum per interiores inspirationes / tum per corporales flagellationes / tum per predicationes. Nec tamen multi volunt audire vocem eius / propter quod conqueritur Prouer. j. dicens: Uocaui / et renuistis. Cuius ratio est: Ipse enim vocat nos ad fletum et gemitum / ad contemptum seculi / ad ieiuniũ / ad castitatem / ad humilitatem / et huiusmodi: homines autem mundani non libenter audiunt loqui de talibus. Diabolus autẽ vocat homines ad gaudium et tripudium / ad gulam et ebrietatem / ad luxuriã / et huiusmodi: et quia talia delectant homines mũdanos / hinc est quod multo plures sequuntur diabolũ ad infernũ / quam Christũ ad celum.

¶ Moraliter et sexto / iuxta illud: Ibimus viam trium dierum in solitudinẽ. Notandum / quod per istud triduum intelligitur trinitas partium penitentie / que sunt cordis contritio / oris confessio / operis satisfactio. Et hec est via et non alia / qua pauperes peccatores debeat

dent ambulare in presenti / si cupiunt euadere crudelitatem regis Pharaonis / id est / diaboli: et recedere de terra Egypti: id est a statu peccati: atque peruenire finaliter in terram promissionis: id est / gratie dei in presenti / et glorie celestis in futuro. Potest etiam hec via trium dierum nobis denotare fidem / spem / charitatem / virtutes theologicas / ad salutem eternam consequendam necessarias. Sed de hoc duplici sensu sufficienter dictum est pri⁹. Et presertim de primo cap. iij. sub tertia clausula in secunda expositione morali. Ideo trāseundum est.

¶ Uel dic conformiter ad dominum de Pal. et. vij. quod istud triduum / in quo ambulandum est versus terram promissionis .i. paradisi / designat indicium conscientie quo ad seipsum: opus misericordie / quo ad proximum: obseruantiam mandatorum decalogi / quo ad deum. Hec enim est via per quam ambulandum est versus paradisum. Unde Mich. vj. Indicabo tibi o homo quid sit bonum / et quid requirat deus a te: Utique facere iudiciū. Ecce primū. Et diligere misericordiā. Ecce secundum. Et sollicitū te ambulare cum deo tuo. Ecce tertiū. De primo in Psal. Feci iudiciū et iustitiam: supple de meipso. Et ideo tu domine deus non tradas me calumniātibus me / scilicet demonibus. De secundo / Mat. xxv. Esuriui et dedistis mihi manducare. Sitiui et dedistis etc. Propter qd venite benedicti patris mei / percipite regnum etc. Ecce ambulatio in celum / mediantibus operibus misericordie. De tertio / Mat. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Et nota quo ad primum / quod signanter dicit propheta / facere iudiciū quia non sufficit iudicare se peccatorem verbo. Canis enim vulneratus optime scit tangere vulnus lingua sua / qui tamen non sustineret quod tangeretur a lingua aliena / quin statim haberet dentem paratum ad mordendum: ita et multi fatentur se peccatores / et reputentur humiles / qui tamen impatientes existunt / si vocentur tales. Unde legitur de quadā reclusa / que omnibus venientibus ad se recommendandum ei⁹ orationib⁹ / dicebat: Quomodo queritis preces meas / que peccatrix sum: que tamen dure tractauit ancillā suā / eo quod semel credēs eam dormire / respōdit nōnullis venientibus vt se recommendarēt suis orationibus / dicens: domina mea peccatrix est. Silr̄ de quadam alia legitur / quod cum diceret patri suo spirituali se esse peiorē mulierem totius ciuitatis: ille que diceret ei / quod simile audierat a multis dici de ea: sed quod nō credebat eis vsque tunc. Illa stomachans ait: Per deum illi mentiuntur qui talia dicūt de me.

¶ Moraliter et octauo / iuxta illud verbum: Ne forte accidat nobis pestis etc. Notandum / quod peccatum statim sequitur pestis: id est / pena interior / que est remorsus conscientie. Unde Augu. lib. j. cōfessio.

Iussisti domine/ ⁊ vere sic est/ vt pena sibi sit omnis inordinatus animus. Quandoq₃ etiã ipsum sequitur gladius.i.tribulatio exterior. Unde Joã.v.ait dominus paralytico: Uade/et amplius noli peccare: ne deterius tibi contingat. Item Gregoriꝰ in moral. Nulla nocebit aduersitas/ si nulla dominetur iniquitas.

¶ Moraliter ⁊ nono: iuxta illud verbum Pharaonis: Quare Moyses ⁊ Aarõ solicitatis populum/ ⁊c. Notãdum ꝙ per Pharaonẽ/ vt sepenumero dictum est/ intelligitur diabolꝰ. Per Moysen autem ⁊ Aaron/ designantur boni pastores/ et ꝑdicatores. Hi enim suis predicationibus ⁊ monitionibꝰ solicitant populum ab operibus suis.i.vt requiescant a laboribus suis malis ⁊ peruersis: dicentes illud Esaie.j. Quiescite peruerse agere: discite bene facere. Item illud Ps. Declina a malo/ et fac bonũ. Et quia per talem salubrem solicitationem eripiuntur frequenter anime a laqueis diaboli: quod non libẽter videt: ideo summe inuidet talibus/ libenterq₃ illis aduersaretur (etiam corporaliter) si posset.

¶ Moraliter et decimo: iuxta illud vltimum verbũ Pharaonis: Ite ad onera vestra: notãdum ꝙ vbi pastores ⁊ predicatores laborãt efficaciter retrahere populũ a laqueis diaboli/ sicut ɔmuniter fit in quadragesima: vbi etiam scelerati viri conuertũtur ad dominũ/ relinquentes veterem hominẽ cum actibus suis: tunc post pascha dicit diabolꝰ illud Luc.xj. Reuertar in domum meam/ vnde exiui. Qui si inuenerit eam scopis mũdatam/ tunc assumit septem alios spiritus nequiores se/ ⁊ habitant ibi: ⁊ fiunt nouissima hominis illiꝰ peiora prioribus. Hic est igit̃ Pharao ille crudelissimus/ q̃ dicit filĳs Israel.i. peccatoribus penitentibus/ Ite ad onera vestra: id est/ redite ad pristinam conuersationem vestrã ꝑ recidiuũ. Non enim possetis diu abstinere a tali vel tali peccato. Et de istis oneribus loquens Ps. ait: Iniquitates mee supergresse sunt caput meum: ⁊ sicut onus graue grauate sunt super me. Et Gregor. Peccatum quod per penitentiam cito non diluitur/ mox ⁊c. Nam peccatum est tã onerosum ꝙ peccator non potest oculos ad celum leuare/ nisi deposito huiõi onere peccati. Propter quod propheta admonet petõrẽ/ dicẽs: Solue fasciculos depmẽtes. Esa.lviij.

¶ Allegorice et primo: Moyses ⁊ Aaron designant Christum/ qui descendens in Egyptũ huius mundi dixit/ et si nõ verbo/ saltim opere ⁊ facto: regi Pharaoni/ id est diabolo/ q̃ ante ipsius aduentũ principabatur toti mundo. Unde ⁊ ipe Christus Joan.xij. vocat eum principem huius mundi. Huic itaq₃ regi Egypti dixit Christus: Dimitte populum meum/ id est/ predestinatos ad credendum/ ⁊ ad vitam eternam: vt sacrificet mihi in deserto huius mundi/ ritum legis gratie tenẽdo. Ille vero tanq̃ filius inobedientie/ ⁊ plenus superbia/ noluit

lult hoc facere nisi violenter ⁊ coacte. Unde Luc. iiij. dicitur, quod exibant demonia, supple inuite, a multis, clamantia ⁊ dicētia, scilicet inuite: quia tu es filius dei. Dicit ergo ipse rex superbie de domino suo et factore suo, Quis est dominus, vt audiam vocē eius? Nescio dominū: scilicet practice: vel nescio dominum. i. ad modum nesciētis ipsum me habeo: scilicet de facto, quicquid sit de iure: ⁊ Israel. i. genus humanum nō dimittam, scilicet libere abire de manu mea, nisi supple in manu forti, ⁊ brachio extento.

¶ Allegorice ⁊ secundo. Pharao rex crudelis ad Hebreos, ⁊ qui nō vult eos libere dimittere, nisi in manu forti, et brachio extēto: designat nonnullos principes infideles q̄ principantur fidelibus in aliquib⁹ terris: nec sinunt eos sacrificare deo suo. i. Jesu Christo: ritū Christiane religionis tenēdo: sed paulatiue eos cogūt sequi ritum suū, q̄uis forsan aliter pmiserint quādo illos primit⁹ subiecerūt sue seruituti: ita vt mentita sit iniqtas sibi. Propter quod merito conqueritur pie ⁊ lamentabiliter ecclesia, dicens: Supra dorsum meū fabricauerunt peccatores: id est, principes infideles corporaliter vexando magnos ecclesie prelatos ⁊ doctores, aut catholicos principes ecclesiā defendentes. Nec quidem ad breue tempus, sed prolongauerūt iniquitatem suam, per multa tempora. Sed q̄uis pro tēpore nō videatur dominus curā habere de sponsa sua ecclesia catholica: nihilominus tādem bene ostēdet quod sic: quia cōcidet ceruices peccatorum: id est, humiliabit superbiam ⁊ arrogantiā principum infidelium insurgētium contra veros Israelitas: et dicentium quis est dominus Christianorū, vt audiamus vocem eius, ⁊ dimittamus populum suū in pace sibi sacrificare? Nam vt inquit Psalm. Cognoscetur dominus iudicia faciens: supple de talibus.

¶ Allegorice ⁊ tertio, Filij Israel q̄ infestantur a rege Pharaone, sunt deuoti clerici ⁊ religiosi possidētes: de q̄bus clamat dominus, dicēs ad regem Pharaonem, id est, ad tyrānū principem: Dimitte populum meum. i. clerum, quem grauas seruitute dura ⁊ multiplici: vt sacrificet mihi in ecclesia, offerendo mihi panem ⁊ vinum: id est Christi corpus et sanguinē in mensa altaris: quod quidem sacrificium est mihi super omnia alia acceptissimū. Sed q̄a dicti principes videntur dicere cū Pharaone: Quis est dominus vt audiamus eum, ⁊ dimittamus Israel. i. clerum liberū a tributis: Nescimus dominū, id est, ad modū nescientiū nos habemus: ⁊ Israel. i. ipm clerū non dimittemus: supple liberum. Hinc est quod cōtra tales sepe irascitur dn̄s, eos multipliciter affligēdo: atq3 cor eorum indurādo, vt non dimittāt populū dn̄i. Tales igitur valde timere debent ne in alio seculo imitētur in pena, illū quem in presenti imitātur in culpa. Qd autem additur de via triū dierum, expositū est supra allegorice,

xlce/ vel. lij. c. sub clausu. iij. ¶ Anagogice. Altercatio et controuersia inter Moysen et Aarō parte ex vna/ et Pharaonem parte ex altera/ propter filios Israel orta: significat bellum et controuersiam inter angelos et demones/ ppter finalē statū hominum. Diabol⁹ enim (tanquam tyrannus crudelissimus) vult omnes et singulos damnari/ et in terra Egypti/ id est in inferno multipliciť affligi: sm quod scriptū est. Hiere. v. Seruietis dijs alienis in terra nō vestra. Et eiusdē. xvi. Seruietis ibi/ scz i inferno/ dijs alienis dic ac nocte/ q nō dabūt vobis requiē. Econtra autē in morte iustoz clamat Moyses/ id est/ bon⁹ angel⁹ ad diabolū/ volentē eos rapere. Hec dicit dñs de⁹ Israel: Dimitte pplm meū/ vt sacrificet mihi sacrificiū diuine laudis i deserto. i. in celo/ qd est q̄si desertū in ordine ad nos. Ul' dr desertū/ quasi derelictū/ vcz a malis angelis: qui de celo descēderūt in pfundū inferni/ quasi lapis. Qd aūt subdiť: De⁹ Hebreoz vocauit nos/ vt eamus viā triū dierū. ec. iuste potest referri ad bonos angelos/ q ruentibus ipsis malis in infernū: ipsi ambulauerūt ad deū/ intellectu/ volūtate/ et memoria/ seipsos illi totaliter dedicādo: et tūc confirmati sunt in gratia/ q pri⁹ peccare poterāt: atq assūpti sunt ad participationem visionis diuine essētie/ qui prius eam nequāq viderant. Hi g sunt sancti angeli qui solicitant populum fidelem ab operibus suis/ supple malis relinquēdis/ si velint sursum ascendere: et q vadunt ad onera sua/ id est ad cōmissiones sibi diuinit⁹ factas/ de custodiendis hominibus et prouincijs.

¶ Secunda clausula.



Dixitque Pharao: Multus est populus terre. Uidetis q turba succreuerit: quāto magis si dederitis eis requiē ab operibus? Precepit ergo in die illo prefectis operum et exactoribus populi/ dicens: Nequaq vltra dabitis paleas populo ad cōficiendos lateres sicut prius: sed ipsi vadāt et colligant stipulas/ et mensuram laterum/ quā prius faciebāt imponetis super eos/ nec minuetis quicq. Uacāt enim: et ideirco vociferātur/ dicētes: Eam⁹/ et sacrificemus deo nostro. Opprimantur operibus: et expleāt ea; vt nō acquiescāt verbis mēdacibus. Igitur egressi pfecti operū et exactores ad populū/ dixerūt: Sic dicit Pharao: Nō do vobis paleas: Ite/ et colligite sicubi inuenire poteritis. Nec minuetur quicq de opere vestro. Dispersusq est populus in omnem terram Egypti ad colligendas paleas. Prefecti q operum instabant/ dicētes: Cōplete opus vestrū quotidie: vt prius facere solebatis quando dabantur vobis palee. Flagellatiq sunt qui preerant operibus filiorum Israel ab exactoribus Pharaonis/ dicentibus: Quare non implestis mēsuram laterum sicut prius/ nec heri/

nec

nec hodie? Veneruntq; prepositi filiorum Israel / et vociferati sunt ad Pharaonem / dicentes: Cur ita agis cōtra seruos tuos? Palee non dātur nobis: et lateres similiter imperātur. En famuli tui flagellis ceduntur / et iniuste agitur contra populum tuum. Qui ait: Uacatis ocio / et idcirco dicitis: Eamus / et sacrificemus domino. Ite ergo / et operamini. Palee nō dabuntur vobis / et reddetis consuetum numerum laterum. Uidebantq; se prepositi filiorum Israel in malum: eo ꝙ diceretur eis / non minuetur quicquā operis de lateribus per singulos dies. Occurreruntq; Moysi et Aaron / qui stabant ex aduerso / egredientes a Pharaone / et dixerunt ad eos: Uideat dominus / et iudicet: quoniam fetere fecistis odorem nostrum corā Pharaone et seruis eius / et prebuistis ei gladium vt occideret nos. Reuersusque est Moyses ad dominum / et ait: Domine / cur afflixisti populum istum? Quare misisti me? Ex eo enim quo egressus sum ad Pharaonem / vt loquerer ex nomine tuo afflixit populum tuū / et non liberasti eos.

¶ Historialiter. Postquam in precedenti clausula maximus propheta domini Moyses locutus est de ingressu suo / pariter et fratris sui Aarō ad Pharaonem regem Egypti / vt annunciarent illi domini voluntatem / super liberatione et eductione filiorum Israel de manu sua: hic consequenter agit de augmēto crudelitatis et malitie eiusdem Pharaonis erga dictum populum / qui extūc cogebat eos reddere equalē numerum laterum ad muniēdum ciuitates / et castra Egypti: sicut prius / etiam subtractis paleis que prius illis dabantur ex erario publico. Sed vlterius prohibuit rex ne illis darētur / sed eas colligerent in campis proprijs laboribus et sumptibus / quod grauissimum erat illis et importabile iugum seruitutis. Refert ergo Moyses Pharaonem dixisse satrapis Egypti: Multus est populus Hebreorum inter nos habitans / quanto maior fiet si dederitis ei requiem ab operibus suis? Precepit ergo ne vltra darētur eis palee ad conficiendos lateres: que (vt dicit Petrus Comest.) cōminute luto miscebantur / vt solidiores essent huiusmodi lateres. Uel lateres potius coquebantur paleis pro lignorū penuria in Egypto: vt dicit idem Petrus. Uerisimile est autem ꝙ lapides sūt rari i dicta Egypto: ob quorum penuriam edificia construuntur ex lateribus / sicut communiter fit in Picardia. Et vt dicit Josephus / Pharao de die faciebat Hebreos operibus affligi / nocte vero paleas cōgregare. Et nota ꝙ palee dicūtur quicquid remanet de messe excusso grano. Sequitur: Igitur egressi etc. Hic ponitur tyrānice sentētie Pharaonis executio. Nam vrgente Pharaonis imperio / prefecti operum et exactores dixerūt ad populū: Sic dicit Pharao: Non do vobis etc. Et nota ꝙ ibi ponit verbū presens pro futuro. Cetera patēt vsq; ibi:

Uene=

Uenerunt prepositi filiorũ Israel: et vociferati sunt ad Pharaonem: scilicet cum clamore magno et lugubri atque miserabili: vt ipsum regem flecterent ad compassionem et pietatem. Uenerunt ergo predicti prepositi: supple non vocati: sed afflictione coacti. Quamuis enim ipsi prepositi: qui Hebrei erãt: non tenerentur ad faciendum opus: sed tantum ad solicitandum et vrgendum alios: nihilominus pietate ducti atque necessitate: eo quod populus nõ posset implere numerum laterum: vociferati sunt ad Pharaonẽ: vt per magnitudinem vocis: magnitudinẽ ostenderẽt afflictionis. Nec dicit text9 quod venerũt ad regem: sed ad Pharaonem: quia rex est nomen clemẽtie: et pietatis: Pharao autem: nomẽ crudelitatis: et seueritatis: Dixeruntque ei: Cur ita agis cõtra seruos tuos? Palee non dãtur &c. Sequitur: Iniuste agitur contra populum tuum. Ac si dicerent (tanquam captiuãtes beniuolentiã eius.) Tu non facis ista: nec iubes fieri: sed exactores tui hec faciunt: qui fines mandati tui excedunt. Residuũ huius textus declarabitur in deductione dubiorum.

¶ Circa ergo hunc textum mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium mouetur ppter illud verbũ: Multus est populus terre. Querit ergo quomodo potest stare quod populus Hebreorum esset multus: et quod rex precepisset omnes masculos mox natos submergi: vt habitum est in primo capitulo huius libri: sub tertia clausula. Dicendum: quod ab illo tẽpore vsque ad presens mediauerunt plures anni. Insuper illud edictũ: tanquam nimis crudele: fuerat reuocatum: prout dicit Josephus. Et ideo interim potuerũt masculi Hebreorum plurimũ multiplicari. Ad quã etiam multiplicationẽ specialiter concurrebat virtus diuina. Nam vt dictum est prius.j. cap. quanto plus opprimebantur Hebrei ab Egyptijs: tãto magis multiplicabantur et crescebant. Unde subditur: Uidetis: inquit Pharao: quod turba succreuerit. Est autẽ succrescere: idẽ quod latenter crescere. Non mirũ ergo si tunc multiplicat9 esset populus Hebreorum.

¶ Secundũ dubiũ oritur: propter illud verbũ sequens: Precepit ergo die illo supple Pharao: prefectis operũ: et exactoribus populi. Querit ergo de differentia prefectorũ operũ: et exactorũ populi. Dicendũ: quod lata est differentia. Nam prefecti operum in proposito erãt Hebrei: qui preerant operib9 populi: constituti a rege: vt populum ad laborem inducerent: et numerũ laterũ exactoribus redderent. Exactores autem populi erant Egyptij: qui cogebant dictos prefectos operum ad reddendum eis numerum laterũ: etiã vbicunque dispersi essent per totam terram Egypti: tam ipsi quam ceteri Hebrei. Et nota quod dicti exactores ex imperio Pharaonis: primo exigebãt a dictis prefectis lateres sub certa mensura tãtum: vtpote vnum modium: vel vnũ quadrũ: deinde exigebãt

ab eis dictos lateres districtius. s. sub certo numero. Et si dicatur contra predicta/ q Andreas dicit/ q ijdem erant pfecti & exactores. Respondet ad hoc dns Petr⁹ de Pal. q ijdē erant non quo ad suppositum/ sed quo ad officium: in eo scilicet/ q tam isti q illi preerāt laborantibus. Nec etiam ijdē erāt quātū ad officij modum. Nam prefecti preerant immediate super populum. Exactores vero mediantibus ipsis pfectis. Et dicitur exactor/ iniustus & proteruus petitor.

¶ Tertium dubium: Quomodo potuit precipere Pharao populo Hebreorum vt colligerent paleas/ ad ɔficiendos lateres pro edificijs cōstruēdis. Certū est enim q multo tēpore occupauit eos in edificatione ciuitatum/ castrorum/ & aliarum munitionum. Non semper autem inueniuntur palee in cāpis: sed tm post collectionem segetum. Postmodū autē euertitur terra/ vt iterum seminet̄ i ea semen nouum/ similiq euertuntur palee. Dicendum/ q interdum agricole colligunt paleas/ et ligatas deferunt in domos suas. Pharao ergo cogebat Hebreos/ vt, vbi non inuenirentur palee in campis/ compararent illas que in domib⁹ erant proprijs sumptib⁹/ quātum erat necesse pro edificijs construendis. In quo apparebat maxima eius crudelitas & inhumanitas.

¶ Quartū dubiū est/ de sensu illo verborū: Occurrerūtq Moysi & Aaron qui stabāt ex aduerso/ egredientes a Pharaone. Dicēdū/ scdm aliquos/ q sensus est q Moyses & Aaron stabāt ex aduerso quo ad sitū/ vt sic occurrerēt illis astātibus cōtra palatiū Pharaonis prepositi egredientes a Pharaone. Nā vt dicūt/ postq Moyses & Aaron fecerant monitionē suā regi Pharaoni sup dimissione populi Hebreorū/ quos noluerat audire: egrediebātur a Pharaone/ et tunc ppositi ingrediebant/ et sic ex aduerso veniebant illi obuiā illis. Et sic ly egredientes a Pharaone/ refertur ad Moysen & Aaron. Sed istum modū dicēdi reprobāt de Lyra/ & de Pal. tanq falsum. Qr (vt inquiūt) post monitionē factam Pharaoni per Moysen/ ipse Pharao aggrauauit iugū populi/ & flagellati sunt prepositi: vt hic dicit/ eo scilz q non reddebant numerū laterū impositū. Propter qd iuerunt ad clamandū corā Pharaone: vbi durū responsum habuerunt. Ex quibus patet/ q inter monitionem factā p Moysen & Aarō/ et accessum ppositorū ad clamandū corā Pharaone/ fluxerunt aliqui dies. Et ideo ly egredientes a Pharaone/ nō potest referri ad Moysen & Aaron: sed ad pdictos ppositos/ quorū egressum a Pharaone Moyses & Aaron expectabāt extra domū regis stātes: vt scirent quale responsum habuissent/ tanq curā habentes de bono populi. Et ideo qn sciuerunt q ppositi populi Israel iuerūt ad Pharaonē: ipsi secuti sunt eos/ expectantes extra domū regis exitum illorum/ vt

scirent responsum regis.

¶ Quintum dubium: Utrū populus Hebreorum dicens ad Moysen z Aarō: Videat dominus: z iudicet: quoniā fere re z c. peccauerit mortaliter. Dicendum q̄ sic: qꝛ imprecabātur contra eos diuinū iudiciū. Unde sensus predictorū verborum talis est: Videat dñs: supple equitatem. s. super hoc facto: et iudicet. i. vindictā applicet. Relinquitur ergo q̄ peccauerūt: quia vt dicitur Eccl. xxviij. Qui vīdicari vult: a domino inueniet vindictā. Modo talia dixerunt zelo vindicte: et non iustitie. Unde dixerūt: qm̄ fetere fecistis odorem nostrum coram Pharaone: et seruis eius. i. odibiles nos reddidistis eis: qui prius solebāt nos diligere.

¶ Sextum dubiū est: de sensu illorum verborū: que dixerunt Hebrei cōtra Moysen z Aaron de Pharaone. Et prebuistis ei gladiū: vt occideret nos. Dicendū: q̄ per hoc ipsi volebant dicere: secūdū glo. interli. q̄ ipsi dedissent causam occisiōis sue ipi Pharaoni. Quia qui occasionē damni dat: dānū dedisse videtur. Hoc tamē intelligendū est de causa ꝑ se: z nō de causa per accidēs. Nō enim ex mādato domini de dimissione populi per Moysen z Aaron proposito: debuit ipse Pharao grauare populū dñi: sed potius obediendo dimittere. Sed ex eius malitia processit: q̄ propter Moysen et Aaron et preceptū dñi afflixit dictū ppl'z. Et ideo ꝓpositi ppli talia dicētes mētiti sunt.

¶ Moraliter z primo: z in malā partē: populus terre z turba que succrescit. i. latēter crescit: designat motus libidinū: qui merito dicuntur turba: qꝛ turbant iudiciū rationis: ita vt diceret Apost. Ro. vij. Uideo aliā legem in mēbris meis: repugnantem legi mentis mee. Et Gal. v. Caro concupiscit aduersus spiritū: z spiritus aduersus carnem. Hec enī sibijnuicem aduersantur. Ecce turbatio que oritur a turba. i. a carne: siue sensualitate. Timere ergo debet rex Egypti. i. ratio q̄ debet regere carnē: ne ꝑdicta turba succrescat. i. latēter crescat: z multiplicet: ne insurgēdo cōtra rationē ꝑualeat: z eā sub se deijciat: faciendo de dn̄a sua ancillā suā. Hinc Augusti. ad fratres in eremo: ser. l. q̄ intitulatꝰ de salute anime: Caro (inq̄t) nostra de limo terre formata est: anima vero ad dei imaginem creata. Nunq̄d iustū est vt limus terre imagini dei ꝓponatꝰ Caro enī debet seruire: z anima imperare: ista debet exercere īperiū: z illa subiecta seruitiū. In oībus bonis Christianis anima dominatꝰ z caro seruire cōpellitur: in pctōribus vero et huius mūdi amatoribꝰ: inuerso ꝑmo ꝑuerso ordine caro erigitꝰ: z anima humiliatur. Illa delicijs pascit: z ista fame torquetꝰ. hec ille. Si ergo taliter succrescit caro: etiā domata ieiunijs z abstinentijs: vt etiā insurgat cōtra dominam suā rationem: quanto magis si detur ei requies ab operibꝰ. i. sanctis exercitijs: vt in figura dixit Pharao

rao de filijs Israel.
¶ Moraliter et secundo: et in bonam partem: populus terre et turba que succrescit: designat spiritualem profectū viri iusti: in quo multiplicant̄ proles bonarum cogitationū et volitionū: siue sanctorum desideriorum et rectorum operum. Hec enim proles latenter succrescunt: quia deo interius agente et inspirante. Iaco. j. Omne datum optimum: et omne donum perfectum desursum est: descendens a patre luminum. Et Apost. ij. Corin. iij. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis: quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Et breuiter: vt dicit idem Apo. j. Cor. xij. Idem est deus qui operatur omnia: supple bona: in omnibus. Pharao autem est diabolus: qui inuidēs humano profectui: concitat aduersus iustū Egyptios .i. multitudinē tentationum variarum: vt impediat ipsum a fetu spirituali: dicēs: Uidetis quod turba spiritualis profectus succrescit .i. latēter crescit in tali vel tali homine: quanto magis succrescet si dederitis ei requiem ab operibus: id est: ab illusionibus et diuersis phātasijs? Et hic est quod iusti et sancti viri acriores patiuntur tentationes: quam graues peccatores. Nota de btō Antonio eremita. Item de beata Katharina Senensi.

¶ Moraliter et tertio: iuxta illud verbum Pharaonis ad exactores populi: Nequaquam vltra dabitis paleas populo: notandū quod diabolus volēs pficere illaqueare hominē in peccato: ministrat ei in pncipio paleas: id est delectatiōes in peccato. Sed postquam fuerit habituatus in eo: nō curat eiulterius ministrare paleas: sed facit eum peccare quasi absque delectatione: quasi sibi subditum: et seruiētē absque tēporali mercede. Unde quedā mulier quā succubuerat sibi diabolus per plures annos: tandem confessa est in iudicio: cum cremari debuisset: quod licet in pncipio sensisset delectationē maximā in actu nephario: etiā plusquam cū viro: nihilominus successu tēporis nō causa delectationis (quā minime sentiebat) sed inuita cogebatur parere imperio ipsius demonis: in horribili effigie cum ea commiscētis. Ecce quomodo Pharao .i. diabolus denegat paleas: id est minimas delectationes: peccatoribus assuetis. Nec tamen propter hoc minuitur aliquid de peccato: tā de grauitate illius: quam de pena pro eo debita in inferno: eo quod habituatio in illo nō debet sibi in quocunque suffragari. Sicut quam falconi iuueni ministratur cibus: qui postquam fuerit domesticatus et sumpserit debitū crementū: cogitur volare ad predam: ita in pposito. Itē quemadmodum rex Egypti dabat filijs Israel paleas: et sic eos in luto et latere occupabat: atque compellebat ipsos sibi facere et coquere certum numerū laterum: qui tamē finaliter paleas illis denegauit: et nihilominus laterū numerū imperauit: ita et diabolus hodie compellit malos Christiāos ad certum numerū vitiorū: mediantibus paleis .i. delectationibus

vitiorum/ vel bonis temporalibus/ que pro salario illis confert. Quandoque etiam fit/ quod aliquibus predictas paleas subtrahit/ et tamen lateres .i. peccata eos compellit fabricare in equali numero et pondere/ sicut prius: sicut patet de multis pauperibus/ tam religiosis/ quam alijs. Et de pauperibus quidem religiosis/ patet de illis qui subterfugientes vitam regularem/ pauperrime viuunt cum sua proprietate. De alijs autem/ scilicet laicis/ idem patet de illis qui peccare non cessant/ furando vt diuites fiant/ nec tamen consequuntur optatum finem: sed semper in egestate sunt. Prouerbiorum .xj. Rapiunt non sua/ et semper in egestate sunt.

¶ Moraliter et quarto/ iuxta illud verbum: Vacant enim/ et idcirco etc. Notandum quod vacant boni/ vacant et mali: forte tamen inequali. Vacant nempe boni/ cessando a malis operationibus: et quandoque ab exterioribus occupationibus. Propter quod dedicant se laudabilibus exercitijs/ vt sacrificent deo suo sacrificium illi acceptum/ siue per exhibitionem operum vite contemplatiue/ siue actiue. Psalmista. Vacate et videte/ quoniam suauis est dominus: vacant vero mali/ cessando a laudabilibus exercitijs: sed se occupantes die et nocte in malis .s. sectantes comessationes et ebrietates/ lubricitates/ ludos choreas/ et his similia. De quibus in Psalmo. In labore hominum non sunt/ et cum hominibus non flagellantur: ideo tenuit eos superbia/ operti sunt iniquitate et impietate sua. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis etc. Hic Ouidius de remedio amoris: Ocia si tollas/ periere Cupidinis arcus.

¶ Moraliter et quinto/ iuxta illud: Dispersusque est populus in omnem terram Egypti. Notandum/ quod ita accidit hodie in terra nostra/ tam in ecclesia/ quam in statu laicali. Unus enim vadit ad curiam Romanam/ alius ad curiam regiam/ alius ad militiam/ alius ad negociationem: et hoc totum ad congregandum paleas bonorum temporalium. Et quod omnibus deterius est/ in hac tempestate disperguntur nonnulli monachi et religiosi per mundum (qui prius reliquerant mundum) vt cum dispensatione/ seu verius dissipatione/ obtineant curam animarum. Hec igitur calamitosa tempora preuidens Hieremias/ Threnorum .iiij. lamentabiliter dicebat: Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum. Quando autem lapides ecclesie consecrate disperguntur ab inuicem/ amittunt suam sanctitatem. Ecce igitur quomodo hodie disperguntur religiosi ad colligendas paleas .i. propter temporalia: quia constat quod non propter spiritualia/ et animarum curam: quia de hoc apud eos est minor cura et solicitudo. Audiant igitur tales/ et similes: quid dicat August. Si (inquit) paleas queris: palee efficeris. Palea es/ et ignem non times: cum tamen dictum sit Matthei .iij. Paleas comburet igni inextinguibili. Ti-

mendum

mendum est igitur paleas tẽporalium colligere: ne sequat ardor gehenne: vt dicit idem Augustinus.

¶ Moraliter et sexto/ iuxta illud: Flagellatiq; sunt qui preerant operibus ⁊c. Notãdum/ q̇ per prefectos operum intelliguntur prelati/ qui presunt i spiritualib⁹. Per exactores autem/ demões designantur. Et tales exactores crudelissime ⁊ durissime flagellabũt in alio seculo p̄dictos prefectos / vbi negligentes fuerint circa curam ⁊ regimen subditorũ. Uñ Sap̄.vj. dicitur: Judicium durissimum fiet in his qui presunt. Durum quidem/ quia male vixerunt. Durius vero / quia male rexerunt. Durissimum autem/ quia mala exempla prebuerũt. Quia tot mortibus digni sunt.i. totiens meruerunt mortem eternam/ quotiẽs perditionis exempla in subditos transmiserunt: vt dicit Grego. in suo pastorali cap.xxviij. Jtẽ Augustinus i octaua pasche/ sermõe. vij. Quãtiscunq; (inquit) quis exemplum male cõuersationis / etiam si eum illi non sequantur/ prebuerit: pro tantis se malis rationem noverit redditurum. Hec ille.

¶ Moraliter ⁊ septimo/ possumus hoc idẽ exponere de malis iudicibus ⁊ officiarijs reipublice. Hi em̄ frequenter faciunt multa grauamina in populo: qr vt habet Job. xxiiij. Agrum nõ suũ demetunt/ ⁊ vineam eius quem vi oppresserant vindemiant. Nudos dimittunt homines: indumenta tollentes/ quibus nõ est operimentum in frigore. Item Michee.ij. de talibus conquerit dominus/ dicens: Desuper tunicam pallium sustulistis. Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum. Hec igitur et his similia grauamina solent facere prepositi in populo. Exactores autem regis Pharaonis/ qui tales impellunt ad huiusmodi grauamina facienda in populo/ et ad reddendum consuetum numerum laterum/ id est denariorum et tributorum immoderatorum: sunt generales receptores talliarum ⁊ aliorum tributorum/ qui absq; misericordia tallia vsq; ad vltimum quadrantem exigũt: et qui communiter manum suam faciũt in talibus receptis / tam de fraudib⁹ quas communiter facere solent / q̄ de donis que plus inuite illis fiunt q̄ spõte. Propter quod iusto dei iudicio talibus quãdoq; male succedit/ tam in rebus fecundis/ q̄ in corporibus proprijs. Sicq; impleri frequẽter videmus illud propheticũ verbũ Esa.xxxiij. Ue qui predaris/ nõne ⁊ ipse predaberis? Refert enim Plinius in naturali historia de pisce qui Delphinus dicitur/ q̇ si contingat hominem submergi / qui vita comite de simili pisce comederit/ naturali instinctu hoc sentiens cõtinuo ipsum deuorat. Qui si non comederit / tunc suo rostro huiusmodi corp⁹ad littus maris pellit. Applicatio ẽ facilis de illis prepositis ⁊ officiarijs/ qui pauperes comedũt. Cum ergo tales predatores pauperũ predantur a supe

 rioribus/

xoribus/tūc letatur populus: sicq̧ fit vt ex vtraq̧ parte flagellet sine intermissione: sicut ille Helyodorus/ de quo legitur ij. Machab. iij.

¶ Moraliter et octauo/ iuxta illud: Ueneruntq̧ prepositi filiorū Israel/ et vociferati sunt ad Pharaonem ⁊c. Notandū/ q̄ isti gerebant typum pauperum/ qui in maximis angustijs suis et angarijs vociferantur ad dominum. Sed quia dominus est multo misericordior ad pauperes/ q̄ Pharao: ideo frequenter audit et exaudit eos. Psal. Clamauerunt ad dominum cum tribularentur/ et de necessitatibus eorum liberauit eos. Non tamen statim liberat dominus dictos pauperes cum ad eos pro auxilio recurrunt: sicut neq̧ statim liberauit filios Israel de oppressione Pharaonis/ et de manu angustie: et hoc totum ad eorum salutem/ vel vt purgentur a quibusdam leuibus peccatis/ vel vt ardentius querant auxiliū a domino/ aut vt eorū crescat meritum in presenti/ et premiū in futuro.

¶ Moraliter ⁊ nono/ populus Hebreorum/ qui in afflictione sua (quam patitur ab exactoribus) recurrit ad Pharaonē/ vt releuetur: a quo durum habet responsum: designat eos qui ī subalternis curijs habent processum: qui videntes prolixitatē illius/ aut sententiam cōtra se pronunciari/ appellant ad curiam superiorē: vbi frequenter diutiꝰ immorant/ atq̧ durius tractant. et cū grauioribꝰ impensis atq̧ muneribꝰ laborāt/ adeo ꝙ interdū tota eorū substantia in talibus consumitur/ ⁊ de magnis diuitijs ad paupertatem rediguntur: ⁊ tunc totū dimittunt. In hoc similes ouibus/ que ingruente temporis tempestate/ recurrūt ad sepes ⁊ dumos/ vt quietem habeāt: sed ibi deterius habent/ quia paulatim spoliātur lana sua/ ⁊ tunc vadunt in domos suas. Applicatio est facilis.

¶ Moraliter et decimo/ dic ꝙ predicti exactores sunt demones/ qui presūt diuersis vitijs/ ⁊ qui malefacere compellunt/ quando blanditijs inclinare nequeunt: quod intelligitur de compulsione tentationis fortiter inducentis/ non autē cogentis: quia debilis est hostis/ qui nō vincit nisi volentē.

¶ Moralit ⁊ vndecimo/ Pharao (qui durissime tractās populum Hebreorum/ meruit tādem ipsum perdere/ nec non ⁊ vitam propriam) designat nōnullos principes tyrannos/ q̄ non dant requiem populo domini: sed ipsum grauant immoderatis tributis/ in deterius diectim procedentes. Et ideo iusto dei iudicio quandoq̧ populum ⁊ patriam perdunt/ succedente vi armorum extraneo possessore: ⁊ tandē in abyssum inferni demergūtur. Hinc. iij. Regū. xij. legitur de Roboam filio Salomonis/ ꝙ cū innixus fuisset consilio iuuenū: ⁊ respōdisset populo petēti moderari iugū patris sui: dixissetq̧ illi/ Pat̄ meꝰ cecidit vos flagellis/ ego aūt cedā vos scorpionibꝰ: sicq̧ nō acquieuisset petitioni ppli pdidit decē tribꝰ/ q̄ cōstituerunt

tuerāt Hieroboā in regē sup se. Et exīde secuta sūt multa mala ī terra Juda ꝛ Israel. Propterea vulgo dr / ꝙ consilium iuuenū / Roboā fecit egenum.

¶ Moraliter et duodecimo / iuxta illud verbū Pharaonis ad Hebreos: palee nō dabuntur vobis: Notandū ꝙ per populū Hebreoꝝ designanᷓ deuoti catholici / quib⁹ olim dabantur palee / cū multi indocti predicatores inter predicādū abūdabant exēplis / fabulis / ꝛ similib⁹ verbis / q̄ plus prouocabant auditores ad risum ꝗ̄ ad fletū. De euangelio autem / aut epistola / siue solida doctrina / nō erat q̄stio. Unā Apost. ij. Thim. iiij. cū p̄misisset istruēdo discipulū suū Timotheū / dicens: predica ṽbū / supple sacre scripture: postmodū quasi p̄uidēs hec tp̄a / subdit dicēs: Erit eīm tp̄s cū sanā doctrinā nō sustinebūt / sed ad sua desideria coacetuabūt sibi magistros prurietes aurib⁹. i. delectabilia ꝛ placentia scd̄m sensum p̄dicātes. A veritate q̄dē auditū auertēt / ad fabulas autem conuertenᷓ. Tu vero sincere ꝛ seriose predicator / i oībus labora: opus fac euangelistae: ministeriū tuū iple: sobri⁹ / supple iter p̄dicādū esto. Nec amodo paleas dabis volētib⁹ audire verbū dei. Hinc est ꝙ hac tēpestate in multis locis preclari monent predicatores / vt p̄dicent solidā doctrinā / dimissis fabulis: et signāter ex q̄ pullulare cepit heresis Lutheriana. Possumus etiā illud referre ad sacrū gymnasiū theologoꝝ Parisiēsiū: in q̄ oli abūdabāt palee dialecticarū subtilitatum / pretermissis sacris doctrinis: nunc vero dicitur baccalarijs p̄dicti gymnasij / palee non dabuntur vobis: id est / non permittetur vobis de cetero vt passim spargatis paleas sophismatum / ꝛ dialecticarum subtilitatum in predicto gymnasio: sed disputatio vestra ꝛ studiū versetur (quantum fuerit possibile) circa elucidationem sacre scripture: vt occurrente licentiarum tempore / possit de vobis veraciter dici / ꝙ non estis indoctas fabulas secuti: vt dicitur. ij. Petri primo.

¶ Moraliter et decimotertio / iuxta illud: Occurreruntque Moysi et Aaron / qui stabant ex aduerso. Notandum conformiter ad dominum Petrū de Pal. ꝙ per Moysen ꝛ Aaron designantur boni prelati / qui videntes afflictionem populi / siue temporalem / corporalem / vel spiritualem: debent orantes dominum stare ex aduerso. In cuius etiam signum legitur in sequentibus. xvij. capitulo de eodem Moyse: ꝙ stabat in monte orās dominum / populo Israel pugnante inferius contra Amalech. Qui cū leuaret man⁹ sursum / vincebat Israel. Cum vero manus inclinabat deorsum / vincebat Amalech. Applicatio est facilis.

¶ Moraliter et decimoquarto / iuxta illud: Videat dominus ꝛ iudicet: quoniam fetere ꝛ cetera. Notandum ꝙ quando Pharao dabat paleas populo: ipse populus sine murmure ei seruiebat. Ubi vero

ens subtraxit / quasi ad blasphemiam Moysi et Aaron cōuertebatur / dicens: Fetere fecistis etc. Per quod denotatur / ꝙ homines mundani si nō fuerint saturati murmurabunt. Per hoc etiam denotatur / ꝙ homines huius seculi: de diuitibus facti pauperes / non minus interdū peccant blasphemando de inopia / ꝙ̄ prius superbierunt de copia. Propter qđ Salomō Prouerbi. xxx. rogabat dominum dicens: Mēdicitatem et diuitias ne dederis mihi. Tribue tātum victui meo necessaria: ne forte saturatus illiciar ad negandum / et dicam: Quis est dominus? aut egestate compulsus furer / et periurem nomen dei mei.

¶ Moraliter et decimoquinto / iuxta illud: Fetere fecistis odorē nostrum corā Pharaōe: Notandū ꝙ idem verbū quod falso improperauerūt ꝑpositi Hebreorū ipsi Moysi / possunt etiā hodie veraciter multi dicere de his qui falso de ipsis coram alijs detrahunt. Nā tales per suas detractiones faciunt fetere famam bonoꝝ coram illis / apud quos prius bene redolebat. Propter qđ detractio solet diffiniri / ꝙ est alienę famę per occulta verba denigratio. Nam de bonis loquens Apoca. ij. Corinth. ij. et se cum illis commemorans dicebat / Christi bonꝰ odor sumus. i. Christus in nobis bonꝰ apparet / scilicet per bonā vitā nostram: et hoc in his qui salui fiunt / et qui bono odore recreantur: et in his qui pereunt. Alijs quidem odor mortis / in mortem: alijs autē odor vite / in vitam. vbi Apo. vult dicere / ꝙ odor bonorum apud malos prodest quandoqꝫ ad vitā gratie / propter edificationē bonā / quā interdū ibi sumunt: quandoqꝫ aūt obest illis occasionaliter / ꝓpter scandalū quod ex sua malitia sumunt. Detractores igitur (qui per infamiam quam de bonis faciunt diuulgari / eos fetere in aliorū opinione faciunt) grauiter peccant / et ad restitutionem tenentur / sub pena damnationis eterne.

Aaron, et Moysen, et Mariam. Fueruntque anni vite Amram cētumtriginta septē. Filij quoque Isuare: Chore, et Napheg, et Zechri. Filij quoque Oziel: Misael, et Elisaphan, et Sechri. Accepit autem Aarō vxorem Elizabeth, filiam Aminadab, sororē Naason: que peperit ei Nadab et Abiu, et Eleazar, et Ithamar. Filij quoque Chore Aser, et Elcana, et Abiasab. Hec sunt cognationes Choritarum. At vero Eleazar filius Aaron, accepit vxorem de filiabus Phutiel, que peperit ei Finees. Hi sunt principes familiarum Leuiticarum, per cognationes suas. Iste est Aaron et Moyses, quibus precepit dominus vt educerēt filios Israel de terra Egypti, per turmas suas. Hi sunt qui loquūtur ad Pharaonem regem Egypti: vt educant filios Israel de Egypto. Iste est Moyses et Aaron, in die qua locutus est dominus ad Moysen in terra Egypti. Et locutus est dominus ad Moysen dicens: Ego dominus. Loquere ad Pharaonem regem Egypti omnia que loquor tibi. Et ait Moyses coram domino: En incircuncisus labijs sum. Quomodo audiet me Pharao?

¶ Historialiter postquam propheta domini Moyses egit in precedenti clausula de promissione domini circa Hebreorū liberationem de Egypto, et de manu Pharaonis, et quod inde essent educendi in manu forti, et brachio extento, siue excelso: hic consequenter narrat generationes Ruben, Simeon, Leui, vsque ad seipsum et Aaron fratrem suum: exprimens etiam nomen patris sui, et matris. Refert ergo ipse Moyses in primis, quod dominus locutus est ad eum dicens: Ingredere et loquere ad Pharaonem: et quia erant multi in terra, illa qui dicebantur Pharaōes: addidit, regem Egypti: vt certior esset Moyses, de quo Pharaone loqueretur ipse dominus. Causam autem huius locutionis assignat dominus: cum subdit, vt dimittat filios Israel: supple abire libere de terra sua, id est de Egypto. Ad quem Moyses ait: Ecce filij Israel non audiunt me, et quomodo audiet Pharao? Maxima enim topica dicit, quod si id quod magis videtur inesse non inest, nec illud quod minus. Sic est autem quod filij Israel deberent potius me audire quam Pharao, et tamen me nō audiunt: ergo nec Pharao me audiet. Hec est igit prima excusatio Moysi apud dominum. Secunda autem immediate subditur, cū ait: Presertim cū incircuncisus sim labijs. De hac autem incircuncisione aliqua dicta sunt in precedentibus, et adhuc dicetur in solutione ad primum dubium sequens. Ut autē dicit glosa ordinaria, hic notanda est dei clementia. Nō enim creditur sibi a filijs Israel, et tamen eos monere non cessat.

cessat. Contēnitur a Pharao=
ne/ꝛ tamen longanimiter expe
ctat. Sequitur: Locutusq̃ est
dominus ad Moysen ꝛ Aarō/
tanq̃ ad pricipaliores/ꝛ dedit
mādatum ad filios Israel.i.ad
seniores/ ꝛ ad Pharaonem re=
gem Egypti/vt educerēt filios
Israel.i.reliquū cōmunem po=
pulum de Israel:scilicet Pha=
rao permittēdo/et Moyses cū
Aaron ꝛ senioribus deducen=
do. Deīde cū Moyses ait: Isti
sunt principes domoꝝ ꝛc.ostē=
dit generis sui nobilitatē: pa=
riter ꝛ fratris sui Aarō. Et pa
tet textus vsq̃ ibi: Iste est Aa=
ron/ꝛ Moyses. Et q̄uis Moy
ses esset principalis dux popu=
li/tamē preponitur frater suus
Aaron: quia antiquior tribus
annis. Insuper ratione digni=
tatis/quia summ⁹ sacerdos. Et
si dicatur/ꝙ etiā Moyses fuit
summ⁹ sacerdos sicut ꝛ Aarō:
iuxta illud Psalmi. Moyses et
Aaron in sacerdotib⁹ eius. Di
cēdum/ ꝙ fuit sacerdos q̄tum
ad officium/quod est orare pro
populo: sed non quantū ad or=
dinem/ad quem spectat sacrifi
cium offerre domino/ sicut fe=
cit Aaron. Nec etiam fuit vn=
ctus vt sacerdotio fungeretur
sicut Aaron. Et q̄uis tūc nō=
dum esset Aaron consecratus
in summum sacerdotē: ad hoc
tamen preuiderat eū deus. No
tandum ergo/ conformiter ad
dominū Pet.de Palu.ꝙ quā=
do isti duo fratres simul nomi=
nantur/ aliquando preponitur
Aarō/ aliquādo Moyses. Nā
q̄tum ad officium loquēdi ad
populum/ preponitur Aaron/
tanq̃ pimogenit⁹/ ꝛ tanq̃ spe=
cialiter prepositus in his que
erant ad populum: quantū ve=
ro ad dei familiaritatem/ ꝑpo=
nitur Moyses: quia erat ꝑpo=
situs in his que erāt ad deum.
Item q2 principaliter sibi pre=
ceperat domin⁹ educere filios
Israel de Egypto. Et q2 etiam
verba domini immediate reci=
piebat ab eo/ ꝛ postea traden=
da populo per fratrē suū Aa=
ron tanq̃ per interpretem. Et
hoc modo intelligendum est il
lud verbum sequens: Locutus
est domin⁹ ad Moysen/ dicēs:
Loquere ad Pharaonem regē
Egypti omnia que loquor ti=
bi/scilicet mediāte fratre tuo.
Iterū ꝛ finaliter repetit Moy
ses suam excusationem/dicens
ad dominū: En/id est/ecce: in=
circūcisus labijs sum. Quomo=
do ꝛc̄.

¶ Circa hunc textum mouen=
tur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū ori=
tur propter illud primum ver=
bum: Ingredere/ ꝛ loquere ad
Pharaonē. ꝛc̄. Queritur ergo
quomodo Moyses potuit ha=
bere ingressum ad Pharaonē.
Mos enim regum ac principū
est habere custodias suas/cum
foris sunt: ꝛ ostia firmiter clau
sa/cum intra domū sunt: et hoc
propter pericula personarum
suarum/ ꝛ ꝓpter fastum regiū.
Dicendum/ ꝙ taliter ingressus
est ad Pharaonem/ ꝙ lōge sta=
bat ab eo. Q2 si hoc factum sit
intra domum regis/ tūc potuit
ingredi cū multitudine seruo=
rum regis illuc ingrediētium.
Vl' dic ꝙ dñi volūtas fuit (cui
nemo resistere potest) vt pate=
ret illi facilis ingressus ad re=
gem/

geminemiue contradicētelaut impedimētum prebēte. Potuit etiam fieri diuinitus vt ianuis clausis/ꝛ noctis silētio ingressus fuerit ad eū. Sed illud est satis voluntarie dictum:ꝛ sine probatione:et ideo melius dicitur vt prius.

¶ Secundum dubiū est de sensu illorum verborum: Respondit Moyses corā domino. Cū enim omnia agātur coram domino/cui nihil est absconditū/ aut occultū:videtur superflue dictum ꝙ Moyses locutus est coram domino. Dicendum cōformiter ad glo.interli. ꝙ sancti coram domino loquuntur/ quia audiuntur ab eo. Mali vero retro loquuntur/ eo ꝙ non audiuntur/ id est exaudiuntur ab eodem.

¶ Tertiū dubiū: Quō ꝛ qualiter erat Moyses incircūcisus labijs? Dicēdū/ ꝙ pter ea que dicta sunt in precedētib⁹ cū de hoc ageretur/ potest sic intelligi: Cum sim incircuncisus labijs.i.superfluus in labijs. Cōueniēter ꝗ Moyses se excusat de tali defectu lingue/propter verborum superfluitatem/ qui ad regem mittebatur. Nam talis defectus displicet hoib⁹/ et marie magnatibus. Dicit autē Augu.in qstio.sup Exo. ꝛ recitatur in glo.ordi. ꝙ alia litera sic habet: Ecce ego gracili voce sum: et quomodo audiet me Pharao? vbi dicit/ ꝙ nō videtur propter multitudinē populi se excusare de vocis gracilitate/ sed etiam propter vnū hominem. Deinde subdit: Mirū/ inqt:si tā gracilis vocis fuit:vt nec ab vno hoie posset audiri/scilicet a Pharaone/ an forte regius fastus non eos pmittebat de proximo loqui.

¶ Quartum dubium oritur ꝓpter excusationē Moysi/dicentis ad dñz ꝙ esset incircūcisus labijs. Ex quo eni frater suus Aaron erat interps suus apud Pharaonē:videtur ꝙ non debuerit se excusare apud dñm de incircuncisione labioꝝ suorum. Sufficiebat eni ꝙ ille loquerett pro eo. Dicendum ad hoc/ ꝓm aliquos/ ꝙ nondū cōmiserat deus Aaron vt loqueretur pro eo: sed tunc primum quādo dixit ei: Ego constitui te deū Pharaonis/ ꝛ Aarō frater tuus erit ꝓpheta tuus.i.ꝓlocutor: vt dicitur in princip. seq.cap. Sed hoc est falsum: qr iam dñs dixerat ei redeunti in Egyptum/ ꝙ frater suus Aarō occurreret illi:ꝛ ꝙ poneret verba sua in ore illius: ꝛ ꝙ loqretur pro eo ad populū: vt patet pri⁹.iiij.c. Alij ergo dicūt/ ꝙ iā cōmiserat dñs ipsi Aarō vt loqretur ꝓ fratre suo Moyse/ in his que erant ad populū Hebreoꝝ:sed nō ad regē Pharaonem. Et ideo quando misit eum dñs ad regē Pharaonem vt loqret ad eū/ dicēs: Ingredere et loquere ad Pharaonē regē Egypti/ vt dimittat filios Israel de terra sua: humiliter se excusauit/ dicēs se esse incircūcisum labijs. Sed hoc patet esse falsum/ per hoc quod dicit in principio pcedētis capituli: Post hec ingressi sunt Moyses ꝛ Aaron/ ꝛ dixerunt Pharaoni: Hec dicit domin⁹ deus Israel: Dimitte populum meū vt sacrificet mihi in deserto.

Iam

Jam ergo prius locuti fuerant ambo ad Pharaonē. Q̄ si sic: cur ergo nunc se excusat Moyses de incircuncisione labiorū suorum? Dicēdū: q̄ ideo se excusat (humiliter tamē) nō quia esset simpliciter incircuncisus labijs: sed quia nō diserte aut clamose loqui posset. Et quis cum eo esset frater suus Aarō: qui erat disertissime lingue: et qui vt cōmunius loquebatur ad Pharaonem ex parte domini: & quasi tenēs vicē ipsius Moysi: interdum tamē loquebatur & ipse Moyses: tarde tamen et impedite: atq̧ satis basse. Et ideo propter ista petebat supportari a domino: ne amplius loqueretur ad populum vel ad Pharaonem: sed totum cōmitteretur Aaron fratri suo: viro eloquentissimo: qui semp erat presens quādo loquebatur ad Pharaonem. Quinimmo vt in pluribus loquebatur ipsi Pharaoni per eum: vt dictum est. Unde in principio precedentis capituli dicitur: q̄ ingressi sūt Moyses & Aaron ad Pharaonem. Et in presenti clausula dicitur: q̄ locut⁹ est dominus ad Moysen & Aaron: & dedit mā datum ad filios Israel: et ad Pharaonem regē Egypti: vt educerent &c. Uerum vt cōmuniter fit tm̄ mētio de ipo Moyse: eo q̄ esset pncipalis dux populi: vt dictū est in expositione literali.

¶ Quintum dubiū. Cur in genealogia Moysi et Aaron fit tantum mentio de trib⁹ tribubus: scʒ Ruben: Symeon: & Leui? Dicēdum: secundū Augu. & ponitur in glo. ordi. q̄ volēs scriptura originem Moysi demōstrare (quod eius actio expetebat) a pmogenito Jacob: id est Rubē cepit. Inde ad Symeon: Inde ad Leui: vltra pgressa nō est: q: ex Leui Moyses. Propter cuius nobilē originem habēdam hec genealogiarum series est introducta: vt dicit glo. ordi. Ui autem cōmemorantur qui iā memorati fuerant in illis. lxxv. in quibus Israel intrauit in Egyptum. Nō enim primam: vel secundā: sed tertiam tribū: id est Leuiticā: voluit deus esse sacerdotalem. Hec Augusti. in predicta glos. Petrus autē Comestor: omissis tribubus Ruben & Symeō: tm̄ discurrit tribū Leui: sic inquiens: Commemorat aūt hec historia principes domorū per familias suas: sed de tribubus tm̄ tres: scʒ Ruben: Symeon: & Leui. Nobis autem de solo Leui dicere sufficiat. Filij Leui fuerūt: Berson: Caath: & Merari. Ex quibus tres familie Leuitarum deriuate sunt: Bersonite: Caathite: Merarite. Filij autem Caath: Amram: et Isuar: et Chore. Filij Amrā: de Jocabeth: Aaron: Moyses: & Maria.

¶ Sextum dubium oritur pter illud verbum: Accepit autem Amram vxorē Jocabeth: patruelem suam: id est filiā patrui sui: qui vulgo auunculus dicitur. Istud enim prohibet lex. Leuit. xviij. & xx. Itē Deuteronomij. xxvij. Non licuit ergo Amram ducere Jocabeth vxorem patruelem suam. Dicēdum ad hoc: q̄ lex scripta nōdum erat data: ideo licuit sibi eam

eam ducere in vxorem. Et vt dicit de Palu. Patruelis dicitur aliquid pertinens ad patruum: id est, ad fratrē patris. Hinc patruus dicit, quasi pater vnus.

¶ Septimum dubiū oritur propter illud verbum: Accepit autem Arō vxorem Elizabeth, filiam Aminadab, sororē Naason. Cum enim iste Aminadab esset de tribu regia: secundum glo. Strabi. nō videtur licuisse ipsi Aaron ducere in vxorē dictam Elizabeth, filiā eius. Dicēdum ad hoc, conformiter ad dictum de Palud. in primis, ꝙ nondum erat preceptum filijs Israel vt vnusquisq; acciperet vxorem de tribu sua. Secundo dicit, ꝙ dato ꝙ lex fuisset data: ipse tamen Aaron non egisset contra eam: eo ꝙ tribus Leuitica de qua erat ortus, poterat coniungi alijs tribubus: quia cū sacerdotes possessiones nō accepissent: sed tm̄ vrbes ad habitandū, et viculos siue suburbana ad alenda pecora sua: cessabat causa legis, que erat ne confunderētur possessiones et sortes per talia cōiugia. Maxime autem coniungebat predicta trib⁹ tribui regali, eo ꝙ esset par necessaria inter illas tribus ad regēdum populum. Et si dicatur in contrarium ꝙ lex Numer. xxxj. precipit vnicuiq; accipere sibi vxorem de tribu sua. Respōdet ad hoc Augustinus, ꝙ illi legi Numerorum cōsuetudo in oppositum derogauit. Unde Dauid, de quo est certum ꝙ fuit de tribu Juda, accepit in vxorem, Michol filiam Saul, qui fuit de tribu Beniamin. Uel dicendum, ꝙ forte lex non loquebatur, nisi quando cum muliere trāsibat hereditas.

¶ Octauum dubium oritur propter illud verbum sequēs: Iste est Moyses et Aaron &c. Queritur ergo vtrum in his verbis peccauerit Moyses? Uidet ꝙ sic: quia iactauit se (vt videt) de generis nobilitate. Dicendum, ꝙ in predictis verbis nō peccauit. Quinimmo ad vitandam iactātiam, locutus est de seipso tanquam de quodam alio, vt ostenderet ꝙ non intendebat propriam gloriam, sed veritatis expressionem, et aliorum vtilitatem. Sicut in simili Paulus .ij. Corinth. xij. loquitur de seipso quasi de quodam alio, dicens: Scio hominem in Christo, ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio: de⁹ scit: raptū huiusmodi vsq; ad tertiū celum. &c. Dicit etiā dñs Hug. Card. allegādo Strabum, ꝙ Esdras (qui bibliam a Babylonijs cōbustam reparauit) hoc apposuit de suo, in laudem et gloriam ipsi⁹ Moysi viri dei. Hoc idem dicit Petrus Comest.

¶ Nonum dubiū: Cur in presenti textu, sicut in pluribus alijs passibus sacre scripture, et precipue quādo est questio de aliquo precepto dando a domino, additur: Ego dominus. Dicendum, ꝙ hoc facit dominus vt ostendat omnipotentiam suam: cuius dicere, est facere: et cui nihil potest resistere. Hinc Romanorum vndecimo dicitur: Potestati eius quis resistit?

Decimum

¶ Decimū dubium: Cur in p̄senti clausula Moyses repetit se esse incircūcisum/ apud dn̄m loquens. Videtur enim q̄ sufficere sibi debebat hoc semel ei dicere/ qui etiā nihil ignorat. Pro solutione huius dubij notandum/ q̄ erat duplex incircūcisio in Moyse/ secundū dominum Pet. de Pal. Una superfluitatis verborum: de qua primo loquitur. Alia inordinatiōis/ seu corruptionis/ ex ignorātia idiomatis. Oblitus enim erat ipse Moyses idiomatis Egyptiorum ex longa mora in terra Madian/ ne ordinate et integre ipsum loq̄retur sicut opus arbitrabatur loqui oportere i conspectu tanti principis/ qualis erat Pharao.

¶ Moralit̄ et primo. Per Moysen ducē populi Israelitici designantur prelati et pastores animarū/ atq̄ diuini verbi p̄dicatores. Tales eñ mittit dn̄s ad Pharaones. i. ad reges et principes tyrannos/ qui valde grauiter opprimunt pauperes sibi subditos: ita vt quandoq̄ remaneat eis sola pellis attenuata supra dorsum: quam etiā libēter raperent/ si inde aliquā vtilitatē consequi possent. Unde Mich. iij. dominus de hoc mirabiliter cōqueritur/ dicēs ad eos: Audite principes Iacob/ et duces domꝰ Israel: Nūquid non vestrum est scire iudicium/ qui odio habetis bonū/ et diligitis malum: qui violēter tollitis. i. tollere velletis pelles eorum desuper eis? Ul' per pelles intelliguntur modica temporalia subditoꝝ/ que per exactores suos tollūt tyrāni principes a subditis/ etiā interdum vsq̄ ad paleas lecti/ absq̄ misericordia: dicētes q̄ oportet vt denarij regis soluātur. Quandoq̄ etiam cogunt eos lugere in carceribus/ in fame et siti/ in ieiunijs multis/ in frigore et nuditate. Sequitur in Michea: Et carnem eorum desuper ossibus eorum/ supple tollitis. Et iterū ibidem de eisdem conqueritur dominus/ dicēs: Qui comederunt carnem populi mei/ et pellem eorum desuper excoriauerunt/ et ossa eorum cōfregerūt/ et conciderunt sicut in lebete/ et quasi carnem in medio olle. Tunc supple tales pricipes in necessitatibus suis clamabunt ad dominū/ et nō exaudiet eos: et abscōdet faciem suam ab eis in tēpore illo/ sicut nequiter egerūt in adinuētionibꝰ suis. Sed proh dolor hodie sūt pauci Moyses super terrā/ qui audeāt ingredi ad p̄dictos Pharaones/ et dicere eis ex pte dn̄i vt dimittant populū suum sic inquietare et opprimere: quia omnes timent incurrere iram et indignationem eoꝝ. De quibus etiam dicitur Esa. lvi. q̄ sunt canes muti/ non valentes latrare.

¶ Moraliter et secundo/ iuxta illud: Ecce filij Israel non audiunt me/ et quomodo audiet Pharao? Notandum/ q̄ per filios Israel intelliguntur clerici et religiosi mali/ qui nolunt audire vocem Domini/ nec increpationes suoꝝ maiorū. Nō mirum ergo si Iudei et infideles/ qui per Pharaonem designantur/ dictam vocem per os predicatorum sonantē audire recusant.

recusant. Fertur q habitātes prope fluuiū Nili male audiūt alios sonos: et hoc ppter impetum ipsius Nili / quē continue facit et audiūt. Ad idem est de habitantibus iuxta molendinū / vel ferraturam rotarum / et malleationem fabrorum: ita in proposito multi clerici et religiosi / propter frequentem vsū legendi aut audiendi scripturas sacras / et historias pertinētes ad morum edificationē / efficiuntur quasi surdi et parum proficientes.

¶ Moraliter et tertio / iuxta illud / presertim cū incircūcisus sim labijs: Notandum / q tria sunt genera hominū quorum labia sunt incircuncisa. Primi sunt indeuote orantes: de quibus loquitur dominus Esaie xxix. dicens: Populus hic labijs me honorat / cor autē eorū longe est a me. Secundi sunt orationes suas sincopantes / et precipitāter soluentes. Et ista incircuncisio specialiter tangit clericos festinanter et cursim officium diuinum dicētes: Quorum abusus reprobatur in Clem. rubrica de celebratione missarum. ca. graui. vbi etiam mandat papa Clemens in virtute spūssancti et sancte obedientie / vt diuinū officium tā diurnum q nocturnū (quantū ipsis ecclesiasticis deus dederit) studiose celebret / pariter et deuote. Tertij sunt turpia et dissoluta verba in ore gestantes / cōtra quos loquitur Apost. Ephe. v. dicēs: Fornicatio / aut ois immundicia / aut turpitudo / aut stultiloquiū / aut scurrilitas / non nominetur in vobis. Quicunq ergo est de numero predictorū / merito potest dicere cū Moyse / incircūcisus sum labijs.

¶ Moraliter et quarto / per hoc q Moyses declarat ex nobili genealogia pcessisse / qd tāgitur cū dicitur: Isti sunt principes domorū per familias suas: inter quos principes Leui tertius nominatur / ex quo processit ipse Moyses / q tamen fuit humillimus: insinuatur q nobiles huius seculi non debēt inaniter gloriari de nobilitate sua carnali / considerantes q omnes ex vno et eodē patre pcessim⁹: et qui a deo immediate format⁹ est / scz Adā / vno et eodē modo nascimur / scilz nudi et cum fletu: vna terra nos supportat / omnes morimur / oēs iudicabimur / et ad eandē celestem hereditatē vocamur. Nō ergo ab origine procedit nobilitas: qz teste Boetio de cōsol. lib. iij. metro. vj. Omne hominū genus in terris / Simili surgit ab ortu. Unus enī rerū pater est / vnus cuncta ministrat. Unde ergo pcedat nobilitas / paucis declarat Hiero. iij. parte epl'arū suarū epistola. xxij. ad Cellantiā scribēs et dicēs: Sola apud deū libertas est / nō seruire pctis. Sola apud deū nobilitas est / clarū esse virtutibus. Dicit etiā sententia / q sola virtus facit hominē nobilē. Non gloriabat ergo Moyses in generis sui nobilitate / nec ad sui iactantiam precedētem genealogiam adduxit: sed ad veritatis expressionem: vt prius dictum est.

¶ Moraliter et quinto / iuxta

illud verbū dominí ad Moysen: Loquere ad Pharaonem regem Egypti omnia que loquor tibi: Notandum: q p hoc instituuntur prelati et predicatores non debere tacere veritatem. Hinc legitur. j. Reg. xv. q cum domin⁹ reuelasset Samueli: q decreuerat priuare Saul regno/propter inobediētiam suam: solicitaretque ipse Saul Samuelem vt diceret ei quid indicasset illi deus: constanter illi dixit/q priuatus esset regno ex parte domini: et q illud deberet dari Dauid meliori se. Sed quamuis hodie multi ꝛ graues defectus comperiantur in principibus: admodum tamen rari aut nulli supersunt qui velint/aut audeant illis dicere veritatē: quia moderni pdicatores aut querunt intrare in gratiam principum/aut iam ingressi illā perdere. Et ideo de talibus conqueritur dominus Threnorū secundo/ dicēs: Prophete tui viderunt tibi falsa et stulta: nec aperiebāt iniquitatem tuam vt te ad penitentiam prouocarent.

¶ Moraliter ꝛ sexto / per hoc q Moyses missus est a domino ad Pharaonem / vt dimitteret populum suum: quem tamen sciebat esse obstinatum/ꝛ hoc non facturum: denotatur q etiam predicandum est obstinatis/ ꝛ precipue quia nesci mus qui sunt pro p̄senti adeo reprobati/ et in peccatis suis obstinati/et qui nō. Multi eñ pro aliquo tempore videntur omnino obstinati et incorrigibiles: qui tamē postmodū redeunt ad cor/et corriguntur/ atq virtuosi efficiuntur: ideo de nullo desperādum est/ quādiu durat vita presens: ita dicitur de pe. distinctione septima nemo. Item vicesimaquarta quest. iij. corripiantur.

¶ Allegorice et primo / super illud verbum Moysi: Filij Israel non me audiunt/ꝛ quomodo Pharao me audiet? Notandum/ q Moyses (sumptus de aquis) designat Christum/ qui fuit sumptus de aquis Jordanicis/ cum fuit baptizatus. Hic ergo Moyses conquestus est in suo primo aduentu/ q filij Israel ad litteram noluerūt audire vocem eius: sed potius audierunt vocem pseudoprophetarum/ secūdum q improperabat illis Joan. v. dicens: Ego veni ĩ nomine patris mei/ et non accepistis me: supple. probatum verum documentum testimonio scripturarum/ tum euidentia multiplicium miraculorum. Si alius / scilicet Antichrist⁹ venerit in nomine suo/ illum accipietis. Nam cum venerit faciet se circuncidi/ agnū paschalem immolabit/ diē sabbati obseruabit atq obseruari faciet / et sic de alijs ritibus Judeorum: vt sic trahat corda eorum ad se/ et hoc quousq veniet Helias ꝛ Enoch/ qui detegent fallacias suas. De eo etiam dicit Apo. ij. Thessa. ij. q extolletur supra omne quod dicitur de⁹/ aut quod colitur: ita vt in tēplo dei sedeat/ ostendens se tanq sit de⁹. Ecce igitur noster Moyses Christus/ quem noluerūt audire Judei in suo primo aduētu. Propterea

ea de eo dicitur Joan .j. q in propria venit / et sui .i. Judei (paucis exceptis) eum nõ rece perunt / supple credendo in eũ. Ipsum autem receperunt alie= ni.i.gentiles. Uñ de hoc Psal. in persona eius ait : Populus quem non cognoui seruiuit mi hi / in auditu auris obediuit mi= hi. Istud refertur ad gentiles. Filij alieni.i. Judei / qui prius intranei et affines : sed modo alieni per perfidiam / mentiti sunt mihi: quia prius promise= rant se seruaturos legẽ Moy= si / quod non fecerunt : quia nõ crediderunt in me / cum tamen ille testimonium perhibeat de me. Jo.v. Si crederetis Moy= si / crederetis forsitan et mihi. De me enĩ ille scripsit. Sequi= tur in Psal. Filij alieni inuete= rati sunt / scilicet in incredulis= tate sua : cum iam sint ãni mil= le quingenti vigintiseptem ex quo venit Christus in hunc mundum / nec tamen adhuc in eum credere volunt. Quod autem sequitur: Et Pharao quomodo me audiet? Pharao refertur ad populum genti= lem. Et est verbum pre admi= ratione dictum. Ac si dixis= set noster Moyses Christꝰ / cũ adhuc in terris esset. Et quo fi lij Israel / huc Judei / in me cre dere nolunt / sed me reprobãt: satis mirum est q Pharao / id est populus gentilis / in me cre dit. Unde Psal. A domino fa= ctum est istud / et est mirabile in oculis nostris.

¶ Allegorice et secundo. Per hoc q dominus solũ elegit sa= cerdotes de tertia tribu / scili= cet Leuitica: designatur secũ= dum glossam ordinariam / q il= li soli sũt sacerdotio digni qui tenent rectã fidem sanctissime trinitatis: et qui rite sunt in no mine eiusdem trinitatis conse= crati: atq3 qui alios docent cõ= stanter tenere eandem fidem. Sicut Ambrosius fecit se pri= mo a catholico episcopo ordi= nari: et postea toto tempore suo contra perfidiam Arrianorum predicauit / et docuit veram et indubiam fidem vnius et tri= ni dei.

¶ Allegorice et tertio: iuxta illud: Accepit autem Aaron vxorem etc. Notandum q per Aaron / qui vno modo inter= pretatur mons fortis: designa= tur Christus / qui reuera fuit mons / propter excellẽtiam sue humanitatis: et fortis / propter infinitã virtutem diuinitatis. Iste igitur Aaron: id est / dei filius: accepit vxorem / naturã scilicet humanam: quando car nem assumpsit. Et fuerunt di= cte nuptie celebrate in templo vteri virginalis / quarum para nymphus fuit Gabriel archan gelus. Fuit autem dicta vxor Aaron dicta Elizabeth. Pro quo notandũ / q Elizabeth in= terpretatur vno modo dei mei septima : per quod denotatur q in septima etate mundi / dei filius assumpsit naturã huma= nam. Erat autem dicta Eliza= beth filia Aminadab / qui vno modo interpretatur / deus meus sponte : per quod denotatur q ille qui erat prius deus an= gelorum / per obediẽtiam per= fectam factus est postmodum p li deus

deus hominū/ per specialē cultum: ⁊ hoc totū sponte/ quantū ad eos qui crediderunt in eū. Quod autem subditur/ ꝙ dicta Elizabeth peperit plures filios sposo suo Aaron: designatur ꝙ medio humanitatis (secundū quā meruit dei filius) genuit plures filios ⁊ filias: qꝛ quotquot crediderunt in eū: fide formata charitate/ Joan. j. dedit eis potestatem filios dei fieri/ his ꝗ crediderūt in nomine eius. Et Augustinꝰ de verbis domini / ser. xxxvij. Multos filios dei / fecit vnicꝰ filius dei.

¶ Anagogice descriptio triū tribuum/ vt perueniatur ad generationem Moysi / designat ꝙ familie domini habitantes in celo describuntur per ternarium numerum: ibi enim angeli describuntur ꝑ tres hierarchias/ ⁊ quelibet hierarchia ī tres ordines. Similiter homines ibi describuntur sub ternario numero: videlicet patriarcharū quo ad legem nature: prophetarum/ quo ad legem scriptam: ⁊ sanctoꝝ noui testamenti/ quo ad legem gratie. Et iterum (ꝗ ad hāc) quotquot illuc intrauerūt/ sub ternario numero comprehenduntur: scilicet apostolos martyres/ ⁊ cōfessores. Denicꝙ quotquot illic sunt: vidēt/ fruūtur/ ⁊ tenent perpetuo illam summam ac ineffabilem trinitatē. Et in hoc consistit summa beatitudo tam angelorum ꝙ hominum: iuxta illud Joan. xvij. Hec est vita eterna/ vt cognoscant te verum deum/ et quem misisti Jesum Christum.

¶ Exodi septimo.
¶ Prima clausula.



Dixit dñs ad Moysen: Ecce constitui te deum Pharaonis/ et Aaron frater tuꝰ erit propheta tuus. Tu loqueris ei omnia ꝗ mandabo tibi: et ille loquetur ad Pharaonem/ vt dimittat filios Israel de terra sua. Sed ego indurabo cor eius/ ⁊ multiplicabo signa ⁊ ostenta mea in terra Egypti/ et non audiet vos: immittamcꝙ manum meā super Egyptū/ et educam exercitū ⁊ populū meū filios Israel de terra Egypti/ per iudicia maxima. Et scient Egyptij qꝛ ego sum dñs/ qui extenderim manū meam super Egyptū: et eduxerim filios Israel de medio eorū. Fecit itacꝙ Moyses ⁊ Aaron/ sicut preceperat dominus/ ita egerunt. Erat autē Moyses octoginta annorum/ ⁊ Aaron octoginta trium/ quando locuti sunt ad Pharaonē.

¶ Historialiter postcꝙ in precedentibus Moyses ostendit/ qualiter dominus monuit verbis Pharaonem / vt dimittat populum suū sacrificare sibi in deserto: hic cōsequenter incipit monere eū signis mirabilibus/ prius inauditis.

¶ In hac igitur clausula tria principaliter fiunt. Primo nē pe repetitur monitio/ que dirigitur ad Pharaonem ex parte domini. Secundo tangitur Moysi

Moysi specialis facta cōmis=
sio. Tertio predicit a domino
legationis Moysi ad Pharao
nem retardatio.

¶ Primo igitur repetit moni=
tio ad Pharaonem: cū domin⁹
loquitur ad Moysen/ dicens:
Tu loqueris ad fratrem tuum
Aaron omnia que mando ti=
bi/ ꝛ ille loquetur ad Pharao=
nem/ vt dimittat ꝛc. Prius eñ
(vt habetur in fine precedētis
capituli) dixerat dñs Moysi/
vt loqueretur ad Pharaonē.
Et quia ipse Moyses se excu=
sauerat/ propter incircūcisio=
nem labiorū suorū: ideo in pri=
cipio presentis capituli ꝛ clau
sule/ supportat eū dñs ne in p=
pria loquat ad Pharaonem:
dicens illi vt ponat ỽba sua in
ore fratris sui Aaron/ ꝛ per eū
loquat ad Pharaonem/ vt di=
mittat filios Israel de terra
sua.

¶ Secūdo tangit Moysi spe=
cialis facta commissio circa
eundem Pharaonem: cum di=
cit dominus ad eum: Ecce con
stitui te deum Pharaonis/ vt
quicquid volueris precipias
ei: sicut deus imperat creatu=
re/ vt dicit glo. interli. Confert
ergo ei dominus potestatem
ꝛ authoritatem contra seuitiā
et crudelitatem Pharaonis.
Et nota/ ꝙ hic accipitur deus
non proprie/ sed transsumpti=
ue. Pro quo notandum/ secun=
dum beatum Gregorium sup
Ezec. homelia quarta: ꝙ in sa=
cris scripturis hoc nomen de⁹
vario modo accipit. Nam ali=
quando capitur essentialiter/
sicut cum ait ipse dominus ad
eundem Moysen supra. iij. ca.
Ego sum deus patris tui: deus
Abraham/ deus Isaac/ ꝛ deus
Jacob. Aliquādo capitur nū=
cupatiue/ sicut ibi in Psalm.
Deus stetit in synagoga deo=
rum: in medio autem deos di=
iudicat. Et alibi: Omnes dij
gentium demonia. Uñ Apost.
volens discernere nomen dei
nuncupatiuum ab essentiali/
Rom. ix. ait: Quorum patres/
et quibus est Christus secun=
dum carnem: qui est super oīa
deus benedictus in secula. Nū
cupatiuus enim deus est inter
omnia/ essentialis autem sup
oīa. Ut ergo Paul⁹ ostēderet
Christū naturalr̄ deū: nō hūc
deū tantūmodo: sed deum sup
oīa memorauit/ quia etsi iust⁹
quilibet sit deus: nō tamen su=
per omnia est deus/ quia tan=
tū nuncupatiue est de⁹. Chri=
stus autem est deus super om=
nia/ quia naturaliter de⁹. In=
super est alius modus quo ds
potest dici deus/ scilicet parti=
cipatiue. Et hoc iterum tripli
citer: secundum tria attributa
diuina. Primo quidem/ quan=
tum ad participationem diui=
ne potentie: vt in presenti. Se=
cundo vero/ quantum ad par=
ticipationem diuine sapiētie:
vt in Psalm. cum dicitur: Ego
dixi dij estis/ et filij excelsi om
nes. Tertio autem/ quantum
ad participationem diuine bo
nitatis: vt in sequentibus vice
simosecundo capitulo/ cum di
cit: Applicabitur dijs: id est/
sacerdotibus sanctificatis. Et
est ibi questio de furto occul=
to commisso in re deposita a=
pud aliū: pro qua adduceba=
tur ad deos: id est ad iudices/

vel sacerdotes/ ipse depositarius coram quibus tenebatur iurare quod eo nesciente res fuerat ablata/ et sine culpa sua/ siue negligentia. Quo iurante credebatur sibi/ nec ad restitutionem tenebatur. Hoc autem occasionaliter dictum est/ propter predictum nomen: quo dicitur/ applicabitur ad deos. Patet ergo expositio illius propositionis/ siue dicti. Ecce constitui te deum Pharaonis: id est/ potentem in ipso: id est/ quo ad personam ipsius/ et in terra eius facere signa ad modum dei/ vt exponit Petrus Comestor. Sciendum tamen (secundum magistrum Nicolaum de Lyra) quod in Hebreo habetur: Ecce constitui te Heloim Pharaonis/ quod quidem nomen apud ipsos Hebreos est pluralis numeri. Et ideo (inquit) deberemus dicere in translatione nostra: tanquam proprius et conformius ad literam Hebraicam. Ecce constitui te deos Pharaonis: id est/ tantum timendum et amplius quam illos/ quos Pharao colit tanquam deos: quia non poterant eum tantum affligere sicut Moyses. Vel dic/ quod ly heloym pluralis numeri: refertur ad Moysen et Aaron/ qui fuerunt tanquam duo dij modo predicto coram Pharaone. Deinde specialiter dixit dominus de Aaron/ quod deberet esse propheta: id est prolocutor ipsius Moysi. Predictum autem verbum dixit dominus ad Moysen/ vt esset constans coram Pharaone. Sequitur in textu: Et Aaron frater tuus erit propheta tuus: id est/ interpres: vt exponit glo. interlinea. Unde sequitur: Tu loqueris ei omnia que mandabo tibi: et ille loquetur ad Pharaonem etc. Textus est clarus.

¶ Tertio predicitur a domino legationis Moysi ad Pharaonem retardatio/ siue impedimentum/ cum ait: Ego indurabo cor eius. glo. interli. signis et portentis. Unde sequitur/ et multiplicabo signa: scilicet/ minora: et ostenta/ id est maiora. Quid autem sit ostentum/ dictum est supra quarto capitulo/ sub tertia clausula/ in sol. ad nonum dubium. De induratione autem Pharaonis dicetur/ in solutione dubiorum. Sequitur: Immittam manum meam super Egyptum/ per aggrauationem penarum/ et multiplicationem earum/ sicut Zach. duodecimo dicitur: Onus verbi domini super Israel: et educam exercitum: id est/ maiores quorum est populum custodire: et populum meum: id est/ minores: quorum est maioribus obedire: filios Israel/ quibus ita promisi: per iudicia maxima/ id est per plagas iusto dei iudicio infligendas. Et bene dicuntur maxime: quia magne/ in rerum ablatione: maiores/ in corporum afflictione: maxime autem/ in illorum submersione. Et scient Egyptij: scilicet experimento/ quia ego sum dominus. Sequitur: Fecit itaque Moyses/ scilicet hoc quod locutus est ad Aaron/ sicut preceperat dominus: et similiter fecit Aaron: hoc scilicet quod

licet q̃d

licet qd locutus est ad Pharaonem / sicut preceperat dominus. Et breuiter / sicut preceperat dominus / ita egerunt. Per hoc autem / q dicitur Moysen tunc fuisse octoginta annorum / et Aaron octoginta triũ: denotatur / q non ex passione iuuenili / sed ex magna maturitate mouebantur aduersus Pharaonem. Et est hic argumentum / vt dicit dominus Hugo Cardinalis / q omnes plage Egypti fuerunt in vno anno. Moyses enim mortuus est cẽtum viginti annorum: et in deserto fuit quadraginta annis. Cum ergo esset octoginta annorum / quando primo locutus est ad Pharaonem: sequitur intentum.

¶ Circa hanc clausulam textus mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium: Cur dominus non dixit ad Moysen / Ecce cõstitui te dominum Pharaonis: sicut dixit / deum. Nam et tali modo loquendi non potuisset oriri tanta difficultas / sicut dicendo deum. Et maxime: cum dominus sit nomen potestatis / que collata fuit Moysi supra ipsum regem Pharaonem. Dicendum: secundum de Pal. q huius ratio fuit / quia domin⁹ est nomen potentie tantũ. De⁹ autem est nomen potentie admixte misericordie: iuxta illud Psalmi. Deus iudex iustus / fortis et patiens. Modo sic est / q Moyses exercuit potentiã circa Pharaonẽ multe misericordie admixtã: ideo conuenientius dr deus Pharaonis / quam dominus. Vel dicendũ / scdm eũdẽ de Pal. q hoc nomẽ de⁹ imponitur ad significandũ naturam diuinã ab vniuersali rerũ prouidentia. Unde Diony. xij. lib. de diuinis nominib⁹ dicit / q diuinitas est que omnia videt: prouidentia et bonitate perfecta. Ad prouisionem autem populi de liberatione faciẽda per signa / cõcedebatur eidem Moysi potentia in Pharaonem: ideo potius dictus est deus Pharaonis / quam dñs illius.

¶ Secũdũ dubiũ: Quare Aaron dicit propheta Moysi / et non dei? Dicendũ / q dei ppheta possum⁹ loqui dupliciter. s. pprie et improprie. Propheta pprie dr ille / q hz reuelationẽ immediate a deo / scdm q illũinet eũ de cognitione futurorum. Hinc ppheta dr / quasi pcul fans. i. loquens a longe. Unde j. Regũ. ix. dr / q qui hodie dr ppheta: olim appellabat videns. Propheta autem improprie / siue large / dr ille qui verba dei denũciat vel exponit: quamuis ea nõ habeat a deo immediate: et talis magis pprie dr interpres / vel plocutor / quam propheta. Et quãtũ ad hunc sensum / Aaron dict⁹ est propheta fratris sui Moysi / qr fuit interpres et plocutor illi⁹ ad Pharaonẽ et populum ei⁹: eo q esset incircũcisus labijs / vt dictũ est. Sic tñ fuit ppheta Moysi ad sensum datũ / q etiã fuit ppheta dñi / qr habuit reuelationes a deo immediate: vt pz supra. iiij. ca.

¶ Tertiũ dubiũ oritur / pter illud verbũ: Sed ego indurabo cor eius / et multiplicabo signa et cetera. Queritur ergo / vtrum induratio Pharaonis fuerit necessaria ad hoc

vt multiplicarent signa. Hanc questionē mouet Aug. in questionibus sup exodū: ad quam respondet / q nō: sed illius multiplicatiōis signorū causa fuit dispensatio diuina / q̄ cordibus malis bene vtitur ad illud qd vult ostēdere bonis / vel quod facturus est bonis. Et quāuis cuiusq cordis in malitia qualitas. i. q̄le cor habeat ad malum / suo fiat vitio qd inoleuit ex arbitrio: ea tamē qualitate mala / vt huc moueat vel illuc: tamen siue huc / siue illuc male moueat / causis fit quibus anim⁹ hominis propellitur / q̄ vt existant / vel non / non est in hominis potestate: sed veniūt ex occulta prouidentia dei / iuste et sapiēter omnia que creauit disponentis et administrantis. Ut ergo tale cor haberet Pharao / q patientia dei nō moueret ad pietatem / sed potius ad impietatem: vitij proprij fuit. Qʒ vero ea facta sunt / quib⁹ cor suo vitio tam malignum resisteret iussionib⁹ dei: hoc est em̄ quod dicit induratū: q nō flexibiliter consentiebat: sed inflexibiliter resistebat: dispensationis diuine fuit / qua tali cordi euidenter iusta pena parabatur / qua timentes deum corrigerētur. Proposito enim lucro (verbi gratia / propter quod homicidium committatur) aliter auarus / aliter pecunie contemptor mouetur. Ille scilicet ad facinus perpetrandum: iste ad precauēdum. Lucri tamen ꝓpositio in eorum potestate non fuit. Ita cause veniunt malis / que non sunt in eorum potestate: sed hoc de illis faciunt / quales iam inuenerunt factos proprijs vitijs ex propria voluntate. Potest etiam sic accipi predictum verbum: Indurabo cor Pharaonis: id est / q̄ durum sit demonstrabo. Hec Augustinus in forma / prout recitatur in glosa ordinaria.

¶ Moraliter et primo / Moyses qui fuit sacerdos: non quidem quantū ad ordinem / quia non fuit consecratus: sed quātum ad officium / quia pro populo orauit / propter qd Psalmista vocat eum sacerdotē / dicens: Moyses et Aaron in sacerdotibus ei⁹: iste (inquam) Moyses prefigurauit sacerdotes noui testamenti / quos constituit domin⁹ super Pharaones: id est reges et principes Egypti / id est huius seculi / quod est totū tenebrosum: ita vt sint dij eorum / scilicet per quandā participationem diuine potētie: tum in absoluendo a peccatis / et istud concernit corp⁹ Christi mysticum: tum consecrando sacramentum altaris / et istud cōcernit corpus Christi verum. Magnā ergo potētiam promisit Christ⁹ Petro / cum ait illi: Mat. xvj. Tibi dabo claues regni celorum. Potissime autem quando de presenti ait illi / Joan. xx. Pasce oues meas / pasce agnos meos. Sed multo maiorem contulit illi potentiam / quando ipsi ac ceteris apostolis in cena dedit potestatem cōsecrandi / dicēs: Hec quotienscūq feceritis &c. Potestas ergo sacerdotum nonne legis / est multo maior ac p̄stantior potestate principū huius seculi. Propterea Isido. et

recitatur

recitatur. xxiij.q.v. principes. dicit q principes seculi debēt munire ecclesiasticam potestatem: vt quod non preualent sacerdotes efficere per doctrine sermōez/ potestas sclaris hoc imperet p discipline terrorē. Nam sepe per regnum terrenū/ celeste regnum proficit: vt qui intra ecclesiam positi contra fidem et disciplinam agūt/ rigore principum cōterantur. hec ille. Ex quibus verbis patet q potestas secularis ꝛ laica/ debet ancillari et subseruire potestati ecclesiastice. Et in hoc patet preeminentia prelatorum ecclesie supra principes terrenos. Bene ergo in figura huius dixit dn̄s ad Moysen: Ecce constitui te deum Pharaonis.

¶ Moraliter et secundo/ iuxta illud sequens verbum: Et Aaron frater tuus erit propheta tuus: id est/ interpres. Notandum q per Moysen (q̄ habuit interpretem/ siue prolocutorē/ eo q esset impedite lingue) designatur/ q vbi plati ecclesie sūt ipedite lingue: ita vt nō valeāt competenter hortari populum sibi subditum/ siue ratione accidētis superuenientis/ siue ratione decrepite etatis: tūc debent attrahere ad se doctos ꝛ morigeratos viros/ quorū medio faciant id quod per se ꝛ in propria minus bene posse se facere cognoscunt. Sic eñ olim faciebat sanctus ille episcopus Hipponen. Ualerius de beato Augustino/ quem coram se in ecclesia sua Hipponēsi predicare faciebat: non curans (inquit Possidonius) linguas detrahentium/ dū modo per Augusti. fieret qd̄ a se minꝰ plene posse fieri reputabat. Nā in tali casu/ qui p alterū facit/ perinde est ac si faciat p seipsum: vt dicit regula iuris: libro. vj. Hic est etiā q dn̄i episcopi (cū non possint omnibus intendere) habent archidiacones (qui dicunt oculi eorū) qui debent visitare parochias sibi cōmissas/ populū docēdo/ delicta publica corrigendo/ et qd̄ suā facultatē excedit episcopo referendo/ ne delicta maneant impunita. Nō videt ergo sufficere pro aquittamēto officij sui/ si loco sui mittant virum indoctum/ qui nūmos querit vt satisfaciat de officio qd̄ ad firmā tenet: quia vt dicit Hiere. vj. a minore vsq ad maiorē/ omnes auaritie student: ꝛ a propheta vsq ad sacerdotem cuncti faciunt dolum.

¶ Moraliter ꝛ tertio/ iuxta illud: Sed ego idurabo cor eiꝰ/ ꝛ multiplicabo signa ꝛc. Notādum q hodie multi principes/ qui se catholicos fatent/ multiq alij Christiani videntur incidisse in candē miseriā ꝛ culpā cum rege Pharaone ꝛ ministris suis. Nō eñ cessant opprimere filios Israel. i. ecclesiasticos et religiosos possidentes/ nūc vno modo/ nūc alio modo: quo fit vt a quibus pdicti debebent benedici/ maledicātur indies. Nec sperat melius: qz videtur dn̄s indurasse corda eorum/ adeo vt non vereant tangere sanctū dei verticē. i. iniijcere manus sacrilegas in summū pontificē. Propter qd̄ multiplicat hodie dn̄s signa ꝛ ostē ta in

ta in mũdo isto: cuiusmodi sũt bella cõtinua: ita vt cum finita fuerũt et vna parte: statim insurgãt in duplo grauiora parte et altera. Sepe etiã fames opprimunt mundũ: pariter ꝛ pestilentie. Nec tamẽ in his calamitosis tẽporibus reuertimur ad dñm corde pfecto. Propter qđ de multis videt̃ posse veraciter dici illud Zacha. vij. Cor suũ posuerunt vt adamantẽ: ne audirent legẽ ꝛ verba que misit dñs exercituũ in spiritu sancto / per manum prophetarum priorũ. Satis ergo ad propositum facit illud verbum Hiero. sup Malach. et ponit̃. xvj. q. j. reuertimini. Si. (idest) qñ fames ꝛ penuria ꝛ rerũ oĩũ egestas opprimit mundũ / sciamus hoc ex ira dei descendere. hec ille.

¶ Moraliter et quarto / iuxta illud: Et scient Egyptij ꝛc. Notandum ꝙ frequenter accidit ꝙ qui in trãquillitate nolunt metuere dñm percussionib⁹ et aduersitatib⁹ attriti ipsum timẽt: vt dicit Grego. in Homel. super illud euange. Erũt signa in sole ꝛc. Hinc Psal. ait: Clamauerũt ad dñm cum tribularentur. Et alibi: Imple facies eorũ ignominia / et querẽt nomen tuũ dñe. Itẽ alibi: Cũ occideret eos querebant eum: et reuertebantur. Hinc Grego. ait: Mala que nos hic premũt / ad deum ire cõpellunt. Ad sui ergo vtilitatẽ maximã (quantum in se fuit) flagellauit dominus Pharaonẽ. Sed quia non recognouit dñm inter aduersa / sed auxit culpã per mẽtis obstinationẽ: ideo non mirum si tandẽ duplici contritiõe cõtriuit eum dñs: scilicet in spiritu ꝛ anima. Sic autem faciet dominus omnibus induratis.

¶ Moraliter et quinto / iuxta illud sequẽs verbũ: Ego dñs qui eduxi filios Israel de medio eorum. Notandũ ꝙ per filios Israel intelliguntur veri penitentes: qui vident deũ per fidẽ charitate formatã. Tales aũt educũtur de medio Egyptiorum. i. vitiorũ: quia virtus consistit in medio / vt liberalitas inter tenacitatẽ ꝛ prodigalitatem. Tenacitas enĩ opponit̃ virtuti liberalitatis per modũ defectus: prodigalitas autẽ p modum excessus / ꝛ sic de alijs virtutibus tã moralibus / ꝙ intellectualibus. Hoc tamen debet intelligi de medio rationis: et non rei: put pulchre declarat beatus Thomas. ij. q. lxiiij. arti. ij. ꝛ. iij. De virtutib⁹ aũt theologalibus dicit ibidẽ arti. iiij. ꝙ non contingit in illis excedere et parte obiecti: sed bene et parte subiecti. Bene ergo ad propositũ loquitur Psal. dicens: Inter mediũ mõtium. i. vitiorum / pertransibũt aque: scilicet virtutum. De tali autẽ medio solus deus educit homines: quia ipse solus destruit in nobis vitia / et inserit virtutes.

¶ Moraliter et sexto / iuxta illud vltimũ verbũ precedentis clausule: Erat autem Moyses lxxx. annorũ ꝛ Aaron. lxxxiij. ꝛc. Notandũ ꝙ p Moysen qui iam senex electus est a dño / vt esset dux populi Israelitici / et frater suus Aaron pontifex / qui et antiquior erat: designat̃ ꝙ ad regimen ecclesie non debent

bēt eligi neqȝ animi iuuenes etate ⁊ moribꝰ: sed viri graues ⁊ multe experiētie: vt cōmuniter sunt senes. Vñ Eccli. x. Ve terre cuiꝰ rex puer est. Itē sapiens ait: Nemo iuuenes eligit duces, eo ꝙ nō constat eos esse sapientes. Hinc antiquitꝰ consistoriū rectorum ciuitatis Romane, senatꝰ dicebat̄. Et dicitur senatus, quasi senex natꝰ, vel natu: eo ꝙ ad illā dignitatem nō eligebant̄ nisi senes, saltim prudētia. Sed hodie assumunt̄ plerique ex edicto principis ad regimen ecclesie abbatialis, vel episcopalis, qui sunt iuuenes sensu et etate: ⁊ q̄ vix possunt seipsos corporaliter regere, aut equū ascēdere. Propter qđ opus est talibus tutores dare. Non mirū ergo si nō faciunt signa sicut fecit Moyses: qꝛ nō posuit eos dñs, q̄ solus potest dare virtutē faciēdi signa et ostenta iuxta merita personarum.

¶ Allegorice et primo, Per Moysen sumptū de aq̄s, intelligit̄ Christꝰ, q̄ (vt supra dictū est) fuit sumptꝰ de vtero virginis, q̄ tota fuit plena aq̄s gratiaꝝ ⁊ virtutū oīm. Itē ad literā fuit assumptus de aq̄s Iordanis in eiꝰ baptismo. Huic ḡ Moysi dicit deus pater: Ecce cōstitui te deū Pharaōis. Hoc aūt fuit qñ illi data est oīs ptās in celo ⁊ i terra: vt dꝛ Mat. xxviij. Et in Psal. Ego aūt cōstitutꝰ sū rex ab eo, supple deo patre: sup Syon montem sctm̄ eiꝰ. i. sup vniuersam ecclesiā. Aaron aūt frater Moysi interpres illius, cetū designat aploꝝ, qui fuerūt interptes Christi ⁊ prolocutores in pdicādo sctm̄ euāgeliū post illiꝰ ascensionem in celū. Mar. vlt. Euntes (inquit) in mūdū vniuersum, pdicate euāgeliū omni creature. Ecce igit̄ optimi ⁊ disertissimi interptes edocti tū a Christo, tū a spiritu sctō. Vñ legit̄ Act. ij. ꝙ post illiꝰ receptionē ceperūt loq̄ varijs linguis, put spūssanctꝰ dabat eloq̄ illis. Cū aūt tūc tēporis habitarēt in Hierusalē Iudei viri religiosi, ex omni natione q̄ sub celo est: facta voce supple de celo, supra locū i quo erāt apli in vnū cōgregati cōuenit multitudo ⁊ mēte cōfusa est: qm̄ audiebat vnusq̄sqȝ lingua sua illos loquentes. Ecce nouū ⁊ admirabile genꝰ interpretū dñi nr̄i Iesu Christi. Illis ergo Christꝰ adhuc i terris degēs, locutꝰ est ea q̄ audiuit a deo patre, q̄trū scꝫ illis expediebat. Ioā. xv. Vos dixi amicos: qꝛ oīa q̄cunqȝ audiui a patre meo nota feci vobis. Deinde illi locuti sunt ad reges et principes huiꝰ seculi, illis manifestātes magnalia dei, put expediebat. Et hec est ꝙ hic in figura dꝛ, ꝙ Moyses locutꝰ est fratri suo Aaron oīa que mandauerat illi deus, et postmodum locutꝰ est Pharaoni.

¶ Allegorice et scđo, iuxta illō: Immittā manū meā sup Egyptū: Notādū ꝙ p manū dei patris intelligit̄ eiꝰ filiꝰ: qꝛ sicut p manū operamur, ita et p filiū dei omnia facta sunt: vt dicit̄ Io. j. Tūc ergo misit deus pat̄ manū suā sup Egyptū: qñ misit filiū suum in terris: vt per ipsum reficeret opus suū quod prius fecerat, scilicet hominē.

Hec est

Hec est igitur manus illa/ que ut figuratiue dicit. iiij.c. precedenti/ posita est intra sinum: quando ipse idem dei filius requieuit in utero virginis. Postea inde extracta est/ quando in sua natiuitate inde exiuit utero ipso manente clauso. Postmodum autem cum ista manu deus pater eduxit filios Israel de terra Egypti/ et de potestate Pharaonis: id est/ predestinatos de potestate diaboli.

¶ Allegorice et tertio: iuxta illud: Erat autem Moyses. lxxx. annorum etc. notandum conformiter ad glo. ordi. quod non absque causa et mysterio hic ponderantur etates istorum dei nunciorum et legatorum/ Moysi scilicet et Aaron/ qui de Egypto educunt populum. Erat ergo Moyses. lxxx. annorum: Aaron vero lxxxiij. ubi inueniuntur duo numeri: scilicet octonarius decuplatus/ et ternarius semel tantum positus. Signant ergo isti numeri/ quod Christus octaua die circumcisus. i. dominica die suscitatus/ octaua etate perfectam circumcisionem facturus. fidem trinitatis/ et decalogi impletionem docuit et perfecit.

¶ Anagogice/ Moyses (qui constituitur deus Pharaonis) designat Christum/ qui non solum constitutus est deus et dominus Pharaonis/ id est/ habitantium in terra/ siue in ecclesia militante: ut dictum est prius in prima expositione allegoricali: verum etiam regnantium in celo: hoc est in ecclesia triumphante. Per Aaron autem prolocutorem Moysi/ intelliguntur boni angeli/ qui sunt prolocutores siue interpretes Christi: in hoc scilicet quod deferunt ad nos ipsius voluntatem: et signanter quod tyranni principes. qui per Pharaonem designantur) desistant opprimere filios Israel: id est/ ecclesiasticos/ et laicos bonos et iustos. Vel tales prolocutores/ per quos loquitur dominus predictis tyrannis/ sunt zelosi predicatores/ qui non timent facies neque minas hominum tyrannorum. Quibus non obstantibus/ nolunt dimittere populum domini cessando a nimia oppressione: sed deteriores indies fiunt: ita ut videatur dominus indurasse corda eorum cum Pharaone. Sed tamen in fine tales scient/ quod ille qui regnat in celis/ sit verus dominus: cui obtemperare deberent. Unde Psalm. Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem/ qui deuorant plebem meam sicut escam panis? quasi dicat: Utique scient/ scilicet experimento tormenti: quia oculos quos culpa claudit/ pena aperit: ut inquit Gregor.

¶ Secunda clausula.

Dixitque dominus ad Moysen et Aaron: Cum dixerit vobis Pharao/ ostendite signa/ dices ad Aaron: Tolle virgam tuam/ et proiice eam coram Pharaone/ ac vertetur in colubrum. Ingressi itaque Moyses et Aaron ad Pharaonem/ fecerunt sicut preceperat dominus. Tulitque Aaron virgam coram Pharaone et seruis eius/ que versa est in colubrum. Vocauitque Pharao sapientes et maleficos: et fecerunt etiam ipsi per incantationes Egyptiacas/ et arcana

quedam

quedam ſimiliter. Proiecerūtq; ſinguli virgas ſuas/que verſe ſunt in dracones. Sed deuorauit virga Aaron/ virgas eorum. Induratūq; eſt cor Pharaonis/ et nō audiuit eos ſicut preceperat dominus.

¶ Hiſtorialiter. Poſtquam in precedenti clauſula oſtenſa eſt poteſtas ⁊ authoritas quā cōtulit dñs Moyſi ſupra Pharaonem regem Egypti/ in hoc ſcilicet ꝙ conſtituit eum deum ipſius: Hic cōſequenter loquitur de primo ſigno quod fecit coram eo: per quod oſtēdit manifeſte ſe eſſe deū ipſius: id eſt/ ſuperiorem/ et habere poteſtatem ſuper eum. Refert ergo de ſeipſo/ ſicut de quodam alio/ ꝙ dominus dixit ad eum et ad Aaron fratrem eius: Cum dixerit vobis Pharao/ oſtendite ſigna: ſupple/ diuine virtutis declaratiua (alias Pharao potuiſſet eos reputare mēdaces: ⁊ non a deo miſſos ſi non oſtendiſſent ſigna ſue legatiōis) dices ad Aaron: Tolle virgam ⁊c. Quia enim Moyſes erat principaliter miſſus a deo ad Pharaonem/ et tanquam dux futurus populi Iſraelitici: ideo ſibi incūbebat precipere Aarō que erat facturus: cui etiam ille tenebatur obedire ex dei ordinatione. Quātum autem ad iſtud primum ſignum de mutatione virge in ſerpentē/ ſciendum ꝙ illud fuit taliter ſignū/ ꝙ nō plaga: quia miraculoſum exiſtēs nulli hominum nocuit. Nam paulatiue voluit dominus ꝓcedere in huiuſmodi ſignis: ita vt primum nulli noceret. De alijs voluit procedere a minus graui et minus nociuo/ ad grauius ⁊ magis nociuum. De cōuerſione autem virge in ſerpentē/ dicetur ſtatim ſub dubio. Et (vt Ioſephꝰ dicit) hoc primū ſignū/ quod nō fuit plaga/ conuenienter preceſſit alia ſigna que ſimul fuerunt plage: quia alias nōdū probata inobedientia Egyptiorum/ iniuſte flagellari viderētur. Ad huiuſmodi ergo primum ſignum induratum eſt cor Pharaonis. Quod patet: quia ſtatim vocauit/ id eſt/ vocari precepit: ſapientes/ id eſt/ aſtrologos et philoſophos: et maleficos/ id eſt/ nigromanticos: qui operātur adiutorio demonū. Et nota ꝙ (vt dicit dominus Petrus de Palu,) iſta duo genera hominum/ qui ſunt philoſophi et nigromantici/ optime coniunguntur in vnum: quia frequenter philoſophi et aſtrologi ad talia maleficia addiſcenda inclinantur. Dicuntur autē aliqui malefici propter facinorū magnitudinē: Et fecerunt etiā ipſi ꝑ incantationes Egyptiacas/ id eſt per carmina: quibus mori demones illis obediebant/ vt ſic eos magis ac magis deciperēt/ et in idololatria ſua fortius detinerēt. Et nota ꝙ bene dicitur/ per incātationes Egyptiacas: quia tunc tēporis Egyptij plus ceteris gētibus vacabant incantationibus: et arcana quedam ſimiliter. In propoſito autem/ per arcana intelliguntur occulta pacta cum demonibus. Vel dicitur/ per incantationes/ quantum ad maleficos: ⁊ arcana/ quantum ad philoſophos/ qui

aut cognouerunt virtutes rerum alijs occultas. Cūqꝫ predicti sapientes ⁊ malefici proiecissent virgas suas in conspectu Pharaonis/ conuerse sunt in draconcas: id est/ minores serpentes: vt dicit glo. interli. Ponitur ergo hic vna species pro aliā. Nam draco proprie fumptus/ est magnum animal/ etiā quandoqꝫ habens viginti cubitos longitudinis. Unde secundum Isidor. xij. Etymolo. est maximus omnium serpentum: qui si aliquam cauda sua ligauerit/ statim cadere facit/ ⁊ occidit: a quo neqꝫ elephas/ maximum ⁊ bellicosum animal tutus est. Dicitur autem a traconc/ q̄ est fouea subterranea. Unde in Psalm̄. Laudate dominum de terra traconcas/ ⁊ omnes abyssi. Qualiter autē intelligi debeat/ ꝙ virga Aaron deuorauerit virgas incantatorum Pharaonis: postea dicetur. Tandem concluditur in fine presentis clausule/ ꝙ induratum est cor Pharaonis/ cum tamen potius emolliri debuisset viso signo. In signum ergo sue indurationis nolunt exaudire seruos domini/ Moysen scilicet ⁊ Aaron sicut preceperat dominus. De illo ergo merito poterat dici illud Job quadragesimoprimo: Cor eius indurabitur quasi lapis.

¶ Circa autem hunc textū mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū: Cur dominus voluit ꝙ committeret Moyses virgam ⁊ potestatem faciendi signa fratri suo Aaron coram Pharaone/ ⁊ nō potius ipse in propria fecit signa? Dicendum/ ꝙ ratio hec fuit/ ne ipse Pharao suspicaretur de eo ꝙ per incantationes fecisset signa. Diu enim manserat in terra Madiā/ scilicet. xl. annis. Madianite autem erāt idololatre et vacantes incātationibus/ sicut ⁊ Egyptij. Potuisset ergo Pharao de ipso suspicari sinistre/ videlicet ꝙ in Madian didicisset artē magicam/ et astronomiam: et per huiusmodi artē talia fecisset. Aaron autem/ qui semper mā serat in Egypto/ non potuisset talē didicisse artem/ quin fuisset ab Egyptijs scitum. Quinimo (sm̄ de Pal.) ipsi Egyptij imposuerunt eidem Moysi ꝙ esset magus/ volens populum p incantationes decipere. Propter quam causam magi vocātur a Pharaone/ ad recondendum eum in carcerem.

¶ Secundum dubium: Quare Moyses dixit fratri suo de mādato domini/ Tolle virgā tuā ⁊c. cum illa pertineret magis ad eūdem Moysen/ qꝫ ad Aaron. Nā vt dictū est supra. iiij. c. cū dixisset Moyses Judeos illi non credituros nec similiter Egyptios; ait ad eū dominus: Proijce virgam quam tenes in manu tua/ in terram. Ecce quomodo dicta virga erat ipsius Moysi. Dicendū/ ꝙ fuit virga domini/ Moysi/ et Aaron: sed diuersimode. Domini quidem tanqꝫ principalis authoris; ⁊ quia domini est terra ⁊ plenitudo eius. Moysi vero/ tanqꝫ principalis administratoris: Aarō autem/ tanqꝫ principalis executoris. Nunc vero fertur eē ecclie cathedralis Atrebatensis

trebatensis

trebat ē[?]s tanq̄ eā ɔseruātis. ¶ Tertium dubium: Utrū magi Pharaonis fecerint vera signa: et signanter veros serpentes. Petrus Comestor dicit/ q̄ non: sed oculos/ inquit/ spectātium deludebāt. Insuper deus nescit/ id est/ non nouit patrocinijs patrare criminib⁹. Istud autem factum nulli fuit vtile/ sed nociuum. Igitur etc. Dicendum/ q̄ ipsi magi per suas incātationes non potuerunt transmutare virgas suas i veros serpētes. Cuius ratio est/ quia materia prima non subijcitur potestati demonis/ quantum ad trāsmutationem ipsius ad formam substantialem: scḋm Augustinum. sed tn̄ illis subijcitur quantum ad transmutationem accidentalem/ et signanter quantū ad motum localem. Nam tertio libro de trinitate/ dicit sic: Non est putandum illis transgressorib⁹ angelis ad nutū seruire hanc rerū visibiliū materiam/ sed soli deo. Huius etiā opinionis est beatus Thom.j. parte.q.cx.artic.ij. vbi dicit q̄ omnis informatio supple substātialis vt est a deo īmediate/ vel ab aliquo agente corporali: nō autem immediate ab angelo. Adducit autem ibi bonā rationem naturalem/ quā pertransco. Patet ergo q̄ magi Pharaonis non potuerūt per incantationes suas veros serpētes producere: nisi eo modo quo dicit Augu. scilicet q̄ demones discurrunt per mundū/ et subito semina rerū afferunt de quibus serpētes generātur/ applicādo scʒ actiua passiuis: sed tn̄c nō a demonib⁹ generātur serpentes/ sed a natura: q̄uis ad talem generationem cōcurrāt tanq̄ causa remota/ per talem applicationē/ que cum motu locali fit. Causa autē ꝓpinqua et immediata est natura: scʒ dispositio materie ad talem generationem.

¶ Resolutorie ergo tenendum est/ q̄ demones ꝓpria virtute diuinitus potuerunt virgas a magis proiectas per motum localē imperceptibiliter sensui humano tollere: et loco earum serpentes aliūde apportatos: vel etiam ibidē generatos: non q̄dem virtute ipsorum demonū/ sed agentis naturalis/ presentasse humanis oculis. Et circa hoc dat dominus Pet. de Pal. similitudinem de mimis/ q̄ per subtilitatem manuum et localē motum aliqua sic trāsmutāt q̄ homines nō percipiūt. Multo ergo forti⁹ demones hoc facere possunt/ quorū subtilitas et celeritas (q̄ ad motum localē) maior est quasi incōparabiliter q̄ predictorū mimorū. Itē quia abeūtib⁹ sensibilib⁹ remanēt phātasie et imaginatiōes: vt habetur.ij. de anima. potuit naturaliter fieri/ vt q̄ viderant realiter virgā Aarō ɔuersam/ nō statim post iudicarēt adhuc se videre virgas magorum cōuerti in serpentes/ et signanter propter vehementē priorē apprehensionem in hoc decepti. Sicut i somno apparēt aliqua q̄ nō sunt: vt dr̄ philosoph⁹.lib. de somno et vigil. q2 descēdēte plurimo sanguine ad ꝑncipiū sensitiuū/ simul descendunt forme q̄ sunt in vi imaginatiua: et sic vidētur aliqua que nō sunt.

Isto modo ergo demones possunt commouere humores interiorū sensuum/ pariter ⁊ exteriorum: et sic possunt ad organa sensuū aliquas formas reducere/ ac si venirent ab extra: non solum quidem in dormientibus/ verum etiam in vigilantibus. Et sic iudicant tales homines aliqua esse extra/ que a parte rei non sunt. Et hoc modo poterāt facere demones/ ꝙ viderētur virge cōuerse in dracones: cum tamē de hoc nihil esset ad extra/ secundum rei veritatē. Potuit ergo vtrūqȝ fieri/ videlicet ꝙ virge magorum sint conuerse in serpentes/ phātastice tm̄: vł realiter/ vt tenet August. in questio. super Exodum: ⁊ post eum plures alij doctores/ quibus assentio. Q3 si sic: tunc talis ꝯuersio vel trāsmutatio non est facta ab ipsis demonib⁹/ nisi ꝑ quāto applicauerunt semina ex quibus geniti sunt serpētes veri. Ipsa autem generatio serpētum a natura facta est. Hoc tamē interest inter virgam Aaron/ ⁊ virgas magorum: quia virga Aarō miraculose mutata est in serpentem. Uirge autem magorū naturaliter mutate sunt in serpentes/ modo prius dicto. Nec ad talem mutationem concurrebat deus: nisi per generalem influxum/ sicut concurrit in actu malo. Et sic patet ꝙ nō ꝑstitit patrocinium criminibus: vt prius argumentabatur.

¶ Quartum dubium: Quomodo intelligendum est ꝙ virga Aaron deuorauit virgas magorum Pharaonis? Dicēdum ꝙ sensus est ꝙ virga Aarō/ versa in serpentem verum/ et manens sub natura serpentis: deuorauit virgas magorum/ conuersas in serpentes veros/ manentes sub natura serpentum: quod miraculosum fuit ex parte dicte virge Aarō: tum quia serpens non solet alium serpentem deuorare: tum quia miraculū fuit ꝙ vnus solus serpens ꝓualuerit cōtra multos alios/ et sine sui lesione: tum quia nō insiliJt post talem deuorationem in homines presentes: qđ etiam miraculo est attribuendum/ ⁊ contra eius naturā/ saltim post lapsum. Sunt eñ naturales inimicitie hominū ad serpentes/ ⁊ serpentū ad homines: vt patet Gene. iij. Uel dicitur virga Aaron deuorasse virgas magorū/ vtrisqȝ manētibus sub natura serpentū: qz abstulit ab eis potestatē/ ne subito redirent in virgas/ sicut factū est de ꝟga Aaron. Quāuis enim esset ordo naturalis/ vt de virgis per causas naturales post aliquas transmutationes sic fierent veri serpentes: non tamen econuerso/ vt scilicet serpētes vel dracones redirēt ita subito in virgas naturales. Sicut ꝑ causam naturalem fortem inuisibiliter descendentem intra dolium vini posset satis subito. i. in modico tēpore ipsum vinum mutari in verū acetū: non tamen ita subito acetū posset redire in veram naturā vini: aut forte nūquam/ saltim naturaliter. Quia ordo naturalis est/ ꝙ de vino fiat immediate acetū: sed non ꝙ immediate acetū redeat in verā naturam vini. Hanc autē

similitudinem

ſimilitudinē ponit de Pal. qui tenet predictos ſerpentes magorum fuiſſe veros et naturales ſerpentes: non a demonib⁹ productos/ ſed a cauſa naturali/ mediante tamē applicatiōe ſeminum ex quib⁹ geniti ſunt/ medio demonum/ qui talē applicationem potuerunt facere in modiciſſimo tempore: vt dictum eſt. De Lyra autē tenet ꝙ non fuerunt veri et naturales ſerpentes/ ſed phantaſtici ⁊ ficti: cuius ſola ratio hec eſt/ ꝙ non potuiſſent ipſi demones feciſſe talem applicationē ſeminum/ ex quibus naſci poterant tam ſubito/ quod tamen fieri oportuiſſet. Sed non bene ponderat virtutem naturalem ipſorum demonum/ qui in tempore breuiſſimo/ ⁊ quaſi imperceptibili potuerant afferre dicta ſemina de locis in quib⁹ non ignorabant repoſita: ⁊ cū mirabili acceleratione diſpoſuiſſe huiuſmodi generationē/ per applicationem actiuorum ad paſſiua. Inſuper diu antequā hec mutatio fieret per magos/ ipſi demones potuerunt eam preſcire/ et ſignanter cum audierunt que de hoc tractabantur in palatio Pharaonis. Nā enim talia ignorauerūt ab exordio vſqꝫ ad rei complementum/ maxime cum vbiqꝫ diſcurrant inter homines conuerſantes. Et tunc autem potuerunt ſubtiliter et imperceptibiliter applicuiſſe dicta ſemina ad locum vbi hec mutatio facta ē. Ex quo patet/ ꝙ ratio de Lyra non militat cōtra beatum Auguſtinum/ nec contra beatum Thomam.

❡ Quintum dubium: Quid factū eſt de ſerpētibus magorū? Dicendū in primis/ ꝙ non redierunt in priſtinam formam virgarum/ ſicut factū eſt de ſerpente in quem verſa fuerat virga Aaron/ vt dictū eſt: ſed ſub natura ſerpentū manentes/ miraculoſe ⁊ in momento deuorati ſunt a ſerpente ipſius Aaron. Utrū autē poſtea ab eo digeſti ſint? Dicēdum q̄ non/ q̄ nec illos comedit/ q̄ ⁊ ille ſtatim rediit in naturam priorem .ſ. virge. Occidit ergo eos cū nimio impetu: ſed poſtmodum qd inde factū ſit/ ille nouit qui nihil ignorat. Non tñ redierūt in naturā virge: q̄ hoc non potuiſſet ſtatim abſqꝫ miraculo fieri/ eo ꝙ fuiſſent ad hoc multe mutationes neceſſarie. De⁹ aūt nō ſolet operari miraculoſe/ niſi ꝑpter aliquā vtilitatē/ ⁊ ad ipſius honorē. In ꝓpoſito aūt non fuiſſet aliqua vtilitas ſi dicti ſerpentes deuorati rediiſſent in priſtinā formā virgarum/ nec iſtud fuiſſet ad dei honorem/ imo in confirmationem erroris: igitur

❡ Sextū dubiū/ Utrum magi Pharaonis eſſent plures. Dicēdū ꝙ nō: ſed tm̄ duo numero q̄ dicti ſunt Iānes ⁊ Mābres/ de qb⁹ meminit Apo. ii. Thimo. iii. dicens: Sicut Iamnes ⁊ Mābres reſtiterunt Moyſi. Iſti duo viri Egyptii (ſcdꝫ glo. interli. ⁊ ordi.) fuerūt fratres/ ⁊ magi Pharaōis: quorū noīa nō inuenit Apoſtolus in diuinis libris: ſed ī apocriphis/ de qb⁹ hoc ſumſit. Et vt dicit glo. ordi. ipſi reſtiterūt Moyſi vſqꝫ ad tertiū ſignū/ qḋ fuit ſignū

 et plaga

et plaga. Nā alias fuit quartū
signū in quo defecerūt / dicen-
tes: Digitus dei est hic. Ualue
rūt ergo resistere Moysi p fal-
sa signa / sed nō preualuerunt.
Tria ergo fecerūt signa magi.
Nā verterēt virgas i colubros /
aquas in sanguinē / & ranas de
aqua & de terra eduxerēt. Cyni
phes autem nō potuerūt edu-
cere. Et (vt videt) isti duo viri
iidē numero vocant sapiētes &
malefici: sapiētes quidē .i. philo-
sophi / & malefici .i. magi & sup-
stitiosi / siue nigromātici. Pro
quo notādū q antiquit9 sapiē
tes vocabant / q modo philoso
phi dicūt. Pythagoras ei pri-
mo fecit hāc nois mutationē.
Cū eni arrogantissimū sibi vi-
deret q diceret se eē sapiētē /
inquisitus de sua conditione
non respondit se esse sapiētem /
sed philosophū .i. sapiētie ama
torem. Et ex tunc inoleuit con
suetudo / vt oēs sapientie ama-
tores philosophi dicerentur.
¶ Moraliter & primo / iuxta il-
lud verbū dñi ad Aaron: Tol
le virgā tuā / & proiice illā corā
Pharaone &c. Notandū / q per
virgā i sacra scriptura sepe de-
signatur correctio. Tunc ergo
virga correctiōis in terrā pii-
citur / cū peccator subdit9 cor-
rigitur. Sed tūc i colubrū ver-
titur / cū correctio sine miseri-
cordia exercet. Iustitia eni si-
ne misericordia / crudelitas ē.
Et tūc nō pdest / sed magis ob
est. In cuius figurā legit .iiij.
Regū .iiij. q cū Giezi posuisset
baculū suū sup puerū / nō surre
xit a mortuis: q tñ surrexit qñ
Helyseus ad domum venit / &
sup corp9 defuncti icubuit. Ad
ppositū ergo Giezi q cū bacu
lo venit / nec puerū suscitauit:
designāt plati nimiū seueri / e-
tiā pl9 q expedit / q̄si nihil ha-
bētes de misericordia & māsue
tudine. Tales g nō suscitāt pec
catores / sed magis eos iritāt /
atq in peccatis perseuerare fa
ciūt. Sec9 aūt cū venit Hely-
seus .i. benign9 & māsuet9 pla-
tus. Hinc Psal. ait: Qm supue
nit māsuetudo / & corripiemur.
Debet ergo bon9 platus incū-
bere sup subditū defectuosum
p cōpassionē / & tunc suscitatur
subdit9 de morte culpe ad vi-
tā grē. Qr vt dicit Chriso. ve-
ra iustitia compassionē habet:
falsa aūt dedignationem. Si-
gnanter aūt dictū est / q virga
Aarō deuorauit virgas magor:
qr plati debēt maiorē rigorem
ostēdere sup magnos / q super
paruos: ppter maius scandalū
qd natū est sequi ex pctō eor.
Ubi tñ timeret turbatio mul-
torū / cessandū esset ad tēpus a
seueritate correctiōis. Fertur
eni q aquila auis nobilis nūq
venat aues simplices / qdiu po
test inuenire aues rapaces: ita
etiā deberēt facere plati circa
magnos pctōres. Un̄ Deutero.
xxxij. Deuorabunt eos aues
morsu amarissimo. Dentes be-
stiarū immittā in eos: ecce ri-
gor discipline. At vero non sic
faciūt nostri plati: qr vt in plu-
ribus dimittunt grossos & ma-
gnos peccatores transire / & ri-
gide puniunt paruos defectus
simplicium: qr vt vulgo dici so-
let: percutiunt canē corā leo-
ne. Psal. Deuorant plebē meā
sicut escam panis.
¶ Moraliter & secundo / virga
que

que flexibilis est ad imperium
hominis/ad quamcũq; partem
voluerit/ designat humanã lin-
guã/ que ad ratiõis imperium
mouet. Tunc ergo huiusmodi
virga conuertit in colubrũ ve-
nenosum/ cũ quis male vtitur
lingua sua/siue blasphemãdo/
siue iurando/detrahendo/ma-
ledicẽdo/mentiendo et huius-
modi: sed sicut virga Aaron
rediit de forma colubri in pro-
priam naturã/ secus aũt de vir
gis magorũ q̃ deuorate sunt a
virga Moysi/ cũ adhuc essent
sub forma serpẽtum: ita etiam
multi penitẽtia ducti redeunt
de forma serpentũ in pristinã
naturã per gr̃am/ dũ de maledictio
p eos satisfaciũt. Alij aũt ma-
nent vsq; ad mortẽ sub prece-
denti forma serpentum: qr non
possunt induci ad penitentiã.
Et tales tunc deuorant a prio
ribus/ qui aliquando fuerunt
serpentes/cum ex charitate ab
ipsis increpantur/ et de sua sa-
lute monentur: iuxta id qđ scri
bitur Mat.xviij. Si peccaue-
rit in te frater tu9: vade et cor-
ripe eum inter te ⁊c̃.

¶ Moraliter et tertio/ virga
designat potestatem et autho-
ritatem iudiciariã/ per quam
dominus punit malos. Unde in
Psal.ait: Uisitabo in virga ini
quitates eorum. Uirga ergo Aa-
ron/est superior potestas iudi-
ciaria/ vtpote Parlamentea.
Uirge autem magorum Pha-
raonis/ designãt sedes siue po
testates iudiciarias subalter-
nas. Tunc ergo virga Aaron
vertitur in serpentem/ et deuo-
rat virgas magorum/ cum per
appellationem supprema cu-
ria cognoscit de causis subal-
ternarum et inferiorum curia-
rum: que tunc vertuntur in ser
pentes venenosos/quando ma
le et iniuste pronunciantur si-
ue odio/siue munere/ timore/
vel amore/siue etiã errore. Cũ
vero dicit supprema sedes ma
le esse iudicatum/ et bene appel
latum: tunc deuorat/ id est/ in-
fringit et inualidat serpẽtes ma
gorum: id est/sententias subal-
ternorum iudicum.

¶ Uel dic/ q tunc serpens de-
uorat serpentem/ quando iu-
dex ecclesiasticus attentat co-
gnoscere de materia mere lai-
cali: vel iudex laicus de mate-
ria mere spirituali/aut spiritua
li annexe in casibus sibi nõ cõ-
cessis. Sepe enim per talẽ de-
uorationem oriũtur lites/ dis-
cordie et scandala in republi-
ca: et confundũtur iurisdictio-
nes. Alias etiam expositiones
tã morales q̃ allegoricas huic
materie deseruiẽtes/habes su-
pra quarto capitulo/ sub pri-
ma clausula.

¶ Allegorice et primo/ et con-
formiter ad gloss. ordinariam:
Uirga in colubrũ versa/ deuo-
rans dracones magorũ/ Chri-
stus est/qui est virga regni/ et
sceptrum illius: qui mortẽ no-
stram moriendo destruxit: et
vitam resurgendo reparauit.
Uel dic secũdum Strabum in
eadem gloss. q virga Aaron
eundem Christum significat/
q ex carnali stirpe carnẽ sum-
psit: et hec eadem virga in co-
lubrum versa omnes virgas
maleficorum deuorauit: quia
mors Christi/mortem nostram
destruxit.

¶ Allegorice & secundo / & cōformiter ad eandem glo. ordi. allegantem Origenem / p virgam Aaron / siue Moysi (quia vtrunque fuit) Egyptum percutientem / prodigia facientem / & serpentes deuorantē: designatur crux Christi / per quā mundus et princeps mundi superatur. i. diabolus. Uirga versa est in colubrum / cum Christus carnem induit. vt dictū est. Et virga hec deuorauit virgas magorū / quia sapientia Christus per sapiētiam suam & mortem / omnem mundi sapientiam & astutiam deuorauit / et de aereis potestatibus triumphauit. Item de serpente fit toxicum / et de eodem tyriaca: ita & a serpente antiquo prodijt venenum culpe / quo toxicati fuimus omes. At vero serpens Christus / in cruce suspensus fuit nobis tyriaca et medicina contra quecunque vitia. Item q per virgā crux Christi designatur / ostendit idem Origenes dicens / q sicut per tactum virge Moysi lapis dedit aquas in abundantia: ita nullum est cor tam durum quod emolliri non debeat si percutiatur recordatione passionis Christi. Hec virga proiecta est in terram. i. terrenis predicata / et a quibusdam fatua reputata: sed conuersa in colubrum / per quem prudentia vocatur / que prius quibusdam stultitia videbatur: postmodum a veris sapientibus maxima sapiētia reputata est. Hic est igitur serpens ille / de quo Joan iij. ait ipsemet Christus: Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto: ita exaltari oportet filiū hominis. Et sicut percussi a veris serpentibus per aspectum serpentis enei sanabantur: ita omnis q aspicit in Christum per fidem formatam / non peribit / sed habebit vitam eternam.

¶ Allegorice et tertio / sciendum q tunc serpens momordit & deuorauit serpentes / q̄n diabolus veneno peccati plenus / in principio mundi inuidia motus / momordit primos parentes / eos tentādo: et tādem deuorauit / cū illos ad peccatum efficaciter traxit. Pro quibus suscitandis tandem venit filius dei in hunc mundū in forma serpentis: quia vt dicitur Philip. ij. habitu inuentus est vt homo. Ecce forma serpentis: Et postmodum de tali serpente processit tyriaca .i. sacramentorum virtus / & efficacia ad salutem nostram.

¶ Anagogice: Notādū in primis, q non inconuenit appellare iustos & sanctos serpētes / prout nos admonet saluator Matthei decimo / dicēs: Estote prudentes sicut serpentes. Uirga ergo Aaron versa in colubrum designat Michaelem / qui in bonam partem serpens dicitur tum quia sicut serpēs naturalis totum corpus suum exponit pro tuitione capitis: ita & beatus Michael seipsum totum exposuit pro tuitione honoris sui capitis. s. dei preliando contra Luciferum: tum quia fertur q serpēs antiquus habeat lapidem preciosum in capite. Et Michael a principio sue creationis habuit gratiam dei / quē est maximus et

valde nobilis lapis preciosus. Hic ergo serpens, tunc deuorauit serpentes magorum, qñ quidem ipse Michael contriuit Zabulum in celo. Hoc aũt tunc factum est, quando Michael et angeli eius preliabantur cum dracone ⁊ angelis eius: ⁊ non valuerunt, supple efficaciter illi resistere: neque locus eorum amplius inuentus est in celo. Apoca. xij. Ecce quomodo draco celestis deuorauit dracones infernales. Quod autem subditur, quod induratum est cor Pharaonis, iuste ⁊ recte refert ad obstinationem cuiuslibet draconis infernalis, de quo Job vltimo: Cor eius indurabitur quasi lapis, et sicut malleatoris incus.

## ¶ Tertia clausula.



Dixitque dominus ad Moysen: Ingrauatum est cor Pharaonis, ⁊ nō vult dimittere populum. Vade ad eū mane. Ecce egredietur ad aquas: Et stabis in occursum eius super ripam fluminis, et virgam que conuersa est ĩ draconem tolles in manu tua, dicesq ad eum: Dominus deus Hebreorum misit me ad te dicens: Dimitte populum meum vt sacrificet mihi in deserto, et vsq ad presens audire noluisti. Hec igitur dicit dominus: in hoc scies quod sim dominus. Ecce percutiam virga, que in manu mea est aquam fluminis, et vertetur in sanguinem. Pisces quoq qui sunt in fluuio morientur, et cōputrescēt aque, et affligentur Egyptij bibentes aquam fluminis. Dixit quoq dominus ad Moysen. Dic ad Aaron: Tolle virgam tuam, et extende manum tuam super aquas Egypti: et super fluuios eorum, et riuos et paludes et omnes lacus aquarum, vt vertantur in sanguinem, ⁊ sit cruor in omni terra Egypti: tam in ligneis vasis quam in saxeis. Feceruntque Moyses et Aaron sicut preceperat dominus. Et eleuans virgam percussit aquam fluminis coram Pharaone et seruis eius, que versa est in sanguinem: et pisces qui erant in flumine mortui sunt. Cōputruitq fluuius, et non poterant Egyptij bibere aquam fluminis, ⁊ fuit sanguis in omni terra Egypti. Feceruntq similiter malefici Egyptiorum incantationibus suis. Et induratum est cor Pharaonis, nec audiuit eos, sicut preceperat domin⁹. Auertitq se et ingressus est domum suam, nec apposuit cor etiam hac vice. Foderunt autem omnes Egyptij per circuitum fluminis aquam vt biberent. Non enim poterant bibere aquam fluminis. Impletiq sunt septem dies postquā percussit dominus fluuium.

¶ Historialiter postquam in precedenti clausula egit noster legislator sanctus Moyses de primo signo facto coram Pharaone: videlicet de virge Aaron in serpentem subita mutatione: et inde in pristinam formam ⁊ naturam virge reuersione: hic consequen-

ter agit de secūdo signo / quod fuit de aquarum in sanguinem mutatione. Refert ergo dictus Moyses dominum sibi dixisse ꝙ ingrauatum esset cor Pharaonis: adeo ꝙ non obstante precedenti signo mirabili / et satis stupendo / non propterea dimitteret populum Hebreorum ire in desertum locum / ibi immolaturū domino deo suo: ideo iubet aliud signum fieri / de hoc loquens eidem Moysi et dicens: Uade ad eum mane. Ecce egredietur ad aquas ꝛc. Hic ergo incipit Moyses agere de decem plagis principalibus / quibus dominus percussit Egyptum. Et quamuis i precedenti clausula fecerit mē tionem de mutatione virge in colubrum: quia tamen tale signum non fuit plaga / quia inde nullus deterius habuit: sed fuit signum tantum: ideo hic incipit Moyses agere de prima plaga / que simul fuit plaga ꝛ signum. Dicte autem decem plage continentur in his septē versibus / quos ponit Petrus i historia scholastica.

Sanguis rana / culex / musce / pecus / vlcera / grando
Bruchus / caligo / mors / pignora prima necando.
Prima rubens vnda / ranarū plaga secunda.
Inde culex tristis: post musca nocentior istis.
Quinta pecus strauit / vesicas sexta creauit.
Inde subit grando / post bruchus dente nefando.
Nona regit solem / primam necat vltima prolem.

¶ Et vt dicit dominus Hugo / harum plagarum quasdam intulit dominus per se / quasdam per Aaron / et quasdam per Moysen: quod (inquit) sine ratione factum non credo. Huiusmodi autem decem plagas reducit Rabanus ad decem precepta decalogi. Dixit ergo dominus ad Moysen: Ingrauatum est cor Pharaonis. Tanquam diceret dominus: Ex quo contempsit monitionem meam priorem: opus est vt procedam ad pene inflictionem. Uade ergo ad eum mane: Noluit autem cito eum mittere dominus: sed distulit vsque mane: tum quia illa hora homines sunt magis dispositi ad recipiendum ea que rationabiliter dicuntur. Et hinc est ꝙ communius sermones / siue ad clerum / siue ad populum: et similiter lectiones fiunt mane. Ecce egredietur ad aquas solatij gratia. Dicunt tamen moderni medici / ꝙ mane debet queri silua / et vespere aqua: quia tunc vapores illius sunt magis euacuati et purgati. Iussit autem dominus Moysi / vt occurreret regi egredienti ad aquas: quia in egressu regis de domo sua poterat faciliorem accessum habere ad eum. Et stabis: intrepide et constanter / in occursum eius super ripam fluminis. Reliquus textus exponetur in deductione ꝛ solutione dubiorum.

¶ Circa ergo hūc textum mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium mouetur propter illud verbum: ingrauatum est cor / et cetera.

Querit

Querit ergo de pa. quomodo ista tria differunt/ indurabo: induratum est / et aggrauatum est. Et respondet q̄ differunt in hunc modum: quia indurabo / importat indurationem / que est tantum in fieri. Induratum est / indurationem in habitu. Ingrauatum est / dicit indurationem in effectu. Ex induratione enim sequitur ingrauatio / sicut in condensatione vaporis in aere sequitur motus eius deorsum.

¶ Secundum dubium oritur propter illud verbum: Et virgam que conuersa est in draconem et cetera. Huius contrarium dictum est in precedenti clausula: scilicet / q̄ dicta virga conuersa est in colubrum: sed vt ibi dictum est / hic ponitur vna species pro alia. Erat nempe coluber a parte rei: sed dicitur draco ab euentu: eo scilicet / q̄ deuorauit colubros magorum. Hoc autem est magis proprium draconis / q̄ colubri. Sicut Scipio Romanus natione / dictus est Affricanus: eo q̄ deuicit Affricam. Et propter similem causam diabolus dicit̄ homo / Matthei decimotertio / cum de eo dicitur inimicus homo hoc fecit: videlicet ab homine deuicto.

¶ Tertium dubium: Cur mandat dominus Moysi / vt tollat virgam in manu sua. Nunquid sine huiusmodi virga poterat dominus eque faciliter conuertere aquam fluminis in sanguinem / sicut cum ea? Vtiq̄: sed quandoq̄ ipse vtitur causis secundis in producendis supernaturalibus et mirabilibus effectibus: vt ostēdat omnia ad nutum sibi subiecta. Unde in Psalmist. Omnia subiecisti sub pedibus ei9. Item ita voluit fieri / vt Pharao vidēs predictam virgam / recordaretur signi prioris / et quasi motus simul signo duplici facilius acquiesceret / q̄d tamen minime fecit / et hoc cessit in aggrauationem sue damnationis.

¶ Quartum dubium / vtrū debeat dici: Ecce percutiam virga / que in manu mea est / aquā fluminis: vel que in manu tua est: referendo hoc ad Moysen. Uidetur q̄ debeat dici in manu tua: maxime cum immediate prius dixerit dominus ad ipsum Moysen: Et virgam que conuersa est in draconem tolles in manu tua. Dicēdum / q̄ communis litera habet / in manu mea: et nō / in manu tua. ita vt possessio virge se teneat ex parte dei / que vere erat virga eius / tanq̄ principalis authoris et directoris. Erat etiā Moysi et Aaron: eo q̄ per eā ministerialiter operabantur / vt dictū est in penultima clausula / sub secundo dubio. Cum ergo dixit dominus: Ecce percutiam virga / que in manu mea est / aquam fluminis: sensus est / Ego domin9 percutiā virga / cui9 vsum contuli Moysi et Aaron / et que in manu mea est: quia quicquid illi per eam operantur / ego principaliter operor; vel quia ego illi virtutem instrumentalem operandi tribuo / sicut et ce-

teris rebus inanimatis / quibꝰ
mediantibus vtor ad nutum.
¶ Quintũ dubiũ / Cur dñs vo-
luit potiꝰ punire Egyptios in
aqua / q̃ in alio elemento? Ad
hoc respõdet de Pal. ꝙ in pe-
nam idololatrie. Ipsi enĩ Egy-
ptij adorabãt Apim pro deo:
qui ascendebat de fluuio / qui
tantũ apparebat tempore iusti
sacerdotis Elyopoleos / qui iu-
stus putabatur et predicaba-
tur ab illis idololatris.
¶ Sextũ dubiũ / Cur potiꝰ a-
qua versa est Egyptijs in san-
guinẽ / q̃ in aliũ liquorẽ? Dicẽ-
dum ꝙ hec ratio fuit / vt ꝑ que
ipsi peccauerant ꝑ hec torque-
rentur: vt dicit diuina sentẽtia
Sapien. xi: Ipsi autẽ peccaue-
rant in sanguine paruuloꝝ He-
breorũ / quos prius occiderant
volẽtes extinguere genus He-
breorũ: iustũ ergo fuit vt ⁊ ipsi
in sanguine punirent̃. Sic enĩ
aqua que fuerat materia offen-
sionis / facta est materia diuine
vltionis. Et (vt dicit Origenes)
iustũ fuit vt authores tãti sce-
leris / cruorem polluti gurgi-
tis quẽ parricidali cede macu-
lauerant / potando sentirent.
¶ Septimũ dubiũ / vtrũ talis
aqua fuerit cõuersa ĩ verũ san-
guinẽ? Dicendũ ꝙ in operibus
dei nulla fictio inuenit̃. Et ideo
sicut virga Aaron fuit mutata
in verũ colubrũ: ita et aqua in
proposito in verũ sanguinem.
¶ Octauũ dubiũ / Cum multe
sint species sanguinũ / secundũ
varietatẽ naturarũ / querit̃ cu-
ius speciei esset talis sanguis?
Dicẽdũ ꝙ speciei humane. Vñ
Sapien. xi: Pro fonte sempiter-
ni fluminis humanũ sanguinẽ
dedisti iniustis .i. Egyptijs / se-
cũdũ glo. interli. Et est sensus
Pro aqua potabili Nili fluuij:
qui dicit̃ sempiternꝰ / eo ꝙ fuit
ab initio mũdi. Vñ ipse est vnꝰ
de quatuor fluminibus egre-
dientibus de paradiso terrestri /
q̃ dicit̃ Geon / humanũ sangui-
nem .i. cruorẽ similẽ humano
sanguini dedisti iniustis Egy-
ptijs: tu supple dñe deꝰ. Expe-
diebat enĩ vt Pharao et serui
sui Egyptij / q̃ peccauerant in
cruẽta effusiõe sanguinis par-
uulorũ Hebreorũ / etiã in simi-
li specie punirent̃. Et q̃d prius
dictũ est in sanguine Egyptios
fuisse punitos / nunc dicitur in
sanguine humano.
¶ Nonũ dubiũ / vtrũ talis mu-
tatio aquarũ in sanguinẽ fue-
rit in tota terra Egypti? Vide-
tur ꝙ sic: q2 vt habet̃ in p̃senti
textu / dñs precepit Moysi di-
cens: Dic ad Aaron: Tolle .i.
eleua virgã tuã / ⁊ extende ma-
num tuã sup aquas Egypti / et
sup fluuios eoꝝ scz Egyptioꝝ /
⁊ riuos ⁊ paludes ⁊c. sequit̃: vt
sit cruor in omni terra Egypti.
Ecce quomodo textus vniuer-
saliter loquit̃. Sed cõtra vide-
tur id q̃d sequit̃: Eleuãs supple
Aaron virgã ꝑcussit aquã flu-
minis corã Pharaone ⁊ seruis
eius q̃ versa est in sanguinem.
Ecce quomodo tñ fit mentio
de aqua fluminis / supple Nili.
Ad hoc respõdet Comestor ꝙ
forte non in omnibus riuis et
paludibꝰ terre Egypti fuit san-
guis: sed tñ in illis / qui manãt
de Nilo. Hic autẽ dicit aquas
Egypti. Vñ exponẽs se subdit /
et sup fluuios eorũ / ⁊ riuos / et
paludes / ⁊ oẽs lacus aquarũ.

Hec aūt quatuor distinguūt: quia fluuius est aqua fluēs abundanter: riuus/ aqua fluens exiliter: palus/ aqua stās mixta luto: lacus/ aqua stans sine luto. Bene ergo patenter exprimitur huiusmodi generalitas cum dicit: Et sit cruor in omni terra Egypti. Non quidē simpliciter in omni terra Egypti: nec in omnibus fluuijs/ riuis/ aut paludibus: sed in his tantum que manabant de Nilo: et in vasis domorum tam ligneis ꝙ saxeis. Quod si in contrarium obijciatur per textū dicētem: Foderuntqꝫ puteos Egyptij ꝑ circuitum fluminis/ et inuenerunt sanguinem. Ex hoc nō sequitur/ ꝙ in omni terra Egypti esset sanguis: sed tantū in locis p̄dictis/ atqꝫ in locis circumadiacentibus fluuio Nili: ad quē facile per meatus subterraneos poterat aqua Nili conuersa in sanguinem diffundi. Ubi autē dicti Egyptij fodissent in locis notabiliter distantibus a predicto fluuio/ nō fuisset inuentus sanguis: sed aqua potabilis: Quod si sic nō fuisset totus populus Egypti punitus per defectū aque: sed tantū illi qui habitabāt in circuitu fluuij Nili/ et locorum predictorum. Et ideo tenēdum est/ ꝙ non solum generaliter aque tam fluuij Nili ꝙ aliorum fluminum siue inde descendentiū/ siue nō descendentiū/ siue fontium aut puteorū/ aut vndecūque procedentiū conuerse sunt in sanguinem. Quia si potuissent tales aque manentes sub propria forma inueniri per humanam artem/ hoc non latuisset Egyptios/ qui afflicti hac prima plaga foderunt in diuersis locis/ tam circūadiacentibus fluuiū Nili/ ꝙ distantibus inde: et presertim cum hec plaga pluribus diebus afflixerit Egyptios/ scilicet septem: vt dicitur in fine huius clausule.

¶ Decimum dubium/ vtrū hec plaga afflixerit terrā Gessen in qua habitabant filij Israel. Uidetur ꝙ sic. Alias Egyptij illuc diuertissent pro aquis habendis/ quādo viderūt aquas suas in sanguinem conuersas. Ad hoc dubium respōdet Josephus dicens: ꝙ Hebreis fluuius potabilis erat/ etiam manēs sub forma sanguinis. Egyptijs vero nō solum colore/ sed etiam sapore amaro cruorē p̄ferebat: sed forsan Josephus intelligit de illis Hebreis qui dispersi erant ꝑ vniuersam terram/ in qua habitabant Egyptij. Non autē de terra Gessen/ que fuerat data Hebreis/ quādo primo illuc descenderūt tēpore Joseph. Hieronymus autem dicit/ ꝙ eadem aqua numero fuit aqua Hebreis/ et sanguis Egyptijs: quod certe fuit valde mirabile/ nisi intelligat per eandem aquā numero eūdem fluuium numero/ qui secūdum aliquos currebāt tam per terram Egyptiorum/ ꝙ per terram Hebreorum/ qui ꝙ primū intrabat terminos terre Hebreorum efficiebatur aqua clarissima/ relinquens priorē formam sanguinis et saporem.

¶ Undecimum dubium/ Quomodo potuit populus Egypti viuere per illos septem dies/ quibus durātibus aque Egy-

pti vniuersaliter manserūt sub forma ⁊ sapore sanguinis? Mirum enim fuit, ꝙ nō fuit extinctus siti. Dicendū, ꝙ qui erāt diuites ⁊ potētes īter eos, vtebant tūc vino ꝓ potu. Qui vero pauperes erant, cogebātur vti dicta aqua in sanguinē cōuersa cū sapore sanguineo. Et hoc erat illis valde durum et amarū. Et forte aliqui pre horrore potuerūt īcurrere mortē. Similit' ⁊ nōnulli diuites fuerunt in eadem cōdemnatione, qui ad alios vsus preter potū cogebant vti predicto cruore.

¶ Duodecimum dubiū, vtrum aque fluuiorum Egypti essent cōuerse in sanguinem, quo ad animalia bruta? ⁊ idem querit de sapore illarum. Dicendū ꝓbabiliter quo ad primā partē, ꝙ sic: nihilominus quando ad extinguendum sitim gustabāt necessitate impellente huiusmodi potum, tunc retinebat saporem aque. Cuius ratio est: quia non propter ipsa animalia aque immutate erāt in sanguine: sed ꝓpter malitiā gētis terre illiᵒ: scilicet Egyptiorū.

¶ Decimūtertiū dubiū, quare cruor apparuit ī vasis ligneis et saxeis que erant in Egypto? Dicendū, ꝙ hoc factū est diuinitus ad generandum maiorē horrorem ipsis Egyptijs, cum erat questio de sumendo cibū. Et dicitur cruor a crudelitate: quia crudeliter effunditur, vel dicitur a corruptione: quia est ꝓprie sanguis corruptus, qui de corpore emittit. Et in hoc ostenditur vilitas ⁊ mala conditio illius sanguinis: vt dicit de Pal. scilicet ꝙ non erat sanus et dulcis, sed amarus et corruptus. Cum ergo affligeretur terra Egypti ꝑdicta plaga sanguinis, si in aliquibᵒ vasis domesticis reposita fuisset aqua pro necessitatibᵒ domᵒ, similiter conuertebat in cruorem. Et nota ꝙ per ista duo genera vasorum lignea scilicet ⁊ saxea intelliguntur omnia vasa aquatica: quia vasa fictilia per decoctionem ignis mutātur quasi in saxeam soliditatem. In vasis autem metallinis apud Egyptios aqua non consueuerat reseruari.

¶ Decimumquartū dubiū mouetur propter illud verbum: Pisces quoq3 qui sunt in fluuio morientur. Queritur ergo quare dominᵒ voluit vt pisces qui in fluminibᵒ ⁊ aquis Egypti erant morerentur? Ex quo enim non peccauerant: q̄ peccati capaces non erant, nō videtur equum vt diuina vltio caderet super eos. Dicendum ꝙ hoc fecit dominus in penam ipsorum Egyptiorum, item in horrorem eorundem. Pisces ergo qui erant in fluminibus Egypti mortui sunt, facta supple conuersione dictorum fluuiorum et aquarum in sanguinem: quia naturaliter diu nequeunt pisces viuere absq3 aqua naturali et elementali.

¶ Decimumquintum dubium mouetur propter illud verbū: Fecerunt similiter malefici Egyptiorū incantationibᵒ suis. Queritur ergo vnde dicti malefici habuerunt aquam ad cōuertendum in sanguinem. Ad hoc dicunt Hebrei, ꝙ nō omnes aque Egypti fuerunt conuerse

uerse ī sanguinē / sed sola aqua fluminis Nili / et illa que inde manabat ad riuos et paludes / ⁊ similiter que inde hausta fuerat in vasis. Nam preter has aquas erant in Egypto alique aque fontium / que non erant conuerse in sanguinem / ⁊ inde fuit apportata magis. Sed hoc videtur cōtrarium textui presenti / vbi legitur ꝙ domin⁹ dixit ad Moysen: Dic ad Aarō: Extende manum tuam super aquas Egypti ⁊c̄. Ex quibus verbis videtur ꝙ omnis aqua Egypti simpliciter fuerit conuersa in sanguinem: item similiter dicitur in fine textus huius clausule / ꝙ foderūt omnes Egyptij per circuitum fluminis aquam vt biberent. Ubiqȝ tamen inuenerunt sanguinem et non aquam: vt dicit Josephus. Si autē habuissent fontes aque potabilis / non est verisimile ꝙ fodissent iuxta fluuium in sanguinem cōuersum. Et ideo alij dicunt / ꝙ huiusmodi aqua fuit apportata de terra Gessen / vbi habitabant filij Israel: et ꝙ predicta plaga non fuit ibi. Sed hoc est cōtra illud qđ dicit Josephus / ꝙ ille fluuius Nili / qui currebat per predictam terram / ⁊ similiter alie aque eque bene conuerse sunt ibi in sanguinē / sicut in alijs partibus Egypti. Et istud est satis verisimiliter dictum. Alias illi Egyptij / qui in dicta terra habitabant cum Hebreis / non fuissent afflicti illa plaga. Qđ autem aliqui Egyptij ibi manerent cum Hebreis / patet per hoc qđ dicitur in sequētibus. xij.c. ꝙ Hebrei de mandato domini acceperūt vasa aurea ⁊ argentea mutuo a vicinis / scilicet Egyptijs. Erat tamen talis sanguis potabilis filijs Israel ibi habitātibus: quia statim cum illum hauriebant / redibat in naturam aque. Et ideo melius dicendum conformiter ad magistrum Nicolaum de Lyra / ꝙ ministerio demonum fuit talis aqua apportata ad ipsos magos de extra Egyptum / qđ potuerunt facere mira celeritate. Sequitur: Impleti sunt septem dies / postquam supple incepit dominus conuertere aquas Egypti in sanguinem / quousqȝ redierūt in pristinam naturam ⁊ formam aque. Quibus redeuntibus sentiēs Pharao ꝙ malum fuisset releuatū / sententiā mutauit: vt dicit Josephus ⁊ Petrus Comest.

¶ Moraliter ⁊ primo / Fluui⁹ Egypti cōtinue currēs est homo pro statu p̄senti / q̄ nunq̄ in eodē statu p̄manet. vt đr Job xiiij. sed cōtinue currit ad mortē. Uñ Aug. de ci. dei. lib. xiij. c. iij. Quid (inquit) est tēpus vite huius / q̄ cursus ad mortē? In quo nemo vel paululū stare / vl̄ aliquāto tardi⁹ ire permittit̄: sed oēs vrgent̄ pari motu / nec diuerso impellunt̄ accessu. Et post pauca: Mors (inquit) est detractio vite. Quotidie aūt aliquid detrahit̄ et deperdit̄ de vita nostra. Nā ex quo incepimus esse in corpore / sumus in morte. Hic scriptū est. ij. Reg. xiiij. Oēs morimur / ⁊ quasi aq̄ dilabimur in terram / que non reuertunt̄. Huius itaqȝ fluminis aqua cōuertit̄ in sanguinē mediante

mediante tactu virge/dum ho mo trāsit de statu gratie i peccatū/mediante tactu tentationis/siue a carne/siue a mūdo/siue a diabolo. Unde et peccata sanguines in sacra scriptura appellantur: a quibus petebat liberari qui orabat dominum/ dicēs: Libera me de sanguinibus deus deus salutꝭ mee. Per pisces autem qui moriuntur in fluuio/designantur precedētia merita gratie/ et virtutes/ que omnia pereunt homine peccāte. Insuper tunc incipit homo computrescere per culpam/ secundum ꝙ clamabat ꝛ lamentabatur. Psalm. post suū adulterium ꝛ Urie homicidium dicens: Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee/a facie insipientie mee. Et Joel. j. Computruerunt iumenta in stercore suo. i. hoīes peccatores in fecibꝰ iniquitatum suarū. Quod autem subditur: Et nō poterāt Egyptij bibere aquā fluminꝭ. Per hoc designatꝭ ꝙ homines peccatores quādoqꝫ iusto dei iudicio non sentiunt delectationem in peccando: sed quasi inuiti trahuntur a diabolo ad pctm: ita vt merito possint dicere illud Apostolicū verbum Roma. vij. Non quod volo bonum hoc ago: sed qđ odio malum/ illud facio. Illud autem precipue habet verum de habituatis et obstinatis in peccatis suis.

¶ Moraliter ꝛ secundo. Aque significāt tēporalia bona/ que debent currere de vno in aliū/ vt multis prosint: et signanter illa temporalia que sunt artificialia: vt aurum ꝛ argentū. Nā talia reseruata in arca nullam vtilitatem afferunt. Dimittanꝭ ergo currere de vno in alium/ siue de patria i patriā. In quatuor ergo casibus hmōi aque vertuntur in sanguinem/ id est in peccatum: ꝛ putrescunt spiritualiter: secundū illas quatuor differentias aquarum que verse sunt in sanguinem ad tactū virge Moysi/ ꝛ que putruerūt ita vt non possent Egyptij ex eis bibere. Prime igitur aque fuerunt fluuiales: id est/ fluuij Nili/ continue fluentis. Et tales aque designāt temporalia que fluunt de domo diuitis ad domum pauperis: que tunc cōuertūtur in sanguinem/ id est/ in peccatū/ ꝛ putrescunt quando dimittūtur trāsire cum vsura aut simonia/ siue ad corrumpendum puellam/ siue ad quēcūqꝫ alium indebitū finē. Maxima enim topica est/ ꝙ cuius finis malus est: ipm quoqꝫ malum est. Ubi ergo finis propter quem datur pecunia vel aliud tēporale/ malum est: restat vt ꝛ ipsa pecunia corrupta sit: nō quidem in se/ sed ex parte dantis/ ꝓpter malum vsum illius. Idem dic de elemosyna/ que datur ꝓpter gloriam hominū. Secūde fuerūt aque riuales. i. paruorum riuorum/ que similiter designant temporalia: sed modica. Et tales aque similiter conuertuntur in sanguinē/ ꝛ putrescunt/ quando dātur ad indebitum finē. Sunt enim nonnulli diuites q̄ pro mutuo nūqꝫ vellent aliquid recipere vltra sortē/ scientes hoc esse vsurarium: sed bene recipiunt munuscula/ que nō gratis et libere

atqꝫ

atq; in modica quātitate offe-
rātur / licite recipi possunt per
modum vrbanitatis: non autē
alias. Hinc Hiero. sup Ezech.
lib. vi. et recitat. xiiij. q. iij. pu-
tant / ait: Putant quidam vsu-
ras tantum esse in pecunia: qđ
prouidens diuina scriptura / o-
mnis rei aufert superabundan
tiā: vt plus non recipias ꝙ de-
disti. Deutero. xxiij. Deinde se-
quitur: Item alij pro pecunia
fenerata solent munuscula di-
uersi generis accipere: ꝛ nō in-
telligunt scripturam vsurā ap
pellare superabundantiā quic
quid illud est: si ab eo qđ dede
rint / plus acceperint. hec Hie-
ronymus. Et simile iudicium
est de esca aut potu / quādo dā-
tur ex pacto: vt dicit Ambro.
ꝛ ponitur capitulo sequēti / qđ
incipit / plerisq;. Tertie fuerunt
aque paludum. Sunt autē hu-
iusmodi aque commixte terre:
ita vt inde efficiatur lutum / et
significant diuitias atq; pos-
sessiones cum peccato acqui-
sitas / que transeunt cum homi
ne. Tūc ergo huiusmodi aque
cōuertūtur in sanguinem / cum
acquiruntur diuitie per frau-
des / fallacias / plurias / atq; mē-
daciā plurima. Propterea di-
citur de penitentia distinct. v.
qualitas. ꝙ vtilius est peniten
ti dispendia pati / ꝙ periculis
negociationis astringi: qꝛ dif-
ficile est inter ementis venden
tisq; commercium non interue-
nire peccatum. Quarte fuerūt
aque lacuū siue stagnorū: que
non currūt / sed semper stant in
eodem loco / ꝛ quasi eodē mo-
do. Et quāuis hmōi aque cla-
re in oculis multorum videan-
tur: maxime quādo et vbi iuste
acquiruntur / aut per successio-
nem paternam possidentur: se-
pe tamen conuertuntur in san-
guinem / quando superflue ꝛ a-
uare retinentur. Hinc Psal. di-
cit: Diuitie si affluāt / nolite cor
apponere: per inordinatū / sup-
ple amorē ad eas. Et cōsequen
ter computrescere faciunt con-
scientiam auari. Unde ad hoc
dat Ambros. exēplum satis ad
propositum / videlicet de aqua
statiua. lib. đ Nabuthe Jesrae-
lita. c. xij. dicens ꝙ aqua stati-
ua cito vermes facit. Deinde
subdit / dicēs: Nō stet ergo the-
saurus tuus apud te: sed ipsum
largiaris pauperib᷒. Unde di-
ues epulo non damnatur quia
rapuerit aliena: sed qꝛ non de-
dit sua. Luc. xvi. Et breuit (vt
subditur in textu) tūc est cruor
in vasis tam ligneis ꝙ saxeis /
quando a maiore vsq; ad mino
rem / a sacerdote vsq; ad Leui-
tam / omnes auaritie student / ꝛ
cuncti faciunt dolum: vt dici-
tur Hiere. vi.

¶ Moraliter ꝛ tertio. ꝛ cōfor-
miter ad fratrem Petrum Ber
chorīēsem / per aquā possum᷒
intelligere elemosynā: iuxta
illud Eccli. iij. Sicut aqua ex-
tinguit ignē: ita et elemosyna ex-
tinguit peccatū. Per cruorem
autem intelligitur crudelitas
et rapina. Hodie ergo per totā
Egyptū. i. ferme per totū mun
dum tota aqua pietatis cōuer-
sa est in sanguinē crudelitatis:
ꝛ hoc non solum in lacubus et
paludibus. i. in statib᷒ secula-
ribus: verumetiam in riuis et
fluminibus / id est / in ecclesiasti-
cis et regularibus. Uasa etiam
lignea

lignea/ id est plati ecclesiasti=
ci: et vasa saxea seu lapidea/ id
est principes seculares/ pleni
sunt crudelitatis et cruore: nihil=
qz habent de cuiuscunqz pieta
tis aut benignitatis humore.
Insuper pisces/ id est viri spiri
tuales deuoti et pij/ qui olim e=
rãt in flumine ecclesie/ mortui
sunt: ipsumqz flumẽ iã est quã=
si factum putridum per pecca=
ta que in eo regnant. Et vt bre
uius concludam/ quocunqz se
vertant Egyptij/ id est paupe=
res/ siue ad clericos/: siue ad
laicos: siue ad officiales pnci=
pum/ siue prelatorũ: totum in=
ueniunt crudelitate et cruore
plenum: ita qz non inueniũt qd
possint bibere/ id est/ a quo pos
sint cuiuscunqz beneficij refri=
gerium reportare. Ideo omni=
bus talibꝰ potest veraciter im=
properari illud Esa. j. Manus
vestre sanguine plene sunt.
¶ Moraliter et quarto/ et cõfor
miter ad eundem Petrum. A=
qua significat prosperitatẽ mũ
di/ q̃ fluit et defluit sicut aqua:
que reuera hodie vertit in san
guinem carnalis infectionis:
adeo qz pisces huius fluminis/
scilicet mundani diuites p pec
catum/ et signanter luxurie mo
riuntur/ et putrescunt.
¶ Moraliter et quinto/ Per a=
quam in sanguinẽ versam/ po=
test intelligi sapiẽtia malignã=
tium: que vt habetur Iaco. iij.
est terrena/ animalis et diabo=
lica. Et hec sapientia totaliter
cõuertitur ad pauperum et in=
nocentium sanguinem extrahẽ
dum/ per exquisitas fraudes et
adinuẽtiones malitiosas. Sed
sicut aqua sanguis facta re=
dijt in pristinã naturam et for=
mam: ita quandoqz accidit iu=
sto dei iudicio vt talis mali=
gna sapiẽtia discooperiatur et
veniãt ad lucẽ cũ suis autho=
ribus/ qui consequenter condi=
gnam recipiũt mercedem pro
male actis per eos Esa. xxxiij.
Ve qui predaris/ nonne et ipse
predaberis?
¶ Moraliter et sexto/ iuxta il=
lud: Tolle virgam tuam/ et ex=
tende manum tuam super a=
quas. Notandum qz per aquas
in sacra scriptura quãdoqz de=
signatur populus: iuxta illud
Apocalyp. xvij. aque quas vi=
disti/ populi sunt. Tunc ergo
dominus tollit virgam suam/ et
extendit manum suam super a=
quas Egypti/ quando per se
aut per causas secundas percu
tit populum propter iniquita=
tes suas. Unde in Psalm. Vi=
sitabo i virga iniquitates eo=
rum: et in verberibus peccata
eorum. Hoc autem quandoqz
facit ad initium damnationis
eterne eorum: sicut patuit de
Antiocho/ qui inter diros cru
ciatus orabat dominum a quo
non erat misericordiam conse
cuturꝰ. ij. Macchab. ix. Quan=
doqz ad purgationem priorum
delictorum/ sicut paralytico sa
nato dicit Christus. Ioan. v.
Iam noli peccare/ ne deterius
tibi aliquid contingat,
¶ Moraliter et septimo: iuxta
illud verbũ: Et sit cruor in o=
mni terra Egypti/ tã i ligneis
vasis q̃ in saxeis/ notandũ qz
per Egyptũ (que interp̃tatur
tenebre) designatur mundus p̃=
sens/ plenus tenebris culpe/ ig=
norantie et pene. In omni autẽ
terra

terra huius Egypti / eſt hodie
cruor.i. bella / ſeditiones / par=
tialitates / ⁊ ſimilia: in q̄bꝰ ef=
fundit̃ humanus ſanguis abſq̄
remiſſione ⁊ menſura: per que
deſignatur propinq̄tas iudicij
generalis: prout p̄dixit Chri=
ſtus Matthei.xxiiij. Item Lu
ce.xxj. dicens ꝙ ante huiuſmo
di diem ſurget gens contra gē
tem / et regnum aduerſus re=
gnum. Et poſt pauca: Trade=
mini a pareētibus ⁊ fratribus / ⁊
cognatis / ⁊ amicis / ⁊ morte af=
ficient ex vobis. Per vaſa autē
lignea in q̄bus inuētus eſt ſan=
guis / deſignantur pauperes et
fragiles homines adinuicē bel
lantes / ſicut contingit de mul=
tis partialitatibꝰ. Per vaſa ve
ro ſaxea / deſignantur reges et
p̄ncipes / q̄ ſunt fortiores prio=
ribus: propter quod eoꝝ bella
ſunt periculoſiora / crudeliora /
⁊ difficilius placabilia. In ta=
libus igit̃ vaſis inuenit̃ cruor.
Uł per vaſa lignea ſignificant̃
infideles: p̄ ſaxea autē fideles /
ſaltim nomine. Uel dic ꝙ p̄ va=
ſa lignea deſignātur ſeculares
⁊ laici: per ſaxea vero clerici ⁊
eccleſiaſtici. In hm̄ōi ergo va=
ſis hac tēpeſtate īuenit̃ cruor:
ita vt luna.i.ſtatus eccleſie vi=
deatur cōuerſus in cruorem in
pleriſq̄ mūdi partibꝰ.i.in cru=
delitatem. Nā ⁊ cruor a crude=
litate dicitur. Et q̄d nimis ſtu=
pendū eſt: etiā homines ſilueſtres
in inſulis in quibus habitant /
nouum genus belli inter ſe ad=
inuenerunt / videlicet cū arcu=
bus ⁊ ſagittis lapides acutiſſi=
mos ⁊ duriſſimos in extremita
tibus loco ferri gerētibus: ſic=
q̄ nudo corpore p̄ter pellem

duriſſimam ante pectus ad bel
lum audacter incedunt: ⁊ ſtra
ges de ſe inuicem mirabiles fa
ciūt. Sed quia hi cruores ſūt
ex alto dei iudicio ⁊ nobis oc=
culto: ideo iuſſit dominus Aa=
rō / vt tolleret virgā ſuam: ecce
ↄcitatio humani animi ad bel=
lum / que fit a deo in penam ini
quitatum huius mundi: ⁊ extē
deret manum ſuā ſuper aquas
Egypti: ecce dicti belli execu=
tio / que p̄cedit ex ira dei. Pro=
pterea.xvj.q.j.reuertimini. in=
troducuntur verba diui Hiero
nymi ſuper Malach. dicentis:
Quando fames ⁊ penuria / ⁊ o=
mnium rerum egeſtas (tu vero
adde ⁊ bellum) opprimit mun=
dum / sciamꝰ hoc ex ira dei de=
ſcendere.

¶ Moraliter et octauo. Per
Egyptios qui non poterant bi
bere aquam fluminis Nili: pro=
pter quod foderūt per circui=
tum fluminis aquam / vt bibe=
rent: deſignātur viri vani. Per
fluuium autem Nili / intelligi=
tur ſtudium ſacre ſcripture / q̄d
appellamus theologicum / de
quo non poſſunt bibere predi=
cti Egyptij: quia non ſapit in
gutture eoꝝ: ſiue quia non eſt
de pane lucrādo / ſiue quia ac=
quiritur per nimium et lōgum
laborem. Cum tamen de ſeipo
det tale teſtimonium Eccli.
xxiiij: Qui bibūt me / adhuc ſi=
tient. Ideo eo relicto dicti E=
gyptij / id eſt viri mundani / fo=
diunt per circuitum aquam vt
bibant: quod fit quando dāt ſe
inanibus ſcientijs que replent
vētrem per inanem glotiatio=
nē: ſicut poeſis / dialectica / phi
loſophia / ⁊ hm̄ōi: ſiue burſam
vt

vt studium legum / artes huma-
nitatis / et sic de alijs. Nec etiā
sic fodiendo in circuitu magni
fluminis sacre scripture inue-
niunt predicti viri vani curio-
si et mūdani aquas: que supple
extinguāt sitim eorum: sed ma-
gis ac magis fodiunt.

¶ Allegorice et primo / per a-
quam conuersam in cruorē / de-
signatur effusio sanguinis marty
rum / qui prius erāt clari et mū-
di in consciētia: sed postea fue-
runt rubricati in suo corpore.
Dicitur autem in textu / quod qua-
druplex aqua versa est in san-
guinem / videlicet fluuialis / ri-
ualis / stagnea / paludosa. Per
aquam igitur fluuialem / intel-
ligitur martyrium Christi / qui
merito potest dici protomar-
tyr. i. primus martyr in lege gra
tie quam fundauit. De eo ergo
merito potest dicere sponsa sua
ecclesia id quod canitur in fe-
sto vnius martyris / tēpore pa-
schali: Filie Hierusalem. i. ani-
me deuote: venite et videte / vi-
delicet oculo fidei et contēpla-
tionis: martyrem Christum cū
corona qua coronauit eum do-
minus: id est deus pater: in die
solennitatis et letitie. i. in sua
gloriosa resurrectione / et in ce-
lum ascēsione. Cumque illuc a-
scēderet cum veste rubea in si-
gnum martyrij / et pre admira-
tione quererent ab eo spiritus
angelici / dicentes illud Esaie
lxiij. Quare rubrū est indumen-
tum tuum et vestimenta tua si-
cut calcantium in torculari: re-
spondit illis / dicens: Torcular
calcaui solus: et de gētibus nō
est vir mecum. Ecce igitur flu-
uius conuersus in sanguinem.

Per aquam autē riualem desi-
gnatur martyrium sanctorum
innocentū / qui cū adhuc paruli
essent: et vix inciperent curre-
re per mundum: conuersi sunt
in sanguinem quādo de man-
dato Herodis (in odium Chri
sti quem ad mortē querebat)
occisi sunt. Per aquā vero stag
neā (que a stādo dicitur / et que
est propicia ad nutriendum pi-
sces) designatur martyriū san-
ctorum illorū virorum qui postque
egerunt plurima opera laude
digna / et in obseruatione man-
datorum atque consiliorum dei
inmobiliter steterūt / tandem
pro Christo martyrio coronati
sūt. Per aquā aūt paludosam /
designantur illi paruuli qui in vte
ris matrū adhuc degentes pa-
riter cum illis martyrij palmā
receperunt. Nam in tali casu
mors pro Christo tolerata sup
plet vicem baptismi / secundū
doctores. Ecce igitur quadru-
plex aqua que mystice vertitur
in sanguinem.

¶ Allegorice et secundo / et cō-
formiter ad glo. ordi. post Ra-
banum: conuenienter Pharao
punitus est per conuersionem
aque in sanguinē / eo quod pecca-
uit contra primū preceptū de-
calogi / Nam huiusmodi pre-
ceptū est de colendo vnū deū.
Aqua igitur de qua omnia ge
nerātur / significat vnū deum /
ex quo omnia. Sanguis autem
significat carnē inmortalem.
Conuenienter ergo aqua ver-
sa est in sanguinē: quia idolo-
latre cōmutauerunt gloriā dei
incorruptibilis in similitudinē
imaginis corruptibilis homi-
nis. Hec ibi.

¶ Allegorice et tertio / conformiter ad Origenem / aqua conversa in sanguinem designat scientiam philosophorũ / et sapientiam eorũ qui olim videbant sibi esse sapientes per humanũ ingenium / sicut in aquis apparent vult⁹ prospicientiũ: sed hec aqua mũdane scientie ꝛ eloquentie cõuersa est eis in sanguinem / intantũ ꝙ eam bibere non possent: ꝛ hoc per virgam: id est crucis Christi potẽtiam / per quam cognoscere potuerũt suam insipientiam. Sicut de facto legitur Actuum xix. de quibusdã philosophis / qui ad predicationẽ Pauli crediderũt. Et qui ex eis fuerant curiosa sectati / ꝯtulerũt libros suos / et combusserũt eos corã omnib⁹: nonne etiã aqua Augustini fuit versa in sanguinẽ: quandiu per philosophiam sustinuit Manicheorum errorẽ? At vero tũc cessauit plaga / et rediit sanguis in aquam sapiẽtie salutaris / quando contra Manicheos ꝛ philosophos multa scripsit.

¶ Allegorice et quarto / fluuius Nili / qui egrediens de paradiso terrestri ꝛ loco voluptatis / ad irrigãdã terrã Egypti / ꝛ q̃ tandẽ est conuersus in sanguinem / Christũ designat: qui tũc egressus est de loco voluptatis / q̃n descendit de celo in vterũ virginis / ꝛ cõsequenter de dicto vtero in mundũ / tẽporaliter nascendo. Consequenter irrigauit mũdũ / ꝛ signãter terrã Judee ꝛ Galilee: tã pdicãdo / q̃ miracula operãdo. In cui⁹ figurã legit Geñ. ij. ꝙ fluuius egrediebat de loco voluptatis / ad irrigãdũ paradisũ / qui inde diuidit in quatuor capita. Fluui⁹ ergo fuit Christ⁹: per quatuor autẽ capita / inde descendentia / designant quatuor euangeliste / q̃ recollegerũt ꝛ scripto nobis reliquerũt dicta et facta Christi: vel per quatuor capita designant quatuor partes mũdi / q̃ sunt Oriens / Occidens / Auster / Aqlo. Ad has aũt quatuor mũdi plagas descendit fluui⁹ / quando per apostolos et euangelistas diuulgatũ est sanctum euangeliũ. Hinc Christus dixit eisdẽ discipulis suis Mar. vlt. Euntes in mundũ vniuersum / pdicate euangeliũ omni creature. Postq̃ igit dictus fluuius irrigauit terrã pdicto modo / tandẽ mutatus est in sanguinẽ in sua passiõe. Qui quidẽ sanguis datur nobis in potũ in mẽsa altaris / dicẽs: Jo. vj. Nisi mãducaueritis carnẽ filij hominis / ꝛ biberitis eius sanguinẽ / nõ ꝛc. Uerũtamen Egyptij. i. infideles ꝛ heretici abominant hunc sanguinẽ / ꝛ horrẽt illũ bibere: filijs aũt Israel. i. veris ꝛ deuotis Christianis / dulcis ꝛ suauis ẽ ad potãdũ: ita vt q̃ semel illũ deuote hauserit / iteꝝ atq̃ iterum ipsum haurire cupiant. Eccli. xxiiij. Qui bibunt me / adhuc sitient.

¶ Allegorice ꝛ quinto / fluui⁹ designat statũ religionis / eo ꝙ ibi fluit vnus p mortẽ / ꝛ ali⁹ p nouã receptionẽ / siue p nouũ ingressum / ꝛ ali⁹ p egressum. Sunt aũt ibi vasa lignea ꝛ saxea plena sanguine. i. multi pleni sanguine peccati: ita ꝙ iã in multis claustris totũ est quasi

 putridum

putridū ⁊ corruptū. Pisces e: tiam.i.viri pij/ molles ⁊ beni: gni atq; deuoti/ iā penit⁹ defe cerūt in multis claustris: ideo Egyptij.i. seculares iā non in: ueniūt quid ibi de aqua bone doctrine/ vel de bonitate exē: plaris vite ibidē possint bibe: re vel haurire. Quapropter iā necesse est eos deficere vel pe: rire. Nā sanguis/ ⁊ non aqua.i. carnalis vita/ ⁊ nō pura / mala doctrina ⁊ nō bona/ exēpla cor rupta ⁊ non salutaria/ possunt hodie in flumine multorū clau strorum reperiri.

¶ Anagogice p fluuios Egy: pti intelligūtur angeli / qui in principio sui esse fuerūt flexibi les ad bonū ⁊ ad malū/ pro vo lūtate eorū. Qui ergo cū gra: tia dei fluxerūt sursum/ se con: uertendo ⁊ referendo in deū: statim in bono gratie ⁊ glorie cōfirmati sunt. Qui vero fluxe rūt deorsum/ in sanguinē ver: si sunt.i. peccato immobiliter adheserunt/ et demones appel lati sunt.

¶ Exodi octauo.
¶ Prima clausula.



Dixit quoq; dominus ad Moysen: Ingredere ad Phara: onem / ⁊ di ces ad eū: Hec dicit dominus: Dimitte populum meum/ vt sa crificet mihi. Si autem nolue: ris dimittere: ecce ego percu: tiā omnes terminos tuos ra: nis/ et ebulliet fluui⁹ ranas: q̄ ascendent ⁊ ingredientur domū tuā/ ⁊ cubiculū lectuli tui/ ⁊ su per stratū tuū/ ⁊ in domos ser: uorum tuorū/ ⁊ in populū tuū/ ⁊ in furnos tuos/ ⁊ i reliquias ciborū tuorū: et ad te/ et ad po pulū tuum/ ⁊ ad omnes seruos tuos intrabūt rane. Dixitque dñs ad Moysen: Dic ad Aa: ron: Extende manū tuam sup fluuios/ et super riuos ⁊ palu: des/ ⁊ educ ranas super terrā Egypti. Extendit Aaron ma: num super aquas Egypti/ et a: scenderunt rane: operuerūtq; terrā Egypti. Fecerunt autē ⁊ malefici p incantationes suas similiter/ eduxerūtq; ranas su: per terrā Egypti. Uocauit aūt Pharao Moysen ⁊ Aaron/ et dixit eis: Orate dñz vt auferat ranas a me/ ⁊ a populo meo/ et dimittā ppl'z vt sacrificet dño. Dixitq; Moyses ad Pharao: nem: Cōstitue mihi quādo de: precer pro te/ ⁊ pro seruis tuis/ ⁊ p pplo tuo/ vt abigant rane a te/ et a domo tua/ et a seruis tuis/ ⁊ a pplo tuo/ ⁊ tātū in flu: mine remaneant. Qui respon: dit: Cras. At ille: Iuxta (inq̄t) verbū tuū faciam/ vt scias q̄m nō est sicut dñs deus noster: et recedent rane a te / et a domo tua/ ⁊ a seruis tuis / ⁊ a populo tuo/ ⁊ tantū in flumine remane bunt. Egressiq; sunt Moyses ⁊ Aaron a Pharaone/ ⁊ clama uit Moyses ad dñm pro spon: sione ranarū quā condixerat Pharaoni. Fecitq; dñs iuxta verbum Moysi/ ⁊ mortue sunt rane de domibus/ ⁊ de villis/ ⁊ de agris. Congregaueruntq; eas in immensos aggeres/ ⁊ cō putruit terra.

¶ Historialiter postq̄ in precedenti capitulo noster legifer Moyses egit de duplici signo ostēso corā Pharaōe: videlz de mutatione virge Moysi siue Aaron in serpentē: et similiter de tactu eiusdē virge super aquas: et mutatione earū in sanguinem: hic consequenter incipit agere de tertio signo: qđ fuit signū et plaga secunda: videlicet de multiplicatione ranarum sup terrā Egypti: que etiā penetrabant domos vsq̄ ad lectū Pharaonis. Circa igitur hāc clausulā Moyses duo facit. Primo premittit diuinā cōminationē in principio. Secūdo subdit dicte cōminatiōis execucionem: ibi: Dixitq̄ dñs.

¶ Quo ad primū refert dictus Moyses q̄ dñs dixit ad eum: Ingredere ad Pharaonem: qui mos regū est seorsum et in loco clauso manere: et dices ad eū: Dimitte populum etc. Pluries repetit dñs hoc verbum: tum vt ostēdat suū pium affectū ad populum Hebreorum: tum vt ostendat cum quanta patiētia procedit cōtra Pharaonē. Vñ et hic priusq̄ procedat ad plage afflictionē: primo premittit comminationē ad incussionem terroris: dicens ad Moysen: Dic ad Pharaonem: Dimitte populum meum etc. Sequitur: Qđ si nolueris dimittere: ecce ego percutiam etc. Ecce quomodo teste Senec. lento passu ad sui vindictam diuina procedit ira. Sed valde timendum est quod sequitur. Sed tarditatem iudicij seueritate supplicij compensat. Comminatio ergo pene: quam addit dominus contra Pharaonem: est de multiplicandis ranis in omni terra Egypti. Factum est ergo sicut dominus comminatus fuerat. Nam ascenderunt rane de fluuio Nili: et operuerunt totam terrā Egypti. Que (vt dicit Josephus) orte in breui moriebantur: et putrescentibus cadaueribus fetor nimis noxius exhalabat et aqua. Quinimmo quedam quasi domestice: domos intrantes: sepe in cibis et potibus et lectis inueniebantur. Insuper Hebrei dicunt: prout refert de Lyra: q̄ huiusmodi rane non solum intrabant loca etiam occultissima: et optime clausa Egyptiorum: verumetiam corpora eorum: vt per os: et maxime quando dormiebant ore aperto: et similiter per alios meatus: per quos poterāt introire. Ista autem plaga fuit in elemento aque: et inde processit: et hoc satis rationabiliter: vt scilicet correspōderet culpe paruulorum Hebreorum ibidem submersorum: qui ideo ibidem interficiebantur: vt cum minori strepitu et tumultu extinguerentur. Justo ergo dei iudicio inde exierūt rane ī maxima multitudine Egyptios infestātes. Et nota q̄ in hac percussione plage premittitur rex Egypti: licet forte non ad eum primo peruenissent huiusmodi rane: sed quia ille ceteris grauius peccauerat aduersus Hebreos. Populus autem peccauit in hoc q̄ sibi consensit: vt malus seruus domino suo. Et ideo vterq̄ punitus est: scilicet tam rex q̄ populus eius.

¶ Quo ad secundum subditur executio diuine comminationis: cum dicitur: Dixitq; dominus ad Moysen. Dic ad Aaron: scilicet ex parte mea. Extende manum tuam sup fluuios &c. Quod cum fecisset: ascenderunt rane. s. de aqua super terram: in tanta abundantia: q operuerunt terram Egypti. Non quidem tantum in qua erat habitans Pharao: verum etiam generaliter totam terram Egypti. Cumq; vidisset Pharao tantam ranarum multitudinem: vocauit Moysen & Aaron: dicens ad illos: Orate dominum vt auferat &c. Iste Parao non bono corde hoc dicebat: sed tantum vt euadere posset huiusmodi plagam: quod bene patuit in effectu: nam cum orantibus seruis dei Moyse & Aaron fuisset a domino curata talis plaga: non cessauit affligere Hebreos. Et vt dicit glo. interli. qui prius superbe seruis dei dixerat: Nescio dominum: nunc sentiens flagella dei: ait: Orate dominum: vt auferat ranas a me &c. Qui ergo prius non pmittebat eos ad se ingredi: nunc rogat eos. Hoc autem magnum fuit: cum esset superbissimus. Et breuiter cum in crastinum orassent pro eo dominum Moyses & Aaron: subito cessauit plaga ranarum in parte. Nam etsi omnes rane mortue sint ad eorum petitionem: cum tamen Egyptij eas congregassent in immensos aggeres. i. aceruos: postmodum inde computruit terra. Congregauerunt autem dicti Egyptij: siue per se: siue p Hebreos: huiusmodi ranas mortuas: ne scilicet disperse p totam terram Egypti: culturam terre impedirent. Huiusmodi autem ranarum dispersio rationabiliter facta est: quia sicut dicit Josephus: sicut dicti Egyptij per collectionem palearum per vniuersam terram Egypti afflixerant Hebreos: sic etiam iustum fuit vt per congregationem ranarum affligerentur. Et quia in operibus fetidis occupauerant eos multo tempore: ideo iustum fuit vt fetore corruptarum ranarum percuterentur: ideo notanter dictum est: et computruit terra: supple Egypti. Sic enim impletum est illud Sap. xj. Per que peccat quis: per hec et torquetur.

¶ Circa autem hunc textum: ad illius ampliorem declarationem mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium: Que plaga fuerit grauior: vel precedens in qua actum est de conuersione fluuiorum et ceterarum aquarum Egypti in sanguinem: & que durauit spatio septem dierum continuorum: vel presens in qua agitur de ranarum multiplicatione. Videtur q precedens: quia afflictio sitis magis cruciat: q ranarum multiplicatio. Nam nimia sitis extinguit vitam: non autem ranarum multiplicatio & fetor. In oppositum arguitur: quia dominus in afflictione Egyptiorum semper processit de plaga minus graui ad grauiorem. Ad hoc dubium respondetur: q presens plaga fuit grauior priori: si attendantur singula: specialiter autem tria que sunt: quantitas: qualitas: tempus. Primo quidem

quidem ex parte quantitatis hec plaga fuit grauior priori; Nam fuit adeo magna / q dicte rane cooperiebant totam terram Egypti: penetrabant etiā domos et cubicula / quantumcunqȝ firmiter et integre clausa: etiā corpora humana / et sic de alijs vt dictum est. Nō sic autem contigit de aquis in sanguinem cōuersis. Ipsis autem mortuis / quantitas tanta apparuit / q inde in plerisqȝ fiebāt maximi aggeres. Secūdo ex parte qualitatis / quia ipsis congregatis per diuersa loca / tantus fetor inde processit q computruit terra. Pro quo notandum / secundum glo. ordin. ꝛ Petr. Comest. q rane sunt in triplici genere. Primū fluuiale et vocale / emittens magnū ꝛ importunum clamorem / videlicet croax. Secundum minimum / quod et calamitum dicitur: de quo fertur q si in os canis proijciatur / statim obmutescit. Tertium autem magnū est ꝛ venenosissimū quod rubeta dicitur: vulgo aūt crassanciū. Tertio ex parte tēporis. Prior enim plaga nō durauit nisi septem diebus. Hec autem forsan pluribus: de hoc tamē nihil dicit scriptura. Ecce quō fuit grauior precedenti plaga. ¶ Secūdum dubium: Cur dominus potius nunc q̄ prius precepit Moysi / q ingrediatur ad Pharaonem. Prius enī preceperat sibi tantū / q iret in occursum eius egredientis ad aquas mane / vt dictum est in precedenti clausula. Dicendū / q ratio hui⁹ diuersitatis fuit: quia iam propter precedentia signa timebatur a rege et seruis eius. Propter quod securius poterat eum adire q̄ prius. Et est hic argumentum / q quamuis communiter Moyses loqueretur Pharaoni per fratrem suum Aaron interpretē suum / eo q esset impedite lingue: interdum tamen loquebatur ad eum in propria / sicut dictum est in precedentibus.

¶ Tertium dubium oritur propter illud verbum / et in furnos tuos. Queritur ergo / quomodo dicte rane poterant stare intra furnos Egyptiorum. videtur enim q debuissent comburi. Ad hoc dicit Josephus / q erāt maxime humiditatis: et ideo pre nimia multitudine et humiditate poterant extinguere ignem et calorem de furnis. Uel forsan non intrabant furnos calidissimos / sed tepidos: et hoc priusq̄ extraheretur inde panis / vt sic ipsum panem polluerent ꝛ contaminarent. Uel etiam dic / q sicut origo huiusmodi ranarū fuit miraculosa et supernaturalis: ita etiam miraculose potuerunt intrare furnos valde calidos / et polluere panes calidos: ibiqȝ diu cōseruari quātum placuit deo / sicut de trib⁹ pueris missis in caminum ignis ardentissimi legit Daniel. iij.

¶ Quartum dubium: Utrū in productione ꝛ multiplicatione ranarum fecerit deus nouū miraculum: videtur q non / quia poterant naturaliter produci et multiplicari: videlicet ex corruptione materie ad hoc disposite / sicut fit indies. Dicēdum / q quamuis productio ranarū

namium in se non sit miraculosa sed naturalis: sicut et productio paruorum animaliũ: tamẽ modus productionis potest eẽ miraculosus: et presertim si subito producantur / et ex materia non disposita: sicut factum est in proposito. Item si in immensum producatur: et intrẽt domos muratas: etiam vsq; ad loca secretiora. Hec enim omnia quãdo fiunt a deo / dicunt miraculosa. Quando vero fiũt virtute demonis / dicuntur superstitiosa.

¶ Quintum dubiũ: quomodo hec pena Egyptiorum correspondebat culpe eorum? Dicẽdum / ꝙ optime: iustum enim fuit vt clamore ranarum viuarum infestarentur Egyptij / q̃ clamoribus truphatorijs fuerãt prius infesti Hebreis: quorum etiam gemitus audire noluerant. Item vt postmodum fetore ranarum mortuarum inficerentur / qui in lutosis & fetulentibus operibus prius Hebreos tenuerant diu occupatos.

¶ Sextum dubium: Cur dominus tot plagas multiplicauit aduersus Egyptios? videtur enim ꝙ pauciores suffecissent. Dicendum / ꝙ ratio tante multiplicationis hec fuit / quia secundum Josephum consuetudo domini est multiplicare remedia: vt saltim si vnum non prosit / aliud ꝓdesse poterit. Quia ergo nec Pharao / nec serui eius / nec populi subiecti fuerant emolliti per primam plagã: saltim emollirent per subsequẽtes: vt sic excusationem nõ haberẽt de peccato suo: sicut nec Judei visis tot Christi signis et miraculis / vt dicit Joan. xv. Item vt tãdem multiplicatis & appositis multis remedijs / non sanatos grauius feriret et damnaret. Sic etiã & hodie facit dominus circa multos obstinatos peccatores. Hinc Esa. j. ait: Sup quo percutiam vos vltra addentes preuaricationem? Caueant ergo ne tãdem in penam sue obstinationis demergantur i ꝓfundũ inferni / sicut & Egyptij in profundũ maris rubri.

¶ Septimum dubiũ: Quomodo malefici Pharaonis: de quibus dicitur in textu ꝙ fecerũt similiter per incantationes suas / sicut fecerat Aaron per virtutem dei: potuerunt educere ranas de flumine vsq; i terrã. Ex quo enim priores cooperuerant terrã / vt dictum est / videtur ꝙ dicti magi nihil facere potuerunt circa tale signũ. Dicendũ / ꝙ permissione diuina / et opere demonis potuerunt multiplicare priorem numerũ et multitudinem ranarum ꝓductarũ per Aaron: Nec enim adeo priores rane (que adhuc viuẽtes erant) cooperiebant terram / ꝙ nõ posset fieri additio: vt clarũ est. Potuit etiã fieri vt arte demonis priores rane cõuerterent ad vnam partem / & in parte illa discooperta quam reliquerant dicti malefici Jannes scilz & Mãbres / q̃ quantũ potuerũt restiterũt Moysi / vt dicit Apost. ij. Thimoth. iij. eduxerint ꝑ suas incantatiões alias ranas / vt magis facerẽt apparere incantationẽ suã / q̃ forte fuerunt arte demonis

demonis/ statim ibi genite ex
materia ad hoc disposita/ vel
de terra Gessen in momento
allata virtute demonũ. Alte-
ro ergo illorum modorũ dicti
malefici eduxerũt veras ranas
super terram Egypti.

¶ Octauũ dubiũ: cur dñs non
īpediuit dictos duos malefi-
cos ne facerent similiter sicut
Aaron ad tactũ virge sue. Di-
cendũ/ q de⁹ non est semp pa-
rat⁹ operari supernaturaliter
z miraculose/ sed vt in paucio-
ribus. In plurib⁹ aũt relinquit
res in suis naturalibus disposi
tionib⁹: vt inde fiat quicquid
natura dederit. Permittit eti-
am quādoqȝ ex altissimo consi
lio suo multa superstitiose agi/
siue in penā delicti quo ad ma
los/ siue ad probationem fidei
quo ad bonos.

¶ Nonũ dubiũ mouet circa il
lud verbũ: Orate dñm/ vt aufe
rat zc. Querit ergo quõ Pha-
rao cognouit hanc plagam ex
dñi volũtate descendere: maxi
me cũ magi simile egissēt. Ad
hoc respondet Ioseph⁹/ q di-
cti magi paucas ranas fecerũt/
z de aqua particulari. Aaron
aũt de omnib⁹ aquis Egypti/
etiam in tanta multitudine/ q
cooperuerũt terrā. Ex hac er-
go generalitate z multitudine
ranarũ cognouit verisimiliter
deũ/ quem colebant Moyses
et Aaron esse omnipotentem.
Propter qd dixit: Orate dñm
zc. Vel vt alij dicũt/ ista secun
da plaga plus durauit q̄ pri-
ma: ideo coact⁹ fuit vocare ad
se Moysen z Aaron/ q pri⁹ nõ
permittebant ingredi ad eũ/ z
rogare eos/ quod fuit magnũ/
cum esset superbissimus.

¶ Decimũ dubiũ mouet pro-
pter illud verbũ Moysi ad Pha
raonem: Constitue mihi quan-
do deprecer pro te zc. Querit
ergo/ vtrũ rationaliter locut⁹
fuerit. Videt q non/ q2 videba
tur tentare deum/ quasi consti
tuendo tempus z exauditionē
dñi in sua dispositione: qd nõ
decebat facere. Unde Judith.
viij. legit/ q ipsa castissima Ju
dith increpās Judeos q erant
ī Bethulia/ eo q vellēt trade-
re ciuitatē Holoferni/ q2 defi-
ciebant eis victualia/ ait: Qui
estis vos qui tētatis dominũ?
Posuistis vos tempus misera-
tionis dñi: z in arbitriũ vestrũ
diem constituistis ei? Item di
ctus Moyses promisit. quod
non erat in potestate sua. Con-
tra illud Eccli. viij. Non spon-
deas supra virtutē tuā: q2 sup-
ple talis promissio est fatua z
presumptuosa. Ad hoc dicit
de Lyra/ q non fuit ibi tenta-
tio domini/ quia Moyses a pri
cipio per diuinā reuelationem
fuit certificat⁹/ q talia fierent
ad nutũ eius: in cuius rei testi
moniũ dixit ei: Ego cõstitui te
deũ Pharaonis. Et per hoc pa
tet/ q non fuit promissio indis
creta/ neqȝ fatua/ aut presum-
ptuosa.

¶ Undecimum dubium: Cur
Moyses posuit hoc in arbitri-
um Pharaonis? Dicendum/
q hoc fecit ad excludendum
suspitionem/ que posset habe-
ri contra eum faciendi talia
signa artibus magicis/ vel
virtute alicuius determina-
te constellationis. Manife-
ste ergo sibi declarauit/ et

 suffi-

sufficienter probauit q non in hoc q posuit in optione sua eligere tempus determinatum.

¶ Duodecimũ dubiũ / Quare Pharao distulit vsq; in crastinum / presertim cũ maxima necessitate vrgeretur. Dicendum secundũ de Lyra / q credebat q si arte magica essent adducte rane / maleficiũ illud deficeret: & ideo hoc aliquantulũ voluit probare: nec tamen voluit multũ differre / sed vsq; in crastinum / propter vrgentem necessitatem.

¶ Decimũtertiũ dubiũ / Quare malefici Pharaonis p suas incantationes non preseruauerunt Pharaonẽ ab infestatiõe ranarum / & forsan semetipsos. Dicendum q incantatores et malefici nõ omnia possunt / sed tantũ quantũ permittit eis a dño: sicut neq; demones / quorum auxilio operant. Potuissent quidẽ (non dubito) ipsi demones in sua naturali potestate relicti prohibere ranas / ne essent moleste regi aut seruis suis / siue eisdẽ incantatoribus: sed nõ fuit eis permissum / nisi forsan de ranis quas ipsi incãtatores eduxerant sup terram / & que egresse fuerant de aquis sicut & alie. Quinimo videt q equaliter affligerent regem et suos rane / siue que educte fuerant ministerio Aaron / siue q̃ arte demonum. In cuius rei signum / cum Pharao rogauit Moysen et Aaron vt orarent dominum pro ablatione ranarum / nõ plus expressit de istis q̃ de illis / sed de omnibus generaliter visus est intellexisse. Ita vt de eo posset verificari illud psal. Conuertetur dolor eius in caput eius. Nam vt dicit Augusti. de ci. dei. lib. ij. c. xxiij. Si aliquid in his rebus inferioribus demones possunt / tantũ possunt quantum secreto omnipotentis dei arbitrio permittunt. Item idem super Psal. exponens illud verbum: Potestas dei est / dicit sic: Diabolo potestas quedã est. Plerunque tamen vult nocere / et non potest: quia potestas ista sub potestate dei est. Deinde subdit dicẽs: Nam si tantũ nocere posset diabolus quantum vult / non aliquis iustorum remaneret / aut aliquis fidelium esset in terra. Hec ille.

¶ Decimumquartũ dubiũ mouetur / propter illud verbum / et tantũ in flumine remaneant. Queritur ergo de sensu illius verbi / an scilicet adhuc essent rane in flumine Nili / & in alijs locis aquosis / preter eas que erant super terram / etiam intra domos: vel an ille que erãt super terram / deberent ad orationem Moysi & Aaron redire in fluuium vnde exierant. Istud secundũ non potest dici: quia ille mortue sunt in locis in quibus erant. Quibus mortuis congregauerunt Egyptij eas in immẽsos aggeres / adeo q inde computruit terra. Dicendum / q sensus predicti verbi seu promissionis Moysi nõ fuit / q huiusmodi rane deberent redire in fluuium / aut q illuc deberet eas reducere: sed q vltra de flumine nõ exirent / & quod ille que prius exierant / ipsum Pharaonem nõ vlterius molestarent.

Decimum=

¶ Decimumquintum dubiū / cur Moyses et Aaron oraturi pro amotione ranarum de domo regis / voluerunt inde recedere. Dicendum ꝙ cum Pharao esset maximus cultor idolorum / habebat intra domum suam idola. Ne ergo amotio ranarum attribueretur predictis idolis / sed vero deo / rationabiliter inde exierunt / quando pro hac causa dominum orare voluerunt. Dicit etiā Gregorius / ꝙ magnum est impedimentum oranti in aula potentum commorari: ⁊ hoc propter tumultuationes.

¶ Decimumsextum dubium / Quare exaudiuit dñs Moysen et Aaron pro homine obstinato et impio orantes? Dicēdum / ꝙ hoc fecit propter bonitatem eorum. Quamuis enim Pharao non esset dignus / vt ad instantiam predictorum virorum aliquid faceret pro eo dominus: quia tamen nondum erat simpliciter obstinat⁹ / nec incapax gratie dei et donorum eius / potuerunt de congruo ꝓ eo obtinere ablationem predicte plage.

¶ Moraliter et primo / per fluuium ebullientem ranas / designatur corpus humanū / quod in penam peccati primi parentis / et post amissionem iustitie originalis patitur ebullitionē ranarū / id est cōcupiscentiarū / intantum ꝙ clamat Apo. Rom. vij. dicens: Uideo aliā legē in membris meis / repugnantem legi mentis mee: infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Ut autem dicit glosa interlinea. huiusmodi lex est fomes peccati / qui ligat hominem et impedit ne faciat bonum / et trahit ad malum. Ecce igitur fluuius Egypti ebulliēs ranas. Huiusmodi autem rane tunc ascendunt vsqꝫ ad domum et cubile regis / quando perueniunt vsque ad rationem superiorē per plenum consensum: et tunc valde turpiter polluunt interiorem hominem. Tunc etiam ingrediuntur domos seruorum regis / quando sua turpitudine inficiunt et maculant sensus tam interiores ꝙ̄ exteriores / per redundātiam sue infectionis vsqꝫ ad illos: ita vt a planta pedis vsqꝫ ad verticem capitis non sit in tali homine sanitas: vnde in signum huius postquam dictum est / ꝙ ascenderūt de fluuio rane / mox subditur ꝙ operuerunt terram Egypti. Sed nunquid potest cōtra tantam ranarum abundantiā dari remediū? Certe in tali casu recurrendū est ad Moysen et Aaron / id est ad sanctos dei amicos / implorando eorū auxilium / dicentes cum rege Pharaone vt dignentur orare pro nobis dominum / vt auferat a nobis huiusmodi ranas. Quod vbi deuote fecerimus / ita faciēt pro nobis. Sicque auferet a nobis dominus predictas ranas / etsi non ex toto quandiu vita presens nos captiuos tenet / saltim quantū expedit nostre saluti. Nam et si nobis noceant quantum in eis est / occasionaliter tamen prosunt ad salutem / dum scilicet illis viriliter resistitur.

¶ Moraliter et secundo / per Moysen

Moysen quē misit dñs in domum Pharaonis/ dicens: Ingredere ad Pharaonē/ et dices ad eū: Hec dicit dñs: Dimitte populum meū &c. designantur prelati et predicatores / qui videntes pauperes inhumaniter a regibus et principib9 aut eorum officiarijs et ministris tractari/ et tributis nimiū grauari debēt adire huiusmodi Pharaones.i. terrenos principes / rogantes vt velint cū subditis suis mitius agere. Qui si nolint gratiose eos audire / possunt addere q habent timere iudiciū dei sup se / et proponere coram eis iudiciū qd fecit dominus de Pharaone opprimente seruos dei: et sic de similibus. Debēt tamen tales monitores premittere verba mansuetudine et dulcedine plena/ etiā incipiendo a laudib9 dictorū principū/ et suorū predecessorū: vt melius possint suscipere gratiosam ipsorū monitionē: ita vt dicti principes merito tandē possint dicere illud Psal. Quoniā superuenit mansuetudo et corripiemur. Refert eñi Ambro. in Hexaemeron de vnicorne/ q nulla vi potest capi. Ubi tñ māsuete se eius oculis obijcit pulchra puella/ tūc omni ferocitate deposita/ in ei9 gremio statim caput inclinat suū/ itaq facile capitur. Sic est etiam de animo principū/ q adeo est generosus q facili9 ducit q trahit. Hinc Apo. Gala. vj. Corripite huiusmodi in spū lenitatis. Unde Isido. de summo bono. lib. iij. c. xliij. Ingeniū boni doctoris (inquit) est incipere a laudib9 eorū/ quos salubriter obiurgatos corrigere cupit. Et ad hoc ppositū dat Grego. in suo pastorali. c. xlj. similitudinem de equo indomito/ quē primo blāda manu tangimus: vt plenius eum nobis postea subiugem9. Dat etiā similitudinē de poculo amaro: cui dulcedo mellis adiungit / ne ipsa aspera amaritudo (q saluti profutura est) in ipso gustu primo sentiatur. Hinc etiā Senec. de verborum cop. ait: Obiurgatiōi (inquit) semp blanditie aliquid admisce. Patet ergo quomodo corrigendi sunt principes et superiores.

¶ Moraliter et tertio / p tria genera ranarū in expositione litere positaz/ intelligunt tria peccata / conformiter ad Dñm Petrū de Pal. qbus Egyptus percussa est. Primū gen9 significat luxuriosos/ qui cantāt.i. delectantur in luto voluptatis. j. Petr. ij. Sus lota in volutabro luti. Ut aūt dicit Plinius in naturali hystoria / sus siluestris quando est in feruore libidinis seuit in hominē/ specialiter quando est indutus veste alba. Sic et diabolus fortius et libentius tentat innocentē vel virginē de hoc vitio/ q corruptum. Secus aūt de lubrico/ q cōmuniter preuenit tentationem. Secundū genus ranarū qd facit obmutescere canē / significat hominē auarū / cuius munus protectū in manu prelati / qui deberet latrare cōtra malos / facit eū obmutescere. Talis nempe est de numero illorum prelatorum / de quibus Esa. lv. dicit: Canes muti/ non valentes latrare. Tertium genus

nus ranarum quod fugit lucē/ significat hominē inuidū / qui non libenter videt prosperitatem proximi sui. Nec libenter audit ꝙ dicantur bona de eo/ sed fugit eius gloriā ꝛ detestatur eam quantū potest/ scilicet detrahēdo de eo. In figura ergo huiusmodi ranarū Apoca. xvi. loquitur Ioan. dicens: Uidi de ore draconis exisse tres spiritus immundos / in modū ranarum/ qui sunt spiritus demoniorum.

¶ Moraliter ꝛ quarto/ per ranas / que morantur in aquis immundis/ scilicet in paludibus et fossatis / ꝛ que sua crocitatione inquietant homines ꝓpe habitantes: significantur aduocati in delitijs carnis immisi de viuentes/ ꝛ sua loquacitate causas prolongantes/ atq̄ mūdū (qui per Egyptū designatur) multipliciter inquietātes et perturbantes. At vero per Moysen ducem/ et per Aaron pontificem restringuntur / dū per superiores iudices tam clericos q̄ laicos super abusibus suis multiplicibꝰ corrigunt/ et signanter super nimia ꝛ temeraria atq̄ falsa ꝛ mendosa loquacitate.

¶ Moraliter ꝛ quinto / et aliter/ rane loquaces significant detractores/ qui reuera hodie quasi totum occupant mundū. In domibus eīn regum et principum / etiam vsq̄ ad cubilia eorum intrant. Psal. Dedit terra eorum ranas / in penetralibus regum ipsorum. Item in domibus prelatorum/ tam maiorum q̄ minorum / immo in ipsis cubiculis et secretis camerīs eorundem / hodie ebulliunt huiusmodi rane: id est viri detractores et garrulosi/ adulatores et verbosi. Fluuiꝰ enim mundane ꝓsperitatis ranas hodie procreat/ dum diuites et potentes multi detractores et adulatores sequuntur/ illis applaudentes et complacere studentes. Ideo Sapien. xix. dicitur/ ꝙ pro piscibꝰ eructauit fluuius ranarū multitudinem. Precipue autē rane detractores significāt/ propter multa. Primo quidem qꝛ rana est paruum animal/ et tamen crocitando multū exaltat vocem suam: ita vt a remotis audiri possit. Sic detractor quantuncūq̄ paruꝰ ꝛ vilis sit in estimatione hoīm / solet tamen multū suam vocē exaltare/ etiā per multa loca / et vsq̄ ad magnas personas. Hinc Iacob. iij. dicitur: Lingua modicum quidem membrum est / et magna exaltat. Deinde dat similitudinem dicēs: Ecce quātus ignis / id est q̄ paruus / q̄ magnam siluam incendit. Et lingua ignis est vniuersitas iniquitatis. Secundo vero: qꝛ rana crocitando eleuat os et caput / et postmodum ipsum mittit in aquam: ita et detractores nunc eleuant caput/ loquendo de prelatis / nunc de subditis/ nunc de magnis/ nūc paruis. Psal. Posuerunt in celum os suum / et lingua eorum transiuit in terra. Tertio autē quia rana sua crocitatione turbat prope habitātes: ita ꝛ detractores suis oblocutionibus multos

multos turbãt: et diuisiões generãt: etiam interdum inter amicos et paretes: atque inter virum et vxorẽ. Eccli. xxviij. Vir peccator turbabit amicos: et in medio pacem habentiũ immittit inimicitiam. Et post pauca: Susurro et biliguis maledict⁹: multos enim turbauit pacẽ habentes. Lingua tertia multos commouit: et dispersit illos de gente in gentem. Quarto insuper: quia rana ad modicũ sonitũ vel aque impulsum tacet: et descendit in profundũ aque vt se abscondat: sic et detractores reprehẽsi: et signanter a bonis et egregijs viris: statim imponunt silentium ori suo: atque pre cõfusione de medio iustorum: qui inuite audiunt sinistre loqui de absentibus: recedũt. Quinto: quia rana vilibus pascitur in luto iacens: sic detractores delectantur et pascuntur defectibus aliorũ quos libẽter audiunt referri. Prouerb. ij. Exultant in rebus pessimis. Et ecõtra: inuite et cũ dolore audiunt bona referri de alijs. Ps. Omnem escã abominata est anima eorum. Sexto: quia rana garrulosa est: ita et detractores garrulosi sunt: nunc loquendo de vno: nunc de alio: ita vt lingua eorum nõ habeat pacẽ nisi quando dormiunt: aut vbi soli sunt. Propterea Jaco. iij. lingua talium vocatur inquietum malum: plena veneno mortifero. Ecce quã bene detractores cõparantur ranis Egypti. ¶ Moralit' et sexto: Rane garrulose: et q̃ sine ordine clamãt: sed quãdoque plures simul aut oẽs: specialiter designant mulieres: q̃ naturaliter sunt garrulose: et frequẽter sine deliberatione: sed prout venit eis in os loquentes. In hoc autẽ excedunt viros: quod in sua garrulatione mutuo se intelligũt: et prosequũtur suos sermones: siue ad ppositum: siue extra ppositum. Est igitur tam connaturale illis multũ loqui: sicut nere aut flere.

¶ Moraliter et septimo: iuxta illud: Congregauerunt ranas in immẽsos aggeres: et computruit terra: notandũ quod per multitudinẽ ranarũ mortuarũ: ex quibus computruit terra: designat' immensa et infinita multitudo peccatorũ: qui sunt super terrã: ita vt videamur rediisse ad illa infelicissima tẽpora: de quibus dicitur Gen. vj. Corrupta est terra coram domino: et repleta est iniq̃tate. Et Joel. j. Cõputruerunt iumenta in stercore suo.

¶ Moraliter et octauo: iuxta illud verbum: cras: notãdum quod per Pharaonẽ percussum multitudine ranarum: quo non obstante non statim petiuit liberari a predicta plaga: q̃uis in optione sua Moyses tẽpus posuisset: dicens: Constitue mihi quando deprecer pro te &c. designantur multi peccatores: q̃ q̃uis affligantur multitudine ranarum: id est: peccatorũ atque conscientie scrupulorũ: habeãt etiam copiã Moysi serui dei: id est: boni et discreti confessoris: se offerẽtis ad deponendũ predictam plagam: per audiẽtiam confessionis eorundẽ: nihilominus negligunt confiteri tempore opportuno: sed dicũt cum

cum Pharaone et cozuo/ crae. Sed profecto/ vt dicit poeta/ qui hodie non est/ cras minus aptus erit. Item. j. Macchab. ij. Peccator hodie extollitur/ et cras nõ inuenietur. Et Matt. vj. Fenũ agri qđ hodie est/ cras in clibanum mittetur. Hinc etiã Eccles. v. dicitur: Non tardes cõuerti ad dominũ/ et ne differas de die in diem. Subito enĩ veniet ira eius etc. Et Matthei xxiiij. Estote parati: quia nescitis diem neq horam.

¶ Moraliter et nono/ Pharao qui rogauit Moysen vt amoueretur plaga ranarum a populo suo/ tanquam illi misertus/ suo exẽplo instruit prelatos ecclesie/ vt vbi vident subditos suos in aduersitate temporali/ corporali/ siue spirituali cõstitutos/ debent pro eis rogare dominum vt illis propicietur. Ad hoc enim tenẽtur ratione decimarum et oblationũ/ quas ab ipsis recipiunt. Hinc Joel. ij. dicitur: Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri domini/ et dicẽt: Parce domine/ parce populo tuo. Sed prohdolor multi prelati et curati se ostendunt deteriores cõditiõis quam olim fuerit Pharao: quia nõ orant pro populo suo: quinimmo videntur filios suos ignorare/ sicut de struthiõe dicitur Job. xxxix. quod induratur ad filios suos/ quasi non sint sui. Surget ergo Pharao in iudicio cum generatione ista malorum prelatorum/ et condemnabit eam/ comparatione scilicet minoris mali: quia rogauit Moysen et Aaron/ vt deprecarentur dominum pro amouendis ranis de medio populi sui. Multi autem predictorum/ nec per se/ nec forsan per interpositam personã orant pro populo suo/ sicut patet de multis locis ecclesiasticis in quibus cẽsus sunt boni: et tamen vix ibi soluitur missa die dominico et festo.

¶ Moraliter et decimo/ Rabanus istam secũdam plagam ranarum applicat ad transgressionem secundi precepti decalogi/ quo dicitur: Nõ accipies nomen domini dei tui invanũ: quod obseruãt veritatis amatores. Contra quod faciunt rane vanitatis fabulatores. Nomen siquidem dei/ veritas est. Ipse nempe ait Joã. xiiij. Ego sum via/ veritas/ et vita. Qui igitur loquitur veritatem/ de deo loqtur. Qui vero loquitur mendacium/ de suo loquitur. Veritatem loqui/ est rationabiliter loqui. Vanitatẽ autẽ loqui/ est turpe loqui. hec Raba.

¶ Allegorice et pmo/ Rane secundum Origen. sunt carmina poetarum/ loquacitatẽ tumentia/ que scenicas meretriculas merito appellare possumus. Que quidẽ rane olim cooperuerunt fermie totam terrã: sed per gratiam dei mediantibus Moyse et Aaron cessauerũt: quia adueniente veritate sacre scripture/ cessauit vanitas poetice artis/ in qua nõ sunt nisi fabule: et dedicauerũt se homines studio vtiliori et honestiori/ scilicet sacrarum literarum. Quod quidem studium docet bene viuere/ fugere vitia/ et amplecti virtutes.

¶ Allegorice et secundo/ Rex Pharao inobediens et rebellis deo/

deo/ quem ipse deus ita percus sit multitudine ranarum/ designat primum parentē/ qui fuit rex vniuerse terre / et omnium que in ea sunt/ a deo immediate constitutus: quando dixit illi et vxori sue illud Gen. j. Crescite et multiplicamini/ et replete terrā/ et subijcite eam: et dominamini piscibus maris/ et volatilibus celi/ et vniuersis animantibus que mouentur super terram. Hic autē rex tanq̄ ingratus/ et nō bene recognoscēs q̄ teneret regnum suum in feudum a deo: fuit illi inobediēs/ et transgressor manifestus precepti sui/ ne ederet de ligno vetito. Propter quod percussus est ab ipso deo cum tota posteritate sua multitudine ranarū/ que operuerunt totam terram corporis humani: que sunt / sitis/ fames/ calor/ frig⁹/ egritudo/ mors. Preter etiam ea que extrinsecus sunt/ et que molestant varijs modis hominem: vt sunt ignis/ bestie/ et bestiole etiam minime/ et que vix videri possunt/ bene tamen sentiūtur etiam vsq̄ ad parasaragaramū q̄ pungere solet manus. Et hec usq; quousq̄ plene recognouerit reatum suum/ et perfecte humiliat⁹ fuerit/ et deuote deprecatus fuerit electos dei/ dicens: Orate dominum/ vt auferat istas ranas a me/ non plene liberabitur/ sed velit/ nolit/ ab eis patiet vsq̄ ad mortē. Tūc autem cessabunt huiusmodi rane / cum crocitationibus suis. Quinimmo nouissime destruet inimica mors: vt dr. j. Cori. xv.

¶ Allegorice et tertio/ Moyses et Aaron qui venerūt cōtra Pharaonem/ oppugnantem populum dei/ designāt Moysen et Heliam/ qui de voluntate domini venient circa iudicij diem contra Antichristum/ et seruos illius: qui tunc seducet multos per falsa signa. Nam quēadmodum malefici Pharaonis p incantationes suas fecerūt similiter sicut Moyses et Aarō: ita et ipse Antichristus per incātationes suas finget vera signa/ et opera similia sicut et Christ⁹ operat⁹ est: vt credatur esse verus Messias/ in lege pmissus. Nam vt dicit Apost. ij. Thess. ij. Extolletur supra omne quod dicitur de⁹ / aut quod colitur: ita vt in tēplo dei sedeat/ ostendens se tanq̄ sit deus/ quē tamen tandem dn̄s Jesus interficiet spiritu oris sui. Cuius aduentus erit secundū operationem satane: in omni virtute/ et signis / et prodigijs mēdacib⁹/ et in omni seductione iniq̄tatis his qui pereunt. Hec Apost.

¶ Allegorice et quarto/ Rane que sua crocitationib⁹ potius tediū q̄ delectationē in auribus populi afferunt/ designant plerosq̄ ecclesiasticos q̄ in soluendo diuinū officium vidētur potius crocitare/ q̄ domino iubilare: tum propter nimiā precipitationē: tum pter vocis indecentiam. Cum tamē in Clement. de celeb. missa. c. graui. mādet summus pontifex in virtute spiritus sancti et sancte obediētie/ vt diuinum officiū tam diurnum q̄ nocturnum/ quantum ipsis ecclesiasticis de⁹ dederit/ studiose celebrent/ pariter et deuote. Hec ibi.

¶ Anagogice/ rane fuerūt mali an-

li angeli. Rane enim sunt viles & abominabiles/ vocem tediosam habētes/ & super pect⁹ suū gradiētes. Sic et demones q̄uis natura et creatiōe pulchri: nihilominus iniq̄tate sunt turpes & abominabiles/ vocem tediosam corā deo habētes: quia nō est speciosa laus in ore peccatoris: vt habet Eccli. xv. In cuius etiam signum demon loquens per os obsessi/ cū raucositate loquitur. Denique hmōi rane super pectus suum gradiuntur/ semp tendēdo deorsum/ et nunq̄ sursum. Hinc serpenti in persona diaboli dictū est Gen. iij. Sup pectus tuū gradieris. In primo autem instanti creationis angelice / illi angeli q̄s nunc dicimus ranas/ erāt pulchre creature/ nedum per naturam/ verũetiam per superadditam gratiā: quia dei perfecta sunt opera. Unde de Lucifero dicit Ezech. xxxj. q̄ speciosiorem fecit illum deus. Sed ipsis peccātibus comparati sunt vilissimis creaturis/ et signanter ranis/ vt dictū est. Que quidē rane hodie penetrant loca tutissima/ etiam domos regias et cubilia eorum: adeo q̄ null⁹ locus manet clausus ante eas. Et breuiter tanta est multitudo huiusmodi ranarū in mūdo isto/ q̄ videntur cooperuisse eū totaliter. Sed quale nobis remedium qui cum eis sumus in eodem mundo? Profecto debemus (conformiter ad Pharaonem) rogare sanctos vt deprecētur dominū pro nobis/ vt dignetur auferre a nobis ranas istas / ne nimium nos molestēt suis illusionibus & tentationibus/ sed seorsum segregētur in infernū/ qui est propria habitatio eorū descendēdo. Iamiam eni descenderunt de celo/ sicut & rane quādoq̄ vise sunt cecidisse cū pluuia de aere i terrā. Hoc autem fuit quādo capitaneo eorum Lucifero/ dicēti illud Esa. xiiij. In celum conscēdam/ supra astra dei exaltabo soliū meū: sedebo in monte testamenti/ in laterib⁹ Aquilonis/ ascendā super altitudinem nubium/ similis ero altissimo: responsum est diuinit⁹ id q̄d sequitur: Uerūtamē ad infernū detraheris/ in profundū laci. Nec deinceps vnde semel cecidit hec rana vilissima/ illuc potuit reascendere.

C Secunda clausula.



Uidens autē Pharao q̄ data eēt requies/ ingrauauit cor suū: & nō audiuit eos/ sicut p̄ceperat dn̄s. Dixitq̄ dn̄s ad Moysen: Loquere ad Aaron/ Extēde virgā tuā/ & p̄cute puluerē terre: et sint ciniphes in vniuersa terra Egypti. Fecerūtq̄ ita. Et extēdit Aarō manū virgā tenēs: pcussitq̄ puluerē terre/ & facti sunt ciniphes in hoībus & iumētis. Oīnis puluis terre versus est in ciniphes per totā terrā Egypti. Fecerūtq̄ similiter malefici incātationib⁹ suis/ vt educerent ciniphes/ & nō potuerūt. Erātq̄ ciniphes tā in hoīb⁹/ q̄ in iumētis. Et dixerunt malefici ad Pharaonē: Digitus dei est hic. Induratūq̄ est cor Pharaonis: & non audiuit eos/ sicut precepe rat dominus.

Histo-

¶ Hystorialiter. Postquam in precedenti clausula locutus est egregius dei famulus Moyses/ de secunda plaga: qua flagellauit dominus Pharaonem cum vniuerso populo suo/ que fuit ranarum tam ingens multiplicatio/ vt cooperirent faciē terre Egypti: hic consequenter loquitur de tertia plaga: que fuit immissio cinifium. Et vt dicit Petrus de Pal. predictum nomen cyniphes potest scribi in prima syllaba per y grecum/ vel per i latinum: et in tertia per ph/ vel per f: vtpote in hac forma tyniphes: vel cinifes/ cinifis et in genitiuo plurali cinifū. Refert ergo legislator noster Moyses/ quod cum vidisset Pharao quod data esset illi et populo suo requies/ quo ad precedentē plagam/ eo quod mortue essent omnes ille rane que prius opiebāt terrā Egypti: ingrauauit cor suum/ et non audiuit Moysen et Aaron/ scilicet obediēdo: sicut preceperat dominus/ cū tamen ad hoc multum teneretur: non solum quia ita preceperat dominus/ verum etiā ex obligatiōe precedenti: quia scilicet ad eorum petitionem dominus purgauerat eum/ et totum regnum suum ab infestatione ranarum: tum etiā ratione promissi. Sic enim promiserat/ dicēs eis: Orate dominū/ vt auferat ranas a me/ et a populo meo: et dimittā populum vt sacrificet domino. Omne autem promissum licitū/ de iure debet impleri/ si sit possibile. Quia ergo eos audire noluit/ dimittendo populum Hebreorum in pace: ideo dominus addidit nouam plagā: de qua loquens Moysi/ dixit ei: Loquere ad Aaron/ Extende virgam tuam/ et percute puluerem terre/ et sint cinifes i. vniuersa terra Egypti. Quid autem sint cinifes/ dicetur in solutione ad quartum dubium. Hec aūt plaga fuit cōmunis hominibus et brutis. Hominibus quidē propter se/ brutis autē propter homines. Hac igitur plaga Egyptij cōuenienter puniti sunt/ secundū dominū Pet. de Pal. quia inuidentes filijs Israel super eorū multiplicatione/ ipsos sicut puluerem terre conculcabant. Unde Amos. ij. Conterūt super puluerem terre capita pauperum.

¶ Postquam igitur ostensa est potentia Moysi et Aaron seruorum dei in productione cinifium/ consequenter ostenditur impotentia maleficorum Pharaonis/ qui fecerunt similiter: glo. interli. i. conati sunt facere incantationibus suis. i. inuocationibus demonū/ extendendo manus suas et virgas/ et percutiendo puluerem terre/ sicut facere viderāt Aaron/ vt educerent cinifes: et nō potuerunt. Cur aūt non potuerunt/ dicetur in solutione ad quintum dubium. Uidētes ergo quod non possent suis incantationibus producere cinifes/ dixerūt: Digitus dei est hic. i. virtus diuina nos impediēs. Uel spiritus domini dei: vt dicit Petrus Comestor. Tunc ergo coacti sunt recognoscere diuinam virtutem: vel digitus dei est hic: interli. i. operatio spiritussancti/ qui facit diuisiones gratiarū. Hunc tamen intellectū nō habuerunt

buerūt magi Pharaonis. His igitur non obstātib⁹ cor Pharaonis nō est emollitum/sicut merito debuisset: quinimmo magis ac magis induratum: in quo apparuit maxima eius obstinatio. Si enim nolebat credere Moysi ꝛ Aaron seruis dei/saltim debuit credere maleficis suis/ confitentibus dei presentiam eos impedientis ne cinifes (q̄ paruule musce erāt) producere possent. Per hoc igiẗ sufficientissime ostensum est predn̄ium omnipotentie dei super totam artem magicā/ ꝛ sup totum op⁹ nature. Propter quod predicti malefici compulsi sunt fateri veritatem/ꝛ dicere/digit⁹ dei est hic. Bene ergo ad propositū loquitur Salom̄ Eccl'e. vij. dicens: Considera opera dei/ ꝙ nemo possit corrigere/quem ille despexerit.

¶ Circa autem hanc clausulā mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubium mouetur/ propter illd̄ verbū: Ingrauauit cor suū/supple Pharao. Queriẗ ḡ vtrū cor Pharaonis fuerit ingrauatū/ quia incantatores Egyptiorū similia fecerunt sicut Moyses ꝛ Aaron. Ad hoc respondet Augustinus in q̄stionib⁹ super Exodū.q.xxiiij. ꝙ nō: hoc aūt probat manifeste/qꝛ ipsis deficientibus/ꝛ signū facere nō valentib⁹/ vt hic dicitur/nō ꝓpterea emollitū est cor illius. Unde dicit sic Augustinus: Uidit Pharao ꝙ facta est refrigeratio/ꝛ ingrauatū est cor ei⁹/ et nō exaudiuit eos/sicut dixerat dn̄s. Hic apparet nō illos tātū fuisse causas obdurationis cordis Pharaonis/ ꝙ icātatores ei⁹ similia faciebāt: verū etiā ipsam dei potentiā/qua parcebat patiētia dei/ secundū corda hoim q̄busdā vtilis ad penitendū: quibusdā inutilis ad resistendū deo/ꝛ in malo perseuerandū. Nō tamen per se ipsa inutilis est/ sed secundum cor malū: sicut Apo. Ro.ij. dicit: Ignoras quia patiētia dei ad penitentiam te adducit? secūm autē duritiā cordis tui/ꝛ impenitēs cor/ thesaurizas tibi irā in diē ire et reuelationis iusti iudicij dei: qui reddet ꝛc̄.

¶ Secundū dubiū/ Cur huic plage de cinifibus non p̄mittiẗ ex parte dn̄i comminatio/sicut in duabus precedentibus. Dicendum/ꝙ ratio hec fuit: quia Pharao sic induratus dignus erat percussione absq; p̄cedenti cōminatione. Et ideo statim ponitur huius plage inflictio/ cum dicitur ad Aaron ex parte dn̄i/Extende virgā ꝛc̄. Pri⁹ enim fuerat dn̄s comminatione precula vsus/ pro qua tamen nihil fecerat Pharao; propter quod hic non premittitur noua comminatio.

¶ Tertium dubiū/ Quod fuit mai⁹ signū: presens scilicet/vel precedens? Uidetur ꝙ precedens: quia rane erant maioris quātitatis q̄ cinifes. Insuper ꝛ maioris multitudinis: qꝛ cooperiebant vniuersam terrā Egypti/ etiā intrando vsq; ad lectū. Hoc aūt de cinifibus nō legitur. Igitur ꝛc̄. Dicendū/ꝙ in impositione harū plagarū dn̄s semꝑ ꝓcessit de min⁹ graui ad grauiorē: vt dictū est in

precedēti clausula. Hec igitur plaga fuit grauior precedentiu qz vbiqz locoꝝ ꝛ cōtinue affligebat tā Egyptios ꝙ iumenta eoꝝ / siue in domo / siue extra domū essent. Nō sic aūt de ranis: insup cyniphes iste / ꝙuis minime essent / ita vt vix videri possēt (vt postea dicetur) mirabiliter tñ pūgebāt. Non sic aūt de ranis legit᷑: Deniqꝫ mai⁹ fuit argumentū ex parte diuine potentie / ꝙ ex puluere sicco generarent᷑ cyniphes / ꝙ ꝙ ex humido fuerit genit⁹ sanguis: ꝛ similiter rane: cū cōmuniter facilius humidū cōuertatur ꝙ aridū / ꝛ hoc cet'is pib⁹.

¶ Quartū dubiū: Quales bestiole sūt cinifes / vel cyniphes secūdū alios. Petrus Comest. in historia scholastica dicit / ꝙ sunt musce adeo subtiles / vt visum nisi acute cernētis effugiant / ꝛ corpus cui insident acerbissimo pungunt stimulo. Secundū aūt Isido. libro. xij. Etimo. cyniphes sunt musce minutissime / aculeis permoleste. Uñ cyniphes dr a cyneos qđ est canis / qz ad modū canis mordet. Et qz dr a cyneos / qđ est canis / vt dictum est / debet scribi prima syllaba per c / vt dicit de Pal. ꝗ preter alias scientias fuit etiā maximus grāmaticus. Josephus autē dicit / ꝙ cyniphes sunt pediculi / qͥ in tāta multitudine tunc creuerunt sup Egyptios ꝛ bestias eoꝝ / ꝙ nullo medicamine neqꝫ lauacro poterant exterminari: adeo ꝙ inde multi male cōsumebant᷑. Addit etiam dictus Josephus / ꝙ ex interioribus ebulliebant huiusmodi pediculi. Huic quasi simile legitur Actuū. xij. de Herode / qui cōsumptus a vermib⁹ expirauit. Percussus enim fuerat ab angelo domini / eo ꝙ nō dedisset honorem deo: sed statuto die vestitus veste regia sedit pro tribunali / ꝛ concionabatur ad populum. Populus autem acclamabat: dei voces / ꝛ non hominis. Hec ibi.

¶ Quintū dubiū: Quare magi Pharaonis nō potuerūt educere cyniphes / sicut ꝛ alia precedentia signa. Ad hoc dicit Andreas / ꝓut allegat de Pal. ꝙ Pharao in precedēti plaga confessus fuerat dñm / dicēs ad Moysen ꝛ Aaron: Orate dñm pro me: quē ante se scire negauerat / ideo noluit eū dñs ludificari a magis. Itē hoc factum est / vt plenius conuinceret᷑ magorum prestigia fore delusiua ꝛ falsa. Si eñ nullum fecissent signū / finxissēt se forte noluisse facere / aut aliquā aliā causam finxissent nō faciendi. Ut autē refert de Lyra / fabulāt᷑ Judei ꝙ demones (quoꝝ virtute vtūtur magi) non habēt potestatē sup aliquod corpus qđ est minus grano ordei. Et qz (vt diximus) predicte cyniphes erāt minutissima animalia / qͥ etiam vix poterant videri: ideo super ea nihil facere potuerūt predicti magi cū suis incantationibus. Sed hec positio stare non potest / nec habet aliquā apparentiā veritatis: quia qͥ potest id quod mai⁹ est / potest id qđ minus / ꝛ presertim quādo illa sunt eiusdem ordinis: sicut qui potest deuincere fortem / potest deuincere debilē: sed nō ecōuerso.

uerso. Causa ergo huiꝰ fuit: q̄ demões nihil possunt nisi quã-tum p̄mittit deꝰ/ cum potestas eoꝝ subiecta sit diuine potestati. Rationabiliter ergo fuerunt predicti magi adeo impediti: vt qui Moysi resistebant/ essent magis confusi in hoc ꝙ rem minimam facere non poterant. Unde et dixerunt: Digitus dei est hic.

¶ Sextum dubium/ Quid voluerunt innuere magi Pharaonis per illa verba/ Digitus dei est hic. Dicendum conformiter ad Augustin. questione. xxvj. super Exodū/ ꝙ videntes ꝙ nõ potuerunt educere cyniphes/ senserunt cum artium suarum nephariarū multitudine ⁊ virtute Moysen esse potentiorē/ suosq̧ conatus per ipsum fuisse frustratos: ita vt nõ possent eo presente educere cyniphes/ sed digito dei qui vtriq̧ operabatur per Moysen. Digitꝰ autem dei/ sicut euangelium manifestissime loquit/ spiritū sanctum designat. Nam quod vnꝰ euangelista/ narrans verba domini dixit: Ego in digito dei eiicio demonia/ alius euangelista idipsum narrans/ exponere voluit quid sit digitus dei/ et ait: Si ego in spiritu dei eiicio demonia. Sed quamuis magi faterentur potentiam dei esse in Moyse: per quam superabantur/ ⁊ eorum maleficia frustrabantur/ tamen induratum est cor Pharaonis/ etiam mira bili duritia.

¶ Septimum dubium. Cur in ista tertia plaga magi defecerunt/ potius q̄ in prima aut secunda? Poterant enim deficere in conuersione aquarum in sanguinem: ⁊ similiter in eductione ranarū. Cur ergo potiꝰ defecerūt in hoc tertio signo/ q̄ in duobꝰ precedētibꝰ. Quis enim dementissimꝰ dixerit/ inq̄t August. digitum dei in hoc signo potuisse conatus magoꝝ impedire: ⁊ in superioribus nõ potuisse? Quo ergo certa causa est quare illa facere hucusq̧ permissi sunt? Cõmendatur forte in hoc trinitatis mysteriū. Et quod verum est/ summi philosophi gentiū (quantū in eoꝝ literis indagatur) sine spū sctõ philosophati sunt: q̄uis de pr̄e ⁊ filio nõ tacuerit/ qđ etiã Didymꝰ i libro suo meminit/ quē scõsit de spūsancto. hec Augu.

¶ Octauū dubiū. Ex quo magi Pharaõis defecerūt in tertio signo/ vt hic dr: mirū est ꝙ non sunt cõuersi ad deum Hebreorum/ quem colebãt Moyses ⁊ Aarõ? Non enim legitur ꝙ postea attentauerint facere aliquod signū/ sicut prius: sed tantum legitur in sequenti capitulo de ipsis/ ꝙ non poterãt stare coram Moyse/ propter vlcera que in eis erãt/ et in omni terra Egypti. Ad hoc dicūt aliqui/ ꝙ non obstante predicto impedimento circa tertij signi operationem/ non mirum si nõ cessauerunt a malitia sua/ et si non sunt cõuersi ad iudaismū/ ⁊ effecti discipli Moysi ⁊ Aaron: quia non sunt cõfessi simpliciter virtutem diuinam/ dicentes: Digitus dei est hic/ sed virtutem alicuius virtutis superioris/ impedientis per artem magicam operationē virtutis inferioris. Et ad hoc

dant exemplum de Phariseis: qui imponebant Christo expulsionem demonum per principem suum: dicentes: In Beelzebub principe demoniorũ eijcit demonia Luce.xj. Et ita nõ cõfitebant Moysen dei omnipotentis et veri seruũ: sed verũ magũ. Et vt dicunt de Lyra: et de Pal. scdm processum textus videt ad hoc tendere intẽtio ipsorum et Pharaonis: ꝙ crederetur Moyses facere artibus magicis signa que faciebat. Quod si aliquibus non placet iste modus dicendi: per quem patet breuis solutio ad questiõ: tũc aliter respondendũ est: ꝙ non obstante ꝙ dicti magi confessi sint veram diuinitatẽ eos prohibẽtem ab operatiõe tertij signi: dicentes: Digitus dei est hic: adhuc possumus assignare aliam rationem: propter quã non sunt conuersi ad Judaismũ. s. indurationem suam et reprobationem: quia vt dicitur Eccl's. vij. Nemo potest corrigere quem deus despexerit. Et Apost. Ro. ix. Nõ est volentis neqꝫ currentis: sed miserentis est dei: q(vt ibidem subdit) cuius vult miseretur: et quem vult indurat. Non mirum ergo si dicti magi nõ sunt conuersi ad Judaismũ. Nã sepe Judei viderunt Christum miracula facientem: talia etiam qualia nemo vnqꝫ fecerat: nec tamen propterea conuersi sunt ad eũ: paucis admodũ exceptis. Uel dic ꝙ forsan non sunt conuersi ad Judaismũ: eo ꝙ timuerũt perdere grãm Pharaonis.

¶ Nonũ dubium mouetur propter illud verbũ: qd habetur: historia scholastica: videlicet ꝙ hec tria signa prius posita facta sunt per manũ Aaron. Que vero sequunt: vt a dño tantũ: quedã vero per Moysen. Queritur ergo cur non omnia et singula facta sunt per manũ Aaron. Dicendum: ꝙ principalis causa fuit volũtas diuina: cuius non possumus assignare causam ex parte sua: nisi seipsam. Ex parte aũt nostra possumus assignare hanc rationem. Noluit enim dominus in omnibus signis honorare Aarõ: ne forsan inde superbiret: et se fratri suo in corde suo preferret. Sicut forsan hac de causa nõ dat vni homini omnes gratias gratis datas: sed vni aliquas: et alijs alias: vt quilibet in se humiliet dũ considerat defectũ suũ: atqꝫ proximũ honoret: dũ videt eũ habere gratiã quam non habet.

¶ Decimum dubiũ mouetur propter illud vbũ vltimũ: Induratũ est cor Pharaonis etc. Querit ergo cur tam sepe repetitur predictũ verbum. Responsio: ideo repetitur frequẽter: quia frequenter videt cor suũ emollitũ fuisse. s. cum fiebat dura et irremediabilia flagella: que nõ nisi a deo remediari poterant: quis nunqꝫ forsan plene emollitum fuerit. Item predictũ verbum ideo sepe repetit: vt ostendatur ꝙ cor durũ potest magis ac magis indurari p adhesionem ad malum. Pro quo notandum: ꝙ induratio humani cordis duo importat. Unũ est firma adhesio ad peccatum: et istud potest magis: ac magis augeri: Nec istud

istud est a deo nisi pmissiue/eo modo quo dicimus peccatum esse a deo. Aliud est desertio gre dei: et istud est a deo effectiue/ab homine autem demeritorie. Nam homine peccate/iuste de9 aufert ab eo gratiam suā gratum facientem. Nō aūt totaliter grām gratis datam/ et hoc pro isto statu: sed aufert eā ab aliquibus plus/ab aliquibus minus/secundū beneplacitum suū. Et secundū hoc cor induratum potest adhuc plus indurari. Non mirum ergo si de Pharaone dicatur frequenter/ꝙ induratum est cor eius.

¶ Moraliter et primo/multi sunt similes Pharaoni in hoc ꝙ sicut ille igrauauit cor suū/cū data esset illi requies a domino super flagellis priorib9/sic et multi tēpore pacis et prosperitatis sunt deteriores: cū tamen deberent esse meliores. Unde Esaie. xxxviij. legit de rege Ezechia/ꝙ cum premisisset loquens ad dominum/ et dixisset: Corripies me/et viuifica bis me.i.tua disciplina et correctio erit mea iustificatio.i.erit causa illius: mox per contrariū subiūxit de statu prosperitatis et pacis/dicens: Ecce i pace amaritudo mea amarissima. Hinc est ꝙ homines tempore aduersitatis sunt deuotiores ꝗ̄ tempore prosperitatis: et tempore infirmitatis/ꝗ̄ sanitatis. In cuius rei signum Pharao in aduersitate constitutus rogauit Moysen et Aaron dicens: Orate dominū p me:q̄ tamen postea noluit eos dimittere: cum scilicet cessassent flagella deiita et multi in infirmitate aut alia aduersitate constituti/implorant suffragia sanctorū qui sunt in celos et preces iustorū qui sunt i terra. Insup multa tunc promittunt/ et vota faciunt. Sed occurrente prosperitate sepe talia negligūt: quinimo quādoꝗ̄ deteriores fiūt. Et ideo valde timere debent/ne tandem descēdant in infernū cum indurato et vanipromissore rege Pharaone: quia melius est nō vouere/ꝗ̄ post votum promissa nō reddere: vt dicitur Eccle. quinto.

¶ Moraliter et secūdo/et conformiter ad de Pal. per Aarō qui extendit manum suā/in ꝗ̄ tenebat virgam/vt percuteret terram/designatur ꝙ qui vult aliū reprehendere aut punire/si fuerit iudex illius: debet primo extendere manū suā ad bona opa/ne dicatur ei illō Gen. xxvij. Uox ꝗdē/ vox Jacob ē: sed manus/ manus sunt Esau. Nam vt ait poeta: Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Et ideo premittit in pcedēti metro/dicens: Que culpare soles/ea tu ne feceris ipe. Hinc Chrysost. sup Matt. Uideant homines magna te facientem/ et parua mandantē. Sed profecto multi prelati et predicatores sunt similes aceruis lapidū/qui ostendūt viam transeuntibus quā tenere debēt/qui tamē de locis suis nō mouetur. Itē crucibus viarū/ quibus brachia et manus lignee affixe sunt/ quasi ostendentes viā transeūtibus/ sicut et predicti aceruì lapidum/nec

tamē mouentur de locis suis. Item sunt similes fabricatoribus arche Noe: quorū medio octo persone saluate sunt/ ipsis diluuio pereuntib⁹. Applicatio est facilis: Et breuiter hoc verbositatem et operandi negligentiā reprehendens Christus Matthei.xxiij. dicit ꝙ dicunt/ et non faciunt.

¶ Moraliter et tertio: p cyniphes que de puluere terre ꝓdierunt in tanta quantitate/ ꝙ totā terram Egypti repleuerunt/ atqꝫ populū mirabiliter vexauerūt/ designātur milites atqꝫ officiarij publici/ qui plerūqꝫ suscitant de puluere / et de stercore/ vt sedeāt cū principibus/ et tunc sunt valde molesti populo multipliciter eum grauātes. De hoc habet notissima historia de Aman/ in domo regis Assueri. Hester p totum. Tales aūt cyniphes non solum populares affligūt / verū etiā ferme omne genus hominū: regē.s. et populū.i. maiores et minores indebite molestātes. Sed sicut cyniphes nō diu regnauerūt sup terrā Egypti/ quia ad petitionem Moysi et Aaron cessauerūt / vna cum alio genere grossarū muscarū/ vt dicetur in sequēti clausula. Ita et tales officiarij/ siue ꝓcuratores et milites crudeles pauperibus et infesti: cito pereunt/ et cōfusibiliter corruunt / sicut patuit in predicto Amā. Hoc etiam euenire indies videm⁹. Et tunc potest dici illud Boetij de cōsol. lib.j. Metr.j. Qui cecidit / stabili non erat ille gradu.

¶ Moraliter et quarto/ p cyniphes (que ꝓpter sui subtilitatem vix videri possunt: cū tamē acriter pungāt) significantur detractores/ qui vix possūt cognosci/ eo ꝙ in presentia dulciter vngunt / et in absentia grauiter pungūt. Per huiusmodi ergo cyniphes affligitur Egyptus.i. mundus / quia prouocant iras/ rixas/ bella/ et similia. Unde Eccli. xxviij. Susurro et bilinguis maledict⁹: multos enim turbauit pacem habentes.

¶ Moraliter et quinto / p cyniphes minutissimas/ et tamen valde pungentes/ intelligūtur peccata spiritualia / que ꝗuis non videant humanis oculis/ valde tamen grauiter pungūt et vulnerant: adeo ꝙ dicunt eē maioris culpe ꝙ̄ carnalia: qḋ intelligendum est ceteris paribus/ ꝗuis carnalia sint maioris īfamie. Huiusmodi ergo cyniphes infestant oēm populū Egypti.i. omnes habitantes ī hac valle miserie: tā magnos/ ꝙ̄ paruos: tā nobiles ꝙ̄ ignobiles: tā reges ꝙ̄ subditos. Da exemplum de superbia/ auaritia/ ira/ inuidia. Nota etiā q̄ꝺ dicte cyniphes nō solum inuadunt homines: verum etiam et demones saltim de multis. Secus autem de peccatis carnalibus / quibus non implicātur ratione incapacitatis.

¶ Moraliter et sexto / per cyniphes minutissimas possūt intelligi peccata venialia / que valde parua sūt respectu mortalium: adeo ꝙ aliquando vix discerni possunt / nisi forsan a viris spiritualibus qui habent oculos interiores ceteris perspi-

perspicaciores. Sed quāuis hu=
iusmodi cinifes minute sint/
multum tamen infestant homi
nes/tam reges q̄ȝ subditos: a=
deo vt qui vult se defēdere ab
vna/mordeatur ex altera par=
te ab alia: sicut infestare solēt
musce equos tempore estiuo
ex omni parte. Morsus autem
talium cinificum vel cinifium/
secundum alios/ quāuis non sit
letalis/ est tamen multum peri
culosus: eo ꝙ disponit ad leta
lem morbū.i.ad mortale pec=
catum/ secūdum tamen magis
ꝛ minus. Et ad hoc dātur mul
te similitudines ab August. i
pluribus passibus. Prima est/
de guttis aque/ quam ponit
Homel.xlij. dicēs/ ꝙ de minu=
tis guttis aque flumina implē
tur/ꝛ per angustas rimulas in=
sudat aqua. Secundo est de na
ui/ quam ponit ibidem/ dicēs:
Nauis impletur sentina: ꝛ si cō
temnitur sentina/ mergitur na
uis. Tertia est de paruis besti=
js/ quam ponit libro de decem
chordis/ ita dicēs: Noli venia=
lia contēnere/ q̄ꝛ minora sunt:
sed time quia plura sunt. Non
est bestia quasi leo/ vt vno mor
su guttur frāgat: sed bestie ple
runq̄ȝ minute multe necant.
Quarta est de pulicibus/ quā
ponit ibidem consequēter/ di=
cens/ Si projciatur quisq̄ȝ i lo
cum pulicibus plenū: nunquid
nō moritur ibi? Non sunt qui=
dem maiores/ sed infirma est
natura humana/ que etiam mi
nutissimis bestijs interimi po
test. Quinta est de arena/ quā
ponit super Joan. tractatu. xij.
ita dicens: Minute sunt arene:
ꝛ tamen si multa arena impo=
natur intra nauem/ premit at=
que opprimit. Hinc scriptū est
Eccli. xix. Qui spnit modica/
paulatim decidet. Sexta est
de scissura in veste/ et de plaga
in corpore/ que duo ponit idē
Augustinus simul dominica
secūda post trinit. ser. iij. ita di
cens: Tu qui dicis/ quia venia
le peccatū paruū est: velim sci=
re quotiens tale peccatū ad=
mittis: si tot paruulas plagas
in corpore tuo/ et tot maculas
ꝛ scissuras in veste tua fieri ve=
lis. Cum ergo neq̄ȝ in corpore
tuo plagas/ neq̄ȝ in veste tua
scissuras vel maculas fieri ac=
quiescis/ qua conscientia hoc
fieri in aīa tua non metuis?
Quicunq̄ȝ ergo sic facit/ plus
amat vestem et carnem suā q̄ȝ
animam. Hec Augustinus. Pa
tet ergo/ ꝙ debemus diligen=
ter resistere predictis cynipho
bus.i. peccatis venialibꝰ nos
infestantibus/ ne consequen=
ter nos pertrahant ad mor=
talia.

¶ Moraliter et septimo/ per
magos Pharaonis/ qui defe=
cerunt in tertio signo/ quia nō
potuerunt educere cynipes
(quanquam essent minime be=
stiole) designantur plerīq̄ȝ pec
catores/ qui satis facile de=
flent peccata sua. Ecce primū
signum penitentie. et similiter
integre confitentur: Ecce se=
cundum signum penitentie.
Sed plerīq̄ȝ deficiunt in ter=
tio signo. i. negligunt implere
satisfactionem impositam per
ꝯfessorē/ siue fuerit elemosy=
narū datio/ siue ieiuniorū ex=
ecutio/ siue aliene substan=
tie restitutio/ aut aliene fa=

me reparatio / vel cum offenso seu inimico recõciliatio. Quãuis enim hec sint minima / et pensitati librata grauitate offense / et penarum alterius seculi acerbitate / videntur tamen et reputant male affectatis quasi importabilia. Propter quod totum relinquunt / et forsan in cordibus suis contemnunt: qd ad nouum peccatum pertinet. Ecce igitur quomodo predicti deficiũt in tertio signo vere et complete penitentie.

¶ Moraliter et octauo / iuxta illud verbum: Digitus dei est hic. Notandum / q deus habet tres digitos: qui fuerunt designati per illos tres digitos / q apparuerunt regi Balthasar scribentes in pariete in hunc modum: Mane / Thetel / Phares. Danie. v. Primus igit digitus dei dicit pollex. Hic autem digitus designat potentiã dei patris. Secundus digitus dicitur index: et designat filiũ / qui veniendo in hunc mundũ notam nobis fecit et indicauit voluntatẽ dei patris. Propter quod dicebat ad patrẽ loquẽs Joan. xvij. Manifestaui nomẽ tuum hominibus / quos dedisti mihi. Tertius digitus dicitur medius / et designat spiritũ sanctum ab vtroq procedentem / et qui est amor et nexus patris ad filium. Ecce igitur triplex digit⁹ dei / q est hic. i. nobiscũ cum bene operamur. Nam nobiscum est pater / dans nobis posse bene agere. Item filius / dans nobis nosse quid agere debeamus. Item spiritussanctus / dans nobis velle efficax quod secũ importat executionem boni operis. Hec est igitur beata et bñdicta trinitas: quã quicunq secum habet / simul habet digitum dei secum. Ne autẽ homini illi de quo nequit dici / digitus dei est hic.

¶ Allegorice et primo / virga q Aaron percussit puluerẽ terre: ex qua exierunt cyniphes pungentes Egyptios / designat legem Mosaicã: que per obseruantiam et subiectionem decẽ preceptorũ decalogi Judeos olim castigauit: addens etiam penas transgressoribus illius pariter et maledictiones / sicut legitur Deut. xxvij. Itẽ. xxviij. propter qd etiã dicebatur lex oneris. Ecce cyniphes cruciãtes Judeos.

¶ Allegorice et secũdo / predicta virga crucem Christi prefigurauit / per quã Christ⁹ mũdũ superauit / et de diabolo triũphauit. Hec autem virga tunc percussit puluerem terre / et cõsequenter exierũt cyniphes pũgentes Egyptios: quando virtute crucis Christi erecti sunt fideles de infima plebe / quales fuerunt apostoli. Nã vt dicit Apo. j. Corin. j. Non multi sapientes secundũ carnẽ / non multi potentes / nõ multi nobiles: sed que stulta sunt mundi elegit deus / vt cõfundat sapiẽtes: et infirma mũdi elegit de⁹ / vt confundat fortia: et ignobilia mundi et cõtemptibilia elegit deus / vt nõ glorietur omnis caro in cõspectu eius. Hec ille. Ecce igitur quomodo virtute virge Christi / id est crucis ipsius / aut predicationis siue vocatiõis ipsius exierũt cyniphes. i. apostoli de puluere terre

re.i. de ignobili plebe. Et tunc huiusmodi cyniphes.i. aposto li percusserunt Egyptios: quã do steterũt ante reges et presides: atque sapientes huius mũdi: cõstãter increpãtes eos de infidelitate sua / et predicantes fidẽ dñi nostri Jesu Christi. Et quantũ ad hunc sensum / notãter dictũ est in precedenti clausula / q facti sunt cyniphes in omni terra Egypti: qr in omnẽ terrã exiuit sonus apostolorũ / et in fines orbis terre vba eorũ / secundum q illis preceperat Christus. Mar. vlti. dicens: Euntes in mundũ vniuersum / predicate euangeliũ omni creature.

¶ Allegorice et tertio / iuxta illud / Digitus dei est hic: Notãdum cõformiter ad Orig. q per digitũ dei in proposito intelligitur spiritussanctus. Qd ergo dicit Augu. q magi defecerũt in tertio signo / accipiendo primum signũ pro eo qd simul fuit signũ et plaga: scilicet mutationem aque in sanguinẽ / et secundũ signũ pro eductione ranarum de fluuio / tertiũ autẽ pro eductiõe cyniphicũ siue cyniphiũ significat (quantũ ad hũc sensum allegoricũ) q magi sic philosophi antiq habuerũt notitiã duarũ personarum / scz patris et filij: sed ad notitiã trinitatis nullatenus puenire potuerunt. Ipsi nẽpe potentiã patris / et sapientiã filij cognouerunt: sed ad benignitatẽ spiritussancti: vt scz filius dei pro nobis incarnaretur et pateretur / nõ potuerũt peruenire. Hoc enim nomen dei tetragrãmaton ineffabile.i. indicibile et incõprehensibile est / adeo q eius significatio a philosophis nunq potuit cõprehendi / q est (vt dicit Hiero.) principiũ vite passiõis iste. Et est sensus: Iste scz Christus per sacerdotẽ figuratus / est principiũ vite / que perdita fuit in Adã / passionis.i. per passionẽ suã. Et qd dictũ est q philosophi habuerũt notitiã patris et filij / nõ est intelligendũ q habuerint eorũ notitiã sub psonali distinctione: sed sicut dr Sapiẽ. xiij. per magnitudinem creaturarũ / potentiã dei / q patri attribuit: per speciem et ordinẽ / sapientiã / q filio attribuit: Per vtilitatẽ et cõseruationẽ / benignitatẽ: q attribuit spiritui sancto. Sub his ergo rationibus cõmunibus habuerũt philosophi notitiã psonarum oim diuinarũ / sicut dicit glo. ordi. sup Rom. ij. c. Tamen qr potissimũ effectũ bonitatis dei ignorauerũt / scz incarnationẽ filij dei: ideo dicunt defecisse in tertio signo.i. non habuisse notitiã tertie persone / que est spiritussanctus.

¶ Anagogice / Per cyniphes paruulas bestiolas / valde tamen acriter pungẽtes / possunt designari maligni spũs / q sunt adeo parui q videri nõ possũt oculis corporeis. Valde tñ (nõ obstãte paruitate eorũ) grauiter pungũt et mordent suis tẽtationibus / adeo q quãq sequit mors: interueniẽte tñ hominis cõsensu in huiusmodi tẽtationem / et nõ alias. Qd aũt huiusmodi cyniphes fuerũt disperse per vniuersam terrã Egypti / nõ solũ referẽdũ est ad multiplicationẽ pene infinitorũ demonum in hoc aere caliginoso existentium /

existentiũ/verumetiã ad cõsi=dem multitudinẽ i celo antecꝫ peccarẽt. Nã tunc adeo multiplicati erant/ q̃ non erat hierarchia/nec ordo in quo nõ essent aliqui de his q̃ ceciderũt: adeo q̃ terra illa celestis videbat quasi repleta huiusmodi cyniphibus. Tandem tñ sicut cyniphes defecerunt de terra Egypti ad orationẽ Moysi et Aaron:ita ⁊ de voluntate dei/ ⁊ p ministeriũ Michaelis/ ceterorũcꝫ bonorũ angelorũ/ois illa caterua malignorũ spirituũ corruit confusibiliter ⁊ eternaliter i abyssum:ita vt tũc merito dici posset: Digitus dei est hic. Q̃ aũt subdit: induratũ est cor Pharaõis/aperte insinuat obstinationẽ Luciferi/ vna cum sibi adherentibus angelis malis.

Tertia clausula.



Dixit quocꝫ dñs ad Moysen: Cõsurge diluculo/ ⁊ sta corã Pharaõe. Egredief eñ ad aquas/ Et dices ad eum: Hec dicit dñs: Dimitte pplm meum/vt sacrificet mihi. Q̃ si nõ dimiseris eũ/ ecce ego mittam in te ⁊ in seruos tuos/⁊ in populũ tuum/⁊ in domos tuas omne genus muscarũ/ ⁊ implebunt oẽs domus Egyptiorum/ muscis diuersi generis/ ⁊ vniuersa terra in qua fuerint. Faciãcꝫ mirabilẽ in die illa terrã Gessen/i qua populus me⁹ est: vt nõ sint ibi musce:⁊ scias q̃m ego dñs i medio terre:ponãcꝫ diuisionẽ inter populũ meũ/et populũ tuũ. Cras erit signum istud. Feciticꝫ dñs ita. Et venit musca grauissima i domos Pharaonis ⁊ seruorũ eius/⁊ in oẽm terrã Egypti:corruptacꝫ est terra ab huiuscemodi muscis. Uocauitcꝫ Pharao Moysen ⁊ Aaron/⁊ ait eis: Ite ⁊ sacrificate deo vr̃o in terra hac. Et ait Moyses: Non potest ita fieri/abominationes eñ Egyptiorũ immolabimus dño deo nostro. Q̃ si mactauerimus ea que colũt Egyptij corã eis/lapidibus nos obruent. Uiã triũ dierũ pgemus in solitudinẽ/et sacrificabim⁹ dño deo nostro/ sicut precepit nobis. Dixitque Pharao: Ego dimittã vos vt sacrificetis dño deo vestro in deserto: verũtamen lõgius ne abeatis. Rogate p me. Et ait Moyses: Egressus a te orabo dñm/ ⁊ recedet musca a Pharaone ⁊ a seruis suis/⁊ a populo eius cras. Uerumtamen noli vltra fallere/vt nõ dimittas populum sacrificare dño. Egressuscꝫ Moyses a Pharaõe orauit dñm. Qui fecit iuxta verbũ illi⁹/⁊ abstulit muscas a Pharaone/⁊ a seruis suis/ ⁊ a populo eius. Non superfuit nec vna quidẽ. Et ingrauatum est cor Pharaõis: ita vt nec hac quidem vice dimitteret populũ.

¶ Historialiter postcꝫ in precedenti clausula exumus pphetã dñi Moyses egit de tertia plaga qua flagellauit domin⁹ Pharaonẽ/ ⁊ oẽm populũ ei⁹: que fuit pene infinita multitudo cinificum:hic consequenter agit de quarta plaga/que fuit multiplicatio grauissimarum muscarũ. Circa hanc igit clausulã facit Moyses duo. Primo eñ ponit diuinã cõminationẽ

in

In principio. Secundo subdit dicere cõminationis executionem: ibi, Et venit musca.

¶ Quantũ igitur ad primũ, refert Moyses, q dñs locut9 est ad eũ dicẽs: Cõsurge diluculo .i. summo mane: qr enim mane musce torpẽt, nec volitare possunt tali tẽpore voluit dñs eas pducere ad ostensionẽ maioris virtutis et miraculi. Est aũt diluculũ, cũ incipit esse parua lux, et a nocte diuidit: quã dicimus aurorã, q solẽ pcedit. Sequitur, et ita corã Pharaone: scz intrepide. Quãuis eñ Pharao esset crudelissim9 tyrãn9, reuerebat tñ et timebat Moysen: tum pter signa, q aperte faciebat: tũ qr iam pluries rogauerat dñm pro eo pro amotione plagarũ: tum qr deus sic regebat cor suũ: qr vt dicitur Prouer.xxj. Cor regis in manu dei est: et quocũq voluerit, vertet illud. Videbat ergo dñs dicere Moysi de Pharaone et populo eius, illud Hiere.j. Ne timeas a facie eorũ: qr ego tecum sum vt eruã te. Ecce quare dñs dixit Moysi sta coram Pharaõe: vt scz p stationẽ corporis, appareat cõstantia mentis tue. Egredief ei ad aquas, et sic de facili poteris ad eum accedere. Et qr enim9 humanus citius allicif dulcedine, q trahat terrore, sunc penarũ cõminatiõe: ideo prius gratiose alliciẽdus est. Ubi aũt non potest gratiose allici: tunc cõminatione penarũ procedendum est, psertim ab eo q potest. Sic aũt processit hic Moyses erga Pharaonẽ ex parte dñi. Nam primo gratiose eũ monuit, etiã de nouo, pter precedentes monitiones, dicẽs: Hec dicit dñs: Dimitte populũ meũ, vt sacrificet mihi. Deinde addit cõminationẽ penarũ dicẽs: Qd si nõ dimiseris eũ, ecce ego mittam in te, et in seruos tuos, supple domesticos: et in populũ tuum, tum quia tibi assentiunt, tum quia propter peccatum principis bene punitur interdum populus: et in domos tuas, quia cum habeas plures domos, potes migrare de domo i domũ: omne genus muscarum. Qualiter autem istud debeat intelligi, declarabitur in deductione secundi dubij. Sequitur: Et implebũtur omnes domus Egyptiorum muscis diuersi generis: quia alique fuerũt grosse, alie parue et subtiles. Nam et cyniphes de quibus dictum est: non fuerant mortue. Verisimile ergo est, q adhuc infestabant Egyptios cum alijs grossis muscis. Ecce quare dicit, muscis diuersi generis. Et quia ista plaga afflixit Egyptios vbicunque essent, etiam in terra Gessen vbi habitabãt Hebrei, sine tamen lesione eorundem Hebreorum: ideo ait: Faciamque mirabilem in die illa terram Gessen, in qua populus meus est: vt non sint ibi musce et c. Hunc textum exponens beatus Augustinus in questionibus super Exodum q.xxvj. dicit sic: Hic (inquit) et in prioribus signis intelligendum factum esse vt terra in q habitabat populus dei, nullis talibus plagis vexaretur. Dicunt tamẽ Hebrei, q Egyptij habitantes in dicta terra

Gessen

Gessen cū Hebreis / fuerūt afflicti hac plaga muscarum: nō autem Hebrei / vt dctū est. Et hoc videtur insinuare Moyses / cum refert dominū dixisse: Po nam diuisionem inter populū meum / et populū tuum: de Pharaone loquēs. Sequitur: Cras erit signū istud. Hebrei dicunt (vt refert de Lyra) q dominus non solum determinauit Pharaoni diem / verumetiam et horam determinatam: et hoc vt ostēderet certitudinē illius plage future.

¶ Quantū autem ad secundū / Moyses subdit precedētis cōminatiōis diuine executionē / cum ait: Fecitq dominus ita: qr nō potest fallere / sicut neq falli: Et venit musca grauissima in domos etc. Quia enim populus Egyptiorū peccauerat / colēdo multitudinem idolorum. Ideo deus vindicans et puniēs hmōi idololatriam: mittit nūc contra eos multitudinem muscarum. Dicitur tamē in textu: musca grauissima. Pro quo notandum / q hec musca fuit grauis / quia horribilis in aspectu: grauior / quia acerba in morsu: grauissima / quia immūdissima in tactu. Hebrei aūt dicūt: Uenit cōmixtio grauissima: et vere grauissima / qr corrupta est terra ab huiuscemodi musc / scz quātum ad terre nascētia: vel corrupta est terra / id est inhabitātes eam. Cumq Pharao vidisset hanc grauissimam plagam / humiliatus vi penarum / vocauit Moysen et Aarō: id est / vocari fecit / et dixit illis: Ite et sacrificate deo vestro i terra ista. Hoc autē dicebat vt deus placatus eorum sacrificiis amoueret ab eo plagā muscarum. Dixit autem / in terra ista: quia timebat ne vellent totaliter ab eo recedere / si non licentiaret eos ad sacrificādum deo suo in terra illa. Sed Moyses ostendit esse impossibile / dicēs: Abominationes Egyptiorum immolabimus domino deo nostro. Ubi notandū / q Hebrei vocāt abominationes illa que coluntur ab idololatris / scz oues / boues / et similia. Hec enim colebant Egyptij pro dijs: que tamen Hebrei non colebant / sed ecōtra occidebāt et immolabāt dn̄o deo suo. Huiusmodi autē immolationē non permisissent Egyptij in terra sua: ideo subdit Moyses: Qr si mactauerimus ea que colunt Egyptij / lapidibus obruent nos. Hinc Genes. xlvj. dicitur: Abominātur Egyptij omnes pastores ouiū. Uel immolabimus abominationes Egyptiorum: id est / ea que abominabiliter colunt. Cetera patent vsq ad finem huius clausule. Notandum tamen q vt dicit Josephus / et iam aliqd in parte dictū est: pro his duabus plagis / scilicet cyniphicū / et muscarum / innumera multitudine pediculorū Egyptus pullulauit: et interioribus ebulliēs: qui nec lauacris / nec medicamentorum vnguentis exterminari potuerūt. Addit etiā dn̄s Cardi. q plagis multis preter decē famosas / credibile est Egyptios esse pcussos / q̄uis nō exprimantur in Exodo.

¶ Circa hanc clausulam mouētur aliqua dubia.

¶ Primum igit dubiū. Quare tam

tam frequenter egrediebatur Pharao ad aq̃s mane: vt hic et superius legitur. Ad hoc datur varia respōsio a varijs. Hebrei enim dicunt, q erat causa idololatrandi. Nilus enim fluuius sua irrigatione fecundabat terrā Egypti. Propter quod Pharao ipsum colebat, et reuerentiam exhibebat. Alij autem dicunt, q hoc faciebat causa idololatrandi circa aliquas bestias: et potissime vt ibi adoraret deū Apim, qui mane egrediebat de flumine Nili in specie tauri. Preter aūt Apim tā Pharao q̄ Egyptij adorabāt alios deos, videlicet vaccam pro Iside: et ouem, pro Hāmone: vt dicit Petrus Comest. Item hyrcos colebāt: qr in eorū effigie demones eis apparebāt. Itē boues inter deos computabāt, eo q eis ad agriculturam vtebantur. Unde illis erat abominabile ob hanc causam hec aīalia occidi, vel immolari, aut comedi. Alij vero dicunt q hoc faciebat causa purgatiōis. Credebat enim forte, q sicut aqua purgat feces corporales, ita et mentales. Unde et de filia eiusdem Pharaonis dictum est in secūdo cap. huius, q descendebat quotidie in flumine: cuius causa potuit esse eadem. Et vt dicit dominus Petrus de Palu. ad hoc est argumētum q Saraceni, qui modo terrā Egypti inhabitant: talibus ablutionibus vtuntur ad emūdationem peccatorum suorum, quos tamen tota aqua Nili aut maris nō posset abluere. Et forte tenent hoc ex antiquo ritu Egyptiorum. Sicut et aliqui Christiani, in ortu solis inclinantur versus illam partem: retinētes in hoc modum antiquorum paganorum, qui olim eos precesserunt in eadem terra: prout dicit Leo papa.

¶ Secundū dubium oritur propter illud verbum domini contra Pharaonem: Qd si non dimiseris, ecce ego mittam cōtra te omne genus muscarū. Contrarium huius habetur in presenti textu, cum dicitur: Uenit musca grauissima ī domū Pharaonis etc. Item in Psal. dicit: Misit in eos cynomyiam, et comedit eos. Est ergo duplex discrepātia inter hos textus. Prima, qz quod vnus ponit pluraliter, alius ponit singulariter. Secunda, quia vnus dicit muscam, alius autē cynomyia. Primam igitur discrepantiam reseruātes ad dubium sequens, soluamus secundam. Notandū igit q cynomyia est musca canina: et dicitur a cynos, quod est canis: et secūdum Josephū, omne genus muscarum fuit ibi. Nihilominus in Psalm. tn̄ nominat cynomyia: eo q fuit inter omnes alias muscas morsu grauior et abominabilior. Andreas autē dicit, q simul fuerunt cyniphes et musce, nec recesserunt dicte cyniphes quādo venit plaga muscarum grauissimarū: quarū alique habebāt aculeos venenosos. Notādum autē q in hebreo habetur sic: Uenit cōmixtio grauissima. Ideo dicūt dicti Hebrei, et cum eis est Josephus, q etiā fuit doctissimus Hebreus, q per istam commixtionem nō intelligitur

ligitur solum multitudo muscarum/ verumetiā multitudo animalium diuersorum generum/ que erant terribilia aspectu/ & nociua morsu: ita q homines & animalia domestica interficiebant predictis modis / scilicet aspectu/ et tactu. Et ita secundum duplex genus bestiarum/ huiusmodi plaga ꝑcessit ex duplici elemento. Nam quantum ad genus animalium/ processit ex elemento terre: ita q dicta animalia de cauernis terre exibant. Quātum vero ad genus muscarum/ processit ex elemento aeris/ ex cuius corruptione generātur musce diuersi generis. Et correspondet ista plaga consistēs in multitudine diuersorum animalium & muscarum diuersorum generū: culpe Egyptiorum qua affixerant Hebreos multis modis seruitiorū vilium. Non enim solum afflixerunt eos in lateribus faciēdis/ verum etiā in immunditijs extra villas deportandis/ & in fossatis in ambitu earundem villarū fiendis/ ne fluuius Nili inundans subintraret: & vt essent fortiores aduersus hostes / inuadentes patriam.

¶ Tertium dubium/ Cur dicitur: Uenit musca grauissima: potius q̄/ venerunt musce grauissime. Dicēdū/ q ibi ponitur singulare ꝑ plurali. Unde Augustinus in questionibus super Exodū: Musca/ inquit/ ꝑ multitudine muscarum posita est: nescio quomodo per loquendi cōsuetudinē imbutis sensibus sepe plus videtur hominib⁹ qđ singulariter/ q̄ qđ pluraliter dicitur. Uerbi gratia cū dicit: Est hic miles/ pl⁹ signat q̄ si dr hic milites. Et est hic piscis/ plus q̄ sunt hic pisces.

¶ Quartū dubiū. Quare huic plage non assignatur materia ex qua processit/ sicut precedētibus plagis. Dicendum cōformiter ad dominū Petrum de Pal. q triplici ratione hoc factum est. Prima/ quia sufficienter potest intelligi ex precedentib⁹/ q huiusmodi musce producte sunt ex humore et terra: ex quibus duobus musce cōmuniter & ordinarie generantur. Secundo/ quia ex diuersis materijs in particulari possunt generari/ videlicet ex fructibus & herbis corruptis: & similiter ex cadaueribus. Tertio/ quia hec plaga fuit facta a deo: cuius ꝓprium est sine preiacenti materia operari.

¶ Quintū dubiū: Cū Pharao loqretur in dolo Moysi & Aaron/ dicens: Ite et sacrificate deo vestro / & orate ꝓ me. Hec enim om̄ia dolose dicebat: hac scʒ de causa tm̄ vt plaga muscarum recederet ab eo & a populo suo: sicut apte postea rei ꝓbauit euentus. Dicendum/ q tanq̄ possessiores bone fidei estimabant q ita intenderet in corde: sicut loq̄batur ore: et q dn̄s prout bene poterat/ immutasset cor ipsius in melius. Talis tamē opinio bona quam de eo habebāt/ nō erat sine formidine de opposito. In cuius rei signum dixerunt ei: Ueruntamen noli vltra fallere/ vt nō dimittas populum sacrificare domino. Propterea regula iuris ait/ q dubia sunt in meliorem partem interpretanda.

Sextum

¶ Sextum dubium oritur propter illud verbum domini ad Moysē: Cras erit signū illud. Queritur ergo quare eodē die quo locut⁹ est ad Moysen/ non fecit signū illud. Dicendum/ q hoc fecit vt magis ostenderet dei patiētia in expectādo Pharaonem ad penitentiam. Item vt iustior appareret eius dānatio. Sic etiam ꝛ adhuc vsq hodie agit dominus cum multis peccatorib⁹. Hinc Senec. ait: Lento passu ad sui vindictā diuina procedit ira. Sed tarditatē iudicij / seueritate supplicij compensat. Nec tamen debet peccator multum confidere de tarditate diuine ire: quia scriptū est Eccli. v. Ne tardes conuerti ad dominū/ et ne differas de die in diē. Subito enim veniet ira eius ꝛc.

¶ Moraliter et primo/ Musca grauissima/ que fm Isidor. inter pilos aialium se ponēs primo perforabat pellē Egyptiorum. Secūdo corrodebat carnes eorum: tertio/ sugebat sanguinē: quarto faciebat hoiem quē inundebat quasi furiosum huc atq illuc discurrere/ qua quidē plaga regionem Egypti impleuit dñs: qua ꝛ ipsi Egyptij ↄsumebant/ adeo q terra agricolarū cultura nudabat: vt dicit Joseph⁹. Hec (inq) plaga musce grauissime recte designat tentationē diaboli. Primo nēpe ipe ledit pellem/ dū peccati occasionem ab extrinseco subministrat: secūdo rodit carnē/ dū sensualitatē inflāmat p interiorē delectationem: tertio sugit sanguinē/ dum ad consensum trahit animum: quo fit vt euacuetur totus sanguis interior. i. gratia/ merita/ ꝛ virtutes: in quo qdē sanguine cōsistit vita gratie. Et finalr peccator tanq furiosus hincinde discurrit inordinate operādo/ vel post varia peccata currēdo/ donec cadat in foueā eterne dānatiōis. Et huius generis muscarū grauissimarū erant percussi ꝛ vulnerati illi: de quib⁹ Apo. Philip. iij. ait: Multi ambulant/ qs sepe dicebā vobis/ nūc autem et flens dico / inimicos crucis Christi: quorum finis interit⁹: quorum deus venter est/ ꝛ gloria in confusione ꝛc. Recte ergo de talibus potest dici illud Sapiē. xvi. Illos locustarum ꝛ muscarum occiderunt morsus.

¶ Moraliter ꝛ secūdo: iuxta illud verbū dñi ad Moysen dicētis: Consurge diluculo/ notandum q hoc idē verbū dicit dominus cuilibet peccatori. Pro quo notandū/ q dormientiū ꝛ iacentiū in peccatis multiplex est differētia. Primi sunt q nūq inde surgūt/ nec surgere volunt/ vt obstinati: ꝛ tales recte vadūt in infernū. Secūdi sunt/ q satis promittūt inde surgere dū ↄtitent/ aut infirmitate tāgūtur/ sed hoc est totum. Et tales possunt appellari corui diaboli/ eo q sepe clamant/ cras/ cras. Sed illud cras nunq ponitur in esse. Et tales figurant per coruū/ q egrediens de arca Noe/ nunq postea rediit/ s; stetit sup cadauera mortuorum. Gene. viij. Tertij sunt/ qui surgunt de peccato/ sed hoc est occidente sole: id est in fine vite. Ps. Cū occideret eos: q̄rebāt eū/ ꝛ reuertebant. Prima tamen

talium

talis est valde dubia. Hinc Augustin⁹ lib. de vera et falsa penitentia. c. xvij. Timendum est de penitente sero / quem morbus vrget / et pena terret. Deinde subdit / dicens: Multos solet serotina penitentia decipe. De hoc etiam vide in decretis. de pen. distin. vij. per totum. Quarti surgunt hora alta / more dominarum delicatarum. Et hoc modo surrexit a peccato Paulus / Magdalena / et similes. Et tales postquam surrexerint / recompensare satagunt tempus perditum / more operariorum in vinea / aut in alia arte. Item more ambulantium. Hinc Aposto. qui nouissime inter ceteros Apostolos vocatus est / plus omnibus laborauit: prout ipse testatur. j. Cori. xv. Quinti surgunt mane iuuentutis sue: de quib⁹ Threñ. iij. Bonum erit viro cum portauerit iugum domini ab adolescentia sua. Sexti surgunt diluculo. i. citissime et sine procrastinatione in pctõ. Et hoc valde rationabiliter factum attenta immunditia peccati. Si enim cadens in lutum / quanto tetius inde surgere laborat / quanto magis surgendum est velocissime a peccato. Hinc Chryso. tract. de reparatione lapsi: Peccare / humanum est: sed permanere in peccatis / diabolicum. Item idem homil. xxij. Cecidisse in peccato / non graue est: sed post lapsum non cito resurgere / satanicum et perniciosum est. Item idem super Matth. homil. xiiij. Non cito / inquit / dolere quia peccaueris / facit deum magis indignari atque irasci / quam illud ipsum quod peccaueras. Hec ille. Diluculo igitur / id est valde cito / surgendum est a peccato: et standum coram Pharaone / id est / coram rege eterno per veram penitentiam: prout in figura nobis ostendit Moyses.

¶ Moralit' et tertio. Per hoc quod filij Israel habitantes in terra Gessen / erant immunes ab illis mirabilibus plagis quibus Egyptij afflicti sunt: vt habetur in presenti textu: denotatur quod veri religiosi et deuoti ecclesiastici / qui sequestrati sunt a mundo corde et corpore / sunt communiter inmunes ab illis tentationibus et peccatis horribilibus et mirabilibus / quibus affliguntur viri mundani: ideo valde expediens est desideranti salubriter viuere / habitare in terra Gessen. i. in religione in qua bene viuitur. Non est tamen status tam sanct⁹ in quo non tentetur homo. In cui⁹ figuram legitur / quod etiam in deserto et mari rubro transacto / filij Israel multa ppessi sunt / etiam multi ex eis a serpentibus perierunt.

¶ Moraliter et quarto / musca grauissima / que venit in domum Pharaonis et seruorum eius / designat grauissima peccata / que communiter regnant in domib⁹ regum et seruorum illorum: vt sunt blasphemie / detractiones / inuidie / ebrietates / luxurie / turpissima verba / mendacia / et singulariter adulationes. Unde Mat. xj. Ecce qui mollibus vestiuntur. i. adulationibus vtuntur / in domibus regum sunt Et ideo valde periculosum est in talibus domibus habitare / et deum non offendere: quod est morderi a musca

grauissima

grauissima. Ecce enim Petrus in cena dicit se paratum mori pro magistro suo / qui tamen non multo post in domo ponti ficis (stans ad ignem cum ser uis illius) turpissime negat eun dem magistrum suum. Nescio quid fecisset / si diutius ibi mo ratus fuisset. Propter quod di cebat Psalmi. Elegi abiectus esse in domo dei mei / magis ꝙ̃ hitare in tabernaculis pctõꝝ.

¶ Moraliter et quinto / p Pha raonem qui dixit Moysi: ite sacrificate deo vestro in terra ista: designatur diabolus / qui est rex super omnes filios sup bie: vt dicitur Job quadrage simoprimo. Huic ergo regi Pha raoni non est multum cure / si homo faciat bonum: dum mo do non exeat Egyptum id est peccatum: quia tale opus non est meritoriũ vite eterne. Fru ctus enim sequitur conditionẽ terre / ex qua procedit. Sicut poma Sodome pulchra sunt exterius / sed iterius plena sũt fauilla: sic opus de genere bo norum factum in peccato / est quidem pulchrum exteri⁹ / sed non interius.

¶ Moraliter et sexto / iuxta id quod sequitur: Si mactaueri mus (inquit Moyses) ea que colunt Egyptij / coram eis: la pidibus obruent nos. Notan dum / ꝙ per Egyptios designã tur viri mundani / qui non li benter vident iustos et bonos contemnere mundum et sola cia illius. Item ꝙ caro affliga tur per ieiunium et abstinẽtiã / et sic deo immolentur ea que ipsi colunt. Sed lapidibus du re increpationis obruunt eos qui talia mactant: dicentes ꝙ sunt bene fatui tantum ieiu nare / aut carnem suam mace rare. Unde Prouerbiorum de cimonono. Abominantur im pij eos qui recta gradiuntur via.

¶ Moraliter et septimo / per fi lios Israel specialiter designã tur deuoti et viri religiosi / qs mundani homines derident / et detrahunt de ipsis: eo ꝙ ma ctant domino deo ea que ab ominantur. Illa autem sunt specialiter tria: videlicet obe diẽtia / per quam mactatur ꝑ pria volũtas: castitas / per quã mactatur ꝑpria caro: pauper tas / per quam mactãtur bona temporalia / illis in particulari renunciãdo. Et hec est via triũ dierum / per quam vadunt veri religiosi in celum. At vero vi ri peccatores et mundanis de diti / abominantur hec tria: et magnam stultitiã reputant ta lia offerre domino. Que ergo abominantur Egyptij / Isra elite domino offerunt. Preci pue autem Israelite offerebãt oues domino. Per oues autẽ (que simplices sunt) denotatur virtuosa simplicitas et innocẽ tia / quam viri religiosi offerũt domino. Sed hanc simplicita tem abominantur Egyptij .i. mundani peccatores / illam fa tuitatem reputantes. Econtra autem reputãt virtutẽ si quis bene nouerit decipere alium / aut egregie bibere / siue bene litigare cũ alio / et huiusmodi. Et breuiter Egyptij .i. pecca tores mũdani / detestant et ꝗ̃si abhorrent qcquid virtutis et sanctimonie existit / et econtra

t exaltent

exaltant vitia.

¶ Moraliter et octauo, iuxta illud verbum Pharaonis ad Moysen: Uerumtamen longius ne abeatis. Notandum quod Pharao (vt dictum est) diabolum significat. Hic quam crudelis Pharao dimittit quandoque homines paululum a se recedere per opera penitentie: sed tamen semper eos tenet per vinculum mali propositi ne longius abeant: sed retrahat eos ad se quotiens voluerit. Da exemplum de nummo tenente simiam per catenam ferream: Et similiter de cato ludente de mure, et permittente quod modicum ab eo recedat: sed statim currit, et ipsum retrahit.

¶ Moraliter et nono, per grossas muscas multum infestantes Egyptum, designantur aduocati et causidici, qui suis astutijs et cauillationibus solent fere totum mundum infestare, et homines in processibus quantum possunt tenere: breuem et bonam expeditionem promittentes, et totum contrarium intendentes. Merito ergo tales comparantur grossis muscis: quia sepe de substantia litigantium efficiuntur diuites: ita vt sibi comparent sepe possessiones diuitum et nobilium. Item quemadmodum grauissima musca, que alias canina dicitur, grauiter mordet, propter quod canina dicitur: ita et domini aduocati solent mutuo se mordere in iudicio: quod valde indecens est. More etiam muscarum volitant per loca in quibus sperant se lucrum recipere. Et breuiter aliud non intendunt, nisi proprium comodum. Per cynipheas autem que sunt paruule musce: designantur parui practici, qui etiam quantum possunt infestant homines, vt sunt clientes notarij, tabelliones, procuratores et similes. Ab istis igitur cyniphibus, et grossis muscis, liberet nos dominus.

¶ Moraliter et decimo, multitudo muscarum infestantium Egyptios cum rege eorum: designat impetum et turbam malarum cogitationum, que valde infestant orantes. Unde Grego. lib. xvj. moral. cap. xx. Sepe (inquit) in ipso orationis sacrificio cogitationes importune se ingerunt: que hoc rapere vel maculare satagunt, quod in nobis flentes deo immolamus. Unde in figuram huius legitur Gen. xv. quod cum Abraham sacrificium domino offerret, insistentes aues percussit, quas studiose (ne oblatum raperent sacrificium) abegit: sic nos cum in ara cordis holocaustum deuote orationis deo offerimus, ab immundis volucribus vel muscis grauissimis et venenosis nos custodiamus: ne maligni spiritus et peruerse cogitationes rapiant, quod mens nostra offerre se domino vtiliter sperat. hec ille. De hoc etiam alia figura legitur Luce xviij. de ceco clamante ad dominum, vt visum reciperet. Quem populus increpabat vt taceret. Super quo dicit Grego. homel. ij. quod increpatio populi significat tumultum vitiorum, et turbas carnalium desideriorum. Hec enim impedire satagunt, ne vox cordis et efficacia orationis ad dominum perueniat. Sed sicut cecus multo magis clamabat dicens, Fili Dauid miserere mei: ita et

nos.

nos quanto grauiori tumultu cogitationū carnalium premi- muntur: tanto ardentius orationi insistere debem⁹. hec ille. Ecce igitur quomodo volentes deuote orare dn̄m: cū se sentiunt pungi a cyniphib⁹: aut grauissimis muscis .i. a cogitationibus venialib⁹: aut mortalib⁹: debēt instar Pharaonis rogātis Moysen pro amotione dictarum plagarum: et ipsi orare dn̄m pro amotione huiusmodi cogitationum malarum.

¶ Allegorice et primo: exponendo simul totū hoc capitulum: conformiter ad glo. ordi. post Rabanū de scd̄o: tertio et quarto p̄ceptis decalogi: sciēdum q̄ rex Egypti cū suis egerunt contra huiusmodi tria p̄cepta: et ideo cōuenienter p̄dictis plagis puniti sūt. Hoc autem pbat̄ inductiue. Secūdū igitur preceptum decalogi est istud: Non accipies nomen dei tui in vanū. Nomen dei est veritas: iuxta illud qd̄ ait Christus Joan. xiiij. Ego sum veritas. Secundū igit̄ preceptū est de dilectione veritatis: cui cōtraria est dilectio iniquitatis. Loquit̄ veritas: pstrepit vanitas. Huic igit̄ contraria est secunda plaga: scilicet ranarum abundantia: quarum loquacitas vanitatē significat. Amatores nempe non accipiunt nomen dei in vanum: quia a veritate in vanitatē non recedunt. Qui autem veritati contradicunt: et vanitate decepti decipiunt: tales rane sunt: tedium inferentes auribus: non cibum mentibus. Audi igitur ranas. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum. Tertium preceptum est istud: Memento vt diem sabbati sanctifices. Quo insinuatur vacatio et trāquillitas mentis: quam bona conscientia facit. Unde super quem requiescet spiritus me⁹: nisi super humilem et quietum. Inquieti ergo a spiritu sancto resiliunt: prouocatores rixarum: amatores calumniarum: nec admittūt quietem sabbati spiritualis. Esto ergo mansuetus: non sit tumultus in corde tuo: volitantib⁹ per corruptionem phantasmatibus et pungentibus te. Audi deum dicētem: Uacate: et videte quoniā suauis est dominus. Tu per inquietudinem vacare non vis: et cecatus erigis videre quod non potes. Attende enim contrariam plagam: cyniphes nati sunt i terra Egypti de limo: musce scilicet minutissime: inquietissime: inordinate volantes: in oculos mentes: et hominib⁹ requiem negātes: dum abiguntur redeunt: sic phantasmata inquietorum. Preceptū tene: plagam caue. Quartum preceptum: Honora patrē tuum: et matrem tuam: si vis longeuus esse super terram. Huic precepto contraria est quarta plaga: scilicet cynomyia: id est canina musca. Caninum est parentes non agnoscere. Sicut ergo catuli nascuntur ceci: ita et multi sunt ceci: adeo q̄ parentes non agnoscunt. Hec Rabanus. et habetur in glossa ordinaria. Tu autem adde: q̄ Egyptij contra huiusmodi tria precepta egerunt: ideo cōuenienter predicta triplici pla-

 ga

ga a deo percussi sunt. De primo autem precepto dictum est in precedenti capitulo.


¶ Allegorice et secundo / per muscas grauissimas mirabiliter et periculosissime pungentes: inter quas etiam alique erant venenose / vt dictum est: designantur infideles / et signanter heretici / qui grauius pungunt / et suum venenum effundunt vbicunque et quantumcunque et quotiescunque possunt: et signanter designantur heresiarche. i. inuentores heresum / aut precipui defensores earum. Sicut hac tempestate audiuimus / et proprijs oculis videmus / de nonnullis personis que sunt alicuius extimationis in vulgo / que tanquam deum non timentes / et homines doctos non reuerentes / fauent peruersis dogmatibus Lutherianis. A quibus cessandum est / aut in breui expectandum vltionem a deo. Nam tales grosse musce student effundere venenum suum in simplices / ignorantie tenebris inuolutos / qui recte per Egyptios designantur.

¶ Allegorice et tertio per filios Israel volentes exire de Egypto ad immolandum domino in deserto / eo quod Egyptij abominati fuissent sacrificia eorum / si coram eis immolassent vt dictum est / nec eos sic immolare permisissent absque morte: denotantur multi sancti martyres / qui in primitiua ecclesia habitabant inter Judeos / infideles / et hereticos: tanquam inter Egyptios: qui non poterant videre / quod tales immolarent domino nostro Jesu Christo. Quinimmo vbicunque inuenti fuissent sacrificantes domino / siue diuina soluentes / trucidabant absque misericordia: alij autem carcerali custodie mancipabantur: alij vilibus operibus deputabantur. Quod videntes quidam inter eos infirmiores erant / relictis cognatis et notis / atque proprio solo / petebant deserta in speluncis et in cauernis terre latitantes: et ibi immolabant domino suo / prout poterant. Unde hac de causa pene infiniti Christiani conuolauerunt ad deserta Egypti / in primitiua ecclesia / quousque pax et requies data est ecclesie / auxilio et fauore catholicorum imperatorum. Et hi sunt de quibus loquitur Hiero. in libro qui vitas patrum intitulatur. Inter quos etiam vixit in incredibili austeritate annis quatuor.

¶ Allegorice et quarto / iuxta illud verbum: Ponam diuisionem inter populum meum / et populum tuum: Notandum / quod populus domini / sunt omnes electi: populus autem Pharaonis / reprobos significat. In die ergo iudicij ponet Christus diuisionem inter vtrunque populum: quando quidem statuet oues a dextris / hedos autem a sinistris. Et tandem dicet his qui a dextris eius erunt. Uenite benedicti etc. His autem qui a sinistris eius erunt dicet: Ite maledicti etc. Super tales ergo reprobos / qui in presenti vsque ad mortem fuerunt de populo et seruis diaboli: tunc superueniet musca grauissima. i. pena crucians eos die ac nocte in secula seculorum tam in corpore / quam in anima. Et tunc frustra dicti

dicti reprobi implorabūt suffragia electoꝝ / vt quiescat et cesset tam horrenda plaga muscarū / promittentes emendationem vite: quia tūc non erit temp⁹ misericordie / sed seuerissime iustitie. Nā tūc reddet vnicuiqꝫ de⁹ iuxta opera sua. Causa autē tanti rigoris / erit obstinatio ipsorū reproborum. In cuius figuram dictū est / ꝙ ingrauatū est cor Pharaonis. ¶ Anagogice per terram Gessen de qua ꝓmittit dn̄s Moysi / dicens: Faciā terrā Gessen mirabilē in die illa / in q̄ populus meus est / vt non sint ibi musce: designatur terra illa de qua Psalm. Credo videre bona domini / in terra viuentiū: Nam ꝯpleto iudicio ibūt illuc post Christū omnes electi: qui recte populus eius dicent / q2 in perpetuum cū eo illic habitabunt laudaturi eum. Unde in Psalm. Beati qui habitant in domo tua domine / in secula seculoꝝ laudabūt te. Nec hoc solum erit: verū etiā ipse dominus faciet dictam terrā celestē mirabilem: tū propter perpetuam claritatē / que erit in ea. Iuxta illud Apoca. xxj. Ciuitas / supple illa celestis: non eget sole neqꝫ luna / vt luceant in ea. Nā claritas dei illuminabit eam / ⁊ lucerna eius est agnus: ⁊ ambulabūt gentes i lumine eius / ⁊ reges terre. Et iterū post pauca: Nox non erit illic: tū quia non erūt ibi musce mordētes / supple. i. vlle aduersitates. Unde vbi supra dicitur: Absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum / et mors vltra non erit / neqꝫ luctus / neqꝫ clamor / neqꝫ dolor erit vltra / que prima abierunt: vel non erunt ibi musce id est vlle tentationes / vel demones: quia hec procul sūt ab illa celesti gloria: in qua ē immortalitas / pro penis et laborib⁹ in presenti propter deū assumptis. Item triūphus de victoria hic habita aduersus omnes tentationes / ⁊ diabolicas illusiones. Quomodo eñ ibi possint habitare predicte musce. i. demonū legiones / que inde perpetuo eiecti sunt / quādo quidem Lucifero cum sibi adherentibus malignis spiritibus dictum est Esaie. xiiij. Ad inferna detraheris / in profundum laci. Sed hec omnia predicta cadent super miseros reprobos ad aggrauationē dānationis eorum. In cui⁹ figuram dictum est ꝙ venit musca grauissima in domū Pharaonis ⁊ seruorum eius. Quod autem ait Moyses ad Pharaonem / Abominationes Egyptiorum immolabimus domino deo nostro: referendum est ad diuinas laudes / ⁊ gratiarū actiones / quas veri Israelite offerunt domino in ecclesia triumphante: quas abominantur Egyptij / id est reprobi / qui continue ⁊ sine fine habitabūt in tenebris infernalibus: ibi assidue blasphemantes nomē domini. Iuxta id quod scriptum est Apocalypsis decimo sexto: Blasphemauerūt deum celi / pre doloribus ⁊ vulneribus suis.

¶ Exodi nono.
¶ Prima clausula.



Dixit autem dominꝰ ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem / ⁊ loquere ad eum. Hec dixit dominus deus Hebreorum: Dimitte populum meum / vt sacrificet mihi. Qꝫ si adhuc renuis / ⁊ retines eos: ecce manus mea erit super agros / ⁊ sup equos ⁊ asinos / ⁊ camelos / ⁊ oues et boues: pestis valde grauis. Et faciet dominus mirabile inter possessiones Israel / ⁊ possessiones Egyptiorum: vt nil omnino pereat ex his que pertinent ad filios Israel. Constituitqꝫ dominus tempus / dicēs: Cras faciet dominus verbum istud in terra. Fecit ergo dominus verbum hoc altera die / ⁊ mortua sunt omnia animātia Egyptiorum. De animalibus vero filiorum Israel / nihil omnino periit. Et misit Pharao ad videndum / nec erat quicqꝫ mortuū de his que possidebat Israel. Ingrauatūqꝫ est cor Pharaonis / ⁊ non dimisit populū.

¶ Historialiter postqꝫ in precedenti capitulo maximus ille vates domini Moyses egit de triplici plaga qua percussit dominus Pharaonem: videlicet ranarum / cyniphium / siue cinifcum / et muscarum grauissimarum: hic consequenter agit de alia triplici plaga / que fuit mors pecudum: vesice turgentes / tonitrua ⁊ grandines. In primis igitur loquens dictus Moyses de morte pecudum / que fuit quinta plaga in ordine / duo facit. Primo enim premittit diuinam comminationem ad Pharaonem in principio. Secundo subiungit dicte comminationis executionem: ibi / fecit ergo.

¶ Quantum igitur ad primū / refert Moyses qualiter dominus dixit ad eum: Ingredere ad Pharaonem. Quamuis enī rex Pharao more aliorum regum habitaret in palatio suo / siue castro ianuis clausis / et sub tutis custodibus: quia tamen timebat Moysen / iusserat vt illi ingressus ad eum daretur quotiens vellet. Sic enī dirigebat dominus cor ipsius vt ita vellet / qui vertit cor regis vbicunqꝫ voluerit: vt dicitur Prouerbiorum. xxj. ⁊ loquere ad eum. Hec dicit dñs deus Hebreorum: Non autem vocat se deū Egyptiorum: tū quia non colebant eū sicut Hebrei: tū quia non reputabant eum deū: sed idola sua nec dominum supremū / sed Pharaonem. Dimitte populū meū vt ⁊c. Qꝫ si renuis / corde: ⁊ retines eos / ope: Ecce manꝰ mea / supple in promptu: que se extēdet super agros / et sup equos / ⁊ cetera. Ac si diceret dominus: Cito per memetipsum / ⁊ non per seruum meum Moysen / plagam mirabilem faciam cadere super agros / et sup bestias tuas. In tribus enim primis plagis / dicitur Aaron extendisse manum. Non autem hic / quia ille mediante opere

te opere ipsius processerunt a deo: illa aūt immediate a deo processit. Fuit autem illa plaga grauis / grauior / grauissima. Grauis quidem quia cecidit super equos ⁊ asinos / qui erant necessarij pauperib⁹ ad onera portāda. Grauior autē / quia cecidit super camelos q̄ erāt necessarij vsibus diuitū. Grauissima autem / quia cecidit sup oues et boues / qui erāt necessarij vtrisq̄: diuitibus scꝫ ⁊ pauperibus. Oues quidē / ꝓpter vestitum: boues aūt / propter victū. Et sic patet / ꝙ Egyptij per hūc modū puniti sunt in duobus sibi valde necessarijs: ⁊ per que vita eorum sustētabatur. Propter qđ ea summe diligebāt / vt đt Josephus: Origenes autem / ⁊ ponit̄ in glo. ordina. assignat aliā causam huius dilectionis. Dicit enim / ꝙ ipsi Egyptij impendebant diuinum cultum Joui in specie arietis / ⁊ Api in specie tauri vel bouis. Hec igitur plaga mortis oīm ouium ⁊ boum totius Egypti / valde afflixit ipsos Egyptios vniuersaliter. Et correspondet hec plaga culpe Egyptiorū / qua afflixerūt Hebreos non solum in ꝓprijs corporibus: verum etiam ī eorum animalibus: imponendo illis grauia onera portanda. Quod superest de textu huius prime partis in qua ponit̄ diuina comminatio / expositione non indiget.

¶ Quantum ad secundum tangitur diuine cōminationis executio / cum dicitur: Fecit ergo dominus verbum hoc: id est miraculum dignum verbo: quod fuit signum diuine virtutis / et malicie Pharaonis: Nam altera die mortua sunt omnia animalia Egyptiorum / que scilicet erant in campis: altera autem vice mortua sunt illa / que erant in domo tempore huius plage. Sed quando tunc mortua sunt / etiam in cāpis erant / quia grandine perierunt. De animalib⁹ vero filiorum Jsrael nihil deperijt. Cor autem Pharaonis vnde debuit moueri ad timēdum et credendum / ingrauatum est.

¶ Circa hūc igitur textū mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubium: Unde processit pestis qua afflicta sunt animalia Egypti? Dicendum / ꝙ textus de hoc nihil dicit. Nec similiter Josephus de hac peste loquit̄: dicit t\u0303n Andreas / ꝙ solū processit ex diuina volūtate: ⁊ nō ex corruptione aeris / sicut cōtingere solet in peste generali. Diuinitus ergo factū est / vt herbe Egypti inficerētur / ⁊ consequenter animalia que ex illis edebāt. Potuit etiam fieri vt aer in terra Egypti inficeretur diuina voluntate / ⁊ cōsequenter prata: denum animalia que ibi pascebant̄. Ab hac tamē corruptione fuit immunis illa pars aeris / in qua habitabāt filij Jsrael / que respiciebat terram Gessen.

¶ Secūdum dubium: Quomodo potest stare / ꝙ cūcta animātia Egypti perierunt hac plaga pestis / vt dicitur in textu: ⁊ ꝙ postmodum perierunt grandine: vt đr infra hoc capitulū. Responsio: potuit fieri ꝙ sub

hac plaga perierint omnia animantia Egypti vniuersaliter/ tam q̄ erant intra domos/ q̄ q̄ in pascuis. Quib⁹ mortuis Egyptij cōparauerunt sibi alia/ siue ab Israelitis/ siue ab alijs vicinis terris: q2 sine magno interuallo temporis hec facta non sunt: vt dicit Cardina. et hec similiter postmodū perierunt grandine. Et per hunc modum Egyptij dupliciter puniebant. Primo quidē/ quia animalia sua vniuersaliter perdebant. Secūdo vero/ per fetorē quē eorū cadauera emittebāt. Insuper (vt dicit Josephus) vt patuit supra/ p vniuersam terrā in qua Egyptij habitabāt/ currebant nōnulle bestie multigene. i. multorū & variorū generum/ quarū aspectibus nullus hominū ausus erat occurrere: quarū dn̄s regionē eorū impleuit/ quibus & ipsi consumebantur/ & per hunc modum/ terra illa agricolis nudabat. Justū ergo fuit vt dicti Egyptij sic miserabiliter et crudeliter a bestijs multigenis affligerentur/ in penā sue idololatrie/ quā exercebāt bestias colendo: quia scriptū est Sapiē. xj. Per que &c. Quibus tamen non obstantibus ingrauatū est cor Pharaōis/ & noluit dimittere populum.

¶ Tertiū dubiū/ Per quot annos cōtigerunt decem principales plage Egypti. Ad hoc dicit quidā/ q forte per quinquenniū/ vel eo amplius. Hoc autem non potest stare: q2 supra. vij. c. dictū est q Moyses octoginta annorū erat quādo stetit corā Pharaone. Et cum quadraginta annis steterit in deserto: iuxta illud Psal. Quadraginta annis proximus fui generationi huic &c. Insup cētum viginti annorū erat quādo mortu⁹ est: vt legit Deutero. xxxiij. Restat q intra vnum annū fuerint facte omnes plage. Alij dicunt/ q omnes plage predicte contigerunt a solstitio hyemali vsq ad lunam quartādecimam post equinoctium vernale: qua nocte percussis primogenitis Egyptiorum/ egressi sunt filij Israel de Egypto. Sed istud non videt posse stare: quia hic dixit dn̄s/ Ecce manus mea erit super agros: in quo innuit q p hanc plagā perierunt fructus agrorum/ & tamen consequenter infra hoc idē capitulū dicitur/ q pluit dn̄s grandinē sup terram Egypti/ que quidē grādo percussit in omni terra Egypti cuncta que fuerūt in agris/ ab homine vsq ad iumentū. Bis vero percussi sunt agri/ quo ad fructus suos. Hoc aūt non potuit fieri in tam breui tempore sicut dictū est/ videlicet a solstitio hyemali/ vsq ad lunam quartādecimam post equinoctium vernale: q2 totum illud tēpus vix trāscendit tres menses. Alias oporteret necessario dicere/ q terra illa Egypti afferret duplices fructus in tribus mensibus. Hoc aūt nō est verisimile: igit &c. Ad hoc dicendū/ q q̄uis hic dicatur/ q manus dn̄i fuerit super agros Egypti/ non tamen propterea sequitur q perierunt fructus agrorum. Sed dicitur fuisse super agros ad occidendum animalia/

nimalia / que ibi erant ad pa-scendū. Alia aūt vice sequēti / quando cecidit grando super agros / nō solum occidit anima-lia que ibi inuenit / verū etiam et fructus agrorum. Possibile etiā fuit vt vtraqꝫ percussione perierint fructus agrorū. Hoc tamen non potuit fieri in tam breui tempore / sicut dictū est: sed intra eundē annū. Nā pos-sibile est ꝙ terra Egypti sit a-deo fertilis / ꝙ bis in anno cul-tiuetur / ⁊ nouos fructus affe-rat: sicut et multe alie terre fa-ciunt.

¶ Quartū dubiū mouet̄ pro-pter illud verbū: Et misit Pha-rao ad videndū. Querit̄ ergo quare non misit ad videndum de alijs plagis / sicut de ista. Dicendū / ꝙ non poterat. Nam in plaga precedenti immedia-te nuncij eius non poterant ire propter muscas q̄ erant in iti-nere / vel propter animalia que erāt horribilia: secundū qꝺ di-ctum est. Et similiter dicendū de cyniphibus et ranis.

¶ Moraliter et primo / quod olim fecit dominꝰ circa Pha-raonem / cum sepe admonendo per seruos suos Moysen ⁊ Aa-ron: deinde flagella multipli-cia / videlicet grauia grauiora grauissima addendo / ⁊ tandē induratū in mari rubro pden-do: ita ⁊ hodie sic se habet cir-ca miseros peccatores / priusꝗ̄ eos deputet eternis supplicijs: siue tales sint Pharaones / id est reges ⁊ principes / siue ser-ui aut subditi eorum. Primo nempe monet eos per seruos suos secrete in sacramētali cō-fessione / quādoqꝫ palam ⁊ pu-blice in diuini verbi predica-tione. Deinde videns ꝙ his modis dulcibus et gratiosis non emendantur / flagellat eos corporaliter et tēporaliter / ne puniat eternaliter: dicēte Gre-go. Mala que nos hic premūt / ad deum ire compellūt. Psal. Uisitabo in virga iniquitates eorum / ⁊ in verberibus pecca-ta eorum. Misericordiam au-tem meam non dispergam ab eis: supple cito. Unde Augu. Flagellat deus in presenti / vt in eternum parcat. Si vbi his duobus modis non se correxe-rint: sed obstinata mente pec-cauerint: ⁊ quicquid promitāt ore / nihil faciunt corde: tandē perdit eos in abyssum inferni: dicens eis illud Prouerbio .j. Uocaui vos / scilicet gratiose / ⁊ renuistis: extendi manū meā / scilicet corporaliter flagellan-do / aut tēporaliter / ⁊ non fuit qui aspiceret. Quinimo despe-xistis omne consiliū meū / con-tra primum: et increpationes meas neglexistis / contra secū-dum. Propter quod in inte-ritu vestro ridebo / ⁊ subsanna-bo cum vobis id quod timeba-tis aduenerit: scilicet eterna damnatio. Cum irruerit repē-tina calamitas / ⁊ interitus q̄si tempestas ingruerit / quādo ve-nerit super vos tribulatio ⁊ an-gustia. Tunc autem inuocabi-tis me instar diuitis epulonis / dicentis: Pater Abraham mi-serere mei: ⁊ non exaudiam: eo ꝙ exosam habueritis discipli-nam / et timorem meum nō su-scepistis / nec acquieueritis cō-silio meo / et detraxistis vni-uerse correptioni mee. Ecce

igitur

igitur quid venturum est obsti-natis Pharaonibus: et seruis eorum .i. subditis imitatoribus vite eorum: et quid tandem dicturus est illis ille iustus iudex dominus omnipotens: qui modo non cessat tanquam optimus medicus medicinam proponere: etiam opportune importune arguendo: obsecrando: increpando: in omni patientia miseros peccatores. Hiere. vij. Locutus sum ad vos mane consurgens. ¶ Moraliter et secundo: et conformiter ad dominum patriarcham de Pal. Per ista animalia que in presenti textu enumerant: diuersimode lasciuie designantur. Nam per equos qui accedunt ad asinas: et per asinos qui accedunt ad equas: quasi obliti nature sue: et inde generantur muli et mule: qui nec sunt equi nec asini: nec similiter eque aut asine: designantur peccantes contra naturam. De quibus Ezechie. xxiij. Insaniunt libidine super concubitum eorum: quorum carnes sunt vt carnes asinarum: vel fluxus eorum: sicut fluxus equorum. Per camelos autem qui abundant carnibus: denotantur vxorati: qui abundant et excedunt in amore vxorum: vel econuerso. Et tales quam grauiter peccent ostendit Hieron. contra Iouinianum: et recitatur. xxxij. q. iiij. origo. ita dicens: Origo quidem amoris honesta erat: scilicet spes prolis: vt dicit glo. sed magnitudo deformis. Deinde subditur post pauca: Adulter est in suam vxorem ardentior amator. In aliena quippe vxore omnis amator turpis est: in sua nimius. Per boues autem (qui tanquam castrati generare non possunt) intelliguntur in vxoribus non fructum: sed tantum voluptatem querentes. Osee iiij. Quasi vacca lasciuiens declinauit Israel. Uel intelliguntur spadones siue castrati homines: qui sunt ardentiores ad libidinem quam potentes generare: eo quod semen non emittunt: et per consequens calor naturalis non euacuatur: sed retinetur. Per oues autem que quamuis multe: vni tamen arieti se exponunt: designatur effrenata fornicatio. Unde Hiere. v. Unusquisque ad vxorem proximi sui inhinniebat. Super omnes itaque illos est manus domini ad vindictam: vt patuit in subuersione Sodomorum: item de illis qui perierunt tempore diluuij. Item super tales venit pestis valde grauis: quia primo venit super eos mors culpe: et postea mors gehenne. Merito etiam comparantur tales predictis bestijs: quia vt dicitur .i. Ethicorum: vita voluptuosa: dicitur vita pecudum: intantum quod pecudes et cetere bestie merito possunt dicere si loqui possent. Ecce Adam: id est homo lubricus: quasi vnus ex nobis est. Et in Psal. Ut iumentum factus sum apud te. ¶ Moraliter et tertio: iuxta illud verbum: Et faciet dominus mirabile inter possessiones Israel etc. Notandum quod per possessiones Israel: intelliguntur iusti et electi. Per possessiones vero Egyptiorum: intelliguntur peccatores et reprobi. Inter autem vtramque possessio-

possessionem facit domin⁹ mirabile / etiam in presenti vita: sed mirabilius in alio seculo. Nam in presenti vita malus p̄cutitur ꝛ damnatur / iustus vero percutitur / et melioratur. Unde Augustinus lib. j. de ciuitate dei. c. viij. ponit triplex exemplum ad hoc propositum. Primum est de eodē igne: sub quo aurum rutilat / ꝛ palea fumat. Secundum est de tribula: sub qua stipule in area comminuuntur / et frumenta purgantur. Tertium est de motu siue vento eodem: sub quo exagitatū cenū horribiliter exhalat / et suauiter vnguētum fragrat. hec ille. Uide etiam ad idē p̄positum illud capitulum / Nabuchodonosor. quod ponitur xxiij. q. iiij. vbi dicitur / ꝙ Nabuchodonosor per flagella corrigitur / ꝛ Pharao per flagella induratur. Item in figura huius legitur Daniel. iij. ꝙ fornax Babylonis incendit quos reperit ministros regis / qui cū incendebant: tres autem pueros Hebreos illuc missos omnino non tetigit ignis.

¶ Allegorice et primo / per filios Israel: quos dominus in proposito frequenter vocat populum suum / ꝛ quos mirabiliter tuetur et defendit: designātur religiosi et clerici / qui vocati sunt in sortē domini. Hos igit̄ pre ceteris populis (ceteris paribus) diligit dominus. Insuper eos tuet̄ et defendit / atq; per reges et principes et eorū officiales tueri ꝛ defendi mandat districte. Quid est ergo ꝙ domin⁹ percussit possessiones Egyptiorum / vbi tamē nihil deperijt de possessionib⁹ siue animalibus Hebreorum: nisi ꝙ possessiones ecclesie / propter peccatū principis non debent predari: ꝛ q̄uis forsan iuste predent̄ possessiones laicorum / presertim vbi geritur bellum iustum. Sunt eñ serui dei / qui maior est principe terreno. Propter autem culpā inferioris dn̄i / non debent predari bona superioris.

¶ Allegorice ꝛ secūdo / Moyses est Christus / qui exiuit de Hierusalem baiulans sibi crucem. Hic igitur Moyses extēdit manus suas in cruce / ꝛ tūc facta sunt signa magna. Nam sol obscuratus est / velum templi scissum est / terra tremuit / petre scisse sunt / ꝛ multa monumēta aperta: prout testant̄ sacri euangeliste. Tandem post annos quadraginta obsidentibus Tito ꝛ Uespasiano Hierusalē / pestis valde grauis inualuit / ꝛ ciuitatem mirabiliter afflixit: eo ꝙ non cognouisset tempus visitationis sue / nec obediuisset voci dicti Moysi. i. Christi: sed ipsum p̄secuta fuisset etiam vsq; ad mortē inclusiue. Per hoc autem ꝙ omnia animalia Egyptiorū (q̄ erāt in agris) perierūt / denotat̄ mors spūalis pariter et eternalis p̄fidorū Iudeorū / q̄ merito dicūt̄ Egyptij / quasi in tenebris habitātes. Jo. j. Uenit lux in mūdum / ꝛ dilexerunt magis homines tenebras q̄ lucē. Erāt eñ eorū mala opera. Ecce cur dicuntur Egyptij. Egyptus eñ tenebra interpretatur. Horum igit̄ Egyptiorū duplex est possessio: anima vez et corpus. Et

quidem

quidem quo ad primam possessionem nullam perdiderunt: qui Moysen, id est Christum, in propria persecuti sunt: nec in illū credere voluerunt, quis multipliciter probatum verum dei filiū. Nunc etiā sequaces perfidie eorum: eandem substantiā perdunt in morte. Possessionem autem corporalem vtriqꝫ perdēt in die iudicij. Per hoc vero ꝙ nihil deperijt de possessione Hebreorū, denotatur ꝙ veri Hebrei, siue Israelite, id est, videntes deum per fidē: nihil perdiderūt in primitiua ecclesia: nec eorum sequaces. Nō quidē animas per mortē, quia celum introierunt. Nec similiter corpora: quia ī generali resurrectione cum animab⁹ perpetuo beatificabūtur. Ecce ad quos fines vtrique peruenturi sunt, Egyptij scilicet et veri Hebrei.

¶ Allegorice ⁊ tertio, Origenes applicat istam quintā plagam ad idololatriam, illorum specialiter qui adorabant imagines pecudum. In penam ergo sue idololatrie perierūt sua animalia: cōformiter ad illud verbum. Sap. xi. Per que peccat quis, per hec ⁊ torquetur. Nam vt dictū est supra: adorabant deū Apim, sub specie tauri: Isidem, sub specie vacce: Iouem, sub specie arietis: Hammonē, sub specie ouis: et sic de multis alijs.

¶ Allegorice ⁊ quarto, Rabanus (vt continet in glo. ord.) exponit hanc plagam, conformiter ad quintum preceptū decalogi, dicens: Quintum preceptū est, non mechaberis. Quinta plaga mors in pecorib⁹. Cōparemus hec: Da hominē mechari volentem, coniugio non contētum. Appetitum carnis deuitare non vult, nobis pecoribusqꝫ communē. Coire enim et generare, etiam pecudū est: Ratiocinari et intelligere, hominū est. Ratio ergo que presidet, mot⁹ inferiores tanqꝫ regina frenare debet, non immoderate laxare: ideo pecoribus in natura datū est, vt certis tēporibus tm̄ ad coitum moueātur: interim nanqꝫ motus ipse torpescit: Homo autem moueri potest, quia refrenare motū potest. Tibi dominationem rationis creator dedit: tibi precepta continētie tanqꝫ in bestias inferiores lora ↄcessit. Tenes quod pecus nō potest, ⁊ speras quod nō potest. Labores in cōtinendo, non pecus: gaudebis in eternitate, non pecus. Si opus merces consolatur, debes interiorem motū refrenare, nō tanqꝫ pecus in omnia laxare. Qꝫ si contēpseris, ⁊ imaginem dei que ī te est, posthabueris, victus cupiditate: tanqꝫ dimisso homine pecus eris. Cōtra illud Psalmi. Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus. Sed forte erigis libera libidine vagari, nulla lege refrenari. Attende plagam si pecus es, saltem mori time. Hec Rabanus in dicta glo.

¶ Allegorice ⁊ quinto, Per illud mirabile quod fecit dominus inter possessiōes Egyptiorum, et possessiones filiorū Israel, vt per pestem quam misit super animalia Egypti, nihil deperierit de animalibus filiorū Israel:

Israel: vbi tamē omnia anima-
lia Egyptiorum mortua sunt:
designatur illud mirabile quod
facturus est dominus in die iu
dicij/ quādo quidem cadet pe-
stis seuissima & exterminans su
per Egyptios: id est sup repro
bos/ qui in tenebris peccatorū
reperientur/ nullum eorum in-
tactum relinquēs. A qua libe-
ri erūt omnes electi qui per fi-
lios Israel designātur/ ꝑpter
claritatem diuine visionis que
illis communicabitur/ cum di-
cetur eis a Christo illud Mat-
thei. xxv. Venite benedicti pa-
tris mei. &c.

¶ Allegorice & sexto/ Popul⁹
domini/ quem Pharao impe-
dit quantū potest/ cōtra prece-
ptum domini ne sacrificet sibi
in deserto: est populus catho-
licus/ quē Pharao. i. heresiar-
cha Luther⁹/ qui nouiter surre
xit/ vult impedire (quātum po-
test) ne sacrificet domino i de-
serto: hoc est i ecclesia/ que ve
raciter hodie multipliciter vi-
detur deserta. Nam quantū po
test diuertit sua falsa & damna
bili doctrina populū a diuinis
laudibus/ a veritate sacramen
torum ecclesie: & libertatē tri-
buit omni facinori/ claudēs ce-
lum/ et aperiens infernum suis
sequacib⁹. Sed ꝗuis videatur
dominus quasi non curare hec
tanta mala: tandem tamen mi
rabile faciet inter possessiones
Israel/ & possessiones Egyptio
rum. i. inter veros catholicos/
& Lutherianos. Nā finaliter ni
hil deperiet de possessionibus
verorum catholicoꝝ: ꝗuis pro
nunc a dictis Lutherianis for
san multa patiantur: quia com
pleta gnāli resurrectione cum
vtraqꝫ possessione sine substan
tia sua intrabūt paradisum/ sci
licet i corpore & anima. Luthe
riani vero & ceteri heretici mul
ta perdent: quia corpus & ani-
mam. Matth. xxv. Ibunt hi in
supplicium eternum: iusti vero/
id est deuoti catholici/ in vitā
eternam.

¶ Anagogice & pmo/ Pharao
cum seruis suis persequens fi-
lios Israel/ cōtra quē mittitur
Moyses/ loquens ad eum & di-
cens: Hec dicit dominus deus
Hebreorum/ Dimitte populū.
&c. designat Luciferum cū sibi
adherētibus angelis malis/ ꝗ
vltra ꝗ credi potest/ infesti sūt
deuotis Christianis/ retrahen
tes eos ab omni bono quātum
possunt. Contra hunc ergo Lu
ciferum mittit dominus ange-
lum bonum/ & forsan Michae-
lem/ sibi denūcians ex parte il-
lius/ vt dimittat populum fide-
lē sibi sacrificare. Qđ fit quan-
do malitia & crudelitas diabo
li coercetur ab angelo bono:
alias nullus hominum posset
tantam crudelitatem tollera-
re. Vide de hoc Isido. de sum-
mo bono. lib. j. c. xij.

¶ Anagogice & secundo/ Pe-
stis que cecidit super omnia a-
nimalia Egyptiorū/ significat
graue peccatū superbie/ quod
statim post ꝯditā naturā ange
licā cecidit super angelos ma-
los. Fuit tamē vnum mirabile
inter possessiones angelorū bo
norum / & malorum: quia null⁹
de angelis bonis & predestina-
tis ad vitam eternā perijt: sed
omnes in bono gratie & glorie
confirmati sunt in tertio instā-
ti. Et

ti. Et per oppositum nullus de angelis malis euasit mortem eternã. Quod autem sequitur: Induratũ est cor Pharaonis: ad obstinationem Luciferi/ et suorum sequacium referẽdum est. Quod vero subditur/ et non dimisit populum: referendũ est ad tẽtationem hominũ: a qua dictus Lucifer nunq̃ cessabit/ quandiu vita presens durabit. Ita enim expedit ad exercitiũ hominum.

¶ Secunda clausula.

Et dixit dominus ad Moysen et Aaron: Tolle plenas manus cineris de camino/ et spargat illum Moyses in celum/ coram Pharaone: sitq̃ puluis super omnẽ terrã Egypti. Erunt enim in hominibus et iumentis vlcera: et vesice turgentes in vniuersa terra Egypti. Tuleruntq̃ cinerem de camino/ et steterunt coram Pharaone: et sparsit illum Moyses in celum. Factaq̃ sunt vlcera vesicarum turgẽtium in hominibus et iumentis: nec poterãt malefici stare coram Moyse: propter vlcera q̃ in illis erant/ et in omni terra Egypti. Indurauitq̃ dominus cor Pharaonis/ et non audiuit eos/ sicut locutus est dñs ad Moysen.

¶ Historialiter: Postq̃ Moyses in precedenti clausula egit de prima plaga contẽta in hoc capitulo/ que in ordine omniũ plagarum est quinta: hic consequenter agit de sexta plaga/ et que in ordine trium hic contentarum est secunda: videlicet de vesicis turgẽtibus. Hic ergo refert Moyses q̃ cũ Pharao noluisset dimittere populum domini/ vt libere exiret de terra Egypti/ et de seruitute illius/ vt sacrificaret domino in deserto: iterum dixit dominus ad eũ et Aaron/ vt tolleret manus suas plenas cineris de camino. Ista autẽ fuit plaga sexta/ que communis fuit hominibus et iumentis. Et facta est ista plaga ex elemento ignis: quia isti cineres accepti sunt ex camino ardẽti. Et correspõdet plaga ista culpe Egyptiorum/ qua prius affixerant Hebreos in decoctione laterum i igne fornacis. Et vt dicit Petrus Comestor/ ille vesice procedebãt ex interiori corruptione corporũ Egyptiorum: tam virorum q̃ mulierum: tam magnorũ/ q̃ paruulorum: tam diuitum/ q̃ pauperum. Hanc tamen plagam non sunt passi Hebrei/ siue i terra Gessen essent/ siue de illis qui erant dispersi per terram Egypti ad manualiter operãdum/ sicut nec alias plagas passi sunt. Quia videtur de omnibus plagis simile iudicium. Ex quo ergo ab aliquibus fuerũt immunes: vt patet ex precedẽtibus: idem etiã videtur in pposito. Josephus autem dicit/ q̃ valde crudeliter corpora Egyptiorum vulnerabantur interius corruptate adeo q̃ passim ipsorum multitudo consumebatur.

¶ Circa autem hanc sextã plagam multa sunt considerande. Primum est diuinum precerptum

ptum factū Moysi super hoc: quia dixit dominus ad Moysen ⁊ Aaron. Secundū est modus precepti: quia / tolle plenas manus: vt per hoc ostēdatur plenitudo potestatis in eis / et plenitudo plage infligende super Egyptios. Tertium est locus vnde exitura erat plaga: quia de camino. Potius autē dixit dominus de camino / ꝙ de alio loco: quia Egyptij afflixerant Hebreos in camino tribulationis. Quartum est finis precepti: quia / spergat illū Moyses in celum coram Pharaone. Super quo Augustinus super Exodū / questione. xxxj. et ponitur in glossa ordinaria: Superiora signa virga fiebāt: quam non Moyses / sed Aarō extendebat aut super aquam / siue super terram / eam percutiendo. Nūc vero interpositis duobus signis de cynomyia ⁊ mortibus pecorū: vbi nec Aarō nec Moyses aliquid manu operantur: dicitur vt Moyses fauillam spargat in celum: ambo iubent sumere / sed ille spargere: non in terram / sed in celum / tanquam Aaron / qui datus erat ad populum / terram percutere deberet / vel in aquā / vel in terram manum extendere. Moyses vero qui erat ī his que ad dominum iubentur / fauillam iubetur spargere. Quid duo illa superiora signa / vbi nec Moyses nec Aaron aliqd manu operātur? quid sibi vult ipsa diuersitas? neqꝫ enim nihil. Hec Augustinus. In quibus quidē verbis non assignat quid significet hec diuersitas: sicut patet intuenti ipsum super Exodum / aut glos. ordi. super hoc passu. Sed absit vt dicamus Augustinum nō declarasse quid significet hec diuersitas. Nam quātum potest trahi ex predictis verbis / Moyses dicitur sparsisse cinerē versus celum: eo ꝙ deputatus erat in his que ad deum erant / et ad ipsum pertinebant / Aaron autem in his que ad populum pertinebant: ⁊ ideo nō illi dicitur a domino vt spargat cinerem in celum coram Pharaone. Sequitur: Sitqꝫ puluis super omnem terram Egypti. Per hoc eñ apparuit dei maxima potētia / et Moysi sanctitas: quia cum sparsisset modicum cinerem in celum / statim diuina virtute suscitatus est de terra puluis super omnem terram Egypti. Aliud miraculū fuit / ꝙ statim facta sunt vlcera vesicarum turgentium: id est / que inflate erant. Preponuntur autem hic vlcera vesicis: quamuis vesice precesserint: quibus crepantibus ⁊ ruptis secuta sunt vulnera in eisdem locis et partibus. Hec autem plaga facta est super homines et iumenta totius terre Egypti: et hoc satis rationabiliter / eo scilicet ꝙ ipsi Egyptij e diuerso grauauerāt prius mirabiliter / pariter ⁊ iumēta eorum in operibus suis. Unde p̄dicte vesice et plage fecerunt cessare Egyptios ab operibus suis / sicut prius fecerant cessare Hebreos ab operibus proprijs. Sequitur: Nec poterant malefici stare coram Moyse. Patet ergo obstinatio: quia non obstantibus prioribus signis

gnis multis et varijs: non tamen destiterunt resistere Moysi. Propter quod verisimile est quod hec plaga fortius in eis deseuierit quam in alijs Egyptijs.

¶ Circa hunc textum mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium. Quare huic plage non premittitur diuina comminatio, sicut factum est superius de aliquibus alijs. Ad hoc dubium potest dici sicut dictum est supra, videlicet secunda clausula preced. c. sub secundo dubio, de plaga cinifum: vbi assignata est induratio Pharaonis pro causa. Sed quia etiam in alijs plagis apparuit eius induratio, qua non obstante non propterea destitit Moyses ad sequentes premittere comminationem: ideo potest dici, quod hoc factum est vt ostendatur quod licet ordinarie et vt in pluribus dominus premittat comminationem, priusquam procedat ad pene et sententie executionem: quandoque tamen non obseruat talem ordinem, sed satis repente procedit ad executionem: sicut patuit in condemnatione malorum angelorum: similiter in eiectione primorum parentum de paradiso terrestri. Item in subita morte Ananie et Saphire. Actuum quinto.

¶ Secundum dubium. Cur dominus in precepto suo transit de secunda persona in tertiam sine medio, dicens: Tolle tu supple Moyses, plenas manus cineris de camino: et spargat illum Moyses. Dicendum, quod cum dominus loqueretur ad Moysen et Aaron: sensus predictorum verborum talis fuit: Tolle, tu supple Moyses, et tu supp. Aaroni plenas manus cineris de camino. Sed solus Moyses spargat huiusmodi cinerem in celum. Et huius ratio iam patuit ex dictis beati August. Vel forsan ex vitio scriptorum positum est, tolle pro tollite.

¶ Tertium dubium. Cur potius illud preceptum factum est de sparsione cinerum, quam alterius materie. Dicendum quod ideo, quia placuit deo. Nam in talibus rebus mirabiliter factis, tota ratio est voluntas facientis. Ex parte tamen Egyptiorum possumus assignare hanc rationem, vt eorum superbia, que maxima erat, retunderetur per rem vilissimam, et fermé ad omnia inutilem, scilicet per cinerem. Non est ergo intelligendum, quod in ipso cinere esset naturalis dispositio ad producendum puluerem per vniuersam terram Egypti, et consequenter ad causandum vesicas in hominibus et iumentis, et quod demum inde prodierint vlcera: sed quia placuit domino, ita factum est.

¶ Quartum dubium, in qua parte corporum Egyptiorum se recipiebant huiusmodi vesice. Dicendum, quod litera de hoc nihil dicit. Possumus tamen probabiliter dicere, quod cum dicti pulueres sparsi essent per aerem, atque hincinde discurrerent, illas partes corporum Egyptiorum pre ceteris infecerunt, quas nudas inuenerunt. Cuiusmodi sunt facies, guttur, manus etc. Vel dici, quod illi pulueres postquam discurrerant per aerem, cadebant super aquas pro parte, quas inficiebant, et medio earum homines

homines magnos et paruos/
qui ex illis bibebant. Sicut
etiam hodie videmus nonnul-
los habentes pustulas in gut-
ture / ex aliquo accidente ge-
nitas: alios autem in eisdem
partibus patientes morbum
regiũ/ quem scruphularum vo
caut: ita vt hec videantur esse
quasi reliquie huiusmodi ve-
sicarum quas passi sunt Egy-
ptij.

¶ Quintum dubium: Quare
Pharao non rogauit Moysen
⁊ Aaron pro amotione huiũs-
modi vesicarum ⁊ vlcerum/ si-
cut prius fecisse legitur ꝑ amo
tione aliarum plagarum? Dicẽ
dum/ ꝙ dicte vesice turgentes
.i. multum inflate / intantum
ꝙ crepabant ⁊ vertebantur in
vlcera/ per corruptionem car-
nis discooperte ⁊ multo hu-
more infecte / adeo affligebãt
corpus ipsius Pharaonis / ꝙ
de remedio non licebat sibi co
gitare: sicut multis grauibus
peccatoribus accidit/ dũ sunt
in graui infirmitate constitu-
ti. Unde Augustinus ser. iij. de
innocentib⁹. Hac animaduer
sione percutitur peccator / vt
moriens obliuiscatur sui / qui
dum viueret oblitus est dei.
Item/ alia ratio potest assigna
ri/ cur ipse Pharao non roga-
uerit Moysen et Aaron sicut
prius/ pro amotione huius pla
ge. Nam antea pluries ro-
gauerat eos/ promittens emẽ-
dam / quam tamen opere non
compleuerat. Et ideo erube-
scebat eos iterum rogare pro
amotione presentis plage.
Et forsan apud se arbitraba-
tur/ quod etiam vbi eos roga-
ret / ꝙ nihil vellent pro eo
facere / considerata eius in-
duratione quam ipsi non igno
rabant.

¶ Sextum dubium: Cur ma-
gi Pharaonis nõ attẽtauerũt
facere / sicut fecit Moyses in
hoc signo vesicarum? Dicen-
dum / ꝙ ex quo viderunt se
confusos in productione cy-
niphium / et ꝙ digito dei po-
testas demonis erat impedi-
ta ne amodo posset eos iu-
uare per suas incantationes:
omnino destiterunt tentare
signa similia Moysi facere.
Insuper timebant stare coram
Moyse/ non solum propter vl-
cera que in eis erant: vt hic di
citur: sed quia verecundum il-
lis erat valde/ vt Moyses tam
deformes aspiceret / ante cu-
ius conspectum prius deos se
fecerant: ita vt verecundarẽ-
tur tantam deiectionem / post
tantam gloriationem.

¶ Septimum dubium moue-
tur propter verba Josephi di-
centis / ꝙ propter hanc pla-
gam et precedentes/ pene in-
finita multitudo Egyptiorum
extincta est: ita vt dicat ꝙ ter-
ra Egypti agricolarum cultu-
ra nudabatur. Queritur ergo/
cur dominus non permisit gẽ-
tem illam inter illas plagas/
que nate erant inferre mor-
tem / saltim aliqua morte non
consumi: ita vt non esset vlte-
rius de ipsis per successionem
generis vlla memoria: nec a-
liquis superstites remaneret / q
posset futuris de talibus pla-
gis noua dicere. Dicendum/
ꝙ sicut nobis Christianis non
licet interficere Judeos / nisi

vbi impugnarent fidem Christi / aut in alio iusto bello: vt ex eorum presentia corporali renouetur in mentibus nostris memoria dominice passionis: iuxta illud Psalm. Deus ostendit mihi super inimicos meos / ne occidas eos: nequando obliuiscantur populi mei. Disperge illos in virtute tua: scilicet de medio populi Christiani: maxime vbi essent illi perniciosi: et depone eos / id est destitue omni honore et officio publico / ne dominentur quouis modo super populum fidelem: sed seruiant illi sub tributo: ita in proposito noluit dominus delere olim populum Egyptiacum / vt iugis et perpetua maneret memoria ostensionis diuine potentie: tum ratione eductionis filiorum Israel per medium maris rubri: tum ratione submersionis ipsorum Egyptiorum in dicto mari.

¶ Moraliter et primo / et conformiter ad dominum patriarcham de Palude / Iuxta illud: Tolle plenas manus cineris / et cetera. Notandum / quod ille spargit cinerem in celum / qui superbit de genere suo / vel de quacunque gratia corporali: ex quo surgit puluis in terra Egypti: que tenebre interpretatur / quia de suis gratijs superbi excecantur / iuxta illud secunde Corinthiorum tertio: Deus huius seculi excecauit mentes infidelium. Dicit etiam secunde Corinthiorum octauo / quod scientia inflat: id est / superbie est occasio. Iudei etiam superbiebant de genere suo / quando Christo dicebant: Filij Abrahe sumus / et nemini seruiuimus vnquam. Ioannis octauo. Unde nec Pharao petiuit hanc plagam puluerum amoueri / quia sicut dicit Andreas / quanto est maior plaga superbie: tanto minus cognoscitur ab excecato corde. Unde Augustinus libro confessionum: Inflata facies claudebas oculos meos. Huiusmodi etiam superbia bene denotatur per vesicas / que venerunt super Egyptiorum corpora. Uesica enim est pellis plena vento / supernatans aquis / que iuxta se receptis tribus fabis aut pisis facit magnum strepitum. Sic superbus vult omnibus supernatare: qui si habeat tres personas notabiles in genere suo / vel tres gratias in seipso / vel quas saltem credit habere / reddit per os suum magnum sonum iactantie. At vero talis deberet cogitare / quod modica punctione infirmitatis vel mortis totum euanescit. Bene ergo ad propositum loquitur scriptura Eccli. x. dicens: Quid superbis terra et cinis? Propter quod se humiliando et fragilitatem suam cognoscendo dicebat Abraham ad dominum / Gene. xviij. Loquar ad dominum meum cum sim cinis et puluis. Ut autem dicitur in presenti textu / ex vesicis processerunt vlcera. i. vulnera: quia de superbia statim nascitur inuidia: que sic corrumpit oculum inuidi / quod non potest absque tristitia videre gratiam aut gloriam proximi sui. In cuius

ius figurā legit Job.ij. q Sathan percussit Job vlcere pessimo: hoc a planta pedis: vsq ad verticem capitis / quia inuidus nec in magno: nec in paruo potest videre gratiam proximi sui.

¶ Moraliter et secundo / per vesicas turgentes et inflantes denotatur superbia: vt dictum est. Per vlcera vero inde procedentia: que fetorem reddunt / denotatur abominatio super bie coram deo et angelis sanctis / atque hominibus iustis. Nā sicut humilitas reddit optimum odorem corā predictis: iuxta illud Cantico.j. Nardus mea.i. humilitas: dedit odorē suum: ita econtra superbia dat fetorem suum: et presertim quādo vesice rumpuntur / et vlcera exterius patent .i. quando superbia de corde exit exterius / siue per os / siue per signa / aut exteriora opera. Sed quid est q fuerunt vesice turgentes in vniuersa terra Egypti / tam in hominibus q in iumentis: nisi q vesica superbie inuadit magnos et paruos. Jumenta enim q dicunt quasi iuuamēta: eo q iuuant homines in oneribus / vel corporibus eorū portādis: recte significant pauperes et rusticos / qui multipliciter iuuāt diuites. Jn his itaq iumentis hodie apparent multe et grosse vesice: id est / multiplex genus superbie / tam inter se / q in ordine ad diuites et nobiles / q etiā in ordine ad deum / quod est deterius. Et hos pre ceteris detestatur dominus: maxime cum potius habeant in se materiam et occasionem humilitatis q superbie. Hinc Eccli xxv. inter tres species quas odit dominus / cōnumerat pauperem superbum. Similiter vesica superbie inuadit homines / id est superiores: et eos qui se ratione dirigi credunt: vt sunt communiter magni viri / qui dicunt q magnos magna decent. Unde sub hoc velamine non credūt incurrere notam superbie / si quandoq ambulant in magnis et in mirabilibus supra se. Ecce quomodo populus Egypti / id est homines huius seculi / plenus tenebris multiplicibus percutitur vesicis turgentibus / a maiore vsq ad minorē / et a sacerdote vsq ad leuitā.

¶ Moraliter et tertio / Per modicum cinerē sparsum in celū / ex quo fit puluis super omnem terram Egypti: et consequēter apparent vesice turgētes atq vlcera: super homines et iumēta totius terre Egypti / designatur generatio peccatorū mortalium / que frequenter incipit a minimis.i. a venialibus: quia vt dicitur Eccli.xix. Qui spernit modica: vt verbū ociosum / risum / potatiōes / et similia: paulatim decidet.i. casui vicinat. vnde Gregor. Si curare parua negligim⁹ / insensibiliter seducti audacter maiora perpetramus. Caueam⁹ igitur spargere cinerem in celum: id est / cōmittere venialia. Uel si illa ex humana fragilitate cognoscimus nos pp̄etrasse: statim studeamus illa extinguere / recurrendo ad dominū Jesum Christum: Quia teste Psalm. Beatus qui tenebit / supple motus suos sensuales / ne ascendant

vsq; ad ratione͂ superiorem/ p plenū cōsensum.!Et beatꝰ inq; q̄ allidet paruulos suos.i.motus sensuales inordinatos/vel quecq; venialia priusq̄ fiāt mortalia/ad petrā.i.ad Christum/ recurrendo ad meritum sue benedicte passionis.

¶ Allegorice ⁊ primo/ Rabanus(⁊ ponitur ī glo. ordi.)exponit hāc clausulam de sexto precepto/ ita dicens: Sextum preceptum est / Non occides. Sexta plaga/ Pustule in corpore/ siue vesice bullientes et scatentes/denotant ardentem iram ⁊ insaniā tyrannorū aduersus martyres Christi. Si posses(inquit) videre animas homicidarū sanctorū dei martyrū:plus plāgeres eas/q̄ putrescentia corpora vlceratorū. Origenes autē(⁊ ponitur ī eadem gl.ordi)dicit q̄ vesice tumentes in corporibꝰ Egyptiorum/designāt incredibilē superbiam tyrannorū aduersus dictos martyres: ⁊ marie qñ nequibant eos superare nimis/aut quibuscūq; supplicijs.

¶ Allegorice ⁊ secūdo/ per cinerem ⁊ puluerem sursum eleuatum: designatur humilis ⁊ impudica origo Antichristi/ q̄ vt fertur suscitabitur de iliquo ⁊ damnabili coitu.Quo nō obstante/medio demonis(cui totaliter dedicatus erit)ascēdet sursū.i.ad honores/diuitias/ ⁊ pompam seculi perueniet:ita vt dicat de eo Apo. ij. Thess. ij.q̄ extolletur supra omne q̄d dicitur deꝰ / aut quod colitur/ ita vt in tēplo dei sedeat / ostēdens se tanq̄ sit deus.Ecce vesica inflata. Hunc tamen (inq̄t Apost.) dominꝰ Jesus interficiet spiritu oris sui.i. sua virtute/mediante tamen Michaele archangelo.Ecce vlceratio et ruptio vesice.i.miserabilis interitus superbissimi filij perditionis/ qui Antichristꝰ dicit.

¶ Allegorice ⁊ tertio / illud possumus exponere de moderno heresiarcha Luthero / ac similibus: Hoc enim propriū habēt omnes heresiarche/ q̄ a minimis erroribus incipiunt/ vt ad maiores perueniant.Q̄d ostēsum est in hoc / q̄ Moyses primū proiecit cineres in celum:et deniū secute sunt vesice in hominibus ⁊ iumentis. Hunc etiā modum tenuit dictus heresiarcha Lutherus/q̄ primum detraxit indulgentijs emanantibus a sede apostolica.Cui cū luculenter ⁊ perdocte respondisset quidam frater predicator/lector.s. sacri palacij in vrbe Roma/vehementer accensus prorupit in deteriora/addens errores erroribus/ subterfugiens disciplinam patris sui Romani pontificis/nec non et matris sue Romane ecclesie. Hoc autem totum fecit sua arrogantia ⁊ superbia non modica/que alligata est collo omniū hereticorum . Nec quidem illi suffecit propria perditio/nisi tanq̄ heresiarcha pessimus virus sue heresis in cordibus pene infinitorū discipulorum transfunderet: Ita vt fierent nouissima hominis illius peiora prioribus. Ecce igitur quomodo facte sunt vesice plurium errorū heresiarche predicti in hominibus ⁊ iumētis.i. apud homines/q̄ se doctos credunt

dunt / ꝛ apud indoctos. Quid igitur restat? Profecto sicut i Egyptijs post vesicas turgentes secuta sunt vlcera: ita et post arrogantiam hereticorum / nedum Lutheranorum / verum etiam quorumcunqꝫ sic decedentium / indubie sequetur eterna vlceratio. Unde sicut olim heresis Arianorum fuit ceteris heresibus periculosior / vniuersalior / ꝛ diuturnior: vt dicit beatus Antoninus in secunda parte sue chronice / titulo nono / ca.iij. Periculosior quidem / qꝛ circa mysteriū trinitatis: de quo dicit August. ꝙ nullibi periculosius errat. Uniuersalior vero / qꝛ infecit aliquos summos pōtifices / vt Liberiū. Itē aliquos imperatores / vt Constātinum ꝛ Ualentem. Itē episcopos ꝛ sacerdotes multos / ꝛ fere per totū orbem diffusa est: ita vt dicat Hiero. ꝙ Arius vna scintilla in Alexandria fuit .s. erroris: sed quia nō cito extincta fuit et destructa per viros doctos / per totū orbem populata est flamma eius / vt dicit. xxiiij. q.iij. resecāde. Deniqꝫ diuturnior fuit / qꝛ per multa tēpora viguit. Hec beatus Antoninus de predicta heresi Arianorum: Ita etiā hodie dicere possumus de heresi Lutheranorum suo modo: videlicet ꝙ est periculosior ceteris erroribus / qui fuerūt a pluribus annis: quia ꝛ si non tangat mysteriū sanctissime trinitatis / tangit tamen veritatē aliquorū sacramētorum ecclesie: in toto negās ipsa esse sacramēta / vel saltim i parte: sicut patet de sacramento penitentie. Item est vniuersalior / quia infecit multos prelatos ꝛ doctores. Item multos principes ꝛ nobiles / atqꝫ rurales et indoctam plebem. Infecit etiā fere totā Christianitatē / qꝛ vbiqꝫ terrarum diffusa est / et vbiqꝫ habꝫ aliquos fautores. Et certe satis mirum est / ꝙ fides catholica non nisi ꝑ multa tempora disseminari potuit per mundū vniuersum: vbi tamen hec pestifera doctrina in breuissimo tempore vbiqꝫ diuulgata est: ita vt opus diaboli videatur fortius opere Christi. Illud tamen relinquendū est incōprehensibilibus iudicijs dei / ꝛ non impotētie illius. De diuturnitate autē dicte heresis iudicare nō possumus / nisi ex his que iā expleta sunt / q̄ per dei gratiā modica tempora cōtinent. De futuris autem iudicare non possumus. Orandus est igitur dominus noster Jesus Christus / vt digneť purgare sponsam suā ecclesiam dicta vesica / qui etiā olim dixit Petro: Ego rogaui pro te Petre / vt non deficiat fides tua. Ueruntamen hoc vnum pro certo tenere ꝛ credere possumus / ꝙ sicut dictus Arius satis turpiter ꝛ miserabiliter interijt / qꝛ omnia eius intestina ꝛ viscera in secessus locū defluxerūt / dignam in tali loco mortem blasphemie sue exoluens / vt dicit beatus Antoninus / vbi supra / cap.iiij. §.j. ita ꝛ Lutherus si vsqꝫ hodie euasit iudiciū dei / nouerit tamen indubie ꝙ tandem vesica sui cadaueris vlcerabiť: sicqꝫ misera anima illius descendet cū misera

fera anima proditoris Jude/ de quo legitur Actuū.j.ꝙ suspensus crepuit medius:ꝛ diffusa sunt omnia viscera eius.

¶ Anagogice/ Cineres ad modicum vtiles / sūt mali angeli: qui ad hoc tantum sunt vtiles (quamuis preter intentum) vt suis tentationibus reddāt homines cautos ꝛ humiles. Isti igitur cineres sparsi sunt in celū:tū per opus creationis:tum per elationē/ sicut patet Esa. xiiij. de Lucifero qui dixit: In celū conscendam / supra astra dei exaltabo solium meum:id est ero excelsior omnibus angelis dei in celo:sedebo in mōte testamēti in lateribus Aquilonis. Nec sufficiebat sue elationi ꝛ superbie ꝙ preficeret ceteris angelis/ꝛ obtineret super eos principatū: verū etiā appetijt equalitatē dei:nō quidem simpliciter:quia illā sciebat sibi esse impossibilē. Non autem potuit appetere impossibile:sed quia appetijt beatitudinē idepēdēter a deo/sicut ꝛ deus est beat⁹ indepēdenter ab alio:ideo sequitur in Esaia in persona eiusdē Luciferi: similis ero altissimo. Ecce igit quomodo dicti cineres.i. demones sparsi sunt in celum/ et quomodo vesice turgentes apparuerunt in illis. Deniꝗ non multo post.s.in tertio instanti dicte vesice rupte sunt / ꝛ inde prodierūt vlcera putrida ꝛ immūda. Et hoc est quod subdit dē eodē Lucifero: Detracta ē ad inferos superbia tua / cōcidit cadauer tuū: subter te sternet tinea/ꝛ operimentū tuum erunt vermes. Quomodo cecidisti de celo Lucifer / q̄ mane oriebaris? Corruisti in terram qui ꝛc. Et post pauca: Ad infernum detraheris in profundū laci. Et bene dictum est in textu/ꝙ fuerunt vesice turgentes in omni terra Egypti / q2 de quolibet ordine angelorū aliq̄ ceciderūt. Plures tamen illic remanserūt/ꝙ̄ ceciderint. Qd autem finaliter subditur/ꝙ indurauit dn̄s cor Pharaonis: referendum est ad obstinationem Luciferi ꝛ suorū sociorū. Bene ergo de eo dictū est Job xlj. Cor eius indurabitur/ quasi lapis.

¶ Tertia clausula.

Dixitq; dominus ad Moysen: Mane consurge / ꝛ sta coram Pharaone ꝛ dices ad eum: Hec dicit domin⁹ deus Hebreorum: Dimitte populum meum / vt sacrificet mihi/q2 in hac vice mittā omnes plagas meas super cor tuum/ꝛ super seruos tuos/ꝛ sup populum tuū:vt scias ꝙ non sit similis mei in omni terra. Nunc enim extendens manum/ percutiam te ꝛ populum tuum peste/ peribisq; de terra: idcirco aūt posui te/vt ostendam in te fortitudinem meam:ꝛ narret nomen meum in omni terra: Adhuc retines populum meum/ ꝛ non vis eum dimittere. En pluam cras hac ipsa hora grandinem multam nimis/ qualis nō fuit in Egypto a die qua fundata est vsque in presens tempus. Mitte ergo iam nunc / et cōgrega

Lucifer ela[...] ... sibi ... [...]vit.

congrega iumenta tua/ et omnia que habes in agro. Homines enim et iumenta & vniuersa que inuenta fuerint foris/ nec congregata de agris/ ceciderit super ea grando/ morietur. Qui timuit verbum domini de seruis Pharaonis/ fecit confugere seruos suos & et iumenta in domos. Qui autē neglexit sermonem domini/ dimisit seruos suos / et iumenta in agris. Et dixit dominus ad Moysen: Extende manum tuam in celum/ et fiat grando in vniuersa terra Egypti super homines et super iumenta / et super omnem herbam agri in terra Egypti. Extēditq̃ Moyses virgam in celum/ et dominus dedit tonitrua & grandinem / ac discurrentia fulgura super terram. Pluitque dominus grandinem super terram Egypti / et grando et ignis mixta pariter ferebantur. Tāteque fuit magnitudinis/ quāta ante nunquam apparuit in vniuersa terra Egypti/ ex quo gens illa condita est. Et percussit grando in omni terra Egypti cuncta que fuerunt in agris/ ab homine vsque ad iumentum. Cunctamque herbam agri percussit grando / et omne lignum regionis confregit. Tantum in terra Gessen/ vbi erant filii Israel / grando non cecidit. Misitque Pharao & vocauit Moysen & Aaron dicens ad eos: Peccaui etiam nunc: dominus iustus/ et ego et populus meus impij. Orate dominum / vt desinant tonitrua dei et grando vt dimittam vos / et nequaquam hic vltra maneatis. Ait Moyses: Cum egressus fuero de vrbe/ extendam palmas meas ad dominum: et cessabunt tonitrua/ & grando non erit: vt sciatis quia domini est terra. Noui autem q̃ et tu & serui tui necdum timeatis dominum deū. Linum ergo & hordeum lesum est/ eo q̃ hordeum esset virēs/ & linum iam folliculos germinaret. Triticum autem et far non sunt lesa/ quia serotina erant. Egressusque Moyses a Pharaone et vrbe / tetendit manus ad dominum/ et cessauerunt tonitrua & grando: nec vltra stillauit pluuia super terram. Uidens autem Pharao q̃ cessasset pluuia/ & grando/ & tonitrua / auxit peccatum / et ingrauatum est cor eius/ et seruorum illius/ et induratum nimis: nec dimisit Israel / sicut preceperat dominus per manū Moysi.

¶ Historialiter postq̃ noster legislator Moyses in precedēti clausula egit de sexta plaga qua percussit dominus Egyptum / et que est secunda in ordine illarum trium plagarū que in hoc capitulo continentur: in qua fit mentio de vesicis turgentibus .i. intumescētibus/ ex q̃bus crepantibus secuta sunt horrenda & fetentia vlcera in hominibus et iumentis: hic consequenter incipit agere de septima plaga/ et que in ordine illarum trium que in hoc capitulo continentur est tertia: in qua fit mentio de tonitruo & grandine missis de celo a deo sup Egyptū/ vt Pharao terrore ꝯcussus dimitteret

populum hebreorum libere exire de Egypto / vt immolaret domino deo suo in deserto.
¶ Circa hoc ergo facit Moyses in presenti textu tria.
Primo enim premittit diuinã comminationem: in principio.
Secundo subiungit dicte comminationis executionem: ibi / Extende manum rc̃.
Tertio subinfert plage infliste remotionẽ: ibi / Misit quoque Pharao.
¶ Quantũ igitur ad primum / refert Moyses dñm sibi dixisse: Mane consurge. Sic autẽ loquitur dñs / quasi dans inducias Pharaoni se emendandi. Itẽ vt ostendat longam patientiã suã in punitione malorũ. Non enim velociter procedit cõtra eos. Et ista corã Pharaõe. Nã deus dederat cordi ipsius Moysi talem constantiã / vt nõ timeret faciem ipsius Pharaonis. Quinimo ipse Pharao timebat eum / et reuerebatur / sciens multiplici experimento dominum esse cum eo. Preterea per hoc iam prefigurabatur / q sancti dei apostoli et martyres deberent stare intrepidi ante reges et psides / et loqui quecũq poneret spiritussanctus in oribus eorũ. Et dices ad eũ: Hec dicit dñs deus hebreorum / Dimitte populũ meum / vt sacrificet mihi. Ecce rationabilis petitio / et facilis ad exequendũ. Q si non feceris: sed indurati cordis vt prius fueris / ecce qd faciã tibi. Nã in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuũ. Non solũ ergo loquitur dñs de presenti plaga / verum etiã de futuris / eo q preuidebat ipsius Pharaõis obstinatione / pariter et eius flagellationem futurã. Unde subditur: Peribitisq de terra. Quod impletũ fuit / qñ ipse Pharao persequens filios Israel exeuntes de Egypto / submersus fuit in mari rubro cum suis. Est ergo sensus: Quia plagis preteritis non es emendatus o Pharao / ab hac vice non parcam tibi: nec populo tuo / sed omnes plagas quas proposui immittã tibi. Alio modo inquit Petrus de Pal. potest dici / q istud signũ / omes / nõ est hic nota vniuersitatis: sed pfectiõis. Sicut Eccli. xxv. dr / q ois plaga tristitia cordis est .i. tristitia cordis est plaga pfecta. Hec igitur plaga fuit quodãmodo ois plaga: eo q hac vice holes mortui sunt / nõ aũt inter priores plagas. Uel dicit oẽs plagas / propter vniuersitatẽ sensuũ. Nam in hac plaga fulgur fuit horribile visui / et fetidum olfactui: grãdo frigida tactui: et fructus qui debebãt seruire gustui / vel fuerũt totaliter ex grandinatione et fulgure pditi / vel amari effecti / et ad esum inepti. Uel hoc dicitur ppter vniuersitatem peussorũ: vt dicit idẽ de Pal. Quia percussa fuerunt insensibilia / vt terre nascentia: itẽ sensibilia / vt animalia: tam rationabilia q̃ irrationabilia. Ecce igitur quomodo dominus misit omnes plagas suas super Pharaonem et populum eius. Sequitur: Et super cor tuum / scilicet durum: vt scilicet grãdine frangeretur / et ingrauatum / vt igne fulguris leuigaretur: et obstinatum / vt tonitruo deterreretur:

deterreretur: vt scias/ scilicet experimento/ ꝙ non sit similis mei in omni terra. Unde Psal. Non est similis tui in dijs domine: ⁊ non est secundum opera tua. Et alibi / Deus quis similis erit tibi? quasi dicat/ nullus. Nunc enim / id est in presenti: extendens manum meā percutiā te / scilicet rebellem/ ⁊ caput totius rebellionis: et populum tuum/ scilicet tibi cōsentientem: peste/ id est plaga vehementer affligente. Peribisqꝫ de terra scilicet quantū ad personā substantiam in mari rubro. Ex nunc autem quātum ad potentiā tuam/ que amodo incipiet diminui ꝑ hanc plagam. Sequitur: Idcirco posui te / vt ostendam in te fortitudinem meam/ ⁊ narretur ⁊c̄. Qualiter autem istud intelligatur / dicetur in solutione ad dubium quartum. Sequitur: En/ id est ecce / ⁊ pro certo tene ꝙ pluam cras hac ipsa hora grandinem multam nimis/ qualis non fuit ⁊c̄. Hic ponit dominus plage huius comminationem in speciali: vt ostendat se paratum misereri: item vt contemnētem Pharaonem iustius feriat. Sequens text⁹ huius prime partis patebit in deductione dubiorum. Et sic patet de diuina cōminatione.

¶ Quantum ad secundum/ refert Moyses dominū sibi precepisse / vt extenderet manum suam in celū/ supple aereū: vt fieret grando super homines ⁊ iumenta/ atqꝫ herbas agrorū totius terre Egypti. Cūqꝫ extendisset manū/ pariter ⁊ cum ea virgā/ domin⁹ dedit. i. misit tonitrua et grandines. Ut autem dicit Isido. ethymologiarū lib. ix. Tonitruum dicit᷑ de tonus/ ⁊ terreo terres: quasi ton⁹ terrens: ⁊ fulgura discurrentia .i. ad diuersas partes currētia. Ubi notādū (secundū d. Petrū de Pal.) ꝙ sunt tria genera fulminū. Unū quod flat ⁊ tangit/ sed non vrit: ⁊ secundum hanc ꝓprietatē vocat᷑ fulgur/ a fulgeo/ prout idē est qd percutio. Aliud genus est qd vrit / ⁊ ab hoc ꝓprie dicit᷑ fulgur/ dictū a fulgeo: vt idem est qd splēdeo. Aliud gen⁹ est qd findit/ ⁊ appellatur proprie fulmen/ dictū a fulgeo/ vt idē est qd ferio: qꝛ feriēdo findit. Est aūt fulmen ictus celesti iaculi / vel ipsum iaculum. Quādoqꝫ aūt predicta nomina confundunt᷑. Conuenienter aūt Egyptij ista plaga puniti sunt/ vt qui Hebreos terruerant cōminationib⁹/ ipsi etiam tonitruis terrerent᷑. Qui vero collectione palee (que erat materia ignis) in lateꝝ decoctione eos oppresserāt/ igne ⁊ sulphure discurrente affligērentur. Similiter ⁊ grandine: quia frequenter bona eoꝝ deuastauerant. Uel dic/ ⁊ breui⁹/ ꝙ ista plaga per quā terre nascentia sunt contrita/ ⁊ in modum palearum redacta/ correspondet culpe Egyptiorū/ qua Hebreos afflixerant in palearum collectione. Sequitur: Pluitqꝫ dominus grandinē super terram Egypti / scilicet in maxima abundantia. Et notanter dicitur sup terrā Egypti: quia i terra Gessen (in qua erant filii Israel) nihil horum apparuit. Et grando et ignis mixta

mixta pariter ferebantur. Super quo dicit Andreas / quod nimium valde erat / vt nec grando ignem extingueret / nec ignis grandinē consumeret. Et quo videtur quod fuerit alius ignis quam ignis fulminis: quia grandine fulmina communiter extinguūtur. Fuit autē hoc conueniens vt ignis vindicaret in Egyptijs improbum laborem quem imposuerāt viris Hebreis in decoctione laterum / et similiter grando (que in aquā resoluitur) vindicaret in eisdem Egyptijs iniustā subuersionē paruulorum eorūdē Hebreorū. Fuit autē huiusmodi grando adeo magna / quod nunquam fuit visa talis in terra Egypti / et quo cōdita est. Naturale enim est / quod generetur grādo in aere / et presertim tēpore hyemali / scilicet ex materia frigida et humida: sed quod tante magnitudinis / sicut que tūc visa est / hoc nūquam fuerat expertum / presertim in terra Egypti / que cum sit calida / eo quod ista est ad Austrū / regionem calidam / grandinem non generat nisi paruam. Et quo innuitur / quod nunquam Egyptij antea tātum peccauerant / sicut in persecutione Hebreorum: maxime cum scriptum sit Deuteronomij. xxv. pro mensura delicti / erit et plagarum modus. Sequitur: Et percussit grando in omni terra Egypti cuncta que fuerunt in agris ab homine vsque ad iumentum / scilicet herbam: vt scilicet animalibus que remanserant et saluata fuerant intra domos / pabulum necessarium subtraheretur. Et omne lignum regionis confregit. Non quidem radicitus: sed quātum ad ramos / relinquendo stipites. Paruas tamen arbores et tenues penitus eradicabat. Et per hunc modum cibus fructuum fuit subtractus hominibus et iumentis. Notandum etiam / quod predicta grando nō solum destruxit fructus quos inuenit / verumetiam induxit sterilitatem pro sequenti anno / eo quod frigus grādinis est qualitas mortificatiua remanens in aqua / et per consequens extinguit calidum naturale tam in arboribus / quam in herbis quas percussit. Mirum ergo fuit / si postea predicte arbores Egypti reuixerint. De herbis autem secus fuit / quia postmodum potuerunt generari et seminalibus rationib⁹ relictis in terra. ¶ Quantum ad tertium / postquam descripta est plaga mirabilis quam misit dominus super terram Egypti / hic consequenter ponitur eiusdem plage reuocatio / siue remotio / atque humiliatio (licet non perfecta) ipsius Pharaonis. Nam cum hec vidisset / nec aliud remedium haberet / recurrit ad seruos dn̄i Moysen et Aaron. Fecit ergo ipsos ad se vocari per seruos suos: et dixit eis: Peccaui etiā nunc: in quo confitetur saltē ore / quod ante peccauerat: sed profecto hec cōfessio coacta fuit / non voluntaria: et ideo illi nō profuit ad salutem eternā. Dn̄s iustus / scilicet mihi penas et populo meo infligendo. Psal. Iustus dn̄s / et iustitias dilexit. Et alibi: Deus iudex iust⁹ / fortis et patiēs: ego autē et populus

lus meus impij. Quia vt dicit
Prouer.xxix. Rex impius oēs
ministros habet impios. Ora=
te dñm vt desinant tonitrua ⁊
grando: sed cur non addit: et
fulgura? Dicendum ꝙ nomine
tonitrui intelligit fulgur / ⁊ e=
conuerso: qꝛ ad vnū cōmuniter
sequit reliquū. Ad quē Moy=
ses: Cum egressus fuero de vr=
be extendā manꝰ meas ad dñz
⁊c. In quo apparuit maxima
benignitas ipsius Moysi: qꝛ
quantūcunqꝫ expertus fuisset
prius ipsius Pharaonis mali=
tiā ⁊ recidiuationē / adhuc ta=
men nō cessat pro eo orare. Ni=
mis tamen tarde rogauit Pha
rao Moysen ⁊ Aaron: qꝛ iā li=
num qḋ dicit quasi leue: ⁊ or=
deum qḋ dicit ab areo ares / eo
ꝙ omnibꝰ alijs frugibus citiꝰ
areat: vel dicit ab ordine / eo
ꝙ eiꝰ spice in granis ordinem
habeāt: hec (inquā) duo iā lesa
erant. i. contrita et ecrupta a
grandine. Cuiꝰ ratio assignat
in textu cū dicitur: eo ꝙ hor=
deū esset virens. i. tantū iā cre
uerat / ꝙ illud qḋ potest cresce
re post excussionem grandinis
esset infructuosum et omnino
inutile / ⁊ linum iam flosculos
germinaret. De Lyra dicit / ꝙ
in Hebreo habet / ⁊ linū iā cul
tellos fecerat. Et ideo ex quo
huiusmodi cultelli erāt iā fra=
cti / huiusmodi linū erat inutile
in posterū. Triticū aūt ⁊ far (si=
ue spelta secūdū alios) nō sunt
lesa. Cuius causa subdit: qꝛ se=
rotina erant. i. tardiora / ⁊ ꝑ cō
sequens illud qḋ natū erat ce=
debat percussioni grandinis /
tanqꝫ nullius aut facilis resi=
stentie. Alij autē exponunt / se=
rotina erant. i. iam ad maturi=
tatem puenientia indurauerant /
propter qḋ vim grandinis for=
tius ferre poterant. Sed vt di=
cit dñs Hugo cardi. insolitum
est ꝙ frumēta ante hordea ma
turescāt. Sunt eñi prima in se=
minando / ⁊ vltima in metēdo.
Far autē siue speltā / est genus
grani grossius frumēto. Nihil=
ominus (secundum ꝙ dicit de
Pal.) oīa semina frugū farra
dici possunt generaliter loquē
do: ⁊ hoc a frangēdo: qꝛ olim
frangebant in mortariolo pri=
usqꝫ scz esset vsꝰ molendi. Alij
aūt assignāt aliā causam / cur
scz linū ⁊ hordeū sūt lesa / potiꝰ
qꝫ triticū ⁊ far: dicentes / ꝙ in
primis Egyptij fecerāt multū
laborare Hebreos in cōfrica=
tione lini / qḋ multū ⁊ delicatū
crescit in Egypto. Unde ⁊ vsqꝫ
hodie linū delicatū dicit ema=
nare de Alexādria / que est ci=
uitas Egypti. Itē dicti Egy=
ptij fecerant multum laborare
Hebreos in hordeo triturādo
ꝓ annona equoꝝ suoꝝ / q̄ mul=
ti ⁊ optimi crescūt in Egypto /
vnde ⁊ inde adducebant equi
ad regē Salomonem: vt dr. iij.
Reg. xviij. Triticū aūt ⁊ far nō
sunt lesa: qꝛ ex his duobus ge=
neribus seminū subuentū fue=
rat Hebreis / cū scz adhuc ha=
bitarent in terra Chanaā / scz
tempore famis. Similiter ⁊ in
Egypto / scz postqꝫ illuc descē=
derunt. Gen. xlij. Cetera q̄ hic
ꝯsequēter dicunt facile patēt.

¶ Circa hanc clausulam mo=
uentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium /
Quare dominꝰ ꝑcepit Moysi
vt mane staret corā Pharaone?
Dicendum /

Dicendum / quod preter rationes iam assignatas in expositione litere / hanc possumus assignare: eo scilicet quod mane homo est magis capax discipline / eo quod phantasmata sunt tunc magis depurata / et ratio minus inquietata. Hic est quod studiosi viri magis insudant literis illa hora quam alijs horis totius diei. Et similiter qui habent negocijs publicis intendere / solent causas habentibus coram eis / dicere: Uenite ad me cras mane: et tunc expediam vos.

¶ Secundum dubium est de veritate illorum verborum: In hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum. Hoc enim non videtur possibile: maxime cum plage domini (quas potest infligere) sint infinite. Deus autem non potest producere infinitum in actu. Nec etiam homo est capax infinitarum plagarum / saltem in actu / siue itensiue: quicquid sit in potentia et extensiue: sicut patet de pena damnatorum / que erit infinita extensiue. Dicendum / quod dominus hic non loquitur de omnibus plagis quas poterat simpliciter et absolute infligere. Sed tamen de illis quas decreuerat de facto infligere / et que cadebant sub potentia eius ordinata. Nec etiam intendebat omnes huiusmodi plagas simul eadem hora infligere Pharaoni: sed successu temporis / quantumuis breuis. Multa etiam dicta sunt ad propositum prius in expositione literali.

¶ Tertium dubium / Utrum percusserit dominus Pharaonem peste. Uidetur quod sic / ex verbis textus. Ad hoc dictum est quod per pestem in proposito / intelligitur plaga vehementer affligens / qualis fuit grando / que cadendo omnia destruxit. Potest etiam probabiliter dici quod Pharao fuit percussus peste / prout importat corruptionem humorum in homine. Nec obest quod postea superuixerit / nec interierit tali morbo / cum perierit in mari rubro: quia non omnes tacti peste consequenter moriuntur. Nec similiter obest quod iste morbus non enumeratur inter decem plagas / quia preter huiusmodi decem plagas principales / pluribus alijs particularibus et minus principalibus fuit flagellata Egyptus: quamuis de illis non fiat expressa mentio. Sed quia postquam premisit dominus / percutiam te et populum tuum peste: immediate subditur / peribitisque de terra. Non autem perijt finaliter Pharao peste / sed aliter / vt dictum est: ideo per pestem in proposito intelligitur plaga / que secuta est tonitrua grandinis et fulgura: que quidem plaga fuit varia / vt declaratur in textu.

¶ Quartum dubium mouetur propter illud verbum: Idcirco posui te / vt ostendam in te fortitudinem meam / et enarretur etc. Queritur ergo de sensu illorum verborum. Dicendum / quod sensus est: Idcirco posui te. i. patienter seruaui: cum tamen iam meruisses mori: vt super te obstinatum in malo / ostenderetur potestas et virtus mea per multa signa. Non est ergo sensus / quod deus indigeat malitia hominum ad ostendendum potentiam suam / et fortitudinem: sed sic loquitur dominus / eo quod de malo scit elicere bonum: et

nunu: et sic et malitia Pharaonis elicuit declarationem sue iustitie.

¶ Quintum dubiū. Qua hora pluit dominus grandinem in Egypto? Dicēdum probabiliter, q hora matutina hoc factū est, vt maius esset miraculum. Naturaliter enim et de cōmuni cursu fit grando in meridie, vel post: eleuatis scilicet iam sursum vaporibus per calorem et virtutem solis. Tunc enim solet descēdere grando multa et grossa. Et vt dicit Isido. libro xiij. etymol. grando dicitur a grano, eo q sit similis grano. Uel iuxta etymologiā nominis, dicit grando, eo q sit grādis. Notāter autem dicitur in textu, q ista grando fuit adeo magna siue grossa, q nūq fuit visa similis in Egypto descendisse de celo: et hoc propter caliditatem et siccitatem patrie: vt dictum est. Secus autem in partibus Borealib9 frigidis, et humidis: in quibus frequenter descēdit de celo grando in copia grossa et magna atq dura: ita vt concutiat quādoq aues celi, et bestias terre.

¶ Sextum dubium oritur ratione illi9 verbi, a die qua fundata est: scilicet Egyptus, vsq in presens tempus. Querit ergo quādo primum fundata est Egyptus? Dicēdum conformiter ad de Pal. q fuit condita tempore Mesraim filij Cham: de quo dictum est Gen. x. Nam primus filius ipsius Cham, dictus est Chus: a quo dicti sunt Ethiopes. Secūdus dictus est Mesraim: a quo dicti sūt Egyptij. Et q̄uis illud non habeatur in textu vbi supra: trahitur tamē ex interpretatione nominis. Nam in Hebreo Egyptus Mesraim dicit, quasi in se retinens nomen sui fundatoris, sicut de multis nationib9 alijs, pariter et ciuitatib9 simile reperitur.

¶ Septimū dubiū. Quare monuit Moyses regem Pharaonem, hominem obstinatū et indignū quocunq beneficio dei: vt congregaret .i. cōgregari faceret iumenta, et alia que erāt in agris, intra domos vt saluarentur. Dicendum, q dominus (q sibi hoc preceperat) volebat adhuc ostēdere signa benignitatis et clementie eidem Pharaoni: vt sic cor ipsius emolliret erga populū Hebreum. Et vt dicit Gregor. In medio furoris domini, manifestatur misericordia superaltās iudiciū.

¶ Octauū dubiū. Utrū omnia animalia que inuēta sunt in agris, cum descendit grando de celo, fuerint consumpta: et idē queritur de hominibus. Videt q non: quia dicitur in textu q tam homines, q̄ iumenta, q̄ alia que erant foris, sup que caderet grando, deberent mori. Possibile autem fuit de multis hominib9 et alijs animalibus, q non cecidert grando super talia: igitur tunc non perierūt. Possibile nempe fuit q grando nō esset adeo multiplicata et condensata vt omnes et singulos homines in agris existētes tāgeret. Propterea potuerunt se recondere sub arborib9 aut intra speluncas se saluare, vna cum iumentis suis, cū primum senserunt grandinem inualescere.

ualescere. Sed ad hoc dicẽdũ: ꝙ iam non fuissent in agris: siue sub diuo. Preterea huiusmodi grãdo adeo repente descẽdit: ꝙ homines existẽtes in agris non habuerunt tẽpus opportunum se saluãdi intra antra: etiam multum ꝓpinqua. Nam casus grãdinis cum hoc ꝙ concutiebat eos: etiã terrebat. Insup aer adeo erat obscurus ex abundantia grandinis: ꝙ homines nõ vidcbãt pedes suos. Ad vmbram autẽ arborum non potuerunt se diuertere: propter eãdem rationem. Insuper etiam quia omnes arbores dicta grando vna cũ tonitruo ꝛ fulgure discurrẽtẽ super terram concusse sunt: ꝛ sic auxilium non potuerunt homines habere ab eis: sed potius penam ex casu earum sup eos. Et breuiter ꝙ nullus simpliciter euaserit de his qui erãt extra domos: satis manifeste innuitur in textu. Nec opus est alia probatione.

¶ Nonum dubium mouet͛ propter illud verbum: Quicũꝙ timuit verbum domini de seruis Pharaonis: fecit cõsurgere seruos suos: supple de agris: ꝛ similiter iumẽta: ꝛ intrare domos. Contra illud verbum videtur instare aliud verbum quod dixit idẽ Moyses ad ipsum Pharaonem: Noui: iquit: ꝙ nec tu: nec serui tui timeatis deũ. Dicendũ: ꝙ non est contradictio: quia est questio de diuerso tempore. Quod ergo hic dicit͛ de timore seruili itelligitur: quod autẽ infra: de timore filiali intelligi debet.

¶ Decimum dubium: Utrũ pecora Egyptiorum: que erãt in agris: perierint grandine. Uidetur ꝙ non: quia in textu tãtũ exprimũtur homines ꝛ iumenta: ꝛ nõ pecora. Dicendũ: ꝙ nomine iumẽtorũ comprehendũtur in ꝓposito etiam ꝛ pecora. Uel dic ꝙ includuntur sub illa generalitate qua dicitur: ꝛ vniuersa que inuẽta fuerint foris: supple ꝑibũt grãdine. Jumẽta aũt specialiter exprimũtur potius ꝙ̃ pecora: eo ꝙ sunt specialiter homini in auxiliũ propter agriculturã: sine qua Egyptij non poterãt viuere. Quod autem eorum pecora perierint grandine: est ratio naturalis ꝛ diuina. Naturalis quidẽ: quia non potuissent euadere talem ac tãtam tempestatem: qualis fuit illa que tũc afflixit terram Egypti. Diuina etiam ratio est ad idem. Cum enim deus affligeret terram Egypti: vt diminuerẽtur victualia Egyptijs: inter que cõputantur vniuersa pecora campi: cõsequẽs est dicere ꝙ talia ꝑierit grãdine.

¶ Undecimum dubium: Utrũ animalia siluestria vt cerui: et fere: perierint tali grãdine. Uidetur ꝙ non: quia cum nõ sint in adiutoriũ hominis: sicut animalia domestica: per mortẽ illorum nõ fuissent puniti Egyptij. Dicẽdum: ꝙ verisimile est talia tunc interijsse: quia etsi nõ sint in adiutorium hominũ ꝙ̃tum ad agriculturã: sicut iumẽta: aut ad vite ꝯmunẽ sustẽtationẽ sicut oues ꝛ boues: nõ q: ouibꝰ pascerẽtur: sed q: lanis earũ vterẽtur: q: tamen venationi dediti erant dicti Egyptij: multã ꝯmoditatẽ quantũ ad

ad cibũ inde sumebãt. Et ideo per mortem taliũ animaliũ silvestrium puniti sunt. Animalia tamẽ silvestria / que erãt in terra Gessen / et que poterãt cedere in commoditatem filiorũ Israel / nõ perierũt morte: sicut nec animalia eorũ domestica. Hoc autem totum factum est / vt narraretur nomen domini mirabile in omni terra.

¶ Duodecimum dubium / Ex quo sic erat q grãdo percusserat cuncta q fuerant inuẽta in agris terre Egypti / ab homine vsqz ad iumentũ / vna cũ herba et ligno totius regionis: qritur nũc qre Pharao rogauit Moysen et Aarõ vt vellẽt orare dominũ pro cessatione grandinis et tonitrui atqz fulgur. Iã eñ omnia ɔsumpta erant / vt videtur: quid igitur vlteri⁹ timuit perdere? Dicẽdum / q rogauit eos ꝓ cõseruatione triũ bonorũ / q euaserãt predictã plagã. Prima fuerũt illa q erãt in domibus: qz in agris tm̃ fuit ista pestilẽtia / siue plaga: vt patz ex textu. Secũdo fuerũt illa que nõ erant primitiua / que tunc nõ tm̃ creuerant q renascẽtia terre esset inutilis. Tertia fuerũt illa que erãt dura: vt ligna que non fuerunt fracta. Et eadem ratione illa que nõ erant in cultellis: quia nõ resistebãt grandini / sed cedebãt ꝑcussioni. Et qũuis i textu dicatur / q grando cadẽdo confregerit omne lignum regionis. Hoc tamen debet intelligi q̃tũ ad ramos / et non quantum ad fortes stipites: vt prius dictum est.

¶ Decimũtertiũ dubiũ / Quomodo mittere potuit Pharao nunciũ qui vocaret ad se Moysen et Aaron: et quo per aerem currebant fulgura / vocẽ terrẽtem dabant tonitrua: et ingens grando cadẽdo de celo in terram / q inferius inueniebat mirabiliter ꝑcutiebat. Dicendũ / q ista maxime fiebãt in agris: vt dicit textus / et non in ciuitate. Qđ si sic / nunc est q̃stio quomodo hec plaga innotuit regi Pharaoni exĩstẽti in ciuitate / et intra domum. Dicendum / q de ciuitate poterat videre hec signa / affligentia agros / etiam vicinos et propinquos: quinimmo fiebat aliqua redundantia predictorum signorum vsqz intra ciuitatem. Sicut videmus q cum tempestas percutit specialiter aliquem locum / etiam redũdat in locis circũuicinis. Grando igitur et ꝓdicta signa / non tm̃ premebant ciuitatem / quin rex posset mittere nũcios ad Moysen et Aarõ / qui etiam intra ciuitatem erant: quod patet ex verbis ipsi⁹ Moysi / dicẽtis ad Pharaonem / postq̃ venisset ad eũ / Cum egressus fuero de vrbe / extẽdã palmas etc.

¶ Decimũquartum dubium / et quod oritur directe ex solutione precedentis / tale est: Quare Moyses voluit exire ciuitatẽ / oraturus dominũ pro amotione predicte plage. Solutio / ne idolis que colebantur intra ciuitatem / adscriberetur huiusmodi liberatio. Item vt magis recollecte posset orare dominum: et vt eius exemplo excamus tumultũ populi / et queramus locum solitarium / cum volumus orare dominum. Talem etiam modum nos docuit

teneto

tenere Christus/ qui interdum ascendit in montem solus orare: vt legitur Matth. xiiij. Interdum etiam intrabat desertum locum cum volebat orare: vt habetur Marc. j.

¶ Decimumquintum dubium mouetur ꝓpter illud verbum Moysi ad Pharaonem: Noui/ ꝙ nec tu nec serui tui adhuc timeatis dominū deum. Querit̄ ergo quomodo hoc potuit cognoscere Moyses ⁊ dicēdum/ ꝙ dupliciter. Primo quidē per diuinam reuelationē. Nā deus multa sibi interius reuelabat/ ⁊ presertim que concernebant statum ipsius Pharaonis/ contra quē specialiter miserat eū dominus. Secūdo vero hoc cognouit experimento sue crudelitatis aduersus filios Israel/ et ex frequenti relapsu persecutionis eorundem: non obstantibus suis friuolis ⁊ vanis promissionibus.

¶ Decimumsextum dubiū mouetur propter illud verbū: Nec vltra stillauit pluuia super terram. Queritur ergo de sensu illorum verborꝫ. Ad hoc dicunt nōnulli/ ꝙ ex tunc simpliciter nō descēdit pluuia sup̱ terram Egypti. Irrigatur autem terra illa per fluuiū Nili/ qui certis temporibus exit limites suos/ et diffunditur per dictā terrā. Alij autem dicūt/ ⁊ melius/ ꝙ illud verbū intelligitur de abundanti copia pluuie: qualis fuit illa que tunc descēdit cum grandine/ et que oppressit vniuersam terram Egypti.

¶ Moraliter et p̄mo/ Per tres plagas quibus percussit dominus Egyptum/ de quibꝰ legit̄ in presenti capitulo/ quarū prima fuit animalium per tempestatem occisio: secunda vlcerum ⁊ vesicarum per cineris aspersionem inductio: tertia/ tonitruorum ⁊ grādinum inmissio: designantur tres plage viciorꝫ quibus percutiuntur peccatores in Egypto huius mundi. Primo nempe percutiuntur tempestate grauis tētationis/ que occidit in eis animalia: id est animalitatem spiritualem: scilicet sensum discretionis/ et motum bone operationis. Secundo percutiuntur per cineris in ventū sparsionem .i. per bonorū operū/ si que habēt/ in ventum elationem/ seu ventosam ostentationem: que efficit in eis vesicas tumoris .i. p̄sumptionis. Tertio percutiuntur per tonitruorū ignium ⁊ grandinum .i. discordiarū/ inuidiarum atq; iniuriarū perturbationem. Patet ergo ꝙ verū sit quod ait Psal. dicens: Multa flagella peccatoris.

¶ Moraliter ⁊ scd̄o/ iuxta illud Mane consurge ⁊c̄. Notandū ꝙ per Moysen (cui dixit dominus predictum verbū) denotatur penitens/ cui dicit dominꝰ ꝙ mane surgat .i. in iuuentute/ et stet corā Pharaone .i. corā domino deo per mentis rectitudinem/ ⁊ debitū famulatum illi exhibēdo: quia vt dicitur Threno. iij. Bonū erit viro cū portauerit iugum dn̄i ab adolescentia sua. Unde in Psal. Mane astabo tibi. Uel dic/ ꝙ ille mane consurgit ⁊ stat coram Pharaone/ qui statim surgit a peccato/ sine procrastinatione. Hinc Eccli. v. dicit̄ pec-

catori:a

catori: Ne tardes conuerti ad dominū/ et ne differas de die ī diem. Cuius ratio assignatur/ cū subditur: Subito enim veniet ira eius ⁊c̄. Uel dic/ ꝙ ille mane consurgit/ qui sicut surgit corporaliter hora matutina: ita ⁊ spiritualiter: stando coram rege Christo/ per eleuationem mentis in eum. Unde cōsurgere dicitur/ quasi simul surgere: corpore/ scʒ ⁊ spiritu. Ad hanc etiam consurrectionem monemur in missa a sacerdote dicente/ Sursum corda: Cui respondet clerus pro toto populo/ dicens: habemꝰ ad dominū: supple/ corda. Istō etiā ponitur de consecra. distinct. j. quando.

¶ Moraliter et tertio/ iuxta illud sepe repetitum verbum a domino: Dimitte populū meū ⁊c̄. Notandū/ ꝙ per populū domini designanť pauperes/ qui communiter sunt meliores diuitibus ⁊ potentibus. Hos autem multipliciter grauant diuites ⁊ potentes huius seculi: vix relinquentes eis pellem supra dorsum eorum. Cuilibet ergo tali iniuste grauanti populum domini/ loquitur ipse dominus/ dicens: Dimitte populum meū vt sacrificet mihi in deserto. s. paupertatis/ vacando iuxta facultatem suam sacrificijs mihi acceptissimis/ scʒ ieiunijs/ orationibus/ eleemosynis/ peregrinationibus/ ⁊ huiusmodi. Et qꝛ dicti Pharaones nolunt dimittere populum domini in pace: sed iugiter eū affligūt varijs modis: hinc est ꝙ ipe dñs cōtra tales iratus ⁊ vehemēter accēsus/ eos multipliciter ⁊ grauiter flagellat in presenti/ ⁊ adhuc grauiꝰ in futuro: sicut de eodē Pharaone contigisse legimus.

¶ Moral'r ⁊ quarto/ ꝑ grādinē multā ⁊ magnā nimis/ qualis nō fuit in Egypto ex q̄ condita est: significatur grauissime tentationes: q̄ interdū ꝓueniūt a diabolo/ aliquando a carne/ aliqñ a mundo. Et hec grādo qñꝗ destruit (ꝑ inclinationē ad malū) cūcta q̄ tāgit: de q̄ figuratiue hic dr/ ꝙ grando. s. grauis tētatiōis/ ⁊ ignis eterne dānationis/ mixta pariter ferebanť: qꝛ reatus ad penam/ consequiť ipsam culpam. Hec eīn tētatio percutit quicquid est in agro hominis/ ab homine vsqꝫ ad iumēta. i. a motu ratiōis/ vsqꝫ ad motū sensualitatis: ⁊ cunctā herbam agri. s. bona naturalia corporis humani. Nec talia euadūt nisi ea que sunt in terra Gessen/ q̄ interpretať ꝓpinquitas. Per qđ significať/ ꝙ soli viri perfecti ⁊ contemplationi dediti/ q̄ sunt propinqui deo/ euadūt predictam grandinē. Petamꝰ ergo a dño/ ⁊ dicamus ei illud Gene. xlvj. Petimꝰ vt esse nos iubeas in terra Gessen. i. ꝓpe te dñe/ per amorē ⁊ dilectionem/ atqꝫ mentis cōtemplationem. Propterea sctūs ille Job. xvij. c. dicebat: Pone me dñe iuxta te/ ⁊ cuiusuis manꝰ pugnet cōtra me. Similiter illa que erāt intra domos euaserunt grandinem ⁊ tempestatem. Per qđ intelligitur/ ꝙ qui habitāt intra domū cōsciētie/ penitentiā agentes de peccatis suis/ siue seipsos recolligentes euadunt

grandinem ⁊ tempestatē tenta
tionis et peccati. Fert / ꝙ ouis
pregnās si fuerit extra stabu=
lū tēpore tonitrui / patitur ab=
orsum: ita et illi q̄ vagātur mē
te ⁊ corpore: aduenīente toni=
truo tētationis patiuntur ab=
orsum interioris hominis. Si=
militer dictū est / ꝙ serotina e=
uaserūt grandinē ⁊ tonitrua.
Per quod intelligitur / ꝙ per=
seuerantes in bonis operibus
euadūt predictas tētationes.
Per linū aūt quod lesum est
eo ꝙ folliculos germinaret: et
similiter hordeū / eo ꝙ esset vi
rens: designant incipiētes bo=
nam vitā. Tales enim p̄ gran=
dinē siue tonitruū superueniē
tis tētationis / de facili ledun
tur interius in aīa / eo ꝙ nōdū
sunt fortes ⁊ stabiles in bono.
¶ Allegorice ⁊ primo / per il=
lud quod dictum est / ꝙ gran=
do ⁊ ignis mixta pariter fere=
bant / designatur pena dānato
rum: de qua dicit Job. xxiiij.
ꝙ ipsi ab aquis niuiū transe=
unt ad calorē nimiū. Et q̄ pa=
tet ꝙ ipsi dānati trāsibunt de
pena in penā / ⁊ de cruciatu in
cruciatum: ita vt videatur ipse
dn̄s dicere cuilibet dānato
illud qd̄ ipse hic dixit de rege
Pharaone. In hac vice mittā
oēs plagas meas sup cor tuū:
id est dabo tibi tormentā tm̄
quantū poteris portare.
¶ Allegorice ⁊ secūdo: ista p̄=
secutio septima exponit cōfor=
miter ad septimū preceptū: vt
dicit glo. ordi. conformiter ad
Rabanū. Septimū igit precep=
ptū est / nō furaberis. Septima
plaga / grādo in fructib9. Nēo
enim habet iniustū lucrū / sine
iusto dāno. Dū furaris / acqui=
ris vestem: amittis fidem. Lu=
crū visibile / dānum inuisibi=
le. Lucrū de tua cecitate / dā=
num de domini iudic. i. prote=
ctione. Qui enim malo deside
rio forinsecus furant / dei iudi
cio intrinsecus grandinant / ⁊
ager cordis eorū deuastatur.
Hec ibi.
¶ Allegorice ⁊ tertio / ⁊ cōfor
miter ad Origenē / in hac septi
ma plaga / in qua fuerūt toni=
trua grando ⁊ fulgura / viden=
tur notari flagella diuine ira=
cūdie / q̄b9 cōburūtur incētiua
culpe ⁊ cōminationes diuine.
¶ Allegorice ⁊ quarto / Moy=
ses est Christus: q̄ mane surre=
xit / quando naturā humanam
assumpsit: ⁊ tūc stetit corā re=
ge Pharaōe. i. corā deo patre /
secūdū illud Psal. Mane asta=
bo tibi: supplicaturus vt dimit
teret populū suū. i. electos ad
vitā eternā / quos captiuos te=
nebat in carcere limbi: ⁊ hoc
totū vt sacrificarēt sibi / necnō
⁊ toti trinitati sacrificiū eter=
ne laudis i celo. Uel istud pos=
sumus referre ad aereas pote=
states / que (quantū in se erat)
tenebāt populū dei captiuū in
Egypto. i. in limbo / qui tene=
brosus erat respectu claritatis
celestis glorie. Et q2 nolebant
dictū populū dn̄i dimittere exi
re de predicta Egypto. i. lim=
bo: hinc ipse rex glorie vsus est
authoritate et potestate sua /
ipsas infernales potestates de=
bellando / vectes ferreos con=
fringēdo / ⁊ vinctos de lacu in
quo nō erat aqua educēdo / at=
q̄ secū in celum deducendo.
¶ Allegorice et quinto / p̄ to=
nitrua

nitrua/grandinē/⁊ fulgura dis-
currentia/q̄ misit dn̄s sup ter-
rā Egypti: designant illa ter-
ribilia signa q̄ precedēt diem
iudicij/ de quibus in parte le-
gitur Luce.xxj.cū dicit: Erūt
signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis/ et
in terris pressura gentium/ pre
cōfusione sonitus maris ⁊ flu-
ctuū ⁊c. Itē Esa.xiij. postq̄ p̄-
misit dicēs: Ecce dies dn̄i ve-
niet crudelis ⁊c. statim subiū-
xit de predictis signis dicens:
Stelle celi/ ⁊ splendor earū/ nō
expandēt lumen suū. Obtene-
bratus est sol in ortu suo/ ⁊ lu-
na nō splēdebit in lumine suo.
Et visitabo sup orbis mala/ et
cōtra impios iniquitatē eorū.
Et multa alia ponunt ibi tam
de signis que precedēt iudicij
diē/ q̄ de ipso iudicio. Itē Jo-
hel.iij. dicit: Sol ⁊ luna obte-
nebrati sunt/ et stelle retraxe-
runt splendorem suū. Et post
pauca: Et mouebunt celi ⁊ ter
ra. Similiter Mat.xxiiij. de p̄-
dictis signis multa dicunt/ et
signanter q̄ erit tanta tribula
tio qualis nō fuit ab initio mū
di. Item q̄ stelle cadent de ce-
lo: quod tamen mystice intelli
gendū est/ scz de casu aliquorū
iustorū. Uel ad literā de aliq̄-
bus impressionib⁹ igneis q̄ ca-
dent tūc de aere in terrā/ que
etiā erūt multo maiores ⁊ fre-
quētiores q̄ que modo fiunt.
¶ Allegorice ⁊ sexto/ Per to-
nitrua intelligit illa vox tube
clangētis: Surgite mortui/ ve-
nite ad iudiciū. Per grandinē
autē illa vox Christi terribilis
ad reprobos: Ite maledicti in
ignē eternū. Matt.xxv. Et si-
cut grando in terra Egypti p̄-
cussit cūcta q̄ fuerunt in agris/
nō autē illa q̄ fuerūt intra do-
mos: ita similiter p̄dicta gran-
do diuine vocis percutiet gene
raliter omnes quotquot inuē-
ti fuerint vixisse ⁊ decessisse ex-
tra domū ecclesie/ tā numero/
q̄ merito: vt oēs infideles/ et
mali Christiani. Per fulgura
vero discurrētia/ designantur
ignea tormēta ad q̄ destinabū-
tur predicti reprobi. De p̄dicta
igit grandine/ q̄ procedit tunc
ex ore iusti iudicis Christi: lo-
quēs Augu. ad fratres in ere.
ser.lvij. q̄ intitu. de diligēti in-
structione fratrū/ dicit sic: In
die iudicij Christ⁹ increpās pec
catores dicet: Ego te/ o hō/ de
limo terre manib⁹ meis forma-
ui/ ⁊ in paradisum meū (quē nō
merebaris) collocaui. Sz tu me
meaq̄ iussa cōtēnēs/ deceptorē
diabolū seq̄ maluisti: ppter qđ
iusta pena dānatus inferni sup
plicijs deputatus eras. Postea
misertus tui carnem assumpsi/
in terris inter peccatores habi
taui: contumelias ⁊ verbera p
te sustinui/ vt te eriperem: cola
phos et sputa suscepi: ⁊ vt tibi
dulcedinē paradisi redderem/
acetū cum felle bibi: ppter te
vepib⁹ coronat⁹/ cruci affix⁹/
lācea vulnerat⁹/ ⁊ in sepulchro
positus sum. Ad inferna descē
di/ vt te ad paradisum reduce-
rē. Agnosce igitur/ o impietas
humana/ que pro te pertuli ma
la. Quid igitur passus es/ aut
quid fecisti pro me dominato-
re tuo? Nōne semp p̄cepta mea
renuens/ seductorem q̄ me se-
cutus es? Ecce modo non po-
test iustitia mea aliud iudicare
de te/ nisi quod merētur opera
tua.

tua. Ergo quod tu elegisti: te-
ne. Contempsisti lucem: possi-
de tenebras quas amasti. Se-
cutus es diabolum: vade cum
illo in ignem eternum. Quis
putas tunc erit meror/ quis lu
ctus/ que tristicia/ que angu-
stia: cũ hec fuerit aduersus im
pios prolata sententia? Hec il
le. Ecce igitur quomodo et ꝗ̃
terribiliter grãdo diuine sen-
tentie ⁊ allocutionis durissime
percutiet impios peccatores ĩ
die iudicij extremi. Quod au-
tem dicitur in textu/ ꝙ tãtum
in terra Gessen (vbi erant filij
Israel) grando nõ cecidit: de-
notat ꝙ electi/ qui in die iudi-
cij erũt ad dexteram Christi/
non terrebuntur exauditione
predicte grandinis/ siue sentẽ
tie (quantũcũ severissime et
terribilis) quinimmo eam ap-
probabunt tanꝗ̃ equissimam
⁊ iustissimam.

¶ Allegorice ⁊ septimo/ per
hoc ꝙ Moyses nunc et frequẽ
ter legitur orasse dominũ pro
rege Egypti ⁊ populo eius/ vt
dignaretur ab eo auferre pla-
gam qua opprimebant: desi-
gnant suffragia ⁊ preces quas
ecclesia catholica fũdit ad do
minũ pro infideli populo/ vt di
gnetur ab eo auferre plagam
infidelitatis/ qua mirabiliter
opprimitur. Hoc autem maxi-
me facit vniuersaliter ĩ die pa-
rasceues. Verũ ꝙ tũc non di-
citur/ Flectam⁹ genua/ cũ ora-
tur pro Iudeis/ eo ꝙ in derisũ
flectebant genua ante Chri-
stũ crudeliter a Pilato spinis
coronatũ/ ⁊ veste purpurea in-
dutũ/ dicentes: Aue rex Iu-
deorum: nec tamen incassum
orat ecclesia pro dicto populo
incredulo: quia sicut ad ora-
tionem Moysi dominus amo-
uit plagas suas a Pharaone ⁊
populo suo: ita ⁊ in fine seculi
auferet irã suam et plagã infi-
delitatis a dicto populo: vt fi-
at vnũ ouile/ ⁊ vnus pastor: vt
dicit Ioan. x. Nam tũc reliquie
Israel salue fiẽt: vt dicit Esa.
decimo.

¶ Vel dic ⁊ octauo/ ꝙ ista pos
sum⁹ referre ad multas natio-
nes ⁊ regiones infidelium: pro
quarũ cõuersione ad fidem ca-
tholicã rogauit popul⁹ fidelis
in primitiua ecclesia. Nec qui-
dem frustra/ q2 de facto multe
tales nationes adiuncte sunt
cetui fideliũ. Sed queadmodũ
Pharao/ quãtũcũ frequen-
ter ꝓmiserit (aduersitate ipel-
lente) se velle dimittere popu
lũ Israelem/ quẽ tamen aduer
sitate recedẽte inquietare vs-
que ad mortem nõ destitit: ita
⁊ multi reges/ ac pricipes infi
deles/ pro tẽpore professi sunt
fidẽ catholicã/ quã tamẽ post-
ea apostatando omnino relique
runt/ ⁊ more canũ ad vomitũ
redierunt: sic iuxta domini
sententiã facta sunt nouissima
illorum peiora prioribus: quia
melius illis erat viã veritatis
non cognoscere/ ꝗ̃ post illius
agnitionẽ retrorsum abire: vt
dicitur. ij. Pet. ij.

¶ Anagogice per Egyptũ/ ꝙ
(vt sepenumero dictũ est) inter-
pretat̃ tenebra/ siue tenebre/
designatur congregatio mali-
gnorũ spirituũ/ qui semper ha
bitãt in tenebris culpe ⁊ pene.
Quid est ergo ꝙ ceciderũt to-
nitrua/ grãdo ⁊ fulgura super

vniuersam

vniuersam terrā Egypti/ad tactum virge Moysi: nisi q̄ pellente dn̄o de celo p̄dictos malignos sp̄us/ et mittente eos in abyssum/tria p̄dicta apparuerūt? Primo igitur tunc audita sunt ingētia et stupenda tonitrua: et signāter qn̄ dn̄s dixit Lucifero illō Esa.xiiij. Ad īfernū detraheris/ ī profūdū laci. Itē qn̄ dixit de quolibet supbiente angelo illud Psal. Nō habitabit in medio dom⁹ mee/ qui facit superbiā. Secūdo secuta est grādo mirabilis:q̄ cecidit in terrā/ qn̄ ādo quidē ad predictā vocē domini cecidit in momēto de altitudine celi ī profundū inferni omnis caterua predictorū spirituum. Quia sicut superbia non potest celū ascendere pre sui grauitate:ita neq̄ ab initio illic potuit stare: eo q̄ illā detestat dn̄s/ vt dicit Amos. vj. Et hoc est qd̄ dr̄ Judith.ix. Supbi ab initio non placuerūt tibi. Et vt dicit August.lib. de obedientia et humilitate/ nihil sic odio habet deus sicut superbiā. Tertio post predictam grandinē subsecuta sunt fulgura discurrentia/ per q̄ designat ardor ignis gehenne/ affligentis dictos sp̄us infernales/ et quē secū deferūt īseparabiliter/ vbicunq̄ se transferūt. Nā et si maxima pars eorū sit adhuc ī hoc aere caliginoso propter exercitiū hoim: nō tn̄ min⁹ patiuntur ab igne/ q̄ si essent in inferno: sicut neq̄ boni āgeli custodes nostri minus sunt beati/ q̄ si essent realiter ī celo. De hoc vide beatū Tho.j. par. q.lxiiij. arti.iiij.in solutione ad vlti.

Exodi decimo.

Prima clausula.



Et dixit dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem. Ego enim induraui cor eius/ et seruorum illi⁹: vt faciam signa mea hec in eo/ et narres in auribus filij tui/ et nepotū tuorum/ quotiens contriuerim Egyptios/ et signa fecerim in eis: et sciatis quia ego dominus. Introierūt ergo Moyses et Aarō ad Pharaonem/ et dixerūt ei: Hec dicit dominus deus Hebreorum. Usquequo non vis subijci mihi? Dimitte populū meum/ vt sacrificet mihi. Sin autem resistis/ et non vis dimittere eum: ecce inducam cras locustā in fines tuos/ que operiet superficiem terre/ ne quicq̄ eius appareat: sed comedat quod residuū fuerit grandini. Corrodet enim omnia ligna que germinant in agris/ et implebunt domos tuas/ et seruorū tuorum/ et omniū Egyptiorū: quantū nō viderūt patres tui et aui/ ex quo orti sunt sup terram vsq̄ in p̄sentem diē. Auertitq̄ se/ et egressus est a Pharaone. Dixerunt aūt serui Pharaonis ad eum: Usquequo patiemur hoc scādalū? Dimitte homines/ vt sacrificēt dn̄o deo suo. Nonne vides q̄ perierit Egypt⁹? Reuocauerūtq̄ Moysen et Aarō ad Pharaonē/ qui dixit eis: ite sacrificate dn̄o deo vr̄o. Quinā sunt

nā sūt qui ituri sunt? ait Moy-ses: Cū paruulis nostris et se-niorib⁹ pergem⁹, cū filijs et fi-liabus, cū ouibus et armentis. Est enim solēnitas domini dei nostri. Et respondit Pharao: Sic dn̄s sit vobiscū. Quomo-do ego dimittā vos et paruu-los vestros: cui dubiū est, q pes-sime cogitetis? Nō fiat ita, sed ite tantū viri et sacrificate do-mino: hoc ei et ipsi petistis. Statimq eiecti sunt de cōspe-ctu Pharaonis. Dixit aūt do-minus ad Moysen: Extende manū tuā sup terrā Egypti ad locustam vt descendat sup ter-ram, et deuoret omnem herbā que residua fuerit grādini. Et extendit Moyses virgā super terram Egypti, et dn̄s induxit ventū vrentem tota die illa et nocte. Et mane facto, ventus vrens leuauit locustas. Que ascenderūt sup vniuersam ter-ram Egypti, et sederūt in cun-ctis finibus Egyptiorū innu-merabiles: quales ante illō tē-pus non fuerāt: nec postea fu-ture sunt. Operuerūtq vniuer-sam superficiē terre, vastantes omnia. Deuorata est igit herba terre, et quicquid pomorum in arborib⁹ fuit: que grando di-miserat. Nihil quoq omnino virēs relictū est in lignis, et in herbis terre, in cuncta Egy-pto. Quamobrē festinus Pha-rao vocauit Moysen et Aarō, et dixit eis: Peccaui in dominū deum vestrum, et in vos: sed nūc dimittite peccatum mihi etiā hac vice, et rogate domi-num deū vestrum, vt auferat a me mortem istam. Egressusque est Moyses de conspectu Pha-raonis, et orauit dn̄m. Qui flare fecit ventū ab Occidēte vehe-mētissimū, et arreptā locustā p-iecit i mare rubrū. Nō remāsit nec vna qdē i cūctis finib⁹ Egy-

¶ Historialr postq in (pti.) precedenti capitulo egit legifer nr̄ Moyses de duab⁹ plagis, qb⁹ pcussit dn̄s Egyptū: q sūt vesice turgētes et tonitrua ipse quēte mirabili grādine, et q in ordie pncipaliū plagarū faciūt sextā et septimā: hic cōsequēter agit de alia plaga videlicet de immissione locustarum, q qui-dem plaga in ordine est octa-ua. Loquēs igitur Moyses de huiusmōi plaga locustarū tria fa-cit. Primo ei pmittit diuinā cōmi-nationē: ibi, Hec dicit dn̄s deus. Secūdo subiūgit dicte cōmi-nationis executionem: ibi, Di-xit aūt dn̄s ad Moysen. Extē-de etc. Tertio subinfert plage predicte reuocationem: ibi, E-gressusq Moyses etc.

¶ Quantū igitur ad primum, refert dei amicus Moyses do-minū sibi dixisse: ingredere ad Pharaonem. Magna igit dei misericordia, qui totiens mit-tit seruum suū Moysen ad ho-minem peccatorem: quem non vult perire, sed ad penitentiā reuerti: et tandem saluari: dū-modo obediat voci sue: de qua sēper dicit Moyses ad eū in-trepide loquens: Hec dicit do-minus. Ac si dicat: Non ego, sed dominus est qui tibi preci-pit vt dimittas populum suum Hebreū, quem tenes captiuū: vt a te exutus sacrificet sibi in deserto. Ego (inquit domin⁹) induraui cor ei⁹. s. Pharaonis, nō supple malitiā immittēdo:

sed

ſed gratiã meam ſubtrahẽdo.
Super hec aũt dicit Auguſt.
in queſtionib⁹ ſuper Exo. ꝙ cũ
dicitur: Induratũ eſt cor Pha
raonis: vel ꝙ Pharao indura=
uit cor ſuũ: propria eſt locutio.
Cũ vero dicitur indurabo / vel
indurauí cor eius: impropria
eſt loquutio. Ponitur em̃ tũc
conſequens ꝑ antecedente. i.
induratio Pharaonis ꝓ ſuſti=
nentia dei / ad quã ſequit̃ indu
ratio eius. Additur aũt / ⁊ ſer=
uorum eius: ſupple indurauí
cor: quia tã moniti erant ſuffi=
cienter per precedẽtes plagas
vt inducerent regẽ ad populi
Iſraelitici liberationẽ / quod
tñ adhuc non fecerant: ⁊ ideo
culpabiles erant. Quod autem
ſequitur / vt faciam ſigna mea
hec in eo: ly vt / tenet̃ conſecu=
tiue / ſi referatur ad induratio=
nem: cauſaliter vero / ſi refera
tur ad dei patiẽtiã. Et narres
i aurib⁹ filij tui / ⁊ nepotũ tuo=
rum quotiens cõtriuerim ⁊c̃.
Super hoc paſſu dicit glo. ꝙ
plage Egyptiorũ ſunt erudi=
tio filiorum Iſrael / ne peccent
⁊ indurent̃ in malis ſuis / ne ſi=
milia patiant̃. Peſtilente enim
flagellato ſtult⁹ ſapiẽtior erit:
vt dicit̃ Prou. xxi. Et ex hoc
paſſu trahit̃ / ꝙ parẽtes debẽt
narrare filijs ſuis mirabilia
dei / vt poſſint merito dicere il
lud Pſal. Quanta audiuimus
⁊ cognouimus / patres nr̃i nar
rauerũt nobis. Itẽ poſt pauca:
Quãta mãdauit deus patrib⁹
noſtris / nota facere ea filijs ſu
is / vt cognoſcat generatio al=
tera. Filij q̃ naſcentur et exur=
gent / enarrabunt filijs ſuis.
¶ His igitur prelibatis deſcẽ
dit Moyſes ad diuinam cõmi
nationẽ / cum ait: Introierunt
ergo Moyſes ⁊ Aarõ ad Pha
raonem / ⁊ dixerũt ei: Loquit̃
aũt Moyſes de ſeipſo / tanquã
de alio aliquo / vt ſepe dictum
eſt. Hec dicit dominus deus
Hebreorũ: Nam q̃uis vnus ſit
deus ⁊ dñs omnium / appellat̃
tamen hic deus Hebreorum /
propter ſpecialẽ cultum quem
illi exhibebãt: ſicut ⁊ nunc po
teſt propter eandem rationem
vocari deus Chriſtianorum.
Uſq̃ q̃ nõ vis ſubijci mihi? Cũ
tamẽ ſcriptum ſit. ij. Machab.
ix. Iuſtũ eſt ſubditũ eſſe deo.
Sí ſi reſiſtis / ecce q̃d faciã tibi.
Ego eñ inducã cras locuſtã
i fines tuos. Locuſte aũt (q̃ in=
ſtabilis eſt / ⁊ que regẽ cui obe
diat nõ habet / ſicut apes hñt)
bñ regẽ Pharaonẽ deſignat /
eo ꝙ inſtabilis eſſet in propo=
ſito dimittendi populũ Iſrae=
lẽ / verbo expreſſo / ſicut patu=
it in capitulo p̃cedenti / cũ ait
ad Moyſen ⁊ Aaron: Orate
dñm vt deſinant tonitrua dei
⁊ grãdo / vt dimittã vos / ⁊ ne=
quaq̃ vltra hic maneatis. Et
tñ hoc nõ obſtãte illi imprope
rat dñs in p̃ſenti clauſula / ꝙ
nõ vult dimittere populũ ſuũ.
Ecce ei⁹ inſtabilitas. Itẽ ſupe
riorẽ regẽ habere nolebat / qr
deo ſũmo regi oĩm obedire nõ
volebat. De malo aũt qđ factu
ra eſt locuſta loq̃t Moyſes / di
cẽs: Corrodet oĩa ligna q̃ ger
minãt i agr. Erit etiã tibi mile
tũ i feſta / q̃ iplebũt domos tu=
as / ⁊ ſeruoꝝ tuorũ. ſ. illoꝝ qui
ſũt ꝓpe / ⁊ oĩm Egyptioꝝ. i. il=
loꝝ q̃ ſunt longe a te: quantũ
nõ viderũt pres tui. i. anceſſo=
res

res quos potuisti videre: et aui. i. antecessores tui quos nō potuisti videre: ex quo orti sunt sup terrā. Ac si diceret: q in nullo tēpore preterito fuit tā grauis pestis locustarū, sicut tūc. Et notādū q iuste puniti sunt Egyptij hac plaga locustarū, eo q quasi saltantes sup Hebreos ipsos conculcabāt, et bona eorū deuastabant. Qd autē Egyptij dixerūt regi vt dimitteret Hebreos, cessando ab oppressione eorū; hoc nō dixerūt ex cōpassione ad eos, sed propter plagas quas patiebātur: et eas quas in futurū timebant pati. Propter quod reuocauerūt Moysen et Aaron ad Pharaonē, scilicet eo consentiente et imperante: qui dixit eis, Ite sacrificate domino deo vestro. Sed primū dicite mihi, qui sunt qui ituri sunt? Ad quē Moyses: Cum paruulis nostris et senioribus pergemus, cū filijs et filiabus, cum ouibus et armētis. Querit aūt Andreas, cur Moyses hic non facit mentionem de mulierib9 et seruis. Et respondet, q faciendo mētionem de paruulis, tacite facit mentionē de mulieribus: quia paruuli non possunt bene educari absq mulieribus. Similiter faciendo mentionē de ouibus et armētis, tacite facit mētionem de seruis: quia talia animalia non possunt bene educari et pasci absque seruis. Est enim (inquit Moyses) solennitas domini, supple generalis: cui omnes debent interesse, tā masculi q femine. In hac autē solennitate oportet nos sacrificare dño deo nostro, et nescimus que vel quantū, et ideo oportet nos ducere animalia ad inmolandū, similiter iumenta ad portandū mulieres et paruulos. De hac autē solennitate postea dicet in deductione dubiorum. Sequit: Et respondit Pharao, Sic dominus sit vobiscum: quasi non ita fiet. Uel sic Sic dñs sit vobiscū: quasi dominus nō sit vobiscū. Ironice enim loquebat Pharao: sicut vulgo ab aliquibus dici solet ita deus vos adiuuet, vel sit vobiscū. Et nota secundum dñm Hugo. cardi. q hic primo inuenit in biblia, Dominu9 vobiscum. Ueruntamen nō tenet hic assertiue. Unde nō ab hoc loco (inquit) accepit ecclesia vt dicat, Dominus vobiscū: sed a Ruth. ij. vbi Booz dixit messorib9 suis, Dñs vobiscū. Dñs aūt Petr9 de Pal. nō facit hic pausam: sed vno contextu legit sic: Sic sit dñs vobiscū, quomodo dimittā vos et paruulos vestros. Quasi dicat Pharao: sic sit dominus vobiscū, sicut est verum q ego dimittam vos. Optabat ergo dominū nō esse cū Hebreis: quia ipse non intēdebat eos dimittere liberos abire. Ex quo patet q ironice loquebat. Sequit: Cui dubiū est q pessime cogitetis. Male quidem, subtrahendo mihi peccora vestra. Peius aūt, subtrahendo mihi corpora vestra: ne vltra seruiatis mihi. Sed pessime, subtrahēdo mihi paruulos vestros: quos reseruo vt in futurū obsequantur mihi. Nō fiet ita: sed ite tantum viri, et sacrificate domino. Hoc enim et ipsi petistis: statimq eiecti sūt de

de conspectu Pharaonis. In
his verbis notant tria: in vitu-
perium ipsius Pharaonis. Pri-
mum est: ꝙ non recte loqueba-
tur: sed ironice: cum dicebat:
sed ite tm̄ viri. Sciebat eni ꝙ
nunq̄ viri Israelite dimisissent
vxores suas: ac filios et filias.
Secundū est apertum menda-
cium: cū ait: Hoc eni petistis.
qđ falsum erat: vt patet intuē-
ti precedentia. Tertiū est cru-
delitas ⁊ inhumanitas ipsius:
erga Moysen ⁊ Aaron: q2 fe-
cit eos eijci de conspectu suo:
vel forsan in propria eos exire
fusse: qđ fuit durius: q2 sic fue-
runt ab ira regia quasi fugati:
cū tñ essent sibi pernecessarij.
Et sic patet de diuina cōmina-
tione: q̄ dirigit ad Pharaonē.
¶ Quantum aūt ad secūdum:
in quo subiungit dicte diuine
cōminationis executio: refert
Moyses de seipso: ꝙ dñs locu-
tus est ad eum dicens: Exten-
de manum tuam super terrā
Egypti ad locustam: vt descē-
dat super terrā scilicet in mul-
titudine magna ⁊ graui: ⁊ de-
uoret omnem herbā que resi-
dua fuerit grandini. Qī cū fe-
cisset dñs (tanq̄ author princi-
palis omniū plagarū terre E-
gypti) induxit ventū vrentem:
.i. ventum australem: qui est ca-
lidus et siccus: tota illa die ac
nocte. Et mane facto: ventus
vrens leuauit locustas. Huius-
modi enim ventus multū con-
fert ad generationē locustarū:
⁊ fortificationem earū. Qī aūt
dictus ventus mane leuauerit
locustas de terra: ita vt hinc
inde volarent per aera: nō fuit
naturale: eo ꝙ tali hora ma-
gis torpent locuste pre frigore
hore matutine: vel leuauit .i.
generauit. Nā huiusmodi locu-
ste generant flante vēto austra-
li: ⁊ moriunt flante vento aqui-
lonari. Uel dic: ꝙ dictus vētus
vrens leuauit huiusmodi lo-
custas de aliquo alio loco no-
bis ignoto: ⁊ satis subito trās-
portauit in Egyptū: que ascē-
derunt sup vniuersam terram
Egypti: excepta supple terra
Gessen: in qua habitabant filij
Israel: qui semp dei beneficio
fuerūt immunes a plagis Egy-
pti: vt in ipsis appareret dei
bonitas: in Egyptiis autē dei
iustitia ⁊ ira. Da exēplū de bea-
tis existētibus in celo: ⁊ de dā-
natis. Et breuiter predicte lo-
custe operuerunt vniuersam su-
perficiē terre Egypti: vastātes
omnia: vt dicit in textu. De hu-
iusmodi aūt locustis dicit Hu-
go cardi. ꝙ fetus earū primo
dicit bruchus: ⁊ tūc est perni-
cios. Grādiusculus aūt fact⁹
cū iam incipit habere alas: di-
citur atelabus: deinde dicitur
locusta: vt dicit glo. sup Joelē
j.c. Dicit etiā Plinius in natu-
rali historia: ꝙ locuste volant
tanto pennarū stridore: vt cre-
dentur esse alique aues: quarū
aduentū in regionib⁹ superio-
ribus valde timēt agricole: eo
ꝙ deuastāt omnia. Intelligēs
ergo Pharao quantā vastatio-
nem facerent huiusmodi locu-
ste: tam in herbis: q̄ in arbori-
bus et fructibus earum quas
grando dimiserat: festinus vo-
cauit Moysen ⁊ Aaron: et di-
xit eis: Peccaui in dominum
deū vestrū: ⁊ in vos. Neq̄ eni
vocauit dñm deum suum: tum
quia

quia nõ colebat eũ/ sed idola: tum quia nõ intendebat subijci illi/ tanq̃ superiori. Et ideo quicquid dicebat/ coacte et vi plagarũ dicebat/ ⁊ non amore iustitie. Iste igit̃ Pharao simulat penitentiam/ vt euadat penam: in hoc similis Antiocho regi/ de quo. ij. Machab. ix. legitur/ q̃ orabat scelestus dominum/ a quo non erat misericordiam consecuturus. Quid aũt intelligat̃ per mortem quã petebat Pharao ab eo auferri/ dicetur in deductione questionum. Et sic patet de executione diuine comminationis.

¶ Quantũ aũt ad tertiũ punctum huius prime particule/ in quo tangit̃ predicte plage locustarum reuocatio: notandũ q̃ postquam Pharao rogauit Moysen ⁊ Aaron/ vt rogarẽt dñm pro eo/ ⁊ pro reuocatione dicte plage: Moyses tot⁹ mãsuetus/ ⁊ dubia in meliorem partem interpretãs/ estimauit de ipso Pharaõe q̃ vellet cessare a malitia sua/ ⁊ dimittere populum Hebreorũ libere immolare deo suo. Propter quod egressus de conspectu ipsius Pharaonis/ orauit dñm ꝓ eo. Quare autẽ voluerit exire cum voluit orare dñm ꝓ Pharaone: duplex ratio data est in. iij. particula precedentis capituli/ in fol. ad. xiiij. dubiũ. Et nota/ q̃ et hoc passu sumit̃ argumentũ: q̃ prelatus etiã lesus a subditis/ nõ debet ab illis propterea subtrahere bñficiũ orationis. Unde ⁊ Samuel dicebat/ prout legitur. j. Reg. xij. Absit a me hoc peccatũ vt cessem ꝓ vobis orare dñm. Facta igit̃ oratione Moysi ad dñm/ ꝓ amotione locustarũ/ statim dñs fecit flare ventũ vehementissimum ab Occidẽte/ ⁊ arreptam locustã ꝓiecit in mare rubrũ. Non eñi potuit resistere impetui tanti venti: quia sicut ventus australis generat ⁊ fortificat locustas: vt dictũ est: ita ꝑ oppositũ ventus Occidẽtalis (cũ sit frigid⁹) eas debilitat et mortificat: istud etiã factũ est in presagiũ submersionis Egyptiorum ibidem fiende: vt dicetur. xiiij. c.

¶ Circa autem hũc tertiũ possunt moueri aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiũ mouetur propter illud verbũ: Introierunt ergo Moyses ⁊ Aaron ad Pharaonẽ. Querit̃ ergo quare ambo introierunt: videt̃ eñi q̃ sufficeisset de Moyse/ maxime cũ ipsi soli dixerit dñs: Ingredere ad Pharaonẽ: vt dicit̃ in principio huius clausule. Dicendum/ q̃ etsi ipsi soli Moysi dictũ sit: Ingredere ad Pharaonẽ/ nõ tamẽ excludit̃ cõsortiũ fratris sui Aaron/ maxime cũ esset interpres illius/ siue proloquutor: vt dictum est in precedentibus. Itẽ quãto durior effectus est Pharao/ tãto pluriũ increpatiõib⁹ indigebat: iuxta illud Christi verbũ de correctione fraterna loquẽtis/ ⁊ dicẽtis Mat. xviij. Si te non audierit/ supple frater tuus delinquens (qualis erat Pharao) adhibe tecũ vnũ vel duos testes/ vt ⁊c̃.

¶ Secundũ dubiũ mouet̃ ꝓpter illud verbũ: Ecce inducã cras locustã in fines tuos. Queritur ergo de sensu illorũ verborum

dorum. Dicendū/ q ibi ponit numerus singularis pro plurali/ ad maiorē expressionē: sicut dictū est supra octauo ca. huius: sup illud venit musca grauissima in domo Pharaōis. Est autem locusta animal paruū/ dētē nociuū: qđ plusq̄ cetera animalia frugibus nocet: vt dicit Catholicon. Et dicit locusta de longus/ ga/ gum: & hasta hastē: eo q longas habeat tibias velut hasta: vel dicit de loco/ & sto stas. Et tali genere animaliū pastus est beatus Joā. Baptista in deserto Judee. Dicit etiā Chrysosto. q locuste sunt quedā volatilia munda & parua/ & non satis in altū volātia: tu vero adde/ q huiusmodi volatilia apud Gallos vocant saltatricia galli. sauterelles eo q saltēt in cāpis potius q̄ volitēt: nec vnq̄ generant/ nisi tēpore hiemis & estiuo: eo q pascūt grana q̄ tūc sunt sup terrā. Statimq̄ messe trāsacta moriunt.

¶ Tertiū dubiū oritur ppter illud verbū: Corrodet omnia ligna que germināt in agris. Querit ergo quomodo illud potest stare/ maxime cū iā dictū sit in precedenti ca. sub tertia clausula/ q grando q̄ cecidit de celo cōfregit omne lignū regionis Egypti. Dicendū/ sicut ibi dictū est/ q huiusmodi grādo nō cōfregit totaliter & radicitus omne lignū regionis: sed tantū ramos/ relinquendo stipites. De eo ergo qđ remāserat in huiusmodi arboribus/ intelligendū est qđ hic dicit scz q locuste deberent corrodere omnia ligna q̄ germinant in agris.

¶ Quartum dubium orit propter illud verbum seruorum Pharaonis ad eum: Usq̄ quo patiemur hoc scandalum/ scilicet de persecutione locustarum. Queritur ergo/ vtrū predicti serui recte locuti fuerint ad regem de scandalo. Dicendum/ q non. Pro quo notandum q scandalum/ secundum doctores/ est dictum vel factū minus rectum/ prebens alteri occasionē ruine: ita etiam dicit glo. super illud Mat. xviij. Ve mundo a scandalis. Sic est autē/ q nec Moyses/ nec Aaron/ nec similiter ceteri filij Israel dixerunt aut fecerūt aliquid minus rectū quod prebere Egyptijs occasionem ruine spiritualis. i. culpe. Neq̄ enim cōminatiōes ipsius Moysi ad ipsum Pharaonem/ neq̄ plage q̄s misit dñs sup terram Egypti/ erāt de se dicta vel facta minus recta: immo rectissima: q2 ex deo pcedebāt. Relinquit ergo q huiusmodi scandalū nō fuit actiuū/ sed tm̄ passiuū/ & ex malitia ipsorū Egyptiorū pcedēs: sicut & illđ quo Judei scandalizati sunt ex illo Christi verbo: Nō qđ intrat in os/ coinquinat hoiem. Mat. xv. Vel dic/ q hic nō accipit scādalū pprie: q2 vt dictū est/ neq̄ pdicte plage/ neq̄ cōminationes erāt facta vel dicta minus recta. Sed hic accipit scādalū p impedimēto vel molestia/ siue malo/ in quo pes voluptatis puerse inuenit resistentiam sui pernicij processus: vt dicit Dominus Petrus de Pal.

¶ Quintū dubium: Quomodo intelligēdū est illud. Est enim solennitas dñi dei nři. Cū ei apđ Judeos

Judeos solennitas paschalis / de qua hic agit / dupliciter accipiatur: scilicet pro die feriationis / et pro die immolationis: queritur quomodo hic accipitur? Dicendum / quod secundo modo: scilicet pro die immolationis. Mandauerat enim dominus in precedentibus Pharaoni / vt dimitteret populum suum sacrificare sibi in deserto. Modo animalia non erant necessaria ad solennitatem paschalem / primo modo dictam. Quidam autem dicunt / quod potest hic accipi solennitas paschalis / primo modo: scilicet pro die feriationis: quia instabat solennitas paschalis celebranda. Sed hoc non valet: quia / luna decimaquinta / que erat dies solennis pasche / non quieuerunt Judei / cum essent in procinctu occupationis exitus de Egypto.

¶ Sextum dubium mouetur propter illud verbum domini ad Moysen: Extende manum tuam etc. Cum enim Moyses sit in his que sunt ad deum / Aaron autem in his que sunt ad populum: queritur cur dominus dixerit Moysi predictum verbum / et non potius Aaron? Dicendum / conformiter ad August. in questi. sup Exod. q. xxxviij. quod ideo / quia qui potest maiora / potest et minora: et maxime in subordinatis / in quibus minus continetur sub maiori. Ut qui potest ferre centum libras / potest ferre decem. Non autem intelligendum est in non subordinatis. Qui enim potest generare hominem / non propterea potest generare asinum. Aut qui potest loqui aut intelligere: non ideo potest volare. Nunc autem ad propositum / apud Moysen erat plenitudo ministerii / tam in his que ad deum pertinebant / quam que ad populum. Aaron autem erat tantum vocatus in partem solicitudinis siue ministerii / scilicet tantum in his que erant ad populum. Sicut diaconus habet partem ministerii sacerdotalis: vtpote quantum ad ministrandum sanguinem Christi populo / vt fiebat in primitiua ecclesia. Quicquid autem potest diaconus / potest et sacerdos. Et sic patet solutio ad dubium.

¶ Septimum dubium / Utrum Pharao recte locutus fuerit Moysi et Aaron / dicens: Nunc dimittite peccatum mihi. Uidetur quod non: quia solius dei est peccata dimittere: vt habetur Mat. ix. Dicendum / quod peccatum tripliciter contingit remitti. Primo quidem effectiue / principaliter et authoritatiue. Et hoc modo a solo deo dimittitur: qui solus predictis modis dimittit peccatum: et quantum ad culpam / et quantum ad reatum pene eterne: et signanter in habente contritionem de peccato suo: iuxta illud Esa. xliij. Ego (inquit dominus) sum / qui deleo iniquitates tuas propter me. hinc Luc. v. dr / Quis potest dimittere peccata nisi deus? Unde ad hoc probandum potest adduci talis ratio: Peccatum mortale / in ratione culpe et offense / est infinite grauitatis. Ergo vt sic / solum potest remitti principaliter et effectiue ab eo qui est infinite potentie. Sed solus deus habet infinitam potentiam: igitur ab eo principaliter potest peccatum mortale remitti. Secundo potest dimitti peccatum mortale ministe-

ria-

rialiter: et sic dimittit a sacer-
dote: habēte iurisdictionē siue
vsum clauiū: cū dicit cōfitenti:
Ego te absoluo. Hinc Christus
post suā resurrectionē apparēs
discipulis suis: insufflauit sup
eos: et ait: Accipite spm sctm:
quorū remiseritis peccata: re-
mittētur eis. Joan. xx. Hec aūt
potestas ministerialis est i vno
maior: et i alio minor: sm diuer
sos gradus ministeriales. Et hic
est qꝫ aliq̄ sacerdotes absoluūt
a pluribus: alij a paucioribus: vt
sit ordo hierarchicus in eccle-
sia. Tertio potest dimitti pec-
catū mortale p modū cōdona-
tionis iniurie sibi illate: quod
ptinet ad forū exteriorē: sm il
lud Christi verbū Luc. vj. Di-
mittite: et dimittetur vobis. Et
de ista dimissiōe intelligitur in
proposito: cum ait Pharao ad
Moysen et Aaron dicēs: Nunc
dimittite peccatū mihi: etiam
hac vice. Sic aūt loq̄tur: qz iā
pluries sibi remiserāt peccatū
suum: vt patet ex precedētibus.
¶ Octauū dubiū mouet̃ ppter
illud cōsequēs verbū: vt aufe-
rat a me mortē istā. Queritur
ergo q̄d intelligit̃ per mortem
in pposito? Dicendū: qꝫ intelli
gitur multitudo locustarū cor-
rodentiū omnē herbam terre:
siue omnia terre nascentia: et p
cōsequēs auferentiū ab homi-
ne omnē escā: ex quo sequebat̃
mors propter defectū cibi: siue
alimenti. Vel per mortē intel-
ligitur pestis que secutura erat
ex putrefactione illius immense
multitudinis locustarum: cum
contingeret eas mori. Ex peste
autem nata est sequi mors. Vt̃
(vt dicit dñs Hugo.) per mor-
tem in proposito: intelligit̃ pla
ga mortifera: quā Pharao vo-
cat mortē: quia ad eā disponit
ex corruptione terre nascētiū.
Et (vt dicit de Lyra) correspō-
det ista plaga culpe Egyptioꝝ
qua perduxerant vitā Hebreo
rū ad amaritudinē mirabilē.
¶ Nonū dubiū mouetur pro-
pter illud verbum: Qui scilicet
deus: flare fecit ventum ab Oc
cidente etc. Queritur ergo vtrū
in illo vento prodeunte ab Oc
cidente: esset aliqua naturalis
virtus inducens mortem super
locustas? Dicendū qꝫ sic: et hoc
propter sui frigiditatem. Cum
enim locuste sint modice vite:
requirūt ad sui cōseruationem
magnum calorem extrinsecū.
Propter q̄d modico frigore cō
sumitur. Hinc est qꝫ non appa
rēt in hyeme: sed tm̄ in feruida
estate. Inerat etiam quedā na
turalis virtus in dicto vēto oc
cidentali vt impelleret eas ad
mare. Hec autē naturalis vir-
tus idita est ipsi vēto ab autho-
re nature: quādo plasmauit o-
mnia: et cui ad nutū subijcit̃ re-
rum machina. Unde in Psal.
Qui producit vētos de thesau
ris suis: id est: secundum ordi-
nem et dispositionem prouidē-
tie sue: secundum quam dispo-
nit omnia suauiter.
¶ Decimum dubium: Cur do-
minus (q̄ optime nouerat Pha
raonē relapsurū: et nō relictu-
rum filios Israel in pace) pro-
iecit omnē locustā in mare: ita
vt neq̄ vna sola ex eis remane-
ret. Videtur enim qꝫ optime fe
cisset si eas alicubi reseruasset:
vt iterum eo relabēte redirēt:
et cooperirent totā terrā Egy-
pti.

pti. Dicēdum in primis φ illis deerat cibus in terra Egypti. Et ideo non oportuit vt redirent. Insuper dicēdum φ dominus peramplius demonstrauit suā omnipotentiā Pharaoni ꝛ populo eius per inductionem nouarum plagarū: φ si aliquā ex illis plures redire fecisset: quod vtique poterat/ si voluisset.

¶ Moraliter et pmo/ per hoc φ dñs indurauit cor Pharaonis ꝛ seruorū eius: denotat φ frequēter ad indurationē prelati sequitur induratio subditorū illius: eo φ eius exemplo peccant. Unde in figura huius legitur .j. Reg. xxxj. φ cū Saul irruisset sup gladiū suū: istud cernens armiger eius idem fecit: et ibidem mortui sunt tres filij eius. Saul (qui interpretat abutens) designat prelatū/ qui frequenter abutitur gladio potestatis sibi tradite/ sine pmissione. Quod videntes subditi illius ipsum imitantur in peccato/ ꝓpter malum exemplum. Nec tamen propterea excusant a peccato: quia debent tenere bonā doctrinam eorū/ atq illis ,put decet obedire: non autem ꝫm opera eorum facere/ prout docet Christus esse faciendum. Matth. xxiij.

¶ Moralr ꝛ .ij. Locusta in fines terre regis Egypti/ designat adulationem que habitat communiter in curijs regū ac magistratuum. In cuius figurā dixit Christus/ Matthei vndecimo: Ecce qui mollibus vestiunt in domib⁹ regū sunt. Hinc Augu. in ꝫmo. de decollatione beati Joan. Bap. dicit sic: Joānes/ q impietatē Herodis regis (q vxorē fratris inuaserat) publica authoritate condemnans/ propter iustitiā perdidit vitā: sed lucratus est gloriam. Et nos interdū ꝓ gratia hoīm/ vel timore offensionum pferimus adulationē/ ꝛ vendimus veritatē: nō timētes illud qđ terribiliter scriptum est/ scꝫ Ezech. iij. Si nō annūciaueris iniquo iniqtatē suā/ sanguinē eius de manu tua requirā. hec ille. De talib⁹ ergo adulatoribus bene loqtur ꝓpheta Esa. lvj. vocās eos canes nō valentes latrare. Nec solū quidē qꝛ muti sunt/ verumetiā qꝛ linguā more canū vulnera ꝛ defectus regum ac magnarū personarū. In cui⁹ figura legit Luce. xvj. φ canes veniebant ꝛ lingebāt plagas Lazari mendici. Quod exponens Gregor. homil. xl. dicit/ φ adulantibus vulnera lingere/ est ipsos mala aliorū improbo fauore laudare. Unde ꝑ hunc modū perseuerant in peccatis/ etiam apponentes iniqtatem super iniquitatem. Quia vt dicit August. super Psalm. exponens illud verbū: Quoniā laudatur peccator i desiderijs anime sue ꝛc. adulātiū lingue alligant aīas in peccatis. Delectat enim ea facere/ in quib⁹ non solū nō metuitur reprehensor/ sed etiam laudatur operator. Hec ille. Recte ergo locuste in finibus terre regis Egypti ꝛ cooperiētes superficiem terre/ adulatores designant: q reuera multi sunt/ et qui etiam penetrant domos regum ꝛ nobilium: vt dictum est. Et bene dicuntur locuste deuorasse quicquid

quid viriditatis remanserat in arboribus aut herbis: quia revera huiusmodi adulatores flante vento veniente sue inique adulationis devorant occasionaliter si quid gratie aut virtutis est in illis quibus adulantur: sive propter inanem gloriam, aut superbiam, que consurgit in cordibus eorum qui laudantur ab adulatoribus, sive alias. Quia sicut dicit August. ser. j. dominice quarte post trinitatem, qui peccantem verbis adulantibus palpat, peccanti fomitem subministrat. Et Senec. episto. lx. Cito nobis placemus si invenimus qui nos viros bonos dicat, qui prudentes, qui sanctos. Optimos nos esse, et sapientissimos affirmantibus assentimus. cum tamen sciamus illos sepe multa mentiri. Hec ille.

¶ Moraliter et tertio, Per ventum venientem tota die et nocte, et qui suo flatu suscitat locustas de terra: intelligitur temptatio que est a carne, et que diu durat: quia usque ad mortem: iuxta illud Psal. Usque ad noctem. i. usque ad mortem increpuerunt me renes mei. In renibus enim est sedes et fomentum libidinis. Iste igitur ventus temptationis carnalis levat locustas de terra. i. motus libidinis de carne corrupta in Adam: ita ut diceret Aposto. Galat. v. Caro concupiscit adversus spiritum.

¶ Moraliter et quarto, Per locustas saltantes et postmodum in terram cadentes, et que modico frigore moriuntur: designantur multi clerici qui saltant et currunt post prebendas et cetera ecclesiastica beneficia, processus suscitantes: ita ut vix pateat aditus ad aliquod beneficium cum pace et tranquillitate. Tunc autem locuste post volatum in terram cadunt, cum dicti clerici post pretensum ius optimum, fertur sententia pro parte adversa, sive iure, sive iniuria: et tunc pauper clericus post multas et graves expensas hinc inde factas, manet absque beneficio. Quod autem locuste post multos saltus et volatus modico frigore moriuntur: designat illos clericos, qui postquam multum saltaverint de beneficio ad beneficium, puta de simplici beneficio ad curam animarum. Deinde ad archidiaconatum, et de archidiaconatu ad episcopatum: et sic ascendendo: insuper volaverint incedentes in magnis et in mirabilibus supra se: tandem modica occasione habita, interdum satis improvide de medio tolluntur. Hinc scriptum est Ecclesiastici decimo, quod omnis potentatus, vita brevis. Et in Psalm. Deiecisti eos dum allevarentur: subito defecerunt. quia forsan male intraverunt ad ecclesiastica beneficia, aut introducti male rexerunt. Ideo sequitur: Perierunt, scilicet corporaliter et spiritualiter, et forsan eternaliter, propter iniquitatem suam. Ecce finis predictarum locustarum. Illud etiam possumus referre ad principes mundanos, et avaros, qui volunt saltare usque ad possessiones aliorum principum, eas occupando vi armorum. Sed quandoque modica febre de volatu nimio in terram deiiciuntur.

Alle=

¶ Allegorice et primo / et conformiter ad dominum Pet. de Pal. locusta percutiens Egyptum / et devorans herbam et arbores / quantum ad viriditatem quam reliquerat grando / designat predicationem beati Joan. Baptiste / qui locustas pro cibo comedebat / increpans Judeos / et dicens: O progenies viperarum / quis vos docebit fugere a ventura ira? Altera etiam locusta fuit predicatio Christi / vocantis Judeos generationem malam et adulteram. Matth. xij. Hec enim locuste Pharaonem et populum eius .i. Judeos non convertebant / sed indurabant. Propter quod vocantur a dño popul9 dure cervicis. Baruch. ij. Quinimo induraverunt cor suum ut adamantem: prout improperat illis propheta domini Zacharias. vij. c. dicens: Cor suum posuerunt ut adamantem / ne audirent legem et verba que misit dominus exercituum in spiritu suo sancto per manum prophetarum priorum. Unde propter hanc obstinationem devastata sunt eorum bona / temporalia et corporalia / per Titum et Vespasianum. Item bona eorum spiritualia / que habuerunt: ut sunt gratie et virtutes / similiter devastata sunt per culpam: et tandem reclusi sunt per mortem in captivitatem inferni: de qua nunquam liberabuntur.

¶ Allegorice et secundo / Locuste corrodentes viriditatem quam reliquerat grando in arborib9 et herbis terre Egypti / fuerunt Scribe et Pharisei / qui corroserunt modicam viriditatem fidei que ceperat esse in simplici plebe Judeorum de Christo: tum propter doctrinam et predicationem illius / tum propter miracula stupenda que faciebat / tum propter sanctitatem vite quam ducebat. Unde frequenter in sacro evangelio legitur / quod turbe sequebantur Christum / ut audirent eum predicantem / aut viderent miracula facientem. Item quod multi ex illis crediderunt in eum. Fecerunt etiam sibi magnum honorem / cum sedens super asinam intravit Hierusalem. Matthei xxj. legitur etiam Joan. vij. quod cum pontifices et Pharisei misissent ministros / ut apprehenderent Jesum: illique redissent absque eo / causamque allegassent: dicentes / quod nunquam sic locutus est homo sicut ille loquebatur / dixerunt eis Pharisei: Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum / aut ex Phariseis? Sed turba hec que non novit legem / supple credit in eum. Ecce quomodo erat aliqua viriditas fidei de Christo in simplici turba Judeorum: sed prohdolor suscitatus est ventus urens invidie et odij in pontificibus et Phariseis adversus Christum: qui levavit locustas .i. mendacia / dolos et fallacias multas adversus ipsum: ita ut dicte locuste corroderent modicam viriditatem fidei / que erat in cordibus predictarum turbarum / sicque totum devastatum est: adeo quod huiusmodi turbe tandem petierunt a Pilato Barrabam virum seditiosum et homicidam donari illis / ut non moreretur: Christum autem debere crucifigi acclamaverunt.

¶ Allegorice et tertio / Locuste

re devorantes ⁊ corrodentes modicam viriditatem arborū ⁊ herbarum totius terre Egypti designāt Antichristū cum cōplicib⁹ suis: qui in fine seculi seducēt multos: tū per falsā doctrinam: tū per simulatā sanctitatem: tum per ficta miracula: tum per varios cruciatus ⁊ tormenta. Nā per hos modos ⁊ alios / dicte locuste corrodēt viriditatem fidei in cordibus Christianorum imperfectorū / ⁊ eorū qui inuenientur instabiles in fide. Et hoc est quod loquitur Christus Matthei.xxiiij. dicens: Multi pseudoprophete surgent ⁊ seducent multos. Multa etiam dicuntur ibidē / que multum faciunt ad propositum.

¶ Allegorice ⁊ quarto / et conformiter ad Rabanum in glo. ordi. Ista plaga octaua locustarum potest referri ad octauum preceptum / quod prohibet falsum testimoniū / ⁊ omne mēdaciū / ⁊ maxime perniciosum. Sicut enim locusta multum nocet terre / sic mala lingua multum nocet hominib⁹. Nam falsus testis iudicē decipit / partē aduersam iniuste ledit / parti sue dānosum lucrum acquirit / atq; propriā cōscientiam veneno mendacij inficit.

¶ Anagogice / locuste (q̄ saltant ⁊ volitāt / ⁊ que vastauerunt quod residuū erat viriditatis in arboribus ⁊ herbis terre Egypti) designāt malignos spiritus: qui existentes in celo voluerunt volare alti⁹ q̄ illos decebat. Unde de principe eorū Lucifero dr Esa.xiiij. ꝙ dicebat in corde suo / in celū conscendā: supra astra dei exaltabo soliū meū: sedebo in monte testamēti / in laterib⁹ Aquilonis: ascēdam super altitudinē nubium / similis ero altissimo. Sed quia in Prouerbio dicitur: ꝙ qui ascendit alti⁹ q̄ debet / descēdit bassius q̄ velit: ideo dicta locusta volēs tā alte volare / descendit turpiter valde profunde. Unde sequit ubi supra: Veruntamen ad infernū detraheris / in profundū laci. Ecce mirabilē saltum quē fecit locusta Lucifer. Vastauerunt autē ⁊ corroserunt ꝑdicte locuste vniuersam viriditatem arborum et herbarum: quia ꝑ suam superbiam gratiam dei / que est interior viriditas / a qua procedit fructus boni operis / perdiderunt: ita vt in eis remāserint sola naturalia / que tamen adhuc sunt integra ⁊ splēdidissima: vt dicit beatus Dionysius.iiij.c. de diuinis nominibus. Hinc est ꝙ beat⁹ Thomas.j.parte.q.lxiiij.arti.j. dicit / ꝙ naturalis cognitio non est diminuta in demonibus: secus autem est (inquit) de cognitione que fit per gratiam / ⁊ q̄ consistit in speculatione. Talis enim cognitio nō est ab eis totaliter ablata: sed diminuta. Quia de huiusmodi secretis diuinis tantum reuelat eis quātum oportet / vel mediantibus angelis bonis / vel alio modo: vel predicerant vastationem bonorum terrestrium / quam fecerunt locuste / possumus referre ad vastationem bonorum gratie / quam faciūt dicti maligni spiritus in hominib⁹: occasionaliter tamē / scilicet suis ten-

tationibus trahentes ipsos homines ad peccatum mortale: per quod perduntur bona gratie et virtutum: atque meritorũ precedentium. Quod autem dicitur in textu: ꝙ ascenderũt innumerabiles locuste super vniuersã terram Egypti. que sederũt in cunctis finibus Egyptiorum: designatur pene infinita multitudo dictorum malignorum spirituum: que deo permittente versatur in hoc aere caliginoso ad nostrum exercitium / vt scilicet suis tentationibus resistentes mereamur coronari in celis. Quia teste Apost. secunde Thimoth. secundo: non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Gregorius etiam dicit libro tertio dialogorum: ꝙ sine labore certaminis non est palma victorie. Unde (inquit) ergo victores sunt homines: nisi quia cõtra antiqui hostis insidias decertarunt?

¶ Secunda clausula.

ET indurauit dominus cor Pharaonis: nec dimisit filios Israel. Dixit autem domin9 ad Moysen: Extẽde manum tuam in celum: et sint tenebre super terram Egypti: tam dense vt palpari queant. Extenditque Moyses manum in celũ et facte sunt tenebre horribiles in vniuersa terra Egypti. Tribus diebus nemo vidit fratrem suũ: nec mouit se de loco in quo erat. Ubicunque autem habitabant filij Isrl' lux erat. Uocauitque Pharao Moysen et Aaron: et dixit eis: ite sacrificate domino. Oues tantum vestre et armenta remaneant. Paruuli vestri eant vobiscum. Ait Moyses: Hostias quoque et holocausta dabis nobis: que offeram9 domino deo nostro. Cuncti greges pergent nobiscum: Nõ remanebit ex eis vngula que necessaria sunt in cultum domini dei nostri: presertim cũ ignoremus quid debeat immolari: donec ad ipsum locum perueniamus. Indurauit autem dominus cor Pharaonis: et noluit dimittere eos. Dixitque Pharao ad Moysen: Recede a me: et caue ne vltra videas faciem meam. Quocunque die apparueris mihi: morieris. Respondit Moyses: ita fiat vt locut9 es. Nõ videbo vltra faciẽ tuã.

¶ Historialiter postquam in precedenti clausula magn9 ille famulus domini Moyses egit de plaga locustarum / que in ordine omnium plagarum ab eo enumeratarum est octaua: hic consequenter agit de alia plaga / videlicet tenebrarum: que est numero nona. Refert ergo dictus Moyses dominũ indurasse cor Pharaonis modo prius dicto: ita vt non vellet omnino dimittere filios Israel recedere de terra Egypti: sed semper in seruitute tenere propter commoditatem quã inde habebat: tam ipse quam populus suus: qui ocio vacans cogebat Hebreos omnia opera seruilia facere. Propter ergo indurationem ipsius Pharaonis / ipse dominus deus dixit ad Moysen: Extende manum

num tuam in celum. In precedenti enim plaga dixerat dominus ad eundem Moysen: Extende manum tuam super terram: eo ꝙ locuste de terra tanquam de materia produci deberent. Hic vero dixit ei, ꝙ extendat manum suam in celum eo ꝙ de celo deberet venire plaga sequens, scilicet tenebrarum, ꝛ hoc per priuationem luminis de celo. Nam secundum Josephum, de celo venit lux, ꝛ similiter tenebre que fiunt in celo aereo per priuationem lucis: et fiat tenebre super terram Egypti, tam dense vt palpari queant. Qualiter autem illud intelligi debeat, dicetur in solutione ad primũ dubium. Fecit ergo Moyses prout imperauerat illi deus. Et facte sunt tenebre horribiles, et hoc ꝑpter causas dicẽdas in sol. ad secundum dubium. Durauerunt autem dicte tenebre tribus diebus continuis, in quibus nemo vidit fratrem suum: id est, alium hominem: nec mouit se quisꝗ̃ de loco in quo erat. Non quidem sic, ꝙ penitus non mouerentur: sed quia non poterãt migrare de loco ad locũ: vt dicit glo. interl. Quod etiã intelligendum puto de migratione notabili ꝛ exteriori: alias poterãt migrare ĩtra domos suas querẽdo cibo et potum, alias multi perissent fame per illud triduũ. Conuenienẽter autẽ Egyptij puniri sunt hac plaga tenebrarũ: vt sic merito eorum cecitas argueretur, q̃ post tot signa manebant in obstinatione sua: vt dicitur in glossa. Item qꝛ in tenebrosis carceribus oppressserãt Israelitas. Item per hoc insipientia eorum ostendebatur, qui affligebantur ꝛ ignorabãt ad quem finẽ eorum pene deuenirent: vt dicit Strabus in glos. ordi. Vbicunꝗ̃ autem habitabant filij Israel, lux erat. Ex q̃ patet ꝙ ista plaga facta ẽ mediãtibus celi luminaribus, deo ad nutum obedientibus: non influendo lumen Egyptijs, et cõmunicando illud Hebreis.

¶ Seq̃tur in textu: Vocauitꝗ̃ Pharao Moysen ꝛ Aarõ. Quõ aũt poterit sub tenebris puenire nũcius ad eos, dicetur i sequẽtibus: ꝛ dixit ad eos: Ite sacrificate dño. Iã videtur incipere Pharao obedire diuine iussioni: sed nõ plene, eo ꝙ retinet oues ꝛ armẽta Israelitarũ. Alij autem dicunt: ꝙ loq̃tur ironice, volens eos detinere, sciens ꝙ nunꝗ̃ recederent absꝗ̃ ouibus ꝛ armentis suis, tanꝗ̃ sibi necessarijs ad victũ et vestitũ. Et ideo licentiãs eos verbo ad exeundũ de Egypto: corde et intentione retinet eos. Propter qđ respõdit ei Moyses, dicẽs: Hostias q̃ꝗ̃ ꝛ holocausta dabis nobis. i. permittes ꝙ talia ducamus nobiscũ: q̃ offeramus dño deo nostro. Alij aũt dicũt ꝙ hic ironice loq̃tur Moyses ad Pharaonem: Cũcti greges pgent nobiscũ: nec remanebit ex eis vngula q̃ necessaria sunt in cultũ dñi dei nostri: cũ ignoremus quid ꝛc. Nam cum dñs dixit prius in. iij. cap. huius ad Moysen: Cũ eduxeris filios Israel de Egypto, imolabis sup mõtem istũ dño: nõ dixit ei q̃d immolaturus esset ei. Et ideo

 volult

voluit secũ ducere de Egypto in desertũ oues ⁊ armenta: id est/ cunctos greges. Nec oportebat ꝙ Moyses diceret expresse ꝙ Israelite vellent de precepto dei/ omnino de Egypto recedere/ absq; reditu. Nã quamuis nunq̃ falsum debeat dici/ veritas tamen pro loco ⁊ tẽpore licite potest taceri. Et ideo de duobus a deo sibi dictis vnum dixit/ ⁊ aliud tacuit. Iratꝰ ergo Pharao aduersus Moysẽ/ dixit ei: Recede a me/ ⁊ caue ⁊c̃. Ulterius ergo non meretur Pharao auxiliũ a domino/ nec misericordiã/ qui cũ expellit a se sub pena mortis/ p quẽ totiens obtinuit a domino misericordiã/ ⁊ multaꝝ plagarum liberationem/ siue relaxationem. Cui respõdit Moyses/ dicens: Ita fiat vt locutus es.

¶ Circa autem hanc clausulã possunt moueri aliqua dubia.

¶ Primũ igitur dubiũ mouet̃ propter illud verbũ: Et sint tenebre tam dense / vt palpari queant. Querit̃ ergo/ quõ tenebre (q̃ non sunt nisi priuatio q̃dam lucis) palpari queãt? Cũ enim priuatio nihil sit/ non videtur posse palpari. Dicendũ/ ꝙ in proposito per tenebras palpabiles: intelligitur ingrossatio aeris/ siue vaporũ illius. Tũc ergo in terra Egypti vapores fuerunt adeo ingrossati in media regione aeris/ ꝙ palpari poterant: et ꝑ cõsequens intercidere solẽ/ ne luceret sup terram. Unde ad huius confirmationẽ dicit Andreas/ ꝙ per tenebras in proposito / intelligitur densa nebula / q̃ palpari poterat. Josephus autem dicit/ ꝙ tunc aer fuit condensatꝰ vsq; ad naturam aqueam/ adeo ꝙ palpari poterat. Uel dic conformiter ad glo. interli. ꝙ hic loquitur Moyses hyperbolice de tenebris / non sic ꝙ palpari possent/ sed vt ostẽderet magnitudinem illarũ tenebrarũ.

¶ Secũdum dubiũ: Cur tenebre/ que tũc apparuerũt/ dicũtur fuisse horribiles? Dicẽdum conformiter ad dominum Hugo Cardin. ꝙ huius ratio est/ quia tunc apparuerũt quedã horrende imagines Egyptijs existẽtibus in tenebris / q̃ eos valde deterruerũt. Iuxta illđ Sap. xvij. Dũ persuasum habẽt iniqui. i. Egyptij/ posse dominari nationi sãcte. i. Hebree: vinculis tenebrarum et longe noctis compediti / q: tribꝰ diebus sub tenebris fuerũt: inclusi sub tectis fugitiui/ q: tũc non mouebãtur de locis suis: ꝑpetue ꝓuidẽtie subiacuerũt/ quam tamen illi subterfugere posse putabant. Et dũ putant se latere in obscuris peccatis/ tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt/ pauentes horrẽde/ ⁊ cũ admiratione nimia perturbati. Hec ibi. Et notanter dicit̃/ dispersi sunt: quia dũ ceciderũt tenebre super terrã Egypti: aliqui Egyptij erant in agris/ alij in plateis/ alij intra domos. Sed vbicunq; tũc essent/ inuoluti sunt tenebris palpabilibꝰ: ⁊ horrende ceperũt pauere/ propter mirabiles imaginarias visiones que apparebãt eis: vel propter mirabiles coruscationes subito super eas interuenientes. Josephus

phus autem dicit predictas te
nebras adeo fuisse mirabiles/
vt non possent Egyptij tunc
aperire oculos. Non mirum er
go si se inuicem (etiam presen
tes) videre non poterant.

¶ Tertium dubiū: Quomodo
ista possunt simul stare in veri
tate / q̄ essent tam dense tene
bre in terra Egypti tribus die
bus / q̄ nemo posset videre fra
trem suum: ⁊ q̄ Pharao mitte
rit nūcios ad Moysen et Aa
ron / qui vocarēt eos ad se? Di
cendū / q̄ ista vocatio facta est
post cessationem predictarum
tenebrarum / ⁊ cū iam illuxis
set claritas / vt dicit Andreas.
Forsan enim timuit Pharao /
ne iterum cōtingerent similes
tenebre / siue alia maior pla
ga. Propter quod timore pe
ne ductus licētiauit (saltim ver
bo) filios Israel / vt relictis ar
mentis suis abirent. Dicūt au
tem Hebrei / vt refert de Lyra /
q̄ predicte tenebre triū dierū
nō solū fuerunt ad percutien
dum Egyptios / sed etiam pro
pter filios Israel. Inter quos
erant aliqui mali ⁊ increduli /
qui etiā nolebant de Egypto
recedere. Et tales mortui sunt
in illis tribus diebus / atq̄ se
pulti: maxime cum esset lux in
terra in qua erāt Hebrei: nec
Egyptij talia viderūt. Si enī
hec vidissent / dixissent inter se
q̄ ita percussi fuissent filij Is
rael / sicut ⁊ ipsi.

¶ Quartū dubium mouetur /
propter illud respōsum Moysi
ad Pharaonem / ipsum eijcien
tem a se: Non videbo vltra fa
ciem tuam. Huiꝰ autem cōtra
rium habeť in sequenti ca. xij.
vbi dicit / q̄ Pharao vocatis
Moyse ⁊ Aarō nocte / ait: Sur
gite et egredimini a populo
meo / ⁊ vos ⁊c. Dicendū / q̄ sen
sus presentiū verborū talis ē:
Non videbo vltra faciē tuam:
id est / ad te videndū per me nō
veniā nisi vocatus. Postea au
tem vocatus fuit / ⁊ venit. Ex
ergo q̄ non est mentitus Moy
ses / sicut neq̄ Apo. q̄ vt legiť
Ro. penult. promisit se iturum
in Hispanias / quo tñ nō iuit.

¶ Moraliter ⁊ p̄mo / p horribi
les tenebras intelliguntur pctā.
Vñ de peccatoribꝰ dicit Psal.
q̄ in tenebris ambulant. Item
alibi: Fiat via illorum tenebre
⁊ lubricū / ⁊ angelus domini. s.
malus persequens eos. i. faci
ens tales peccatores ruere de
peccato in peccatū. Da exem
plum de ambulāte i tenebris /
qui cespitat ⁊ cadit frequēter.
Sed quid est / q̄ Egyptij stete
rūt tribus diebus in tenebris:
in quibus nemo vidit fratrem
suum? Profecto frater noster
Christus est / quia habitu inuē
tus vt homo: vt dicitur Phil.
secundo: Et Apost. Hebreo. ij.
Non confunditur eos / scilicet
Christus / homines vocare fra
tres. Ipse igitur caro et frater
noster ē / vt figuratiue dicit de
Joseph Gen. xxxvij. Tres au
tem dies tenebrarum / tria sūt
peccata quibus impediť pec
cator ne videat Christum fra
trem suū / simul ⁊ iudicē: nec se
moueat de loco suo. i. de statu
peccati / vt exeat ad opꝰ bonū.
Hec autem sunt superbia / aua
ritia / lasciuia. Nam per super
biam immobilitatur peccator.
Da exēplum de falconario / q̄

per capelli superpositionē / qd pulchrum apparet / immobilitat falconē. In huius figuram legitur Hiere. xxxix. q rex Babylonis eruit oclos regis Sedechie / q postea fuit immobilitatus in carcere vsq in diem mortis sue: ita et superbia eruit interiores oculos hominis / vt se non videat / nec consideret infirmitates aut fragilitates suas: atq per hunc mediū nō nulli manēt in tali cecitate toto tempore vite sue / et vsq ad mortem. Per auaritiā etiā immobilitatur homo in peccatis suis: dum ponit totum cor suū ad terrā / nihil cogitans de celestibus et eternis: tanq deberet perpetuo in presenti seculo manere. Figura de Thobia seniore / quem excecauerant stercora hirundinis. Eiusdem. ij. Propter quod Apost. Philip. iij. arbitrabatur bona temporalia tanq stercora. Per lasciuiā similiter immobilitatur homo in peccatis suis: dū ponit affectum suum ad delicias carnales. In cuius figuram legitur Iudicū. xvj. de Sampsone / qui quiescēs in sinu Dalide vxoris sue: atq ibi dormiēs / captus a Philisteis et ab eisdē excecatus / ductus est Gazam: ibiq catenis vinctus: Ecce quomodo carnalis voluptas excecat et captiuum tenet hominem lubricum. Hinc Eccle. vij. dicitur: Inueni amariorē morte mulierem / que laqueus venatorum est / et sagena cor eius. Uincula sunt manus eius. Qui placet deo / effugiet illā. Qui autem peccator est / capietur ab illa. Et Prouerbiorum septimo dicitur de muliere fatua / q homo lubricus sequitur eam / quasi bos duct' ad victimam: et quasi agnus lasciuiens et ignorans: et nescit q ad vincula stult' trahatur / donec transfigat sagitta iecur eius. Uelut si auis festinet ad laqueum / et nescit q de periculo anime eius agitur. Hec vbi supra. Patet ergo / quomodo per lasciuiā immobilitatur homo in peccatis / eo q in tenebris manet.

¶ Moraliter et secundo / triduum tenebrarū / designat triplicem mentis excecationem. Prima est / qua homo non permittitur videre per considerationem celestium felicitatem. Secunda est / qua non permittitur videre terrestrium vanitatem et instabilitatem. Tertia / quia non permittitur videre infernorum periculum et infelicitatem. Quando ergo in Egypto / id est in corde peccatoris isti tres dies tenebrarum inueniuntur / restat q primogenitus hominis / idest anima per peccatum moriatur: et postea ab angelo percutiente / id est a dei sententia eternaliter occidatur.

¶ Moraliter et tertio / per tenebras in quibus steterunt Egyptij triduo / designatur mūdana prosperitas / que excecat oculos mentis: iuxta illud Esaie sexagesimo: Ecce tenebre operient terram / et caligo populos. Sicut ergo bubones magis diligunt noctem / q diem: ita auari plus diligunt tenebras mundane prosperitatis / q claritatem spiritualis sanctitatis. Unde Joannis tertio:

rio: Dilexerunt homines / sup=
ple auari / magis tenebras / sci
licet mundane prosperitatis:
q̄ lucem / videlicet spiritualis
sanctitatis et gratie.

¶ Moraliter et quarto / per
filios Israel intelliguntur iu=
sti. Quid est ergo / ꝙ lux erat
vbicumque habitabant filij Is
rael: nisi ꝙ lux gratie ⁊ recte
fidei lucet super bonos et iu=
stos? Et per oppositum tene=
bre peccatorum operiunt ⁊ in=
uoluunt miseros peccatores.
De primo / Joan. primo: Lux in
tenebris lucet: id est veri peni=
tentes / qui prius fuerunt sub
tenebris peccatorum / nunc me
diante penitentia ambulant ⁊
stant sub lumine gratie dei.
Et hoc est qđ de talib⁹ loquēs
Apostol. Ephesiorum quinto
dicens: Eratis aliquando tene
bre: scilicet per culpam: nunc
autem lux in domino: videli=
cet per gratiam. Et ideo / vt fi=
lij lucis ambulate. De secun=
do Sapientie secūdo: Exceca=
uit eos malitia eorum. Et in
Psalm. Fiat via illorum tene=
bre et lubricum: et angelus do
mini / supple malus / persequēs
eos: id est / faciens illos ruere
de peccato in peccatum. Non
debent ergo ceci peccatores
obstinato animo permanere
in peccatis suis: ne tandem in=
uoluat eos cecitas infernalis
cum Pharaone ⁊ populo suo.
Sed debent clamare ad do=
minum / ⁊ dicere cum ceco stā=
te secus viam: Domine vt vi=
deam: Luce decimooctauo.
Abijciam⁹ igitur fratres cha
rissimi (quandiu sumus in pre=
senti) opera tenebrarum: ⁊ in=
duamur arma lucis: prout con
sulit esse faciendum aposto=
lus Paulus Romanorum. xiij.

¶ Moraliter ⁊ quinto / ⁊ qua=
si ad idem propositum: Notan
dum / ꝙ homines cupientes sal
uari / debēt manere sub dupli
ci lumine in presenti vita: scili
cet sub lumine gratie / ⁊ fidei
recte. Et quia ista duo nō pos=
sunt habere ex seipsis / sed tātū
a deo: eo ꝙ vt dicitur Jacobi
primo / Omne datum ⁊ omne
donum perfectum desursum ē:
descendens a patre luminum:
ideo orandus est deus / vt ta=
lia nobis conferat: dicentes
singillatim illud Psalmiste:
Emitte lucem tuam / id est gra
tiam: et veritatem tuam / id est
fidem rectam que continet om
nimodā veritatem: ipsa habi=
ta me deduxerūt in presenti vi
ta / ⁊ adduxerūt. i. adducent fi=
naliter in montem sanctū tuū:
id est in celū / ⁊ in tabernacula
tua. s. celestia. De quibus alibi
loquit̄ idē Psalm. dicēs: Quā
dilecta tabernacula tua dn̄e
virtutū. Itē alibi: Dn̄e quis ha
bitabit ĩ tabernaculo tuo: aut
quis requiescet in monte san=
cto tuo? Non autē sic loquitur
Psalm. tanq̄ sit impossibile il
luc ꝑuenire: sed propter exigui
tatem meriti respectu tāti pre=
mij. Justi ergo ⁊ deuoti catho
lici habentes vtrāq̄ lucē pre=
dictā / possunt se mouere ꝑ bo=
na opera. Secus aūt de pecca=
torib⁹ / q̄ more Egyptiorū ma
nent sub tenebris vitiorū: nec
inde se mouere possunt / quātū
ex ipsis est. In cui⁹ figurā dr̄ i
sequentibus. xv. de Egyptijs:
Fiant immobiles quasi lapis.

¶ Moraliter et sexto / p Pha=
raonem eiicientē Moysen cū
minis et terroribus a cōspectu
suo / cū tamen dictus Moyses
prius multotiēs ab eo plagas
amoueri a dn̄o impetrasset: in=
telligunt multi reges ⁊ princi=
pes huiꝰ seculi / ꝗ maximo odio
persequunt viros bonos et ze=
losos / quando dicūt illis veri=
tatem / ⁊ forte futurā calamito
sitatē / casu quo nō se emenda=
uerint. Unde propter hāc cau=
sam interdicunt eis quādoꝙ
ingressum suarū domorū / etiā
sub certis penis. Tales ergo
viri iusti ⁊ qui timent deū / nec
libenter vidēt ꝙ offendat deꝰ /
nō sunt bene venti in curijs ta=
liū principū: sed tantū adula=
tores et applaudatores eorū:
ita vt merito possit de vnoꝙꝙ
taliū dici illud qđ dixit Joab
ad regē Dauid flentē mortem
filij sui Absalon / ꝗ laborauē=
rat eū priuare regno: Diligis
(inquit) odientes te / ⁊ odio ha
bes diligentes te. Itē Amos
v. Odio habuerūt corripientē
in porta. i. iuste ⁊ aperte. Et lo=
quentē perfecte. i. ex charitate
corripientem / abominati sunt
. i. talem noluerūt videre. Sa=
pien. ij. Grauis est nobis etiā
ad videndum / quoniam dissi=
milis est alijs vita illius.

¶ Allegorice ⁊ primo / per no=
nam plagam tenebrarum / in=
telligit Rabanus nonum pre=
ceptū / prohibens concupiscen=
tiam vxoris aliene: in quo ap=
parent graues et dense tene=
bre. Quia vt dicit Job. xxiiij.
Oculus adulteri obseruat ca=
liginem / dicens: Non me vide=
bit oculus. Et Eccl. xxiij. Om=
nis homo qui transgredit le=
ctum suum / id est qui relicta
propria vxore habitat cum a=
liena / contemnens in animam
suam / ⁊ dicens: quis me videt?
tenebre circundant me / et pa=
rietes cooperiunt me / et nemo
circunspicit. me quem vereor:
delictorum meorū non memo=
rabitur altissimus: ⁊ non intel=
lexit quoniam omnia videt o=
culus illius. Ecce quomodo
concupiscentia carnalis indu=
cit tenebras spirituales. Con=
tra quod loquitur Augusti. in
regula de cōmuni vita clerico=
rum dicens: Nec putare debet
qui in feminam figit oculum / ⁊
illius in seipsum diligit fixum /
ab alijs se non videri cum hoc
facit: videt omnino / ⁊ a quibus
se videri non arbitrat: sed etsi
lateat / ⁊ a nemine hominū vi=
deatur / quid faciet de illo de=
super inspectore quē latere ni=
hil potest? Hec Augusti. Bene
ergo per nonam plagam / intel=
ligit trāsgressio noni precepti.

¶ Allegorice ⁊ secundo / terra
Egypti in qua apparuerūt mi=
rabiles tenebre / designat ter=
ram omniū infidelium. Terra
autem Gessen / in qua erat cla=
ritas / ipsa est ecclesia Christi.
Sic ergo innuit figuratiue per
hanc historiā / ꝙ omnes infide=
les / siue sint Judei / siue paga=
ni / aut heretici / in tenebris mi=
rabilibus infidelitatis / ⁊ que
ad perpetuas tenebras inferni
perducunt / manent. Sola autē
ecclesia catholica vero lumine
fidei illustratur a sponso suo
Christo: ꝗ eā illuminauit quā=
diu visibiliter cum ea fuit / sua
sancta predicatione: Nunc ve=

ro ipsam illuminat per sacra euangelia/ que nobis reliquit/ et per doctrinam sacrorum doctorum. Unde Joan. j. de eo dicitur: Erat (supple Christus) lux vera/ que illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum.

¶ Allegorice et tertio/ per Egyptios (qui habitant in tenebus) designãtur viri mũdani/ qui insudant die noctuqȝ sciẽtijs mundanis que sunt de pane lucrando. Tales enim habitant in tenebris: quia predicte scientie non illuminant intellectum de credendis aut sperandis/ sicut nec de agendis aut fugiendis: nisi forsan ciuiliter/ et habito respectu ad humanam politiam: vt sunt leges humane. Filij autem Israel qui habitãt in luce/ sunt veri theologi: quia theologia illuminat intellectũ de predictis/ que sunt necessaria ad humanam salutem. Ecce quantum prodest insudare studio sacre scripture.

¶ Anagogice/ per terram Gessen (que luce illuminata est) intelligitur paradisus/ vbi semper est lux. Nam sol diuinitatis ibi semper lucet/ nec aliquã do obtenebratur/ adeo ꝙ Joannes Apocalypsis. xxj. dicit/ ꝙ ciuitas celestis non eget sole/ neqȝ luna/ vt luceant in ea: eo ꝙ claritas dei illuminat eã/ et lucerna eius est agnus: et ambulabunt gentes. i. beati in lumine eius: quia visio diuine essentie/ que secundum Augustinum est tota merces/ facit ipsas gentes beatas. In hac igitur terra Gessen habitant filij Israel. i. angeli sancti et homines electi/ quod vult hoc nomen Israel/ quod interpretatur videns deum: ibi ergo predicti filij dei vident et contemplantur deũ clare et nude: nec vlla Egypti tribulatione ibi leduntur/ immo in luce et prosperitate perpetua ibi conuersantur. Econtra autem cõtinget Egyptijs. i. damnatis/ qui manebunt ꝑpetuo in tenebris palpabilibꝰ. Bene ergo de huiusmodi Egyptijs dixit Christus Mat. viij. ꝙ ejicientur in tenebras exteriores: scilicet illi qui vitam Egyptiorũ sequũtur et errores/ aut qui generaliter in presenti habitant in tenebris peccatorum. Unde bene de vtrisqȝ dicit a dño illud Esa. lxv. Ecce serui mei comedent/ et vos esurietis: serui mei bibent/ et vos sitietis: serui mei letabuntur/ et vos cõfundemini: serui mei laudabunt pre exultatiõe/ et vos clamabitis pre dolore. Ecce quãta erit disparitas post hanc vitam inter bonos et malos/ inter beatos et damnatos. Bene ergo responsisse fertur pater Abrahã diuiti epuloni/ petenti Lazarum mitti ad eum cum esset in tormẽtis infernalibus. Inter nos (inquit) et vos magnum chaos firmatum est. Luce. xvj. Istud etiam bene designatur per id quod dixit Pharao ad Moysen/ prout hic exprimitur: Recede (inquit) a me/ ne vltra videas faciem meam. Ad quem Moyses: ita fiat vt locutus es. Non videbo vltra faciem tuã. Nam etsi beati videant dãnatos/ non tamen ad vtilitatem eorum.

eorum. Et similiter ipsi damnati vsque ad diem iudicij visuri sunt beatos in gloria: saltem sub quadam generalitate / non tamen ad gaudium eorum: sed potius ad cumulum et incrementum pene ipsorum. Iuxta illud Psal. Peccator videbit / et irascetur.

¶ Exodi vndecimo.
¶ Clausula vnica.



Et dixit dominus ad Moysen. Adhuc vna plaga tangam Pharaonem et Egyptum: et post hec dimittet vos / et exire compellet. Dices ergo omni plebi / vt postulet vir ab amico suo / et mulier a vicina sua / vasa argentea et aurea et vestem. Dabit autem dominus gratiam populo suo coram Egyptijs. Fuitque Moyses vir magnus valde in terra Egypti / coram seruis Pharaonis / et omni populo. Et ait: Hec dicit dominus: Media nocte ingrediar in Egyptum / et morietur omne primogenitum in terra Egyptiorum / a primogenito Pharaonis / qui sedet in solio eius: vsque ad primogenitum ancille / que est ad molam: et omnia primogenita iumentorum. Eritque clamor magnus in vniuersa terra Egypti / qualis nec ante fuit / nec postea futurus est. Apud autem omnes filios Israel non mutiet canis: ab homine vsque ad pecus: vt sciatis quanto miraculo diuidet dominus Egyptios et Israel. Descendentesque omnes serui tui isti ad me / et adorabunt dicentes: Egredere tu / et omnis populus qui subiectus est tibi. Post hec egrediemur. Et exiuit a Pharaone iratus nimis. Dixit autem dominus ad Moysen: Non audiet vos Pharao / vt multa signa fiant in terra Egypti. Moyses autem et Aaron fecerunt omnia signa et ostenta que scripta sunt coram Pharaone. Et indurauit dominus cor Pharaonis / nec dimisit filios Israel de terra sua.

¶ Historialiter postquam in precedenti capitulo egit seruus domini Moyses de duabus plagis / quibus percussit dominus Egyptum: videlicet de infinita multitudine locustarum / que corroserunt omnia ligna que germinant in agris. Item de tenebris adeo densis / vt palpari possent / que cooperuerunt terram Egypti tribus diebus continuis: que quidem plage in ordine plagarum principalium ponuntur octaua et nona: hic consequenter incipit agere de decima plaga et vltima: que est mors omnium primogenitorum / tam hominum quam iumentorum in tota terra Egypti. Et quidem in presenti capitulo describit ipse Moyses diuinam comminationem circa huiusmodi mortem. Deinde in sequenti capitulo describit executionem dicte comminationis: ibi / Factum est autem etc. Et iterum (quantum ad primam partem) Moyses facit duo. in presenti

in presenti capitulo. Nam primo tangit ipsius plage denunciationem sibi factam in principio capituli. Secundo tangit eiusdem plage cominationem Pharaoni factã sibi, Hec dicit dominus.

¶ Quantum igitur ad primũ, refert legislator Moyses dominũ dixisse ad eũ: vel potius angelũ in psona dñi: Adhuc vna plaga tangam Pharaonem et Egyptum. Quamuis enim plures fuerint plage in Egypto, quã decem, que in hoc libro Exodi exprimuntur (vt dicit Petrus Comest.) non tamen exprimũtur cum alijs decem: eo q non fuerunt adeo graues sicut predicte. Unde de decima (q̃ est vltima principalium plagarũ) dixit dominus ad seruum suũ Moysen: Adhuc vna plaga, scilicet mortis primogenitorũ, tangam Pharaonem: scilicet principaliter, eo q fuit principalis in affligendo populũ Hebreum: et Egyptum. i. populum Egypti: et hoc minus principaliter: quia peccauit minus grauiter, quasi regi consentiendo. Nec erit de ista plaga, sicut de alijs que fuerunt friuole et vane, quantũ ad ipsum Pharaonem, eo illis non obstantibus non dimisit populũ abire de terra sua, sicut post istã plagam: ideo sequitur: Et post hec dimittet vos, et exire compellet. Iterum dixit dominus ad Moysen: Dices ergo omni plebi, supple Hebreorum, habenti debitam craterẽ: vt postulet vir ab amico suo, et mulier a vicina sua. Quod dicit: quia isti amici et vicine stantes cum Egyptijs in terra Gessen, euaserant plagas precedentes: et nihilominus tanquam ingrati se habebant erga dictos Hebreos: quinimo vt cõplacerent Pharaõi, illos grauare non cessabant. Propter quod merito in amissione rerũ suarũ puniti sunt: itẽ magis seruierat amicis, quã inimicis: et ideo plus ab eis exigere poterant. Et est hic argumentum: vt dicit de Pal. q viris licet longius ire: et cum remotis etiam amicitiam contrahere: mulieribus autem tantum domos vicinas (propter mutuas necessitates) frequentare. De ista postulatiõe vasorum argẽteorum et aureorum plura dicẽtur in sequẽti capi. Sequitur: Fuitque Moyses etc. Hic ponit solutio ad quoddam dubium. Posset enim dubitari cur Pharao non interfecit Moysen, sibi tot modis, et tam mirabiliter plagas cõminantem? Huius ratio assignetur, cum dicitur: Fuitque Moyses vir magnus valde: quia in verbis et operibus: vt dicit Act. vij. Propter quod nõ fuit interfectus a Pharaone: quod tamen maxime timere poterat, cum comminari incipiebat eidem Pharaoni de morte primogenitorũ infligenda. Magnitudo autem sue sanctitatis ostensa est in terra Egypti, coram seruis Pharaõis et omni populo: et per consequens latere non poterat.

¶ Quantum ad secundum, in quo tãgitur comminatio plage facta Pharaoni: refert idẽ Moyses de seipso, quasi de quodam alio, q dixit Pharaoni: Hec dicit dñs. Media nocte

ingrediar

ingrediar in Egyptum. Quia enim de die multi erant occupati extra domos suas in reb⁹ exterioribus et negocijs terrenis: ideo voluit dominus hanc plagam de morte primogenitorum euenire media nocte: eo scilicet tempore quo omnes quiescunt in domibus suis, vt sic generaliter omnes punirentur. Et morietur omne primogenitum in terra Egyptiorum: eo scilicet quod primogenitum domini, scilicet populum Israel, contra voluntatem domini detinebant et affligebant. A primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius: id est, qui habet ius sedendi. Secundum Orige. etsi nondum sedeat secundum actualem possessionem. Usque ad primogenitum ancille, que est ad molam. Pro quo notandum, quod antiquit⁹ serui et ancille deputabantur ad voluendum molam in molendinis. Unde de Sansone, captiuato a Philisteis, legitur Judi. xvj. quod eum molere fecerunt: ad literam. vel in opere seruili occupauerunt: vt exponit Petrus Comest. Dicitur autem a molo, lis: hec mola, le: vbi frumentum teritur. Per differentiam autem primogeniti regis et ancille: datur intelligi differentia serui et liberi, subditi et domini, pauperis et diuitis. Ac si dicatur aperte, quod omne primogenitum hominum (cuiuscunque conditionis sint) morietur. Nec solum primogenita hominum morientur, verumetiam omnia primogenita iumentorum: vt habetur in textu: per que intelliguntur primogenita omnium animalium quadrupedum, et que mouentur super terram. Eritque clamor magnus in vniuersa terra Egypti, qualis etc. scilicet propter mortem vtrorumque primogenitorum: hominum videlicet et iumentorum. Econtrario autem apud filios Israel non mutiet canis: id est, nec sonus modic⁹ audietur, qui canes ad latrandum excitet. Uel non mutiet canis. i. non dolebit. Pre dolore enim solet canis mutire. Ab homine vsque ad pecus: supple, erit ista quies apud filios Israel: vt sciatis quanto miraculo etc. Nec solum vno miraculo vsus est dominus in tali diuisione, sed pluribus. Et ideo ponitur ibi singulare pro plurali. Uel forsan loquitur textus de miraculo quod apparuit in diuisione maris rubri: quando scilicet Hebrei transierunt pede sicco, Egyptij autem (quotquot ibi inuenti sunt) submersi sunt.

¶ Sequitur: Descendentque omnes serui tui isti, qui Egyptij sunt, et qui tibi nunc assistunt. Descendent inquam de castro tuo ad me, instanter me rogantes in die illa quando hec fiet: et dicentes timore maioris pene: Egredere, supple de terra hac: tu et ois populus qui subiectus est tibi, supple ordinatione diuina. Post hec egrediemur: supple, absque vllo impedimento. Et exiuit: supple, Moyses: a Pharaone, irat⁹ nimis. Non quidem perturbatione mentis, cum esset vir mitissim⁹: sed quia stupebat et admirabatur super induratione Pharaonis, qui tactus tot et tantis penis non penituit: vt dicit glos. interli. Ly ergo nimis, non sonat in vitium: sed in feruentem zelum. Quis ergo

go Pharao non penituerit sub flagellis domini etiam hac vltima vice/patet per id quod sequitur: Dixit autē dominus ad Moysen/Nō audiet vos Pharao: scilicet vobis obediendo: vt multa signa fiāt in terra Egypti. Quod quidem verbum: secundum August.in glo. ord. non dicitur tanꝙ opus fuerit Pharaonis inobedientia vt signa illa multiplicarentur: que vtiliter fiebant/scilicet ad terrendum populum dei/ ⁊ tenendum sub dei timore. Ul' vt alij dicunt/ly vt/non tenetur causaliter/sed consecutiue.

¶ Circa autem presentē clausulam/possunt moueri multa dubia.

¶ Primum igitur dubium/est de loco in quo hac vice locut⁹ est dñs ad Moysē. Ad hoc dubium videt̃ dicere Pet. Comē. ꝙ erat i terra Gessen/vbi erāt filij Israel. Dicit em̄ sic: Abijt ergo Moyses ad fratres suos: ⁊ dixit dñs ad eū/Adhuc vna plaga ⁊c̃. Sed cōiter tenet̃/ꝙ adhuc erat corā Pharaone/vl' saltim in domo eius. Unde cōsequēter in p̄senti clausula d̄r/ꝙ post denunciationē factā eidē Pharaoni de infligēda presenti plaga/vez de morte p̄mogenitorū/ipse Moyses exiuit a Pharaone nimis irat⁹: quinimmo possibile est/ꝙ tunc erat Moyses coram Pharaone/qr nō voce exteriori (que posset a Pharaone pcipi) hec locutio dñi facta est ipi Moysi/sed interiori: sz q̄s loq̄tur Ps dicēs: Audiā quid loquat̃ in me dñs deus. Nā hoc modo multe reuelationes facte sunt sctis dei martyribus/in tyrannoꝝ presentia existentibus: iuxta illud Matt.x. Dū steteritis ante reges ⁊ presides/nolite cogitare quomodo aut q̄d loquamini: dabitur enim vobis in illa hora q̄d loquamini. Sicut ptz de Michea coram Achab existente.iij.Reg.xxij.

¶ Secundum dubium/Utrū licite dixerit dñs Moysi/vt moneret Hebreos ad postulādum ab Egyptijs vasa argentea et aurea/similiter ⁊ vestes. Uidet̃ ꝙ non: qr huiusmodi postulatio aut fiebat animo reddēdi ipsa vasa/aut animo retinēdi. Si p̄mū/g̃ Hebrei tenebāt̃ ea reddere expleto negocio pro q̄ postulabantur. Si secundū/ergo furtum commiserunt hmōi vasa retinendo/et cum illis de Egypto recedendo. Ad istud dubiū responsum est prius/videlicet.iij.c.hui⁹/sub.iij.clausula.in solu.ad octauū dubiū: et forte de hoc aliquid iterum dicetur in sequenti cap.

¶ Tertium dubiū/Cur dominus potius precepit Moysi vt Hebrei peterent ab Egyptijs secū habitātibus in terra Gessen/vasa argentea et aurea ꝙ massas argēti ⁊ auri/siue argētum ⁊ aurum monetatum? Ad hoc dicēdū/cōformiter ad Josephum/ꝙ ad decorem solēnitatis paschalis/ad quam celebrandā ibant/magis pertinēt vasa/ꝙ metalla informia. Et ideo si talia petiuissent/Egyptij dolū suspicari potuissent.

¶ Quartū dubiū/Cum dominus esset q̄ loq̄batur ad Moysen/vt d̄r in princip. hui⁹ cap. ⁊ clausule: cur nunc dixit/Dabit

autem

autē dñs gratiā popl'o suo 7c. Dicendū/ q̄ vtrobiq̄ angelus/ 7 nō dñs inmediate/ est q̄ loquitur ad Moysen: vt dicit Aug. Et ideo in presenti ad hoc insinuandū loqtur ipse angelus dicēs: Dabit autē dñs 7c. Ad insinuandū vero q̄ ipse angelus loq̄batur in psona dñi/ dictum est in principio hui9: Dixit autē dominus ad Moysen. Et sic nulla est cōtrarietas inter hos duos textus.

¶ Quintū dubium/ Utrū Moyses peccauerit seipsum cōmēdando 7 dicendo: Fuit autem Moyses vir magnus valde 7c. Uidetur q̄ sic: q2 Prouer. xvij. dicit: Laudet te alienus/ et nō os tuū. Dicendū/ 9formiter ad dñm de Palu. q̄ in hoc nō peccauit: tū quia non cōmendauit se propter propriam glo2iā/ sed ad dei gloriā et honorē: cuius virtute faciebat signa sua: tum quia loquebatur ad ,ximi edificationē/ qui edificabatur de dño/ q̄ seruū suū ita magnificabat: tū quia forte Moyses hoc non scripsit/ sed in legis reparatione Esdras hoc de suo apposuit. Et ita potest dici quotiēs in hoc libro inuenim9 scriptū aliquid in laudē ipsius Moysi/ vel de eo denūciari sub tertia persona.

¶ Sextum dubiū mouetur ,pter illud verbum dñi: Media nocte ingrediar in Egyptum. Queritur ergo/ de qua media nocte illud verbum dñi debeat intelligi? Dicēdū/ q̄ circa hoc est duplex opinio. Prima est dicentium/ q̄ hoc intelligitur de media nocte immediate sequēti. Et cum obijcitur contra ta les q̄ in sequenti capitulo multa dicuntur de immolatione agni paschalis: item de preparatione populi ad recessum de Egypto/ que duo nō potuerūt fieri in tam breui tempore. Ad hoc dicunt/ q̄ omnia ista dicta sunt populo per Moysen ante pronunciationē istius plage et sententie corā Pharaonē: 7 q̄ scripta sunt postea per modū recapitulationis/ sicut in aliq̄bus alijs passib9 sacre scripture aliquando reperitur. Secūda opinio est dicētium / q̄ post recessum Moysi a Pharaone cum ira/ supple per zelum dei/ ipse Moyses dixit populo Hebreorum ea que sequuntur in sequenti capitulo. xij. Et tunc secundum hanc opinionē opo2tet dicere/ q̄ mors primogenitorū non fuit facta in nocte immediate sequēte post recessum Moysi a Pharaone. Sz q̄ ad minus inter huiusmodi recessū Moysi 7 percussionem primogenitoꝝ Egypti/ fluxerūt. xiiij. dies in quibus populus preparauit se ad celebrandū pascha: et ad recessum de Egypto. Et ista opinio videtur ,pbabilior prima.

¶ Septimū dubiū oritur ex verbis Orige. dicētis sup illo verbo: a primogenito Pharaonis q̄ sedet in solio eius. i. q̄ habet ius sedēdi: q̄ uis adhuc actualiter non sederet in dicto solio. Ex quo patet ƺm ipsum Orige. q̄ ,pmogenit9 regis habet ius sedēdi in solio patris post mortē illius: 7 signāter vbi fiūt reges per successionē/ 7 nō p electionem. Contra hunc igit modum dicendi obijcitur de Dauid

uid / q̃ adhuc vita comite fecit filium suum Salomonem secũdo genitum inungi ⁊ coronari in regẽ: vt patet. iij. Reg. j. Ad hoc dicendum / ꝙ Dauid ita fecit vt propheta et inspiratus a deo. Alias autẽ primogenitus de lege cõmuni debet preferri (quantũ ad successionẽ regni) secũdogenito: quod intelligendum est vbi cetera sunt paria. Quinimmo ista consuetudo videtur inniti iuri diuino: vt patet Deuteronomij. xxj. Non poteris (inquit dominus) filiũ dilecte facere primogenitum: scilicet propria authoritate.

¶ Octauum dubiũ / A quo facta est huiusmodi occisio primogenitorum Egypti? Dicendum / ꝙ facta est a deo / imperatiue ⁊ authoritatiue. Et hoc innuitur per illa verba textꝰ / vbi deꝰ ait: Ingrediar in Egyptũ / ⁊ morietur omne primogenitũ in terra Egyptiorũ. Executiue autẽ et ministerialiter facta est a malo angelo: iuxta illud Psalm. Immissionem per angelos malos. Super quo dicit glossa / ꝙ deus irrogat malis penas per angelos malos / sicut Egyptijs.

¶ Nonum dubiũ mouetur propter illud verbum Moysi ad Pharaonẽ: Descendentq̃ omnes serui tui isti ad me ⁊c. Cũ enim terra Gessen (ad quã declinasse creditur Moyses post predictam denunciationem et cõminationem factã Pharaoni) sit altior reliqua terra Egypti: maxime cũ legatur Gene. xlvj. ꝙ ibi occurrerit Ioseph patri suo in Egyptum descendẽti. Videtur ꝙ hic male dixerit Moyses de seruis Pharaonis / ꝙ illuc descenderent ad eum. Quinimmo videtur ꝙ debuisset dixisse: Ascendẽtq̃ omnes serui tui ad me ⁊c. Dicendũ / ꝙ quãuis sit ita de situ terre Gessen / sicut dictũ est: adhuc tamẽ recte dictũ est a Moyse de seruis Pharaonis / ꝙ descendent ⁊c. tum quia forte palatiũ ipsius regis Pharaõis / in quo forsan erant dicti serui / eminebat toti ciuitati / in qua locutus est Moyses eidem Pharaoni. Vel quia quasi quidam descensus erat / ꝙ serui regis dimissa altitudine conditionis sue / deberẽt humiliter venire ad ipsum Moysen: quem reputabãt seruum domini sui regis: ⁊ eidem humiliter supplicare et obnixe instare / vt tã ipse ꝙ̃ ceteri Hebrei recederent de terra Egypti cum filijs suis / ⁊ omni possessione sua.

¶ Decimum dubium mouetur propter illud verbum Moysi / et adorabunt me: scilicet serui regis Pharaonis. Cũ enim soli deo debeatur adoratio / videtur ꝙ inepte dixerit Moyses predictum verbum. Dicendum / ꝙ etsi soli deo debeatur summa adoratio / que dicitur latria / in signum summi dominij: iuxta illud verbum Apost. j. Timo. j. soli deo honor ⁊ gloria: nihilominus dulia (que dicitur honor reuerentialis) potest alicui creature licite exhiberi. Et hoc modo serui regis Pharaonis adorauerunt Moysen. Qui si voluissent ipsum adorare adoratiõe latrie / hunc honorẽ (cum esset vir sanctus) nunq̃ sustinuisset.

¶ Undecimū dubium / Cur potius dicitur de seruis Pharaonis / q̃ adorauerint (supple predicto modo) Moysē / q̃ de ipso Pharaone: cum 7 ipse legatur eum adorasse / 7 rogasse vt recederet de terra sua: sicut dicit̃ seq. c. Dicēdum / q̃ illud specialiter de seruis regis dicitur: q2 cum ipse Moyses esset magne reputationis apud Egyptios: sicut dicitur in principio hui9 capituli / cum maiori reuerētia veniebāt ad eum dicti serui q̃ rex: venisset. Uel hoc specialit̃ dicitur de seruis / vt ostēdatur q̃ ipse Moyses fuit tādem honoratus ab illis / a quibus fuerat prius a cōspectu regis turpit̃ 7 ignominiose forte eiect9.

¶ Duodecimū dubium mouetur propter illud verbū: vt multa signa fiant 7c. Contra. Non restabat nisi vnum. Quare ergo dicit multa? Dicendum / q̃ vnum principale restabat / scilicet mors primogenitorū Egyptiorū. Sed multa fuerunt annexa / 7 minus principalia: scilicet q̃ canis non mutiret. Item q̃ nihil apud Hebreos eēt mortuum de primogenitis. Itē / vt dicit de Palu. probabile est q̃ multe plage min9 principales facte fuerunt in decursu istarū q̃ scripte sunt quasi magis notabiles / 7 dei potētiā magis cōmendantes: vt prius dictū est / conformiter ad Petrū Come. Unde in signum huius quidā dies vsq3 in hodiernum diē dicuntur Egyptiaci / eo q̃ in his passa sit vniuersa Egyptus: vt dicit idem Petrus. Et horum dierum duos tantum in singulis mensibus notamus in calendario nostro / ad perpetuam rei memoriam / cum tamen plures forte fuerint: vt subdit idē Petrus in histo. schola.

¶ Decimumtertium dubium / Utrum totus populus Egypti fuerit simpliciter incredulus / visis tot 7 tantis signis? Dicēdum: q̃ non: quinimmo nōnulli eorū relicto ritu idololatrie / qui maxime vigebat in Egypto / cōuersi sunt ad ritum Iudeorum. Alij autem inter eos fuerunt (vt refert Petrus Comestor) qui timētes Egyptum perituram / egressi sunt de terra illa: vt Cecrops / qui ingressus Greciam / vrbem quandam cōdidit / quā vocauit Acten / que postea dicta est Athene: quam quidam Grecorum Diadas / quidā Oxtonienam dixerunt. Iste etiam Cecrops dictus est diffres / qui tradidit Grecis matrimonium maris 7 femine: vt refert Pōpeius Trogus. Creditur etiam eadem tēpestate egressus Dionysius Bacchus / qui 7 Argos condidit / 7 vsum vinee Grecis dedit. Dicitur etiam tunc diluuiū in Thessalia factum / sub Deucalione. Item incendium mirabile sub Phaetōte / circa tempora Moysi. Item sub eo Hercules Antheū vicit. Erichtonius filius Uulcani currum / et Troilus primus quadrigā iūxisse ferunt. Egyptus (q̃ prius Mestraim / post Aerea) ab Egypto rege suum merso Egypt9 dicta est. Lacedemon filius Semeles Lacedemoniam condidit. Hec Petrus Comestor.

¶ Moraliter et primo / 7 conformiter ad dominū Petrū de

Pal.

Pal. patriarcham Alexandrinum: iuxta illud / Adhuc vna plaga tangam rc. Notandum / quod sicut propter filios Israel a primis plagis pepercit dominus Egyptijs cum eis habitantibus: ita et hodie propter merita et bonam vitam iustorum: quandoque parcit dominus malis et peccatoribus temporaliter: et propter vnum iustum / quandoque parcit multis impijs. Unde Actuum vicesimoseptimo legitur / quod propter presentiam Pauli pepercit dominus nauigantibus cum eo. In testimonium etiam huius veritatis legitur Gen. decimooctauo / quod si inuenti fuissent decem iusti in Sodomis / dominus paratus erat parcere reliquae multitudini. Dicit etiam Hierony. in prologo super vitas patrum / quod meritis sanctorum et iustorum debemus attribuere mundum adhuc stare. Nota visionem et historiam de beato Dominico / et beato Francisco. Unde reliquias sanctorum veneramur / quia propter eas parcit dominus sepe locis in quibus reposite sunt.

¶ Moraliter et secundo / per plagam mortis primogenitorum / de qua comminatur dominus Egyptijs: intelligitur extinctio principiorum bone vite. Nam ad bene agendum moraliter / aut meritorie / requiritur ex parte intellectus bona cogitatio: et bona volitio ex parte voluntatis. Hec enim sunt primogenita bone vite. Accidit autem quandoque / quod vbi dominus (a quo omne bonum / et omne donum perfectum descendit) generat in homine per internam inspirationem hec duo primogenita: ipse homo parum de illis curat / nec inde se erigit ad bene operandum. Propter quod in penam sue ingratitudinis deus ab eo aufert predicta duo primogenita: sicque in hunc modum extinguitur primogenita / siue principia bone vite. Sunt ergo huiusmodi primogenita cum gratiarum actione suscipienda / atque diligenter et ferocyus executioni demandanda et tradenda. Nam sunt velut germen et flos in arbore / respectu fructus sequentis. Quemadmodum ergo ille reputaretur peruersus qui excuteret duo predicta de arbore / ne sequeretur fructus: ita in proposito.

¶ Moraliter et tertio / iuxta illud verbum: Adhuc vna plaga tangam Pharaonem et Egyptum: Notandum / quod dominus tangit suis plagis .i. tribulationibus et aduersitatibus vite presentis / plerunque bonos et malos. At vero boni inde emendantur / et humiliores fiunt: mali vero pertinaciores / et in peccatis suis deteriores. Pro quo facit ca. Nabuchodonosor. xxiij. q. iiij. vbi summarie habetur / quod Nabuchodonosor per flagella domini correctus est / sub quibus Pharao induratus est. Ex quo patet / quod medicine salutis non operantur salubriter in singulis. Unde ad hoc dat Augu. .j. lib. de trini. dei. c. viij. triplex exemplum. Primum est de eodem igne: sub quo aurum rutilat / et palea fumat. Secundum est de tribula: sub qua stipule in area comminuuntur / et frumenta purgantur. Tertium est de vento

codē:sub quo exagitatum cenū horribiliter fetet atq; exhalat / et vnguentum suauiter fragrat. Hec ille.

¶ Moraliter et quarto et ad idem propositū notat Petrus de Pal. super hoc passu ꝙ aurū quod visu nō cognoscit / tactu deprehēdit: et tunc si pressum flectitur / bonū et purū iudicatur. Si vero non flectit / signum est ꝙ non est purū. Et ideo oportet ꝙ ponatur in fornace ad purgādum. Sic homo tactus tribulationibus vite pñtis / si patienter ducitur secundū voluntatem dei / bonus est. Et ibi dat exēplū de Job / quem manus domini tetigit satis grauiter et multipliciter: de quo tamen dicitur / ꝙ in oībus his nō peccauit labijs suis / neq; stultū quid contra deū locutꝰ est. Eiusdem primo. Et ideo euasit penas alterius seculi / quas non euadūt qui sub tribulationibus impatientes fiūt. Sed vt dicit beatus Ambrosius super Psal. Beati immaculati. ser. viij. rarꝰ Job inuenitur in terris: qui diuitias amisit et filios: et cum vermes ex toto illius corpore fluerēt / a dei tamen charitate non potuit separari.

¶ Moraliter et quinto / iuxta illud verbum: Postulet vir ab amico suo / et mulier a vicina sua / vasa argentea et aurea: et cetera. Notandum / ꝙ per vasa argentea et aurea / designantur humana corda pura et mūda per gratiam: quorum aliqua sunt argentea / alia vero aurea / secundum differentiam meritorum et gratie dei. Qui enim incipientes sunt / aut proficientes in gratia dei: hi habent corda argentea. Qui vero perfecti sunt / habent corda aurea. Talia enim corda sunt apta cultui diuino. Verum ꝙ ex nobis non possumus habere tam munda corda / seu vasa digna et apta ad recipiendum gratiam dei: et ideo talia debemus petere ab amicis nostris et vicinis: videlicet a domino deo principaliter / et qui dat omnibus affluenter / et nemini improperat: vt dicitur Jacobi primo. Minus autem principaliter et quasi secundario a sanctis eiꝰ / qui dant huiusmodi vasa / non quidem effectiue: sed deprecatiue: ipsi enim sunt qui orant pro nobis apud dñm / vt ille misereatur nostri / et vt det nobis vasa argentea et aurea / id est corda munda. Et cum talibus vasis debemus facere pascha nostrum / id est transire de hoc mundo ad patrem. Nam et pascha transitus interpretat. Ubi vero predicta vasa incurrunt aliquam immunditiā culpe / sunt confricanda per penitentiam et dolorem de peccatis / et lauanda aquis lachrymarum / siue per veram confessionem: atque postea extergenda operibꝰ satisfactorijs. Quibus expletis erunt idonea ad presentandum coram summo rege Jesu Christo / i celis post discursum vite presentis. Tūc enim qui taliter fecerint / poterunt merito dicere illud Psalmi. Transiuimus per ignem et aquam / et eduxisti nos in refrigerium. Econtra autem vas fictile

fictile: id est cor quod non est penitentie susceptibile: si contrahat immunditiã culpe: frãgetur in morte: et proiicietur in sterquilinium inferni: prout figuratiue ostenditur Leuitici.xv.

¶ Moraliter et sexto: iuxta illud: Fuit Moyses vir magnus valde in terra Egypti: coram seruis regis Egypti. Notandum ꝙ Egyptus(que tenebra interpretat: quasi tenens vmbram)designat presentem mũdum: qui est totus plenus tenebris: videlicet culpe: et ignorantie: et qui etiam est quasi tenebra quedam respectu lucis eterne. Si ergo Moyses fuit magnus in terra Egypti: designat homines mũdanos: qui sepe sunt magni coram aliis mundanis: atque felices reputari. iuxta illud Psalmi. Beatum dixerũt populum cui hec sunt: scilicet temporalia bona: honores: et gloria: sed ꝙ a parte rei non sint magni: neque felices: sed illi soli qui sunt virtuosi: ostendit idem Psal. cum subiungit dicens: Beatus populus cuius dominus deus eius. De diuitiis autem et honoribus huius seculi ꝙ non faciant hominem simpliciter magnum et felicem: aperte ostẽdit Sapiens: cum inquit Sapi. v. Transierunt omnia velut vmbra. Quia enim Job valde diues erat in possessione ouium: camelorum: boum: atque asinarum: ideo de eo dicitur: ꝙ erat valde magnus inter omnes Orientales. Eiusdem. i. Joannes autem Baptista: quamuis pauper esset secundum mundum: erat tamen magnus in diuitiis spiritualibus coram domino: vt de eo predixerat angelus. Luce primo.

¶ Moraliter et septimo: iuxta illud verbũ: Eritque clamor magnus in vniuersa terra Egypti: qualis non fuit etc. Notandum ꝙ per terram Egypti: intelligitur humana caro: que pro presenti statu inuoluitur multis tenebris. In hac igitur terra Egypti auditur indies magnus clamor: dum caro concupiscit aduersus spiritum. Prout dicit Apostolus: Galatas quinto. Item Romanos septimo: Video aliam legem in membris meis: repugnantem legi mentis mee. Nec cessabit huiusmodi clamor: quousque fuerimus in terra Gessen: id est: in celo: completa corporũ generali resurrectione. Ibi enim faciet dominus vtraque vnũ: scilicet corpus et animam. Psalm. Posuit: id est: ponet domin9 fines tuos pacem. Ista pax que erit in celo inter corpus et animã: designatur per hoc ꝙ hic dicitur: ꝙ apud filios Israel non muttiet canis: ab homine vsque ad pecus: id est non erit rebellio inter sensualitatem et rationem.

¶ Moraliter et octauo: Per Moysen(de quo hic dicitur: ꝙ exiuit a Pharaone iratus nimis) designatur deuotus et feruidus diuini verbi predicator. Per Pharaonem autem et populum eius: apud quẽ non profecit dict9 Moyses: designant tã nobiles q̃ ignobiles: apud quos forte multis dieb9 pdicauit dict9 predicator. Sed tãdẽ

videns q non proficit/propter duritiam populi tam nobilis q̃ ignobilis/ recedit iratus:et se transfert ad aliam gentem. Sic enim olim egerunt Christi apostoli. Unde legitur de beato Jacobo maiore/q cum diu predicasset in partib⁹ Hispanie/paucissimosq discipulos ibi acquisiuisset:inde recessit/ et ad aliã gentẽ cõuertendã se transtulit. Et hoc est qd loquitur Christus Matthei decimo/dicens: Quicunq nõ receperit vos/neq audierit sermones vestros:exeuntes foras de domo vel ciuitate/ excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis: tollerabilius erit terre Sodomorum et Gomorreorum ĩ die iudicij/ q̃ illi ciuitati. Sic etiam egerunt Paulus et Barnabas:qui videntes q infructuosa esset eorũ predicatio apud quosdã Judeos/ dixerũt cũ magna cõstantia/prout legitur Actuum decimotertio: Uobis oportebat primũ loqui verbũ dei:sed quoniam repellitis illud/ et indignos vos iudicatis eterne vite:ecce conuertimur ad gentes. Patet ergo intentum.

¶ Allegorice et pmo/vna plaga et vltima qua percutit dominus Egyptum/ et quam sequutum est exterminium oim Egyptiorũ in mari rubro:designat extremam et finalem omniũ reproborum damnationem. Per plagas enim precedentes/ ad horam territi Pharao et Egyptij tandem conuertebantur/ et cessabãt opprimere filios Israel/atq licentiabant eos exire. Sed vltima plaga duxit eos ad interitum:quando perseuerantes in psecutione Hebreorum submersi sunt/ ita vt nec vnus ex illis euaserit:ita et mali per plagas psentes quãdoq simpliciter:quandoq vero ad horam/sicut Antiochus conuertunt. Sed postq̃ in sua malitia moriunt: tunc in inferno perpetuo submergunt. Unde Apocal. xviij. dicitur: Tulit angel⁹ lapidem. i. animam in peccatis induratam ad modum lapidis: et misit in mare dicens: Hoc impetu mittetur Babylon. s. in infernum: et vltra non inuenietur. Iste est finis et plaga vltima obstinatorum. Sequitur: Post hec dimittet vos/qz tunc cessabit psecutio malorum/eo q tũc cessabit in eis facultas nocendi sanctis. Sed quid sibi vult illud verbũ quod sequit: Et exire compellet. nisi q mala tyrannorum/ que nos hic pmũt/ ad deum ire compellunt/vt dicit Gregorius. Unde tyranni compellebãt sanctos dei martyres(eos persequendo)exire de Egypto. i. de presenti mundo: et ire ad terram promissionis. i. ad celum. In cuius figuram legitur Luce. xiiij. q dixit dominus seruo suo: Exi in sepes et vias/ et compelle intrare:quia regnum celorum vim patitur Matt. xj. Unde p vasa argẽtea et aurea/ atq vestes/ de quibus in presenti est questio/ et que amiserunt Egyptij: designatur q volentes peruenire ad vitam eternã/ frequẽter habent amittere diuitias temporales:etiam vsq ad vestes/inclusiue. i. vsq ad corporalque

rasque sunt vestes animarum: sicut patuit in martyrib⁹. Unde de huiusmodi vestibus dicitur Job decimo: Pelle ꝛ carnibus vestisti me. Oportet (inquit Apost. j. Corint. xv.) corruptibile hoc induere incorruptionem: ꝛ mortale hoc induere immortalitatem. Sic enim ipsi sancti dei martyres mutuati sunt vestes ab Egyptijs: id est a tyrannis. Nam vnde dicti tyranni nudauerunt eos veste putrefactibili: dederunt eis ꝑ accidens vestem corporis incorruptibilis ꝛ gloriosi. i. fuerunt occasio ꝙ in resurrectione dabitur illis p̄dicta vestis a deo.

¶ Allegorice ꝛ secundo, ꝑ vasa argentea ꝛ aurea, de quib⁹ iussit dominus filijs Israel vt talia postularent ab Egyptijs: designantur fructuose ꝛ vtiles sciētie, quas olim dedit dominus infidelibus, ꝛ que comparanť auro ꝛ argento. Unde de sapiētia dicitur Sap. vij. Preposui illā regnis ꝛ sedibus (inquit Sapiēs) ꝛ diuitias nihil eē duxi in cōparatione illius. Nec comparaui illi lapidem preciosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua: et tanq̄ lutū estimabiť argentum in conspectu illius. Huiusmodi ergo vasa, siue argentea, siue aurea existant: licite possunt fideles ab infidelibus assumere, tāq̄ ab iniustis possessoribus. Unde Moyses ꝛ Daniel in omni scientia Egyptiorū ꝛ Chaldeorū eruditi fuerunt, vt dicit in decretis, distinc. xxxvij. legimus. Quid est ergo, ꝙ dominus precepit filijs Israel vt spoliarent Egyptios auro ꝛ argēto: nisi ꝙ voluit nos instruere, vt siue aurū sapientie, siue argentū eloquētie apud poetas inuenerimus, in vsum salutifere eruditionis nostre vertamus? Hec Rabanus vbi supra. Licet ergo libros philosophorum Christianis legere causa eruditionis, non causa delectationis: vt dicit ibi glo. Et quia Hierony. huiusmodi libros legebat causa delectationis: ideo ab angelo flagellatus est. Ad idē etiā propositum confirmandum facit cap. turbat. quod ponitur in predicta distinc. xxxvij. vbi dicitur, ꝙ si in libris gentiliū inueniātur aliqua vtilia, quasi sua sumere licet. Multa etiā dicuntur in eadem distinc. sub pluribus capitulis, que faciūt ad hoc propositum.

¶ Allegorice et tertio, iuxta illud verbum: Fuit Moyses vir magnus valde. Notandū, ꝙ per Moysen, qui interpretatur (sumptus de aquis) intelligitur Christus: qui fuit in suo baptismate sumptus de aquis Jordanicis. Iste igitur noster Moyses fuit vir propheta: potens in opere et sermone corā deo ꝛ omni populo: vt dicitur Luc. xxiiij. Insuper eduxit populum suum de Egyptiaca seruitute, ꝛ de potestate Pharaonis etiam ad literam: ꝛ hoc secundū ꝙ deus. Ipse nempe effectiue ꝛ principaliter operatus est talem miraculosam liberationē, in manu forti et brachio extento. Moyses autem non nisi ministerialiter, et sub eo. Per quod spiritualiter in

nuituri[que] etiam eduxit populum suũ.i.electos/de potestate diaboli/ et de seruitute peccati: nec cessat indies eos hoc modo liberare. Unde Psal. Eduxit populum suũ in exultatione/ et electos suos ĩ leticia. Sic eduxit sanctos patres de carcere inferni/ quando illuc descendit cum potentia sue diuinitatis. Psalm. Eduxit victos in fortitudine. Itẽ alibi: Eduxisti ab inferno animam meã. Et iterum: Eduxit me de lacu miserie. Hic est igitur propheta ille magnus/ de quo dixerũt Judei (post[quam] suscitasset filium mulieris vidue Luc.vij.) Hic est propheta magnus: et/ quia deus visitauit plebẽ suã. Deni[que] iste propheta apparebit magnus dominus corã toto mundo in die iudicij: quando scilicet veniet cum potestate magna et maiestate. Tunc enim frustra diceret illi Pharao: Recede a me/ et caue ne vltra videas faciem meam: vt habetur in fine precedentis capituli. Quinimo dicet illi vna cũ ceteris reprobis/ qui tunc a sinistris eius erũt/ illð Psal. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem.

¶ Allegorice et quarto/ iuxta illud sequens verbũ domini. Media nocte ingrediar ĩ Egyptum/ et morietur omne primogenitum et c. Notandum/ [quod] ista possunt referri ad diem iudicij: quod fiet media nocte/ secundum aliquos: iuxta illud Matthei vicesimoquĩto. Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit/ exite obuiam ei. Nam tunc egredietur dominus noster Jesus Christus in Egyptum/ quando descendet secundum presentiam corporalem in vallem Josaphat. Quia (vt dicitur Michee primo) Dominus egredietur de loco suo.i.de celo/ vbi est sedes eius: et descendet/ supple in dictam vallem: et calcabit super excelsa terre. scilicet humiliãdo superbos: quia omnis qui se exaltat/ supple in presenti: tunc humiliabitur. Luc.xviij. In tali autem ingressu domini in Egyptum predictam/ morietur omne primogenitum. Nec quidem certe primogenitum/ verum etiam secundogenitum. Pro quo notandum/ [quod] p primogẽitũ intelligitur anima rationalis: que quamuis posterior sit corpore via nature/ iuxta illud .j. Corinthiorum decimoquinto: Non prius [quod] spirituale est: sed quod animale/ deinde quod spirituale: via tamen perfectionis et dignitatis ipsa prior est. Da exemplũ de Esau et Jacob. Itẽ de Ismael et Isaac: quorum vnus fuit primogenitus tempore: alius perfectione vite. Iste igit[ur] primogenitus/ id est homo interior/ siue aĩa peccatrix: quamuis moriatur morte eterna in actuali separatiõe a corpore/ iuxta illud Ezech.xviij. Anima que peccauerit ipsa morietur: et filius secundogenitus/ id est homo exterior/ siue corpus/ mori debeat predicto modo.s.eternaliter in die iudicij: Uter[que] tamen filius tunc morie[tur] morte eterna/ qñ [quando]dẽ tũc totus hõ descẽdet in foueã abyssi ĩfernalis ibi sepeliendus/

Matth.

Matth. viij. Mittite eū in tenebras exteriores. Item Mat. xxv. Ite maledicti in ignē eternū. Si enim tunc tantum deberent mori morte eterna/secundogeniti filij .i. corpora: nō diceret Christus: Ite maledicti: sed/ite maledicta corpa. Per hoc ergo/ ꝙ dicturus est: Ite maledicti: vtrunq; comprehendit/ filium. s. primogenitū ⁊ secūdogenitū: siue filiū interiorem ⁊ exteriorem. Et quanuis filius primogenitus sit longe ante filium secundogenitum mortuus morte eterna: tūc tamen in conspectu omnium angelorum ⁊ hominum adiudicabitur diffinitiue predicte morti perpetue cum filio secūdogenito: vt omnibꝰ innotescat sua damnatio / que prius multos latebat. Vel dic/ ꝙ per primogenitum Pharaonis/ qui mortuus est/ designat̄ futura mors eterna illoꝝ qui peccauerunt peccatis spiritualibꝰ: q̄uis in alijs bene se rexerit. Per primogenitū autē ancille/qui similiter mortuus est: designat̄ futura mors eterna illorū qui peccauerūt peccatis carnalibus ⁊ corporalibus. Vel dic/ ꝙ per filium primogenitum Pharaonis/ qui sedet super solium eius: intelligitur futura mors eterna illorū qui male prefuerunt: vel nobilium et potentū qui male vixerūt. Per filiū autem primogenitum mulieris sedētis ad molā/intelligit̄ futura mors eterne malorū subditorū. Vtriq; ergo primogeniti/qui se male rexerunt/morientur eternaliter. Sed quid sibi vult quod subdit̄ in textu! cū dicitur: Eritq; clamor magnus in vniuersa terra Egypti/qualis nec antea ⁊c̄. Profecto per hoc designat̄ horribilis ⁊ stupendꝰ clamor et eiulatus Egyptiorū .i. omniū dānatorū/qui tunc dicent montibus ⁊ petris cadite super nos: et abscondite nos a facie sedentis super thronū/⁊ ab ira agni/ quoniā venit dies magnus ire eius. Sed vt dicit Psalm. de dānatis: clamabūt ad dominū/ ⁊ nō exaudiet eos. Historia habetur Luce. xvj. de malo diuite/qui cū esset in tormētis/ clamauit ad Abrahā/dicēs: Pater Abrahā miserere mei: nec tamen propterea exauditꝰ est: sed dictum est illi: Fili recordare quia recepisti bona ⁊c̄. Non sic autem erit de beatis/ vt postea anagogice exponetur. Sequitur (vt sciatis quāto miraculo diuidet dominus Egyptios et Israel) Istud referendum est ad illam mirabilem ⁊ finalem separationem/ quam faciet dominus in dicto iudicio de bonis ⁊ malis/ qñquidem cōstituet primo oues a dextris: hedos autem a sinistris. Deinde dicet ouibꝰ suis: Venite bñdicti ⁊c̄. Hedis autē dicet: Ite maledicti in ignē ⁊c̄. Et tunc ibunt hi in supplicium eternū: iusti autem in vitam eternam. Quod autem sequitur: Descenderuntq; omnes serui tui isti ad me/⁊ adorabūt me dicentes: Egredere tu/et omnis populus/qui et cetera. referendum est ad reprobos/ qui ipsa veritate coacti videbunt ꝙ iustum erit dei iudiciū/quo Christus ⁊ sui a mūdi

oppressionibus egressi ingre= dietur vitã beatã, inde nunq̃ regressuri. Quod vero Moy= ses tandem exiuit a Pharaone iratus nimis: designat q ipse iudex Christus cõpleto finali iudicio, et postq̃ locutus fuerit reprobis in ira sua, et in furore suo conturbauerit eos, tandẽ exibit ab eis perpetuo cũ mi= rabili ira, q̃ nunq̃ poterit pa= cari: qui tñ nunc cũ iratus fue= rit: misericordie tandem recor datur: vt dicitur Abacuch. iij.

❡ Allegorice et quinto, iuxta illud sequens verbũ: Non au= diet vos Pharao. Notandũ, q istud potest referri ad Anti= christum, qui tantũ obstinatus erit in malitia sua et pfidia, q nõ audiet sanctos dei amicos, et signanter Helyam et Enoch, qui credunt nondum gustasse mortẽ: sed eos reseruat dñs in paradiso terrestri: vsq ad ad= uentũ ipsius Antichristi, qui erit in fine seculi. Et tunc edu= cet eos dñs de predicto loco, et mittet ipsos ad testificandũ de falsitate doctrine eiusdẽ An= tichristi: propter qđ occidet eos. Et corpora eorũ iacebunt in plateis ciuitatis magne, q̃ vocat spiritualiter Sodoma, et Egyptus: vbi et dñs eorum cru cifixus est: hec est Hierusalem. Sequitur: Et videbunt de tri= bubus et populis, et linguis, et gentibus corpora eorũ p tres dies et dimidium. Et post tres dies et dimidiũ, spiritus vite a deo intrabit in eos. Hec Apo= ca. xj. Ecce ergo quomodo An tichristus nõ audiet seruos dñi Helyã et Enoch, hoc operante pfidia sua, sicut neq Pharao audire voluit Moysẽ et Aarõ.

❡ Allegorice et sexto, per de= cimã plagã, que necat primo= genitos totius terre Egypti: designat hereses (secundũ Ori ginem) que olim necauit pri= mos heresum inuentores: vt Phariseos, Esseos, Sadduce= os, Nicolaitas, Ebionitas et ceteros: qs sãguis Christi in mẽtibus fideliũ quasi in ostio positus extinxit. Ecõtrario au= tem apostolos (quasi primoge nita Israel) confirmauit.

❡ Allegorice et septimo, per mortẽ primogenitorum terre Egypti, designant omnes infi deles: in quorũ postibus, i. cõ= scientijs non inuenit aspersus sanguis agni immaculati Jesu Christi, qui operat per baptis= mum. Propter qđ tales pereũt et moriunt morte eterna. Hanc aũt mortẽ euadunt, quotquot asperguntur dicto sanguine in sacro fonte baptismatis: dum= modo sic decedãt. Et istud p= figuratum fuit in filijs Israel: apud quos primogenita non perierũt, sed reseruata illuc pre seruata fuerunt.

❡ Allegorice et octauo, istud potest referri ad mortẽ primo= rum parentũ, et omniũ paruu= lorum ab eis secundũ seminalẽ rationem descendentium, sola Christi matre excepta. Que quidẽ mors durauit quousq p sanguinẽ agni immaculati sub lata fuit: et ab hac morte hodie viuificant paruuli qui in vir= tute sanguinis Christi bapti= zantur. Qđ si fiat instantia de circũcisione: que precessit ba= ptismũ, sicut figura veritatem. Dicendum, q circũcisio (sicut

nec

nec alia sacramēta antique le=gis iustificabat paruulos ex o=pere operato/ sed tantū ex fide parentum. Secus autem nunc de baptismo.

¶ Anagogice/ per mortē pri=mogenitorū populi terre Egy=pti/ designaꝫ mors spiritualis & eterna malignoꝝ spirituum: inter quos aliqui fuerunt pri=mogeniti/ non quidē tempore/ aut duratione: quia omnes si=mul & in eodem instanti creati sunt a deo/ & tunc omnes erant boni/ eo ꝙ perfecta sunt dei o=pera. Dicunꝫ ergo aliqui tunc fuisse primogeniti nobilitate nature/ aut dignitate gratie/ prout aliqui fuerunt alijs per=fectiores in bonis naturalibꝰ/ & per cōsequens gratuitis: q2 secundū ꝙ naturalia fuerūt in eis perfectiora/ vel minus pfe=cta/ consequenter data est illis maior vł minor gratia. Qꝫ etiā aliqui mali angeli (q nunc di=cūtur demōes) fuerint primo=geniti/ quando primū conditi sunt: probat Isido. de summo bono. lib. i. c. xii. dicēs: ꝙ ante omnē creationē angelorū dia=bolus cōditus est: sicut scriptū est Job. xl. de illo ꝙ ipse est principiū viarū dei. Unde & ad cōparationem angeloꝝ/ archā=gelus appellatus est. Priꝰ eñ creatus extitit ordinis platio=ne/ nō tēporis duratione. Pri=matū itaqꝫ inter angelos/ & ex=cellentiam prelationis habuit diabolus: ex qua fiducia ceci=dit. Cuius quidem prelationis excellentiā propheta Ezechiel xxxi. ca. his verbis annunciat dicens: Cedri nō fuerūt altio=res illo in paradiso dei. Abie=tes non adequauerunt sum=mitatem eius. Omne lignū pa=radisi non est assimilatum illi: quoniam speciosiorē fecit illū deus. hec ibi. in quibus verbis expresse patet propositū: scili=cet ꝙ diabolus inter oēs an=gelos conditus est. Non tamen expressit de quo diabolo istud debeat intelligi/ presertim cū diabolus sit nomen commune/ quod interpretatur defluens/ vel deorsum. Modo vtraqꝫ in=terpretatio conuenit cuilibet spiritui maligno. Creditur ta=men ꝙ loquatur de illo qui est supremus inter omnes demo=nes/ qui anthonomatice diciꝫ diabolus. i. plus defluens de=orsum/ ꝙ ceteri: ita vt nunc sit profundior in culpa & pena/ ꝙ primitus erat altior in natura & gratia. Ecce igitur quid in=telligitur per primogenitū E=gyptiorum. i. demonū/ qui nūc habitant in tenebris culpe: p3 ut vult interpretatio huiꝰ no=minis tenebra/ siue tenebre in plurali. Qꝫ autē dicitur in pre=senti textu/ ꝙ apud omnes fi=lios Israel non mutiet canis/ ab homine vsqꝫ ad pecus: desi=gnat tranquillitatem/ pacem silentium/ & concordiam indis=cibilem inter bonos angelos regnantes in celo: qui dicunꝫ filij dei/ natura/ gratia & glo=ria. Jam iam etiam diuisit dominus Egyptios et Israel/ id est malos angelos a bonis: faciens secum cōsedere bonos in eterna gloria/ malis trusis in abyssum inferni/ vbi torque=buntur in secula seculorum.

Exodi

¶ Exodi.xij. capitulo
¶ Prima clausula.



Dixit quoque dominus ad Moysen et Aaron in terra Egypti: Mensis iste vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cetum filiorum Israel et dicite eis: Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias et domos suas. Sin autem minor est numerus vt sufficere possit ad vescendũ agnũ assum: assumet vicinũ suũ qui cõiunctus est domui ei9: iuxta numerũ animarũ qui sufficere possunt ad esum agni. Erit aũt agn9 absque macula: masculus: annicul9: iuxta quem ritũ tolletis et hedũ: et seruabitis eum vsque ad quartamdecimã diem mẽsis huius. Immolabitque eũ vniuersa multitudo filiorũ Israel ad vesperam: et sument de sanguine eius: ac ponent super vtrunque postem: et in superliminaribus domorũ in quibus comedẽt illum. Et edent carnes nocte illa assas igni: et azimos panes cum lactucis agrestib9. Nõ comedetis ex eo crudum: nec coctũ aqua: sed assum tantum igni. Caput cum pedibus eius et intestinis vorabitis: nec remanebit ex eo quicque vsque mane. Si quid residuum fuerit: igne comburetis. Sic autẽ comedetis illũ: Renes vestros accingetis: et calciamenta habebitis in pedibus: tenentes baculos in manibus: et comedetis festinãter. Est enim phase: id est transitus domini. Et transibo per terrã Egypti nocte illa: percutiamque omne primogenitum in terra Egypti: ab homine vsque ad pecus: et in cunctis dijs Egypti faciam iudicia: ego dominus. Erit autẽ sanguis vobis in signum in edibus in quibus eritis: et videbo sanguinem: et transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens quando percussero terram Egypti. Habebitis autem hunc diem in monimẽtum: et celebrabitis eum solenne domino in generationibus vestris cultu sempiterno.

¶ Postquam in precedenti capitulo dei maximus amicus Moyses egit de predictione decime plage qua percussurus erat dominus Egyptum: scilicet de morte primogenitorũ: consequenter in hoc capitulo volens loqui de executiõe dicte plage facta a domino: immiscet mysterium de immolatione agni paschalis. In presenti ergo textu de dicto mysterio loquens Moyses duo principaliter facit: secundum q̃ de dicto mysterio duo principaliter tangit: que sunt: Tempus: Modus. ¶ Primo igitur Moyses tãgit tempus dicte immolatiõis agni paschalis: cum in principio huius capituli refert dominũ sibi dixisse et fratri suo Aaron illis adhuc existentibus in terra Egypti. Mẽsis iste vobis principium mensium: supple erit. Et loquitur dñs de mense

Martio:

Martio: quia antiqui incipiebant annum in Martio / usque ad tempus Nume Pompilij / q addidit ad Martiū duos menses / scilicet Januarium et Februariū: apponēs eos in principio anni. Hinc Ouidius ait: At Numa nec Janum nec auitas preterit umbras. Mensibus antiquis addidit illos duos. Uerūtamen illos distinxit scdm lunationes / sicut & oēs alij mēses distincti erāt: et ita annus remansit incorrectus usq ad tempus Julij Cesaris. De illo autem refert Petrus de Pal. ad propositum / q cum moraretur in Egypto cū Cleopatra / annum correxit secundum cursum solis ad eundem punctum in fine anni redeuntis. Secundum ergo cōsuetudinem antiquorum annorum / incipientium a Martio etiam post correctum annum / omnes menses qui sequuntur Junium denominabātur a Julio / quo distabant a Martio: ut Quintilis dicebatur quintus mensis a Martio. Sed postea ad honorem Julij Cesaris tūc nati / vel ad imperium sublimati / vel forsan aliqua solenni victoria decorati / dictus est Julius. Similiter Sextilis dicebatur sextus mēsis a Martio: sed postea ad honorem Augusti / tunc celebri victoria decorati / dictus est Augustus. Nomina vero sequentium mensium composita sunt a numero quo distant a Martio / et ab hoc nomine imber: ut Septēber / quasi septimus ab imbre / id est a Martio / in quo imbres abundant: et sic de alijs. Quāuis autem Aprilis Judeorū / et Martius (ut stant pro lunatione) distinguantur / secūdum quem modū accipiebatur mēsis Martius usque ad tempora Julij: ut dictum est. Ut tamen accipitur pro mense solari aliquando in glosis non distinguitur ab Aprili Judeorum: quia ut in pluribus in parte simul concurrunt. Cum ergo Romani post Numam et Julium Cesarem incipiant annum a mēse solari Januarij / patet q bene incipiunt: quia tūc incipit sol ascendere post solstitium hyemale. Arabes autem incipiunt annum post solstitium estiuale. Antiqui autem ante Numam Pompilium inceperunt annum a mense lunari Martij. Noluit autem deus Hebreos incipere annum aliquo predictorum modorum / volens eos separari a ceteris gentibus temporum ratione / sicut circūcisione / charactere et religione. Rationabile etiam fuit tunc annum incipere / quando mundus fuit creatus. Secundum autem Rabanum et Strabum / hoc fuit in Aprili lunari mense. Nos autem Galli incipimus annū a Januario solari mense / ne videamur iudaizare. Nos etiā facimus hoc in detestationē erroris / dicentium simul legalia cum euangelio oportere seruari. Qui quidem error infecit ecclesiam statim post passionem Christi / tempore scilicet apostolorum. Hec dicit Petrus de Pal.

Plo

¶ His igitur premissis prose- quenda est expositio litere: Dixit igitur dominus ad Moysen et Aaron: Mensis iste, scilicet Martij vel Aprilis, loquendo de mense lunari, ut dictum est: vobis principium mensium, et primus erit in mensibus anni. Primus (inquam) temporis, computatione, quantum scilicet ad legitima: quia quantum ad contractus et alia, Judei nunc saltem observant ritum gentium et populorum inter quos habitant. Primus erit (inquam) dignitate, scilicet quo ad solennitatem sacrificij agni paschalis: quod erat potissimum inter omnia alia sacrificia antique legis: non tamen quantum ad festivitatum multiplicitatem, sed magis septimus mensis, qui quasi totus erat festivus. Vel sic secundum Raba. et ponitur in glos. ordin. Mensis iste etc. hic est Aprilis: qui apud Hebreos Nisan, apud Egyptios Perymuth, apud Macedones Xanticus dicitur. Et dicitur Aprilis quasi aperilis: quia tunc aperitur terra pro ferendis virgultis et herbis ac floribus. Vel dicitur Aprilis a Venere, quasi Aphrodis. Venus enim Grece Aphrodite dicitur. Hunc Hebrei primum habent. Quia .xv. calendarum eius, prima dies seculi fuit. Decimaquarta vero dici secunda: decimatertia, tertia: duodecima, quarta, qua sol et luna condita sunt: et tunc primum equinoctium fuit. Sol enim in Oriente, luna in Occidente, spheram mundi ex equo dividebant. De isto etiam mense loquitur Strabus in predicta glo. ordi. ita dicens: Hic est Nisan (secundum Hebreos) in quo factus est mundus: cuius plenilunium post equinoctium vernale semper est attendendum: in quo populus Israel a servitute Egypti liberatur, et genus humanum sanguine Christi a potestate diaboli eripitur. Hec ille ubi s. Refert etiam Petrus de Pal. quod quidam literalis expositor Egyptius dicit sic: Apud Hebreos (secundum communiorem opinionem) mensis Septembris est primus omnium mensium simpliciter: quia in eo creatus fuit mundus, et usque ad tempus illud quo filij Israel exierunt de Egyptiaca servitute fuit semper primus, etiam apud eos: non autem postea. Sed huius contrarium iam dictum est, quo ad creationem mundi: quia communiter tenetur quod mundus fuerit creatus in Martio. Super hoc autem passim multa dicit dominus Petrus de Pal. similiter et magister Nicolaus de Lyra, de mensibus lunaribus: que missa facio brevitatis causa.

¶ Sequitur: Decima die mensis huius tollat unusquisque agnum etc. Ista sunt verba domini ad Moysen et Aaron, ut ea dicerent populo Hebreorum, ut scilicet decima die mensis Martij (semper intelligendo de die lunari) unusquisque tolleret agnum scilicet de grege vel aliunde, et afferret illum in domum suam: per familias et domos suas. Ex quo patet quod soli patresfamilias tenebantur facere talem provisionem de agno: quia illi soli proprie dicuntur habere familiam. Unde subditur: per domos et familias suas. Cetera autem que restant de hac prima parte declara-

clarabunt in solutione dubiorum. Et sic patet de tēpore immolationis agni paschalis.

¶ Secūdo Moyses in hac prima clausula tāgit modum quē voluit dominus debere observari quo ad immolationē agni paschalis. Et iste modus est varius siue multiplex.

¶ Primus est ut dicit⁹ agnus sit tenerrimus: quia unius anni: masculus: quia femella non poterat offerri: absq̧ macula: quia agnus anniculus masculus habens aliquam maculam (nō quidem in pelle/ seu vellere/ sed in corpore) non poterat offerri: ut patet Leui. xxij. Requirebatur ergo/ q̄ talis agn⁹ non esset in aliqua pte sui corporis viciat⁹. Sequitur: Iuxta quem ritum tolletis et hedum. Quare autem filij Israel debebāt tollere hedum/ dicetur in deductione dubiorum. Et seruabitis eum/ scilicet agnū: usq̧ ad quartamdecimam diē mensis huius. Hoc autem factū est conuenienter/ eo q̄ decimaqnta die/ hora matutina/ exituri erant filij Israel de Egypto.

¶ Secundus modus est/ q̄ obseruetur certa hora circa huiusmodi immolationem agni. Ideo sequitur: Immolabitq̧ eum uniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperā. Quod non est sic intelligēdum/ quasi uniuersa multitudo filiorum Israel (simpliciter et collectiue dicta) deberet in unum locū cōuenire/ ad immolandum unum/ et eundē agnū: quia hoc fuisset impossibile. Sed debet magis accipi ly multitudo/ diuisiue: id est/ quelibet domus multitudinis immolabit unum agnum vel hedū: nisi quando erat domus adeo parua/ q̄ nō sufficisset ad faciendum talem prouisionē: et tunc persone de duab⁹ domibus simul coniūgebātur.

¶ Tertius modus predicte immolationis agni paschalis/ tāgit dispositionē sanguinis ipsius/ cum ait dominus: Sumēt supple viri/ comedētes carnes agni paschalis: de sanguine ei⁹/ scilicet cum fasciculo isopi: et ponent super utrunq̧ postē/ scilicet hostiorum: id est sup duo ligna inter que clauditur hostium secundum suam longitudinem: et in superliminaribus domorum in quibus comedent illum. Est autem superliminare/ lignum transuersale/ positū super hostia domorum/ ad retinendum ea quando claudunt. Circa hoc autē aliqui dicunt/ q̄ talis linitio fiebat ad modū crucis pfecte. Ponebatur enim sanguis in medio superliminaris. Et constat/ q̄ cum esset recēs/ fluebat inferi⁹ per hostia versus terram: et sic fiebat quasi hastile crucis. Deinde ponebatur super utrūq̧ postem hostij in transuersum: et sic fiebat quasi trāsuersale crucis. Secūdum autem alios/ agnus occidebatur inuinine. i. in inferiori parte hostiorum. Et postmodum liniebat superliminare. i. superior pars hostiorum: et sic habet hastile crucis imaginarū a superliminari usq̧ ad limināre. Est autē hastile/ lignū qd tendit in longum. Postea autē ad dextram et sinistrā de eodē sanguine liniebatur in medio utriusq̧ postis/ quasi imaginatum

tum lignū transuersum. In tali ergo tinctione sanguinis agni apparēt manifeste signa crucis. ¶ Quartus modus p̄dicte immolationis: tāgit dispositionē carniū ipius agni: quō scilicet prius deberēt decoqui: q̄ debebant assari igni. Unde dicit in textu: Et edēt carnes nocte illa assas igni. Sic autem dn̄s iussit eas debere parari: tū ꝓpter figurā Christi: qui fuit assatus in cruce igne doloris: et charitatis: tū quia talis mod⁹ parandi carnes est facilior: et expeditior: et azimos panes: tū propter figuram sacramenti altaris: quod cōficiendū erat in panibus azimis: et tū propter festinationem ipsorum filioꝝ Israel. Nam cum essent in procinctu vie: et in timore maximo: nō poterant expectare fermentationem panum. Hinc Deuter. xvi. ait illis dn̄s: Septē dieb⁹ comedetis absq̄ fermēto afflictionis panē: quoniā in pauore egressi estis de Egypto. Dicitur autē azima ab a: quod est sine: et zima fermētum: quasi sine fermēto: cum lactucis agrestibus: que scilicet sunt ceteris amariores. Et hoc factū est: vt amaritudo salse: amaritudinē angustie in qua erant tunc Iudei ad memoriam reuocaret. Non comedetis ex eo crudum: scilicet semicoctum ex festinatione: nec coctum aqua: sed assum tantum igni: quia nullo alio modo posset parari sine maiori occupatione. Caput cum pedibus et intestinis eius vorabitis: id est: festināter comedetis: tum propter causam predictam: tum in detestationem fatuitatis et erroris Egyptiorū: qui in figura capitis arietis colebant Iouem: et in intestinis animalium futura diuinabāt. Item in signū: q̄ pedes subiectionis Egyptiorū euadebant ex toto. Nec remanebit quicq̄ vsq̄ mane: ne scilicet Egyptij illud inuenientes tollerent: et derisionibus prophanarēt. Si quid residuum fuerit (quia forsan nō potuit totaliter a comedentibus deuorari: vel hoc dicit propter ossa illius: que non licebat frangi) igni comburetis: ita scilicet vt nihil omnino possit de huiusmodi agno inueniri. Sic autem comedetis eū: Renes vestros accingetis: quasi parati ad exeundum de terra Egypti: quasi diceret: Propē comestionem carnium agni nō dimittetis vestram preparationem ad itinerandum. Calciamenta habebitis in pedib⁹: tenentes baculos in manibus. Tria ergo illis comedentibus agnum paschalem precepit dominus: in signum q̄ de propinquo instabat exitus eorum de Egypto: videlicet q̄ accingerent renes suos: q̄ haberēt calciamenta in pedibus: et q̄ tenerent baculos in manibus suis. Sic enim erāt promptiores ad itinerandum: Insuper comedetis festinanter. Unde omnium istorum rationem assignat dominus: dicēs: Est enim phase: id est transitus domini: quo scilicet vos transire faciet de Egypto. Talis autē modus comedendi competit viatoribus in ꝓcinctu vie constitutis. Uel transitus domini: id est: q̄ mediante ministro suo angelo vel

Moyse transibit percutiendo: scilicet Egyptios/ et saluando Hebreos. Ideo sequitur: Et trãsibo/ inquit dominus/ scz exterminãte angelo/ per terrã Egypti: includẽdo terram Gessen/ in qua cohabitantes nonnulli Egyptij Hebreis fuerunt percussi ab exterminatore: qui tamen omnes p̄cedentes plagas aliorum Egyptiorũ euaserant. Unde sequitur: Et percutiam omne primogenitum/ ab homine vsq; ad pecus: scilicet inclusiue. Et bene dicit/ percutiam: quia ille facit rem/ cuius authoritate fit: iuxta illam regulã iuris: Qui per alterum facit &c. Unde & Iob. j. dicebat: Dominus dedit/ dominus abstulit: licet diabolus abstulisset. Et in cunctis dijs Egypti faciam iudicia/ ego dominus. Circa hoc autem dicunt Iudei (vt refert de Lyra) q illa nocte oia idola Egypti lignea subito fuerũt putrefacta/ & omnia metallica resoluta & fusa in terram/ & omnia lapidea comminuta: in detestationem idololatrie. Ideo subditur: Ego dominus/ qui solus sum latria colendus. Sequitur: Erit autem vobis sanguis &c. Hic assignatur ratio eius qd supra dictum est: et ponent de sanguine super vtrunq; postem &c. Per hoc enim distinguebantur domus Hebreorum a domibus Egyptiorum. Nam sicut erãt distincti interius per fidem veram ab Egyptijs: ita volebat dñs q esset aspersio sanguinis quasi signũ distiguẽs exterius/ & protestatio fidei interioris. Et videbo sanguinẽ. i. approbabo inquantũ est signũ fidei: & trãsibo vos/ scz absq; lesiõe: & trãsibo/ supple ad aliã domũ Egyptij viciniorẽ: nec erit in vobis plaga disperdẽs &c. Sequitur: Habebitis autẽ hanc diẽ in monimentũ. i. in memoriã ppetuã. Unde monimẽtũ dr/ quasi mones mentẽ/ & quasi reducẽs aliquid ad memoriã/ sicut monimẽta defunctorum. Et celebrabitis eam solennẽ dño: id est/ ad honorem domini: in generationibus vestris/ sibi succedentibus: cultu ppetuo. i. in eternũ.

¶ Circa autem hanc clausulã/ mouẽtur aliqua dubia ad illius maiorem explanationem.

¶ Primum igitur dubium est/ de mẽse in quo Iudei celebrãt suũ pascha. Dicendũ/ q ppter multiuagũ cursum lune/ ipsum celebrãt nunc in Martio/ nunc in Aprili. Ad dictum tamẽ pascha celebrandũ mensis Aprilis rectius deputatur: quia semper vel in dicto mense incipit/ vel desinit/ vel totus includitur. Quemadmodum ergo luna est mobilis/ sic & pascha.

¶ Secundum dubium/ Cur in deductiõe plagarũ Egypti/ interponitur p̄ceptũ diuinũ de celebratiõe paschali? Respõsio/ quia illa celebratio instituta est in memoriã primogenitorũ terre Egypti/ & saluationis filiorum Israel/ nocte sequẽti/ diẽ qrtãdecimã mẽsis pmi. s. Martij/ & in crastino exiuerũt filij Israel de Egypto/ tẽdẽtes versus mare rubrũ.

¶ Tertium dubiũ/ Cur potius voluit dñs agnum in paschate sibi a populo Iudeorum offerri/ q aliud animal? Iosephus ad hoc respondet/ q ratio huius fuit quasi in vindictam Egyptiorum/

ptiorum/ qui Jouem in specie
arietis adorabant. Non ergo
equanimiter ferebāt/ ꝙ Judei
occiderent ⁊ immolarēt domi-
no deo suo illud animal quod
summe venerabant ⁊ colebāt.
Et forte ex hac causa ipse dn̄s
precepit Judeis vt decima die
lune afferrent ad domos suas
agnum/ quē oblaturi erant do-
mino decimaquarta die: vt sic
durantibus illis quatuor die-
bus intermedijs interim Egy-
ptij audirent cum balantem/ ⁊
per consequens magis ac ma-
gis torq̄rētur in cordibꝰ suis/
vidētes Hebreos tenere hmōi
agnum/ quasi incarceratum ad
occidendum in proximo/ quem
ipsi pro deo colebant. Qz si di-
catur/ ꝙ eadē ratione ipi Egy
ptij debebant torqueri quan-
do in domibꝰ Hebreorum au-
diebant vitulam mugientē/ eo
ꝙ colebant deum Apim in spe
cie bouis. Dicendum/ ꝙ nō est
simile: quia preceptū de immo
latione vitule rufe nondū erat
factum. Preterea nō nisi diui-
tes Hebreorū iussi sunt immo-
lare postea vitulam. Unde in
domibus pauperum/ qui erant
de populo Hebreorum/ non au
diebatur mugitus vitule: eo ꝙ
non poterant eam sibi compa-
rare/ sicut poterāt facere de a-
gno: nisi essent valde paupes.
¶ Quartum dubium orit pro-
pter illud verbum: Sin autem
minor est numerus. Querit er-
go: quis aut quotꝰ numerus fa
cit familiam/ vt sciatur quādo
aliq̄ extranei aduocandi erant
ad esum agni paschalis/ ⁊ quā-
do non. Ad hoc dicūt Hebrei/
ꝙ decem capita constituebant
familiam: pro quibꝰ omnibus
sufficiebat vnus agnus vnius
anni/ qui etiam poterant eum
bene comedere. Dicitur etiam
in decretis/ ꝙ decem mācipia
vnam parochiam constituunt.
Qz autem hic dicit: ꝙ si in ali-
qua domo non erant decē per-
sone/ tunc debebāt inuitari a-
liqui de ꝓxima domo quousq̄
haberetur numerus cōpletus:
hoc non erat intelligēdum de
qualibet domo vicina/ sed de
paupere/ que nō poterat per se
facere ꝓuisionem de agno pa-
schali/ vel de hedo: qui in casu
sufficiebat: vt postea dicetur.
¶ Quintum dubiū/ Utrū vnus
agnus suffecisset vni toti fami-
lie/ continenti plures denarios
numeros/ videlicet tres vel q̄-
tuor? Uidetur/ ꝙ non: quia tūc
quilibet non potuisset habere
partē sufficientem de illo. Ad
hoc dicendū (secundum Jose-
phum) ꝙ in illo casu tales per-
sone debuissent inter se condi-
uidere dictum agnū per mino-
res partes/ ⁊ sic vnus suffecis-
set: nisi forsan tales persone
fuissent multum gulose. Da ex-
emplum de vna hostia/ que in
casu potest diuidi ī plures par-
tes: vt plures percipiant sacra-
mentum altaris.
¶ Sextum dubium/ Utrum sit
nugatio/ cum dicit: Erit agnꝰ
anniculus/ masculus. Beatus
Augustinus in questionibus
super Exodū. q. xlij. satis pro-
lixe defendit/ ꝙ nō. Cuius di-
cta in parte ponuntur in glo.
ordi. super hoc passu Uide ibi-
dem: Similiter ⁊ de Palude.
¶ Septimū dubium Utrum
illi Judei qui erant adeo pau
peres

peres: q non poterant habere agnũ ad immolandum domi= no: sed bene hedum: poterant licite offerre hedũ? Dicendũ: q sic: Nam secundũ Petrũ Co mest. et Andreã: pauperes pote rant facere de hedo: quecunq poterant diuites de agno: iu= xta legis preceptũ. Sicut pu= erpera que non poterat offer= re agnũ: offerebat par turtu= aut duos pullos columbarum: vt dicitur Leuitici. xij. Sed q Augus. in quest. super Exodũ quest. xlij. et ponitur in glo. or= di. super hoc passu: videtur di= cere: q in antiqua lege non li= cebat immolare hedum pro a= gno: nec aliquando legitur in scriptura sacra: q hedus fue= rit paschalis victima: ideo a= liter dicendũ. s. q tam agnus q hedus tollebatur decia die lune Aprilis: et decimaquarta die agnus immolabatur: hed9 autem permittebatur redire ad propria. Et per hec duo ani malia designabatur: q Chri= stus secundum carnem descen deret de iustis: designatis per agnũ: et de peccatoribus: desi= gnatis per hedum: vt sic null9 de venia desparet. Uel q idẽ Christus in similitudinem car nis peccati: non autẽ in carne peccati apparere deberet. Q2 autem immolabatur solus a= gnus: pfigurabat q idẽ Chri= stus inquantum innocens pas= surus erat. Quod ergo dicitur in textu: et immolabit eum vni= uersa multitudo filiorũ Israel ad vesperam: referẽdum est ad agnũ: et non ad hedum.

¶ Octauũ dubiũ: Cur prece= pit dñs filijs Israel vt immo= larent agnum paschalẽ ad ve= speram potius q ad aliã horã. Dicendũ: q propter tria. Pri= moquidem, pter figuram ve= ri agni Jesu Christi: qui ad ve sperã. i. in vltima etate mundi immolatus est in cruce pro no bis. Secũdo vero: ad denotã= dum: q non satis est se immo= lare domino per bona opera i mane iuuentutis: secundum il lud Threnorũ. iij. Bonum erit viro cũ portauerit iugũ domi= ni ab ado. sua: verũetiã requi= tur immolatio vespertina: per perseuerãtiã in bono incepto vsq in finẽ. Tertio hoc iussit dñs: vt tali tempore vesperti= no redeuntes Egyptij de ope= ribus suis: viderẽt agnũ immo lari quẽ ipsi colebãt: et hoc ma xime scdm eos qui dicũt: q im molabatur in limine domorũ.

¶ Nonũ dubiũ: Quare preci= piebatur filijs Israel: vt deci= ma die mensis tollerent agnũ: aut hedũ intra domos suas: et ibi staret vsq ad diẽ quartam= decimam? Quid enĩ opus erat vt tam cito ibi recluderetur: et ibi habitaret spatio quatuor dierũ? Dicendũ: q hoc fiebat propter duo. Primo quidẽ: q2 filij Israel erant occupati in preparando se ad recessum de Egypto cũ omnibus q habe= bant: in qua preparatione re= quirebat magna sollicitudo et distractio: et ideo ne ex hoc da rent obliuioni accipere agnũ: vel hedũ in d e immolationis: pceptũ fuit illis q ipsum acci= perent p quatuor dies prius. Scdo hoc fiebat: vt i illis qua= tuor diebus viderent p expe= rientiam si in agno: vel hedo

accepto esset aliqua macula / vel defectus: propter quē non deberet imolari. Q si sic / tūc de alio ꝓuiderēt sibi. Et ideo talis preparatio per quatuor dies nō obligabat ī futurum / nec fuit seruata in annis sequētibus: vt dicunt Hebrei: quia cause cessauerunt: et signāter illa que tangit solicitudinē populi ꝓ exitu de terra Egypti. De alia autē que tangit reuisitationem bestie immolāde: dicendū ꝙ talis reuisitatio potest in modicissimo tempore fieri.

¶ Decimum dubiū oritur ꝓpter infirmos Hebreos: nō valentes gustare carnes. Nunquid tales tenebantur ad predictā immolationē? Dicendū ꝙ nō. Non enim figura magis obligat pro tēpore suo / ꝙ̄ veritas postꝙ̄ venit. Sic est autē ꝙ immolatio agni paschalis (q̄ antiquit⁹ fiebat singulis annis apud Hebreos) ꝑfigurabat sūptionē corporis Christi / veri agni / ī sacramēto altaris: que apud catholicos precipit̄ fieri singulis annis in paschate: vt patet extra de pe. ꝛ re. cap. oīs vtriusqꝫ sexus. Cū igit̄ catholici in paschate possint pati talem infirmitatem que excuset eos ne tunc suscipiant sacramentum altaris / vt satis ꝑstat: sequitur ꝙ etiam in proposito idem dicendum est.

¶ Undecimū dubiū: Uerū cōditio sexus masculini esset de necessitate immolationis / siue sacrificij fiendi dño: vt scilicet immolaret̄ agn⁹ / ꝛ nō feniella? Uidet̄ ꝙ nō. Nam ꝛ in multis alijs sacrificijs offerebāt femella scdm̄ pceptū legis / sicut in aliquib⁹ hostijs pacificis et ꝓ pctō: in qb⁹ immolabant̄ femelle / vt capra / ꝛ vitula ruffa / colūba ꝛc̄. Dicēdū / ꝙ de necessitate precepti erat vt in ꝓposito immolaret̄ sexus masculin⁹ .s. agnus. Cuius ordinationis pcipua ratio fuit volūtas dei pcipientis. Potest etiā quedā ꝑsuasio ad hoc adduci / q̄ talis est: Ea q̄ sūt ꝑfecta debet deo immolari / nisi ipse pcepit oppositū: eo ꝙ ab eo emanat omnis ꝑfectio. Sic est aūt / ꝙ sex⁹ masculinus est ꝑfectior sexu feminneo / simpliciter / ꝛ a toto genere. Igitur ꝛc̄. Cur aūt dñs voluerit poti⁹ agnū sibi immolari / ꝙ̄ aliud animal: iā dictū est.

¶ Duodecimū dubiū mouet̄ propter illud verbū: Ad vesperam. Queritur ergo qñ incipit vespera? Hebrei dicūt ꝙ vespera / ꝓut hic accipit̄ / incipiebat a septima hora quartedecime diei / qua tunc sol incipit tēdere notabiliter ad occasum: et durat vsqꝫ ad pricipiū noctis. Unde ab illa hora vsqꝫ ad principiū noctis poterāt Judei immolare agnū paschalē / ꝛ postmodum singulis annis facere suū pascha. Predicta aūt hora septima / ꝛ deinceps / iam ptinebat ad diē sequentē solennē / in qua filij Israel primo exierunt de Egypto.

¶ Decimūtertiū dubiū: Quomodo ista possunt coherere simul / ꝙ totus agn⁹ deberet comedi / ꝛ ꝙ residuū igne cōbureret̄. Ad hoc dubiū respōdet Aug. sup Exo. q. xli. ꝙ carnes agni debebāt totalit̄ comedi / intantū ꝙ vbi habitātes ī vna

domo

domo ad hoc nō suffecissēt: debebāt paupes vicinos (Judeos tñ ꝛ nō gētiles) vocare: q̄ iuuarēt eos ad deuorandū hmōi agnū. Q̄ᵣ ergo dr̄ postmodū de residuo qđ erat cremandū: intelligendū est de ossibus dicti agni: q̄ facto mane diei sequētis debebāt totaliter cremari.

¶ Decimūquartū dubiū mouetur ꝑpter illud verbū: Calciamenta habebitis in pedibus. Querit̄ ergo cur dñs: q̄ prius dixerat Moysi.iij.ca.huiꝰ. Solue calciamētū de pedibꝰ tuis: nūc dicat: calciamēta habebitis in pedibus? Dicendū: ꝙ superius ꝑcepit dñs Moysi soluere calciamentū de pedibus suis: ꝑpter reuerentiā sue maiestatis. Hic aūt ꝑcipit calciamēta esse assumēda: ꝑpter necessitatem itineris. Et ex hoc passu trahūt aliq̄: sacerdotē nō debere celebrare nudis pedibꝰ: neq̄ esse accedendū ad sacramēti cōmunionē (q̄ ꝑfigurata fuit in agno paschali) nudis pedibꝰ. Cuiꝰ tñ contrariū nōnulli religiosi faciūt: verum circa hoc nullū est preceptum: sed decentia quedam.

¶ Decimūquintū dubiū orit̄ ꝑpt̄ illđ verbū: Erit aūt vobis sanguis in edibꝰ in q̄bꝰ eritis. Cōstat em̄ ex iā dictis: ꝙ agnꝰ paschalis nō immolabatur tūc in singulis domibꝰ Hebreorū: q2 nō in domibꝰ pauperum de populo illo. Querit̄ ergo: q̄uo hic dr̄: Erit vobis sanguis ꝛc̄. Dicendū: ꝙ de sanguine agni liniebātur q̄nq̄ diuerse domꝰ: scʒ tā diuitū īmolātiū: q̄ꝫ pauperū vicinoꝝ: quos ad se diuites vocabant: vt secū comederēt agnū: q̄ ipm̄ ꝑ se habere nō poterāt. Vel forte vtriq̄: scʒ tā immolātes q̄ꝫ paupes q̄s ad se vocauerāt: simul mā̄serunt nocte illa: ad minꝰ vsq̄ post mortē ꝑmogenitoꝝ Egypti. Et sic euadere potuerūt ꝑiculū mortis: eo ꝙ habitabāt in domo ī cuiꝰ postibꝰ erat fusus sāguis agni.

¶ Decimūsextū dubiū mouet̄ ꝑpt̄ illđ ꝟbū: Celebrabitis hūc diē solēnē dño ī generationibꝰ vr̄is cultu ꝑpetuo. Et hoc em̄ ꝟbo videt̄ sequi: ꝙ nos catholici simꝰ adhuc obligati celebrare pascha Judeoꝝ. Q̄ᵣ si sic: ergo debemꝰ imolare agnū paschalem: comedere panes azimos: linire postes domoꝝ nostrarū sanguine agni: ꝛ per ɔn̄s redeū dum erit ad Judaismū. Dicendum: cōformiter ad beatū Augusti. sup̄ Exod.q.xliij. ꝙ dies pasche Judeoꝝ debet celebrari cultu perpetuo: nō quidē in se: sed in aliquo eminētiori. Et hoc modo ipm̄ celebramꝰ nos catholici: deuote celebrantes diē festū pasche: ob reuerentiā dominice resurrectionis: quādo quidē trāsiuit Christus de morte ad vitā immortalē. Precessit ꝫ oino figura sub ratione figure: manet tamen ꝑpetuo in eminētiori: scʒ succedēte veritate clarissima ꝑdicte resurrectionis dñice. Potest etiā dici: ꝙ cultus ille legalis pasche dictus est ꝑpetuus: q2 nō prefigebatur ei terminus: vel quia nō erat terminādus potestate cuiuscūq̄ pure creature: sicut dicimus: peccātem mortaliter obligari morti eterne: q2 illā nō potest euadere virtute creata: sed tñ virtute diuina.

¶ Moraliter et primo: iuxta illud: Mensis iste vobis principium mensium. Notandum, quod sicut nos catholici differimus ritu, fide et sacramentis ab infidelibus: ita et tempore. Hinc est quod secundum vsum Romane ecclesie annus incipit a natiuitate domini. Sic enim inchoant annum vltramontani. Nos autem Galli et omnes citra montani, inchoamus annum nostrum ab incarnatione domini, que facta est vicesimaquinta die mensis Martij. Et quod aliqui inchoant in paschate debet referri ad predictam diem dominice incarnationis: vt patet in supputatione annorum. Alias tales deberent in datis suis et supputationibus minus habere quam ceteri de triginta tribus annis. Vulgus autem saltim citramontanus retento more paganorum, et signanter antiquorum Romanorum, incipit annum ab initio Januarij.

¶ Moraliter et secundo, iuxta illud verbum sequens, in quo dicitur: Decima die mensis huius tollat etc. Notandum, quod decem dies designant obseruantiam decem preceptorum decalogi: cum gratia et charitate. Quia sicut in die homo est in luce, iuxta illud Joan. xj. Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt: ita deuotus obseruator decalogi ambulat in luce gratie, et videt lucem huius mundi, id est Christum, qui Jo. viij. dixit: Ego sum lux mundi. Videt (inquam) huiusmodi lucem per fidem formatam. Tunc ergo decima die mensis tollit homo agnum deo offerendum: quando cum obseruatione decalogi offert se deo per charitatem, que ipsum vnit cum eo, sicut amans fit vnum cum amato. Et bene dicitur, quod vnusquisque per familias et domos suas debet offerre agnum; quia non omnibus datum est equaliter se offerre domino: sed aliquibus plus, alijs minus. Unde aliqui se offerunt solo corde: alij vero corde et corpore, sicut precipue patet in sanctis dei martyribus. Et ideo sicut plus dat qui dat bursam cum pecunia, quam qui pecuniam tantum: et similiter plus dat qui dat vasculum cum potu, quam qui potum tantum: item arborem cum fructu, quam qui fructum tantum: ita in proposito.

¶ Moraliter et tertio, per hoc quod diuites olim in lege iubebantur vocare pauperes vicinos gentis sue, ad secum comedendum agnum paschalem, et precipue vbi non erat sufficiens numerus, scilicet decem personarum: instruuntur diuites huius seculi aduocare pauperes vicinos ad sua conuiuia vt epulentur cum eis: Sic enim eos admonet Christus Luce. xiiij. dicens: Cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos et cecos, et beatus eris: quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Sed vbi huiusmodi pauperes sunt adeo debiles, quod non possunt venire vsque ad mensam diuitum: aut vbi dicti diuites abhorrent eorum presentiam: saltim mittant reliquias epularum suarum ad eos. Unde Neemie. viij. legitur, quod cum Judei agerent diem festum tabernaculorum: dixit illis Neemias sacerdos, qui et Esdras appel-

appellatus est: Ite comedite pinguia/ et bibite mulsū/ et mittite partes eis qui non preparauerūt sibi: quia sanctus dies domini est. Applicatio est facilis.

¶ Moraliter et quarto/ iuxta illud verbū: Iuxta quem ritū tolletis et hedū. Notandum/ ꝙ per agnum anniculum. i. vnius anni: denotātur innocentes: per hedū autem peccatores/ tamē de peccatis suis penitētes. Innocentes ergo/ et qui nōdū peccauerūt (saltim mortaliter) debent offerre domino vite puritatē/ et seipsos illi sacrificare/ quandiu sunt agni anniculi. Quia vt dicitur Threnorū. iij. bonum est viro portare iugum domini ab adolescentia sua. Qui autē iam mortaliter peccauit/ nō propterea desperet de sua salute/ nec dicat ꝙ etiā totum perditū est: sed offerat hedum domino/ id est seipsum per penitentiā: quia scriptū est Ezech. xviij. In quacūꝙ hora ingemuerit peccator etc. Et in Psalm. Sacrificium deo/ supple gratū et acceptum/ spiritus contribulatus: cor cōtritum et humiliatum deus non despicies. Propterea penitentia ponitur a doctoribus secūda tabula post naufragiū. Quia sicut fracta nauicula/ adhuc restat spes vite in tabulis illius: ita fracta naui innocentie/ restat spes humane salutis in tabula penitentie.

¶ Moraliter et quinto/ per immolationē agni prefigurabat passio Christi. Quid est ergo/ ꝙ Iudeis precipiebatur/ ꝙ occiso agno ponerēt de sanguine eius sup postes/ et in superliminaribus domorum: nisi ꝙ mortuo et passo Christo/ agno sine macula/ debemus ponere de sanguine eius super postes animarum nostrarū per iugem recordationē ipsius/ Dicente Apo. Heb. xij. Recogitate eū qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsū contradictionem/ vt nō fatigemini animis vestris deficientes. Hinc August. in suo manuali/ cap. xxij. ait: Cū inquit me pulsat aliqua turpis cogitatio/ recurro ad vulnera Christi. Cū me premit caro mea/ recordatione vulnerū domini mei resurgo. Cū diabolus parat mihi insidias: fugio ad viscera misericordie dn̄i mei/ et recedit. Si ardor libidinis moueat mēbra mea/ recordatiōe vulnerū dn̄i mei Iesu Christi extinguitur. In oībus aduersitatibus nō inueni tā efficax remediū/ ꝙ vulnera Christi. In illis dormio securius et requiesco intrepidus. Et breuiter tota spes mea i morte dn̄i mei Iesu Christi est. Itē ca. sequēti loquitur idē Augu. dicēs: Nō possū terreri multitudine peccatorum/ si mors dn̄i i mētē meā venerit: quoniam peccata mea illum vincere nō pōt. Claui et lācea clamāt mihi/ ꝙ vere recōciliatus sū Christo/ si eū amauero. Longinus aperuit mihi latus Christi lācea militari: et ego intraui/ et ibi requiesco securus. Hec et multa alia similia hr̄ vbi supra. Per ꝙ sȝ ꝙ debemus ponere sāguinē agni Christi i postibus et ostijs aīarū nr̄arum/ p iugem recordationē il

¶ Moralr̄ et sexto/ iuxta illius. illud: Et edēt carnes nocte illa

assas igni. Notādū: q; p hoc in struimur: qualiter debeam⁹ accedere ad sacramentū altaris et ipsum suscipere: et signāter cū appropinquat in nobis nox mortis. Debem⁹ nempe ipsum suscipere cū ardore charitatis. Iste est enim ignis ille quo assantur carnes dominici corporis in cordib⁹ Christifidelium: de quo Luce. xij. idem Christ⁹ ait: Ignem veni mittere in terram: et quid volo nisi vt ardeat? Istud etiam possum⁹ referre ad recordationē dolorū passionis ipsius Christi: q̄ tūc maxime habenda est cum acceditur ad mensam altaris: secundum q; ipse in institutione ipsius sacramenti ait: Hec quotienscunq; feceritis: in mei rc. Tūc etiā comedimus azimos panes: cū sumimus ipsum sacramentū: sine fermento malitie et nequitie: sed in azimis sinceritatis et veritatis. i. cum puritate gratie et veritate recte fidei: vt dicit i. Corinth. v. Debemus etiā adiungere lactucas agrestes: per quas intelligit. dolor de peccatis: iuxta id quod scriptum est Ezech. xxij. Fili hominis panem tuū: id est altaris sacramētū: in cō turbatiōe comede. Sequitur: Non comedetis ex eo crudum: nec coctū aqua: sed assum tantum igni. Ubi notandū: q; illi comedunt hunc sanctissimū agnum paschalem crudum: qui non habent fidem dominice passionis et resurrectionis. Similiter illi comedūt ipsum coctum aqua: q̄ in delicijs carnalibus viuunt: vt sunt multi concubinarij in tali statu ad altare accedētes. Sequit: Caput cū pedib⁹ ei⁹ et intestinis vorabitis. Ubi notandū: q; in hoc sacramento illi caput cū pedib; ei⁹ et intestinis vorant: qui firmiter credūt ibi adesse diuinitatem: que per caput designat: et similiter humanitatē: q̄ nomine pedum (qui sunt extrema pars corporis) significat. Per intestina aūt (que occultantur intra corpus) intelliguntur cetera occulta mysteria ipsius sacramenti. Hec igitur omnia voranda sunt. i. firmiter credēda. Precipit etiam vt non remaneat ex agno paschali q̄cq̄ vsq; mane. Ubi p mane designatur futura vita: in qua nō remanebit vsus ipsi⁹ sacramēti: sed tm̄ h; locū i p̄nti et p p̄senti vita. Propterea vocatur panis viaticus. Quod autē comesturi agnū paschalem debebent habere renes precinctos: calciamenta in pedibus: et baculos in manibus: designātur tria que debent habere volentes digne accedere ad sacramentum altaris. Primū est castitas: que per renes precictos designatur. In cuius figura legitur primi Regū. xxi. q; Achimelech sacerdos dixit ad Dauid: petenti panes sanctos pro seruis suis esurietibus: Si mūdi (inquit) sunt pueri: maxime a mulieribus: manducēt. Secūdum est: recordatio deuoti accessus sanctorum virorū qui nos precesserunt ad hoc venerabile sacramentum: quorum plerisq; cū lachrymis et singultibus accedebant: nec aliter accedere nouerant: sicut legit de beato Augustino: et de multis

ris alijs. Calciamenta enim fiūt de pellibus animaliū mortuorum. Tunc ergo ponimus calciamenta in pedibus nostris/ cū accedentes ad ipsum sacramētum/ vite sanctorū patrum (q̄ nos precesserunt) recordamur. Tertiū est/ memoria dñice crucis ⁊ passionis. Et hoc ē tenere baculos in manibus. Quod autem sequitur/ ⁊ comedetis festinanter/ sic intelligendū est: Vos qui proponitis in cordibus vestris suscipere hoc venerabile sacramentum/ festinate cōuersionem vestram ad deū. iuxta illō Eccli. v. Ne tardes cōuerti ad dominū/ et ne differas de die ī diem. Hec autē expositio est mysticalis/ vt pote partim moralis/ ⁊ partim allegoricalis.

¶ Moraliter et septimo/ iuxta illud sequens verbum: Est enim phase. i. transitus domini/ q̄d pascha dicimus. Notādum/ ꝙ filij Israel fecerūt triplex pascha. Primū fuit/ de terra Chanaan in Egyptū. Secundū/ de Egypto in desertum. Tertiū/ de deserto in terrā promissionis. Ita ⁊ nos debemus facere triplex pascha spirituale/ cōformiter ad predictum triplex corporale. Primo igitur debemus transire de vitijs ad virtutes. Secundo debemus transire de virtute ad virtutem. Vnde Psalmist. Ibunt supple boni de virtute in virtutem. Tertio/ vbi fecerimus duo precedentia paschata/ tādem indubie faciemus tertium. s. de deserto huius mūdi/ ad terrā ꝓmisse hereditatis celestis: de qua Psalm. ait: Credo videre bona domini/ in terra viuentium. Iste trāsitus erit de tenebris ad lucem inaccessibilem/ de morte ad vitam/ ⁊ de pena ad gloriam eternam.

¶ Moraliter et octauo/ iuxta illud sequens verbum: Et transibo per terram Egypti nocte illa: ⁊ percutiam ⁊c. Notandum/ ꝙ ista possunt exponi de penitente. Tunc enim transit dominus per terram Egypti/ cum transit per conscientiam peccatricem/ eam monēdo ad penitentiā: dicens illud Cāt. vj. Reuertere/ reuertere/ Sunamitis: reuertere/ reuertere/ vt intueamur te. Itē illud Hiere. iij. Tu fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me/ dicit dominꝰ/ ⁊ ego suscipiam te. Tunc autē idem deus et dominus percutit omne primogenitum in terra Egypti/ cum occidit in anima peccatrice mortalia peccata: que dicūtur ꝑmogenita respectu venialiū peccatorū/ que nō est necesse sēp occidi q̄ries occidunt mortalia/ cū possit fieri remissio mortaliū absque remissione venialiū: eo ꝙ illa nō habēt repugnantiā formalē ad gratiā/ sicut mortalia.

¶ Moraliter ⁊ nono/ iuxta illud: Et in cūctis dijs Egypti faciam iudicia/ ego dominus. Notādum/ ꝙ per deos in proposito intelliguntur iudices populi. Tales nempe dicuntur dij/ eo ꝙ loco dei presunt populo. De quibꝰ precipit dñs ī sequētibꝰ. xxij. c. dicēs: Dijs non detrahes: eo scilicet ꝙ puniūt malos. Tales ergo dij Egypti. i. iudices huius mundi/

qui tot⁹ in tenebris est / debēt valde timere ne male iudicēt: scientes q tandem (velint nolint) iudicabuntur a domino / ⁊ in ipsis exercebit sua iudicia. Unde legitur .ij. Paraly. xix. de Josaphat rege Juda / q cū constitueret iudices in cūctis ciuitatibus Juda / dixit eis: Uidete quid faciatis. Non eñ hominis exercetis iudicium / sed dei. Et quodcunq iudicaueritis / in vos redundabit. Propterea dictos deos .i. dominos iudices / salubriter admonebat Apo. Col. iiij. cū diceba:t Domini quod iustum est ⁊ equum seruis prestate: sciētes quoniā ⁊ vos dominum habetis in celo / qui supple vos iudicabit.

¶ Moraliter ⁊ decimo / iuxta illud verbū: Erit autem vobis sanguis in signum ⁊c. Notandum q istud possumus referre cōtra occultos homicidas / cōtra quos interdum sanguis occisorum ab eis / iusto dei iudicio querit vindictam: ⁊ incipit fluere quandoq de corporib⁹ occisis ⁊ mortuis / ad presentiā homicidarū: vt sic prodat crimen eorum. Sic eñ fertur accidisse Parisius circa annum domini. M. cccclx. inter duos magnos principes. Et Gene. iiij. legitur / q dñs improperauerit Cain mortem fratris sui Abel / dicens: Ecce vox sanguinis fratris tui Abel / clamat ad me de terra. Erat igitur huiusmodi sanguis in signū necīs / ⁊ proditionis ipsius Cain. Uñ etiā legit in passionarijs sanctorum / q sanguis martyrum effusus sup terrā / non potuerit quādoq inde abradi p multa tēpora. Nā in testimoniū hui⁹ ad perpetuam rei memoriā psecutionis inique sanctoꝝ martyrum Maximi et Venerandi / qui passi sunt circa annū domini centesimū in territorio Aquiniaceñ. diocesis Ebroiceñ. vsq in hodiernum diem restat ingens multitudo lapillorum rubicūdorum ex sanguine dictorū martyrū: vt firmiter tenetur. Nam ⁊ lapilli camporū vicinorū alterius coloris existunt. Ecce igit quomodo sanguis dictorū martyrū mōstrat fidelibus peregrinis in signū / ⁊ vt enarrent mirabilia dei.

¶ Allegorice ⁊ primo / ⁊ cōformiter ad magistrum Nicolaū de Lyra / per agnū paschalem / (de cuius immolatione agitur in hoc capitulo) pfigurat⁹ fuit agnus dei patris / sc3 Christus: qui se obtulit hostiā sanctā et immaculatam deo patri in ara crucis / pro nobis miseris peccatorib⁹. Unde de hac immolatione sex tanguntur hic / intricate tamen ⁊ non obseruato ordine textus: prosequendo tamen materiam subiectam. Hec igitur sunt /

Immolande rei conditio.
Temporis determinatio.
Comedentium dispositio.
Comedendi modus.
Comestionis locus.
Immolationis profectus.

¶ Primo igit tangitur immolande rei cōditio. Res igit immolāda / est agn⁹: in quo notat Christi māsuetudo. Hiere. xi. Ego quasi agnus mansuet⁹ / q portat ad victimā. Agnus qui offerebat dño debebat esse sine macula. Et de Christo dr. i. Petri

Pet.ij. q peccatum non fecit / nec inuentus est dolus in ore eius. Item dictus agnus debebat esse masculus. In quo prefigurabatur perfectio Christi / in eo q homo / ratione sexus perfecti. Ipse enim ab instanti conceptionis sue fuit homo perfectus in omni sciētia et virtute. Fuit etiā anniculus .i. vnius anni. Accipitur autem iste annus ab octaua die natiuitatis sue. Nam antea nō poterat offerri: et sic patet / q erat adhuc tenellus. Et per hoc significatur pietatis teneritudo in Christo. Quod autem additur / iuxta quē ritum tolletis et hedū: designat q et si Christus non habuerit carnē peccati / habuit tamen similitudinē carnis peccati: iuxta illud Ro.viij. Deus filiū suū mittēs in similitudinē carnis pcti.

¶ Secundo tangitur temporis determinatio / q supple debebat inchoari immolatio agni: cū dr: Decima die mensis huius tollat etc. Per quod significabatur / q in lege (per decalogū itellecta) Christus fuit prefiguratus et prenunciatus: et quartadecima die immolādus. Per quod significabatur passio Christi cōplenda tēpore euangelij quadrupliciter descripti. Ad vesperā / quā secundum Hebreos incipit ab hora septima: Christus autem circa horā nonā expirauit: vt dr Mat. xv. Item Luc. xxiij. Et de nocte comedēdus: sicut dicitur in textu. Et edēt carnes nocte illa assas igni. Per quod prefigurabatur / q Christus nō est in sacramēto altaris modo visibili / sed per fidē (que est de non apparentibus) creditur: et per charitatem sugitur virtus huius sacramenti.

¶ Tertio tangitur comedentiū dispositio. Circa quod notandū q comedētes agnū debebant esse circuncisi: et hoc in figura / q ad sacramentū eucharistie nō admittuntur nisi baptizati: sicut circūcisio fuit figura baptismi. Et accincti renibus .i. casti et mundi Luc. xij. Sint lūbi vestri precincti. Quod exponēs Greg. dicit: Lūbos pcingimus / cū carnis luxuriā per continentiā coartamus. Item debebant esse huiusmodi comedētes calciati: ad significandū / q sumētes eucharistie sacramentū / debēt esse parati ad ambulandū in via morū. Item q debent tenere baculos in manibus .i. pa fitentes se esse peregrinos in hoc mundo: iuxta illud .ij. Corin. v. Dum sumus in hoc corpore / peregrinamur a domino.

¶ Quarto tangitur comedendi modus. Circa quod sciendū / q de agno paschali nihil debebat crudū comedi. Per quod denotatur / q dubitantes in fide nō debent sumere Eucharistie sacramentū. Nec coctū aqua .i. sine feruore deuotionis: sed assum tantū igni. Per quod significatur / q debet tantū sumi in fide charitate formata. Item cū lactucis agrestibus: Hebreus habet / cū amaritudinibus .i. cū peccatorū cōmissorū doloribus / secundū illud Esa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs ānos meos / in amaritudine anime mee. Sequitur: Caput cū pedibus et intestinis vorabitis. Per caput / diuinitas: per pedes / humanitas: per intestina / plenitudo gratie latēs intra Christū designantur. Est igitur sensus: Caput cum pedibus

pedibus rc.i. diuinitatē Christi cū humanitate plena gratie in hoc sacramēto esse credēdo / p fidē incorporabitis. Et comedetis festinanter. i. p virtutē huius sacramenti festinabitis ad patriā paradisi. Propter qd dr viaticū. Hebre.iiij. Festinem⁹ ingredi in illā requiem. Et os eius non confringetis. i. robur diuinitatis / p carnē assumptā debilitatā esse falso nō estimabitis. Nec corpus Christi in sacramento isto frāgi / vel dentibus atteri estimabitis: qr hoc solum conuenit speciebus.

¶ Quinto tangit de immolatione agni paschalis comestionis locus / cū dicit: In vna domo illū comedetis. Per qd denotatur / q sacramentū eucharistie sumendū est in ecclesia / q est vna cōgregatio fideliū. Cātic. vj. Una est colūba mea rc. Quamuis em olim plures agni fuerint in plurib⁹ domibus / tñ oēs illi vnū agnū Christū prefigurabant: r similiter oēs domus vnā ecclesiā / in qua sumēdum est eucharistie sacramentum: r nō in cōuenticulis hereticorum. Nec de carnibus eius efferetis foras. i. speciebus eucharistie non vtemini ad sortilegia / seu ad quecunq alia ad que nō sunt ordinate. Superliminare r postes liniebāt agni sanguine. Per duos postes / intelligunt patres veteris ac noui testamenti: r p superliminare / ipse Christus supereminēs vtrisq patribus. Per dictā igit linitionē significabat q patres veteris ac noui testamēti erāt Christi sanguine redimendi / r q Christus foret in cruce suo sanguine rubicundus.

¶ Sexto tangit dicti agni immolationis profectus / cū dicit: Erit aūt sanguis vobis i signū in edibus rc. Per qd denotat valor r vtilitas pmaxima nobis a deo patre exhibita mediō effusionis sanguinis Jesu Christi filij sui / cui⁹ etiam sola memoria r fides sincera Christianos ab exterminatore conseruat: vt dicit interli. Insuper eos cōseruat finaliter ab eterna plaga: r hoc notat cū dicitur: Nec erit in vobis plaga disperdēs / quādo pcussero terrā Egypti. i. cōgregationē reprobor in die iudicij / mittēs eos in abyssum inferni. Unde pre dicta glo. dicit / q per terram Egypti in proposito / intelligūtur ciues huius seculi.

¶ Allegorice r secūdo / p duplicē immolationē Judeorū in paschate suo / agni scz et hedi: agni quidē / quo ad diuites: et hedi / q ad pauperes: designat Christus / q fuit agnus r hed⁹. Agnus quidē sine macula / de quo Joan. Bapti. exclamauit / dicēs illud Joan. j. Ecce agn⁹ dei / ecce qui tollit peccata mūdi. Fuit etiā r hedus. Pro quo notandū / q in hoc differunt agnus r hedus: qr agn⁹ de oue / hedus aūt de capra nascit. Recte ergo per vtrunq Christus significatur. Nam ipse de oue Maria nat⁹ est: itē de hedis. i. de peccatorib⁹: vt perpulchre ostendit in genealogia ipsius / que ponitur Mat. j. Uel dic / q ipse Christus fuit in se agnus sine macula / hedus autem reputatus a Judeis r peccatoribus. Unde r dicebāt Joan. ix.

Scimus quia hic homo pecca-
tor est. Iste igit est hedus ille/
de quo figuratiue dictū est po-
pulo Judaico a dño in sequēti-
bus.xxxiiij.ca. Nō coques he-
dum in lacte matris sue.i.non
occides Christū adhuc pendē-
tem ad vbera matris sue. Pro-
pter quā causā / vt legit Mat.
ij. apparuit angelus dñi Jo-
seph in somnis dicens: Accipe
puerū ⁊ matrē eius / ⁊ vade in
Egyptū. Futurū est enī vt He-
rodes querat puerū/ad pden-
dum eum. Uel dicit Christus
hedus: nō quia habuerit fedi-
tatē hedi.i. peccatoris: sed q̄
habuit similitudinē carnis pec
cati: quia habitu inuentus vt
homo. Ipse igitur pfiguratꝰ
fuit in serpente eneo: qui habe
bat similitudinem serpentis /
erat tamen absq̧ veneno veri
⁊ naturalis serpentis.

¶ Allegorice ⁊ tertio / per hoc
ꝙ Judei debebant comedere
agnū assatum igni / designatur
ꝙ quicunq̧ accedunt ad men-
sam altaris suscepturi agnū pa
schalem Christum / debent ha-
bere verā fidem / ꝙ ipse est qui
fuit assatus igne charitatis / ⁊
doloris in cruce.

¶ Anagogice mensis iste prin
cipiū mensiū / ⁊ primus in mē-
sibus anni / designat principiū
eternitatis ⁊ glorie celestis: in
qua loquitur dominꝰ angelis /
⁊ angeli angelis / atq̧ angeli
hominibus. Ibi etiam vnus-
quisq̧ agnum tollit per fami-
lias ⁊ domos suas. Per quod
intelligitur illapsus diuine es-
sentie in mentibus angelorum
et hominū: inequaliter tn̄ / se-
cundū varietatē meritorū re-
cipientiū huiusmodi illapsum /
qd̄ notat cū dicitur: Per fami-
lias ⁊ domos suas. Joan. xiiij.
In domo patris mei mānsiones
multe sunt. Qꝫ aūt vnꝰ Judeꝰ
diues posset vocare alium Ju-
deum pauperē ad comedendū
secū agnū paschalē / designat
gaudium ⁊ letitiam quam ha-
bet quilibet beatus de beati-
tudine alterius. Nam vt dicit
Grego. lib. iiij. moral. ca. xlij.
tanta vis amoris in illa pace
ipsos beatos sociat / vt qd̄ in se
quisq̧ nō acceperit / hoc se ac-
cepisse in alio exultet. Esus au
tem agni anniculi / cuius car-
nes asse igni comedebant cum
panibꝰ azimis / ⁊ lactucis agre
stibus / que prouocabant appe-
titum: hec omnia designāt a-
bundantiā summā / ⁊ satietatē
perfectā illius celestis beati-
tudinis / de qua Psal. Quā ma-
gna multitudo dulcedinis tue
dñe / quam abscōdisti timenti-
bus te / Et alibi: Satiabor cū
apparuerit gloria tua. Et rur-
sum: Adimplebis me letitia cū
vultu tuo. Qꝫ autē immolatio
agni fiebat ad vesperam: desi-
gnat / ꝙ eterna beatitudo non
dabitur in luce diei presentis
vite: sed aduesperāte iam diei
id est in alia vita. Nō quidem
ad tempus / sed perpetuo: ideo
subditur vbi supra / Delectatio
nes in dextera tua vsq̧ in finē:
.i. ppetuo. Qꝫ vero subdit: Nō co
medetis ex eo crudū / nec coctū
aqua / sed tn̄ assum igni: desi-
gnat ꝙ illa celestis gloria nul-
lum impurū gaudiū admittet /
sed tn̄ purū / sanctū et mundū.
Qd̄ etiā sequit: Caput cū pedibꝰ
et intestinis vorabitis: designat
ꝙ in

q in illa celesti gloria tota diuinitas illabitur menti humane: q̃uis nõ totaliter. Uel tria p̃dicta possumus referre ad visionem totius trinitatis in illa celesti patria: quia non contin get ibi videre patrem absq filio et spiritu sancto: nec econuer so. Hinc Christus Philippo pe tenti videre patrem ait: Philippe qui videt me videt et patrem meum. Q3 deniq filij Israel deberẽt sumere de sanguine agni et ponere super vtrũq postem et in superliminaribus domorum in quibus comedebant agnum: designatur iugis memoria cum gratiarũ actione et ingenti gaudio effusionis sanguinis Christi in terris: per quem apertum est celum et celestes mãsiones reparate et replete. Ceterum q filij Israel comederẽt carnes agni paschalis precingẽdo renes suos habentes calceamenta in pedibus et baculos in manibus: denotantur tria que erunt in illa celesti gloria signãter post generalem resurrectionem. Primum calciamẽta .i. resumptio propriorum corporum. Secundum castitas et omnimoda pudicitia non obstante nuditate corporum. Tertium firma et perpetua tẽtio huiusmodi glorie: que per baculos in manibus designatur. Quod vero sequitur: Et trãsibo per terram Egypti nocte illa et percutiam etc. Hoc totum referendum est ad ruinã et plagam malorum angelorũ quam intulit eis dñs quando eiecit eos de celo et misit in infernum. Nam tũc in cũctis dijs Egypti id est malignis spiritibus (qui dicũtur dij participatiue) fecit iudicia sua dominus. Quod vero in filijs Israel non fuit plaga disperdẽs quãdo percussit dominus terrã Egypti per mortem primogenitorum: designat q domino percutiente multitudinem malorum angelorum boni angeli fuerũt omnino immunes ab huiusmodi plaga.

¶ Secunda clausula.

Eptem dieb9 azima comedetis. In die primo non erit fermentum in domib9 vestris. Quicunq comederit fermentum peribit anima illa de Israel a primo die vsq ad diem septimũ. Dies prima erit sancta ac solennis et dies septima eadem festiuitate venerabilis. Nihil operis facietis i eis: exceptis his que ad vescẽdum pertinent: et obseruabitis azyma. In eadẽ enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Egypti: et custodietis diem istum in generationes vestras ritu perpetuo. Primo mense quattuordecima die mẽsis ad vesperam comedetis azyma vsq ad diem vicesimãprimã eiusdẽ mensis ad vesperam. Septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus vestris. Qui comederit fermentatum peribit anima eius de cetu Israel tam de aduenis q̃ de indigenis terre. Omne fermentatum non comedetis. In cunctis habitaculis vestris edetis azima.

¶ Historialiter post q̃ in precedenti clausula egit Moyses de immolatione agni paschalis

lis/tangens duo principaliter de dicta immolatione / scilicet de tēpore ꝛ modo illius: hic cō sequēter agit de alijs duobus tangentibus ipsam solennitatem pasche: videlicet /

De obseruandis /

De vitandis.

¶ Primo igitur loqtur Moyses de obseruandis circa solennitatem pasche. Et iterum ista sunt duplicia.

Primum concernit cibum.

Secundū concernit tēpus.

¶ Primum igitur obseruandū circa dictam solennitatem concernit cibum / cum dicitur: Septem dieb⁹ azima comedetis. Circa quod dicit Rabi Salo. (vt refert de Lyra) ꝙ preceptū de comedēdo azima septē diebus nō habuit locum in prima celebratione phase / quando filij Israel egressi sunt de Egypto / sed in sequētibus celebrationibus. Et hoc videtur posse trahi ex illo verbo quod postea habetur ī hoc capitulo: vbi dicitur / ꝙ filij Israel exeūtes de Egypto / ī crastino immolationis agni paschalis nō poterāt fermentare: cogentib⁹ eos exire Egyptijs. Ex quo concluditur manifeste / ꝙ causa quare tūc ~~non~~ comederunt azima / nō fuit propt̄ obligationē ꝑcepti / sed quia nō habebāt tempus ꝛ spatiū fermētādi. Unde tūc dictum fuit illis / vt pz in prece. clausula: Et edēt carnes nocte illa assas igni ꝛ azimos panes. Utrūqȝ qdē ꝑpter nimiā festinationem recedēdi: vt dictum est / ꝛ non propter preceptum. Ratio autem quare fuit licitū filijs Israel comedere fermentatū (cū scilicet recesserūt primo de Egypto) fuit / eo ꝙ erāt ī itinere po iti. Propter quod nō erat prohibitum comedere fermentatum si haberēt. Multa enim fuerunt eis licita tēpore illi⁹ itineris / que alias nō licuissent eis: vt postea dicetur. In futuris ergo celebrationibus phase precipiebatur filijs Israel / vt occurrēte primo die festi non haberent fermentum in domibus suis: vt dicit̄ in textu. Amotio autem fermenti / ꝛ inchoatio edēdi azimos / incipiebat hora septima advespe ram illius diei in qua immolabatur agnus paschalis. Nō qdem ꝙ hora septima esset precisa hora dicte immolationis: sed ꝙ ab illa hora et deinceps vsqȝ ad noctem poterat immolari / dūmodo occurreret dies q̄rtadecima lune mensis Martij vel Aprilis / ſm ꝙ contingebat lunam variari: vt dictū est in ꝑcedenti clausula satis diffuse. Ante ergo dictam horam septimam debebat amoueri de domibus Iudeorum omne fermentum ꝛ fermentatum. Et nota ꝙ duo predicta multum differunt. Fermentum enim est illa modica pasta amara que cō miscetur alteri paste / ꝛ que facit eam intumescere: quam nos Galli vocamus leuain. Unde fermentum dicitur de ferueo / ferues: eo ꝙ pastam feruere siue ebullire facit. Fermentatū vero / vocat̄ illa pasta cui permixtum est dictum fermētum. Ecce igitur primū obseruādū circa solēnitatē pasche: scilicet de azimis panib⁹ comedēdis.

¶ Secundū obseruandū circa

hinc i

hmōi solennitatē paschalē/ concernit tēpus/ cū dicit: Dies prima erit sācta ac solēnis/ ⁊ dies septima eadē ⁊c. Dicit ꝗ duo. Primū/ ꝙ dies prima festi paschalis debebat esse sancta: scꝫ quo ad cultū diuinū/ ⁊ quo ad amictum honestū/ atqꝫ quo ad cibū delicatum cuiuslibet. Hic Neemie. viij. dicitur: Comedite pinguia/ et bibite mulsum. Dies enī dñi sanctus est. Itē ꝙ debebat esse solēnis. i. celebris. Et dr solēnis/ de soleo/ ⁊ ann⁹: qꝛ solet singulis annis accidere. Secundum/ ꝙ dies septima eadem festiuitate venerabilis/ supple erit: scꝫ ob reuerentiam illius diei prime. Sicut ⁊ nunc ecclesia i festis habētib⁹ octauas solēnes/ repetit idē officiū octauo die quod cātatū fuerat die primo. Uerū ꝙ antiquitus tēpore legis stricti⁹ agebatur cū Judeis ꝙ̄ nūc cum Christianis: quia tūc qlibet tenebatur vtrūqꝫ debere obsuare/ ⁊ solēnizare: nunc autem sufficit primum diem obseruare/ nisi fiat speciale ꝑceptum de obseruatione aliquoꝝ dierū sequētiū: sicut expsse ptꝫ. ex̄ de ferijs. c. cōquestus. de festo resurrectionis dñice/ pentecostes ⁊ natiuitatis dñi/ cū certis dieb⁹ sequētibus. De die autē octauo/ ecclesia colit solēnitatē ꝓ reliquo ꝑplo/ ne nimis grauet multitudine festoꝝ/ et impediatur a negocijs secularibus. Seqꝛtur: Nihil operis facietis in eis/ exceptis ⁊c. Qualiter aūt istud intelligi debeat declarabit in sol. ad primū dubium sequens. Deinde dñs assignat causā obseruationis dicte solēnitatis/ cum ait: In eadē enim ipsa die educā exercitū vestrū de terra Egypti/ qđ erit maximū beneficiū. Et ideo in recognitionē illius supple: custodietis diem istum in generationes vestras ritu ꝑpetuo. Quod intelligēdū est de illis qui intraturi erant terram promissionis/ eo ꝙ omnes illi q egressi sunt de Egypto/ mortui sunt i deserto: ꝑter Caleph/ ⁊ Josue. Quod quidē verbū intelligendū est de illis qui erant viginti annorum et supra in predicto egressu: vt habetur Num. xxvi. Seqꝛtur: Primo mēse/ scilicet Martij/ vt in plurib⁹: quartadecima die mēsis ad vesperā/ comedetis azima/ vsqꝫ ⁊c. Hoc aūt intelligēdum est postꝙ̄ dicti filij Israel fuerunt in terra promissionis. Tunc enim ceperunt esse pacifici ⁊ sine inquietudine magna inimicorum suoꝝ. Propter qđ potuerūt celebrare suū pascha per annos singulos. Non autē ꝙ̄diu fuerunt in deserto. Unde tūc temporis nō leguntur celebrasse pascha/ nisi semel: scꝫ anno secūdo ab exitu eoꝝ de Egypto. Postꝙ̄ aūt peruenerūt filij Israel ad terrā promissionis/ nō solū fuit illis prohibitū adueniente solēnitate pasche vti pane fermentato/ sed etiam hmōi panem apud se in domo vel alibi reseruare. Ideo sequitur: Septem diebus fermētatū non inuenietur in domibus vestris. Et sic patet de concernētibus (siue obseruādis) quo ad huiusmodi solennitatē paschalem/ quo ad tempus.

¶ Scđo/ Moyses in hac clausula loquitur de vitandis circa

predic

pdictā solennitatē: cū ait: Qui comederit fermentatū/ supple sciēter: peribit anima eius de cetu Israel. Et hec prohibitio intelligit a primo die solennitatis pasche/ vsq ad diē septimum illius: vt dictum est circa principiū hui⁹ clausule. Similiter hec ꝓhibitio non solū facta est filijs Israel/ verū etiam aduenis. Aduene autem dicebantur/ qui ex aliena gente veniebant ad manendū inter Iudeos/ quales erāt nonnulli Egyptij/ qui visis signis mirabilibus que contigerant in terra Egypti/ relicto ritu gētis sue/ cōuersi fuerant ad ritū Iudeorum. Indigene vero dicebant/ qui inde geniti erant. Vel qb⁹ debebatur terra promissionis: quales erāt Iudei. Et nota/ ꝙ dñs in hac clausula valde rigide ⁊ stricte prohibet fermentū ⁊ fermentatū/ durante tempore azimorum/ apud Iudeos reseruari. Nā istud ter prohibet: vt patet intuenti textum. Hoc aūt facit vt arctius hoc infigat memorijs eorum. Nā ⁊ hac de causa frequēter repetūtur precepta dei in sacra scriptura.

¶ Circa ergo hāc clausulam/ ad maiorem illius elucidationem/ mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igit dubium/ Quare dñs potius ꝑcepit filijs Israel vt septē dieb⁹ comederēt azima/ ꝙ diebus paucioribus/ aut pluribus? Dicēdū/ ꝙ precipua cā fuit/ quia ita voluit. Ex parte tamen nostra possumus assignare talē rationē moralē. Nā septē dies/ designāt septē mūdi etates/ seu etiam septē hoīs etates. Panis autem azimus/ ⁊ qui est confectus sine fermēto/ significat munditiam vite. Ad significādum ergo ꝙ in qualibet mūdi etate semꝑ opus fuit pure ⁊ mūde viuere/ ⁊ a peccato (quod per fermētū designatur) recedere/ ad quod etiā tenetur quilibet homo cuiuscūq etatis existat: voluit dominus predictum numerum dierum ī quo Iudei vescerentur azimis esse obseruandum.

¶ Secūdum dubium mouetur propter illud verbū: Non erit fermētū in domib⁹ vestris/ supple tēpore quo vtēdum est azimis. Est ergo q̄stio de illis panibus fermētatis/ qui inueniebātur paulo ante primū diem azimoꝝ in domibus Iudeorū/ quid inde fiebat. Nūquid proijciendi erāt ad canes? Videt ꝙ non/ qz iuxta Christi responsum ad petitionem Chananee: Nō est bonū sumere panē filiorum/ ⁊ mittere canibus. Matt. xv. Dicēdum/ ꝙ postꝗ filij Israel peruenerunt ad terrā promissionis/ ⁊ celebrauerunt suū pascha/ annis singulis/ sic computabant tempus ⁊ dies immediate precedentes primum diē azimorum/ ꝙ non faciebant ꝓuisionem de hmōi panibus/ nisi quantū erat necesse sibi ⁊ familie dom⁹. Qz si forsan aliqd superaerat de hmōi pane fermētato/ ꝓusꝗ adueniret hora qua primum vtendum erat azimis/ potius illud dedissent canib⁹/ ꝗ cōtra legis edictum illud in ꝓprios vsus conuertissent. Da exemplum de Christianis apd quos reliquie ciborum carnalis ferie tertie ante cineres/ solent proijci ad canes.

Tertium

¶ Tertium dubium mouet᷑ ꝓpter illud preceptum dñi: Quicunq̧ comederit fermentũ / peribit aïa illa de Israel. Querit᷑ ergo / vtrũ ex tenore hu⁹ precepti talis comedẽs fermentatum deberet plecti morte? Uidetur ꝙ non: quia de nullo tali legit᷑ ꝙ illi inflicta fuerit mors / ⁊ tamen satis probabile est / ꝙ aliqui transgressi fuerint hmõi preceptum. Igitur. Dicẽdum / ꝙ transgressor illius precepti debebat plecti morte. Sed q2 dñs condens tale ius non expresserat quali genere mortis esset plectẽdus: ideo mors talis hominis nũq̧ fuisset executioni demandata / nisi primũ super hoc consulto domino. Hoc autem probatur per simile de operante in die sabbati: cõtra quem statuerat legem dñs / vt talis moreretur: vt patet Exo. xxxj.c. Sed quia non statuerat qua morte plectẽd⁹ esset: ideo cum inuẽtus fuisset vnus talis / principes legis recluserũt eum in carcerẽ / q̃si nescientes q̃ morte eum plectere deberẽt. Ideo tandem dñs per reuelationem palam fecit ipsum genus mortis / dicẽs ꝙ lapidaretur: quod ⁊ factum est: vt patet Num. xv. ita in proposito dicendum est. Et q̃uis nõ legatur de aliquo comedente fermentatum tẽpore azimorũ / ꝙ sic punitus fuerit: hoc tamen non militat cõtra predicta: tum quia possibile est / ꝙ nullus talis inuentus est qui hoc sciẽter fecerit: tum quia nõ omnia que facta sunt / scripturis sunt commẽdata: sicut nec facta Christi: vt hẽ᷑ Joã. vlti. Hinc est ꝙ dici solet / argumentum per locum ab authoritate / negatiue nõ tenere.

¶ Quartum dubiũ: Utrum Iudeus comedens fermentatũ in diebus azimis / ⁊ hoc per ignorantiam / incurrisset penam legis? Dicendum / ꝙ non: dũ modo esset ignorantia pure negationis / ⁊ nõ affectata / neq̧ supina / aut crassa. In cui⁹ rei testimonium legitur Num. xv. ꝙ domin⁹ statuit certa sacrificia offerenda ab illis qui per ignorantiam peccabãt: ⁊ hoc ꝓ expiatione culpe sue ignorantie / si quam incurrerant. Quib⁹ quidem sacrificijs oblatis / immunes erant ab omni pena. Similiter carẽtes vsu rationis erãt immunes a predicta pena.

¶ Quintũ dubiũ mouet᷑ ꝓpter illud verbũ: Nihil operis facietis in eis: scilicet in prima die festi azymorũ seu pasche / ⁊ septima. Querit᷑ ergo / si liceret Iudeis in illis diebus operari per manus gentiliũ. Dicendũ / ꝙ non: quia qui per alterũ facit / perinde est ac si faciat per seipsum: vt dicit regula iuris lib. vj. In hoc ergo sunt valde reprehendendi illi exempti / q̃ in locis sue exemptionis faciũt operari non exemptos / apud quos dies festus agitur. In p̃dictis ergo duobus diebus festi pasche / primo scilicet et septimo / nullum opus erat faciẽdum: exceptis (inquit textus) his que ad vescendũ pertinẽt / sicut parare cibaria necessaria ad humanum victum.

¶ Sextum dubiũ / ⁊ quod oritur occasionaliter ex his que vltimo dicta sũt / tale est: Utrũ apũ modernos catholicos illi

videantur

videantur posse excusari a peccato mortali / qui in die festo pro magna parte temporis vacant operi seruili.s.in preparatione escarum ⁊ prandiorum. Pro solutione huiꝰ dubij vtēdum est tali distinctione. Aut enim tales occupantur ꝓ causa licita ⁊ honesta / aut pro sola causa voluptuosa. Si primū / tūc videntur excusari a peccato: dū mō querāt primū regnū dei: audiendo diuina. Da exēplum de cocis magnorum dominorum / aut magnarum cōmunitatum / aut etiā nuptiarū / que fiūt in die festo. Item de illis qui vendūt carnes ⁊ similia publice in foro in die festo / ⁊ signāter in magnis ciuitatibus. Hoc enim toleratur / tum propter multitudinem populi / tū propter aduentitios. Unde Parisius propter predictā duplicem causam / macellū (quod dicitur sancti Jacobi) tenetur aptū diebus dominicis et festis. Hoc autē in tanta ciuitate in qua est fons scientie ⁊ iustitie non permitteretur / nisi esset licitum. Si vero predicti dant operam operi seruili / propter voluptatem aut cupiditatem: intantum ꝙ omittunt diuina / siue quia multum de tempore occupant in talibus: non videntur tales posse excusari a mortali peccato: eo ꝙ non sanctificāt diē festū / vacādo diuinis / quātū ⁊ secūdū qð opꝫ.

¶ Septimum dubiū: Cur apð Judeos primus ⁊ septimꝰ dies pasche erant celebriores? Dicēdum ꝙ ideo / quia primo die exierunt de Egypto cum magno gaudio / ⁊ die septimo euaserunt per mare rubrum inimicos suos Egyptios / ipsos persequentes. De quo etiam beneficio habuerunt magnum gaudium: ita vt diceret Moyses / pariter et ceteri filij Israel: Cantemus domino / gloriose enim magnificatus est / equum ⁊ ascensorem deiecit in mare. Nota etiam de Maria ꝓphetissa sorore Moysi ⁊ Aarō / sumēte tympanum in manu sua / post quam egresse sunt omnes mulieres cum tympanis ⁊ choris / quibus ipsa precinebat / dicens: Cantemus domino ⁊c. vt patebit.xv.ca.huius. Ecce igitur quare duo predicti dies erāt celebriores. Unde etiam vsqꝫ modo talis cōsuetudo obseruatur in ecclesia / quo ad festa habētia octauas / ꝙ prima dies ⁊ vltima sunt celebriores.

¶ Octauum dubium: Cur nos Christiani celebramus pascha nostrum per plures dies ꝙ̄ Judei olim in lege. Nos enim obseruamus octo dies. Illi autē tantum septem. Uerum ꝙ de dictis octo diebus hodie tantum quatuor obseruātur a laicis / scilicet ipse dies dominice resurrectionis cum tribus sequentibus: reliquos autē tres solennizat ecclesia pro reliquo populo: antiquitus autem tota hebdomada pasche ab omnibus obseruabatur / et obseruari mandabatur: vt patet de consecratione distinctione.iij. pronunciādum. Similiter extra de ferijs.c.cōquestus. Ad dubium ergo dicendum / ꝙ cōuenieter ecclesia celebrat suū pascha ꝑ additionē vnius diei supra pascha Judeorū / ⁊ hoc

i recognitionem gratie nobis facte. Illi enim ambulabant sub nube: vt dicit Apost. j. Corin. x. Nos aūt sub reuelata claritate fidei. Quia igitur dominus plus fecit p populo Christiano quam olim fecerit pro populo Judeorum (dicente Psalm. Nō fecit taliter omni nationi) iustū est et decēs vt addamus vnū diem ad pascha nostrū supra pascha Judeorū. Quia vt dicit Grego. homel. ix. cum augentur dona / rationes etiam crescunt donorum.

¶ Nonum dubiū: Utrū liceret Judeis operari manualiter in diebus intermediis in suo paschate. Ita q tantū tenerētur festinare primum diem et septimū. Dicendum conformiter ad magistrum historiarū q sic / et hoc etiā videntur innuere verba textus / cum dicitur: Prima dies erit sancta et solennis / et dies septima eadem festiuitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis: exceptis his que ad vescendū pertinent. Ex quibus verbis concludit predictus Petrus Comest. q Judei mediis diebus poterant operari. Et hoc etiam patet / q sabbatum erat eis solēnius quouis festo (quantū ad ociū) in quo etiā nō licebat operari ad vescendū: sicut patuit de māna: quod nō licebat colligere in die sabbati: et ideo colligebat die sexto pro duobus diebus: vt dicitur infra. xvj. cap. Aut accendere ignem: vt patet in sequentibus. xxxv. cap. Ubi dicit: Non succēderis ignē in oībus habitaculis vrīs p diē sabbati. Inde g potuit esse (vt indicat idē Petrus Comest.) q sancte mulieres i ipo die solēni pasche posuerūt parare vnguēta ad vngendū corpus dñicū. qd minime sabbato licuisset. Sed contra id qd dictū est / quod Judei poterāt manualiter opari predictis diebus mediis inter extremos dies pasche: videt posse obiici ex his q dicunt in sequētibus: xxiij. cap. Solēnitatē azimorum custodies. Septē diebus vesceris azimis. Ad hoc dicendū q istud intelligit de solennitate: quātū ad cultū dei / non aūt quantū ad vacationem ab opere seruili.

¶ Decimū dubium oritur / propter glo. inter. q dicit / q prima dies azymorū dr pascha. Queritur ergo quomodo ibi capitur pascha. Pro declaratiōe huius dubii / notandū cōformiter ad dominū Petrū de Pal. q pascha septē modis accipit i scriptura. Primo pro tota hebdomada q incipiebat decimaquarta die lunationis Aprilis ad vesperā / et durabat vsq ad. xxj. diē lunationis illius inclusiue. Et hoc modo accipit pascha Act. xij. cū dr de Herode / q posuit Petrum in carcere tēpore azymorum / volens post pascha eū producere populo. Secūdo modo accipit pro hora vespertina / q comedebat agnus paschalis / sicut ibi Mat. xxvj. Scitis q post biduū pascha fiet. Et Leuiti. xxiij. mēse primo. xiiij. die mensis ad vesperā pascha dñi est. Tertio modo / p ipso agno paschali / q tunc immolabatur: vt ibi Luce. xxij. Uenit aūt dies azymorum / in quo necesse erat occidi pascha. Quarto / p prima

pascha quot modis accipitur

ma die azymorum post immolationē agni / ꝛ q̄ erat .xv. dies lunationis / ꝛ solennis. Joā. xiij. Ante diem festū pasche. Item Luce. xxij. Appropinquabat dies festus azymorū / qui dicit pascha. Quinto / pro panib⁹ azymis / qui comedebantur illis diebus: sicut ibi Joā. xviij. Nō introierunt in pretoriū / ne cōtaminarent: sed manducarent pascha. i. panes azymos: q2 iā agn⁹ erat comestus / scilicet in precedenti vespera / cum tunc esset quintadecima luna. Uerum ꝙ quidā accipiunt ibi pascha pro agno paschali / quem Judei indebite omiserant comedere die precedēti / eo ꝙ essent occupati circa traditionē Christi: et ideo volebant in crastino sumere ipsum agnum paschalē / qđ tamen nō licebat ex quo sua die ipsum non sumpserāt. Sexto / festū epularum dicitur pascha: vt ibi. ij. Paralip. penult. Non fuit phase simile huic in Israel a dieb⁹ Samuelis prophete. Et. ij. Esdre j. Fecit Josias pascha in Hierosolymis ꝛc̄. Hoc aūt intelligitur / quantū ad festū epulaꝝ / qđ cōcurrebat tūc cū immolatione agni. Quia quātū ad obseruationē festi pasche / eodem modo obseruabat oī tēpore sicut erat lege taxatū. Septio / Christ⁹ p agnū paschalē pfiguratur: iux illđ. j. Cor. v. Pascha nostrū immolat⁹ est Christus. In p̄dicta ḡ glo. iterli. accipit pascha q̄rto modo / includēdo etiā secūdū modū: quia a quintadecima die lunationis / includendo vesperam precedentem: non licebat Judeis habere fermentum. Hec de Pal.

¶ Moraliter ꝛ primo. Azima (ꝓpter sui mūditiā) significat gratiā: fermētū vero (ꝓpter sui corruptionem) recte pctm̄ designat: q2 sicut modicū fermētū totā massā corrūpit: vt habet j. Cor. v. Itē Gal. v. ita modicū peccatū / dū modo sit mortale / totā massam gratie virtutis et meriti corrūpit ꝛ destruit: iux id qđ scriptū est Eccli. ix. Qui in vno peccauerit / multa bona pdet. Queādmodū ergo preceptum fuit filijs Israel vt adueniēte festiuitate paschali (q̄ durabat septē dieb⁹) abijcerēt de domib⁹ suis oē fermētū ꝛ panē fermētatū: ꝛ ꝙ tm̄ vescerent azimis: ita in toto decursu vite presentis (q̄ p septenariū numerū designat) debem⁹ possidere gratiā dei ꝛ bona opera / abijciendo a nobis oē peccatū. Sic em̄ ꝯsulit esse agēdū Apo. j. Cor. v. dicēs: Expurgate vetus fermentū: vt sitis noua cōspersio. Et post pauca: Itaqꝫ epulemur / nō in fermento veteri / neqꝫ in fermento malitie et nequitie / sed in azimis sinceri. ꝛ ve. Et nota / ꝙ nō solum olim prohibebat dominus Judeis fermētatum comedere / verum etiam ne fermentum in domibus suis haberent. Per quod designatur / ꝙ non solum debemus a peccato abstinere: verū etiam omne consortiū peccati / ꝛ occasionem illius procul abijcere: sm̄ quod scriptum est. j. Timot. v. Ab omni specie mala abstinete vos.

¶ Moralit ꝛ. ij. iuxta illud verbum sequens: Quicunqꝫ comederit fermētum / peribit anima

Ala de Israel a primo die vsqz ad diē septimū. Notādū q pri mus dies primā etatem homi nis designat: in qua est primum doli capax. Dies autem septi mus vltimā illius etatē signi ficat. Quicunqz ergo comede rit fermentū ab illo primo die vsqz ad vltimū: peccatum mor tale sibi per consensum incor porādo peribit spiritualiter et eternaliter. Qz si dicatur ergo multi peribunt de populo dei qui non saluabuntur: maxime cum vix aliquis adultus pos sit immunis esse a peccato et qui non comederit fermentum ad sensum datū. Ad hoc dicē dum q corollariū quod infer tur verū est: qz vt dicit Mat. xx. Multi sunt vocati pauci ve ro electi. Uel dicendū pro cō solatione piarum animarū q quicunqz comederit fermentū malitie et nequitie: et sic deces serit indubie talis damnabit. Non aūt qui de dicto fermēto comederit: et postmodum illud euomuerit per vomitū vere cō fessionis de corde suo. Bene er go et quasi figuratiue ad ppo sitū dicitur Eccli. xxxj. Si co actus fueris in edendo multū: surge e medio et vome et refri gerabit te et non adijcies cor pori tuo infirmitatem. Appli catio est facilis.

¶ Moraliter et tertio per hoc q prohibent opera corporalia et seruilia durantib9 dieb9 azy morum: designat q opera cri minalia et si semp vitari debe ant vt non fiant permaxime ta men in die festo. Unde quanto festum fuerit celebrius: tanto grauiora sunt quando tunc cō mittuntur ratione circunstan tie tēporis. De huiusmodi ita que operibus loquitur Chri stus Joā. viij. dicens: Qui fa cit peccatum seruus est pecca ti. Excipiebant tamē in huius modi diebus paschalibus ea q ad vescendum pertinebāt. Ubi per ea que ad vescendū perti nent intelligūtur bona opera q sunt cibus animarū et quib9 etiam preparat refectio eter na. A talibus igit operibus sā ctis nō solum non cessandum est die festo: sed talibus tunc maxime vacādum. In cuius fi gurā fuit preceptū filijs Israel vt sabbato duplicem hostiam offerrent dño: scdm qd scriptū est Numeri. xxviij. Die sabba ti offeretis duos agnos anni culos inmaculatos: et duas de cimas simile oleo consperse in sacrificio et liba que rite fun dunt per singula sabbata i ho locaustum sempiternum. Alijs autem dieb9 et etsi iuberet do minus duos agnos sibi offer ri vnum mane et alterū vespe re: pro vna tamē oblatione re putabātur q bis in die fiebat. ¶ Moraliter et quarto iuxta illud: Dies prima erit sancta et solēnis: et dies septima eadē fe stiuitate venerabilis. Notan dum q per primam diem festi possumus intelligere initium grē dei et boni opis. Per diē vero septimā consummationē eiusdē boni operis. Hec igitur duo debemus domino offerre et sanctificare: totū gratie eius attribuentes: caput scilicet et caudam. i. principium et finem boni operis. Ipse enim est qui. ait Apocal. j. Ego sum alpha

⁊ oı principium ⁊ finis: supple omnium rerum: et ad quem p̄ncipium ⁊ finis omnium rerum referri debent.

¶ Moralr et quinto / iuxta illud verbum: In eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Egypti. Notandum / q̄ per exercitū nostrum possumus intelligere potētias anime: q̄ sunt / memoria / intellectus / volūtas. Possumus etiam per hoc itelligere sensus nostros: tā interiores q̄ exteriores. Huiusmodi ergo exercitus nostros debemus cū dei adiutorio educere de terra Egypti / in die festo. i. nosipsos (quātum possum⁹) recolligere. Un exercit⁹ dicitur ab excercēdo / vt qui per totā hebdomadā occupauimus predictos nostros exercitus in negocijs secularibus: saltim in die festo occupem⁹ eos in rebus spiritualib⁹ / nosipsos (quātum patitur humana fragilitas) recolligendo: ⁊ diuinis laudib⁹ vacando. Unde propter hāc causam statuitur in certis religionibus vt fratres cessent a codicibus scribēdis diebus dominicis / ⁊ festis precipuis. Sic etiam olim Iudei diebus sabbatinis vacabant diuinis. Unde legitur Actuum. xv. q̄ beatus Petrus loquens de obseruatione legalium / ait: Moyses enim a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus / qui eum predicent in synagogis: vbi per omne sabbatū legitur. Nos autem Christiani debemus magis vacare die festo orationi q̄ lectioni: vt illas literas quas profestis dieb⁹ masticauimus. i. suscepimus vel legimus: diebus festis per contēplationem / siue orationem / digerere incipiamus.

¶ Moraliter ⁊ sexto / iuxta idē verbum. Notādum / q̄ Egypt⁹ designat hunc mundū / siue tēporales diuitias: que communiter obtenebrāt ⁊ excecant humanas mētes. Unde Deuteronomij. xvj. dicitur / q̄ munera excecāt oculos sapiētum / ⁊ mutāt verba iustorum. Qui ergo vult placere deo / ⁊ facilius operari suā salutē: debet exire de Egypto. i. de mundo: saltim affectu / vt nō ponat diues cor suū in diuitijs suis: sed in deo principaliter. Renunciet autē affectu Egypto huius mundi. Sic enim dicit esse faciendum Christus Luce decimoquarto / cum ait: Qui non renunciat omnib⁹ que possidet: nō potest meus esse discipulus. Ueri ergo religiosi / qui renūciāt Egypto. i. mundo affectu ⁊ effectu / sunt veri discipuli Christi. A quo discipulatu longe sunt illi religiosi / qui postq̄ exierūt de Egypto per regularē professionem: faciūt se dispensari ad curā animarū. Et qui iam habebant quasi vnū pedem in paradiso / fermi vtrūq̄ ponunt in inferno. Et tales sunt similes filijs Israel / qui postq̄ exierāt de Egypto: et iam intrauerāt desertum / quod ducit in terrā promissionis: voluerūt redire in Egyptū / vt comederent cucumeres / pepones / porros / cepe / ⁊ allia. Abominabātur eñ man / ita vt dicerent: Anima nostra arida est / nihil aliud respiciūt oculi nostri / nisi man.

Numeri.xi. Sic et nihi religiosi abominantur cibum claustralem, detestantur obedientiam, et similia. Propter quod faciunt se dispensari ad aliqd beneficium vel duo, vt lautius viuant. Et quia tales volunt in presenti esse sine ordine: ideo in futuro habitabunt vbi nullus ordo, sed sempiternus horror ihabitat. Job decimo.

¶ Allegorice et primo, azima (que significat panẽ syncerũ purum et mũdum) designat legem gratie, que est tota sincera, et sine omni defectu, seu corruptione. Fermentum vero designat legem veterem plenam corruptione his qui seruant eam: preter moralia, aut nonnulla iudicialia: que tamẽ tempore euangelij non obligant: quia prius statuta fuerant: sed quia pro parte equa visa sunt et recepta a iudicib⁹ fidelibus, siue legum conditoribus. Quid est ergo, quod manna precipitur manducari septem diebus: et fermentum omnino et simpliciter abijciendum, nisi quod homo cuiuscunq existat etatis tenetur ad obseruantiam legis gratie, et abijcere a se legalia, que non solũ mortua sunt Christo pendente in cruce, et dicente de veteri testamento (quantum ad cerimonialia) consummatum est: verum etiam mortifera, omnibus spem in huiusmodi legalibus ponentibus. Possumus ergo hodie dicere de legalibus et euangelio, de azima et fermento, illud .j. Regum. ij. Dominus mortificat, supple obseruantes legalia: et viuificat, obseruantes euangelium.

¶ Allegorice et secũdo, iuxta illud: Dies prima erit sancta et solẽnis, et dies septima eadem etc. Notandum, quod dies prima hui⁹ seculi, designat statũ innocẽtie, que quidem dies fuit multum sancta et solennis, quia absq omni peccato. Dies autem septima designat statum future resurrectionis, que (quãtum ad electos) eadem festiuitate venerabilis erit, vel maiori. Nam prima dies predicta fuit sancta et solennis per gratiam. Septima autem erit sancta et solennis per gloriam.

¶ Allegorice et tertio, azima designat sacramentum altaris. Unde et Latini conficiunt in azimo. Quomodo igitur occurrit tempus vtendi azimis, id est suscipiendi sacramẽtum altaris, vt in paschate: prout precipitur omnibus Christifidelibus cum ad annos discretionis peruenerint: vt patet extra de pe. et re. cap. omnis vtriusq sexus. tũc maxime abijciendum est fermentum pri⁹ de domibus filiorum Israel. i. mortale peccatum de consciẽtijs Christianorum per sacramentalem confessionem, sicut expresse canit predicta decretalis.

¶ Anagogice, panis azimus, (quo vtebãtur olim Judei septem dieb⁹) significat celestẽ beatitudinẽ, quam possidet perpetuo: quod designat numerus septenarius. Uerũ, quod quicũq desiderat gustare hũc panem, debet primũ abijcere in presenti fermẽtũ malitie et nequitie

ne de corde suo. Unde cum regius propheta David quesiuisset dicens: Quis ascendet in montē domini: aut quis stabit in loco sancto eius? Wor illi respondit spiritussanctus: dicens: Innocēs manibus: id est malis operibus: et mūdo corde: talis supple ascendet i mōtem domini: et stabit in loco sācto eius. Per hoc autē q dies prima paschalis erat sancta et solēnis: designatur gaudiū ineffabile celestis glorie. Per hoc vero quod subditur: q dies septima eadem festiuitate debe ret celebrari: designat: q huiusmodi gaudium nunq deperdetur: neq diminuetur: iuxta illud Joan. xvj. Gaudiū vestrum nemo tollet a vobis. Ubi tamen (per impossibile) quis ibi comederet fermentū: peccādo mortaliter: indubie anima illa periret de populo Israel. i. de cetu videtiū deum: ibi etiā viuitur absq opere seruili et laborioso: sed nō absq opere gaudiū afferēte: quod cōsistat in dei laudatione. Psal. Exultationes dei in gutture eorū: scilicet electorum: et hoc post glorificationem corporum. Tunc etiā educet dns exercitū electorum de Egypto: qn educet corpora ipsorum de hac valle miserie vt collocētur cum suis spiritibus in loco glorie eterne. Unde i Psal. Suscitās de puluere egenū: et de stercore erigēs pauperē: vt sedeat cū principibus: et soliū glorie teneat. Egenus et pauper: est corpus hūanū pro pcti. Sed tādē suscitabit et sursū eriget: vt sedeat cū principibus i celo: et soliū glie teneat.

¶ Tertia clausula.



Vocauit autē Moyses omnes seniores filiorum Israel et dixit ad eos: Ite tollētes animal per familias vestras: et immolate phase. Fasciculūq hysopi tingite i sanguine q est in limine: et aspergite ex eo superliminare: et vtrūq postem. Nullus vestrum egrediat ostium domus sue vsq mane. Trāsibit enim dominus percutiēs Egyptios. Cūq viderit sāguinem in superliminari: et i vtroque poste: transcendet ostium domus: et non sinet percussorem igredi domos vestras et ledere. Custodi verbum illud legitimum tibi: et filiis tuis vsq in sempiternum. Cūq introieritis terram quam dominus daturus est vobis: vt pollicitus est: obseruabitis ceremonias istas. Et cum dixerint vobis filij vestri: que est ista religio? dicetis eis: Uictima transitus domini est: quando transiuit super domos filiorum Israel in Egypto: percutiens Egyptios: et domos nostras liberās. Incuruatusq populus adorauit. Et egressi filij Israel fecerunt sicut preceperat dominus Moysi et Aaron.

¶ Historialiter postquam in precedenti clausula egregius ille propheta domini Moyses locutus est de azimis panibus: quibus vesci debebant Hebrei durante festo azimorum: quod claudebatur septē diebus: hic cōsequenter agit de sanguine agni immolati dnō: quo

quo quidē sanguine aspergendū erat superliminare: & simul etiam vtercp postis ostij cuiuslibet domus filiorum Israel. Refert ergo Moyses de seipso, tanq̄ de quodā alio, q vocauit omnes seniores filiorū Israel. Uoluit autē edictū suum (p quod promulgabat preceptū de immolatione agni) primo palam facere senioribus: tanq̄ prudētioribus: in hoc illis deferēs: & vt p eos ceteris innotesceret, atcp executioni daretur: item vt daretur intelligi, q senioribus et sapientiorib⁹ atcp magis cōsultis cōmittendum est secretum consilium, & non iunioribus et minus consultis: sicut Roboam fecit, & ideo sibi male successit. iij. Regū. xvj. Dixit ergo: Ite tollētes animal per familias suas. et est sensus: Qui habet gregem, inde accipiat animal .s. agnū vel hedū: & qui nō habet, emat, si diues est. Hedus tamen non precipit accipi vel cōparari, nisi in defectu agni: vt dictum est supra. Propter qđ dicit Moyses animal in generali, vt possit preceptū intelligi de vtrocp. Primo quidem, de agno: secundo vero, de hedo. Sequitur: Fasciculumcp hysopi tingite in sanguine, qui est in limine. Quia enim prius non dixerat Moyses populo, cum quo instrumento debebant liniri postes ostiorum sanguine agni: ideo hic exprimitur, q deberet fieri cū fasciculo hysopi. Et ad hoc requirebātur tres calami hysopi simul ligati. Est autem fasciculus diminutiuum huius nominis fascis, masculini generis: quod significat onus lignorum colligatorum ad portandum: vt dicit de Pal. In plurali autem, hi fasces fasciumi sunt dignitates consulares. Dicit ergo: Fasciculū hysopi tingite, scilicet extremitatem illius, in sanguine qui est in limine: id est iuxta ostium domus. Agnus nempe, vel occidebatur iuxta limen ostij, gallice le sueil, a parte tamen interiori: vel si alibi occidebatur, tunc sanguis eius recipiebatur in aliquo vase: scilicet in bacino argenteo: secūdum Hebreos. Quia tamen iste bacin⁹ argenteus erat prope limen ostij quādo debebat fieri linitio illius siue aspersio: ideo forte trāslator posuit in limine: nulla facta mentione de huiusmodi vase. Sequitur: Nullus vestrum egrediatur ostium domus sue, vscp mane: eo scilicet q angelus transiturus erat illa nocte per Egyptum, interficiendo primogenita Egypti ab homine vscp ad pecus. Et non sinet, supple dominus, percussorem ingredi domos vestras et ledere, vos supple. Quis autem fuerit iste percussor, an scilicet angelus bonus vel malus, dicetur postea in solutiōe sexti dubij. Et quāuis paulo ante dictum sit in textu, q transibit domin⁹ percutiēs Egyptios: non est tamen intelligendum, q huiusmodi pcussio facta fuerit immediate a deo, sed per angelū. Sequitur: Cumcp introieritis terrā, scilicet promissionis, quam dominus de⁹ daturus est vobis, vt pollicitus est: obseruabitis

cerimonias

cerimonias istas. Ex hoc textu habetur manifeste / ꝙ filij Israel post exitum de Egypto / non fuerunt obligati obseruare cerimonias paschales / quousqꝫ peruenerunt ad terrā promissionis. Cetera patent.

¶ Circa istam clausulam mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū: Utrū filij Israel post edictum Moysi tenerentur eodem die ad vesperam immolare agnū vel hedum. Uidetur ꝙ sic / quia dixit de presenti et cum imperio: ite tollentes animal ⁊c̄. Dicendū / ꝙ non tenebantur statim immolare. Nam Moyses fecit illis hoc preceptum decima die mensis Aprilis / prout sibi imperauerat dominus: vt dictum est in principio prime clausule presentis capituli. Immolatio autē agni nō est facta ante quartamdecimam diem ad vesperam: vt dictum est in precedenti clausula. Igitur ⁊ ad argumētum dicendū / ꝙ ꝑ actus extremos / scilicet tollere ⁊ immolare / dedit Moyses mediū intelligi / qui est seruare a decima die vsqꝫ quartādecimā: vt supra dictum est.

¶ Secundū dubium / Cur potius filij Israel precipiunt tingere hysopū in sanguine agni / ⁊ inde facere quasi aspersoriū / ꝙ̄ aliud genus herbarū. Ratio duplex est. Prima q2 cū hysopo copiosius poterat spargi huiusmodi sanguis contra postes / ⁊ superliminaria ostiorū / ꝙ̄ cū alia herba. Nam hysopus et si sit herba humilis et stipite / tamen inde multi frōdes procedunt / et similiter multa folia. Et hinc est / ꝙ in multis ecclesijs ex huiusmodi herba aspergit aqua benedicta. Secunda ratio est ex parte sue cōmunitatis. Cum enim agnus paschalis in omni loco / in quo habitabant filij Israel immolari deberet / atqꝫ eius sanguis spargi cōtra postes ostiorum / requirebatur vt instrumētum conueniens ad talem aspersionem faciendam vbiqꝫ reperiri posset. Huiusmodi autem est hysopus. Igitur ⁊c̄.

¶ Tertium dubiū: Cur potius hic fit mētio de aspersione sanguinis agni / ꝙ̄ de immolatiōe illius. Dicendū / ꝙ ꝓpter duo. Primo quidem: quia in principio huius capituli / videlicet in prima clausula / facta est sufficiens mentio de huiusmodi immolatione. Secundo vero / quia filij Israel liberandi erāt per signum factum cum aspersione sanguinis.

¶ Quartum dubium: Quid fiebat de reliquijs dicti sanguinis / postqꝫ facta fuerat predicta aspersio? Ad hoc dicit quidam author / ꝙ huiusmodi reliquie reponebantur vna cum intestinis intra corpus agni / ⁊ sic totū assabatur: ⁊ consequēter comedebat. Sed hoc manifeste reprobat per illud verbum domini. Leui. xix. vbi ait: Non comedetis carnē cū sanguine. Alij dicūt / ꝙ totus sanguis aspergebatur: sed q2 difficile erat / vt in catino argenteo (in quo recipiebatur huiusmodi sanguis) nō remanerent alique guttule: ideo probabiliter dicunt / ꝙ facta predicta aspersione contra ostium

domus /

dom⁹ abstergebatur predictū vas quantū fieri poterat: & tūc reliquie que inde sumebantur in ignē proijciebantur: sicut precipiebatur fieri de carnib⁹ ipsi⁹ agni: si quid facta cena de illis supererat: vt dictū est in prima particula huius. Et hec opinio videtur probabilior.

¶ Quintū dubium oritur propter illud verbum: Nullus vestrum egrediatur ostium domus sue vsq; mane. Contra hoc videtur militare quod postea in hoc capitulo dicitur: Nox ista est obseruabilis dñi: quādo eduxit eos scilicet filios Israel dñs de terra Egypti. Ad hoc dicendū conformiter ad glo. interli. q predictū verbū: Nullus vestrū egrediatur &c. postea seruatum est: quādo scilicet peruenerūt filij Israel ad terram promissionis. Nā tunc occurrēte prima die azymorum: quando immolabatur pascha: nemini licitum erat egredi fores domus sue. Unde & vsque hodie istud obseruant Judei. Tunc autē quando primū recesserunt de Egypto istud nō potuit obseruari: quia in transitu erant. Unde in sequenti clausula dicitur: q vocatis Pharao Moyse & Aarō nocte: ait: Surgite: egredimini a populo meo: vos & filij Israel. Et est argumentū: vt dicit de Pal. q filij Israel tunc non tenebantur ad multa q̄ hic precipiuntur: donec venirent ad terrā pmissionis: vt iam dictū est. Unde subditur in presenti textu: Cumq; introieritis terrā quā dñs daturus est vobis: obseruabitis cerimonias istas. Quomodo nēpe potuissent in deserto: vbi habitabāt sub tentorijs: linire sanguine agni superliminare & postes: que tentoria noscuntur non habere?

¶ Sextū dubiū mouetur ppter illud verbū: Et non sinet percussorem ingredi domos vestras: & ledere. Queritur ergo de isto angelo percussore & flagellāte Egyptū: Utrū fuerit angelus bonus: vel malus. Dicendū: secundum quosdā: q potuit esse bonus vel malus: quia vterq; potuit facere predictā percussionem. Deus nempe (prout sibi placet) vtrisque angelis vtitur ad executionē sue iustitie. Subuersio nempe Sodomorum facta fuit per angelum bonū: qd patet ex hoc: q ille āgelus fuit associatus bono angelo: q saluauit Loth: vt patet Gen. xix. Fuit etiā de tribus illis angelis sanctis: qui apparuerūt Abrahe stanti ante domū suam: vt dicitur Gene. xviij. Unde dicunt Hebrei: q fuit Gabriel: q interpretatur fortitudo dei. Percussio autem animalium & pastorum & liberorū ipsius Job: fuit facta per malum angelū: vt dicitur Job. j. Ecce quomodo percussiones que in presenti fiunt: aliqñ a bonis angelis sunt: & aliquādo a malis. Quātum igitur ad presentē pcussionē Egyptiorū: aliqui volūt dicere: q fuit facta p bonū angelū: q: ex diuina iustitia āgeli boni puniūt malos: sicut ex pmissione diuina āgeli mali flagellāt bonos: vt patet p exēpla posita de subuersione Sodomorū: & flagellatione sancti Job: sed vt dicit de Lyra: licet exēpla

posita sint vera / tñ illud quod dicũt predicti nõ semp currit: sed aliqñ leguntur boni ꝛ mali flagellati a malo angelo. De primo patet de apostolo Paulo / q̄ fuit valde sanctus / ꝛ tñ a malo angelo flagellatus / scḋm ꝙ ipsemet testat̃. ij. Cor. xij. dicens: Datus est mihi stimulus carnis mee / angelus sathane / q̄ me colaphizet. De scḋo legit̃. j. Reg. xvj. de Saule / q̄ erat malus / ꝙ spũs dñi recessit ab eo / ꝛ exagitabat eum spirit⁹ nequã. Similiter aliqñ legunt̃ boni ꝛ mali flagellati a bono angelo. De primo habet̃ exẽplũ. ij. Re. xxiiij. de ãgelo bono ꝑcutiẽte ppłm / q̄ tñ erat innocẽs: scḋm ꝙ dicit̃ ibidem Dauid dixisse: Isti (inq̄t) q̄ oues sunt / quid fecerunt? Qꝫ aũt ille angelus esset bonus / patet ex hoc ꝙ Dauid edificauit altare in loco apparitiõis illi⁹ angeli. Hoc aũt nõ fecisset nisi fuisset bon⁹ angelus. De scḋo aũt iã supra positũ est exẽplum in subuersione Sodomorũ facta ꝑ bonum angelũ. Dictũ ergo precedentiũ non est semp verũ: sed aliquãdo quidẽ sic / aliquãdo aũt aliter. Dicendũ ergo / sine preiudicio melioris sententie / ꝙ percussio Egyptiorũ facta fuit per malum angelũ. Hoc eñ videtur magis concordare scripture sacre. Dicit̃ eñ in Psal. de persecutione Egyptiorum. Misit in eos supple dñs / iram indignationis sue. Indignationem ꝛ iram et tribulationẽ / immissionem per angelos malos. Qꝫ autem in predicto passu loquatur Psal. de percussione predicta Egyptiorum / patet intuenti literam precedentem ꝛ sequentẽ. Hoc etiã videtur ꝑ hoc / ꝙ hic dicit̃ de dño: Et nõ sinet percussorẽ ingredi domos vestras / et ledere. Per quod videtur litera innuere / ꝙ angelus percussor libenter intrasset ad Hebreos ad percutiendũ eos / si fuisset a deo permissus. Resolutorie ergo videtur ꝙ fuerit malus angelus / q̄ percussit Egyptios / occidẽdo primogenita eorum.

¶ Septimũ dubiũ mouet̃ / propter illud verbũ: Et cum dixerint vobis filij vestri / q̄ est ista religio. i. religiosa obseruatio? Queritur ergo vnde dicit̃ religio. Isidor⁹ lib. xviij. eti. videtur dicere / ꝙ religio dicta est a relegendo ea que sunt diuini cultus / eo ꝙ talia sunt in corde frequenter reuoluenda: secundum illud Prouer. iij. In omnibus vijs tuis cogita illũ / ꝛ ipse diriget gressus tuos. Vel religio dr̃ ex eo / ꝙ deũ reeligere debem⁹ / quẽ amiseram⁹ negligentes: prout dicit Augu. lib. ij. de ciui. dei. Cicero aũt lib. j. de natura deorũ / dicit: ꝙ religio est / per quam reuerenti famulatu cerimonie diuini cultus exercentur. Dicit etiã ibidem / ꝙ illi qui ante omnia que ad cultum deorũ pertinerent diligenter retractarent / ꝛ tanquam relegerent: dicti sunt religiosi / a relegendo. Et breuiter religio nihil aliud est / q̃ cultus diuinus: vt testatur Augustinus libro. x. de ciuitate dei. Huiusmodi autem cultus est duplex: scꝫ / interior ꝛ exterior. Primus vocatur theusebia: secũdus latria. Theusebia respi-

cit cultum dei interiorem: qui pprie ptinet ad virtutes theologicas. Latria vero respicit cultū dei exteriorem: q̄ ptinet ad iustitiā. Ul(vt alijs placet) religio dicitur a religando. Illud autem proprie religari dicitur/ quod ita vni astringitur/ q ei ad alia diuertēdi libertas tollitur. Et qr Christianis non licet resilire a primo proposito/ siue a baptismo: nec similiter illis qui voto se obligauerunt ad aliquem statum: hinc est q omnes Christiani sunt cēsendi religiosi generaliter/ religiōe scilicet Christiana. Alij autē specialiter / eo q speciali religioni se obligauerunt. Et quia Judei recipientes circuncisionē ipso facto protestabantur fidem de Christo venturo/ pmittentes velle viuere cōformiter ad ritum illius gentis: iuxta illud Galat. v. Testificor/ inquit Apost. omni homini circumcidēti se/ quoniā debitor est vniuerse legis faciende. Hinc rit⁹ siue modus viuendi illius gentis poterat vocari religio Judaica: sicut modo dicimus religionem Christianam/ ritū quē obseruant Christiani. Et quia dicti Judei obligabātur in futurum ad immolandū agnum paschalem/ in memoriā beneficij sibi collati a deo/ quādo p̄mogenita Egyptiorū perierūt ab exterminatore: sua autē saluata sunt: hinc ritus immolandi agnū paschalem / vocat̄ religio in presenti litera.

¶ Octauum dubiū oritur propter illud verbum: Custodi verbum illud / legitimum tibi ꝛ filijs tuis vsq in sempiternum. Ex istis verbis videt̄ posse trahi/ q Judei sunt adhuc obligati ad obseruandum pascha antiquū: quia Moyses(tanq̄ pmulgator leg̃ diuine) dixit eis ex parte dñi: Custodi/ tu supple popule Israel: verbū istud legitimum. i. hanc institutionē dignā verbo/ quasi lege firmatā: tibi ꝛ filijs tuis vsq in sempiternum. Si vsq in sempiternū/ ergo vsq hodie ꝛ deinceps obligat Judeos predictū verbum domini: ꝛ per consequens non peccant obseruando legalia. Ad hoc dicēdum/ q peccāt obseruando legalia/ et signanter pascha suum antiquum. Et ad id quod dicitur/ vsq in sempiternum: dicēdum/ q hoc verbum debet accipi sicut illō verbū/ cultu perpetuo: de quo dictum est supra/ in prima clausula huius. c. in fol. ad. xvj. dubium. vide ibi.

¶ Nonū dubiū mouet̄ propter illud verbum/ obseruabitis ceremonias istas. Queritur ergo qd significatur hoc noīe/ ceremonie. Dicēdum/ conformiter ad Catholicō/ q cerimonie dicuntur a cera. Unde cerimonie dicuntur festa facta cū cereis. Uel cerimonie dicuntur quasi carimonie/ a carēdo quibusdā escis/ quib⁹ olim Judei in suis festis abstinebant. Uel quia homines carēt vsu illarum rerum q̄ in diuinis sacrificijs offeruntur. Et inde cerimonia / plurali/ dicuntur ipsa sacrificia. Papias ꝟo dicit/ q cerimonie pluraliter dicte sic appellātur/ eo q nos vitijs carere faciāt. Uel dicūtur a cereis/ id est luminaribus/ quibus tunc vtitur. Uel

ceri-

cerimonie dicuntur a carie/ et
mene/ quod est defectus: quia
tunc debēt in nobis sordes de-
ficere. Et ita dicuntur cerimo-
nie/quasi carimonie: vel a carē
do munijs. i. officijs seruilibꝰ.
Nam hoc munium/ idem est qđ
officium/ vel obsequium. Item
possunt dici cerionie a charis/
quod est gratia: ⁊ mene/ qđ est
defectꝰ: quasi defectus gratie:
q: hmōi obseruationes (de se)
gratiam non conferebant.
¶ Circa hoc notandum / ꝙ in
lege ⁊ prophetis quinqꝫ erant
quorum notitia valde necessa-
ria est: scꝫ moralia/ iudicialia/
cerimonialia/ permissa/ ⁊ sacra
mentalia. Moralia erāt prece-
pta decalogi: de quibus habet̄
in seq. xxxj. c. Judicialia erant
illa: de quibus similiter habet̄
in sequētibꝰ. xxj. c. vbi dicitur:
Si emeris seruum Hebreū ⁊c.
Et illa olim pertinebant ad pa
cem nutriendā inter homines.
Cerimonialia concernebāt sa-
crificia. Item concernebant ci
baria/ expiationē immunditia-
rum/ obseruationē solēnitatū/
⁊ huiusmodi. De quibus omni-
bus habetur in Leuitico/ qua-
si per totum. Promissa erāt ad
alliciēdum/ sicut promissio ter-
re manātis lacte ⁊ melle: sicut
habitū est. s. iij. c. Similiter et
multe alie ꝑmissiones. Sacra-
mentalia autem erāt figure sa-
cramentorū noue legis/ cuius-
modi erat sacramētale phase:
vt dicitur in presenti capitulo.
Idem dic de vitula rufa. Num.
xix. ⁊ hmōi. Hec autē sacramē-
talia/ siue precepta cerimonia-
lia/ omnino cessant in nouo te-
stamento: nec in eo obseruari
debent sub pena peccati morta
lis: nisi quantum ad moralem
expositionem seu intelligētiā.
Verbi gratia/ ꝙ nō comedant
carnes porcine/ q: in lege pro-
hibite: seruari non debet. Sed
ꝙ non habeantur mores lasci-
ui ⁊ luxuriosi/ figurati per talē
esum: semper obseruādum est.
Item ꝙ obseruetur sabbatum/
quia lege preceptū: seruari nō
debet. Sed ꝙ colatur deꝰ: hoc
morale est/ ⁊ est seruandū/ tem
pore et loco: et sic de multis a-
lijs preceptis cerimonialibus.
Omnia enim cerimonialia ge-
neraliter erant figuralia ⁊ mo
ralia. Unde quantū ad primū/
incurritur peccatū si obseruan
tur. Non autem quātum ad se-
cundum. Preter hec autem ce-
rimonialia legis antique/ sunt
multa alia cerimonialia in le-
ge gratie/ alterius tamen gene
ris ⁊ differentie ꝙ̄ illa: de qbꝰ
nihil ad ꝑsens. Cerimonie etiā
vocātur quedam speciales ob-
seruātie/ leges/ statuta/ vl' disci
pline/ q̄ quelibet secta vel reli-
gio sibi solet specialiter vēdi-
care. De quibus similiter nihil
ad presens.
¶ Decimum dubium mouetur
propter illud vltimum verbum
ꝑsentis clausule: Incuruatusqꝫ
popul/ adorauit. Queritur
ergo quare filij Israel incurua
ti adorabāt deum: maxime cū
nos Christiani cōmuniter non
obseruemus hunc ritum: sed a-
doramus dominū/ aut inclina-
tione/ aut genuflectiōe/ aut ꝓ-
stratione: ⁊ hoc raro? Dicendū
ꝙ Judei ideo incuruati adora
bant: quia tanꝗ auari ⁊ terre-
stres tēporalia (vt in pluribꝰ)
pete-

petebant et expectabāt. Unde dominus cognoscens cōditionem illius populi/promisit eis multas benedictiones in p̄senti/casu quo vellēt seruare mandata sua. Econtra autē multas maledictiōes/casu quo nō vellent obseruare hmōi mādata: vt p3 Deuter. xxviij. per totū. Itē Leuit. xxvj. Itē Esa. j. dn̄s loquēs eidē populo/ait: Si audieritis me/ bona terre comedetis. Q̄s si nolueritis/ et me ad iracundiā prouocaueritis/gladius deuorabit vos. Pauci autem admodum erāt inter eos qui peterent spiritualia aut eterna/quales erant prophete. Nos autē Christiani adoram⁹ dn̄m modis predictis/ in signū recognitionis summi dominij: et vt illi homagiū faciamus de animabus et corporib⁹ nostris. Aliquādo etiam oramus cum erectis/tum vt p̄testemur signo exteriori cor nostrum erectum in ipsum. Hinc est q̄ sacerdoti in missa monenti populum/ et dicēti/sursum corda: clerus solet respōdere et dicere pro toto populo/habemus ad dominū: vt habet de cōsec. di. j. quādo. tum vt protestemur spiritualia et eterna q̄rere: iuxta illō Mathei. vj. Querite primū regnū dei et iustitiam eius: et hec omnia (sc3 temporalia) adijcietur vobis. Hūc etiā modū pro loco et tempore obseruandū/ docuit Christus: qui subleuauit oculos in celū cum voluit orare patrem: vt habetur Jo. xvij.

¶ Undecimum dubium oritur p̄pter illud verbum: Et egressi filij Israel. Queritur ergo de quo egressu hic loquitur Moyses: vel de seruitute Egyptiaco/an de egressu ad greges: ad tollendum scilicet agnum vel hedum pro immolatione fienda. Dicendum/ q̄ potest intelligi de vtroq3 egressu. Uidet̄ tamen probabilius/ q̄ debeat intelligi d̄ egressu ad greges: q2 subditur q̄ fecerūt/ filij Israel supple/ sicut preceperat dominus Moysi et Aarō. Et postea subinfertur de interfectiōe primogenitorum q̄ precessit egressum ipsorū filiorum Israel de Egypto. Et ita inter vtrunq3 egressum mediauerūt quatuor dies.

¶ Duodecimum dubium mouetur propter illud verbū: Fecerunt filij Israel sicut p̄cepe rat dominus Moysi et Aaron. Queritur ergo cur dn̄s non immediate loquebatur ipsis filijs/sed tm̄ mediantibus Moyse et Aaron/coniunctim vel diuisim. Dicendum/ q̄ sicut magnatum non est vt immediate loquātur ad infimam plebem: ita nec deus summus immensus voluit loqui filijs Israel/nisi p̄ Moysen et Aaron. Queadmodum ergo in celesti hierarchia dominus solet reuelare sua secreta superioribus angelis: deinde per eos medijs/ et per medios inferioribus/ atq3 per tales hominibus: sicut patuit de mysterio incarnationis et natiuitatis Christi/ atq3 resurrectionis/ necnō et ascensionis ipsius: ita in proposito. Itē voluit obseruare dominus predictū ordinē/ ne si prima frōte omnib⁹ loqueretur/ vilesceret ei⁹ p̄ceptum. Nā que omnib⁹ passim et sine ordine pādunt̄ur/ statim viles

vilescunt. Et nota/ ꝙ dominus aliquando loquitur soli Moysi/ vt commendet vnitatē. Aliquādo autem Moysi ⁊ Aarō/ vt commendet duplicem dilectionem: dei scilicet et proximi/ aut proximorum inter se. Item vt in ore duorum testium stet omne verbum.

¶ Moraliter et p̄mo: Per aial quod iubet dn̄s sibi immolari/ designat corpus humanū/ qđ est deo immolandū: non quidē ipsum occidendo/ sed per penitentiā et opera penalia (ad honorem dei facta) ipsum mortificando: dicēte Apo. Ro. vj. Sicut exhibuistis membra vestra seruire inmūditie/ ⁊ iniquitati ad iniquitatē: ita nunc exhibete mēbra vestra seruire iustitie in sanctificationem. Itē eiusdē xij. Obsecro (inq̄t) vos fratres/ ꝑ misericordiā dei/ vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuētem/ sanctā/ deo placentē. Sed ne qs ꝑ indiscreta opera penalia occidat hmōi hostiā/ statim subiūgit dicens: Rationabile sit obsequium vestrum.

¶ Moraliter ⁊ secundo/ iuxta illud verbū: Fasciculū hysopi tingite in sanguine ⁊c̄. notādū ꝙ hysopus (que est herba parua ⁊ medicinalis: eo ꝙ vermes expellit a ventre: est etiā satis cōmunis diuitibus ⁊ pauperibus) recte designat penitentiam/ que cōis est oibus volentibus ad eā refugere. Est etiā medicinalis: q2 vermes peccatorū expellit a corde/ mediāte tamen fide de dei misericordia a potētia/ ꝙ scilicet sit in se misericors / et potens remittere queq delicta. Hinc, Actu. xv. ait Petrus apostolus: Fide purificās corda/ scilicet deus. Illi ergo tingunt fasciculum hysopi in sanguine qui est in limine/ qui agunt penitentiā cū fide passionis Jesu Christi/ siue effusionis sanguinis ip̄i9/ in remissionē peccatoꝝ. Et recte dr̄ iste sanguis esse in limine ostij: quia ꝑ virtutē ipsius facta est nobis apertio celi. Hinc Hiero. ij. parte epist. sua. ep̄la. x. Sanguis (inquit) Christi/ clauis est paradisi/ dicētis ad latronem: Hodie mecū eris in paradiso. Luce. xxiij. Hec ille. Superliminare autem qđ est aspergendū hmōi sanguine/ est ratio superior: vterq vero postis/ est affectus duplex: scilicet intellectiuus/ ⁊ sensitiuus. Qui vult ergo euadere angelū percutientem/ id est / Christum iudicantē: debet facere predictā aspersionē. Unde postq̄ premisisset Ps. dicens: Asperges me dn̄e hysopo / et mundabor: postea subdidit: Auerte faciem tuam a peccatis meis ⁊c̄.

¶ Moralit̄ et. iij. iuxta p̄dictū verbū/ Fasciculū hysopi tingite ⁊c. notandū ꝯformit ad dn̄ȝ Pet. de Pal. ꝙ ꝑ hysopū designatur vera hūilitas. Hysop9 enī ē herba hūilis/ q̄ pulmonē purgat. Insuper nascit̄ in locis petrosis. Sic ⁊ vera humilitas purgat tumorē pulmonis. i. vitium elationis. Nascitur etiam in locis petrosis. i. ad exemplū Christi/ qui fuit petra: iuxta illud. j. Corinthio. x. Petra erat Christus. Ipse etiam est/ qui ait Matthei. xj. Discite a me/ quia mitis sum/ ⁊ humilis corde. De hac igitur petra trahit̄ hyso-

hyso

hysopus hũilitatis. Debem⁹ ergo nobis facere fasciculũ hysopi. Fasciculus habet plures ramos simul ligatos: ita et vera humilitas debet esse ad deum, ꝛ ad proximum. Itẽ debet esse ad superiorem, ad equalem, et ad inferiorẽ. Prima est necessitatis. Secũda, honestatis ꝛ cõgruitatis. Tertia vero, superogationis. Sed qd est ꝙ hysop⁹ tingebat in sanguine agni occisi, nisi ꝙ humilitas nostra debet tingi in sanguine passionis Christi, qui fuit agnus sine macula, imolatus deo patri in cruce pro nobis. Tingi (inquã) per imitationem illius.

¶ Moraliter ꝛ quarto, iuxta illud verbũ: Nullus vestrũ egrediatur ostium domus sue, vsq; mane. Notandum, ꝙ per egressum corporalem post sumptionem cibi paschalis, qui prohibetur vsq; mane, datur intelligi prohibitio euagationis post sumptionẽ cibi sacramentalis. Debet enim quilibet talis, siue clericus sit, siue laicus occurrente die pasche post perceptã sacram cõionem vacare recollectioni: etiam per notabile tẽpus: qđ ostẽditur cum dicitur, vsq; mane: gratias agendo domino deo de perceptione tãti beneficij: ꝛ dicere cum Psalm. Quid retribuam domino, pro omnibus que retribuit mihi? Huius autem contrarium multi faciũt, qui percepta sacra cõmunione, mox recedunt, vix ꝑ omni gratiarum actione dicẽtes semel orationem dominicã. In hoc imitantes (non audeo dicere) proditorem Iudã: sed saltim canem, q̃ deglutiato frusto panis, mox de coquina recedit vagaturus per plateas.

¶ Moraliter ꝛ quinto, iuxta illud verbum: Cũq; viderit sanguinem in superliminari ꝛc. notandum ꝙ sanguis in superliminari, et in vtroq; poste, est sanguinem Christi siue passionem illius habere in memoria, ꝑ recordationem illius. Item in affectu, per dilectionẽ. Item in intellectu, per cogitationẽ. De primo Threñ. iij. Recordare, inquit Christ⁹ anime deuote, paupertatis et transgressionis mee. i. tue, quã feci meã patiẽdo pro te. Recordare etiam, supple absinthij ꝛ fellis, quibus potat⁹ sum. Cui respõdet anima deuota dicens: Memoria memor ero: scilicet in effectu, nec solum semel, verũetiã frequenter: ideo dicit, memoria memor ero. Unde pre dolore, supple talis memorie, tabescet in me anima mea. De secũdo August. episto. xj. ad Iulianum comitem scribẽs dicit sic: Quãuis Christus nobis maxima beneficia contulerit, nihil tamen querit a nobis, nisi vt diligamus eum, ꝛ animas nostras ꝛ corpora custodiam⁹: vt semper in nobis habitet, ꝛ nos in illo permaneamus. Non eñ postulat a nobis aurum vel argentum, neq; vestes preciosas, aut agros, neq; cetera: sed tãtum nosipsos querit, et in nobis requiescere cupit. Accedamus ergo ad eum, vt vitã eternam habeam⁹. hec ille. De tertio Apo. Hebre. xij. loquitur dicens: Recogitate eum qui talẽ sustinuit ꝛc. Item. j. Petr. iiij.

Christo

Christo passo in carne / ⁊ vos
eadē cogitatione armamini.
Ecce igitur quid significat sā=
guis agni in tribus locis asper
sus: videlicet in superliminari /
⁊ super vtrūq; postem. Ubicū=
que autē viderit eū dominus
sic aspersum in tribus potētijs
anime: videlicet in memoria / i
affectu / ⁊ in intellectu: trāscen
det ostiū domus / ⁊ nō sinet p=
cussorem / id est diabolū / ingre
di tales animas / ⁊ ledere per
peccatum.
¶ Moraliter et sexto / iuxta il
lud verbū: Custodi verbū istō
legitimum tibi ⁊ filijs ⁊c. No=
tandū / q istud recte potest in=
telligi de preceptis diuinis / q̄
quilibet tenetur scire ⁊ retine=
re memoriter / atq; indelebilit.
In cui⁹ rei signū nō ipressit ea
dominus i tabulis ligneis / sed
lapideis: quando primum illa
dedit Moysi vt ea daret filijs
Israel: vt legitur in sequētib⁹
xxxj. ca. Uoluit etiam vt iugi=
ter memorarent / secūdū q ipse
Deuteronomij. vj. loquitur / di
cens: Erūt verba hec que ego
precipio tibi hodie in corde
tuo: ⁊ narrabis ea filijs tuis /
⁊ meditaberis sedēs in domo
tua / ⁊ ambulans in itinere / dor
miens atq; consurgens. Et li=
gabis ea quasi signum in ma=
nu tua: eruntq; ⁊ mouebuntur
inter oculos tuos / scribesq; ea
in limine ⁊ ostijs domus tue.
Et infra: Cūq; interrogauerit
fili⁹ tuus cras dicens / quid si=
bi volūt testimonia hec / ⁊ ceri
monie atq; iudicia q̄ precepit
dñs de⁹ noster nobis / dices ei:
Serui eram⁹ Pharaonis in E=
gypto / ⁊ eduxit nos inde / vt in=
troductis daret terrā ⁊c. Quē=
admodū aūt patres debēt nar
rare filijs suis precepta ⁊ v̄ba
domini: ita ⁊ ipsi filij debēt ea
solicite inquirere ab ipsis pri=
bus ⁊ superiorib⁹ suis. Iuxta il
lud dñi verbū Deut. xxxij. In=
terroga patrē tuū / ⁊ annuncia
bit tibi: maiores tuos / ⁊ dicēt
tibi. Bene etiā ad propositum
loquitur Psal. cū ait: Quanta
audiuimus (inquiunt boni filij
de diuinis mandatis) ⁊ cogno
uimus ea: patres nostri narra=
uerūt nobis. Non sunt occulta
ta a filijs eorū in generatione
altera. Et post pauca. Quanta
mandauit patrib⁹ nostris no=
ta facere ea filijs suis: vt co=
gnoscat generatio altera. Filij
q̄ nascent ⁊ exurgent / ⁊ narra=
būt filijs suis: vt ponāt in deo
spem suā / ⁊ nō obliuiscant ope
rum dei / ⁊ mādata eius exqui=
rāt. Ecce q̄r bene quadrat psal
mus cū presenti passu: vsq; ibi /
Incuruatusq; ppl's adorauit.
¶ Allegorice ⁊ primo / ⁊ cōfor
miter ad Isidorū exponentem
oīa q̄ dicta sunt de Christo. Di
cit ergo sic in v̄tute: Christus
est agn⁹ ille / de quo Joā. j. ait:
Joānes Baptista / digito ipm
demōstrans: Ecce (inqt) agn⁹
dei / ecce q̄ tollit peccata mū=
di. Agn⁹ vespere immolebat /
⁊ Christ⁹ in vespera mūdi pas=
sus. Prohibent qui pascha fa=
ciunt ossa agni frangere / et nō
frangunt ossa dñi in cruce: at=
testāte euāgelista qui ait: Ossa
ei⁹ nō cōminuetis. Sanguine
agni liniūt postes Israelitaꝝ /
ne vastator angelus audeat in
ferre pniciē: ⁊ fideles signant
signo dñice passionis in fron=
tibus /

tib⁹ ad cautelam salutis/ vt hi soli ab iteritu liberenť/ q̄ cruore dn̄ice passiōis corde ꝛ in frōte signati sunt: q̄ etiā ope loquū-tur/ dicētes: Signatū est super nos lumē vult⁹ tui dn̄e. Q̄ aūt dictū est de esu illi⁹ agni: ꝙ alienigene nō comedent ec eo: itē ꝙ in vna domo comedeř/ nec efferenť de carnib⁹ eius foras: hoc de Christi corpis sacramēto (cui⁹ agnus ille figurā tenuit) ꝓprie accipiēdū est. Nā p̄dictū sacramentū in vna domo.i. in vna ecclīa vesci p̄cipiť/ nec ipsum offerri foras in plebib⁹ hereticoꝝ fas est: eo ꝙ ab eadē ecclie catholice vnitate foris vaganť. Hec ex Jsidoro.

¶ Allegorice ꝛ scđo / iuxta illud: Cū videris sanguinē in supliminari ꝛ sup vtrūqꝫ postē trāscēdet ostiū dom⁹/ ꝛ non sinet ꝛc. designať virt⁹ ꝛ efficacia sanguis Christi / siue passionis ꝛ crucis ipsi⁹: etiā solo signo rememorate: iuxta illud q̄d canit ecclīa/ dicēs: Hoc cōtra signū nullū stet periculum Vn̄ August. de annunciatione dn̄i. ser. iij. in fine/ sic ait: Qui hoc mare magnū ꝛ spaciosū/ in quo sunt reptilia quoꝝ non est nūerus/ absqꝫ naufragio trāsire desiderat: crucē sequať / crucē teneat / ꝛ eā non deserat donec ad optatū salutis portū ꝑueniat. Q̄d enim faciebat i terris corporis Christi p̄sentia: hoc facit cū fideli inuocatione nobis xp̄i victoriose crucis insignita memoria. Hec ille. Nec certe hm̄ōi signū ꝓdest alab⁹ tm̄/ ve rūetiā qn̄qꝫ corpib⁹ vt ꝓseruētur a ꝑcussore diabolo / sicut se quēs illustrat historia. Legiť eī i dialogo Greg. lib. iij. cap. vij. de q̄dā Judeo/ q̄d iter faciēs de Cāpania v̄sus Romā/ aduespe rascēte iā die cū nullum hospitiū inueniret / i q̄ recipi posset / necessitate cōpulsus itra tēplū Apollinis se ꝯtulit. Quē q̄dē locū valde p̄timescēs/ eo ꝙ esset deoꝝ ib⁹ ꝯsecrat⁹/ signo crucis se muniuit: q̄uis minime haberet in corde suo crucis fidē. Et ecce circa noctis mediumť videt multitudinē demonū illic affluētiū. Jnter q̄s q̄ maior videbať inter eos sedit i eminēti cathedra / singulos singillatim interrogās q̄d ꝛ quantū operati fuissent in obsequiū ei⁹ / cōtra bonos Christianos. Singulis q̄ referētibus mala p eos ꝑpetrata / tā i mari / q̄ sup terrā: ꝛ vapulareť eo ꝙ plus nō fecissent: tandē affuit vn⁹ q̄ dixit se tm̄ laborasse / vt quendā sanctū episcopū Fundane ciuitatis Andreā nomine traxisset i cōcupiscentiā cuiusdā sctimonialis/ q̄ in episcopio eius habitabat: ita vt vespertina hora diei ꝓterite in terga eius alapā dedisset illi blādiēs. Q̄d audiēs q̄ sedebat in cathedra hortat⁹ est eū vt diligēter perficeret ꝙ ceperat malū. Deinde aspiciēs hominē Judeū ibi latitātē ait: Jte ꝛ videte / q̄s ibi lateat. Ad quē veniētes nōnulli demōes / ipsum crucis signo munitū viderūt / atqꝫ mirātes dixerunt: Ve ve vas vacuū / sed signatū. Moxqꝫ tota illa turba malignorū spirituū velut fum⁹ euanuit. Jude⁹ vero inde cōtinuo surgēs p̄dictū episcopū adijt / ꝛ visionē narrauit. Quo audito

dictus

dictꝰ epiſcopꝰ penitentiā egit/
ſāctimonialē de epiſcopio eie-
cit: ꝛ iudeꝰ ſacrū baptiſma de-
uote ſuſcepit. Hec Greg. vbi ſu
pra. Patet ergo virtus crucis
Chriſti/ cuiꝰ ſolo ſignaculo Iu
deus liberatus eſt a poteſtate
demonum.

¶ Allegorice ꝛ tertio: iuxta il
lud: Nullus veſtrū egrediatur o-
ſtiū domꝰ ſue vſqꝫ mane. Notā
dum/ ꝙ ꝑ mane cōformiter ad
glo. inter. poteſt intelligi dies
iudicij. Domꝰ aūt noſtre habi-
tationis poſt mortē/ eſt ſepul-
chrū/ in quo reconduntur huma
na corpora. Quid eſt ergo/ ꝙ fi
lijs Iſrael p̄cipitur ne egrediantur
oſtiū domꝰ ſue/ vſqꝫ mane/ niſi
ꝙ humana corpa requieſcūt in
ſepulchris ſuis/ vſqꝫ ad diē iu-
dicij: qn̄ q̄dē celebrabitur gn̄alis
oīm reſurrectio. Tūc eñ tran-
ſibit dn̄s ꝑcutiēs Egyptios. i.
reprobos: qn̄ dicet illis: ite ma
ledicti in ignē eternum. Mat.
xxv. O q̄ꝫ mirabilis et dura at-
qꝫ ſtupēda ꝑcuſſio. Ab hac tñ
ꝑcuſſione liberabuntur filij Iſra
el. i. electi/ q̄bus dicet dn̄s: Ve-
nite benedicti ꝛc̄. Tūc ergo di
cti electi liberabūtur ex toto ab
Egyptiaca ſeruitute/ ꝛ deducē
tur in terrā promiſſiōis. Quod
autem ſubditur: Cumqꝫ vide-
rit/ ſupple dominꝰ ſanguinē in
ſuperliminari: et in vtroqꝫ po-
ſte: tranſcēdet oſtium domus/
ꝛ non ſinet percuſſorem ingre-
di domos veſtras/ ꝛ ledere: de-
ſignat ꝙ in dicto iudicio par-
cet dominꝰ ab eterno extermi-
nio omnibus Chriſtianis ſuper
q̄s aſperſus eſt Chriſti ſanguis
in baptiſmo/ ꝛ ſignati ſunt cha
ractere baptiſmali/ dū modo
perſeuerauerint in illa gratia
quā tunc receperunt/ ꝛ fide for
mata in Chriſtum crediderint:
iuxta illud Marc. vlti. Qui cre
diderit/ ꝛ baptizatꝰ fuerit/ ſal-
uus erit. Unde in figurā huius
legitur Ezechi. ix. ꝙ dominus
precepit/ vt omnes de ciuitate
percuterentur ꝛ interficerētur
vſqꝫ ad internitionē/ preter il-
los ſuꝑ quos eſſet ſignū thau.
Ubi per ſignum thau ſignifica
tur caracter baptiſmalis. Om-
nes igitur illi ſuper quos inue-
nietur predictum ſignū in die
iudicij/ liberabūtur a morte e-
terna/ dummodo non addide-
rint nouum peccatum poſt gra
tiam baptiſmalem. Ceteri au-
tem interficiētur ꝑpetuo: quia
ſcriptum eſt Marc. vlt. Qui nō
crediderit/ condemnabitur: et
ſimiliter qui ſignatus non fue-
rit ſigno thau/ id eſt/ characte-
re baptiſmali/ per quē quis ad-
ſcribitur familie Chriſti: ī pre-
ſenti quidē per gratiam/ in fu-
turo autem per gloriam.

¶ Anagogice/ Per ſeniores fi
liorū Iſrael (q̄bꝰ p̄cepit dn̄s vt
tolleret aial ꝑ familias ſuas/ et
imolarēt phaſe) deſignantur ele-
cti/ q̄ poſtq̄ꝫ reſūpſerint ſua ani
malia. i. corpora/ q̄ modo ſunt
aialia/ tūc vero erūt ſpūalia: iu
xta illō. i. Cor. xv. Seminatur
corpꝰ aiale/ ſurget corpꝰ ſpūa-
le: tunc imolabūt phaſe/ qō in-
terp̄tatur trāſitꝰ/ q2 trāſibūt pri
mo q̄ ad aiaꝫ/ ō gr̄a ad gloriā/
ſiue de minori glia/ ad maiorē
(ſalti accidētalē) ꝛ ō claritate
i claritatē. Quātū vero ad cor-
pus/ trāſibūt de corruptiōe ad
icorruptionē/ ō ignobilitate ad
nobilitatē/ ꝛ de infirmitate ad

virtutem: vt dicit Apo. vbi supra: Ecce phase duplex / quod immolabūt electi. Insuper tingent fasciculū hysopi in sāguine agni / quia corpora electorum (que per fasciculū hysopi designātur) resurgent p virtutē sanguinis Christi in cruce effusi. Quicunq; aūt semel ingressus fuerit illam domū celestem / inde nō egredietur vsq; mane. i. vsq; ad diem iudicij / quod fiet mane. Iuxta illud Psalm. In matutino interficiebam omnes peccatores terre: vt disperderem de ciuitate domini. i. de presenti mundo quē creauit deus in principio: vt dicitur Gen. j. Omnes qui operantur iniquitatem. In dicto igitur mane diei iudicij egredientur omnes electi de domo illa celesti / de qua Christus Io. xiiij. ait: In domo pr̄is mei mā siones multe sunt. Sed quare egredientur inde. / et venturi sunt ad iudicium in dicto mane? Certe vt recipiant secūdā stolam. Qua recepta / regredientur vnde venerant. Econtra autem reprobi descendent cum corpore et anima in infernum: nūq; inde exituri. Et hoc notatur cum dicitur: Transibit dominus percutiens Egyptios: nec deinceps sinet dns percussorem. i. diabolum magnum aduersarium hominum ingredi domos electorū. i. sydereas māsiones / et ipsos ledere: quia inde semel descendit: nunq; illuc reascensurus. Esa. xiiij. Ad inferna detraheris et c. Et in Psalm. Non habitabit in medio domus mee / qui facit superbiā. Sequitur: Cūq; introieritis terrā / quam dominus daturus est vobis: obseruabitis cerimonias istas et c. Hoc recte intelligi potest de illa terra celesti. de qua Psalm. loquitur: dicens: Credo videre bona domini / in terra viuētium. Postquā itaq; electi fuerint ingressi huiusmodi terrā: non quā meruerint prius / sed quā daturus est illis dominus mere libere et gratis: obseruabunt cerimonias multas q̄ nobis sunt ignote pro presenti. Donet dominus vt aliquando eas scire possimus.

¶ Quarta clausula.



Factum est autem in noctis medio / percussit dominus omne primogenitum in terra Egypti: a primogenito Pharaonis / qui in solio eius sedebat / vsq; ad primogenitū captiue que erat in carcere: et omne primogenitū iumentorum. Surrexit Pharao nocte / et omnes serui eius / cunctaq; Egyptus / et ortus est clamor magnus ī Egypto. Neq; enim erat domus in qua non esset mortuus. Vocatisq; Pharao Moyse et Aaron nocte / ait: Surgite egredimini a populo meo / vos et filij Israel: ite et immolate domino sicut dicitis. Oues vestras et armenta assumite vt petieratis / et abeuntes benedicite mihi. Urgebant Egyptij populū Israel de terra exire velociter / dicentes: Omnes moriemur.

¶ Historialiter postq; magnus ille dei amicus Moyses in p̄cedenti

cedenti clausula egit qualiter
in immolatione agni pascha-
lis sanguis ipsius spargendus
erat in superliminare/ atq3 su-
per vtrunq3 postem ostij princi
palis domorū in quibus habi-
tabāt filij Israel: hic cōseque-
ter agit de percussione primo-
genitorum terre Egypti. Uel
dic/ q' postq3 descripta fuerat
plage decime comminatio/ et
interposita fuerat paschalis
obseruatio: hic consequenter
subiungitur predicte plage in-
flictio/ cū dicitur: Factum est
autem ꝛc. Refert ergo dictus
Moyses qualiter domin⁹ me-
dia nocte in qua supple immo
latus est agnus: percussit pri-
mogenita toti⁹ terre Egypti:
etiam illius partis que terra
Gessen dicebatur: vbi aliqui
Egyptij morabantur inter fi-
lios Israel: qui tamen euase-
rant priores plagas/ secundū
August. vt iam dictum est: ni-
hilominus primogenita filio-
rum Israelitam in dicta terra
Gessen q3 alibi degentium/ sal
uata sunt ab angelo extermina
tore. Fuit ergo ista plaga vni-
uersalis/ quo ad Egyptios: qđ
notatur cum dicitur/ a primo-
genito Pharaonis/ qui in so-
lio eius sedebat: scilicet de iu
re. i. qui sedere debebat vt ex-
positū est prius. Uel quia for-
san pater (cum esset senex ꝛ de
bilis) assumpserat filiū suū pri-
mogenitum in adiutoriū regi-
minis/ sicut fecisse legit Uespa
sianus de filio suo Tito/ ꝛ com
plures alij imperatores ꝛ reges:
vsq3 ad primogenitū captiue/
que erat in carcere: per quam
intelligitur infima mulier to-
ti⁹ terre Egypti. Uoluit ergo
insinuare Moyses/ q' domin⁹
in occisione primogenitorum
terre Egypti non pepercit di-
uitibus ac nobilibus/ sicut nec
pauperibus ꝛ egenis: sed pla-
ga fuit omnibus equalis. Non
sic autem fuit de ceteris pla-
gis prioribus. Sequitur: Sur-
rexitq3 Pharao nocte/ ꝛ omnes
serui eius/ cunctaq3 Egyptus.
Forsan enim omnes tam ma-
gni q3 parui audierunt voces
ꝛ eiulatus primogenitorū ho-
minum cū occiderentur ab an
gelo exterminatore/ ꝛ similiter
horribiles vlulatus primoge-
nitorum boum ꝛ aliorū anima-
liū: cum similiter occiderētur.
Non mirum ergo si omnes dor
mientes in lectis suis/ aut qui-
escentes surrexerūt/ ꝛ signant
cum hoc exterminium factum
sit noctis medio: dū silentium
solent tenere oīa: sed non tūc.
Ideo subditur in textu/ q' or-
tus est clamor magnus in Egy
pto: scilicet a predictis primo-
genitis cum occiderētur. Pos-
sumus etiā referre predictum
clamorem ad homines tantū:
scilicet ad Pharaonem et reli
quum populum Egypti. Om-
nes enim vehementer dole-
bant mortes primogenitorum
suorū/ qui solent esse ceteris fi-
lijs chariores/ eo q' plus spera
tur auxilij ab eis q3 ab alijs.
Ipsi etiā qui superstites erāt/
similē penam incurrere time-
bant/ quia de hoc nihil dixe-
rat eis Moyses. Item dictus
clamor ortus est propter mor-
tes primogenitorum anima-
lium. In quo facto dicti Egy-
ptij incurrebant magnum dā-

num temporale / quia non erat domus in qua non esset mortuus. Uidens igitur Pharao terribilia que fiebāt: statim vocauit Moysen & Aaron in ipa nocte / & ait illis: Surgite / egredimini a populo meo &c. vsq ibi: Et abeūtes bñdicite mihi .i. gratias agite: vt dicit interli. In quo notatur magna superbia Pharaonis / qui cū tm̄ & tā grauiter afflixisset filios Isrl': adhuc nihilominus volebat vt sibi gratias agerent / tanq̄ sibi multū obligati. Cū etiam tūc nō gratis: sed cōpulsus ipsos dimitteret abire de Egypto. Uel sic: Benedicite mihi / id est / orate pro me / vt amplius non affligar. Sequitur: Urgebantq Egyptij &c. q. d. Nō solum licentiabāt: sed etiam cōpellebant populum Israel velociter de terra exire / dicētes: Omnes moriemur / si supple hūc populum diutius detinuerimus nobiscum. Uidemus enim / q deus eorū pugnat pro eis contra nos: nec possumus resistere eius potestati aut volūtati.

¶ Circa hanc clausulam mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū oritur propter illud verbū: Usq ad primogenitum captiue q̄ erat in carcere. Huius enim contrariū habetur supra / videlicet i precedēti cap. sub clausula vnica: ibi enim dictū est: Usq ad primogenitum ancille que est ad molā. Uidetur ergo q ista duo nō coherēāt. Istud dubiū soluit Josephus dicēs / q Egyptij tūc tēporis cōclusos viros ac mulieres molere faciebāt. Nōdū em̄ apud eos vsus molē dinorum erat: sed brachijs terebant grana.

¶ Secūdū dubiū: Quare dñs in plaga percussionis primogenitorū voluit includere primogenita iumentorum? Dicendū / q propter duo. Primo quidē ad terrorem ipsorū Egyptiorū: cū s. audiebāt vlulatus huiusmodi primogenitorū iumētorū. Scdo vero vt in hoc grauius punirent / tāq̄ i amissiōe rerū sibi ad multos vsus necessariarū / siue ad esū / siue ad onera portanda.

¶ Tertiū dubiū: Utrū a parte rei in omni domo Egyptiorū fuerit aliquod primogenitum mortuum? Uidet q nō / quia in omni specie alaliū sūt multa indiuidua sterilia tā masculina q̄ feminea / q̄ nō generant / nec fetus afferunt. Et similiter idē cōtingit de viris & mulieribus matrimonialiter iūctis / vt experientia docet. Ad hoc dicit August. in q. sup Exod. quest. xliiij. & sit ponit i glo. ordi. q nutu diuino ita factū ē / vt tūc non esset domus absq primogenito hois vel iumēti / quod moreretur occulto & angelico percussu.

¶ Quartū dubiū: Utrū istud tm̄ intelligi debeat de primogenitis masculis? Dicendum / q tā de masculis q̄ de femellis. Alias si tm̄ de primogenitis masculis illud intelligi deberet: tūc ille domus Egyptiorum in quibus fuissent multe femelle / absque dubio fuissent melioris conditionis / q̄ ille in quibus fuisset vnicus masculus. Preterea cū per hanc plagam mortis primogenitorum voluerit dominuus percutere vniuer-

vniuersā terrā Egypti: sequeretur q̄ ille domus in quibus fuissent tantū femelle: nō fuissent percusse. Et quāuis videatur textus loqui de primogenitis in masculino genere: sub masculino tamen subintelligendum est femineum genus. Uel dic conformiter ad solutionē precedentis dubij: q̄ occurrēte priori plaga non erat dom⁹ i Egypto absq̄ primogenito: supple masculino hominis: vel iumenti.

¶ Quintum dubiū oritur propter illud verbum: Uocatisq̄ Pharao Moyse et Aaron nocte etc. Cōtra hoc potest obijci ex verbis eiusdem Pharaonis qui prius dixerat ipsi Moysi: vt legitur prius in fine decimi capituli: Recede a me: et caue ne vltra faciem meam videas. Quocunq̄ enim die apparueris mihi: morieris. Cui Moyses: ita fiat vt locutus es. Non videbo vltra faciem tuā. Quomodo ergo precedentia verba possunt coherere cū istis? Ad hoc dubium sufficienter respōsum ē in fol. ad quartū dubiū secunde particule decimi capituli precedentis. Uel dic: q̄ presentia verba misit Pharao ad Moysen et Aaron per nuncios: et q̄ tunc non est eis locutus ore ad os. Uel vt dicit de Pal. Pharao compulsus plaga mortis primogenitorū: cōcessit Moysi et Aaron securitatem veniendi ad se.

¶ Sextum dubium mouetur propter illud verbum: Benedicite mihi. i. orate pro me. Uidetur ergo q̄ Pharao iam incipiebat, redire ad dominū: per penitentiā: tū q2 licentiauit populū Israel cū omni libertate exire de Egypto: et cū omnib⁹ bonis suis: tū quia implorauit orationes Moysi et Aaron: dicēs: Benedicite mihi. Ad hoc sufficienter dictum est in expositione litere. Resolutorie ergo dicendū: simile fuit de isto Pharaone sicut de Antiocho: de quo legitur. ij. Machabeorum nono: q̄ cū effluerent carnes de corpore suo admodū fetētes: ita vt ex fetore idē egre diētē grauaretur plurimū exercitus suus: quinimmo nec ipse huiusmodi fetorē ferre posset: cepit scelestus orare dn̄m: a q̄ non erat misericordiā consecuturus: ita in proposito suo modo dici potest.

¶ Moraliter et primo: in homine potest esse primogenitum: et secūdogenitū. Adueniente autē tertiogenito: destruit p̄mogenitū. Uerba gl'a: in hoīe peccatore p̄mogenitū ē timor seruilis: siue initialis. Secūdogenitū aūt est timor filialis: siue reuerētialis: q̄ succedēte desinit esse timor seruilis. Sil'r p̄mogenitū penitentie est attritio. Secūdogenitū vero est cōtritio. Qua adueniēte recedit attritio. Insup primogenitū: est fides informis: secundogenitū vero: fides formata. Qua adueniente recedit informitas illius. Ceterū primogenitū est initiū v'tutis: secundogenitū aūt est ipsa virtus. Qua aduenīēte recedit qd̄ imp̄fectionis erat. Bene ergo ad p̄positū loquit de istis duob⁹ filijs p̄mogenito. s. et scd̄ogenito. Apo. cū ait: Nō (inq̄t) p̄us qd̄ spūale ē: sed

sed quod animale: deinde qđ spirituale. j. Cor. xv. Notādum tamen / ꝙ nō necessarius ordo est inter ista duo: q₂ aliquādo generaꝶ ⁊ nasciꝶ deo authore / secundogenitus absq₃ primogenito. Et q̄uis hec videatur in operibus nature mirabile / imo impossibile / non tamen in operibus supernaturalibus et diuinis. Hinc Psal. ait: A dn̄o factum est istud / ⁊ est mirabile in oculis nostris.

¶ Moraliter ⁊ secundo / ꝑ primogenitū in terra Egypti / incipiendo a primogenito Pharaonis / vsq₃ ad primogenitum captiue / q̄ erat in carcere) intelligiꝶ mala cogitatio / ⁊ mala delectatio inde sequens. Hec eñ sunt primogenita in terra Egypti. i. in regno peccati / qđ per Egyptū (que tenebra interpretatur) designaꝶ: incipiēdo a primogenito Pharaonis. i. a prima cogitatione mala superbie (q̄ quidē superbia est tāq̄ regina in regno peccati. i. prima. Iuxta illud Eccli. x. Initiū omnis peccati superbia) et sic semꝑ descendendo de pctō in peccatū / vsq₃ ad vltimū mortale. Huiusmodi ergo primogenita. i. initia cuiuslibet peccati ꝑcutit dn̄s / dū ꝑ grām suā occidit in homine prauā cogitationē / siue prauam delectationē / ne vlterius crescant vsq₃ ad plenū cōsensum / aut vsq₃ ad opus exteriꝰ malū. Debet etiā homo agitatus interiꝰ ab huiusmodi primogenitis illis resistere / quantū potest / ⁊ destruere illos cū inuocatione gratie Iesu Christi: iuxta id qđ scriptū est in Psal. Beatus supple homo / q̄ tenebit paruulos suos. i. initia peccatorū / ne scʒ ꝑueniant vsq₃ ad plenū consensum rationis: ⁊ allidet eosdē paruulos ad petrā. i. ad Christū / de q̄. j. Cor. x. dr: Petra autē erat Christus. Tunc aūt homo allidit paruulos suos ad petrā / qñ tētatus a carne / mūdo / vel diabolo / sentiens in se malam cogitationē vel delectationē / siue prauos motus: inuocat auxilium gratie dei / siue meritū Iesu Christi / ꝓ exterminatione eorundē. Qꝰ vero in litera diciꝶ / ꝙ percussit dn̄s omne primogenitū hominū terre Egypti / vsq₃ ad primogenitū iumētoꝝ / significaꝶ ꝙ nō solū laborandū est ad destructionē primogenitoꝝ pctōꝝ spiritualiū / modo ꝑdicto: verumetiā ⁊ carnaliū / q̄ ꝑ primogenita iumētorū designanꝶ. Qui aūt sic agit: beatus est in spe: ⁊ tandem beatus erit in re.

¶ Moraliter ⁊ tertio / ꝑ primogenita Egypti / designanꝶ principes ⁊ magnates huiꝰ seculi / q̄ dicunꝶ primogeniti: nō quidem etate siue annoꝝ numerositate / sed honore: q₂ in hoc ceteros ꝑcellunt. Quid est ergo ꝙ dn̄s ꝑcussit omne primogenitū Egypti. i. percuti ꝑmisit per angelos malos: nisi ꝙ idē deus ⁊ dn̄s ꝑmittit percuti ab angelo malo / ferme oēs principes ⁊ magnates huiꝰ seculi? Nā dictꝰ angelus (tanq̄ crudelis exterminator) quosdā ex illis occidit ꝑ nimiā supbiā ⁊ arrogantiā / alios ꝑ crudelitatē in subditos / alios ꝑ lasciuiam / alios ꝑ auaritiā ⁊ cupiditatem alienarū possessionū / alios a-

lijs modis: ita vt pene nemo sit inter eos qui se abscōdat a calore eius.

¶ Moraliter ꝛ quarto / p mortem corporalē primogenitorū totius terre Egypti: designat mors spiritualis primogenitorum huius mūdi. Mos enī parentū carnaliū est / vt plus debito ꝛ iusto diligant primos filios suos / propter rei nouitatē. Propter qđ multa illis indulgent ꝛ permittunt / non audentes eos corrigere: sicq3 nutriūt eos in malis moribus / a quib9 magni facti vix abstinere poterunt. Cum tamen dicat sapiēs Prouer. xiij. Qui parcit virge .i. qui subtrahit correctionem quando est necessaria / odit filium suū .i. ad modū odientis se habet ad eū. Econtra aūt dicitur Eccle. xxx. Qui diligit filium suū / assiduat illi flagella: vt letet̄ in nouissimo suo. Quia vt dicit̄ Prouer. xxij. Stultitia colligata est in corde pueri / et virga discipline fugabit eam. Est ergo simile de puero / sicut de pullo iumentorū / siue de equo quandiu iuuenis est. Nam nisi refrenet̄ lasciuia ei9 / q̄diu iuuenis est / postmodū efficietur idomit9: ita ꝛ puer indisciplinabilis / nisi corrigat̄. Hinc Eccl. xxx. dr. Equ9 indomit9 euadet durus: ꝛ filius remissus .i. indisciplinat9 / vel sue voluntati dimissus / euadet preceps: scilicet extra viā iustitie: vel festināter ruet in malum / ꝛ consequenter in infernū. Nota de illo paruulo quinq3 annorum / de quo refert Grego. in suo dialogo lib. iiij. quem pater nimis carnaliter diligens permittebat agere ꝛ loqui que volebat / etiam blasphemare nomē sanctū dei. Quē inter hec verba demones in specie maurorū rapuerūt de sinu patris. De quo postea subdit diuus Grego. dicens. ꝙ pater illius (animā ei9 negligēs) non paruulum / sed peccatorē gehenne ignibus nutriuit. Ex quo videtur sentire ipse Grego. ꝙ dict9 paruulus sit damnatus.

¶ Moraliter ꝛ quinto / per noctis mediū (in quo pcussit dominus primogenita Egypti) intelligit̄ tēpus illud / in quo qs peccat primū mortaliter. Hoc aūt tēpus cōgrue vocat̄ noctis medium / eo ꝙ omnis peccator in tenebris est / ꝛ peccatū tenebras spūales inducit i anima. Petm̄ igit̄ est nox illa / de qua potest intelligi illđ Christi verbum Joan. xj. venit nox quādo nemo potest operari: q2 quandiu petm̄ manet in anima / nemo potest operari: supple / meritorie. Quando igit̄ homo puenit ad noctis mediū .i. ad pfundū ꝛ plenū consensum peccati mortalis / tunc percutit et occidit dñs primogenita Egypti .i. primos fructus iustitie quos talis fecerat / cū esset adhuc in gratia: ita vt talis perdat gratiā / virtutes ꝛ merita / q̄ prius fecerat: dicēte scriptura Eccl's. ix. Qui peccauerit ī vno, multa bona perdet. Jn cui9 figura legitur Job. j. ꝙ primogenit9 Job (in cuius domo fiebat conuiuiū) irruente repente vēto vehemēti oppressus est a domo: q̄ cecidit sup eū / ꝛ sup reliquos fratres suos. Quis autem primogenitus Job / nisi prim9 fructus

fructus iustitie? Et qui fratres eius, nisi sequentia bona? Sed prohdolor irruente vehementi vento tentationis, siue a carne, siue a diabolo procedentis, et consentiente homine opprimitur filius primogenitus .i. primus fructus iustitie, cum ceteris fratribus suis, sicque destruitur totum spirituale edificium interioris hominis: et ibi fit habitatio oīs spiritus immundi: vt dr Apoc. xviij. Ecce igitur quomodo occiditur omne primogenitū omniū peccantiū, siue regū, siue aliorū quorūcunque, qd notatur cum dicitur: Percussit dñs omne primogenitū in terra Egypti a primogenito Pharao: nisi qui in solio eius sedebat, vsque ad primogenitum captiue &c. Equa est enim conditio omnium peccantium.

¶ Moraliter et sexto, iuxta illud: Surrexit Pharao nocte &c. Notandū q per Pharaonem primū quiescentē in lecto suo, deinde surgentē cū omnibus seruis suis: intelligitur peccator, qui primo quiescit in peccatis suis, deinde quando talis ex singulari dei munere et beneficio surgit per penitentiam: iuxta illud Psal. consiliū. Surgite postquam sederitis, supple in peccatis vestris, p longā morā et cōsuetudinē: vos scz penitentes, qui manducatis panē doloris .i. panē penitentie. Debēt etiā cum rege .i. cū spiritu surgere omnes serui illius .i. omnes sensus, tā interiores, quam exteriores, qui debent seruire spiritui, sicut serui dño suo. Sed qd est dictos seruos surgere cū dño suo rege, nisi omnes sensus, et mēbra humana dedicare domino deo per penitentiam? Iuxta illud. Ro. vj. Sicut exhibuistis mēbra vrā seruire iniquitati ad iniquitatē: ita nūc exhibete ea seruire iustitie in sanctificationem. Sed quid est q ortus est clamor magnus in Egypto? nisi q peccator penitere incipiēs debet cum clamore magno .i. feruenti, et ex profundo cordis procedenti clamare ad dñm in cōfessione, propter interfectionē primogenitorū suorū ad sensum datū, siue propter mortē spiritualem anime sue, que est primogenita dignitate in ordine ad corp9, qd est quasi secundogenitū. Surgere igitur debet rex Pharao .i. humanus spiritus, p contritionem, et clamare ad dñm coram confessore clamore magno, et tunc miserebitur sui deus sui. Qi si iustificare se voluerit homo, et dicere se nō habere peccatum, de quo conteri aut cōfiteri debeat, audiat talis quid in figura hic dicitur contra eū: Non erat, inquit Moyses, domus in qua non esset mortuus. Et quid per mortuū, nisi peccator designatur? Et quid per domū, nisi vniuscuiusque cōsciētia significatur? Regulariter igitur non est homo super terrā, qui aliquando non peccet, et qui non habeat aliquod mortuum in conscientia. Et ideo ordinarie (saltim vt in plurib9) opus est clamare ad dñz in confessione, et se petōrem recognoscere.

¶ Moraliter et septimo, et iuxta predictum verbum, scilicet q non erat domus in Egypto, in qua nō esset mortuus. Notandum,

dum / q dictū verbū potest retorqueri cōtra illos / q de proximis suis male sentiunt / de se aūt nō nisi bene. Sunt eñ nōnulli qui alios peccatores faciliter et sine sufficienti causa aut motiuo iudicāt / interpretantes etiā dubia in deteriorē partē / ⁊ seipsos iustificantes: cū tamen frequēter sint deteriores his quos iudicāt. Nam saltim i hoc mali sunt / q alios malos estimant / nisi forsan eorū mala talia essent q nō possent tergiuersatiōe celari. Tūc eñ de factis aliorū nobis permittitur iudicare: iuxta illud Mat. vij. A fructibus eorum cognoscetis eos. Et Esa. v. Ue q dicitis malū bonū / ⁊ bonū malum: ponentes tenebras lucē / ⁊ lucē tenebras: ponētes amarum in dulce / et dulce in amarum. Ista intelligūtur de illis qui volunt iustificare aperte impium / et ipsum defendere / aut qui econtra volunt cōdemnare et reprobare aperte bonum / ⁊ in quo nulla sunt signa malitie. Et q̄uis primi sint reprehendendi de suo malo iudicio / secundi tamen sunt magis reprehensibiles. Unde legit in vitis patrū / q quidā sanct⁹ pater volens reprehendere quosdam nouiter conuersos ad eremū / qui erāt faciles ad male iudicandū de alijs fratribus / ⁊ bene de seipsis estimātes: dixit q cū dñs percussit primogenita Egypti / nō erat domus in q nō esset mortuus. Per quē modū subtiliter correxit eos.

¶ Moraliter et octauo: iuxta illud: Uocatisq Pharao Moyse ⁊ Aaron nocte ait: surgite / egredimini a populo meo / vos et filij Israel. Oues vestras et armēta assumite vt petieratis / ⁊ abeūtes bñdicite mihi: notādum / q p Pharaonē in proposito intelligunt potētes hui⁹ seculi / ⁊ signanter auari ⁊ vsurarij. Tales nempe de die .i. vita comite / ⁊ arridēte sanitate corporali / psequuntur grauiter filios Israel .i. pauperes agricolas ⁊ viticolas atq similes / opprimētes eos rapinis ⁊ vsuris. At vero cū tales sentiūt diem vite sue in proximo debere claudi / et nocte mortis succedere / vocāt siue vocari faciūt Moysen ⁊ Aaron .i. illos quos oppresserunt vita comite predicto modo: q2 forsan confessor eorū fecit eis grossam cōscientiā de rapinis ⁊ vsuris eorū / dicendo q nō possunt cū talibus ire in celū: dicēte Psal. q ille habitabit in tabernaculo dñi / q pecuniā suā nō dedit ad vsuram. Quib⁹ quidē pauperib⁹ aduocatis / dicūt eis singillatim forte timore mortis eterne: Surgite / egredimini a pplo meo .i. libero ⁊ q̄tto vos a redditu mihi debito / ⁊ filijs siue heredibus meis: ne sitis illis obligati post decessum meū. Oues vras ⁊ armēta / q scz nūc occupo p vsurariū cōtractū / assumite vt petieratis: ⁊ abeuntes bñdicite mihi .i. orate pro me. Sicq p hūc modum plerīq vsurarij morientes credūt saluari / dummodo restituāt capitale / nō deductis fructib⁹ annuatim perceptis / cū tñ q̄nq trāscendant ipsum capitale. Uerū hec materia indigeret ampliori declaratione / a qua breuitatis causa supersedeo.

Moraliter

¶ Moraliter et nono: iuxta illud verbū sequens: Urgebant Egyptij populū Israel de terra exire &c. notandū conformiter ad dominum Pet. de Pal. q subita z inopinata mors primogenitorum populi Egypti: designat inopinatam z improvisam mortem multorum iuuenum z potentum huius mūdi / qua tollūtur de medio. Que quidem inopinata mors cōpellit quodāmodo multos exire de Egypto huius mundi / scilicet affectu: dum consideratio tam inopinate mortis (etiam elegātum iuuenum z fortiū) facit cōtemnere mūdum. Unde ex hac cōsideratione multi intrāt religionem vt discāt bene mori.

¶ Allegorice et primo. Primogenita inter virtutes theologicas est fides. Precedit enim sorores suas: spem scilicet z charitatem. Primo quidem spem: quia nullus sperat eternā beatitudinem nisi qui credit illā. Nullus etiam amat incognitū. Fides autem facit nos quodāmodo cognoscere celestia z eterna. Propter qd dicit Apos. j. Cori. xiij. Uidemus nunc per speculum in enigmate / tunc autē facie ad faciem: scilz in celo. Ista autem primogenita virtus fidei tripliciter interficitur / et moritur. Primo quidem per actum cōtrarium: scilicet p heresim / aut infidelitatem: z tunc taliter moritur q nihil relinquitur ex ea / scz nec actus / nec habitus. Secūdo vero / per quodcumq mortale peccatum: z tūc desinit perfectio z decor hmōi primogenite. i. formatio illius que fit per charitatem / que est forma omnium virtutū. Nihilominus adhuc remanet habitus fidei / qui dicit fides informis. Tertio autem per actum per ectiorē / alterius tamē speciei z nature / scz per actū beatificū: quia cum venerit quod perfectum est / tūc euacuabitur quod ex parte est: vt habet vbi supra. Fit autem illa tertia interfectio in noctis medio. i. in actuali separatione aie a corpore / que fit in morte. Nā vsq tūc (z nō vltra) manet fides in anima fideli.

¶ Allegorice z. ij. Per primogenita que percussit dñs / possumus intelligere primos parentes: Adam scz / z Euā. Hec sunt enim primogenita totius nature humane. Non qdē sic q sint genita ,ppriè / sed potius a deo formata. Uir quidem de limo terre / mulier autē de costa viri. Hec igit duo primogenita percussit dñs. i. percuti permisit p angelum exterminatorē / quando diabolus in specie serpētis tentauit Euam / z per eam primum hominem. Postmodū autē dictus exterminator interfecit omnes filios eorum qui per viam generationis prodierūt / per infectionē culpe originalis: dēpta immaculata vgine Maria: de qua cum de peccatis agitur nulla fit memoria: qz tota pulchra est / et macula nō est in ea. Cañ. iiij. A predicto autē veneno mortifero hodie curātur paruuli per baptismum / sicut olim tēpore legis per circūcisionē: aliter tñ z aliter. Nā cura antiqua non fiebat p circuncisionē quasi ex opere operato / sicut modo fit per baptismum.

mum. Nec tam abundans gratia tunc dabatur sicut nunc per baptismum. Predicta autem generalitas filiorum Adam interfectorum per culpam originalem figuratur per interfectionem omnium primogenitorum totius terre Egypti a primogenito Pharaonis usque ad primogenitum captiue que erat in carcere. ¶ Allegorice z. iij. Per primogenita Egypti que interfecta sunt possunt intelligi lex et prophete. Hec enim primogenita fuerunt respectu noui testamenti. At vero adueniente veritate et gratia interfecta sunt: quia cessauerunt: iuxta illud Lu. xvi. Lex et prophete usque ad Joan. Qui (vt dicit glos. interli.) fuit finis veteris testamenti et initium noui. Potuisset utique recte dicere Christus: Lex et prophete usque ad me: sed maluit dicere usque ad Joan. tum ex humilitate tum quia fuerunt contemporanei ipse et Jo. et sic equipollenter Christus dixit usque ad me: vt dominus Hugo Card. dicit: tum quia in Joan. quodammodo incepit nouum testamentum qui et digito ostendit Christum dicens: Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Joan. j. Dicit ergo Lucas post Christum: Lex et prophete usque ad Joan. Lex quidem et prophete usque ad Jo. habuerunt legis promissa locum. Joannes autem primus statim in initio predicationis sue cepit euacuare illa: incipiens predicationem suam in hunc modum: Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Matt. iij. Ac si diceret: De cetero non promittuntur terrena que lex promittebat sed regnum celorum. Consonat autem predicatio Christi predicationi Joannis qui similia verba dixit. Item qui Luce. vj. ait: Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Ecce quomodo lex fuit usque ad Joannem. Similiter et prophete fuerunt usque ad Joan. Ceteri nempe qui fuerunt ante Joan. predixerunt Christum esse venturum. Joannes autem hoc non predixit sed digito ipsum demonstrauit. Non est ergo sensus quod post Joan. nullus fuerit propheta cum legatur Actu. xi. quod predicante Paulo apud Antiochiam per annum in illis diebus superuenerunt ab Hierosolymis prophete Antiochiam: et surgens unus ex eis nomine Agabus significabat per spiritum .i. denunciauit in spiritu prophetico famem magnam futuram per vniuersum orbem terrarum que facta est sub Claudio imperatore. Item Joel. ij. ca. predixerat quod in primitiua ecclesia (et signanter tempore apostolorum) multi prophetarent dicens in hunc modum: et ponitur Act. ij. Et erit in nouissimis diebus dicit dominus: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et prophetabunt filij vestri et filie vestre et iuuenes vestri visiones videbunt et seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem super seruos meos et ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo et prophetabunt. Hec ibi. Item Act. xiij. dicitur quod erant in ecclesia que erat Antiochie prophete et doctores etc. Similiter legitur vbi supra xxi. ca. quod Philippo erant quatuor



duoꝛ filie virgines/ prophetantes. Ecce quomodo post Joã. Baptistã fuerunt multi ꝓphete/ ꝛ ꝓphetisse: inter quas merito connumeranda venit beata Katharina de Senis/ que in spiritu prophetico multa predixit/ quoꝝ aliqua iam impleta sunt/ alia autem expectãtur ventura tempore suo. Sed loquendo de illis prophetis/ qui locuti sunt de aduentu Christi/ omnibus illis imposuit silẽtium Joan. cum digito Christum ostẽdit. Ecce igitur quomodo primogenita Egypti interfecta sunt/ lex scilicet ꝛ prophete. Secus autem de primogenitis filioꝝ Jsrael/ de quibus nullus interijt. Ubi per filios Jsrael intelliguntur sancti noui testamenti/ inter quos primogeniti fuerunt sacri euãgeliste ꝛ Apostoli/ qui scripserunt. Hi enim semper viuunt/ ꝛ non moriuntur/ quia veritas noui testamẽti (que successit figure aut prophetie antique legis) non extinguetur in sempiternũ. Et huius ratio est/ quia habet solidius fundamẽtum ꝙ lex vetus aut prophetie. Unde Joan. j. Lex per Moysen data est/ gratia ꝛ veritas per Jesum Christum facta est.

¶ Allegoꝛice ꝛ q̃rto/ Per primogenita Egypti que interfecta sunt/ vbi tamẽ angelus exterminatoꝛ eoꝝ pepercit filijs Jsrael: designantur multi reges et principes tyrãnice regnantes: similiter multi nobiles ꝛ diuites auari/ qui omnes dicunt primogeniti/ id est/ ante alios/ scilicet simplices ꝛ pauperes geniti/ non quidẽ semper tẽpore/ sed gloria ꝛ honoꝛe huius seculi. Hos igitur primogenitos Egypti/ id est huius seculi/ ꝑcutiet dominus plaga insanabili ĩ noctis medio/ id est/ in die iudicij: quod secundum aliquos fiet ĩ noctis medio/ iuxta id quod scriptum est Mat. xxv. Media nocte clamoꝛ fact⁹ est/ ecce sponsus venit/ exite obuiã ei. Nec quidem solum primogenita Egyptioꝝ percutiẽtur a domino dicente: Jte maledicti in ignem eternum: verũetiã primogenita iumentoꝝ: id est homines bestialiter viuẽtes/ ꝛ voluptates carnis sectãtes: de quibus in Psalm. Homo cum in honoꝛe esset non intellexit/ comparatus est iumentis insipiẽtib⁹/ ꝛ similis fact⁹ est illis.

¶ Allegoꝛice ꝛ quito: iuxta illud sequens verbum: Surrexit Pharao nocte. Per pharaonẽ et seruos eius/ qui surrexerunt quando viderunt plagam dñi percutientẽ primogenita Egypti/ intelligũtur reprobi/ q̃ nũc doꝛmiũt in delitijs suis. At vero cũ post moꝛtẽ sentient terribilem plagam domini eos percutientem in inferno/ tunc euigilabuntur in noctis medio: id est/ inter illas tenebras exterioꝛes inferni: quia et si sit ibi ignis mirabiliter ardens/ non tamẽ lucens: tum quia ibi erit in propria natura/ in qua non lucet: tum quia oꝛdinatione diuina fiet ita/ vt priuentur damnati omni consolatione. Hinc Ps̃ ait: Uox domini intercidẽtis flammã ignis/ supple inferni. Surgẽt ergo reprobi in nocte inferni/ quando dicent intra se penitentiam agentes/ il-

lud

lud Sapiē.v. Iustitie lumē nō luxit nobis/et sol intelligentie nō est ortus nobis. Hec est igit illa nox de qua Jo.xj. ait Christus: Uenit nox/quando nemo potest operari. Per hoc autem qd subditur/ꝛ ortus est clamor magnꝰ in Egypto: designatur clamor dānatorū ꝛ vlulatꝰ eorum/et pcipue post iudicij diē. De quo Sopho.j.dicit: Et erit in die illa dicit dñs/vox clamoris a porta pisciū/ꝛ vlulatus a secunda. Prima porta erit clamor ab exitu tumulorum/cum ipsi reprobi prescient se dānādos in corpore et aīa. Uel/vox clamoris a prima porta/erit cū audient illā tremendā vocem: Jte maledicti ꝛc. ꝛ a secunda/supple porta vlulatus/scz a porta inferni. Sequitur: Nec erat domus.i.cōscientia: in qua nō iaceret mortuus.i.mortale peccatū: qꝛ vnusquisqꝫ p cōscientie sue vitio cōdennabit. Qd autē sequitur ex verbis Pharaonis: Surgite/egredimini a populo meo/vos ꝛ filij Israel: hoc in figura dictū est dure separationis electorum de medio reproborū/que fiet in die iudicij: qñ quidē Christus statuet oues a dextris/hedos autē a sinistris. Tādem autem ibunt hi in supplicium eternum: iusti autē in vitam eternam. Matth.xxv.

¶ Allegorice ꝛ.vj.iuxta illud: Urgebāt Egyptij pplꝫ Israel exire de terra Egypti: notādū q p Egyptios intelligunt infideles pncipes/ꝛ heretici/ q in primitiua ecclesia cōpellebant penis ꝛ varijs cruciatibꝰ filios Israel.i. deuotos catholicos exire de finibꝰ suis ad modū canum rabidorū. Quibꝰ loquitur Christꝰ Mat.x.dicēs: Si psecuti vos fuerint in vna ciuitate/fugite in aliā. Insuper vrgebāt eos exire per mortē de terra Egypti.i.de hoc mundo/ꝛ ire in celū/licet preter eorū intentum.

¶ Anagogice/ Noctis mediū significat illū statū quē habuerūt angeli in celo/ priusqꝫ ↄfirmarentur in gratia. Necqꝫ enim tūc videbāt diuinā essentiā: et ideo ille statꝰ dr nocti mediū/ respectu statꝰ glorie ꝛ visionis beatifice. Tūc eñ peccauerūt mali angeli.s.in noctis medio. Propter qd etiā/ pter id quod dictū est/talis statꝰ ↄparat nocti. Quibꝰ peccātibꝰ/mox pcussit dñs oē pmogenitū in terra celi/a pmogenito Pharaōis/q in solio eiꝰ sedebat/vsqꝫ ad primogenitū captiue/q erat i carcere. Ista pcussio fuit demersio malignoꝝ spirituū/quam fecit dñs/cū dixit illd Ps. Nō habitabit in medio domꝰ mee/q facit supbiā. Et bñ dr a pmogenito Pharaōis vsqꝫ ad pmogenitū captiue: qꝛ de qlibet ordine angeloꝝ/ incipiēdo a sūmo/ q ē ordo Seraphinoꝝ/ vsqꝫ ad ifimū/ q est ordo angeloꝝ: aliq angeli peccauerūt/ꝛ ↄsequēter ceciderūt. Hoc etiā figurat cū dr/qꝛ nō erat domꝰ i terra Egypti/in qua nō esset mortuꝰ. Habēt eñ angeli mali suā mortē/ sicut ꝛ hoīes. Nō qdē corpalē/ sed spūalē ꝛ eternalē. Surrexit q tūc Pharao.i.primꝰ angelus vl simpliciter/vel respectu maloꝝ: surrexit (inqꝫ) d celo/ꝛ oēs serui eiꝰ.i.alij cōplices illiꝰ in malo: ꝛ cuncta Egyptus.i.vniuersa caterua malignorū spirituum.

tuum. Surrexit (inquam) de ce lo/ nunq illuc rediturus: & cecidit in abyssum/ ibi semper et perpetuo mãsurus. Et si dicat q circa finẽ mundi oportet eũ solui modico tempore: vt legit Apoc. xx. Dicẽdum/ q nec etiã tunc soluetur in propria persona: sed in mẽbris suis/ & signanter in Antichristo/ cui permittetur a domino multa mala facere super terram. Quod autẽ sequitur: Ite/ & immolate dño: iuste potest referri ad bonos angelos/ qui seipsos per perfectam obedientiam immolauerunt domino deo/ voluntatem eius in omnib9 & per omnia facientes. Qui etiam benedicũt domino per infinita secula/ dicentes: Tibi laus/ tibi gloria/ tibi gratiarum actio in secula sempiterna/ o beata trinitas. Et benedictum nomen glorie tue sanctum/ & laudabile/ & superexaltatũ in secula seculoꝝ.

¶ Quinta clausula.

Tulit igit populus cõspersam farinã anteq fermẽtaretur/ & ligãs in pallijs posuit sup humeros suos. Feceruntq filij Israel sicut preceperat dñs Moysi/ et petierunt ab Egyptijs vasa argẽtea & aurea/ vestemq plurimam. Dominus autẽ dedit gratiam populo coram Egyptijs vt commodarent eis/ & spoliauerũt Egyptios. Profectiq sunt filij Israel d Ramesse in Sochot sexcenta fere milia peditũ viroũ absq paruulis & mulierib9/ sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis/ oues/ & armenta/ & animantia diuersi generis multa nimis. Coxeruntq farinam quam dudũ de Egypto conspersam tulerant/ & fecerunt subcinericios panes azimos. Neq enim poterãt fermentari/ cogẽtibus exire Egyptijs/ & nullam facere sinentibus moram: nec pulmenti qcq occurrerat preparare. Habitatio autem filiorum Israel qua manserũt in Egypto/ fuit quadringentorum triginta annorum. Quibus expletis eadẽ die egressus est omnis exercit9 domini de terra Egypti.

¶ Historaliter. Postq in pcedẽti clausula sanctus Moyses egit de morte primogenitorũ totius terre Egypti: hic consequenter agit de exitu filiorum Israel de Egypto.

¶ Et circa hoc facit duo in psenti textu.

Primo. nempe tangit dispositionem populi pro exitu.

Secundo vero describit ipsum exitum: ibi/ Profectiq &c.

¶ Primo igitur refert Moyses/ q mortuis pmogenitis tã hominũ q iumentorum populi terre Egypti/ saluatis pmogenitis filiorũ Israel/ consentiente necnõ impellẽte rege Pharaone vna cum vniuerso populo eius/ recesserunt filij Israel de terra Egypti/ secum ferẽtes farinam conspersam anteq fermentaretur. Vocatur autem farina cõspersa/ quãdo cõmiscetur illi aqua/ que vulgo dicitur pasta: sicut solent facere pistores & pistrices. Ligauit aũt populus dictam farinam conspersam in pallijs/ ne deflueret in terram: et sic posuit eam super humeros

humeros suos. Sequitur: Fecerunt autem filij Israel sicut preceperat dns Moysi.s. quod peterent a vicinis suis Egyptijs vasa argẽtea et aurea et vestẽ: vt dictũ est prius in fine tertij capituli: et similiter in principio precedẽtis capituli. Dedit autẽ dñs gratiam populo Hebreorum corã Egyptijs vt cõmodarent eis. Israelite ergo petierunt predicta ab Egyptijs per modum mutuatiõis/ et non per modum donatiõis. Nec intendebãt Egyptij facientes talẽ mutuationem vt Israelite predicta sibi retinerẽt/ et secũ deportarẽt: sed fideliter restituerẽt tẽpore et loco. Et si dicatur / quod nõ legit quod Egyptij predicta mutuata Israelitis/ postea repetierint/ et ita videtur donasse. Dicendũ/ quod quando filij Israel exierunt de Egypto/ Egyptij erant intantũ occupati circa sepelitionẽ primogenitorum suorum qui illa nocte mortui fuerant / quod obliti sunt repetere predicta bona. Tristitia etiam quã inde habebant adeo absorbebat spiritus eorum/ quod nõ sinebat illos de hoc cogitare aut reminisci. De hoc vide diligenter quod dicta sunt superius.s.tertio ca. sub tertia clausula. i. sol. ad septimũ dubium. Preterea non sequitur/ Egyptij nõ repetierunt ab Hebreis mutuata: ergo donauerunt eis/ quia permissio non facit donationem/ nec transfert ius rei: nisi forte in materia prescriptionis. Et notandũ/ secũdum August. et ponit in glo. ordi. quod hoc factũ fuit ante mortẽ primogenitorũ/ licet hic per recapitulationem ponatur.

¶ Secũdo Moyses describit ipsum exitũ filiorum Israel/ cum ait: Profectique sunt filij Isr'l.s. post hec omnia/ de Ramesse: id est vrbe quã edificauerant ipsi Pharaoni/ vt dictũ est supra.j. cap. quod alio noĩe dicta est Thebaida/ vt dicit glo. interli. Hec autem ciuitas est in terra Gessen: circa quẽ locũ vt dicit Petrus Comest. congregati fuerant filij Israel de alijs partibus Egypti in quibus nonnulli eorũ dispersi erant. Profecti ergo de Ramesse venerunt in Socoth/ qui est locus in via/ que ducit ad desertũ. Ibi aũt fecerunt primã mansionẽ filij Israel: vt dicit Hiero. de locis Hebraicis. Alij aũt dicũt hãc mãsionem fuisse secundã/ computantes primã mansionẽ predictã cõgregationẽ factã in Ramesse. Deinde describit Moyses numerũ populi cũ ait: sexcenta fere milia peditum virorum. i. vires habentium ad pugnandum. Unde subdit/ absque paruulis et mulieribus. Aliqui libri non faciunt mentionem de mulieribus: sed tantum de paruulis. Unde etiam Petrus Comest. nõ addit/ mulieribus. et huius varietatis ratio est: Nam paruuli (saltem potẽtia) sunt apti ad pugnandum: mulieres autem nec actu/ nec potentia. Sed vt dicit dominus Petrus de Pal. ad hoc posset dici/ quod per hoc quod dicit/ virorũ: excludit mulieres: vt vir est nomen sexus. Ut autem vir est nomen virtutis/ excludit senes/ qui nec actu/ nec potentia habent vires ad pugnandum: sed et

vulgus promiscuum: id est Egyptiorum eis adherentium, propter miracula visa in terra Egypti, innumerabile ascendit cum eis. Et sub hac multitudine comprehenduntur servi et ancille, vt dicit predict⁹ de Pal. Dicit etiam ꝙ vulg⁹ dicitur, de volo vis: et significat multitudinem in qua quilibet facit quod vult. Promiscuum autem, secundum eundē, a permiscendo dicitur. Unde vulgus dicitur promiscuum, quod est ex vtroqꝫ sexu permixtum. Oves et armenta ꝛc. Ista animalia hic ponuntur, quia ꝙuis pugnare non possint, pugnantibus tamen sunt auxilio: vt dicit interli. Coxeruntqꝫ farinam quam dudū de Egypto consparsam tulerant, ne si diu servaretur, cocta, putresceret ratione humiditatis. Per hoc autem ꝙ dicit, dudum: innuit filios Israel in Socoth moram traxisse: et fecerūt subcinericios panes, eo ꝙ nō hēbāt furnos. Addit autē azimos, quibus (vt dicit Petrus Comest.) vsi sunt. xxx. diebus, ꝛ vltra non suffecerunt eis: licet sub necessitate custodirētur, nec eis ad satietatem vescerentur. Subdit aūt rationem quare tunc vsi sunt azimis, cum ait: Neqꝫ enim poterant fermentari, scilicet predicti panes: cogentibus eos exire Egyptijs, et nullam sinentibus facere moram. Ac si diceretur, ꝙ si voluissent nō potuissent transgredi legem de comedendis azimis septē diebus, nec pulmentū: id est, alterius cibi ꝙ̄ panis quicquam ocurrerat preparare: id est, nō dabatur facultas. Consequenter Moyses ponit determinationem et prefixionem temporis liberationis filiorum Israel cum ait: Habitatio autem filiorum Israel, qua manserūt in Egypto, fuit quadringentorum triginta annorum. Qualiter autem istud intelligi debeat, declarabitur in solutionē dubiorum.

¶ Circa autem hunc textum mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium mouetur propter illud primū verbum: Tulit populus consparsam farinam antequam fermētaretur. Queritur ergo quomodo ista duo possunt coherere simul, scilicet ꝙ Hebrei tulerunt farinam cōspersam, id est commixtam aqua: que (vt dictum est) proprie dicit̄ pasta, ꝛ ꝙ hoc fecerint antequam dicta pasta fermentaretur, maxime cū pistores simul misceant aquam et fermentum cum farina. Quod autem resultat ex his tribus, dicitur fermentatū. Quamprimum ergo farina cōspergitur aqua, pasta illico fermentatur. Quomodo ergo potuit fieri, vt populus Hebreorum tulerit consparsam farinā antequam fermentaretur, cum exiuit de Egypto? Dicendum, ꝙ postquā farina est conspersa .i. aqua commixta, non statim fermentatur, nec statim virtus fermenti ibi operatur, sed requiritur aliquod tempus: vt spatio duarum horaꝝ aut plus, in quo pasta diligenter coopertata virtute fermēti intumescit ꝛ excrescit. Unde fermentum

tum dicitur de ferueo ferues. Qz si pri⁹ sumatur dicta pasta/ ꝙ̃ debite fermentet/ panis inde confectus non sapit naturã panis fermentati: sed azymi.i. dulcis. Sic autẽ fuit in proposito de filijs Israel. Nã postꝙ̃ consperserunt farinã vnusquisqꝫ in domo sua/ priusꝙ̃ debite fermentaretur/ compulsi sunt ab Egyptijs exire de terra illa. Qui volẽtes sibi prouidere de cibo/ eo ꝙ exituri erant de terra illa/ in qua habebant copiã farine/ ꝛ ignorabãt si cibos inuenirent in via/ quã facturi erant/ sumpserũt secum farinã consperſam/ priusꝙ̃ fermentaretur/ eo ꝙ nõ habuerũt spatiũ expectandi/ ꝙ fermentaretur perfecte ꝛ debite. Cum autem essent in via/ coxerunt dictam pastã/ ne de facili putresceret: vt dictũ est/ faciẽdo inde subcinericios panes/ eo ꝙ nõ habebant furnos ad coquendũ: vt dictum est.

¶ Secundum dubium oritur propter illud sequẽs verbum/ vbi dicitur: Et ligãs in pallijs posuit sup humeros suos. Sed nunquid habebant iumẽta super que poterant imponere huiusmodi pastam/ maxime cum dicatur in litera/ ꝙ habebant animantia diuersi gñis multa nimis. Stulte ergo se grauabant tali sarcina. Dicendũ/ ꝙ iumẽta eorum deferebãt supellectilem eorum/ atqꝫ paruulos ꝛ senes non potentes cõmode ambulare pedibus suis. Et ideo qui fortes erãt inter eos/ ꝛ robusti/ deferebant hmõi pastam quousqꝫ inde facti sunt subcinericij panes azimi: moderate tamen se inde onerantes.

¶ Tertium dubium oritur propter verbum illud in quo dr/ ꝙ Israelite petierũt ab Egyptijs vasa argẽtea ꝛ aurea/ vestemqꝫ plurimã. Queritur ergo/ quõ ꝛ sub quo titulo petierunt predicta: aut sub titulo mutui/ vel donationis? Secundum nõ est verisimile/ qꝛ non solẽt fieri donationes de talibus: et signanter psonis extraneis et multis. Si pmũ: ergo erãt duplices ꝛ mẽdaces ipso facto: quia vnũ habebãt in ore/ et aliud in corde: quia non intendebant talia restituere/ sed sibi retinere: put licite poterant/ dño ita concedẽte/ vt dixerat illis Moyses. Si ergo petierunt pdicta ab Egyptijs p modũ mutui siue pstationis/ fuerũt fieri et duplices. Insup ipso facto se obligabãt ad restitutionem/ quam non facientes cõtrauenerũt promisso ꝛ fidelitati. Insup ipsi Egyptij intendebãt ꝙ Hebrei qb⁹ tradebãt pdicta bona/ argẽtũ scz ꝛ aurũ/ atqꝫ vestẽ plurimã/ fideliter sibi illa restituerẽt. Hoc autem non fecerunt/ nec intendebant facere/ ergo deceperũt eos. Non licet autem primum decipere scienter/ et presertim in re notabili. Igitur. Dicendum/ ꝙ Hebrei petierunt predicta animo illa sibi retinendi/ ꝛ appropriandi: quibus talem intẽtionẽ Egyptijs nõ aperuerint/ sicut non tenebantur/ nec debuerunt: alias Egyptij non tradidissent eis predicta/ vt notũ est. De verbis autẽ quibus tunc vsi sunt/ nescimus que et qualia illa fuerint. Possum⁹ tñ verisimiliter opinari/ ꝙ vrbanice

locuti sūt, vitātes tamen omne mendaciū. Dominus autē qui dedit illis cōsilium petendi p̄dicta bona ab Egyptijs, et qui transtulit dñium in eos: posuit etiam in cordibus eorum quomodo et qualiter illa peterēt. Potuerunt etiam facere vocalem promissionem talia restituendi tēpore et loco: subintelligendo salua dei ordinatione et dispositiōe. Nec tenebantur hanc intentionem exprimere, quia nec etiam deus ita volebat, et pro causa vt dictum est. Subtili ergo medio, et subtilibus verbis quecunq̄ fuerint illa: spoliauerunt Hebrei Egyptios in die illa. Et hoc rationabiliter vt supra dictum est: tum quia occiderant paruulos suos ne multiplicarētur vlterius: tum quia oppresserant eos in operibus duris luti et lateris: tū qꝛ retinuerāt mercedem laborum suorum: tū quia ex talibus spolijs auri et argenti, atq̄ vestium preciosarū, volebat dominus tabernaculū sibi fiendū ornari et decorari: vt dicitur in sequentibus. xxv. ca. Dicit etiam Petrus Comest. q̄ Hebrei spoliauerunt Egyptios, vt inde fieret tabernaculum.

¶ Quartum dubium mouetur propter illud verbum: Dominus autem dedit gratiam populo coram Egyptijs, vt cōmodarent eis. Queritur ergo que et qualis fuit illa gratia quam dñs cōtulit populo Hebreorū? De hoc dictū est sufficienter supra. iij. cap. sub. iij. clausula, in fol. ad septimum dubium.

¶ Quintū dubiū mouet̄ propter illud verbum: Profectiq̄ sunt filij Israel de Ramesse in Sochot &c. Queritur ergo cur Egyptij non sunt eos insecuti et persecuti, sicut postea fecerūt quando submersi sunt: vt postea dicetur? Dicēdum, q̄ non sunt eos insecuti, propter multa. Primo quidem, quia vt dicit Petrus Comest. multi eorū tūc sepeliebāt mortuos suos. Secūdo vero, qꝛ Hebrei erāt in maxima multitudine, vt tangitur in litera, et optime armati. Quia vt dicitur in fine sequētis capituli. Armati ascenderunt filij Israel de terra Egypti. de hac tamē armatura dicetur postea peramplius. Pharao autē nondū fecerat cōgregari exercitū contra eos. Multi etiā Egyptij penitebant de eo q̄ fuerant eis ita crudeles.

¶ Sextum dubium mouetur propter illud verbum: Sed et vulgus promiscuum innumerabile ascēdit cū eis. Cōtra hoc potest sic instari. Sacra scriptura non debet continere aliquā falsitatem: quia si aliqua falsitas in ea reperiretur: tunc vbiq̄ esset de falsitate suspecta, secundū Augustinum, qui lib. vij. confess. dicit sic: Si alicubi falsa esset sacra scriptura: omnia periclitarētur mendacio, neq̄ in illa vlla fidei salus generi hūano remaneret. Itē ad Hieronymū scribens epist. ix. ait: Si inquit ad sacras scripturas admissa fuerint officiosa mendacia: quid in eis remanebit authoritatis? Patet ergo q̄ sacra scriptura non debet cōtinere aliquā falsitatē. Sic est aūt q̄ falsum est, q̄ innumera-

numerabilevulgus pmiscuum ascēderit de Egypto cū Hebreis: eo φ nullū vulgus est innumerabile: dicente de domino scriptura Sap.xj. Omnia i mensura ꝛ numero ꝛ pondere disposuisti. Igitur dicendum: φ aliquā multitudinē esse innumerabilē potest intelligi dupliciter: vel simpliciter: vel secundum quid: et quo ad homines: siue quia non potest faciliter numerari. Primo modo nulla multitudo est infinita. Sed bene secūdo modo: sicut patet de guttis aque magne. Item de granis arene que est in littore maris. Item de stellis celi. Unde Abrahe dixit dominus Gen̄.xv. Numera stellas celi si potes: sic erit semen tuum. Predicta igitur multitudo vulgi dicta est innumerabilis: nō simpliciter: sed quia de facili numerari non posset.

¶Septimū dubiū mouetur pꝛopter illud verbum: cogentibus exire Egyptijs. Huius contrarium videtur posse trahi ex predictis. Dictum nēpe est supra xj.ca. φ Moyses dixit ad Pharaonem. Descendent oēs serui tui isti ad me: ꝛ adorabunt me dicētes: Egredere tu: ꝛ omnis populus q̄ subiectus est tibi. Post hec egrediemur: supple quasi rogati: ꝛ quasi spōtanee. Quomodo ergo egressi sunt filij Israel cogentibus exire Egyptijs: vt hic dicitur? Dicendum: φ ly cogentibus: non debet accipi stricte: sed satis large: vt idem sit qđ instanter rogare et precari. Sic enim accipitur cogere Gen̄.xix. cū dicitur de Abraham inuitante angelos ad hospitium: φ compulit eos oppido: id est valde supplicando: non molestiam: aut violentiam inferendo.

¶Octauum dubium mouetur propter illud verbum: Nec pulmenti quicquam occurrerat pparare. Queritur ergo: quare Hebrei non ita bene coxerunt pulmētum: et signanter pro paruulis suis: sicut panes subcinericios? Eque enī diligenter vtrūque preparari poterat. Dicendum: φ adeo timebant sequelā inimicorum suorum Egyptiorū: φ de preparatione pulmenti nō curabant: cum nō esset cibus simpliciter necessarius: sed tantum de preparatiōe panis: tanφ necessarij cibi ad sustentationem humane vite. Paruulis autem nondum valentibus comedere panem: prouisum est per vbera matrum.

¶Nonū dubiū est: de numero annorū quibus filij Israel manserunt in Egypto. Hic enim dr φ ibi manserūt quadringētis triginta annis. Gen̄. autē. xv. non ponuntur nisi quadringēti anni. Sic enim ibi dixit dn̄s ab Abrahā: Scito precognoscens: φ peregrinū futurū sit semen tuū in terra non sua: et subijcient eos seruituti: ꝛ affligent quadringētis annis. Itē Actuū.xiij. ponitur alius nūerus annorum. Nā ibi Paulus loquens dicit: φ deus quasi post quadringentos quinquaginta annos destruēs gentes septem in terra Chanaan: sorte distribuit populo Hebreorum terrā eorum. Ad hoc dubium respōdet dn̄s Petrus de Pal. allegādo August. in glo ordi.

⁊ ponit͛ originaliter sup Exodū. q.xlvij. q̄ illi anni nō sunt cōputandi ab ingressu filiorum Israel in Egyptū: vt ibi sufficiēter probat͛. Sed iste numerus incipiendus est (secundum doctores catholicos) a tēpore quo Abraham recessit de Arā ad veniendū in terrā Chanaan/ in qua ipse ⁊ filij eius habitauerūt pegrini vsq̄ ad descensum in Egyptū. Uel vt alij clarius dicūt/ computādi sunt dicti.ccccxxx.anni (cōformiter ad Eusebiū ⁊ August. vt habetur in gl. ordi.) a promissione facta Abrahe: quando quidē dictum est illi a dño Gen.xij. Egredere de terra tua ⁊c̄. Sequitur: ⁊ veni i terrā/ sup. Chanaan. Quia secūdū Augustinū vbi supra Apost. Gal.iij. cum fidem Abrahe commendaret in ea promissione qua tūc promisit ei deus q̄ benedicerētur in eo omnes tribus terre: hoc autē (iquit) dico testamentum cōfirmatū a deo/ q̄ post.ccccxxx annos facta est: nō irritū facit ad euacuandam promissionē. Item alia litera quam habet hic August. dicit/ q̄ incolatus filiorum Israel in terra Egypti/ ⁊ in terra Chanaan/ ex quo scilicet a predicta promissione peregrinari ceperunt patres eorū in terra Chanaan: ⁊ postea dicti filij i Egypto vsq̄ ad regressum eorum in terrā Chanaan/ ⁊ liberationem totalem de Egypto/ ascendit ad predictū numerū annorū qui ponit͛ in litera. s. ccccxxx. Hoc autem diffuse probāt Eusebi⁹ et August. ⁊ multi postillatores post eos/ p supputationē annorum etatū hominū p quos deducit͛ genealogia filiorū Israel: incipiendo ab Abrahā/ vsq̄ ad dictum exitū de Egypto. Petr⁹ aūt Comestor dicit dictos annos fluxisse vsq̄ ad legē datā. Quā quidē supputationē breuitatis gratia pertransco. Habitatio ergo filiorū Israel qua māserunt in Egypto/ non fuit secūdū totū illud tēpus de quo fit hic mentio: sed tm̄ secundū magnā partē illius. Modo totū frequēter denominat͛ a maiori parte. Josephus autē ad ppositū loquens dicit sic: Reliquerunt patres nostri Egyptū post annos triginta ⁊ quadringentos q̄ pater noster Abrahā venisset in Chananeā. Post Jacob autē aduentum in Egyptum/ anno ducētesimo ⁊ quinto. Hec ille in forma.

¶ Decimū dubiū/ ⁊ quod orit͛ ex verbis immediate pcedentibus tale est: Cū filij Israel tā pauco tēpore steterūt in Egypto. s. ducētis quinq̄ annis secundū Josephū: essentq̄ tunc pauci/ q2 vt dicit͛ Deute.x. dñs dixit ad Moysen vt hoc diceret populo. In septuaginta animab⁹ descenderunt patres tui in Egyptū. Acruum tamen vij. ponunt͛ septuaginta quinq̄. Quādo aūt inde exierunt erāt sexcēta fere milia virorū pedituū absq̄ paruulis ⁊ mulierib⁹/ vt dicitur in presenti litera. Uerisimile est autem/ q̄ dicti paruuli ⁊ mulieres erant in maiori numero/ etiam notabiliter. Mirum est ergo quō in tā pauco tpe potuerūt talr̄ multiplicari. Et dicēdū/ q̄ hoc factum est ex speciali dei gr̄a. Unde in

Deut.

Deut. vbi supra sic addit: Et ecce nũc multiplicauit te dñs de⁹ sicut astra celi. Sic em̃ ꝓmiserat ipse dñs Abrahe Gene. xv. dicens: Suspice celũ et numera stellas si potes: et dixit ei: Sic erit semẽ tuum. Augu. etiã postꝙ diffuse ostẽdit in q̃stionibus sup Exod. q. xlvij. ꝙ ꝑdicti anni quadringenti triginta sunt accipiendi ab exitu Abrahe de Aram / et aduẽtu i terra Chanaan / vsqꝫ ad exitũ filiorũ Israel de Egypto: tãdem ad propositum dubij precedẽtis dicit sic: Restant centũ quadraginta quatuor vel quinqꝫ anni: quib⁹ intelligit seruisse i Egypto populus Israel post mortẽ Joseph. His annis quãtum multiplicari potuerit si fecũditas hominis cõsideretur: adiuuãte illo q̃ voluit eos valde multiplicari: reperitur non esse mirũ ꝙ a sexcẽtis milibus peditũ egress⁹ est ppl's ex Egypto: excepto cetero apparatu / vbi et seruitia erãt / et sexus mulierbus et ĩbellis etas. Hec ille.

¶ Vndecimum dubium mouetur propter illud vltimũ verbum presentis clausule / quo dicitur: Quib⁹ expletis / eadẽ die egressus est oĩs exercit⁹ dñi de terra Egypti. Querit̃ ergo ad q̃d refert̃ ly eadẽ die. Dicẽdũ / ꝙ nõ refert̃ ad ingressum Egypti. Ita ꝙ eadẽ dies reuolutis tot ãnis fuerit igress⁹ et exit⁹. Sed refert̃ ad egrediẽtes / q2 oẽs simul egressi sũt eadẽ die.

¶ Duodecimum dubium oritur propter illud idem verbũ / eadem die egressus est: et cetera. Huius contrarium potest trahi ex illo verbo quod sequitur: Nox ista est obseruabilis domini / quando eduxit eos de terra Egypti. Q2 si de nocte / ergo non eadem die egressus est populus de terra Egypti. Dicendum / ꝙ vt dicit Petrus Comestor / intelligendum est nocte eductos / id est ad mane egrediendum ab Egyptijs fuisse nocte compulsos. Mane ergo egressus est populus / cui etiam preceptum fuerat / ꝙ nullus egrederetur ostium domus sue vsque mane: sed nocte se disposuit ad egrediendum. Vel dic / ꝙ forte nocte ceperunt egredi. Sed egressus tante multitudinis nõ potuit nocte consummari / propter quod aliqui de die exiuerunt. Potest etiam dici / ꝙ hic sumitur dies pro die naturali: qui habet vigintiquatuor horas: et per consequens comprehendit diem artificialem et noctem.

¶ Decimumtertium dubium oritur circa idem vltimum verbũ presentis clausule: quomodo scilicet potuit fieri / ꝙ omnis exercitus domini egressus sit de Egypto vno et eodẽ die: maxime cum multi Hebrei essent dispersi per terram Egypti ad manualiter operandum et lucrandum vitam suã. Pro solutione huius dubij notandũ ꝙ postꝙ Pharao dixit Moysi: Recede a me / et caue ne vltra videas faciem meam. Quocunqꝫ die apparueris mihi / morieris: vt dictũ est ĩ fine decimi cap. precedẽtis. Moyses respondit ei: ita fiat vt locutus es: et sic ab eo recessit. Intelligens ergo Moyses / ꝙ

cor Pharaõis esset omnino obstinatũ & implacabile, significauit omnibus Hebreis dispersis p Egyptũ regis implacabilẽ animũ: & ideo q vnusquisq eorum se disponeret venire in Ramessen: q erat in terra Gessen: in qua etiã erãt multi Hebrei: & q ibidẽ luna quartadecima essent facturi suũ pascha. Itẽ q in recessu suo peterent a vicinis suis vasa argẽtea & aurea: vestesq plurimã: vt decentius possent facere suũ pascha. De voluntate aũt dñi: qui mouet corda hominũ prout vult: factũ est vt Egyptij libẽter annuerint petitioni eorũ. Quo facto se disposuerũt Hebrei venire versus dictã Ramessen: nullusq in via illis ꝓstabat impedimẽtũ. Cũq dicta luna decimaquarta oẽs hebrei: vbicũq prius dispersi: vna cũ Moyse & Aaron côuenissent in Ramesse ciuitate magna: et in cõfinibus illius aduesperascente iam die celebrauerunt suũ pascha: prout fuerat illis imperatum a dño per Moysen. Et ecce noctis medio venit angelus exterminator: q percutiẽs domos in quarũ postib⁹ non erat conspersus sanguis agni immolati: occidit subito primogenita Egypti: ab homine vsq ad pec⁹: nedũ in terra Gessen: sicut in ciuitate Ramesses in qua erãt Hebrei cõgregati: & multi Egyptij qui ibi erant pro tuitione ciuitatis: que erat clauis Egypti ex illa parte: verũetiã idẽ operatus est per totã Egyptũ. Unde dicit̃ in presenti ca. q in noctis medio pcussit dñs oẽm primogenitũ i terra Egypti: nõ faciẽs plus mẽtionẽ de terra Gessen: aut de ciuitate Ramesses: q̃ de reliqua parte totius terre Egypti: q̃uis ibi nullus vlterius esset Hebre⁹: nec etiam sanguis agni aspersus ibi videbatur: sicut in Ramesse. Exterminatis ergo sic generaliter omnibus primogenitis Egyptijs: nemine percusso de populo Hebreorũ: noctis medio dicti Hebrei disposuerunt se ad recessum: & mane facto ceperunt viã peragere de Ramesse in Sochot. Utrũ aũt Pharao tũc esset in Ramesse: videt̃ q sic: qr in litera dicit̃ q postquã primogenita Egypti mortua sunt: etiã a primogenito regis: vsq ad primogenitũ captiue: q erat in carcere: hoc videns Pharao: vocatis Moyse & Aaron nocte ait: Surgite egredimini a populo meo vos: & filij Israel. Nõ desunt tamen qui dicunt: q hoc iussit non in propria: sed per seruos suos: et q erat corpore absens. Tunc aũt Egyptij cũ tãto desiderio eijciebant Hebreos de terra sua: q obliti sunt repetere vasa argẽtea & aurea: atq vestes quas illis mutuauerãt: dño ita volente. Erat autẽ mirabile in oculis Egyptiorũ videre Hebreos in tanta multitudine exeuntes: ita vt essent sexcenta milia virorũ absq mulierib⁹ & paruulis: quorũ numerus erat multo maior: nõ dubiũ. Cũ q̃b⁹ etiã exiuit vulgus ꝓmiscuũ innumerabile: vt dr̃ in litera: sed istud a dño factũ est: qui voluit q vna & eadẽ die oẽs recederent: ne si qui remanerent post alios opprimerent̃ ab Egyptijs.

ptijs. Et sic patet satis diffuse ad decimūtertium et vltimum dubium.

¶ Moraliter et primo / nota cō formiter ad dn̄m Petrū de Pal. iuxta illud primū verbū: Tulit igit populus ↄspersam farinā / ꝙ sicut filij Jsrl' triplici cibo pasti sunt: ita et nos triplici cibo pasci debem⁹ / vt sic de Egypto vitioꝝ egredi possim⁹. Primo cib⁹ / est panis subcineritij penitentie. Secūdus / est mānā verbi diuini. Terti⁹ est fruct⁹ terre promissionis: p quē intelligit dulcedo cōtemplationis. Quantū igit ad primū (de quo hic agit) Notandū / ꝙ exiēs de Egypto. i. de pctō / debet portare farinā de fructibus Egypti confectā. Fructus Egypti sunt peccata / illue mala opera / de quibus debem⁹ facere farinā. i. peccata ad memoriā reducere / et reducēdo / illue retractādo per contritionē cōminuere. Debet etiā huiusmodi farina esse consperſa. i. aqua conglutinata p effusionē lachrymarū pro peccatis in cōfessiōe. Hinc Threno. ij. dicit / Deduc quasi torrentē lachrymas p diem et noctē: nō des requiē tibi / neqꝫ taceat pupilla oculi tui. Insup debemus hanc farinā siue pastam portare in humeris nostris p satisfactionē de peccatis nostris. Denīqꝫ de hac farina factis panib⁹ subcineritijs / per recordationem cōditionis nostre / que fragilis est et mortalis / debemus nos reficere / cōsiderantes ꝙ puluis sumus / et in puluerē tandē reuertimur: vt dicit Gen. iij. Item Eccl's. xij. Et sic patet de primo cibo quo spiritualiter pasci debemus. De alijs aūt duob⁹ dicet (deo duce) in locis suis.

¶ Moraliter et secundo / iuxta illō: Tulit populus cōspersam farinā anteꝙ fermentaret. Notādū / ꝙ per filios Jsrael / q exeunt de Egypto / vt peregrinētur in terrā promissionis: designant deuoti catholici / qui volunt trāsire de hoc seculo neqꝫ in celū. Tales igit debent facere tria ꝗ fecerūt filij Jsrael: quando transierūt de Egypto versus predictā terrā. Primo nempe debent abijcere fermētum totius malitie et nequitie / dicente Apo. j. Cor. v. Expurgate vetus fermentum. i. omne peccatū / et hoc per bonā et verā confessionē. Hoc aūt notatur cum dicit de filijs Jsrael / ꝙ tulerunt conſperſam farinā. Secundo debent comedere azymos panes. i. suscipere deuote altaris sacramentū / de quo subdit Apostolus vbi supra: itaqꝫ epulemur in azymis sinceritatis / et veritatis. Hoc etiā notatur cū dicit / ꝙ filij Jsrael fecerunt subcineritios panes azymos / de quibus comederūt in via. Tertio debent implorare humiliter / siue per se / siue per alios dei misericordiam et gratiā / necnon et merita sanctorū / siue p̄ces eoꝝ apud dn̄m. Hinc est ꝙ in letanijs ꝗ dicunt pro agonizantibus: qn̄ dat eis sacramentū extreme vnctionis / oram⁹ dicētes: Pater de celis de⁹ / miserere ei. Fili redēptor et c̄. Sācta Maria / ora p eo. et c̄. Itē in applicatiōe dicti sacramenti

menti solet minister dicere: Per istā vnctionē/ et suā sanctam ac piissimā misericordiā indulgeat tibi de⁹ quicqd deliqsti per visum: et sic de aliis sensib⁹ corporis. Hoc etiā designat/ cū dr: ꝙ filii Israel petierunt ab Egyptiis vasa argentea et aurea/ vestēqꝫ plurimā. Quia enī sancti non sunt equalis meriti apud deū: hinc est ꝙ possumus habere maius suffragiū et auxiliū ab vno/ ꝙ ab alio. Et hoc notaf per vasa argentea et aurea: atqꝫ vestes.

¶ Moraliter et tertio/ iuxta illud: Profectiqꝫ sunt filii Israel de Ramesse in Socoth. Notādū ꝙ Ramesses interpretaf malitia de tinea/ Sochot autē iterpretaf tabernacula. Quid est ergo/ ꝙ prima habitatio siue statio filiorꝫ Israel/ egredientiū de Egypto/ facta est in Ramesse: nisi ꝙ ille q̄ vult egredi de Egypto vitiorꝫ/ debet primo egredi de tēporali cupiditate/ cōtemnēdo tēporalia/ et signanter aurū et argentū q̄ demoliunf a tinea: iuxta Christi verbum. Mat. vj. Hinc idem Christus ait Mat. xix. Si vis perfectus esse / vade et vende omnia que habes / et da pauperibus / et habebis thesaurum in celo/ et veni sequere me. Item Mat. vj. Nolite (inquit Christ⁹) vobis thesaurizare in terra/ vbi tinea demolif. i. diabolus: q̄ vt dicit ibi glo. ordi. sicut tinea latēter depascit / et sine sono damnū facit/ q̄ statim puocaf cū primo qs egreditur de Egypto vitiorū. Sochot autē/ q̄ vt dictū est/ interpretatur tabernacula/ significat illa tabernacula celestia / de quibus Psal. ait: Quā dilecta tabernacula tua dñe virtutū. Debem⁹ itaqꝫ recedere de Ramesse / p contemptū mūdi/ et bonorꝫ tēporaliū q̄ i eo sunt: et cū omni festinatione tendere in dicta tabernacula p affectū: vt tandē possimus illuc ascendere et puenire p effectū. Sic enī olim fecerunt Christi apostoli/ et eorū sequaces. Propter qđ legitur Mat. xix. ꝙ cum dicti apostoli dixissent Christo (saltim Petr⁹ pro omnibus) Ecce nos reliquimus omnia/ et secuti sumus et c. Quid ergo erit nobis? cōtinuo Christ⁹ respōdit dicēs: Amen dico vobis: ꝙ vos q̄ secuti estis me/ in regeneratiōe cū sederit filius hominis in sede maiestatis sue/ sedebitis/ et vos super sedes duodecim iudicātes duodecim tribus Israel et c. Itē ad ppositum dr Luce. xvj. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis: vt cū defeceritis/ recipiāt vos in eterna tabernacula.

¶ Moraliter et quarto/ notandū/ ꝙ Ramesses (q̄ vt dictū est) interpretaf malitia de tinea: designat statū aduersitatis. Nā et mūdana aduersitas ad modū tinee rodit hoiem. Sochot aūt statū psperitatis indicat / eo ꝙ tabernacula interpretaf. Illi ergo trāseūt de Ramesse i Sochot/ q̄ de aduersitate trāseūt in psperitatē. Illi vero redeūt de Sochot in Ramessen/ q̄ ecōtra de prosperitate transeūt in aduersitatē. Primos reputat mundus felices / secūdos vero infelices. Cum tamen Senec. lib. j.

lib. i. de prouidentia dicat: Nihil mihi videtur infelicius eo cui nihil vnq̄ euenit aduersi. Et iterũ post pauca. Semper (inquit) esse felicẽ / & sine morsu animi transire vitã / est ignorare rerum alteram partem. Magnus es vir: sed vnde scio si fortuna non dat tibi facultatem exhibende virtutis? Descẽdisti ad Olympia / sed nemo p̄terte: coronã habes / victoriã non habes. Et post pauca: Miserum te iudico / q̄ nunq̄ fuisti miser: transisti sine aduersario vitã: nemo sciet que tu potueris: ignis aurum probat / miseria fortes viros / supple p̄bat. Hec ille. Cũ timore ergo transeundum est de Ramesse in Sochot / id est de aduersitate in prosperitatem huius seculi: q2 prosperitas mundana sepe p̄sternit / quos aduersitas p̄sternere non valuit: vt dicit Boetius / de cõsol. lib. ii. p̄sa. viii.

¶ Moraliter et quinto / iuxta illud: Coxerũtq3 farinam quã dudum de Egypto cõspersam tulerant / & fecerunt subcinericios panes azymos. Notandũ q̄ farina est natura humana / quam dudum a parentibus nostris conspersam non quidem aqua munda / sed corrupto et immundo cruore suscepimus / dicente scriptura Sapien. vii. Sum quidem & ego mortalis / homo similis omnibus / & ex genere terreno illius qui prior factus est: & in ventre matris figuratus sum caro / decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine / ex semine hominis et delectamento somni cõueniente. Et ego natus accepi communem aerem / & in similiter factam decidi terram / et primam vocem similem omnibus emisi plorãs. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium: quia vt dicit Boetius de cõsolatione libro tertio / metro. vi. Omne hominũ genus in terris / Simili surgit ab ortu. Debemus autem hanc farinam sic conspersam coquere / per considerationem ignis infernalis / secundum illud Psalmiste: In meditatione mea exardescet ignis: & inde facere subcinericios panes / per recordationẽ mortis / que quidem recordatio multum p̄dest omni penitẽti: iuxta quod scriptum est Ecclesiastici. vii. Memorare nouissima tua / et in eternum non peccabis.

¶ Moraliter et sexto: iuxta illud: Neque poterant fermentari / cogẽtib9 exire Egyptijs / sciendum / q̄ per fermentum quod est asperum et amarum / designatur penitentia / que debet esse dura corpori / et amara cordi: iuxta illud Esa. xxxviii. Recogitabo tibi omnes annos meos / id est oĩa peccata mea / in amaritudine anime mee. Et Deuteronomij. xxv. pro mensura delicti erit et plagarum modus. Item Apocali. xviii. Quantum glorificauit se / et in delitijs fuit / tantum date ei tormentum et luctum. Per Egyptios autem impedientes fermẽtationem / possunt intelligi demones / qui bene dicuntur Egyptij / id est tenebrosi: q2 nõ satis est eis / q̄ i tenebris culpe & pene habitent / verum etiã hoĩes ad easdẽ tenebras..

q̃tum possunt/inducunt ꝛ tra= hũt. Tales ergo Egyptij(quã tum in eis est)impediũt fermẽ= tationem.i.dolorem de pecca= tis/libenterq̃ cogerent homi= nem peccatorem exire de p̃sen ti vt damnaretur cum illis si il lis daretur facultas a dño/qui pro magnitudine misericordie sue/dat post peccatum locũ pe nitentie. Ps. Venit tempus mi serendi eius/venit tẽpus. Ecõ= tra autem predicti Egyptij nõ expectant nisi horam exitus a= nime peccatricis ab humano corpore/vt rapiant eam. In cu ius figuram legitur Apoc. xij. ꝙ mulier habens in vtero/ cla= mat parturiens/ ꝛ cruciatur vt pariat. Isti sunt dolores mor= tis. Et ecce draco magnus ste= tit ante mulierem que erat pa ritura/vt cum peperisset/ deuo raret filium eius.i.spiritum hu manum cum contingit ip̃m se= parari ab humano corpore. Ec ce violentiã quam faciũt Egy= ptij illi infernales Israelitis.i. animabus cum separantur et exuuntur a suis corporibus.

¶ Allegorice ꝛ primo/farina conspersa/sed nondũ fermẽta= ta/est lex vetus adhuc imperfe cta/quia non iustificat. Nondũ enim venerat ille q̃ se fecit fer= mentum pro nobis/ patiẽdo a= mara/ꝛ qui habitu inuẽtus est vt homo. Philip.ij.id est/in si= militudinẽ carnis peccati. Tu lit igitur olim populus Iudai= cus conspersam farinam/ id est legem imperfectam/sed dispo= nentem ad perfectionem/sicut figura ad veritatẽ/ꝛ vmbra ad lucem/ ꝛ dictã farinam ligans in pallijs posuit sup̃ humeros suos/se illi subijciens ꝛ dicẽs: infra.xxiiij.ca. Omnia verba q̃ locutus est dominus/ libenter faciemus. Et in p̃senti textu di citur: Fecerũt filij Israel sicut preceperat dominus. Tũc er= go populus ille Iudaicus liga uit in pallijs conspersam fari= nam anteq̃ fermẽtaretur/atq̃ posuit sup̃ humeros suos/ quã= do facto ꝛ opere impleuit legẽ veterem.

¶ Allegorice ꝛ secundo: iuxta illud: Et petierũt ab Egyptijs vasa argentea ꝛ aurea ꝛc. No= tandum prout tangitur in glo. ordi.ꝛ interli. ꝙ per vasa argẽ tea et aurea atq̃ vestes/possu= mus intelligere sciẽtias huma nas/ quarum inuẽtores fuerũt pagani ꝛ infideles. Quẽadmo= dum ergo licite acceperũt pre= dicta vasa ab Egyptijs/ꝛ inde fabricauerũt tabernaculũ do= mini: ita et hodie catholici le= gunt licite sciẽtias humanas/ quarum forte inuentores nunc sunt in inferno: vt referamꝰ sa= pientiam ꝛ eloquẽtiam earum ad cultum sacre pagine: vt no= tatur in decretis.distin.xxxvij. legimꝰ. De hoc vide que dicta sunt in preced.c.sub vnica clau sula.in.ij. expositi.allegorica. Notãter autem subditur ꝙ do= minus dedit gratiam Hebreis coram Egyptiis vt commoda= rent eis: quia cum omnis scien tia sit a domino deo/nihil pos= semus ab Egyptijs impetrare/ nisi per gratiam dei. Spoliãdi sunt ergo Egyptij/ vt ditentur Hebrei/id est Christiani/q̃ ho= die vident deum per fidem/vbi cetere natiões sunt excecate in infidelitate sua. Ps. Non fecit/

supple

supple dñs: taliter omni natio ni: et iudicia sua &c. Qui ergo tales sint spoliandi vt dicãtur catholici: sequens docet figura. Legitur enim .ij. Reg. viij. quod mortuo Saul: tulit Dauid arma aurea et argentea que habuit Saul: et tulit in Hierusalem: et es multum nimis: de quo fecit Salomon omnia vasa templi. Saul interpretatur vanitas: et significat scientiam Ethnicorum: id est philosophorum: que vana est et ad vanitatem tendit: et que etiam curiositatem continet. Dauid autem: qui tulit arma Saul: significat doctum fidelem: qui nouit arma .i. subtiles rationes: et sententias naturales: quas applicat et retorquet ad morum honestatem: et quandoque ad fidei pietatem. Ecce quomodo Salomon de his vasa templi edificat: cum scilicet sacram paginam ex flosculis sententiarum gentilium exornat.

¶ Allegorice et tertio: et conformiter ad dominum Petrum de Pal. vasa Egyptiorum sunt boni doctores et predicatores: vt Augustinus: et alij qui de gentibus sunt conuersi: quos dñs conuertendo edificauit: et postmodum ipsi sua doctrina alios edificauerunt. In cuius figuram legitur Josue .vj. quod expugnata ciuitate Hierico: precepit dñs dicens: Quicquid auri et argenti fuerit in ea: et vasorum eneorum: ac ferri: dño consecretur: repositum in thesauris eius. Sic et in thesauro dñi reponendi sunt illi doctores: qui aliquando fuerunt extra ecclesiam numero et merito: sed postmodum ex speciali gratia repositi sunt per sacrum baptismum intra ecclesiam: vtroque modo predicto: vna etiam cum doctrina eorum priusque susciperent fidem: quantum ad id in quo bene dixerunt.

¶ Anagogice: Per hoc quod populus Hebreorum volens recedere de Egypto tulit farinam conspersam: significatur quod gloriam celestem debet precedere meritum quamdiu homo est in via. Per vasa autem argentea et aurea et vestes: que omnia petierunt Hebrei ab Egyptijs: designatur quod ad illam celestem gloriam (que comparatur auro et argento atque vestibus solennibus) homo ex proprijs meritis non potest peruenire: sed principaliter ex gratia dei: iuxta illud Ro. vj. Gratia dei vita eterna. Item et secundario per inuocationem meritorum sanctorum dei. Quod autem dicitur: quod Hebrei spoliauerunt Egyptios: intelligendum est (secundum quosdam doctores) quod homines assumuntur in celo ad illas sedes syderes quas occupassent angeli mali si non peccassent: et per consequens quod tot homines saluabuntur: quot angeli mali ceciderunt. Qui quidem numerus electorum significatur per illam multitudinem virorum qui in presenti clausula et textu numerantur: absque tamen paruulis .i. innocentibus: et mulieribus: que si bene vixerint in presenti: non erunt exules a tanta gloria in futuro: quia non est acceptio personarum apud deum: sed in omni gente qui timet deum: et operatur iustitiam: acceptus est illi: vt dicit Petrus Apost. Actu. x. Et nota quod ibi ponitur numerus finitus electorum in figura pro infinito. Uel forte ad designandum quod figura semper

per deficit a veritate.

¶ Sexta clausula.



Ox est ista obseruabilis dñi/quando eduxit eos de terra egypti. Hãc obseruare debẽt omnes filij Israel i gñationibus suis. Dixitq; dominus ad Moysen/ et Aaron: Hec est religio phase. Ois alienigena non comedet ex eo. Omnis autem seruus emptitius circumcidetur/ et sic comedet. Aduena et mercennarius non edent ex eo. In vna domo comedetur/nec efferetis de carnibus eius foras:nec os illius cõfringetis. Omnis cetus filiorũ Israel faciet illud. Qz si quis peregrinorum in vestrã voluerit transire coloniam/et facere phase dñi/circumcidetur prius omne masculinum eius/ et tunc rite celebrabit: eritq; sicut indigena terre. Si quis autẽ circumcisus non fuerit/non vescet ex eo. Eadem lex erit indigene et colono/q peregrinatur apud vos. Feceruntq; omnes filij Israel sicut preceperat dominus Moysi et Aaron/et eadem die eduxit domin9 filios Israel de terra Egypti per turmas suas.

¶ Historialiter. Postq; in pcedẽti clausula eximius ille propheta Moyses egit de dispositione exitus filiorum Israel de terra Egypti. Hic consequenter agit de religione phase/et de memoria illius. Et primo loquitur de sacratissima illa nocte in qua occisis pmo genitis tam hominum q; iumentorum populi vniuerse terre Egypti/ saluata sunt omnia primogenita filiorum Israel. Insuper ipsa eadem nocte eduxit dominus (saltim preparatiue) et mane facto executiue/dictos filios Israel de terra Egypti. Propter quod ad perpetuam rei memoriam/ dixit: Nox est ista obseruabilis domini: id est/diuino cultui dedicata/ et ppetuo decanda/quando eduxit dominus filios Israel de terra Egypti/ scilicet preparatiue: vt dictum est immediate. Hãc igit merito obseruare debent in generationib9 suis filij Israel/ id est/vna gñatio post aliam: Hec est religio phase. Religio a religando dicitur. Et quia p cultum diuinum cuiusmodi est festum pasche/homines religantur deo:hinc est q festũ paschale recte vocatur religio phase: Omnis alienigena non comedet ex eo. Alienigena dicit ille/qui est filius alieni/ scilicet quantum ad cultum: quales erant Egyptij/et cetere aliẽ nationes respectu filiorũ Israel: Omnis seruus emptiti9 circũcidetur: et sic comedet. Ne ergo crederet/q ratione emptionis deberet admitti ad phase/specialit addit q talis seruus pus circumcidatur: Aduena et mercẽnarius non edent ex eo. Aduena dicebatur/ qui ex aliena gente veniebat ad manendum inter Judeos. Mercennarius autem dicebatur gentilis/seruiens in domo Judei pro mercede. Ne ergo crederetur/ q pter talem cohabitationẽ cũ Judeis tales possent recipi ad esum agni paschalis/dominus eos specialiter excludit/ et excludẽdos mãdat Moysi. Hoc tamen

tamen intelligitur q̄diu tales sunt extra ritum Judeoꝝ. Q̄ si transeant ad fidem ⁊ ritum Judeorum, tūc sunt admittendi. Ideo subdit: Omnis autem seruus emptitius circūcidetur: et sic comedet. Nam sicut hodie nullus est admittendus ad sacramētum altaris, siue ad q̄dcunq̄ aliud sacramentum, nisi primum fuerit baptizat⁹, eo q̄ baptisma est ianua alioꝝ sacramentorum: ita nec antiquitus tēpore legis aliquis admittebatur ad esum agni paschalis qui non fuisset circuncisus. Differūt ergo alienigena ⁊ aduena: quia alienigena dicebatur, qui veniebat inter Judeos ad trāseundū, vt sunt mercatores. Aduena aūt qui veniebat inter eos ad inhabitādū. Et hi duo populi nō debebāt admitti ad esum agni paschalꝭ: vt habetur in litera. Nec similr̄ mercennarius.i. paganus, q̄ ꝓ mercede seruiebat Judeis. Sequitur: In vna domo comedet: nō tamē licebat comedere agnū i stabulo aut horreo, siue cellario, nec similiter in campo aut orto, siue viridario, sed in domo ꝑncipali ⁊ honesta. Nec afferetis de carnibus eius foras, scʒ ipsas ꝓiciēdo ad canes, siue sup̄ fimū. Sed si q̄d supfuerit de ipso agno, igne cōburet: vt dictū est in prima clau. hui⁹ cap. Nec os illius ɔfringetis, ⁊ hoc ꝓpter mysticā rationē: vt postea dicet. Sed hm̄oi ossa similiter cremāda erant. Uel ita precepit dn̄s in memoriā q̄ q̄n Judei primū comederūt agnū paschalē in terra Egypti, erāt in tanta solicitudine ꝓparandi se ad exitū, q̄ non vacabat eis discurrere de domo in domū: nec similiter frāgere ossa agni ad extrahēdū inde medullam. Quod autem subditur: Omnis cetus filiorum Israel faciet illud, nō est intelligendū q̄ omnes Judei simul collectiue deberent facere phase: sed diuisiue accipiendum est.i. quelibet dom⁹ seorsum, dūmodo essent decē persone in ea, et potēs ad comparandū agnū. Alias plures domus debebāt se iungere in vnū, ⁊ simul facere suum pascha: vt dictum est supra: Q̄ si quis peregrinoꝝ.i. illorū q̄ nō sunt de lege vestra, siue de ritu et religione: in vestrā voluerit trāsire coloniā.i. religionē cultum aut fidem, et facere phase dn̄o.i. immolare agnū paschalem: circuncidetur prius omne masculinū eius. Nō sufficit ergo q̄ talis in ꝑsona sua circuncidat, vt possit admitti ad esū agni: verū etiam requiritur, q̄ omnes masculi ad eū ptinētes ꝑus circūcidāt. Postmodū aūt talis erit sicut idigena terre.i. tanq̄ si fuisset nat⁹ in dicta terra. Nā idigena dr̄ ille q̄ natus est in terra illa. Ecōtra autē si q̄s circūcisus nō fuerit, non vescetur ex eo, scʒ agno paschali. Et nota, q̄ ista lex non ponitur hic ad excludendū gētiles incircūcisos: quia iam sunt exclusi ex precedētibus. Sed ad excludendū filios Israel, qui forte timore infirmitatis aut mortis nō erāt circūcisi. Nā (vt dicit de Lyra) aliq̄ Judei, nimis inordinate amātes pueros suos dimittebant eos incircūcisos, timentes ne ex circuncisione mors

mors vel grauis infirmitas eis accideret. Et tales non debebāt accedere ad esum agni: q̄uis in alijs essent Iudei, et tenerent ritum Iudeorum.

¶ Circa autem hanc particulam textus, mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igit̄ dubium, Quō nox paschalis obseruatur a Iudeis vsq̄ in hodiernum diem? Dicendum, q̄ sicut nos Christiani solenniter celebramus sacratissimam noctem dominice natiuitatis, surgēdo e lecto, et ingrediendo ecclesiam ad soluendum vel audiendū diuina: et signanter celebrando missam tunc hora medie noctis, vt ordinatum fuit per papam Thelesphorum, qui fuit quartus a beato Petro. Et ponitur de cō sec. distinc. j. c. nocte sancta. eo q̄ sicut ibi dicit̄ eadē nocte natiuitas Saluatoris nostri fuit ab angelo pastoribus nūciata: et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis, laudantium deū, et dicentiū: Gloria i excelsis deo, et i terra pax hoībus bone voluntatis: ita et Iudei in locis i q̄b⁹ habitāt in sufficienti numero, surgūt hora medie noctis, sequentis immolationē agni paschalis, quā sero precedenti faciūt, et ingrediuntur oratoria sua, que dicūtur synagoge, vacātes orationi vsq̄ ad auroram, in memoriam q̄ tūc liberati sunt de captiuitate Egyptiaca, et inceperūt iter versus terrā p̄missiōis.

¶ Secundum dubium, Utrum Iudei moderni obligētur obseruare predictam noctem? Uidetur q̄ sic: q2 dicitur in textu: Hanc noctem obseruare debēt om̄es filij Israel, in generationibus suis. Igitur. Dicendum q̄ non tenentur ad obseruātiā illi⁹ noctis, sicut nec ad obseruantiā sabbati, nec ad ceteras cerimonias legis, que erant figure veritatū noue legis. Quēadmodū ergo suū pascha erat figuratiuū paschatis Christianorum, de quo dicit Aposto. j. Corinth. v. q̄ pascha nostrū immolatus est Christ⁹: ita suo modo dicendū est de predicta nocte, q̄ scilicet illius obseruantia conuersa est in obseruantiā solennitatis dominice resurrectionis, sicut et sabbatum eorū in dominicā. Et ad authoritatem in oppositū dicitur, q̄ obseruare predictam noctem potest fieri dupliciter, scilicet i sei aut in eminentiori. Primo modo non tenentur hodie Iudei eam obseruare. Quinimmo eā in se obseruando peccant. Sed bene in eminētiori, scilicet obseruando diem festum pasche. De hoc vide quod supradictū est in prima clausula presentis ca. in fol. ad. xvj. dubium.

¶ Tertium dubium, Quid de mulieribus Iudeis, nunqd tenebantur immolare phase? Dicēdū, q̄ sic: quia quicquid hic dicit[illegible] de viris, suo modo intelligendum est de mulierib⁹: quia sexus femineus cōprehenditur et subintelligitur per sexum masculinum. Quemadmodum ergo mulieres Christiane tenentur suscipere sacramentū altaris, sicut et viri in nouo testamēto: vt patet ex̄ de peni. et re. c. omnis vtriusq̄ sexus: ita et tunc (scʒ sub veteri testamēto)

tene-

tenebantur facere phase. Confirmatur per id quod dicitur i principio huius capituli: Tollat vnusquisq; agnū per familias et domos suas.

¶ Quartum dubiū: Cur repetit in presenti Moyses de ritu phase? Videtur q̄ sufficienter de huiusmodi ritu loquutus fuerit prius in presenti cap. Dicendū, q̄ opus fuit repetere talem ritum, et hoc propter alienigenas qui ascenderant cum filijs Israel de Egypto: et qui nondum fecerant phase. Propter quod instruendi erant prius.

¶ Quintum dubiū mouet̄ propter illud verbum: Aduena et mercenarius non edent ex eo. Huius contrariū habetur Numeri. ix. ibi enim dicitur: Peregrini et aduene dum fuerint inter vos, facient phase. Dicēdum, q̄ aduena potest accipi tripliciter: vt dicit de Pal. Primo modo, pro eo qui trāsijt de nationibus gentiliū ad Israel: imitans eos in cultu, nondū tamen obligatus per susceptam circuncisionem ad religionem Judeorum. Et de tali aduena loquitur hic textus, q̄ non debet edere de agno paschali. Secundo modo pro eo qui veniens de aliena gente ad ritū Judeorum, erat iā illi obligatus per susceptam circūcisionē, vt Achior. Et de tali loquitur predictus textus Numeri. ix. Propterea dicebat Apost. Gal. v. Testificor omni homini circuncidenti se: quoniā debitor est vniuerse legis faciēde: legis (inquā) Moysi, sicut oīs suscipiēs baptismum: debitor ē vniuerse legis Christi faciēde. s. quātum ad ea que sūt necessitatis. Tertio modo potest accipi aduena pro Judeo q̄ olim iter gētiles habitabat: et qui certis tēporib9 ascendebat in Hierusalē adoraturus dn̄m. Et hoc mō accipit̄ aduena Act. ij. cū dr̄: Erāt autem in Hierusalē habitantes Judei viri religiosi ex omni natione que sub celo est. Deinde sequitur: Et aduene Romani.

¶ Sextū dubiū oritur propter illud verbū: circūcidetur prius omne masculinū ei9 etc. Queritur ergo de peregrino habēte plures filios, quorū alij habitabāt cū eo: alij autē longe ab eo: vtrū requirebat̄ in antiqua lege, q̄ omnes filij ei9 circuncideren̄t, ad hoc q̄ posset facere phase more Judeorū? Dicendū q̄ nō, sed supposito q̄ esset circūcisus in propria, sufficiebat q̄ filij cū eo habitantes circūciderent̄. Ratio aūt cur lex hoc p̄cipiebat, hec erat: ne scz filij incircūcisi apostatare facerēt patrē a ritu Judeorum, et esset error posterior peior priore.

¶ Moraliter et primo, iuxta initiū p̄sentis clausule, vbi dr̄: Nox est illa obseruabilis etc. Notandū q̄ per noctē in proposito possum9 intelligere attritionem, q̄ est dolor de peccatis propter timorē cadēdi in noctem inferni. Et bene dicit̄ attritio nox: qz secū patit̄ peccatū mortale, qd̄ est nox anime. Huiusmodi aūt nox attritiōis est obseruabilis dn̄i. i. de ea debet regratiari homo peccator deo, tanq̄ de ei9 speciali beneficio, et gratia gratis data: qz tūc incipit

E

cipit(quãuis imperfecte) educere dñs peccatorem de terra Egypti.i.de tenebris peccati:et facere eũ tendere ad lucẽ gratie.s.dispositiue. Unde secũdũ doctores theologos sic differunt attritio & cõtritio/ q attritio est dolor imperfect⁹ de peccatis commissis. Contritio vero importat dolorem perfectũ de eisdem / qui est principaliter propter deum.

¶ Moraliter & secũdo/iuxta illud: Hec est religio phase. Notandũ/ q sicut Judei celebrantes suũ phase.i.pascha obseruabãt suã religionẽ & ritũ: ita et Christiani celebrare debent suũ phase cũ debito ritu: ita vt possit dici: Hec est religio phase.i.ritus & modus obseruãdus ab oibus Christianis i suo phase.i.paschate.s. q quilibet talis communicaturus premittat integrã & perfectã peccatorũ suorũ confessionẽ. Quia vt inquit Apost.j.Corint.xj. Quicunq mãducauerit panem/ quod est cõmune omniũ cõmunicantium: & biberit calicem dñi/ quod est proprium sacerdotum/ qui sub vtraq specie sumunt sacramẽtũ:indigne .i.in peccato mortali:reus erit corporis & sanguinis dñi.i.tñ peccabit ac si occidisset Christum proprijs manib⁹. Et ideo pbet seipsum homo.s.per sue cõsciẽtie diligentem examinationẽ/& peccatorũ suorũ sacramentalẽ cõfessionem. Quo facto/ sic de pane illo edat / et de calice bibat:si(vt dictũ est) fuerit sacerdos. Hec est igitur religio phase.

¶ Moraliter & tertio/iuxta illud sequẽs verbũ: Ois alienigena nõ comedet ex eo. Notãdũ/ q solũ peccatũ mortale alienat hoiem a deo. Ecce eni angeli omnes in principio sue creatiõis erant prope deũ. At vero mortale peccatũ alienauit eos a deo. Unde Psalm. in psona dñi: Qui iuxta me erãt/ de longe steterũt. Alienigena igitur est peccator:& talis alienigena nõ comedet ex eo.s.sacramẽto altaris/ quod est phase Christianorũ. Non comedet (inquã) ex eo: supple de iure: quicqd fiat de facto. Ecce eni proditor Judas alienigena erat/ qui cũ domesticis apostolis comedit ex eo. Sed qd illi acciderit audiam⁹. Abiẽs (inquit euangelista) laqueo se suspendit. Mat.xxvij. Uel dic/ q alienigena dicitur ille/ qui est filius alieni. Modo omnis peccator est fili⁹ non dei p gratiã: sed alieni.i.diaboli p culpam. Joan.viij. Uos ex patre diabolo estis. Talis igit alienigena indignus est comedere phase .i.suscipere Christi corpus in sacramento altaris.

¶ Moraliter et quarto / iuxta illud: Omnis autẽ seruus emptitius circuncidetur: supple/si velit: & sic comedet. Notandum q serui emptitij sunt deuoti Christiani/ qui empti sunt per Christum precio sui sanguinis: iuxta illud.j.Corin.vj. Empti estis precio magno. Item.j.Petr.j. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra cõuersatione paterne traditiõis/ scilicet Ade: sed precioso sanguine quasi agni immaculati Christi.

Christi. Tales igit̃ serui Iesu Christi per gratiā / ⁊ nō diaboli p̱ culpā: digni sunt comedere ex eo. i. accedere ad altaris sacramentū / dummodo tamen sint circuncisi per penitentiā.

¶ Moraliter ⁊ quinto / iuxta illud: Aduena et mercennari⁹ non edent ex eo. Notandum ꝙ aduena dicit̃ sacerdos / qui inuitat̃ ab aliquo ad celebrandū missam lucratiuā. Nā talis remordente eū ꝓpria cōscientia ꝙ nō est in debito statu / confitetur ad cornu altaris / faciens ibidē breuem cōfessionē / ne faciat tardare q̄ eū inuitauit ad celebrandū / citoq; se induens in principio sue misse veraciter loquit̃ / dicens: Et ego reus et indignus peccator siue sacerdos ⁊c. Videm⁹ enī ꝙ stabulū equis a fimo statim purgatū / nō est aptū ad manendū / saltē donec sit refrigeratū. Quāto magis talis sacerdos / q̄ tam precipitanter cōfessus est / ⁊ forte de actu venereo / debet luere peccatū suū / ⁊ seipsum recolligere per notabile tempus priusq; accedat ad altare. Unde postq; Psal. premisisset dicēs: Aduena ego sum apud te ⁊c. subdidit / dicens: Remitte mihi / vt refrigerer priusq; abeam / ⁊ amplius non ero: supple peccator. Mercēnarius autem dicitur sacerdos / qui non cōficit in Christi commemorationem. Cum tamen ipse Christus dixerit Matth. xxvj. Hoc facite in meam commemorationem: sed conficit in precij expectationē. Joan. x. Mercēnarius est / ⁊ nō pertinet ad ipsum: scilicet recipere altaris sacramentum.

¶ Moraliter ⁊ sexto / iuxta illud: Eadem lex erit indigene ⁊ colono qui peregrinatur apud vos: notandū ꝙ huius contrarium multi iudices et officiarij reipublice agūt / qui supportāt suos / siue indigenas. i. inde genitos / et grauāt colonos: id est pauperes / qui aliunde venerūt vt colant agros diuitū / ⁊ exerceant opera seruilia eorū. Nā talibus colonis multe iniurie inferri solent / tam verbales / q̄ verberales ⁊ reales. Nec administratur eis contra indigenas debita iustitia / cum tamen scriptū sit Leuitici vigesimoquarto: Equum iudicium sit inter vos / siue peregrinus / siue ciuis peccauerit: quia ego sum dominus deus vester: qui hoc impero / et cui est cura de omnibus. Et nota / ꝙ hic est questio de lege / tam publica q̄ priuata / que priuilegium nuncupatur.

¶ Moraliter et septimo / iuxta illud / per turmas suas: id est / p̱ tribus suas. Vel per diuersos ordines / sexus et professiones: vt exponit glo. interli. Notandum ꝙ inter bene ⁊ laudabiliter cōuersantes in presenti seculo / est diuersitas meritorū. Nā aliqui sunt alijs perfectiores. Unde beatus Augusti. dicebat / ꝙ in via dei alius sic: alius sic ibat. Item legitur Luce. ix. ꝙ domin⁹ fecit homines discumbere per cētenos ⁊ quinquagenos / quādo voluit distribuere panes a se multiplicandos. Per quod denotatur / ꝙ q̄ non potest esse de centenis / id est / de perfectis: saltim sit de quinquagenis. i. de imp̱fectis.

Et qui non habet innocentiã: saltim habeat penitentiam.

¶ Allegorice ꝛ primo / iuxta illud primum verbum: Nox est ista obser. d. Notandũ / ꝙ vna de causis obseruantie dicte noctis erat / ad reddendum gratias domino de morte primogenitorum terre Egypti: que fuit decima et vltima plaga / q̃ applicatur ad decimum precepttũ. Huiusmodi autem decimũ preceptum / tale est: Non cõcupisces rẽ proximi tui. Huic autem decimo precepto decima plaga contraria / est mors primogenitorum. Qui enim cupiunt res alienas possidere: cupiũt morientibus heredes esse. Nam vt dicit Rabanus / et ponitur in glo. ordi. Qui queris ab aliquo heres fieri / non vis vt habeat heredes: in quibus nihil est chari⁹ primogenitis. Iure ergo in primogenitis tuis puniris / qui cupiendo res alienas / quasi iuris vmbrã perquiris: ꝛ que meliora sunt cordis primogenita perdis. Primogenita quidem fides ẽ / q2 nemo bona facit / in quo fides non precessit. Omnia eñ opera bona sunt filij spiritua: les: sed inter hos filios primogenita fides est. Quisquis ergo rem alienam occulte cupit: interi⁹ fidem perdit. Seruis eñ non charitate sed fraude / velut amans eum quẽ mori desideras vt illi succedas. Hec vbi supra.

¶ Allegorice ꝛ secundo / iuxta eandem particulam: Notandum / ꝙ nox obseruabilis / est illa nox in qua incipit passio domini: id est vigilia parasceues. Dicta autem nox debet esse obseruabilis omnibus fidelib⁹ Christianis / qui ad fruitionem maiestatis eterne tendunt. Et quia illa nocte perfidi Iudei vigilauerunt / vt Christum caperent / adiuti proditore Iuda: ideo nos Christiani illa nocte debemus vigilare in orationibus ꝛ afflictionibus / vt sic iniurie eorũ sit oppositum nostrũ phase. Hec est enim religio phase.

¶ Allegorice ꝛ tertio / iuxta illud: Omnis alienigena nõ comedet ex eo. Notandum conformiter ad gl. interli. ꝙ alienigena dicitur omnis Iudeus paganus aut hereticus / siue etiam excommunicatus. Talis eñ alienigena ab ecclesia / nõ debet communicare sacramentis dominici corporis ꝛ sanguinis. Sed quilibet talis infidelis debet prius circuncidi per baptismum: ita vt ab eo auferatur pellicula infidelitatis / ꝛ vniatur ecclesie per fidem ꝛ baptismi gratiã: qui quidem baptismus est ianua ceterorũ sacramentorum. Potest quidem suscipi sine alijs sacramentis: sed non alia sine eo: vt notatur j. q. j. si quis per ignorantiam. Item de consecra. distinc. cum itaq;. in fine. Uel dic / ꝙ alienigena est omnis peccator / q̃ debet circũcidi circũcisione spiritualis: priusq̃ accedat ad sacramentum altaris: vt iam dictum est / sub tertia expositione morali. De qua quidem circuncisione dicitur Hiere. iiij. Circuncidimini domino / ꝛ auferte preputia cordium vestrorũ. Sed quid est / ꝙ aduena et mercẽ-

mercenarius non debent edere de agno paschali? Profecto aduena in proposito designat catechuminū: qui de statu infidelitatis venit ad fidem: et qui prius instruitur quam baptizetur: vti fieri solebat in primitiua ecclesia. Talis enim quandiu erat catechuminus: nō admittebatur ad sacramentum altaris. Neque etiam mercenarius: id est infidelis: qui seruiebat alicui Christiano: etiam quantumcunque diu: nisi primum esset baptizatus: vt dictū est. In vna domo comedetur/ supple ipsum sacramentum altaris. i. in vnitate fidei et ecclesie: eo quod est sacramentum vnitatis. Uel hoc dicitur in signum: quod oportet accedentes ad hoc sacramentum esse vnanimes per charitatem et dilectionem: vt vnum et idem sentiant et velint: secundum quod dicitur Actuum. iiij. quod multitudinis credentium erat cor vnum et anima vna in deo. Sequitur: Nec efferetis de carnibus eius foras. Per quod designatur quod non est vtendum hoc sanctissimo sacramento ad indebitos et malos vsus: sicut sortilegi et similes persone infames interdū facere solent. Uel impiis et peccatoribus ipsum sacramentum non communicabitis. Sicut legitur fecisse Parisius quedam impia Christiana: que auaritia ducta tradidit cuidā perfido Judeo Christi corpus: quod susceperat in paschate de manu sacerdotis. Historia est multis nota: Nam dicta sacra hostia adhuc reseruatur integra intra ecclesiā sancti Joānis de Grauia: quāuis hoc factum sit ante ducentos annos. Sequitur: Nec os illius confringetis: quia medulla: id est diuinitas Christi non est ita subtiliter inuestiganda: sicut illius humanitas. Propterea dicitur Esa. liij. Generationem eius quis enarrabit? Nam ad literam hoc fuit dictum per Moysen prophetice de Christo: de quo dicit Mat. xxvij. quod eo mortuo postquam milites fregerunt crura duorum latronū: ad ipsum cū venissent non fregerunt eius crura: vt prophetia impleretur que dicit: Os nō comminuetis ex eo. Ubi notandum: quod per carnem (que minus solida est) intelligitur infirmitas humanitatis Christi. Per os autē (quod solidum est) intelligitur robur diuinitatis. Milites ergo in Christi passione non fregerunt os ex eo: quia licet humanitati inferrent iniuriam / et crucifigerent eam: tamē diuinitati in se non nocuerunt. In cuius figuram legitur Gen. xxij. quod Isaac liberatus est. Aries vero immolatus.

¶ Anagogice nox multū obseruabilis: quando edutit dñs filios Isrl de Egypto / ē mors sanctorum: que obseruatur et festiuatur ab vniuersali ecclesia militante: necnon et triumphante: de qua dicitur in Psal. quod preciosa in conspectu domini mors sanctorū eius: eo quod tūc edutit dñs ipsos sāctos de Egypto. i. de presenti seculo nequam et pleno tenebris: vt ipsos trāsferret ad locū lucis eterne: qui est locus promisse hereditatis omnibus obseruantibus diui-

na mādata. Jutta illud Mat. xviij. Si vis ad vitā igredi serua mādata dei. Jn dicto autē loco seruatur ⁊ celebratur mirabile phase.i.mirabile festum ⁊ gaudium :ad quod nō admittitur alienigena/ seruus/aduena/aut mercēnarius. Per hec aūt quatuor genera hominū/ intelliguntur generaliter peccatores/qui prohibētur ascendere in celum:⁊ interesse conuiuio paschali/ quod ibi celebratur/non quidē semel in anno/sed assidue. Specialiter tamen de seruo emptitio / et de peregrino dicitur:ꝙ si velint circūcidi/ poterunt facere phase domini. Per quod itelligitur/ꝙ si seruus peccati/de quo dicitur Joā.viij.ꝙ qui facit peccatū/ seruus ē peccati/ aut similiter peregrinus.i.alienus a deo per peccatū: velit circūcidi ꝑ penitentiā/poterūt in morte intrare celum/⁊ ibi facere phase domini.i. festū maxime iocunditatis ⁊ letitie. Qui autē circūcisus nō fuerit/ supple a peccato per penitētiā / nō poterit facere dictū phase. Sed quid significatur per illud quod sequitur:videlicet ꝙ eadem lex erit indigene ⁊ colono q̄ peregrinatur apud vos: nisi ꝙ hoies iusti/⁊ qui peregrinantur a deo quādiu ābulāt i hoc mūdo/bn̄ ⁊ laudabil'r cōuersādo: tādē i morte poterūt assumi ad ordines angelorū/vel ad equalem gradū glie cū eisdē angelis/ q̄ sunt indigene celi.i. ide gēiti. Vn̄ loquēs dn̄s de statu btōꝝ post generalē resurrectionem. Mat.xxij.ait: Jn resurrectiōe nō nubēt/supple homies:neqꝫ nubentur:sed sunt sicut angeli dei in celo.

¶ Exodi decimotertio.

¶ Prima clausula.



Ocutus est dominus ad Moysē dicēs: Sāctifica mihi omne primogenitū qd̄ apit vuluā i filijs Israel tā de hoībus ꝙ̄ de iumētis. Mea sunt eni oīa. Et ait Moyses ad populū: Memētote diei huius in q̄ egressi estis de Egypto / et de domo seruitutis: qm̄ in manu forti eduxit vos dn̄s de loco isto / vt nō comedatis fermētatū panē. Hodie egredimini mēse nouarū frugū. Cūqꝫ itroduxerit te dn̄s in terrā Chananei / ⁊ Ethei / ⁊ Ammorrei / et Euei / ⁊ Jebusei: quam iurauit patribus tuis / vt daret tibi terrā fluētē lacte ⁊ melle: celebrabitis hunc morē sacrorū mense isto. Septē diebus vesceris azimis: ⁊ in die septimo erit solēnitas dn̄i. Azima comedetis septē diebus. Nō apparebit apud te aliquid fermētatū / nec i cūctis finibus tuis. Narrabisqꝫ filio tuo in die illo dicēs: Hoc ē qd̄ fecit mihi dn̄s qn̄ egressus sū de Egypto. Et erit quasi signū i manu tua / ⁊ q̄si monumētū ante oculos tuos: vt lex dn̄i semp sit i ore tuo. Jn manu enim forti eduxit te dn̄s de Egypto. Custodies huiuscemodi cultū statuto tpe a diebus i dies. Cūqꝫ introduxerit te dn̄s i terrā Chanaan / sicut iurauit tibi et patribus tuis / ⁊ dederit tibi eā:

separabis

separabis omne qd aperit vulua dñoi; quod primitiuũ est i pecoribus tuis. Quicquid habueris masculini sexus: consecrabis dño. Primogenitũ asini mutabis oue: qd si nõ redemeris: interficies. Omne autẽ primogenitũ hominis de filijs tuis precio redimes. Cũq; interrogauerit te filius tu⁹ cras: dicẽs quid est hoc? Respondebis ei: In manu forti eduxit nos dñs de terra Egypti: et de domo seruitutis: Nã cũ induratus esset Pharao: et nollet nos dimittere: occidit dñs omne primogenitũ in terra Egypti: a primogenito hoĩs vsq; ad primogenitũ iumẽtorũ. Idcirco immolo dño omne quod aperit vuluã masculini sexus: et omnia primogenita filiorũ meorum redimo. Erit igitur quasi signũ in manu tua: et quasi appensũ qd ob recordationẽ ãte oculos tuos: eo q in manu forti eduxit vos dñs de Egypto. ¶ Historialr postq sanctus Moyses in pcedenti capitulo egit de immolatione agni paschalis quo ad Hebreos: et de percussione primogenitorũ Egypti: atq; de exitu eorũdem Hebreorum de Egypto: cõsequenter in principio presentis capituli agit de sanctificatiõe primogenitorũ Israel. Quia ergo ipse dñs interficiendo primogenita Egyptiorũ: saluauerat pmogenita Hebreorũ: ideo in recognitionẽ tãti bñficij voluit vt amodo oĩa pmogẽita illi⁹ ppli illi sctificarent et deputarent. Refert g dict⁹ legisfer Moyses: q post pdictũ exitum filiorũ Isrl de Egypto: dñs dixit ad eũ: Sãctifica mihi omne pmogenitũ qd aperit &c. De sẽsu aũt illius pcepti videbitur in deductiõe dubiorũ. Postq; ergo dñs locut⁹ est ad Moysẽ: faciẽs sibi pceptũ denunciandũ populo: consequenter ipse Moyses locut⁹ est ad populũ denũcians sibi mãdatum dei: et pmo pmittit aliqua de solẽnitate paschali. dicẽs: Memẽtote diei huius. i. solẽnitatis paschalis: in qua egressi estis de Egypto. s. xv. die mẽsis primi. Et nota: q dixit Moyses ad populũ: Memẽtote. vbi glo. i. memoriter tenete. s. in gratiarũ actione: vt non comedatis fermẽtatũ panẽ. s. septẽ diebus: vt dictũ est in pcedẽti ca. Sup q dicit Rabi Salo. q pceptũ nõ obligabat ad comedẽdũ azima nisi pma die: qñ. s. cõcedebat agn⁹. Alijs aũt diebus sequẽtib⁹ sufficiebat abstinere a fermento et fermentato. Hodie egredimini mense &c. Voluit aũt dñs specialr vt illo mẽse egrederẽt filij Israel de Egypto: et intrarẽt desertũ: eo q illud tpš erat valde aptũ ad ambulãdum. s. tpš Martij vel Aplis. Et nota q (vt dictũ est supra) nõ ẽ hic qstio d pmo mẽse scdm cursũ solis: sed lune: q ddẽ pmus mẽsis aliqñ occurrebat i Martio: et aliqñ i Aprili: saltim scdm vnã partẽ ipsi⁹: scundũ variationẽ lune. Quare aũt dict⁹ pm⁹ mẽsis lunaris vocet nouarũ frugũ: dicetur statim. Sequitur: Cũq; introduxerit te dominus in terrã Chananei &c. Hic est notandum q quãuis oẽs habitatores terre pmissiõis vocarent Chananei

quodā generali nomine: vt di-
cit de Pal. aliqui tamē cū hoc
habebant speciale nomen: ita
vt aliqui dicerētur Ethei / alij
Ammorrei / ⁊ sic de alijs: quā
iurauit patrib⁹ tuis / scz Abra-
he / Isaac / ⁊ Jacob / ꝓ filijs su-
is / celebrabitis hunc morē sa-
crorum. Sacra aūt hic dicūtur
obseruātie paschales / que fie-
bant ad honorē diuinū in pri-
mo mense: sumēdo sacra gene-
raliter / prout scz sacra dicun-
tur omnia illa que sunt ad deū
ordinata. Quod aūt subditur /
Septē dieb⁹ vesceris azymis /
⁊ in die septimo erit solēnitas
dñi. Per hoc innuitur / ꝙ septi-
ma dies paschalis erat ita so-
lennis / sicut prima. Ceteri aūt
dies intermedij non erant ita
solennes. Non apparebit apud
te aliquod fermētatum. Istud
preceptū frequēter repetitur /
vt magis imprimat̄ memorie.
Cetera patent vsq̄ ibi: Et erit
quasi signū in manu tua. Ubi
notandū ꝙ Pharisei olim oc-
casione huius verbi scribebāt
hāc dei ordinationē in schedu
la / quā postea ligabāt ī manu
sinistra / siue ī brachio sinistro /
⁊ similiter in capite: sed scien-
dum ꝙ dñs per hoc solum vo-
luit indicare / ꝙ illud quod ibi
precipitur est imprimendū fir-
miter memorie. Et sic patet
de his q̄ hic repetit Moyses /
siue interserit de solennitate
paschali.

¶ Consequenter idem Moy-
ses aggreditur intentum / agēs
de sanctificatione primogeni-
torum populi Hebreorum / di-
cens: Cumq̄ introduxerit te
dñs in terram Chanaan / que

supple plures continebat tunc
sub se ꝓuincias / siue sectas po
puli / separabis omne qđ aperit
vuluam. i. primo nascit̄ dño. i.
ad honorem dñi. Nec solum in
hominibus / verumetiam in iu-
mentis istud obseruandum est
dño. Ideo sequit̄: Et quod pri
mitiuum est in pecorib⁹ tuis /
separabis (inq̄) dño. Et breui-
ter / quicquid habueris mascu-
lini sexus consecrabis dño / dū-
modo sit mundū: ideo istud ge
nerale mandatū restringēdum
est ad primogenitum hominis
qđ aperit vuluā. i. qđ primo na
scitur / dūmodo sit masculinū.
Item ad primogenitū pecorū:
vt dicit̄ in textu. Primogenitū
asini mutabis oue. De primo-
genitis enī animaliū iumento-
rum / q̄ licet immolari non pos-
sent / tamen erant deo obliga-
ta / inter que cōtinetur primo-
genitus asini / qđ debebat ma-
ctari / vel redimi oue que im-
molabatur dño / tanq̄ mūdum
animal. Omne aūt primogeni-
tum hominis de filijs tuis pre-
cio redimes / scilicet quinq̄ si-
clis: vt dicit̄ Num. iij. De filijs
aūt Leui statim dicet̄ / sub. xiij.
dubio. Sequit̄: Cūq̄ interro-
gauerit te filius tuus cras. i. in
futurū: (⁊ ponit̄ hic numer⁹ de
terminatus ꝓ indeterminato /
sicut ibi Gene. xxx. Dixit Ja-
cob: Cras respōdebit mihi iu-
sticia mea) / dicēs: Quid ē hoc?
id est q̄ est hui⁹ facti ratio? Re-
spondebis ei dicens: In manu
forti / scz interficiendo primo-
genita Egyptiorū / eduxit nos
dñs de t̄ra ⁊c̄. Idcirco. i. ī me-
moriam tāti beneficij immolo
dño omne qđ aperit vuluam. i.
quod

qđ primo nascit̃ masculini se-xus: nisi supple redimat̃. Quod aũt sequit̃: Et erit quasi signũ in manu tua ꝛc̃. Per hoc vult dñs: ꝙ predicta memoriter re-tineant absq́ʒ vlla obliuione.

¶ Circa hunc textum possunt moueri multa dubia.

¶ Primũ igit̃ dubiũ: Cur dñs voluit tam specialiter ꝛ tã stri-cte primogenita sibi offerri ho-minũ: scilicet ꝛ pecorũ. Dicen-dum ꝙ ꝓpter duo. Primo quis-dem in recognitionẽ perpetuã interfectionis primogenitorũ Egyptiorũ: ꝛ liberationis siue preseruationis primogenitorũ filiorũ Israel. Secũdo vero in signũ: ꝙ summ⁹ creatori ꝛ dño oĩm est primo honorandus: vt dicit August. Unde potest fie-ri talis ratio: Iuxta beneficia debet esse gratiarũ actio: sed in primogenitis Hebreoꝝ fuit singulare dei beneficiũ: eo ꝙ liberati sunt nullo pereũte: tã de hominibus ꝙ̃ de alijs. Igit̃ in ipsis debet esse gratiarum actio: que fit cum deo offerun-tur. Igitur.

¶ Secundũ dubium: Quis est sensus illorũ verborũ: Sancti-fica mihi omne primogenitum ꝛc̃. Dicendum: ꝙ sensus est: vt Moyses denunciaret ppl'o de hebreorũ ꝙ primogeniti erant mãcipandi cultui diuino. Po-terant tamen inde redimi pre-ter ꝙ̃ de tribu Leui: vt dicetur postea. Notandũ ergo: ꝙ san-ctificatio (proprie accepta) est applicatio alicui⁹ ad diuina: ꝛ hoc modo trib⁹ Leui fuit dño sanctificata. Alio modo sancti-ficatio accipit̃ magis largeq́ʒ ꝓ redemptione ei⁹ qđ est dño obligatũ: ꝛ isto modo hic sumi-tur. Nã tẽpore legis antiq̃ pri-mogenita erãt dño obligata: que tñ poterãt redimi ꝑ preciũ datũ sacerdoti legis. Et huius obligatiõis causa subdit̃: cum dicit̃ in persona dñi: Mea eñ sunt omnia: ꝛ ideo: supple in re cognitionẽ hui⁹: reseruo mihi primogenita: tanq̃ʒ in recogni-tionẽ summi dominij. Huic au-tem simile est de decimis.

¶ Tertiũ dubiũ mouet̃ ꝓpter illud verbum: Sanctifica mihi omne primogenitũ qđ aperit vuluã. Videt̃ eñ ꝙ sit in illis verbis nugatio: q: omne quod primo nascit̃: aperit vuluã. Et similiter omne qđ nascendo a-perit vuluã: primo nascit̃. Dicẽ-dum: ꝙ nõ est ibi nugatio: quia nõ omne qđ primo nascit̃ ape-rit vuluã: sicut patuit de Chri-sto: q̃ fuit primogenit⁹ matrĩ. Iuxta illud Mat. j. Maria pe-perit filiũ suũ primogenitum. Nec tñ aperuit vuluã: sed sicut resurrexit clauso sepulchro: ita natus est clauso matris vtero: eo ꝙ Maria fuit ꝟgo ante par-tũ: in partu: ꝛ post partũ: Iux-ta illo Ezech. xliiij. Porta hec clausa erit: ꝛ non aperiet̃: ꝛ vir nõ transiet ꝑ eã: qm̃ dñs deus Israel ingressus est ꝑ eã: eritq́ʒ clausa principi. Hic igit̃ prin-ceps Christ⁹ nascẽs: matris vir-ginitatẽ nõ minuit: sed sacra-uit. Uel dic: ꝙ scđm est expositio p̃cedentis. Quia eñ posset credi: ꝙ vnigenitũ nõ deberet offerri: in casu vbi secundũ nõ sequit̃. Ideo ad hoc excluden-dũ addidit dñs: qđ aperit vul-uam: siue sequatur secundoge-nitum: siue non.

¶ Quartũ dubiũ: vtrũ femella primogenita ante omne aliuni

partum

partū esset sanctificanda dño / siue dedicāda. Dicendū ꝙ nō: sed solus masculus. Cui⁹ ratio est eo ꝙ huiusmodi sanctificatio primogenitoꝝ fiebat in recognitionē saluationis primogenitorū Hebreoꝝ: qñ primogenita Egyptiorū ꝑcussa sunt. Et q̄ hoc solū cōcernebat masculos vtriusqꝫ gētis: ideo soli primogeniti masculini debebāt dño sanctificari ꝛ dedicari. Ubi aūt primogenitum erat femineū / solū presentabaꝛ dño / nō dato precio / nec facta commutatiōe. Ista igiꝛ sanctificatio primogenitorū / siue hominum siue pecoꝝ / intelligiꝛ simpliciter de masculinis. In cui⁹ rei testimoniū cōsequenter in hac clausula dꝛ: Quicquid habueris masculini sexus / consecrabis domino.

❡ Quintū dubiū / Utrū sola illa primogenita hominū ꝛ pecorum / q̄ saluata sunt ab angelo exterminatore / deberēt dño offerri ꝛ dedicari? Uideꝛ ꝙ sic / ex verbis dñi hic dicētis: Mea sunt omnia / nō q̄dē solū ratiōe creationis / verū etiā liberationis. Cū ergo sola presentia primogenita fuissent liberata / cꝫ ius omnia dependerēt a deo ꝑ creationē / videꝛ ꝙ saltim (cꝫtū ad gratiā liberationis) futura primogenita nō essent obligata dicte oblationi / plusqꝫ alia genita. Dicendū / ꝙ nō solū ꝑsentia / verūetiā futura primogenita debebāt offerri dño: q̄ etsi non fuissent liberata in se / fuerant tñ liberata in ꝑcessoribus suis / quasi antecedenter. Propter qḋ in recognitionem tanti beneficij debebant offerre dño oīa primogenita sua.

❡ Sextū dubiū / vtrū Moyses debuerit facere in presenti mētionem populo Hebreorum de oblatiōe paschali? videꝛ ꝙ nō: q̄ nullū habuit sup hoc preceptū a dño. Uideꝛ ergo ꝙ transgressus fuerit fines precepti / maxime cū de oblatiōe primogenitoꝝ tantū receperit a deo mandatū. Dicendū: ꝙ etsi nullum de hoc habuerit a deo mādatū exterius / habuit tamen interius. Non decuit aūt deū exteri⁹ hoc mandatū repeterel ne videreꝛ Hebreis nimiū imperare. Ipse eñi est q̄ dat omnibus affluenter / ꝛ nō improperat: vt diciꝛ Jaco. i. Decuit autē vt Moyses de ꝑdicta oblatione agni faceret hic mentionem populo: vt posset eos facilius ad acquiescēdum ꝑcepto de oblatione primogenitorum inclinare.

❡ Septimū dubiū moueꝛ propter illud verbū: Hodie egredimini mense nouarū frugū .i. mense primo / q̄ apud Hebreos appellaꝛ Nisan. Apd aūt Macedones Xanticus: vt prius dictum est. Queriꝛ ergo cur vocatur iste mēsis nouarū frugū? Ratio / q̄ in eo inueniunꝛ fruges noue i terra calida / cuiusmodi est Egyptus / q̄ tendit ad australē plagā: nec mirū quia etiā in Italia ꝛ Lōbardia fruges cito maturescūt / similiter ꝛ in multis aliis regionib⁹ minus calidis / qꝫ dicta Egypt⁹. Uñ Gen. penl. sic legiꝛ: Neptalim ceruus emissus. i. terra tribus Neptalim / q̄ est in terra ꝑmissionis / est velox in emissiōe fructuū. Uel dict⁹ mēsis dꝛ nouarum frugū / eo ꝙ in illo mēse fiebat oblatio dño de primi-

tijs nouorum fructuum / sicut & hodie primi fructus solēt offerri in ecclesia / ad honorē dei et sanctorum eius.

¶ Octauū dubiū mouet propter illō verbū: Nō apparebit apud te aliqd fermentatū / nec in cūctis finib⁹ tuis: sc3 nec ad edendū / nec ad reseruandum. Queritur ergo q̄modo hebrei trāsactis septē dieb⁹ paschalibus poterāt habere panē fermentatū / ex q̄ p̄dictis dieb⁹ durantib⁹ nō licebat eis habere fermentū / neq3 fermentatū: vt hic dr / & similiter in p̄cedenti capitulo? Dicēdū / q̄ q̄diu fuerunt inter gentes / potuerūt ab eis habere fermentū ad conficiendū panē fermētatū / post p̄dictos dies azymoꝝ. Quādiu aūt fuerūt ab eis separati / potuerunt conficere fermentum / sicut primo confectū est / scilicet a primo inuentore.

¶ Nonū dubiū mouet propter illō v̄bū: Qō primitiuū est i pecorib⁹ / cōsecrabis dn̄o. Querit ergo vtrū primitiuū masculinū pecoris qō erat imp̄fectū in corp̄e / aut debile / esset dn̄o cōsecrandū? Videt q̄ nō: q2 nihil imp̄fectū est dn̄o offerendum. Quinimo meliora sunt illi offerenda / exēplo Abel. Gene.iiij. Hic Malach.j.dr: Maledict⁹ dolosus q̄ habet in grege suo masculū / & votū faciens immolat debile dn̄o. Solutio huius dubij depēdet ex his q̄ habent Deute.xv. Ibi em̄ repetit presens p̄ceptū sub his verbis: De primogenitis q̄ nascunt in armētis & ouib⁹ tuis / q̄cquid est sex⁹ masculini scrificabis dn̄o deo tuo. Sin aūt habuerit maculā / vel claudū fuerit / aut cecū / vel in aliq̄ parte deforme / vel debile / nō immolabit dn̄o deo tuo: sed intra portas vrbis tue comedes illud: tā mūdus / q̄3 immūdus similiter vescent eis / q̄si caprea & ceruo. Sup q̄ dicit magister Nicol. de Lyra / q̄ si primogenitū pecorū / siue armentoꝝ / habebat aliquā maculā. i. defectū alicuius mēbri / siue aliquā aliā deformitatē, p̄pter quā nō deberet dn̄o offerri / cui meliora sunt offerēda / et ne diuin⁹ cult⁹ veniret in contēptū ex oblatione taliū habētiū defectū notabilē / & p̄ cōsequēs viliū & cōtēptibiliū: tale primogenitū licite poterat comedi extra Hierlm̄ i oppidis / & ab hoinib⁹ immūdis / sicut a mūdis / q̄si caprea & ceru⁹. i. sicut de illis comedūt homines / absq3 hoc q̄ inde faciant aliquā oblationē dn̄o aut redēptionē: sic & de istis. Tn̄ distinguēdū est (inq̄t de Lyra): quia si talis macula inerat masculo aialis a natiuitate / tunc comedebat absq3 oblatione aut redēptione aliq̄: q2 nunq̄3 fuerat obligatū dn̄o / ex q̄ nūq̄3 fuerat immolaticiū. Si aūt post natiuitatē superuenerat hmōi macula: aut erat curabilis / aut non. Si primū: tūc debebat offerri dn̄o post curationē. Si scd̄m: tūc debebat redimi / eo q̄ esset hmōi aial obligatū dn̄o / ante euentū macule. Et hec distinctio sumit ex dictis rabi Salo. sup p̄senti textu. Patet ergo q̄ in casu p̄dicto carnes taliū armentorū licite poterāt comedi i oppidis extra Hierlm̄ sine aliq̄ oblatiōe aut redēptione.

Decimum

¶ Decimum dubiũ mouet͂ ꝓpter illud verbũ: Primogenitũ asini mutabis oue: quod si ip̄z non redemeris / sc3 per talē cõmutationē / ipsum interficies. Huius enim contrarium videt͂ posse trahi ex illo.c.xviij.libri Numeroꝝ. Ibi enim dicitur / ꝙ oĩa primogenita animalium immundorum debebāt redimi quinqꝫ siclis argenti. Asinus autem cõputabatur inter animalia immũda. In cuius rei signum nõ poterat de eo fieri sacrificium dño. Sequitur ergo / ꝙ debebat redimi / more alioꝝ primogenitorum animaliũ immũdorum quinqꝫ siclis / aut omnino interfici / et nõ cõmutari oue: ita vt pro ip̄o offerretur ouis dño in sacrificiũ. Dicendũ in primis / ꝙ dñs qui fecerat illam legem de primogenitis animalium immundoꝝ / ꝙ deberent redimi quinqꝫ siclis argēti / aut interfici: potuit pro suo beneplacito eximere primogenitum asini / vt nõ redimeretur argento / sed ꝙ deberet pro eo offerri ouis / alias interficeret͂. Dicendum secundo / ꝙ fuit specialis ratio quare non debuit de ꝓmogenito asini fieri sicut de primogenitis alioꝝ animalium immundorum: sicut dicet͂ in sequēti dubio. Potest etiam dici / ꝙ dominus voluit primogenita animalium immundoꝝ debere redimi quinqꝫ siclis argenti / quādo erant apta ad laborem: vbi vero non erāt apta ad laborē / debere interfici / sicut d̄ ꝓmogenito canis fiebat.

¶ Undecimum dubiũ / Cur asinus pre ceteris animalib⁹ immundis dicit͂ hic redimi posse oue immolãda loco illius? Ad hoc respondet Rabi. Sal. ꝙ asini fuerunt in magno adiutorio filijs Israel / exeuntibus de Egypto / portando scilicet mulieres et paruulos / atqꝫ alia onera. Propter quod (quantum ad aliquid) primogenitum asini fuit positum cum animalib⁹ mundis / vt scilicet posset redimi sicut ⁊ illa / dando sc3 ouem que loco ei⁹ immolaretur. Qꝫ si hoc modo non redimeretur: nec alio modo / sc3 dando q̄nqꝫ siclos argenti pro eo: tunc occideretur.

¶ Duodecimum dubium / Cur voluit dñs ꝙ primogenita animalium immundorũ occiderētur / casu quo non redimerētur ꝓdicto precio quinqꝫ sicloꝝ? Nulla enim vtilitas sequebat͂ de predicta morte: quinimmo damnum / vt certũ est. Nec etiā dicta mors cedebat ad honorē dei / qui non delectatur in morte cuiuscunqꝫ creature. Dicendum / ꝙ hoc statuit deus in penam auaritie Hebreorũ. Multi enim eorũ adeo auari erant / ꝙ non curassent redimere precio statuto primogenita immũdorum animalium / si nõ precepisset dominus talia occidi / casu quo non redimerentur. Iuste ergo deus apposuit penam suo precepto.

¶ Decimumtertium dubiũ est de ꝓmogenitis Leuitarum: de quibus est questio / vtrum possent redimi / postqꝫ erant consecrata siue sanctificata domino. Uidetur ꝙ sic: quia in presenti textu non excipiuntur / sed generaliter dicitur: Omne primogenitum hominis de filijs tuis precio

pcio redimeo. In oppositū ar= guitur: quia Numeri. iij. et viij. dicitur: quod Leuite erant simpli citer consecrati cultui diuino: nec poterāt redimi. Ad euidē= tiam predictorum: et pro solu= tione presentis dubij notandū quod omne primogenitum homi= nis offerebatur domino. Si ve ro femina esset primogenita: nō redimebatur: nec officio tēpli deputabatur. Si aūt masculus de tribu Leui offerebatur: non redimebatur: sed diuino cultui perpetuo reseruabatur. Si ve= ro de alia tribu erat: offereba= tur quidem domino: sed postea redimebatur quinque siclis ar= genti. Si si erat primogenitum animalis: aut mūdi: aut immū= di. Si mūdi: aut femina: et tunc offerebatur: sed non redimeba tur: sed erat sacerdotis. Aut ma sculus: et tunc offerebatur et im molabatur: nisi forte esset ma= culosum in corpore: quia tunc erat sacerdotis. Si erat primo genitū animalis immundi: aut erat aptum ad laborem: et tunc non immolabatur: sed commu= tabatur: sicut patet de primo= genito asini. Aut erat ineptū ad laborem: et tunc non offere= batur nec commutabatur: sed interficiebatur: sicut patet de primogenito canis. Et sic pa tet sufficienter ad quesitū. Et ad argumentū in oppositū pōt dici: quod debet subintelligi sal= uis primogenitis de tribu Leui.

¶ Decimumquartū dubiū: Et quo sic est quod masculi de tribu Leui non redimebantur: Que= ritur ergo cur parentes Christi redemerunt ipsum quinque siclis (vt dicit dominus Hugo Cardinalis) cum fuisset in tem plo presentatus. Luce. ij. Erat enim ex parte matris de tribu Leui: maxime cum Elizabeth cognata eiusdem virginis esset de filiabus Aaron: vt legit Lu ce primo. Certum est autem quod ipse Aaron erat de tribu Le= ui. Dicendum: secundum domi num Petrum de Pal. quod ratio huius fuit: quod generatio in le= ge non computabatur ex parte matris: sed solum ex parte pa= tris. Joseph autem: pater puta tiuus Christi: erat de domo et familia Dauid: vt dicitur Luc. ij. Maria etiam erat proprie et directe de tribu Juda: quāuis esset cognata Elizabeth: quod erat de tribu Leui: quia tribus Ju= da et tribus Leui per matrimo nia erant mixte.

¶ Decimumquintum dubium mouetur propter illud verbum vltimū presentis clausule: Erit igitur quasi signum in manu tua etc. Queritur ergo quomo= do immolatio primogenitorum erat signum rememorationis eductionis de Egypto: maxi= me cū nulla similitudo videa= tur esse inter illa duo. Dicen= dum: secundum dominum Pe= trum de Palude: quod nō erat si= gnum rememoratiuum ex simi litudine: sed quia erat signum quod tale debitum deberet reddi pro tanto beneficio: et hoc ex diuina ordinatione. Insuper e= rat etiam aliqualis similitudo ibi: inquātum primogenita of= ferebātur: quia deus primoge= nita Hebreorū seruauerat ab angelo percutiente primogeni ta Egyptiorum: pro eorum li= beratione ab Egyptiaca serui= tute.

tute. Unde immūda et ad laborem inepta interficiebantur in signum interfectionis primogenitorum inutilium.

¶ Moraliter et primo: iuxta illud primum verbum domini ad Moysen: Sāctifica mihi omne primogenitum. Notandum: quod primogenitū in homine est cor: eo quod primo formatur in generatione hominis: sicut et cuiuslibet animalis. Istud autem primogenitū debet offerri deo: iuxta illud Prouerb. xxiij. Fili prebe cor tuum mihi. Sed priusquam illi offeratur: debet primum sanctificari et mūdari ab omni culpa: et cum gratia: siue in baptismo: siue in penitentie sacramento hoc fiat. Sicut autem ille qui extra extremā necessitatem biberet in calice cōsecrato: grauiter peccaret: ita ille qui cor suum deo dicatū et consecratum offert mundo vel diabolo: grauiter peccare iudicandus est.

¶ Moral'r et secundo: Per hoc quod nō solum primogenita hoim sunt deo offerēda: verumetiam primogenita iumentorum: designatur quod non solum debemus referre in deum primas conceptiones: siue pma desideria boni: verumetiam florem nostre iuuentutis: et fortitudinem illius. Unde Psal. Fortitudinē meā ad te custodiā. Itē Threno. iij. Bonum erit viro cū portauerit iugum domini ab adolescentia sua. Et istud est cōtra illos qui dedicāt se bono cum primum senescunt. De qbus Ps. in persona domini: Dederūt in escam meā fel: et in siti mea potauerunt me aceto. Causa autē quare primas conceptiones boni et pma desideria illius debemus referre in deū tanquam primogenita hoim: assignatur ab Apostolo Philipp. ij. cū dicit: Deus est qui operatur in nobis et velle et pficere pro bona volūtate sua. Et breuiter initiū cuiuslibet boni opis: ab ipso dño deo est: vt dicit idē Apost. vbi prius. j. c. Iustū est ergo vt sibi offeramus hmōi primogenita.

¶ Moraliter et tertio: iuxta illud: Mementote diei huius in qua egressi estis d Egypto etc. Notandum: quod eadem verba recte et iuste possunt dirigi ad viros religiosos qui egressi sunt de Egypto. i. de tenebris seculi: et de domo seruitutis. i. de loco in quo homo habet multas occasiones peccati: quod redigit hominē in seruitutē: iuxta illud Ioā. viij. Qui facit pctm: seruus est peccati. Diē ergo talis egressionis de Egypto seculi: debet syncerus religiosus memoriter retinere: et de eo gratias deo agere nō modicas: quia a deo tūc facta est sibi non modica gratia. Da exemplum de oue que eripit de ore lupi. In recordationem ergo predicte liberationis debet verus religiosus abstinere a pane fermētato. i. ab omni peccato: et cum pane azimo viuere: scz in omni sanctitate vite: ita eīn consulit Apo. j. Cor. v. cū ait (viris religiosis pre ceteris hominibus loquēs) Expurgate (inqt) vetus fermentum: vt sitis noua conspersio sicut estis azimi.

¶ Moralit' et quarto: iuxta illud: Septē diebus vesceris azimis. Notandum quod et si in precedentis

dētib⁹ multa dicta sint de materia ista; adhuc tamen possumus cōformiter ad beatū Gregoriū dicere: q ille septē dieb⁹ sine fermento comedit: qui toto tēpore vite sue sine intētione vane glorie opera bona facit. Fermētū enī eleuat et inflat pastā. Et Christus Luc. xij. ait: Attendite a fermento Phariseorum: quod est hypocrisis.

¶ Moraliter et quinto: iuxta illud: Hodie egredimini in mense nouarū frugum. Notandū q nō sufficit egredi de Egypto: id est peccatū relinquere. Uerumetiam illud debet fieri in mense nouarum frugū .i. cū nouitate gratiarū et virtutū: atq bonorum operū: ita enim cōsulit Ps. dicēs: Declina a malo. Ecce egressus d Egypto. et fac bonum: in quo notantur noue fruges. Sic etiam cōsulit Apostolus Romañ. vj. dicens: q sicut Christus primum mortuus est: deinde resurrexit per gloriam patris: ita et nos supple q prius subiacuimus morti peccati: cōsequenter per penitentiam resuscitati in nouitate vite ambulemus. Iste est mensis nouarum frugum.

¶ Moraliter et sexto: iuxta illud: Narrabis filio tuo in die illo dicēs: Hoc est quod fecit mihi dñs etc. Notandū q per hec verba innuit sufficienter dominus: q patres carnales tenentur filios suos erudire: siue per se: siue per pbos viros: de his que p se sunt necessaria ad salutem: iuxta illud Eccli. vij. Filij tibi sunt: erudi illos: scilicet in fide et bonis moribus. Quia vt dicit Senec. secunda parte epistolarum suarum: episto. xx. Facile tenera conciliantur ingenia ad recti honestiq amorem. Item idem de verborū copia: Facile (inquit) est teneros adhuc animos cōponere. E cōtra autem: parentes qui nō diligenter erudiunt: nec erudiri faciunt filios de predictis: maledicūtur a domino. Unde Augustinus lib. j. questionum noui et veteris testamēti. q. clxxj. exponens illud verbum legis antique: Maledictus homo: q non reliquerit semē in Israel: dicit q istud possum⁹ spiritualiter intelligere: ita vt ille maledictus sit qui non reliquerit semen in Israel .i. quod non videat deum: hoc est: qui non imbuerit: aut filium: aut seruum: aut proximum: qui dei timorē doceat super terram. Hec ille. Nam vt dicit Hieronymus. iij. parte epistolarum suarum: episto. xxx. ad Saluinam scribeo: Nō est paruī apud deū meriti: bene filios educare. Et quod dictū est de filijs carnalib⁹: suo modo potest dici de filijs spiritualibus.

¶ Moraliter et. vij. iuxta oblationem primogenitorū filiorū: notandū q et si parētes tenēatur offerre vnūquemq filiorū suorum dño p bonā eruditionem: vt immediate dictum est: precipue tamen primogenitos suos: qr eos expectāt et sperant post se relinquere pcipuos heredes: et signanter in illis regionibus in quibus primogeniti possident hereditatem patris. Item in domibus regum et nobiliū: in quibus primogenitus succedit pri. Sed pfecto tales

tales pmogeniti minus offerũtur deo per bonam et diligentẽ eruditionem in fide/ morib⁹ et literis/ꝙ ceteri fratres sequẽtes. Quinimmo magis offerun tur tales primogeniti (vt i pluribus) diabolo/ꝙ deo: tum per malum exemplum: tum per defectum correctionis/ ne contristetur: tum per defectum bone eruditionis. Dicunt enim parẽtes/ ꝙ nõ nutriunt eos futuros monachos/ sed vel milites/ aut rebus seculi dedicandos et applicandos: et tandem forsan ignibus et flammis infernalibus cruciandos.

¶ Moraliter et octauo/ iuxta illud verbum: Primogenitũ asini mutabis oue. Notandum/ ꝙ per asinum animal pigrũ et durum ad flagella/ intelliguntur homines peccatores/ pigri ad ea que dei sunt/ et duri sub flagellis domini. Aliquãdo ergo ex speciali dei munere et gratia tales asini mutantur in oues/ que ductibiles sunt et mansuete: id est/ in homines bonos/ et virtuosos. Sed vt dicit Psal. Hec mutatio est opus dextere excelsi. De hoc habemus historiam de Paulo/ qui ex lupo rapiente oues Christi/ factus est ouis: et signanter quando dixit Christo: Domine/ quid me vis facere? Actu. ix. Ecce obedientia ouis. Ecce qd̃ ait idẽ Christus Joan. x. Oues mee vocem me[illegible] audiũt/ et ego cognosco eas. Similit̃ Augustinus ante conuersionem suã asinus erat: quia piger et tardus ad sequendum Christum/ per fidem: quia ferme triginta annorum erat/ quando voluit ad baptismũ. Sed huiusmodi asinus mutat⁹ est in ouẽ: quia sicut ouis multum fructum affert dño suo: ita et Augustinus post conuersionem suam multum profecit ecclesie catholice/ et signãter valide expugnãdo heresiarchas cum suis dogmatib⁹. Hinc de eo canit ecclesia in psal/ dicẽs: Olim quidem vas erroris/ Augustinus vas honoris datus est ecclesie. Et post pauca: Obmutescit Fortũat⁹/ cedũt Manes et Donatus/ tante lucis radio. Quid deniqꝫ referre possum⁹ d̃ Magdalena/ et de plerisqꝫ alijs peccatoribus et peccatricib⁹/ ꝙ de asinis mutati sunt in oues?

¶ Moraliter et nono/ et circa idem propositum: Notandũ ꝙ per primogenitum asini/ recte possumus intelligere primordia mentis immunde et pigre/ que mutãda sunt (mediãte gratia dei) in innocentiã et sedulitatem vite. Asinus em̃ est animal pigrũ et tardũ: ita vt nõ velit transire pontem/ per cui⁹ fixuras videt aquã. Sic cor hominis pigri non vult transire pontẽ penitentie/ considerans sub eo esse aquã tribulationis et angustie. Ouis aũt. i. homo rect⁹/ et bone simplicitatis statim transit post pastorem suum Christũ/ vel virtuosum prelatum. Jtẽ sicut asinus nutritus in iuuentute in tenebris lacte iumenti/ postmodũ magn⁹ factus insilit in iumenta/ nõ seruans ordinem sue speciei/ diligens aquam turbidam plusꝙ claram: sic iuuenes nutriti lacte deliciarũ veniẽtes ad perfectam etatẽ/ sic sunt indomiti et insolentes ꝙ nõ parcũt statui

tui vel persone: sed sine freno & timore dei exponunt se cuilibet voluptati. Unde Ezechie. xxiii. Insaniunt libidine super concubitum eorum: quorum carnes sunt sicut carnes asinorum. Tales etiam plus diligunt aquam turbidam delectationum carnalium quam aquam claram delectationum spiritualium. Hinc Hiere. ii. Quid tibi vis in via Egypti. i. in statu peccati: vt bibas aquam turbidam? Uel dic: quod tales insolentes ac lubrici viri plus diligunt aquam turbidam: id est vilissimum scortum: quam pulchram & honestam vxorem: quam sepe relinquunt vt adhereant scorto suo. Hi sunt qui solent dicere: nullum esse turpem aut vilem amorem.

¶ Moraliter & decimo: per primogenita deo sanctificanda & offerenda intelliguntur clerici & religiosi ad cultum dei deputati. Hi enim debent sanctius viuere: & cultui diuino plus intendere quam puri laici: eo quod sunt in sortem domini vocati & electi. Unde cum iuuenis recipit clericatum: solet dicere coram episcopo: Dominus pars hereditatis mee. Hinc Hieronymus ad Nepotianum: Et similiter recitatur duodecima. q. i. prima: clericus. Item. ca. duo sunt. dicit sic: Clericus qui seruit ecclesie: primo vocabulum suum interpretetur: et nitatur esse quod dicitur: Cleros enim Grece: sors Latine dicitur: Clerici igitur dicuntur: eo quod sunt de sorte domini: et quia dominus ipse est sors vel hereditas clericorum. Tales igitur primogeniti dei: & qui etiam sunt in ecclesia primi: etiam in honore & reuerentia: taliter se exhibere debent: vt & ipsi possideant dominum per gloriam in futuro: & ab ipso possideantur in presenti per gratiam. Unde Augustinus ad fratres in heremo ser. xxxvii. O (inquit) fratres mei: si sacerdotes paganorum dum offerre debent diis suis incensa: ab omni malo (vt possunt) abstinent: quanto magis hoc facere debent sacerdotes noue legis: quotiens offerre volunt deo patri hostiam viuam: puram: sanctam: & immaculatam in altaris? Hec ille.

¶ Moraliter et vndecimo: sumitur illud: Omne primogenitum hominis de filiis tuis precio redimes. Notandum quod quilibet nostrum habet quasi duos filios: spiritum scilicet: & corpus: quorum primogenitus (saltem honore non tempore) est spiritus. Hunc ergo primogenitum peccato venditum diabolo: redimere debemus precio dato. Huiusmodi autem precium est elemosyna porrecta pauperi: pro remissione peccatorum: secundum quod fuit consultum regi Nabuchodonosor a Daniele: cuius Danielis. iiii. Peccata tua elemosynis redime: & iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitan ignoscet deus delictis tuis. Item Prouer. xiii. Redemptio anime viri: supple peccatoris: proprie diuitie: videlicet distribute pauperibus propter deum. Hinc Ambro. lib. de Helya et ieiunio. c. xx. Peccatis tuis venundatus es: redime te operibus tuis: redime te pecunia tua. Non venalio est

lis est dominus: sed tuipse venalis es. Et Thobie.xij. elecmosyna a peccato liberat. Et Gregorius libro.xij moral ca.xxiij. exponens illud Job. xv. Non credit frustra errore deceptus: q aliquo precio redimendus sit. dicit sic: Quotiens post culpam elecmosynas facimus/ quasi pro prauis actibus precium damus. Unde & per prophetam de eo qui hec nō agit dicitur: Non dabit deo placationem suam / nec precium redemptionis anime sue. Hec ibi.

¶ Moraliter & duodecimo / iuxta illud vltimū verbum presentis clausule. Erit igitur q̄si signum in manu tua &c. Notādum conformiter ad beatum Gregoriū / q ista possunt exponi de predicatore. Dicūtur ergo hic tria de eo. Primum est / vt talis sit factor operis / cū dicitur: Erit igitur verbū supple predicatiōis / quasi signū ī manu tua. Et notanter dicit / ī manu tua: quia predicator debet facere que alijs predicat / exēplo illius summi predicatoris Christi / de quo dicitur Act.j. q cepit Jesus facere et docere. Alias reputaē verbosus / et de numero illorum de quibus Christus Matth.xxiij. dicūt / & non faciunt: Alligant onera grauia & importabilia in hūeros hominū: digito autem suo ea mouere nolunt. De predicatore itaq recte potest dici illud Prouerb.vij. Illaqueatus es verbis oris tui. Secūdū est / vt talis sit assiduus cōtemplator veritatis. Debet enī p̄dicator diligēter intra se ruminare que alijs vult predicare / ne ex improuiso errores serniet. Ideo subditur: Et quasi appensum qd (ob recordationē) ante oculos tuos. s. mentis / in memoria. Tertiū est / vt talis sepe p̄dicet de dei beneficijs / exhibitis populo Christiano: vt auditores prouocet ad dei amorē & sinceram deuotionem. Ideo sequitur eo q in manu forti eduxit vos dominus: supple de potestate diaboli / & de multis miserijs.

¶ Allegorice & primo / iuxta illud primū verbum quo dicit: Sanctifica mihi omne primogenitum &c. Notandum / q per hec v̄ba destruitur error Pelagij dicentis / q ex nobis sumꝰ sufficientes bene operari: etiā sine dei speciali auxilio. Sed ī signum q non est ita / hic in figura mandat dominus vnicuique bene operanti vt sanctificet sibi om̄e primogenitum. i. sibi et gratie sue attribuat initium boni operis: eo q ab ipso est / nec absq eo specialit' operāte possumꝰ illud ex nobis habere. Qr vt dicit Apost. Phil. ij. Ipse dominus deus est qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate sua. Itē Joan.xv. ip̄e ait: Sine me nihil potestis facere. Item Galat.iij. dicit / q ipse tribuit nobis spiritum / & operatur virtutes in nobis. Orat etiā Psal. dicens: Misericordia eius p̄ueniet me. Et alibi: Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vite mee. Hic etiā orat Gregorius in quadā collecta / dicens: Tua nos domine gratia semper preueniat / et

sequat:

sequatur: ac bonis operibus
iugiter prestet esse intentos.
Et alibi: In hac hora huius
diei tua nos domine reple mi-
sericordia, vt per totum &c. Ec-
ce quomodo sanctificandũ est
omne primogenitum boni ope-
ris domino: sibi illud, & nõ no-
bis attribuendo. Hinc etiam
Psalm. ait ad dominũ loquẽs:
Non nobis domine, nõ nobis:
sed nomini tuo da gloriam.
¶ Allegorice & secundo, iuxta
illud: Memento diei huius in
qua egressi &c. Notandum, quod
egressus noster de Egypto, est
liberatio humani generis de
potestate demonis & totius er-
roris: facta in passione Chri-
sti. Tunc enim liberati su-
mus de seruitute illa, de qua
Joã. viij. Qui facit peccatum,
seruus est peccati. Item de ser-
uitute legis antique transla-
ti sumus in libertatem legis
gratie: ita vt dicat Apostol⁹
Galat. iiij. quod iam non sumus
filij ancille, sed libere: qua li-
bertate Christ⁹ nos liberauit.
Et notãter dr in presenti clau-
sula: Memento diei huius: vt
per hoc insinuetur, quod tenaci-
ter debemus imprimere mẽti-
bus nostris memoriam pdicte
passionis, & non leuiter & cur-
sim de ea cogitare. Hec enim me-
moria, siue recordatio, est po-
tissimum remedium cõtra incẽ-
tiua libidinum: ita vt dicat Au-
gustin⁹, in suo manuali. c. xxij.
Cũ me (inquit) pulsat aliqua tur-
pis cogitatio, recurro ad vul-
nera Christi. Cum me premit
caro mea, recordatione vulne-
rum dñi mei Jesu Christi resur-
go. Cum diabolus parat mihi
insidias, fugio ad viscera mise-
ricordie domini mei, & recedit
a me. Si ardor libidinis mo-
ueat mẽbra mea, recordatione
vulnerum dñi mei Jesu Chri-
sti extinguitur. Et breuiter in
omnib⁹ aduersitatibus nõ in-
ueni tam efficax remedium, quam
vulnera Christi. Itẽ. c. seq. sic
dicit: Nullum tam potens & tã
efficax contra ardorem libidi-
nis medicamẽtum, quam mors re-
demptoris mei. Extendit enim
brachia sua in cruce, & expãdit
manus suas paratus in amplex-
tus peccatorũ. Inter brachia
saluatoris mei & viuere volo, &
mori cupio. Hec ille. Nec qui-
dem memoria dicte passionis
dominice valet tñ contra in-
cẽtiua libidinum: verumetiam
contra temptamenta omnium vi-
tiorum, vt vitentur, siue extin-
guãtur. Da exemplum de colũ-
ba, que videns accipitrem sta-
tim currit volando ad suum co-
lumbarium, et sic euadit acci-
pitrem: ita in proposito. Hinc
dicitur a domino anime deuo-
te illud Exodi. xxxiij. Ponam
te in foraminibus petre, & pro-
tegã te dextera mea. Memen-
tote ergo fideles anime diei
huius: id est, dominice passio-
nis: in qua egresse estis de Egy-
pto, et de domo seruitutis: vt
prius expositum est. Sed quo-
modo? Profecto in manu for-
ti: id est, in filio dei. Sed nun-
quid in manu debili, maxime
cum in opere humane redem-
ptionis filius dei pro nobis sit
factus infirmus, et debilis?
Dicendum, quod etsi exterius, si-
ue secundum humanitatem,
voluntarie sit factus debilis:

interius tamen latebat virtus diuinitatis. Abac. iij. Ibi abscōdita est fortitudo eius. Cuius quidem diuinitatis virtute & efficacia superata est mors & fugata / sicut maxime apparuit in eius resurrectiōe. Ideo sequitur: Ante faciē eius ibit mors. Insuper fuit tam fortis virtus diuinitatis in Christo / ꝙ superauit illū qui se insuperabilē putabat. s. diabolū. Propterea sequitur: Egredietur diabolus ante pedes ei9. Hinc ip̄e Christus Jo. xij. dicebat: Nūc princeps mundi huius eijcietur foras. Ecce igitur quomodo / & qualiter / Christus in manu forti eduxit nos de Egypto. i. de statu peccati: & de domo seruitutis / pro nobis moriēdo i cruce. Caueamus igitur nobis / vt nō comedamus vlterius fermētatum panem. i. vt non consentiamus de cetero corruptioni peccati / propter amorem & reuerētiā illius qui eduxit nos. Vel dic / ꝙ illi comedunt panē fermentatū / qui inaniter gloriantur de suis operibus. Caueam9 igitur ne de bonis operibus nostris insurgat i nobis fermentum. i. vitiū elationis. Nullus enim arbitretur se tantum fecisse / quin si ipse bene attēdat passionem Jesu Christi / nihil fecisse sibi videatur in comparatione illius. Hinc Apostolus Hebreorum duodecimo. Recogitate (inquit) eū qui talem a peccatoribus sustinuit contradictionem vt nō &c. Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis. Tanquā diceret Apost. Si vos effudistis lachrymam propter Christum: ipse effudit sanguinem pro vobis: quod multo maius est. Et nota / ꝙ Apost. dicit: Recogitate / id est iterū cogitate: quia non satis est cogitare semel in die de dominica passione: sed opus est de ea iterum atq; iterum cogitare.

¶ Allegorice et tertio / iuxta illud: Hodie egredimini mense nouarum frugum. Notandū / ꝙ ly hodie / referēdū est ad tempus gratie: in quo recessimus de Egypto obseruantiarum legalium / & venimus ad lucē gratie / & sacri euāgelij. De quo loquitur Apost. ij. Corint. vj. dicens: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nūc dies salutis. Istud etiam tempus vocatur mensis nouarum frugū: id est / nouorum sacramētorum: et signanter sacramenti altaris: quod cōficitur ex nouis frugib9. i. ex pane azymo / triticeo / et liquore vini. Recte ergo noue fruges designant sacra noue legis. Quia sicut in mense nouarum frugum solent letari agricole: ita & fideles ex institutione nouorum sacramentorum facta per Christum: & profluentium ex merito sue dignissime passionis: Esaie duodecimo: Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Quod autem sequitur: Cumque introduxerit te dominus in terram Chananei / & cetera. Referendum est ad gentiles / quos introduxit dominus in terram promissionis: id est / sancte ecclesie catholice / que dicitur terra Chananei / Ethei / Amorrei / et cetera: quia de peccatoribus & prius infidelibus

bus collecta est: fluentem lac-
te et melle. Mel enim latet
intra fauum. Per quod intelli
gitur spiritualis intelligentia
latens in litera: mense isto scilicet
licet Aprili. Aprilis enim di-
citur quasi Aperilis id est ab aperien-
do: et designat gratiam spiri-
tussancti que cor aperit: et que
abundantissime data est / etiam
cum signo visibili in nouo te-
stamento super Apost. Actuum
secundo.

¶ Allegorice et quarto: et con-
formiter ad dominum Petrum
de Pal. iuxta illud verbum: Se-
ptem diebus. Notandum quod per
septem dies intelligitur circu-
lus vite presentis. Si igitur in
fine huiusmodi circuli .i. in fine
vite nostre inuenti fuerimus
sine fermento malitie et nequi
tie: indubie in octauo die per-
ueniemus ad solennitatem do-
mini in celestibus: quando qui
dem anima post exitum a cor-
pore recipiet stolam glorie. Et
tunc manducabit anima azy-
mos panes / quos angeli man-
ducant in celo. Psalmist. Pa-
nem angelorum manducauit
homo: isti panes erunt dele-
ctationes quas habebunt bea
ti de visione diuine essentie.

¶ Allegorice et quinto / iuxta
illud: Custodies huiusmodi cul-
tum statuto tempore a diebus
in dies. Notandum / quod cultus
de quo hic principaliter est que-
stio / est sacramentum altaris /
prefiguratum per azimos pa-
nes: quod quidem sacramen-
tum custodietur a Christifide-
libus a diebus in dies .i. vsque ad
finem seculi. Nam et si figure hu-
ius sacramenti iamiam preces-
serint in agno paschali et azy-
mis panibus: veritas tamen / que
huiusmodi figuris successit / nu-
mquam cum presenti seculo finem
capiet. Iuxta illud Christi pro-
missum Matthei vltimo: Ecce
ego vobiscum sum / supple sacra-
mentaliter / vsque ad consumma-
tionem seculi. Mentiuntur er-
go heretici Lutherani / dicen-
tes quod post apostolos a Chri-
sto ordinatos in sacerdotes in
cena / cum dixit: Hec quotiens-
cunque feceritis .i. celebraueri-
tis / in mei memoriam facietis: nulli
fuerunt veri sacerdotes: et quod
non potest plus in hac parte sa-
cerdos euangelicus / quam vetula.
Nam ex quo ipse Christus obli
gauit omnes futuros Christia
nos habentes debitam etatem
et opportunitatem ad susceptio-
nem sacramenti altaris tem-
pore et loco. (Iuxta illud Ioan.
vi. Nisi manducaueritis carnem
filii hominis: et biberitis eius
sanguinem: scilicet per conco-
mitantiam: non habebitis vi-
tam in vobis: vitam scilicet gra-
tie: et per consequens / neque glo
rie in alia vita:) consequens est
dicere / quod ipse sufficienter pro-
uidit de ministro huius sacra-
menti: dando scilicet in hoc
plenitudinem potestatis Pe-
tro et successori eius / instituen-
di tam ipsos / quam simplices sacer-
dotes. Et quia non potest suc-
cessor Petri esse vbique locorum /
nec de facili omnes ordinan-
di in sacerdotes ad eum accede-
re / et ab eodem personaliter or-
dinari: hinc nullus catholicus
sane mentis dubitare debet / quin
potestas consecrandi sacerdotes
diriuari possit a summo ponti-

 fice

fice in episcopos: et quod ordinatus rite ab ipsis: est tam vere ordinatus ac si esset a Petro ordinatus: etiam a Christo: sicut et septuaginta discipuli fuerunt ab eo ordinati in simplices sacerdotes. Hoc aut dico propter eos qui dicunt apostolos fuisse ab eo ordinatos in episcopos in cena. Quamuis hec opinio non placeat omnibus theologis: sed tantum post resurrectionem: quando primo dixit Christus Petro: Pasce oues meas, pasce agnos meos. Jo. xxi. Sed de hoc ista sufficiant pro presenti. Patet ergo quomodo cultus sacramenti altaris custoditur statuto tempore a diebus in dies.

¶ Allegorice et sexto, per hoc quod primogenita deo dedicata precio redimebantur, scilicet quinque siclis argenti: designatur quod pro spiritualibus possunt licite dari temporalia absque nota symonie: dummodo talis datio fiat gratis: cessante omni pactione: vt patet. j. quest. j. quicquid. Si autem pactio interuenerit simonia incurritur: vt patet per plura. ca. ibidem. Nec obest, quod primogenita in antiqua lege certo precio redimebantur: tum quia hoc fiebat ex dei ordinatione: et per consequens talis redemptio carebat omni labe simonie: tum quia talis dedicatio, siue sanctificatio primogenitorum, nihil spirituale ponebat in eis quod posset esse materia simonie. Et ideo ex tali lege non potest trahi, quod hodie sacerdos euangelicus aliquo precio dato possit debiti obligari et se redimere a voto continentie. Idem dic de religioso professo.

¶ Anagogice et primo, iuxta illud principium presentis clausule: Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam. Notandum, quod per primogenitum recte potest intelligi Christus, qui est primogenitus in multis fratribus: vt dicitur Rom. viij. Non quidem solum in multis fratribus ecclesie militantis: verum etiam triumphantis. Nam in celo precellit gloria et honore (secundum quod homo) omnem creaturam: tam angelicam quam humanam. Unde Psalmist. de eo loquens ad deum patrem ait: Minuisti eum paulominus ab angelis: scilicet, quamdiu fuit mortalis et passibilis. Tandem autem gloria et honore coronasti eum: scilicet in ecclesia triumphante: et constituisti eum super opera manuum tuarum. Iste igitur primogenitus fuit totus et totaliter sanctificatus deo patri, secundum illud Psalmist. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Ubi per tabernaculum intelligitur humanitas Christi, que fuit tabernaculum in quo quieuit eiusdem diuinitas. Et alibi: Domum tuam domine decet sanctitudo. Ubi similiter domus dei fuit ipsius Christi humanitas: in qua requieuit et requiescit ipsius diuinitas. Et ideo valde decens erat vt huiusmodi domus sanctificaretur per plenitudinem gratiarum et virtutum sibi congruentium. Huiusmodi aut primogenitus non aperuit vuluam nascendo, quia mater post partum permansit virgo: sed aperuit celum ipsum in sua ascensione conscendendo

dēdo: vt ibi post eū possim⁹ a=
scēdere. Nā ante suā passionē
et ascensionē dictū celū erat a=
deo firmiter clausum/ q nul⁹
poterat ipsum aperire et illuc i=
troire. At vero ipse factus est cla=
uis paradisi/ quē nobis apuit/
et nēo claudit: sicut ipm prius
clauserat/ et nēo apire poterat.
¶ Anagogice et secūdo/ iuxta
illud verbū: Mementote diei
huius in qua egressi estis de
Egypto/ et de domo seruitutis
etc. Notandū/ q verba predi=
cta recte possunt dirigi ad bea
tos qui regnāt cū deo: qui re=
colunt quō et qualiter ex toto
liberati sunt de periculo eter=
ne dānationis/ et de seruitute
peccati et demonis/ et de tantis
beneficiis gratias peremnes
deo agunt. Merito nempe di=
cere possunt illud Psalmiste:
Torrentem. i. impetum tenta=
tionū īsurgētiū/ tā a carne/ q̄
a diabolo/ q̄ etiā a mūdo. Uel
torrentem. i. abundātiā tribu=
lationū/ pertransiuit/ id est p=
fecte trāsiuit: siue per deū trā=
siuit/ anima nr̄a. Et post pau=
ca: Bñdictus dñs etc. Hic de=
scribitur gratiarū actio quam
reddere dñt ipsi beati de hoc
q transierunt predictum tor=
rentem. Dicunt ergo predicti
beati per modū gratiarum a=
ctionū: Benedictus dominus/
supple sit: qui nō dedit nos ser=
uos suos/ in captionem den=
tibus eorum: id est/ qui non p=
misit nos ab hostibus deuora=
ri: qui more ferarum frenden=
tium dentib⁹ lacerare nos vo=
luerunt/ quandiu in mūdo fui=
mus: vel more venantium nos
capere vt feras/ qui escam in
muscipula ponunt. Nunc autē/
supple per dei gratiam/ anima
nostra sicut passer erepta ē/ de
laqueo venantium: id est/ de=
monum vel malorum hominū/
siue omniū tētationū. Thren.
tertio: Aperuerunt super nos
os suum oēs inimici nostri.
Sed quare dicit: Anima no=
stra sicut passer erepta est de
laqueo venantium? Profecto
hoc ideo/ qz sicut passer auis
parua et modica facile euadit
laqueum venantium: sic ani=
ma deuota euadit laqueū dia=
boli/ et volat ad celum: quando
in conspectu oculorum suorū
est parua p humilitatē. Uñ le=
gitur de beato Anthonio/ q
cum semel vidisset per reue=
lationem totum mundum la=
queis plenum/ et clamasset di=
cens: O domine quis pote=
rit euadere omnes laqueos
istos? Respondit sibi domi=
nus: Sola humilitas. Hinc e=
tiam Christus Matthei deci=
monono ait: Sinite paruulos
venire ad me: talium enim ē
regnum celorum. Sequitur:
Laqueus contritus est/ et nos
liberati sumus. Ista sunt ver=
ba regnantium cum deo/ sibi
gratias referentium quia eua
serunt laqueum triplicem: sci=
licet carnis/ mūdi/ diaboli. Nō
quidem propria virtute/ sed
dei. Ideo dicunt/ Adiutorium
nostrum: videlicet ad laqueo=
rum predictorum contritionē
et nostram liberationē/ in noīe
domini. i. in virtute dei: q̄ fecit
celū et terrā: et p cōsequēs adiu
toriū illius est firmū/ potēs/ et
validū. Cui etiā nēo resistere
pōt: vt dr Job. ix. Uñ de tanta

 gratiarū

gratiarū actione / quā ob pre= dictas causas agūt beati deo/ figurā habentes in sequentibus xv.ca.in filiis Israel: qui cum vidissent q omnino euasissent tyrannidē Pharaōis/ & sui exercitus/ p submersionē factā in mari rubro: statim: proruperūt in gratiarū actiones / canētes & dicētes: Cantemus dño/ glo riose eī magnificatus est: equū & ascensorem deiecit in mare. Applicatio est facilis. Qd aūt sequitur: Cumq introduxerit te dominus in terrā Chananei & Ethei &c. Refertur in eodē sensu anagogico ad terram celi / de qua in Psal. Credo videre bona dñi/ in terra viuentiū: q pro tanto dicitur terra Chananei & Ethei & Amorrei &c. quia olim fuit inhabitata (quis pau cissimo & breuissimo tēpore) ab alienigenis.i.a malignis spiri tibus/ & que repleri debet iustis hominibus: scdm illud Psal. Judicabit in nationibus/ implebit ruinas. In dicta igitur terra celebratur fugis solennitas/ et eternū gaudiū ab ipsis beatis de euasione malorū de quibus dictū est: hoc aūt maxime fiet mense isto/ scz nouarū frugum/ scz cū occurrerit solēnitas ingens & perennis resurrectiōis generalis. Ibi etiam electi vescent azymis & sine fermēto.i. omnimoda dulcedine / et leticia/ absq vlla amaritudine tristitie & merotis. Apo.xxi. Absterget deus omnem lachrymā ab oculis sanctorū/ & mors vltra non erit/ neq luctus / neq clamor/ neq dolor erit vltra q prima abierunt. Et dixit q sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Iste igitur sunt noue fruges: de qbus dicitur in textu. ¶ Anagogice et tertio/ p hoc q omnia primogenita hominū & mundorū animaliū olim iu bebantur dño offerri / primogenita vero asinorū oue mutari: designatur q in celo beati gaudent de omni bono quod cedit ad honorē dei. Qd aūt cōtra honorē dei est/ vt peccatū forsan ab eis cōmissum/ de quo cō dignam penitentiā in presenti egerunt: huiusmodi malum/ qd immundum est/ deo in se nō offerunt/ nec de eo in se gaudēt: sed illud immundū mutant in oue/ dū de penitentia facta p peccato suo gaudent. Da exemplum de Maria Magdalena/ que dū fertur in peccata sua/ (inquantū fuerunt p dei gratiā re missa/ & p lachrymarū abundā tiam penitus deleta) inde gaudet. Ecce igitur quomoodo animal immundū mutatur in oue/ q deo offertur. Ecce etiā quomodo ex malis nouit deus elicere bona. Vade & tu fac similiter.

¶ Secunda clausula.



Situr cum emisisset Pharao populum / nō eos duxit dominus per viam terre Philistijm/ q vicina est: reputās ne forte peniteret eū si vidisset aduersum se bella cōsurgere/ & reuerteretur Egyptū / sed circunduxit per viam deserti/ que est iuxta mare rubrū: et armati ascēderūt filij Israel de terra Egypti. Tulit quoq Moyses ossa Joseph secū/ eo q adiurasset filios Israel/ dicēs: Uisitabit vos deus / efferte ossa

mea

mea hinc vobiscū. Profectiq; de Sochot / castra metati sunt in Ethan / in extremis finibus solitudinis. Dñs autē precedebat eos ad ostēdendam viam per diem in colūna nubis: et ꝑ noctē / in colūna ignis: vt dux esset itineris vtroq; tpe. Nunquā defuit colūna nubis per diem: nec columna ignis per noctem coram populo.

¶ Historialiter postquam in precedenti clausula Moyses ductor et doctor ppli Hebreorum / in precedenti clausula egit de sanctificatione primogenitoꝝ Israel: hic cōsequēter agit de progressu dicti populi per desertū / secum ferētis ossa Joseph: quem comitabatur columna duplex / vna ignis ꝑ noctē: et altera nubis / per diem. De trib⁹ ergo agit dict⁹ Moyses in p̄senti clausula: videlz /

De progressu populi /

De delatione funerali /

De signo celestiali.

¶ Primo igitur agit de ꝓgressu populi Hebraici. Refert igit̄ ꝙ cū emisisset Pharao populum Hebreorū de terra sua / dicēs: Surgite / egredimini a populo meo / vos et filij vestri. Ite et immolate dño / sicut dicitis. Et iterū (vt dicit text⁹) Urgebāt Egyptij populū Israel de terra exire velociter / dicētes: Omnes moriemur / si (supple citto) non exieritis. Post hec igitur omnia exierunt Hebrei de Egypto / sed non eduxit eos dominus per viam terre Philistijm. i. per Palestinam / que vicina est / et per consequens breuior. Cuius causa assignatur / cum subditur / reputans ne forte peniteret ipsum populum de Egypto exisse / si vidisset aduersum se bella consurgere: scilicet Palestinorum habentiū Hebreos odio / et hoc propter antiquas molestias / quas perpessi fuerant a patribus eorū / scilicet Abraham / Isaac / et Jacob (vt dicit Comestor) et reuerteretur in Egyptū / scilicet timore perterritus: sed circunduxit eos per viam deserti: vbi glosa interli. quasi securitatis suauitate dictum populum fouens. Hec autē via deserti longa est ad reuertendum. Quo nō obstante filij Israel territi verbis exploratorum / dixerūt: Constituamus nobis ducem / et reuertamur in Egyptum: vt dicitur Nume. xiiij. Multo forti⁹ igit̄ hoc fecissent territi a Philisteis. Habitatio autē huiusmodi Philistinorū / siue Palestinorum / ista est iuxta mare rubrum ex vna parte / et ex alia parte tendit versus terram ꝓmissionis. Hoc autē mare rubrū (secundū Petrū Comest.) in duos sinus diuiditur. Nam qui ab Oriēte est / Persic⁹ appellatur / eo ꝙ Persie oram ei⁹ inhabitant: alter vero Arabicus dicitur. Ubi tamen nos dicimus / rubrum: Hebreus dicit cannosum / eo ꝙ canne in litoribus eius abundant. Sane ibi coartati sunt filij Israel: nā ex vna parte erant montes asperrimi immeabiles / et ex altera parte mare rubrū. Hec Comestor. Sequit̄: Et armati ascēderunt filij Israel de terra Egypti. De sensu autē hui⁹ ꝓpositiōis dicetur infra in sol. ad dubiū. Et sic patet de primo.

Secundo

❡ Secūdo Moyses in presenti clausula agit de delatiōe funerali ossium Joseph / dicens: Tulit quoqȝ Moyses ossa Joseph secum / de quib⁹ dicit̄ Eccli.xlix. q̄ post mortē ipsi⁹ Joseph pphetauerūt. De intellectu autē hui⁹ ppositiōis dicet̄ statim in solut. ad .v. dubium. Causa aūt cur Moyses i exitu de Egypto tulit predicta ossa / assignatur cum dicitur / eo q̄ adiurasset / scilȝ ipse Joseph in extremis posit⁹ / filios Israel / dicens: Uisitabit vos deus / scilicet gratiā liberationis de captiuitate Egypti vobis tribuēdo: ⁊ in terrā promissionis deducēdo. Profecti ergo filij Israel de Sochot: castra metati sunt in Ethan / in extremis finibus solitudinis. Non quidē in illis extremis que recipiunt terrā promissionis: sed in illis que sunt cōfines terre habitabilis / vel fructifere Egypti. Et nota fm Petrū de Pal. q̄ metor.ris.tat⁹ sum. dicit̄ a meta / et est idem q̄ metam vel terminum cōstituere. Proprie ergo metari / est diuidere castra / illuc in castris militibus loca assignare ⁊ ponere / vel mutare: et tūc diriuat̄ a moueo / ues. Itē idem de Pal. super illo verbo / In extremis finib⁹ solit. dicit q̄ Ethan est in confinio Egypti ⁊ solitudinis / vbi desertum post finitam Egyptū incipit..

❡ Tertio Moyses in hac clausula agit de signo celesti / cum ait: Dñs autē precedebat eos / scȝ Hebreos / in colūna nubis per diem: que non solum ostendebat viam / verūetiā protegebat eos ab ardore solis: cuius calor est multū intēperatus in terra illa / ppter accessum ad Austrū: ⁊ p noctē in columna nubis / ad ostendendū illis viā. Nam aliquando filij Israel in desertis cōmorantes mouebātur per noctē: ⁊ ideo ad ostendendū illis viam dñs misit eis columnā nubis de celo. Insup ipsi vsqȝ in ciuitatē Ethan viā potuerunt inuenire / per quam transire deberent ⁊ tenere / sed non vltra. Propter qđ subdit̄ / dominus aūt pcedebat eos ad ostendēdam viam: scilicet quā per se scire non poterant. Modus autē quo precedebat eos dominus / fuit duplex: vt dicit̄ in litera: et (vt dicit Andreas) nubes dicitur columna per similitudinem / eo q̄ esset oblōga admodum tentorij. Causa autem cur dominus mittebat predictis Hebreis columnam ignis per noctē / non solum fuit vt luceret eis interdum ad ambulandū: vt dictum est / sed vt a serpētibus ⁊ animalibus immundis / quibus desertū abundabat / sibi precauerent.

❡ Circa autē hunc textū possunt moueri multa dubia.

❡ Primum igitur dubiū orit̄ propter illud verbum: Nō eos duxit dominus per viam terre Philistijm ⁊c̄. Queritur ergo cur dñs non deduxit Hebreos per terrā Philistinorum: eos ab illis defendēdo / sicut pri⁹ eos defenderat ab Egyptijs? Nam sicut vnum potuit: ita et reliquum. Dicendum / q̄ Philistijm nondum demeruerant puniri ad modum Egyptiorū: nec de terra sua expelli / sicut Chananei. Noluit ergo dñs q̄

irent

Ut in columna nubis, q^a illa nubes erat ad modu columne [illegible] latitudinis, plurimu et altitudinis [illegible] solis [illegible] [illegible] Ambrosij in [illegible] Hugonis de S. Victore, [illegible]

trent p terrā Philistinoꝝ: qꝛ sic habuissent primo bellū cōtra illos quos dñs delere nondum volebat. Petrus aūt Comestor assignat alias duas rationes preter istā. Prima fuit/ propter dei mandatū / qui iussit vt ducerentur ad montem Synai ad immolandū sibi in ipso monte. Secunda fuit / vt si Egyptij eos persequi vellent/ molestiā itineris sustinerent. Et ꝗ patet / ꝙ talis asperitas vie cedebat ad eoꝝ vtilitatē.

¶ Secundū dubiū mouetur/ propter illud verbū: Reputans ne forte peniteret eum scilicet populum Hebreoꝝ si vidisset aduersum se bella consurgere/ ꝛ reuerteretur in Egyptum: sed nunquid dñs poterat dare magnanimitatē et fortitudinē in cordibus populi Hebreorum/ vt non timerēt Philisteos: dato ꝙ transissent per terrā eoꝝ? Nūquid prius armauerat ipse dñs corda Moysi et Aaron: ita vt imperterrite starent coram Pharaōe / ꝛ intrepide loquerentur in faciem suā? Item Hieremie dixit dñs: quando misit eum ad prophetandum: Tu accinge lumbos tuos / ꝛ surge / et loquere ad eos omnia ꝗ ego precipio tibi. Ne formides a facie eoꝝ: nec enī timere te faciā vultū eoꝝ. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatē munitā / ꝛ in columnā ferreā / ꝛ in murū ereum / sup omnē terram regibus Juda / principibus ei⁹ et sacerdotibus / ꝛ omni populo terre: ꝛ bellabunt aduersum te / et non preualebunt: qꝛ ego tecū sum (ait dñs) vt liberē te. Eiusdē Hiere. j. Si ergo dñs potuit tāta facere p vnū hominē / quāto magis p plures? Dicēdū / ꝙ dñs absolute / ꝛ quātū in se fuit / potuit deducere populū Hebreoꝝ p medios Philisteos / absqꝫ formidine ꝛ pauore eoꝝ. Qꝛ tñ preuidebat eos peccaturos etiā multipliciter/ ꝛ i penā suoꝝ peccatoꝝ passuros formidinē suoꝝ aduersarioꝝ / prout innuit Deuteronomij. xxviij. vbi sic loquitur dñs min⁹ dicēs: Si nolueris audire vocē dñi dei tui / vt custodias ꝛ facias oīa mādata ei⁹ / ꝛ cerimonias ꝗs ego pcipio tibi hodie / venient sup te oēs maledictiōes iste / ꝛ apprehendent te. Tradat te dñs corruentē ante hostes tuos: ꝛ p vnā viā egrediaris cōtra eos / ꝛ per septē fugias: ꝛ dispergaris p oīa regna terre. Propterea Job. xiij. ca. orabat dñz dicēs: Formido tua non me terreat. Itē cū habere constantiā cōtra hostes / ꝛ non timere eos / sit speciale dei donum: qđ nō datur omnib⁹ / sed quibus vult de⁹: ꝛ qui etiā facit ita qñ vult: nec semp est paratus ita facere: hinc est ꝙ dicit Hebrei si deducti fuissent p terrā Philistinoꝝ potuissent timere eos / et retrocedere redeundo in Egyptū. Bene ergo a dño deo factū est / ꝙ non duxit eos per terram Philistinorum / sed per viam deserti.

¶ Tertiū dubiū / cur mare rubrū / de quo hic agitur / sic appellatur: Nūquid ab euētu / eo scꝫ ꝙ exercit⁹ Pharaonis ibi perierit / ꝛ sic suo sanguine ipsum rubrificauerit? Dicendū / ꝙ nō ppter illā causam / nec etiā qꝛ aqua illius maris rubea sit ex natura sua (vt dicit Petr⁹ Comest.) Sed qꝛ terra circunstās est rube=

est rubea/ex qua vitiatur gurges
& inficitur. Inde etiam minium
acutissimum sumitur. Est autē
minium/ Gallice/vermicillō/quo
tanguntur grosse litere libro-
rum. Quicquid etiam ad esum
in fructibus est/in hunc colorē
cadit: vt dicit idē Petrus. Ad-
dit q etiam ibidem rubre gem
me ob eādem causam inueniū-
tur/que humo inuolute & inter
arenas attrite/ terre colorē ha
bent & maris. Hec ille.

¶ Quartum dubiū oritur pro-
pter illud sequens verbum: Et
armati ascenderunt filij Israel
de terra Egypti. Hoc em̄ non
videtur bene congruere illis q
sunt in via constituti/ & qui fu-
giūt aduersarios/vt armati in-
cedant. Ad hoc respōdet Hie-
rony. & ponitur in glo. ordi. su-
per hoc passu/q Aquila in sua
trāslatione (que veridica repu
tatur) ita scripsit & trāstulit/vt
hic habetur: Licet (inqt) pro eo
q nos habemus & dicimus ar-
mati: secūdum Greci sermonis
ambiguitatē instructi vel mu-
niti propter supellectilem qua
Hebrei Egyptios expoliaue-
runt/possit intelligi. Hec Hie-
rony. Q2 autem nō possit intel-
ligi predictū verbum de armis
materialib9/ quibus vtunt mi-
lites in bello/facile patet. Nā
diu fuerant dicti Hebrei opp̄s-
si in Egypto/etiam vsq ad ex-
itum suū de loco illo/et hoc ne
multiplicarentur/ & rebellarēt
Egyptijs: vt patuit I primo. c.
huius. Non est ergo verisimile
q Egyptij permisissent eos ar
ma apud se habere. Petr9 etiā
in histo. schola. exponens pre-
dictum verbū/armati ascende-
runt filij Israel de terra Egy-
pti: dicit sic: id est/multiplici su
pellectile muniti. Dicit tamen
de Lyra/q predictum verbum
intelligitur de armis materia-
libus: & q talia habuerunt ab
Egyptijs per accommodatio-
nem sicut vasa argentea et au-
rea/atq vestes. Sed in hoc nō
credo illi: tum quia cōtradicit
aperte Hieronymo/vt prius im-
mediate patuit: tum quia si ha
buissent talia ab Egyptijs per
accōmodationem/ statim Egy
ptij potuissent suspicari verisi-
militer q in fraudem hoc fecis
sent: & quasi volentes insurge-
re in eosdem: maxime cū nō es-
set tūc questio de impugnatio-
ne terre Egypti ab extraneis/
quam tunc tēporis pacifice te-
nebat rex Pharao / p̄ter bella
& afflictiōes quas immittebat
dominus. Nec est simile de mu
tuatione auri & argēti atq ve-
stium: quia Hebrei potuerunt
sub velato colore facile talia
obtinere ab Egyptijs. Argētū
quidem & aurum pro subleuan
dis necessitatibus suis/ que sa-
tis patentes erant propter op
pressionem multiplicem regis.
Vestes vero/propter instantem
solēnitatem paschalem: quam
volebant honeste (quātum po-
terāt) celebrare/ & ad eam con-
uenire. Tenenda est ergo opi-
nio Hieronymi.

¶ Quintum dubium oritur p-
pter illud verbum: Tulit quo-
q Moyses ossa Ioseph secum:
de quib9 dicitur Eccli. xlix. q
post mortem prophetauerunt.
Queritur ergo quomodo pro-
phetauerunt/maxime cū essent
post mortē Ioseph insensibilia?
Dicen-

dicendum: q dicuntur prophetasse: quia ipsum Joseph verũ prophetam ostenderunt: qd predixerat fratribus suis in extremis positus: vt legitur Gen. vlti. q hebrei tandem deberent liberari de Egyptiaca seruitute: et q tunc secum asportarent ossa sua: dicens: Deus visitabit vos: asportate vobiscum ossa mea. Non est ergo sensus: q ossa Joseph in se prophetauerit: sed q ipse Joseph prophetauerit filijs Israel id qd post mortem suam futurum erat: vt dicit hic glo. interli.

¶ Sextum dubium mouet pro pter illud verbũ: eo q adiurasset etc. Querit ergo: vtrũ Moyses et filij Israel q cũ eo erãt: tenerentur asportare ossa Joseph: propter huiusmodi adiurationem? Uidetur q nõ: quia nec ipse: nec aliquis de tota illa multitudine: ibi contemporanes erant tunc nati. Igit nõ obligabantur ratione predicte adiurationis. Item si pater vo ueat filium suum paruulum ad ingressum religiõis: siue ad clericatũ: postq creuerit et ad annos discretiõis venerit: ad hoc non tenetur nisi velit. Ergo ita est dicendum in proposito. Dicẽdum: q ad talem asportationem tenebantur: eo q tam patres eorum q ipsi sponte se sub miserant predicte adiurationi: atq eam gratã habuerãt. Itẽ ipse Joseph erat princeps: et dñs fratrum suorum: prout sibi fuit ostensum in vndecim stellis adorãtib9 eũ. Gen. xxxvij. Item multa beneficia illis contulerat in Egypto. Pro his ossibus potuit eos adiurare: et consequenter filios eorum in ipsis: atq filios filiorum: ad deferendum ossa sua ad terram promissionis.

¶ Septimum dubiũ: Cur Joseph voluit vt ossa sua asportaretur de Egypto in terrã Chanaan: que tandem sepulta sunt in Sichen: vt legitur Josue vlti. in fine? Dicẽdum in primis: q horrebat sepeliri in terra Egypti ,pter idololatriã hoim habitãtiũ in terra illa. Ex altera autem parte pie creditur: q ipse cũ haberet spiritũ propheticum: cognouit: siue preuidit per spiritum suum Christũ nasciturum: conuersaturum: moriturum: et resurrecturũ in terra illa Chanaan: et consequenter multa corpora sanctorũ cũ eo resurrectura: sicut rei pbauit euentus: vt habetur Matt. xxvij. Uerisimile igitur est: q sperabat resurgere a mortuis: cũ Christo resurgente. Hec est igit potissima ratio cur voluerit ossa sua asportari de Egypto in terram Chanaã. Qꝫ autem nõ tulerit vt statim fieret talis translatio sicut factũ fuerat de corpore pris sui Jacob: vt patet Gen. l. fuit: vt per hoc q corpus ei9 remanebat ad tẽpus i Egypto: memoria beneficiorum eius diutius remaneret apud Egyptios: et per cõsequens suauius tractarẽt filios Israel inter ipsos cõmorãtes.

¶ Octauum dubium: Quomodo Moyses potuit inuenire ossa Joseph: que diu fuerant sub terra: et signanter cum fluuius Nili: tunc (secundum aliquos) pl9 inũdasset: adeo q operuerat locum in quo iacebãt hmõi ossa.

ossa. Dicēdum, prout refert magister historiarum, q tūc Moyses scripsit ī lamina aurea nomen domini Tetragrāmaton: que superposita aque, supernatauit: vsqz dum veniens staret supra vbi erat sepulchrum Joseph. Et effodiētes, sustulerūt ossa, que sublata leguntur eis pphetasse: forte de difficultate itineris. Tamē (inquit predictus Petrus Comestor) Hebrei tradunt, q ouis ex improuiso astitit iuxta eos, que locuta est ad eos. Ob quam rem duxerunt secum dictam ouē multo tempore per desertū, quam appellauerunt ouem Joseph: iuxta illud Psal. Qui deducis velut ouē Joseph. Sed iste modus dicendi reprobatur ab aliquibus tanqz fictitius: maxime cum solēnes doctores Hebraici de hoc non loquātur: vt videre est in glo. ordi. q̄ de hoc non tacuissent, si quem taliū doctorum inuenissent. Insuper nō est verisimile, q ossa Josephi qui fuerat gloriosus in domo regis Pharaonis: et in tota terra Egypti, vita eius comite, post mortē illius fuerint reposita in campis vel pratis vbi aqua posset inundare: sed in loco valde solenni et celebri. Nec illud quod assumptum est de Psal. suffragat priori fictitie: quia ly Joseph, ibi non est genitiui casus, vt determinet ly ouem, sed est accusatiui casus: ita vt sit sensus: Domine deus, deducis Joseph ad modum ouis, scilicet sine murmure et recalcitratione, sed cū patiētia.

¶ Nonum dubiū versatur circa illud verbum: castra metati sunt in Ethan. Est igitur questio, que fuit predicta ciuitas? Ad hoc sic respōdet magister historiarum, dicens: Ethan ciuitas erat tunc desertus in capite solitudinis sita, que a Josepho, Lyc⁹ dicitur, vbi et Babylonem postea factam dicit, dum Cābises Egyptum vastaret. Hec tamē Babylon (vt ibi additur) nō est illa famosa Babylō Nabuchodonosor, sed alia, que etiam nunc inhabitat. Et dicitur ibi requiescere beata Katharina in monte Sinai: et sunt ibi monachi religiosi: et ardet solummodo oleum in lāpadib⁹, quod de tumba predicte virginis iugiter manat. Hec Petrus Comestor.

¶ Decimum dubium, est de columna nubis, et similiter ignis, que tunc apparuerunt: Utrum essent naturales aut miraculose. Dicendum, q sicut nubes q̄ apparuit in baptismo Christi fuit miraculosa: de qua legitur Lu. iij. Et similiter illa que apparuit eo ascendente in celum. Actu. j. Ita dicēdum est in proposito quantum ad vtrāqz speciem. Et quidem quantum ad speciem nubis illud possumus facile probare: per hoc scilicet q nubes naturalis ad modicū vētum dispergitur, et dissoluitur. Nec etiam fixe manet p notabile tēpus super eundem locum terre, ipsum obumbrans, sicut fiebat de illa q̄ apparuit sup castra filiorum Israel. De columna autem ignis, que apparebat super dicta castra, tēpore nocturno, peramplius patet q erat miraculosa, qz nec ante, nec postea talis visa est

in celo. Insuper dicte due colu̅ne mouebãtur et precedebant: quasi viã ostendentes filijs Israel / quando castra mouenda erant / et quiescebant quando quiescendum erat. Non sic autem factum fuisset si hmõi columne fuissent naturales.

¶ Undecimum dubium / Utrũ vtraqȝ species fuerit de nouo creata / aut de preiacenti materia formata? Dicendum / q̄ etsi vtrunqȝ sit probabile. Probabilius tamen tenendum est / q̄ vtraqȝ species fuerit de nouo creata: q̄ completo officio suo / scilicet pertransitis desertis a filijs Israel / defecerunt: siue p annihilationem / siue per conuersionem in aliam materiam et formam. Da exemplũ de stella que apparuit Magis / i Christi natiuitate. Matt. ij. de qua dicit beatus Tho. iij. parte. q. xxxvj. artic. vij. q̄ fuit stella de nouo creata / non in celo sita / sed in aere vicino terre / que s̄z diuinam voluntatem mouebatur: ita in proposito tam de nube: q̄ de igne dici potest. Uel potest dici / q̄ sicut spiritussanctus descẽdit super Christum dum baptizaretur in specie columbe: ita et hic in specie nubis aut ignis / sup filios Israel. Insup potest dici: q̄ sicut angelus apparuit pastoribus in humana specie: ita et hic filijs Israel in specie columne / nubis et ignis. Primum tamẽ est probabilius.

¶ Duodecimum dubiũ: Utrũ fuerit eadem columna que obumbrabat per diem / et illuminabat noctem. Ad hoc dubiũ dicunt aliqui / q̄ sic: vocatur tamẽ duplici nomine / ppter duplex officium. Hebrei autẽ dicunt / q̄ fuit duplex: ita q̄ vna per diem faciebat suum officium: que in vespere recedebat peracto dicto officio. Qua recedente subintrabat altera / scilicet columna ignis. Quid autem verius sit / non potest bene deduci ex presenti textu.

¶ Decimumtertium dubium / Cur non deduxit dominus per desertum per angelũ in humana specie populum Israel / aut aliquem hominem iustũ / sicut per duplex precedẽs signum? Dicendum conformiter ad dominũ Pet. de Pal. q̄ ideo fuit / ne angelo in hũana specie / siue homini contradiceretur / quãdo populus affligeretur: et consequenter illi non obediretur. Secus autẽ de creatura insensibili. Uel hoc ideo fuit: q̄ non potuisset angelus in corpore assumpto / nec similiter homo / dare refrigeriũ per diem / neqȝ lucem per noctem / sicut duo predicta: scilicet columna nubis / et columna ignis.

¶ Moraliter et primo / et cõformiter ad dominum Hugonem cardi. notandum q̄ duplex est via perueniẽdi ad terram promissionis celestis hereditatis / Una quidem est per terrã Philistijm / altera autem per desertum. Prima bellicosa est et plena hostibus: secunda inops et plena amaritudinibus. Prima est conuersatio secularis / Philistijm enim interpretatur ruina. In seculo autem est multiplex ruina. Secunda est conuersatio claustralis. Claustrũ enim dicitur desertum / eo q̄ a mul-

[handwritten marginal note:] pater Benedictus [?] ... fuisse eam vnã columnã

a multis deserit. Tamē Moyses (cui dominus loquebatur facie ad faciem) per desertum/ tanq̄ perviam securiorem/ duxit populum suum ad terrā ꝓmissionis. Qͥ si voluisset eū ducere per terram Philistijm/ plura impedimenta passus fuisset a Philisteis. Per qđ signat ꝙ etsi claustrales multa dura patiātur quo ad carnem: facilius tamen perueniunt ad terrā celestem q̄ habitantes in seculo: quibus occurrunt pene infinite occasiōes spiritualis ruine. Propter quod dicebat Ps. in psona veri religiosi: Ecce elongaui fugiens/ et mansi in solitudine: id est in religione/ vbi homo viuit solitarie/ et signanter quo ad mundanam conuersationem. Merito autē dicit deuotus claustralis: Ecce elōgaui fugiens/ supple mundum et conuersationem eius: quia tot repletur malis/ ꝙ omnis qui diligenter videt eū/ resilit ab eo: vt habetur Naum. xxx.

¶ Moraliter et secundo/ et conformiter ad dn̄m Pet. de Pal. Per filios Israel nouiter recedentes de Egypto et de seruitute regis Pharaonis/ intelliguntur nouiter cōuersi ad deū per penitētiam/ et qui nouiter recesserunt de tenebris peccatorum/ et de seruitute diaboli: vt tādem possint peruenire ad terrā promissionis celestis scilicet hereditatis. Tales igitur nouiter conuersi ad penitentiā nō sunt ducendi per terrā Philistijm. Philistijm enī (quod interpretatur potione cadentes) significat viam mundanam solatijs plenā/ et que inebriat homines illi deditos/ atq̄ tādem eos cadere facit in cloacā inferni: de qua Psal. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatē. Debēt igitur tales moneri per Moysen/ id est per suū confessorem/ vt non vadant ad dictā terram Philistijm. i. vt amodo non conuersentur cum malis/ et qui possent facile eos ducere secum in infernum: iuxta id qđ scriptum est in Psal. Cum peruerso peruerteris. Pisces enim sm̄ Isido. euntes prope rhete nouum gratis subintrāt/ hmōi rhete/ etiam satis repente eius odore attracti. Sic discurrētes per mundū/ quibus adhuc mūdana redolēt/ de facili ab ipso mundo capiuntur. Unde in figura huius dictū est Loth Gene. xix. Ne stes in omni circa regione: sed in monte saluum te fac. Quod aūt sequit in textu/ ꝙ circūduxit dn̄s filios Israel exeuntes de Egypto/ per viam deserti: aperte insinuat ꝙ dicti penitentes deducendi sunt per desertum penitentie in celum. Et bene cōparatur penitentia deserto: quia reuera hodie deserta est/ et deserit a multis: iuxta illud Mat. vij. Angusta porta/ et arcta est via q̄ ducit ad vitā/ et pauci sunt qui inueniunt eam. Econtra autē ibi dicitur de illa via que ducit ad perditionē/ ꝙ lata est et spatiosa/ et ꝙ mlt̄i inueniūt eā.

¶ Moraliter et tertio/ secundū eundē Petrum de Pal. Notādum/ ꝙ in hoc ꝙ dn̄s pepercit filijs Israel a bellis qui erant nouiter de Egypto egressi/ innuitur ꝙ peccatorib⁹ nouiter egressis a peccato/ et nouiter conuersis

conuersis

conuersis ad penitentiam/ nō
sunt imponenda onera grauia
penitentie: ne forte ea portare
non valentes totum dimittāt:
et ad priora peccata redeant.
Hinc est/ ꝙ tempore paschali
non sunt ieiunia in ecclesia q̄si
de precepto/ sed gaudiū ꝛ re=
quies: tum propter reuerentiā
dominice resurrectionis: tum
ne nouiter conuersi ad domi=
nū conquerantur de nimia sar
cina. Da exemplū de equo iu=
uene/ cui si imposueris nimiū
pondus supra dorsum/ aut to=
tum proijcit in terram/ aut one
ri succūbit ꝛ frangitur. Ita in
proposito: Da etiam exemplū
de piscatore capiente magnū
piscem cū linea/ qui non statim
trahit eum ad terram/ quia sic
posset lineam rūpere/ ꝛ piscem
perdere: sed paulatiue ducit
eū per aquam vsq; ad ripam:
ita in proposito de nouiter cō=
uersis ad penitentiam. Hinc
Job. xxv. dicitur: Obstetrican
te manu eius eductus est colu
ber tortuosus. Sed quid sibi
vult/ ꝙ dominꝰ circūduxit He
breos per viam deserti/ que est
iuxta mare rubrū: nisi ꝙ illi q̄
sunt in deserto penitentie/ de=
bent habere iuxta se mare ru=
brum: per quod intelligitur
memoria dominice passionis/
que est necessaria omni peni=
tenti. Iuxta illud verbum A=
postoli Hebreorum duodeci=
mo dicentis: Recogitate eum
qui talem sustinuit a peccato=
ribus aduersus semetipsum cō
tradictionem/ vt non fatigemi
ni animis vr̄is deficiētes. Hic
etiam Petrus in sua prima ca=
nonica secundo capitulo ait:
Christus passus est pro nobis:
vobis/ qui supple non vidistis
eum/ relinquens exemplum/ vt
sequamini vestigia eius. Item
vbi supra quarto capitulo ait:
Christo passo in carne/ ꝛ vos
eadem cogitatione armamini.
Huius etiam benedictissime
passionis memoria habenda
insinuatur/ cum p̄ Psalm. dici
tur: Petra refugium herina=
cijs. Que enim petra nisi Chri
stus/ de quo prime Corinth. x.
Petra erat Christus. Et qui
herinacij/ qui paruis sagittis
cooperiuntur ꝛ replentur/ nisi
penitentes: qui adhuc patiun=
tur sagittas variarum tenta=
tionum? Quale igitur illis da=
re possumus consilium/ nisi ꝙ
recurrant ad petram Christū/
et abscondant se in foramini=
bus huius petre: id est in vulne
ribus Christi/ per deuotā me=
ditationem: sicut herinacius
refugit ad murum/ dum vena=
tur a canibus/ et abscondit se
ibi/ vt euadat canes. De istis
foraminibus petre dicitur ani=
me deuote Cantico. ij. Surge
propera amica mea/ speciosa
mea/ et veni columba mea in
foraminibus petre/ in cauernis
macerie.

¶ Moraliter et quarto/ iuxta
illud verbum: Et armati ascē=
derunt filij Israel de terra E=
gypti. Notandum/ ꝙ per fi=
lios Israel intelliguntur de=
uoti catholici: qui recte dicun
tur Israelite/ eo ꝙ vident deū
per fidem. Tales autem Israe=
lite cupiunt ascendere versus
terram p̄missionis/ scilicet ce=
lestis hereditatis/ sicut aposto
lus loquebat̄. Philip. j. dicēs:

Cupio dissolui et esse cũ Christo. Item Psal. xlii: Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Sed quid est: ꝙ armati ascenderũt filij Israel de terra Egypti? nisi ꝙ volentes ascendere in celum: debent esse armati virtutibus a summo vsqꝫ deorsum: vt nullus pateat in eis locus per quem possit eos mortaliter ledere inimicus: qui non cessat die ac nocte contra ipsos bellum ducere: Job. vij. Militia est vita hominis sup terram. Milites enim habentes inimicos suos prope se: et qui non querũt aliud nisi qualiter et improuiso illos occidant: solent semper armati incedere: ita in proposito. Hinc Apost. Ephe. vi. nos admonet dicens: Induite vos armaturã dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam nõ est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem: sed aduersus principes et potestates: aduersus mundi rectores tenebrarum harum: contra spiritualia nequitie in celestibus: id est contra demones: qui sunt spirituales creature: pleni tamen nequitia: et qui preliantur contra nos in p̃senti vt faciãt nos perdere celestia bona: que et ipsi peccando perdiderunt. Merito ergo debemus induere nos armaturam dei: et armati semper incedere.

¶ Moraliter et quinto: iuxta illud: Tulit Moyses ossa Joseph. Notandũ: ꝙ illi deferũt ossa Joseph: qui pie recordantur defunctorũ: orãtes ꝓ ipsis: qꝫ vt dicit. ij. Machab. xij. Sã cta et salubris est cogitatio ꝓ defunctis exorare: vt a peccatis: supple venialibus soluantur. Qꝫ si intelligat de mortalibus: tunc non est sensus ꝙ talia remittantur defunctis i. se: sed quo ad penã pro illis debitam in alio seculo: dummodo fuerint remissa in p̃seti quo ad culpam. Illi autem nõ diu tollũt secum ossa mortuorum: apud quos statim cessat memoria eorum. Psalm. Perijt memoria eorum cum sonitu.

¶ Uel dic et sexto: ꝙ tunc Moyses fert secũ ossa Joseph: qñ homo recordat de morte. Que quidem recordatio valde vtilis est: ad vitandũ desideriũ peccandi. Hinc Eccli. vij. dicit: Memorare nouissima tua: et in eternum non peccabis. Et Hiero. iij. parte epistolarũ suarum: epistola. lxxxv. Non facile in peccata labitur: qui se moriturum cogitat: et sibi fore iudicem non ignorat. Hec ille. Fertur ꝙ temporibus nostris quedam regina Hispanie tantum doluit de morte regis viri sui: ꝙ per plures annos voluit cadauer illius aromatibus conditum: recondi intra thalamum suum. Ubi autem mutabat locũ: faciebat etiã post se trahi dictum funus viri sui: nolẽs priuari presentia illius. Per quod quidẽ opus (et si minus rectum) datur tamen intelligi ꝙ debemus semper esse memores mortis. Cuius memoria etsi pro fit ad vitandũ omne desideriũ peccãdi: precipue tñ valet contra illa tria peccata: de qꝫbus dicit Joã. ij. ꝙ omne qꝺ est in mundo: cõcupiscẽtia

tia carnis est: et concupiscentia oculorum: et superbia vite: per que apertius intelliguntur superbia: auaritia: luxuria. Primo igitur memoria mortis valet contra peccatum superbie. Iuxta id quod scriptum est Eccli. x. Quid superbis terra et cinis? tanquam aperte diceretur: O homo si mente diligenter reuolueres quod mortalis es: et de terra plasmatus: et tandem per mortem in cinerem siue puluerem reuersurus: nequaquam superbires. Secundo memoria mortis valet contra peccatum auaritie: quia (vt dicit Hieronymus. ij. parte epistolarum suarum: epistola. lxxiiij. ad Paulinum presbyterum scribens:) Facile contemnit omnia: qui se semper cogitat esse moriturum. Tertio predicta memoria valet contra peccatum carnis: eo quod deprimit blanditias illius. Da exemplum de cineribus: que operiunt ignem: vt non ferueat. Nec solum memoria mortis valet contra hoc vitium carnis: verumetiam memoria diuini iudicij: et penarum inferni. Unde Isidorus de summo bono: lib. ij. ca. xxix. Quando (inquit) pulsu demonum mens ad delectationem carnis impellitur: diuini iudicij metus: et eterni tormenta incendij ante oculos proponatur. Sicut enim clauus clauum expellit: ita sepe recordatio ardoris gehenne: ardorem excludit luxurie. Hec ille. Patet ergo quantum profit: et ad quid: ferre secum ossa Ioseph: id est: habere iugiter memoriam mortis.

¶ Moraliter et septio: Hic circa eadem ossa Ioseph: quod illi deferunt secum ossa Ioseph: qui memoriter retinent: et mente reuoluunt exempla bene viuendi: que nobis reliquerunt sancti dei patriarche et prophete: necnon et Christi Apostoli: vna cum ceteris sanctis: adeo vt dicat Isidorus de summo bono: libro secundo: cap. vndecimo: quod si ad boni incitamenta diuina precepta quibus admonemur: deessent: pro lege nobis sanctorum exempla sufficerent. At contra dum et deus preceptis suis nos admoneat: et vite sanctorum nobis boni operis exempla proponat: nulla est iam de reatu excusatio: quia et lex dei ad aures nostras quotidie pulsat: et documenta sanctorum: bonorum cordis nostri intima prouocant. Hec ille. Item idem ibidem: post pauca: Exempla: inquit: sanctorum (quibus edificatur homo) varias faciunt consecrari virtutes: videlicet humilitatis ex Christo: deuotionis ex Petro: charitatis ex Ioanne: obedientie ex Abraham: patientie ex Isaac: tolerantie ex Iacob: castitatis ex Ioseph: mansuetudinis ex Moyse: constantie ex Iosue: benignitatis ex Samuele: misericordie ex Dauid: abstinentie ex Daniele. Sic et cetera sacra priorum quo labore: quo moderamine: quave intentione vel compunctione gerantur: vir sanctus imitando considerat. Hec ille.

¶ Moraliter et octauo: iuxta illud verbum: eo quod adiurasset filios suos et cetera. Per hoc ostenditur quanta diligentia debeat adhiberi in obseruatione iuramenti. Nam Moyses erat supra modum occupatus

patus in eductione tanti populi: qui tamen non omisit asportare ossa Joseph / eo quod de hoc populum Israel adiurasset: vt legitur Gen. vltimo: put bene poterat (vt probatum est supra) et populus adiurationi Joseph pro se et filijs suis se submiserat. Hic loquere contra illos filios et heredes / qui assumunt sarcinam testamentorum parentum opere quantocyus complendam / qui tamen plerumque non implent promissa nisi forsan tarde / et in parte: de quibus vtique potest dici illud Psalmi. Nec fideles habiti sunt in testamento eius.

¶ Moraliter et nono / iuxta illud: Dominus autem precedebat eos in columna nubis etc. Notandum / quod per columnam nubis que precedebat dictos Israelitas / cum ambularent per desertum / quousque peruenerunt ad terram promissionis: potest intelligi prosperitas presentis seculi. Nam sicut claritas diei affert secum iocunditatem: ita et prosperitas temporalis est multum grata hominibus mundanis. Per columnam autem ignis que lucebat per noctem / intelligitur humana aduersitas / que vrit sicut ignis. Sed quid est quod dominus premisit nubem / que mitigabat ardorem solis per diem / et ignem vt luceret per noctem: nisi quod ipse optime nouit temperare prospera per mixtionem aduersorum tempore et loco: ne huiusmodi prospera humanum animum dissoluant / per nimium gaudium. Et similiter ipse nouit temperare pro loco et tempore aduersa per adiunctionem prosperorum: ne scilicet huiusmodi aduersa nimiam tristitiam inducant / et spiritum suffocent. Bene ergo ad propositum loquitur scriptura Prouerbiorum decimoquarto dicens: Risus dolore miscebitur. Et nota circa hoc / quod sicut nubes mitigat et refrigerat ardorem solis: prestat tamen aliquam obscuritatem: ita et prosperitas quamuis mitiget aduersitatem / hoc tamen malum habet / quod obscurat humanam mentem. Et ideo fortuna in prosperis est magis timenda / quam in aduersis: quia aduersitas illuminat noctem. i. humanam mentem prius obscuram per prosperitatem. Hic est / quod dicitur Esa. xxviij. quod vexatio dat intellectum.

¶ Moraliter et decimo / per dominum / qui precedebat per diem in columna nubis: et per noctem in columna ignis: designatur platus qui debet precedere suos subditos non solum de die / verum etiam de nocte: quod intelligendum est non solum in prosperis: verum etiam in aduersis: alias non est iudicandus pastor / sed mercenarius: iuxta illud Christi verbum Joan. x. Mercennarius / et qui non est pastor / cuius non sunt oues proprie / videt lupum venientem. i. aduersitatem affligentem oues: et dimittit oues et fugit: quia mercennarius est: et non pertinet ad eum de ouibus. i. non querit salutem ouium: sed tantum lanam earum. i. decimas et oblationes. Econtra autem bonus pastor dat animam suam pro ouibus suis. i. exponit se periculo mortis

mortis corporalis pro salute ouium suarum/sicut fecit Christus. Propter quod ait de se loquens/ vbi supra: Ego sum pastor bonus.

¶ Moraliter undecimo/ et conformiter ad fratrem Petrum Berchoriens. per predictam nubem potest intelligi bonus prelatus qui datus est filijs Israel.i.fidelibus subditis in ducem: vt scilicet dirigat eos per desertum huius mundi ad terram promissionis.i.in celum: et hoc non tam verbo doctrine/ quam exemplo bone vite. Huiusmodi autem prelatus debet esse colūna/ ratione stabilis firmitatis in bono opere/ et in veritate quam predicat. Item nubes/ ratione roris/ luce pietatis qua debet abundare/ et pro posse suo impendere subditis tempore et loco. Itē debet esse ignis illuminans ratione limpidissime scientie et veritatis/ quam debet predicare subditis: ne sit sicut canis mut⁹/ nō valens latrare. Et omnium horum ratio est (reddendo singula singulis) quia colūna debet alios spiritualiter et temporaliter sustētare: quia nubes debet alios doctrinis et beneficijs irrigare: quia ignis debet alios per charitatem incendere/ et per sapientiam illuminare. Unde de tali prelato potest dici illud Psalm. Expādit nubem in protectionem eorum.s. subditorū: et ignem vt luceret eis per noctem. Bonus igitur prelatus debet populo.i.subditis superstare: et cum eis personaliter manere/ et p iurisdictiōis eminentiam preeminere: et per exemplorum dationē super eos et coram eis presencialiter se monstrare. Populus vero subditorum se debet penitus conformare isti nubi: id est bono prelato/ discreto et spirituali: et ideo cum ipso moto (p bona opera) debet moueri: cum ipso eleuato debet leuari per contemplationem: cū proficiscente debet proficisci: cum ipso stante et manente (scilicet in bono proposito) debet similiter populus in fide et morib⁹ stabiliri. Unde in figura huius Ezech.j. dicitur de sanctis animalibus/ id est de bonis prelatis: et de rotis.i.de subditis/ q cū euntibus ibant: cū stantibus stabant: et cum eleuatis a terra pariter eleuabantur/ et cum ambularēt que pᵐa erāt/ sequebantur etc. Hec Berchoriensis.

¶ Moraliter et duodecimo/ notandū iuxta illud: Nunquam defuit colūna nubis per diem/ neq colūna ignis per noctem coram populo: q per hoc designatur/ q dñs nunq deficit in necessarijs/ neq quo ad corpus/ neq quo ad animam. Et quidem de necessarijs quo ad corpus loquitur Psal. dicens: q dat iumentis escā ipsorum/ et pullis coruorum inuocantibus eum. Nam huiusmodi pullos coruorum nutrit dominus solo rore celi/ quousque plumis nigrescant. Nutrit etiam aues celi que non laborant: quāto magis subuenit necessitatib⁹ humanis/ dummodo faciat homo quod in se est: et ponat fiduciā suā in eo. Iuxta illud Psalm. Iacta cogitatū tuū i domino/ et ipse

⁊ ipse te enutriet. De necessarijs autem quo ad animã / idẽ patet per illã maximam theologorum: dicentium ꝙ facienti quod in se est / deus nunꝙ denegat gratiam. Bene ergo ad propositum loquitur scriptura Eccli secũdo dicẽs: Respicite filij nationes hominum: ⁊ scitote ꝙ nullus sperauit in domino / ⁊ confusus est. Quia vt dicit Apo. Romanoꝝ quinto: Spes non confundit.

¶ Allegorice et primo / filius dei in noua lege volens educere populum suum de Egypto / id est de tenebris peccatorũ / ⁊ de oppressione Pharaonis / id est de potestate demonis: non duxit eos per viam terre Philistijm / imponendo iugũ importabile: sed leue ⁊ suaue. Iuxta illud Matthei. xj. Iugum meum suaue est / ⁊ onus meum leue: sed circunduxit dictum populũ per viam deserti / que est iuxta mare / id est per baptismum sanguine ipsius cõsecratum: cui vicina est via deserti / quod est ipsemet Christus / vt dicit interlinia. Hec est igitur via que ducit ⁊ perducit aiam in terram promissionis: ita vt dicat Christus Matthei decimonono: Sinite paruulos / supple per baptismum / venire ad me: talium enim est regnum celorum. In cuius figuram dum baptizaretur in Iordane: apertum est celum super eum. Luc. tertio. Uerũtamen priusꝙ baptizati (qui sunt filij Israel) pueniant ad dictam terrã promissionis / scilicet hereditatis celestis: necesse est primũ trãsire per viã deserti. i. in presenti multa pati / qz et si gratia baptismi tollat omnẽ penã i alio seculo debitã: etiam i adultis: non tamen reducit nec reponit ipsum baptisatũ in statu illo iustitie originalis / que reddebat hominẽ ante peccatum immunem ab omni pena: qz illã pdidit irreparabiliter Adam pro se ⁊ suis.

¶ Allegorice ⁊ secũdo / iuxta illud: Et armati ascẽderũt filij Israel de terra Egypti. Notandũ: ꝙ per arma recte possunt designari humana corpora: que sunt arma sub quibus abscondũtur anime. Quandiu igit huiusmodi anime sunt exute corporib⁹ / sunt sine armis. At vero occurrente generali omniũ resurrectione: verũ erit dicere ꝙ filij Israel. i. electi ascendent armati de terra Egypti. i. de tenebris mortalitatis ⁊ huius mundi: quando quidẽ ipsi electi resument sua corpora. Nã tunc quidam erũt armati armis claris ⁊ lucentib⁹: vt innocentes ⁊ paruuli. Quidã vero armis rubicundis: vt sancti dei martyres. Quidã autẽ armis albis: vt virgines. Ceteri autẽ electi erunt tunc armati scdm decentiã sui stat⁹. Itẽ tunc quidã sument arma aurea: vt perfecti in charitate. Alij arma argẽtea / vt qui i virginitate propter deum permãserunt. Alij vero arma ferrea: vt qui fortes facti sunt in bello: siue contra carnem / siue cõtra mundũ / siue contra diabolum. Ecce quomodo oẽs electi i generali resurrectiõe ascẽdẽt armati i celũ: nõ qdẽ ad ꝑliãdũ ibi: qz tũc in pace fiet lo-

cus

eus corp: sed ad gloriose regnandum cum deo.

¶ Allegorice et tertio, iuxta illud: Tulit Moyses ossa Joseph. Notandum quod debemus habere in magno honore et reuerentia ossa sctorum et reliquias eorum: quando sumus certi quod sunt ossa eorum: tum quia fuerunt aliquando instrumenta et organa aiarum cum deo regnantium: tum propter spem future resurrectionis et glorificationis cum eisdem aiabus: tum quia honorando huiusmodi corpora conformiamus nos quodammodo deo: qui talia honorat miracula ad ipsorum presentiam operando. Nota de bto Ludouico rege Francorum semper in collo gerente aliquas sctorum reliquias. Circa tamen has reliquias cauendum est ab omni abusu: ut notatur de consec. di. j. placuit. Item extra de reliqui. et veneratione sanctorum. ca. cum ex eo.

¶ Allegorice et quarto, iuxta illud sequens verbum: eo quod adiurasset filios Israel etc. Notandum quod ipse Joseph propter fidem quam habuit de futuro mysterio incarnationis filij dei patris et passionis necnon et resurrectionis eiusdem: que omnia complenda erant in terra Chanaan: que nunc dicitur terra promissionis: voluerit ossa sua tandem ibi transferri: et de hoc tantam curam habuerit quod de hac translatione futura adiurauerit in extremis constitutus filios Israel: quanto ampliori affectu et deuotione atque desiderio debent moderni Christiani predictam terram sanctam cum effectu visitare: que presentialiter precipue cum in effectu sit illis exhibitum in dicta terra redemptionis sacramentum et quod iam de facto perceperunt huiusmodi redemptionis effectum: atque in futura gloria plenius sunt percepturi.

¶ Allegorice et quinto, iuxta illud: profectique de Sochot castrametati sunt etc. Notandum quod per tres mansiones filiorum Israel de quibus iam habitum est, quarum prima fuit in Ramesse: secunda in Sochot: tertia in Etham: de qua hic legitur: intelliguntur secundum dominum Petrum de Pal. tres status fidelium qui sunt in ecclesia. Primo nempe per Ramessem, que commotio tinee interpretatur, intelligitur status penitentium. Penitentia enim et si culpam remittat: incentiua tamen vitiorum non penitus exterminat. Alias penitens non pateretur vlterius passiones etiam vitiosas, saltem venialiter: que per commotionem tinee designantur. Secundo per Sochot, quod interpretatur tabernacula, intelligitur status perfectorum, qui adhuc militant in carne mortali: et in ecclesia: donec perueniant ad illa eterna tabernacula, de quibus Psal. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum. Tertio per Etham, quod interpretatur signa, intelligitur status ceterorum iustorum, qui signati sunt signo Thau, id est gratie et fidei Jesu Christi. Ecce quid designant tres prime stationes filiorum Israel.

¶ Allegorice et sexto, iuxta illud: Dominus autem precedebat eos etc. per columnam populum deducentem in terram promissionis: intelligitur Christus, qui per exempla patientie ostensa in sua forma humanitatis fidelibus ad terram viuentium proficiscentibus refrigerat estum tribulationis: et luce sue deitatis depellit ab humanis cordibus tenebras noctis ignorantie atque culpe.

¶ Allegorice et septimo/ quemadmodu dñs voluit filijs Israeli cu transirent per desertu/ de omnib9 remedijs cotra omnia incomoda que passuri erat pvidere: ita et bonis atque iustis transeuntibus per desertu vite presentis/ vt perueniant ad celeste hereditate prouidet de optimo remedio cotra omnia et singula incomoda que illis occurrere possunt: incomoda aut que illis occurrere possunt in deserto vite hui9/ sunt hec: ardor male concupiscentie/ tenebre ignorantie/ fames et sitis auaritie/ ignorantia vie recte/ id est iustitie. Contra hec igitur incommoda et tentamenta impedientia deuotos fideles ab ingressu celi/ q figurata sunt per impedimeta que passi sunt filij Israel in deserto/ puidit dñs ex immensa bonitate sua/ de optimis remedijs et opportunis. Na cotra ardore male cocupiscetie misit nubem.i. Christum filium suu purum et nubeu/ q predicando refrigerauit ardore concupiscetie/ dicendo Mat.vj. Nolite vobis thesaurizare thesauros in terra/ sed in celo. Ite cotra tenebras ignorantie/ quibus plen9 erat mundus/ misit igne.i.spm sanctum super apostolos suos. Act. ij. Ite alia vice sup illos qui audiebant predicationem Petri. Act.x.c. Hic aut ignis illuminauit errore et horrorem tenebrarum. Ite cotra famem auaritie misit manna de celo/ id est sacrametum altaris/ quo saciauit amore terrenoru desideriorum. Joan.vj. Patres vestri manducauerunt manna in deserto/ et mortui sunt. Qui manducat hunc panem/ viuet in eternum. Item contra sitim eorunde terrenorum/ dedit apostolis gratiam suam. Joan. iiij. Omnis qui biberit ex hac aqua/ sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego do/ fiet in eo fons vite. Uel dic/ q dedit aqua de petra sacre scripture/ qua temperauit feruore mali appetitus. Item contra ignorantiam vie recte et iustitie/ misit angelum ducem.i. diuinam gratia/ qua demonstrauit vie veritatis splendorem.

¶ Allegorice et octauo/ per columnam intelligitur Christus/ qui in die presentis vite fuit totus nubeus et pluuiosus/ per misericordiam quam impartitus est ta aliquibus in particulari: q toti mundo/ in cruce moriendo. In nocte vero/ id est in futuro iudicio/ vel in morte cuiuslibet/ totus igneus/ id est seuerus et rigidus inuenietur. Ipse enim est qui secundum diuersas personas/ et secundum diuersa tempora/ diuersificat seipsum. Nunc igitur idem Christus est nubes/ misericordiam pluedo: tuc autem erit ignis/ iustitiam et seueritatem exequendo. De primo igitur ipsemet Christus merito potest dicere illud Eccli. xxiiij. Thronus me9 in columne nubis. De secundo autem dicitur Deuteronomij. iiij. De9 noster ignis consumens est.

¶ Allegorice et nono/ iuxta idem propositum. Notandum/ q per noctem recte potest intelligi lex vetus/ que abijt: per die aut/ lex noua: que successit.

Unde

Unde de utroque simul loqui-
tur Apost. Rom. xiij. dicens:
Nox precessit: dies autē appro
pinquauit. Christus itaque in
nocte: id est sub veteri lege p̄-
cessit Judeos: ostēdēs eis viā:
id est seipsum: qui Joan. xiiij.
ait: Ego sum via. Sed quomo-
do ostendit eis viam: id est se-
ipsum? Certe i columna ignis
id est in illa figura quam vidit
Moyses: dum pasceret oues
Jethro soceri sui: cum scilicet
vidit rubum ardentem: sed nō
comburentem: vt dictum est su
pra. iij. c. id est Christum par-
uulum intra vterū matris: nec
tamen virginitatem eius vio-
lantem. Deinde idem Christ⁹
nō sub figura: sed in reali & p-
sonali exhibitiōe precessit po-
pulum noue legis in columna
nubis: id est in humanitate as-
sumpta. Philip. ij. Habitu in-
uētus vt homo. Item Tit. iij.
Apparuit benignitas & huma-
nitas saluatoris nostri dei. Sub
tali tamen nube vere humani-
tatis in Christo: intus latebat
dies diuinitatis. Juxta id qd
scriptum est Esa. xlv. Uere tu
es deus absconditus. Ecce igi
tur quomodo venit filius dei
ad nos sub specie nubis: & hoc
totum vt precederet nos ver-
sus celum. Hinc Joan. viij. di-
cebat: Ego sum lux mundi: qui
sequitur me: nō ambulat in te-
nebris: sed habebit lumen vi-
te. Quod autem sequitur: Nū-
quam defuit columna nubis
per diem: neque columna ignis
per noctem coram populo: per
hoc designatur q ante Chri-
sti aduentum in terris semper
precesserunt figure et prophe-
tie huiusmodi aduentus: insu-
per et q post eius aduentum
nunquam reliquit: neque relin-
quet quod assumpsit: sed sem-
per permanebit homo perfe-
ctus. Uel per hoc designatur:
q ipse Christus nunquam de-
relinquet sponsam suam eccle-
siam: secundum illud Mathei
xxviij. Ecce ego vobiscum sum
vsque ad consummationē seculi.

¶ Allegorice et decimo tres
mansiones q̄s fecerūt filij Js-
rael exeūtes de Egypto (quarum
prima fuit in Ramesse: secūda
in Socoth: tertia in Ethan:
et tunc cepit dominus prece-
dere populum: de die quidem
in columna nubis: per noctem
vero in columna ignis) desi-
gnant triplicem legem: scilicet
nature: scripte: & grē. Jn dua-
bus primis non apparuit Chri
stus: nisi forsan enigmatice: id
est sub figuris et ,pphetijs. Jn
lege autem gratie verbum ca-
ro factū est: & habitauit in no-
bis. Nam tunc apparuit beni-
gnitas et humanitas saluato-
ris nostri dei: vt dictum est in
precedenti expositione.


¶ Anagogice et primo: aliter
consecuti sunt terram promis-
siōis celestis glorie angeli san-
cti: & aliter eam consequuntur
nunc sancti dei homines. Nam
angeli sine labore: sed cum so-
la dei dilectione super omnia:
et volūtaria subiectione ad di-
uinam volūtatem: illuc perue-
nerunt. At vero hominib⁹ ne-
cesse est multa pati (etiam in-
terdum diu) priusquā illuc pos
sint & valeāt peruenire: dicēte
apostolo Act. xiiij. Per mul-
tas tribulationes oportet nos
intrare

intrare in regnum dei. Hoc au tem dixit Paulus/ cum fuisset durissime flagellatus in quadam ciuitate Grecie/ que dicebatur Derben. Quintimo de Christo saluatore nostro scribitur Luce vltimo/ qꝫ oportuit eum pati/ et ita intrare in gloriam suam. Hoc etiam in figura ostensum est in filijs Israel/ de quibus dicit in presenti clausula/ qꝫ circũduxit eos dñs per viã deserti/ que est iuxta mare rubrũ/ in terrã promissionis: in quo quidẽ deserto habuerunt etiã multo tẽpore multa pati.

¶ Anagogice et secũdo/ iuxta illud: Tulit quoqꝫ Moyses ossa Joseph secum. Notãdum qꝫ sicut humana corpora in presenti sunt instrumenta animarum iustarum ad multa opera laboriosa exercenda: ita etiam iustum est/ vt cõpleta generali resurrectione suo modo beatificent cũ ipsis animabus: et suo modo premient. In dicta ergo gñali resurrectiõe tollet Moyses/ id est dñs deus (saltim mysterio) sanctorũ angelorũ ossa/ nedũ Joseph personaliter/ verumetiã omniũ electorum/ vbicunqꝫ fuerint recõdita aut dispersa: et adiunctis animabus proprijs transferentur in terrã promissionis illius/ scꝫ de qua in Psal. Credo videre bona domini in terra viuentium.

¶ Anagogice et tertio/ iuxta illud: Dominus autem precedebat eos ad ostẽdendã viam ⁊c. Notandum/ qꝫ sicut Christus ratione diuinitatis precedit simpliciter/ ⁊ a toto genere omnẽ creaturã/ tanqꝫ conditor vniuersalis omnium: ita et ipse idem ratione humanitatis precedet gloria ⁊ honore tam angelos qꝫ homines incelis/ cõpleta per eum generali resurrectione. Sed quomodo precedet eos? Profecto in duplici colũna: ignis scilicet/ ⁊ nubis. Primum referẽdo ad gloriam anime ipsius. Secundum vero ad gloriam corporis eiusdem: q2 (vt dicit Aposto. Philip. iij) Ipse Christus reformabit in fine seculorum corpus humilitatis nostre cõfiguratum corpori claritatis sue.

¶ Exodi decimoquarto.
¶ Prima clausula.



Locutus est autem dñs ad Moysen dicens: Loquere filijs Israel: Reuersi castra metent e regione Phiairoth que est inter Magdalũ et mare/ contra Beelsephon. In cõspectu eius castra ponetis sup mare. Dicturusqꝫ est Pharao super filijs Israel. Coartati sunt in terra/ conclusit eos desertũ. Et indurabo cor eius ac persequetur vos: et glorificabor in Pharaone/ ⁊ in omni exercitu eius: sciẽtqꝫ Egyptij quia ego sum dñs. Feceruntqꝫ ita. Et nunciatũ est regi Egyptiorũ/ qꝫ fugisset populus: immutatumqꝫ est cor Pharaonis ⁊ seruorũ eius sup populum: et dixerunt: Quid voluimus facere vt dimitteremus Israel/ ne seruiret nobis? Iũxit ergo currũ/ et omnẽ populũ suũ assumpsit secũ. Tulitqꝫ sexcentos currus electos/

electos/ et quicquid in Egypto
curruū fuit/ et duces totius exer
citus. Indurauitq dominus cor
Pharaonis regis Egypti/ et p̄
secutus est filios Israel. At illi
egressi erant in manu excelsa.
Cumq persequerenf Egyptij
vestigia precedentiū / reperē-
runt eos in castris sup mare.
Omnisq equitatus et currus
Pharaōis et vniuersus exerci-
tus erant in Phiairoth contra
Beelsephon. Cūq appropin-
quasset Pharao/ leuantes filij
Israel oculos viderunt Egy-
ptios post se/ et timuerunt val-
de. Clamauerūtq ad dñz/ et di
xerūt ad Moysen: Forsitan nō
erāt sepulchra i Egypto: ideo
tulisti nos/ vt moreremur in so
litudine. Quid hoc facere vo-
luisti/ vt educeres nos ex Egy-
pto? Nonne iste est sermo quē
loquebamur in Egypto dicen-
tes: Recede a nobis/ vt seruia-
mus Egyptijs. Multo em̄ me-
lius erat seruire eis/ q̄ mori in
solitudine.

¶ Historialiter/ postq̄ in pre-
cedenti capitulo sanctus Moy-
ses egit de progressu filiorum
Israel per desertū/ et de dupli-
ci signo celitus misso ad osten
dēdam eisdem Israelitis viā/
per quā incedere deberent: vt
tandē peruenirent ad terrā p̄-
missionis: videlicet de colūna
nubis per diē / et ignis per no-
ctem: hic consequēter agit in
principio presentis capituli /
de Pharaone insequēte cū ma
ximo comitatu dictos filios Is
rael/ et de timore eorundē ex tā
mirabili comitatu aduersario-
rū. Refert ergo Moyses/ q̄ do
minus locutus sit ad eū dicēs:
Loquere filijs Israel/ scz quo-
rum te constitui ducē ac pre-
ceptorē. Reuersi castra metenf
e regione Phiairoth. Iussit er
go dñs vt filij Israel aliquan-
tulū reuerterenf versus Egy-
ptū. De causa aūt huius reuer-
sionis dicetf sub primo dubio
sequenti. Dicit autē e regione
id est ex opposito/ sicut vna re-
gio opponitur alteri. Dicit ta-
men Hiero. loquens de locis
Hebraicis/ q̄ hic debet potius
dici in regione / q̄ e regione.
Phiairoth (secundum eundem
Hiero.) est locus desertī/ ad quē
venerunt filij Israel/ mare ru-
brum trāseuntes. Petrus etiā
Comest. insequēs Hiero. dicit
in regione/ et nō e regione. Ta-
lis autē varietas litere p̄cessit
ex vitio scriptorum: vt sepe fit.
Dicta autē regio Phiairoth/
vel Phiaroth (secūdum alios)
est inter Magdalū et mare: vt
dicitf in textu. Magdalū autē/
scdm glo. ordi. est ciuitas me-
tata in cōfinio Egypti/ ad quā
cōfugerūt Iudei cū Hieremia
tēpore captiuitatis Babylo-
nice/ interfecto Godolia: vt le-
gitf. iiij. Reg. xxv. Item Hiere.
xlj. Cōtra Beelsephon / qui est
locus in deserto. Iussit ergo
dñs/ vt filij Israel in cōspectu
dicti Beelsephon castra pone-
rent supra mare. i. iuxta mare.
Huius aūt positionis causa sub
ditur/ cum dicitur: Dicturus est
Pharao sup filijs Israel: coar-
tati sunt in terra/ cōclusit eos
desertū: ac si nō possent euade-
re mortem: tanquam esset ne-
cesse eos perire gladio Egy-
ptiorum: aut intrantes mare
ibi submergi. Cetera patent
vsq

vsq ibi: Et nunciatum est regi Egyptiorum: q fugisset populus. Hic ostenditur quomodo Pharao persecutus est populū Hebreum eo q intellexit eum de facto totaliter recedere de manu et potestate sua. Cum igitur talis fuga p cursores et exploratores nūciata illi fuisset: immutatum est cor illius atq seruorum eius. Sed quō immutatum est cor Pharaonis atq seruoꝝ eius? Certe quia prius coegerāt Hebreos abire: nunc autem volūt eos cogere vt redeant. Dixerūt ergo: Quid voluimus facere vt dimitteremꝰ Israel ne seruiret nobis? Tanq dicerent: Fatue egimꝰ et errauimus. Iunxit ergo supple Pharao currū suū: id est subito applicari fecit iungendo equos ad trahendum curruum multitudinem. De multitudine autem horum curruū et populoꝝ statim dicetur sub decimo dubio. Sed frustra parat Pharao temporalem militiam cōtra populum Hebreorū qui (vt habet in textu) egressi erāt de Egypto in manu excelsa: id est qui liberati erant virtute diuina de seruitute Egyptiaca. Nā dicte virtuti diuine nulla virtus humana potest obsistere siue contra eam preualere: Omnis autem equitatus et currus Pharaōis et vniuersus exercitus erant in Phiaroch. Tātus enim erat locus ille q poterat capere totum exercitū Egyptiorum. Uel forte erat alius locus a precedenti. Unde antiq libri habēt hic Ayroth. ¶ Sequitur: Cumq appropinquasset et c. Postq descriptus est apparatꝰ regis Pharaonis aduersus Hebreos fugientes: hic consequenter describit dicti populi trepidatio eo sc3 q videbant sup se maximā multitudinē bn̄ armatā et instructā ad preliū: et vt dicit Petrus in historia scholastica nec fuge facultatem habebant: nec pugnare poterāt: qz inermes erāt quantum scilicet ad arma bellica: Quia superius dictum sit q armati ascenderūt de Egypto. i. multa supellectili muniti: vt expositum est. Nec insup in predicto loco morari poterant propter ciborum inopiā. Nondum enim descēdebat māna super eos. Ecce igit cur timuerūt. Propter quod clamauerunt ad dn̄m. i. contra dn̄m: vt exponit de Pal. Murmurauerunt enim contra Moysen qui de mandato dn̄i eduxerat eos de Egypto. Et dixerūt ad Moysen: Forsitan nō erant sepulchra in Egypto. Sic enim deridebant eum. Uel ista sunt verba accusationis sceleris et impietatis quā imponebāt eidem Moysi seruo dn̄i. Ac si illi dicerent: Non sufficit tibi afflictio quam passi sumus in Egypto nisi etiā exponeres nos morti. Unde subditur: Ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine. Et quia Moyses poterat dicere talem eductionē fecisse ex dei precepto subdunt dicentes: Quid hoc facere voluisti vt educeres nos de Egypto? sc3 pro tuo beneplacito et nō dei precepto hoc factū est. Item qz poterat allegare ignorantiā subdunt: Nonne iste est sermo quē loq̄bamur ad te et c.

In

In hoc autem aperte mētiuntur: quia nunq̄ fecerant sermonem Moysi de hac re, nisi forsan quādo dixerunt ei ⁊ fratri suo Aaron: Uideat dñs, ⁊ iudicet, quoniā fetere fecistis odorem nostrum corā Pharaone ⁊ seruis eius: ⁊ prebuistis ei gladiū vt occideret nos. ꝫ. v. c. De sensu autē illius vltime ꝓpositionis: Multo melius erat seruire Egyptijs, q̄ mori in solitudine: dicetur sub vltimo dubio.

¶ Circa autem presentem textum possunt moueri aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium mouetur propter illud verbū: Reuersi. Queritur ergo cur dominus voluit filios Israel reuerti de via quam iam inceperāt? Iam enim videbantur respicere retro. Ad hoc respōdet magister historiarum, scꝫ Petrus Comestor, ꝙ ita voluit dñs, vt prouideret eis a serpentibꝰ deserti. Uel dic, ꝙ ita voluit dñs, vt liberatio eoꝝ de manu Egyptiorum eos insequentium, mirabilior appareret. Nam reuersi castra metati sunt in loco in quo coarctati humanitus videbātur. i. quia ex vna parte habebant mare rubrum, ex altera autem parte habebant montes asperrimos ⁊ inmeabiles: vt dicit Pet. Comest. Denique retro ad caudam suam, habebant maximum exercitū Egyptiorum. Et tamē his non obstantibus liberauit eos dominus, deducendo ipsos per medium maris predicti, submersis Egyptijs: in quo facto dominus dupliciter mirabilis et valde potēs apparuit. Nec q̄n retrocedendo, siue reuertendo versus Egyptum (vt obedirēt diuine volūtati) peccabāt, immo laudabiliter agebant.

¶ Secundum dubiū versatur circa illud verbum, que est inter Magdalum ⁊ mare. Queritur ergo, pro quo supponit Magdalū? Dicitur, ꝙ supponit ꝓ loco oppidi sic dicti. Est autē duplex Magdalum. Primum, in Judea, quod cessit in partē Marie, sororis Lazari ⁊ Marthe, post mortem patris. Unde ab illo oppido dicta est Magdalena. Secundum autē Magdalum est in terra Egypti: de quo hic agitur. De quo etiā dicitur Hiere. xliiij. ꝙ factum est verbum ad Hieremiā ⁊ ad oēs Judeos q̄ habitabant in terra Egypti. i. qui illuc transfugerant (cōtra mandatum dñi) de Judea, timentes aduentū regis Nabuchodonosor. Sequit̄ in Hieremia: Habitantes in Magdalo. Sup̱ quo dicit glo. interli. ꝙ Magdalum vrbs est Egypti vltra mare rubrū. Hec autem ciuitas fuit quarta mansio filiorum Israel in exitu de Egypto.

¶ Tertium dubium: Quomodo potest stare, ꝙ Magdalum sit ciuitas Egypti, circa quam posuerūt castra sua filij Israel, de mādato domini: cum prius scꝫ. xij. c. dictum sit, ꝙ profecti sunt dicti Israelite de Ramesse, que erat vltima ciuitas Egypti, in Sochot. Istud dubium soluitur per illō verbum quod habetur in principio presentis clausule, vbi precipit dñs dicēs: Reuersi castra metent̄ ⁊c.

Iussi

Iussi sunt ergo reuerti de via / quam tenebant. Israelite. Non tamen sic ꝙ redierint per eandem viam quam iam fecerant: alias redijssent ꝑ Sochot / vbi fecerant mansionē postꝗ̄ exierant de Ramesse: de quo tamē nulla fit hic mētio: reuersi sunt ergo versus Egyptū: non directe / sed quasi oblique circueūtes Egyptum per aliam viā / in qua erat situm dictū oppidū / quod Magdalū dicitur / et qđ erat de regno ipsius Egypti / et de dominio Pharaonis. Quod ille audiēs / et intelligens locū opportunum ad debellandum Israelitas / statim iubet militiam parari / sicq; progreditur cōtra eos. Sed in mala hora ꝓ eo et suis. Et nota / ꝙ sicut dñs verbo precepit Hebreis / ꝙ reuersi castra metarentur versus dictum Magdalum: ita etiam per signum celeste hoc idem illis ostendebat / et quod eos ꝑcedebat / scʒ per columnā nubis / per diem: et per columnā ignis / per noctem. Hoc aūt fecit dñs vt ipse Pharao commotus aduersus eos pararet se ad ꝑliū / etiam vsq; ad mare rubrum inclususque: ibi miserabilem finem vite sue accepturus.

¶ Quartum dubium: Queritur ꝓ quo supponit Beelsephon: de quo legitur in textu? Dicēdū / ꝙ non supponit pro quocunq; oppido / sed pro monte inhabitabili atq; inmeabili / sc̄dm Hiero. qui dicit ꝙ filij Israel erāt in illo loco valde coarctati: vt etiam innuit textus. Nam ex vna parte erat dictus mons: ex altera / dicta ciuitas regis Pharaonis / que Magdalū dicebatur: et que erat valde munita et fortis. A tergo aūt erat exercitus ipsius Pharaonis / a facie vero mare. Cur autē voluit dñs dictos Israelitas ita coarctari: hoc fuit vt maius appareret miraculū in liberatione eorum.

¶ Quintum dubium mouetur propter illud verbū: Et glorificabor in Pharaone. Queritur ergo quō et in quo glorificatus est dñs in Pharaone? Dicēdū / ꝙ gloria (ſm Tulliū) est longe lateq; patens ꝑconiū. Ex submersione autē Pharaonis / diuina virtute facta in mari rubro / ꝑconiū dei diffusum est lōge: quia vsq; ad hec tēpora. Item late / quia per vniuersum orbē habetur vsq; hodie notitia huius facti. Ecce quō glorificatus est dominus in Pharaone.

¶ Sextū dubiū mouetur ꝓpter illud verbū: Nunciatūq; est regi Egypti / ꝙ fugisset populus. Huius cōtrariū habetur in ꝑcedēti xij.c. Dictū est enim ibi / ꝙ Pharao et Egyptij cōpulerunt Hebreos exire de Egypto. Non ergo fugit ꝑplus rege ignorāte / aut populo eius. Dicēdū ad hoc / cōformiter ad dñm Pet. de Pal. ꝙ Pharao credidit de populo Hebreorum / ꝙ solum iuissent ad immolandum dño deo suo: essentq; statim reuersuri: sed viso ꝙ recederent totaliter: nunciatum est ei ab exploratoribus suis ꝙ fugisset populus. Nā cū viderent exploratores ꝙ vltra triū dierum viam procederēt / cognouerūt ꝙ non ibāt solum ad sacrificandū dño: sed ad totaliter recedēdū de Egypto / illuc vltra nō reuersuri. In huius autem

autem rei signū dicit in textu/ q immutatū est cor Pharaonis:et seruorum eius. Nā prius coegerant eos exire:scz ad immolandum:vt dictū est.s. Modo vero volebant ipsos cogere ad redeundum/vt iterum seruirent illis.

¶ Septimum dubium: Queritur post quod tēpus hoc factū est/ vt scz Pharao insequeretur filios Israel/ recedētes de Egypto? De hoc nihil dicit scriptura. Nō est tamen intelligendum/q cito sit factū: scz die quarto exitus eorū/aut quinto: sed forte post mensem vnum aut plures. Non enim tam cito potuit tantus exercit⁹ quātus hic describitur cōgregari:nec tāta curruū multitudo de diuersis ptibus Egypti cōgregari in vnū/ et disponi ad bellū:preter curr⁹ domus regie. Et quis dictum sit (fm aliquos) q mālio filiorū Israel de qua hic agit/ sit quarta:nō est tamē ppterea intelligendū/q hec sit qrta dies exitus eorū de Egypto/qz non singulis diebus mouebant castra sua/ qnimmo qnqz per plures dies manebāt in eodem loco fm q signū columne nubis aut ignis manebat in eodē loco: quod non mouebatur nisi fm domini imperium.

¶ Octauum dubium mouetur propter illud verbū immediate sequens:et omnē populū suū assumpsit secū/ scz Pharao/ in expeditione/cōtra Hebreos fugientes. Si ergo omnem populum assumpsit:ergo neminē reliquit in ciuitatib⁹ aut castris. Dicendum/q dicitur omnē populū suū assumpsisse/ eo q vel de multos assumpsit. Sicut dicimus q totus popul⁹ est in ecclesia aut fmone:eo q ibi multus sit. Uel dicitur assumpsisse omnē populum suū/scilz electū et doctum ad prelium. Uel dicitur assumpsisse omnem populum/qui cito et sine multa mora potuit congregari/ et ad prelium preparari.

¶ Nonū dubiū: Utrū filij Israel recedētes ex toto ab Egypto et dominio Pharaonis peccauerint. Uidet q sic:qz vt dictum est.s.v.c. Moyses et Aaron p oib⁹ dixerant Pharaoni: Deus Hebreorum vocauit nos/vt eamus viā triū dierum in solitudinem/ et sacrificemus dño deo nostro. Uolebant igit palliare intentionē suā de recessu/quasi pmittentes q post tertium diem vellent redire in Egyptum: quod minime intendebant. Ergo fefellerunt Pharaonem quantum in eis fuit: licet ipse non annuerit petitioni eorum:vt dicitur vbi supra. Dicendum ad hoc dubium/ sicut dictū est supra.v.c. prima clausula/in solutione ad quartū dubiū. Potest etiam addi/ q Moyses et Aaron/ dicentes Pharaoni: Deus Hebreorum vocauit nos/ vt eamus viam trium dierum in solitudinem: et sacrificemus etc̄. non dixerunt q nō essent expositurī plures dies/ q̄ tres: qbus expletis sacrificarent domino deo: sed cū bona cautela verborū voluerunt totaliter recedere ab eo. Non enim tenebantur illi dicere qd in mente habebāt/sed tantum cauere sibi a mendacio. Ideo recedēdo ab eo nō peccauerūt quali-

qualitercunq; maxime cũ nulla esset promissio de regressu. Insup ipse non exaudierat eorum petitionem: vt dictum est: quinimmo illam denegauerat absolute.

¶ Decimum dubium mouetur propter illud verbum: Tulitq; sexcẽtos currus electos ꝛc. Aliqui libri habẽt trecentos: similiter ꝛ quedã glo. Dicẽdum conformiter ad Pet. Comest. q; Pharao tulit trecẽtos currus proprios: non quidẽ in propria: sed per seruos suos: ꝛ trecentos ab Egyptijs: qui in toto faciunt sexcentos. Quod autem sequit: Et quicquid curruũ in Egypto fuit: sensus est q; predicti sexcenti currus erant omnes currus quotquot in Egypto erant: scilicet apti ad prelium: quanuis essent alij ad alios vsus proprios.

¶ Undecimum dubium: Unde potuerunt haberi equi ad trahẽdum huiusmodi currus: maxime cum dictũ sit supra. ix.c. q; omnia iumenta totius terre Egypti mortua sunt et occisa. De animalib' vero filiorũ Israel nihil omnino perijt. Dicitur: q; illud intelligitur de animalib' que erãt extra domos: siue in campis. Animalia autẽ ꝛ signanter equi: qui erant fortiores et preciosiores in domibus seruabãtur. Multi etiam de populo Pharaonis fecerũt confugere seruos suos: et animalia in domos: ad saluãdum eos: vt ibidem dictum est.

¶ Duodecimum dubium orit propter illud verbum vltimũ: quo dicitur: Multo enim melius erat seruire Egyptijs: q̃ mori in solitudine. Queritur ergo: vtrum illud sit verũ? Dicẽdum: q; seruire Egyptijs potest dupliciter intelligi: videlicet cum contumelia creatoris: vel sine contumelia creatoris. Si intelligat primo modo: falsum est q̃d dicunt hic Hebrei. Unde Orige. ꝛ recitatur hic in glo. ordi. dicit: q; ista sunt verba fragilitatis: alioquin falsa sunt. Si vero secũdo modo intelligatur: tunc verum est illud quod hic dicitur: scilicet q; melius est absolute seruire Egyptijs: q̃ ꝛc.

¶ Moraliter ꝛ primo: Per filios Israel: qui reuersi castra metati sunt e regione Phiahiroth ꝛc. intelliguntur veri penitentes: qui debẽt sepe reuerti ꝛ reflecti super peccata sua: non quidem vt in illis delectẽtur: alias non essent veri penitentes: sed vt de illis magis ac magis dolcãt: et conterantur. Ubi notandũ: q; filij Israel videbant se inter quatuor constitutos: vȝ inter mare: Magdalum: Beelsephon mõtem altissimum: ꝛ exercitũ Egyptiorũ: ita ꝛ veri penitentes habẽt materie ptritionis ex vna parte: que debet esse amara: ad modum aque maris. Per Magdalum: intelligitur feruens amor dei. Unde ꝛ de Magdalena: que a Magdalo dicta est: legit Luc. vij. q; pre nimio amore Christi: casto tamen ꝛ sancto: proiecit se ad pedes eius: ꝛ cepit lachrymis suis rigare dictos pedes: et capillis capitis sui tergere: atq; vnguento vngere. Hinc de eadem in hymno dicitur: q; prima meretur gaudia:

sc3

scilicet dominice resurrectio-
nis que plus ardebat ceteris.
Item in predicto capitulo Lu
ce laudatur a Christo de intē-
sa charitate ad ipsum: ita ⁊ qli
bet penitens debet intendere
dilectioni dei propter benefi-
ciū remissionis peccatorū suo-
rum. Per Beelzephon montē
altissimum/itelligitur spes fu-
ture beatitudinis ⁊ misericor-
die dei: que debet esse in peni-
tente. Per exercitū autē Egy
ptiorum insequentiū filios Is-
rael/⁊ querentium eos delere/
designatur timor exercit⁹ de-
moniū/querentiū perdere ⁊ ma
ctare penitentem/siue ad ser-
uitutem pristinam peccati re-
ducere. Sufficit enim vnus cu
stos carceris. Ubi vero aliquis
de incarceratis arripuerit fu-
gā/ dictus custos aduocat plu
res in auxilium ad capiendum
eum: ita ad propositum de de-
monib⁹ in ordine ad peccatorē
in peccato manentem: ⁊ ad pe-
nitere volentem. Qꝫ si iterum
eū suis laqueis.i.tentationib⁹
varijs ⁊ importunis cape pos-
sint: tunc ipsum diligentius et
firmius custodiunt ne amodo
euadat carcerem peccati. Fi-
guram habemus Actuum.xij.
de Herode rege/ qui cum ap-
prehēdisset Petrum apostolū/
misit in carcerem: tradens eū
quatuor quaternionibus mili-
tum ad custodiendū eū. Appli
catio est facilis ex dictis.

¶ Moraliter ⁊ secūdo/ ⁊ satis
conformiter ad glo.ordin. per
difficultatem quā passi sunt fi-
lij Israel in predicta mansio-
ne/tanq̄ essent coartati ex om
ni parte: intelligit̄ difficultas
quam patiūtur omnes qui pie
volūt viuere in Christo: ⁊ per-
gere in terram celestem. Non
enim (inquit Orig. i dicta gl.)
procliue est iter quo tenditur
ad virtutes vel ad celum: sed
illuc ascenditur anguste ⁊ dif-
ficulter. Iuxta illud Matthei
septimo. Arcta enī ⁊ angusta
est via que ducit ad vitam. Est
igitur iter quo ascenditur i ce-
lū tortuosum ⁊ perdifficile: et
ideo a paucis tenet̄. Quinim-
mo multi qui ipsum inceperūt:
attenta difficultate cito dese-
rūt illud/⁊ ad pristina peccata
redeunt. In cuius figurā hic
legit̄/ ꝙ filij Israel insurrexe-
runt verbis duris cōtra Moy-
sen: eo ꝙ eduxisset eos de Egy
pto/vt morerent̄ i loco in quo
erāt quasi coartati. Multi ita-
q̄ tentati non considerant ꝙ
quanto tentatio inimici est va
lidior ⁊ durior/ tanto deus ad-
auxiliandū (etiā vltra humanā
spem) paratior.

¶ Moraliter ⁊ tertio/iuxta il-
lud verbū: Immutatum est cor
Pharaonis/ ⁊ seruorū ei⁹/ sup
pplꝫ. Notādū/ꝙ dupliciter im
mutat̄ cor hominis. Primo q̄-
dem salubriter/ scꝫ de peccato
ad gratiā: ⁊ hec immutatio fit
a deo/ q̄ potest voluntatē ho-
minis immutare/etiā cōtra ꝓ-
positum in contrariū eā appli-
care: sicut patuit de Paulo/q̄
cū iret in Damascū ad appre-
hendendū ⁊ captiuandū Chri
stianos ibidē existētes/ subito
circūfulsit eū lux de celo/⁊ ait:
Dn̄e qd me vis facere? Act.ix.
De huiusmodi igit̄ immutatio
ne merito possum⁹ dicere illō
Psal. Hec mutatio dextere ex-

celsi. Secudo immutatur cor hominis damnabiliter, scz de gratia in peccatum, et talis immutatio fit a diabolo saltim initiatiue. Quamuis enim ipse demon non possit efficaciter et inuite immutare humanam voluntatem ad peccatum, potest tamen eam ad hoc inducere et allicere. Ad propositum ergo immutatum est cor Pharaonis, et seruorum eius super populum, supple Hebreorum: quia vbi prius licentiauerat eos abire de terra sua, nunc parat se ad reducendum eos in pristinam seruitutem. Ecce igitur quam flexibilis et mutabilis est humana voluntas pro presenti.

¶ Moraliter et quarto, et iuxta idem, per Pharaonem regem cuius tam subito immutatum est cor, designantur multi nobiles et diuites huius seculi, qui cum sentiunt supra se flagella domini, i. graue infirmitatem, timentes inde mori, confitentur, communicant, testamentum condunt satis notabile, emendationem morum promittunt, et huiusmodi. Qui si deo miserante ad sanitatem redeunt, statim mutatur cor eorum, atque ipsos forsan penitet vsuras et aliena restituisse: mutantes et irritantes testamentum per eos factum. Unde legitur de quodam magno vsurario, qui sic egerat, quod cum ad sanitatem peruenisset, voluit repetere vsuras priores. Cui cum obijceretur quod eas gratis remisisset, ait: Uerum est casu quo mori debuissem, et non alias.

¶ Moraliter et quinto, iuxta illud: Cumque persequerentur Egyptij vestigia precedentium, repererunt eos super mare in castris: ad quem supple locum obliquauerant filij Israel de deserto, notandum conformiter ad dominum Pet. de Pal. quod vt sepe dictum est, per filios Israel fugientes Egyptios intelliguntur veri penitentes, qui fugientes tam vitia quam demones, debent oblique incedere, scz transeundo de virtute in virtutem more ceruorum, qui cum insequuntur a canibus venaticis, non incedunt directe, sed saltant in transuersum viarum, ne vestigia sua a canibus sentiantur. Sic homines cum tentantur a diabolo debent fugere tentationem, transeundo et saltando subito de vna penitentia in aliam. Unde Mat. x. dictum est a Christo: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Item vestigia hominis insequitur diabolus, cum ei insidiatur, vt cor eius euanescere faciat in elationem, propter bonitatem precedentium operum. At vero nos debemus esse supra mare, vbi non est ei locus: quia non querit esse nisi in delitijs et voluptatibus huius seculi, et non vbi sentit esse mare, i. mentis amaritudinem, que est nutrix omnium virtutum.

¶ Moraliter et sexto, et conformiter ad eundem de Pal. iuxta illud: Multo melius erat seruire Egyptijs, quam mori in solitudine. Notandum quod ista sunt verba hominum mundanorum dicentium: Melius est viuere in delitijs et seruire diabolo, quam mori in solitudine religionis: et tamen melius communiter, et interdum diutius viuitur in religione bene obseruata: quam in delitijs mundi. In cuius figuram Christus satiauit quatuor millia hominum in deserto, de quibus prius dixerant eius discipuli: Quis poterit eos satiare panibus in solitudine. Mar. viij. Communiter enim dicitur quod versus ictibus impinguatur. Sic et anima deuoti

et sinceri religiosi impinguat gratia dei sub austeritate religionis. Et quis viri mundani nō semp dicāt verbo / q melius sit laute et delicate viuere in seculo / et oēm afflictionē atq amaritudinē a se relegare / q se affligere in religione et p hūc modū ad eternā gloriā vna cū dei misericordia et grā puenire: tñ hoc videnk afferere facto.

¶ Moraliter et septimo: iuxta illud verbū pcedens quo dr: q mori in solitudine. Notādū cōformiter ad pdictū de Pal. q hominū moriētium triplex est differentia. Nā quidā moriunk in Egypto / q interpretak tenebra / et hi sunt q moriunk i mortali peccato / qd inducit horribiles tenebras in anima / et qd pertrahit ad tenebras exteriores inferni / de quibus Mat. viij. Mittite eū / sez peccatorē in tenebras exteriores. Alij autem moriunk in deserto / vt veri penitentes / q si nō plene satisfecerint / in morte descendunt in purgatoriū: vt qd superest de penitētia sua / ibi psoluāt et luāt. Alij vo moriunk in terra promissionis: vt iusti / q statim euolant ad eternam gloriam.

¶ Moralr et viij. iuxta illō verbum: Recede a nobis / vt seruiamus Egyptijs. Notādū q et si infinities melius sit seruire deo et virtuti / q seruire diabolo et iniqtati: q2 seruire deo regnare est: id est per debitum seruitiū deo exhibitū acqrik regnū dei post hāc vitā: nihilominus pauci admodū volunt deo decenter seruire / sed dicūt ei / et si nō verbo / tamē opere et facto. Recede a nobis / vt seruiamus Egyptijs. i. demonibus et vitijs. Joā. viij. Qui facit peccatū / seruus est pcti. Seruus autē. i. pctōr / nō manet in domo in eternū. i. in celo / qd est domus dei / et filiorū eius. Sed prohdolor / tales serui Egyptiorum etsi in presenti habeāt vilia cibaria / sez pepones / allia et hmōi. i. fruātur vili delectatiōe: tamē in futuro pauabunk omni delectatione tam vili q vera et honesta. Quinimmo tūc cū. s. fuerint i tormētis / erubescēt de tāta vilitate / et dicetur illis cū improperio illud Ro. vj. Quē fructū habuistis tūc in illis in quibus nūc erubescitis?

¶ Allegorice et. j. per filios Israel qs insequtur Pharao cū seruis suis valde multis / designāk deuoti catholici / qs Pharaones. i. imperatores reges ac pncipes huius scli / vna cū subditis valde animose psecuti sunt: volentes delere nomen Christi et Christianorum de terra: ita vt tales tyrāni dicerēt de Christianis: Coarctati sunt in terra / cōclusit eos desertū. Et hoc est qd loquitur Christi spōsa ecclia in ps. dicēs: Sepe expugnauerūt me / supp. feroces tyrāni / et hoc a iuuētute mea: id est i exordio meo: etei nō potuerūt mihi. i. nō potuerūt me delere sicut optabāt. Supra dorsum meū fabricauerūt. i. maiores plātos: vt summos pōtifices et epos / q sunt dorsum ecclesie / grauioribus tormētis affecerūt. Nec qdē cito a cruciatibus et psecutiōibus suis cessauerūt: quinimmo prolongauerunt iniquitatē suam: scz ferme vsq ad tempora Cōstātini Imperatoris / q reddidit pacē ecclie / resignans imperiū

occidentale beato Siluestro pape/ et suis successoribus. Nec predicti principes tyranni aduersus catholicos et ecclesiam euaserunt iudicium dei/ nedum in futuro/ verum etiam nec plerumque in presenti: sicut prophetatum fuerat per Psalmi. dicentem: Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. i. predictorum tyrannorum: ita vt alij in dementiam versi sint: alij seipsos in flumen proiecerint: alij ignes intrauerint: alij digitos suos et manus proprijs dentibus decerpserint et dilaniauerint: alij a demonibus arrepti et tandem suffocati reliquerunt post se manifesta indicia persecutionis iniuste. Confundantur igitur et conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion/ id est ecclesiam catholicam. Fiant sicut fenum tectorum/ quod priusquam euellatur exaruit. i. cito tollantur tales de medio per abbreuiationem vite. Et hoc etiam optime figuratum est in subita submersione Pharaonis et totius sui exercitus in mari rubro.

¶ Allegorice et secundo/ per dictum Pharaonem et seruos suos: designatur magnus ille heresiarcha quem Lutherum dicunt. Per filios autem Israel fugientes versus terram promissionis: intelliguntur fideles catholici/ id toto posse fugiunt exercitum siue congregationem Lutheranorum: refugientes ad gremium matris sue ecclesie catholice. Contra tales igitur deuotos catholicos parat predictus heresiarcha exercitum magnum. Nec quidem in vno loco/ prouincia aut regno: verum ferme vbicunque diffusa est fides catholica: ita vt ex magna arrogantia aliquando visus sit dixisse de filijs Israel. i. de deuotis catholicis/ id quod falso dixit Pharao rex superbissimus de filijs Israel. Coartati sunt in terra/ conclusit eos desertum. Sed vnde tanta vesania in Luthero/ nisi quia dominus indurauit cor eius: gratiam suam ab eo subtrahendo? Cui ve per quem tantum scandalum venit modernis temporibus in ecclesia Christi. Profecto melius esset si natus non fuisset homo ille: vt ait Christus de proditore suo Juda. Matth. xxvj. Sed quemadmodum filij Israel gloriose liberati sunt de potestate Pharaonis: transacto mari rubro pede sicco: in quo terribiliter submersus est Pharao cum suo exercitu: ita et veri catholici vsque in presentem diem liberati sunt/ atque deo propitio in posterum liberabuntur ab infectione peruersorum dogmatum dicti Lutheri. Ipse autem tandem descendet cum suis complicibus in profundum maris infernalis/ nisi saltem resipiscant.

¶ Allegorice et tertio/ filij Israel designant illos fideles qui erunt in fine seculi tendentes versus terram promissionis. i. versus celum. Veruntamen sicut filij Israel reuersi castra metati sunt e regione Phiahiroth/ sic etiam dictorum fidelium aliqui reuertentur. i. auertentur a recta fide: saltim ad tempus/ et signanter qui erunt minus perfecti/ et minus stabiles in ipsa fide.

de. Quia vt predixit saluator Matth. xxiiij. in fine seculi erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. Surgent enim pseudo Christi et pseudoprophete: et dabunt signa magna et prodigia: ita vt in errorem inducant (si fieri potest) etiam electi. Hec ibi. Et breuiter in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. vt ait Apo. ij. Thimo. iij. Per Pharaonem autem insequentem filios Israel: et iterum in seruitutem suam redigere volentem: intelligitur Antichristus qui in fine seculi venturus est et preliaturus contra veros Christianos: ita vt quos superare non poterit verbis fallacibus et mendosis atque blanditijs nitetur eosdem superare via facti et diuersis cruciatibus: vt plene docet Apo. ij. Thess. ij. Nam in adiutorium sui assumet omnem populum suum. i. omnes qui credituri sunt in eum vt inuadant deuotos Christianos. Sed quia Christus orauit pro Petro. i. pro vniuersali ecclesia vt non deficiat fides illius vt dicitur Luc. xxij. Item ipse promisit fidelibus Matt. xxviij. dicens: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: ideo non preualebit dictus Pharao contra filios Israel id est Antichristus contra deuotos catholicos: quinimmo vt ait Apo. vbi supra immediate dominus interficiet eum spiritu oris sui. Quo interfecto descendet aia illius in profundum putei infernalis: prout fuit prefiguratum in Pharaone pereunte in mari rubro.

¶ Anagogice per filios Israel intelliguntur beati. Israel enim interpretatur videns: Ipsi autem beati deum sicuti est intuentur facie ad faciem. Visio autem (vt ait Augustinus) est tota merces. Et Christus Joan. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te solum deum verum et quem misisti Jesum Christum. Predicti igitur filij Israel id est spiritus beatifice videntes deum: et qui iam recesserunt de Egypto huius mundi et de corpore mortali et tenebroso: reuertentur in die resurrectionis generalis intra corpora sua et castra metabuntur in valle Josaphat. Per hoc autem quod ambo exercitus viderunt se mutuo: datur intelligi quod in dicto iudicio electi et reprobi videbunt se mutuo: ad gloriam quidem electorum et penam reproborum. Et vbi electi per impossibile timerent reprobos et signanter demones qui tam mirabiliter vexati sunt electos homines in presenti tunc consolarentur a domino: sicut consolati sunt Hebrei a Moyse: vt dicitur in sequenti clausula. Psalm. Consolationes tue letificauerunt animam meam. Et Esaie. xlix. Consolatus est dominus populum suum.

¶ Secunda clausula.

Et ait Moyses ad populum: Nolite timere. State et videte magnalia domini que facturus est hodie. Egyptios enim quos nunc videtis: nequaquam vltra videbitis

vſqꝫ in ſempiternum. Dominꝰ pugnabit pro vobis/ ⁊ vos tacebitis. Dixitque dominus ad Moyſen: Quid clamas ad me? Loquere filijs Iſrael vt proficiſcantur. Tu autē eleua virgam tuā/ ⁊ extende manū tuā ſuper mare/ ⁊ diuide illud/ vt gradiantur filij Iſrael in medio mari per ſiccum. Ego autem indurabo cor Egyptiorū vt perſequantur vos: ⁊ glorificabor in Pharaone/ ⁊ in omni exercitu eius/ ⁊ in curribus/ et in equitibus illius. Et ſcient Egyptij quia ego ſum dominus/ cum glorificatus fuero in Pharaone/ ⁊ in curribus atqꝫ in equitibus eius. Tollenſque ſe angelus domini qui precedebat caſtra Iſrael: abijt poſt eos/ ⁊ cū eo pariter columna nubis/ priora dimittens poſt tergū ſtetit inter caſtra Egyptiorū ⁊ caſtra Iſrael. Et erat nubes tenebroſa/ ⁊ illuminās noctem: ita vt ad ſe inuicem toto noctis tēpore accedere non valerent. Cumque extendiſſet Moyſes manum ſuper mare/ abſtulit illud dominꝰ flāte vēto vehementi ⁊ vrēte tota nocte/ ⁊ vertit i ſiccum. Diuiſaqꝫ eſt aqua/ ⁊ ingreſſi ſunt filij Iſrael per medium ſicci maris. Erat aūt aqua quaſi murus a dextra eorū ⁊ leua. Perſequēteſqꝫ Egyptij igreſſi ſunt poſt eos: ⁊ omnis equitatus Pharaonis/ currus eius/ ⁊ equites per medium maris. Iamqꝫ aduenerat vigilia matutina/ ⁊ ecce reſpiciēs dominus ſuper caſtra Egyptiorū/ per columnam nubis ⁊ ignis: interfecit exercitum eorum/ ⁊ ſubuertit rotas curruū: ferebanturqꝫ in profundum. Dixerunt ergo Egyptij: fugiamus Iſraelem/ dominus enim pugnat pro eis/ ⁊ contra nos. Et ait dominus ad Moyſen: Extēde manū tuam ſuper mare/ vt reuertantur aque ad Egyptios/ ſuper currꝰ ⁊ equites eorum. Cumqꝫ extendiſſet Moyſes manū contra mare: reuerſum eſt primo diluculo ad priorem locū. Fugientibuſque Egyptijs occurrerunt aque/ ⁊ inuoluit eos dominus ī medijs fluctibus. Reuerſeque ſunt aque/ ⁊ operuerūt currus ⁊ equites cūcti exercitus Pharaonis/ qui ſequentes ingreſſi fuerant mare: nec vnꝰ quidem ſuperfuit ex eis. Filij aūt Iſrl' perrexerūt per medium ſicci maris/ ⁊ aque erant eis quaſi pro muro a dextris ⁊ a ſiniſtris. Liberauitqꝫ dominus in die illo Iſrael de manu Egyptiorum: ⁊ viderunt Egyptios mortuos ſuper littus maris/ et manum magnam quam exercuerat dominus contra eos. Timuitque populus dominum/ ⁊ crediderunt domino/ ⁊ Moyſi ſeruo eius.

¶ Hiſtorialiter poſtqꝫ in precedenti clauſula ſanctus Moyſes egit de mirabili ⁊ potenti exercitu/ quem aſſumpſit Pharao vt reduceret Iſraelem fugientem: pariter ⁊ de mirabili timore quem habuit dictꝰ populus poſtqꝫ cognouit Pharaonis tam potentem exercitū venientem contra ſe: hic conſequenter agit de benignitate dei erga dictum populum Iſraeliticum/ ⁊ ſeueritate cōtra populum Egyptiacum/ quem ſub=

submersit in mari rubro. Uel dic/ quod in presenti clausula tria principaliter tanguntur.
Primum est Moysi assecuratio: ibi/ Et ait Moyses.
Secundū/ populi saluatio: ibi/ Tollensqz se angelus.
Tertium/ Egyptiorū submersio: ibi/ iāqz aduenerat vigilia.
¶ Quātū igit ad primū sciendū/ quod Moyses vidēs populum Hebreorū in maximo timore cōstitutū et valde trepidātem: eo. s. quod videbat maximā multitudinē Egyptiorum/ bene armatam/ et ad prelium peritissimā: cui etiā ex nulla parte patebat fuga vt dictū est/ videns insuper quod dictus populus Hebreorū: insurgebat contra ipsū opprobrijs et duris verbis: ita vt etiam vellent eum lapidare (secundum quod ait Josephus) cepit eos consolari securitatē promittens/ et auxilium eis cito de celo venturum dicens: Nolite timere/ quia auxilium dei (quod est fortius hac multitudine armata quā videtis) adest nobis. State/ supple in bono incepto/ et videte magnalia dñi que facturus est hodie: id est statim videbitis auxiliū domini super vos. Egyptios enim quos nūc videtis/ cū maximo exercitu et validissimo oppugnare vos volentes: nequaquam vltra videbitis vsqz in sempiternum. In Hebreo autem plenius est/ secūdum quod dicit Petrus Cō. Nam ibi sic habetur: Non videbitis in sempiternum/ vt scilicet nunc videtis viuos. Hoc autem supple eueniet vobis/ sine periculo et labore vestro: quia dominus pugnabit pro vobis: cui nemo resistere potest: et vos tacebitis: id est quiescetis/ vt expo nit interli. Sicut pugile alicuius viri nobilis pro ipso pugnāte ipe quiescit. Sicut ergo Moyses consolatus est populum: ita et dñs cōsolatus est ipsum/ dicens: Loquere filijs Israel vt proficiscantur: scz versus mare rubrū absqz vllo timore. Tu autem eleua virgam tuam/ scilicet in signum potestatis/ sicut reges solent interdum tenere virgam in manu sua/ et extende manū tuā super mare/ et diuide illud &c. Sequitur: Ego autem indurabo cor Egyptiorū. Ponitur autē hic consequens pro antecedēte. i. patienter adhuc sustinebo: ad quod sequitur eorum induratio: vt psequātur vos: vbi nota quod ly vt/ tenetur hic consecutiue/ et non causaliter. Qualiter aūt dñs dr indurare cor alicuius/ sufficienter dictū est in precedētibus. ca. iiij. sub tertia clausula. i fol. ad decimum dubiū. Cetera patere possunt ex his que iam dicta sunt.
¶ Quātū ad secūdū/ i. q̄ fit mētio de populi Israelitici saluatiōe et pseruatiōe ne submergeretur i mari rubro. Notādū/ quod sicut dñs cōsolatus est ppl'm Hebreorum verbo. s. Moysi: ita etiam consolatus est cū ope et facto/ et primo per angeli et nubis trāslatiōnē/ dicēs: Tollēsqz se angelus dñi q̄ precedebat castra. s. deducēdo filios Israel per viā/ per quā incedere deberēt. Itē protegēdo eos ab aduersarijs: abijt post eos: interlin. vbi erat maius periculum. Nā angelus

qui prius precedebat filios Israel, propter duplicem causam predictam stetit post tergum inter Egyptios et Israel: et cum eo pariter columna nubis priora dimittens post tergum stetit ubi et angelus. Huiusmodi autem castra non multum a se invicem distabant. Erat autem talis nubes tenebrosa Egyptijs, sed lucida Hebreis: ut dicit interli. Ecce igitur quomodo dominus primo consolatus est populum Hebreorum, facto et opere per angeli et nubis translationem. Secundo consolatus est eos similiter facto et opere per maris divisionem et divini dispositionem. Et de hac consolatione sequitur: Cumque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud dominus flante vento vehementi et urente tota nocte, qualis est apud nos auster: et vertit in siccum. Sequitur Divisaque est aqua: et ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris. De hoc autem plenius dicetur in sol. ad. viij. dubium. Tertio consolatus est dominus populum Israelem facto per submersionem Egyptiorum in mari rubro. Nam (ut dicit Moyses) persequentes Egyptij filios Israel ingressi sunt post eos, supple mare rubrum. Super quo dicit Petrus Comest. quod cum Egyptij viderent Israelitas intrare mare rubrum, vesanos eos reputabant: sed videntes eos illesos abire, post eos ingressi sunt. Accipit autem hic dictus Comest. videre pro audire. Nam perceperunt huiusmodi ingressum filiorum Israel intra mare ex tumultu tam sive ex strepitu, tam hominum quam iumentorum quem audierunt. Non autem ex visu cognoverunt huiusmodi ingressum, eo quod nox obscurissima esset cum hec fierent: ut dicitur in textu.

¶ Quantum ad tertium in quo fit mentio de Egyptiorum submersione refert Moyses, quod cum advenisset vigilia matutina, respexit dominus super castra Egyptiorum per columnam nubis et ignis. i. intollerabiles imbres, et graves tonitruos, choruscationes que ac lampades iniecit super eos, ut dicit Com. Notat autem idem auctor, quod quatuor dicuntur vigilie matutine. Prima vocatur conticinium, secunda intempestivum, tertia gallicinium, quartum antelucanum. Et in hac quarta vigilia ingressi sunt Egyptij mare rubrum. Hec Petrus Comest. A mane autem hic ubi quarta vigilia matutina, qua scilicet vigilabant senes in castris Judeorum. Tunc ergo respexit dominus super castra Egyptiorum, scilicet oculo iustitie sue. Super quod dicit glo. iterli. quod tunc ubi respicere dominus, cum aliquid novum et insigne facit. Bene ergo tunc respexisse ubi dominus, scilicet oculo iustitie sue: quoniam aliquid novum et prius a seculis inauditum fecit: quia interfecit exercitum Egyptiorum. i. interficere cepit secundum magnam partem illius. In fine autem totaliter ipsum interfecit, et hoc in modum qui sequitur, et subvertit rotas curruum, scilicet aliquos igne comburendo, alias submergendo: ferebanturque in profundum: quia intimidavit equos eorum perterruit, ut relicto itinere sicci maris in undas se precipitarent. Propter quod dixerunt Egyptij: Fugiamus Israelem: dominus enim pugnat pro eis, et contra nos. Ad propositum autem dicit Orosius, quod tractus curruum et orbite rotarum, non solum in litto-

tore / verūetiā in profundo di cti maris: nūc apparet quantū visus admittit. Et si forte casu vel curiositate cōturbent̄ dicti tractus: mox diuinit⁹ in faciē pristinā reperiant̄ / vt quicūqꝫ nō docent̄ vel timore / vel pro bate religiōis studio / trāsacte religiōis terreant̄ exēplo. Hec Paul⁹ Orosi⁹. Ecce igit̄ quomodo cepit dn̄s submergere exercitū Egyptioꝝ / ꝛ signāter rotas curruū eoꝝ / vna cū bonis q̄ in dictis curribus portabant. Nam omnia talia ferebātur in profundū maris: iam incipiētis redire sup Egyptios. ¶ His igit̄ pactis: tandē dixit dn̄s ad Moysen: Extende manū tuā sup mare: vt reuertant̄ aque ad Egyptios sup currus ꝛc. Uel dic / ꝙ id qꝺ p̄dictū est de hoc supra immediate: totū pāticipatiōnē dictū est. Scd̄m aūt rei ordinē primo Moyses de mādato dn̄i extendit manū suā super mare / ꝛ reuerse aque cooperuerūt currus ꝛ equites Egyptioꝝ: atqꝫ omnē militiā eoꝝ: ita vt vn⁹ ex eis nō remā serit / q̄ mortē euaserit. Hoc autē totū factū est diluculo: vt dr̄ in textu. Est aūt diluculum / q̄n lux diei incipit aliquātulū clarescere ꝛ apparere / qꝺ aliter dicit̄ aurora gall'. laube du iour. Pro quo notandū scd̄m Isidorum quinto libro etimo. ꝙ septē sunt partes noctis. Prima dicit̄ vesperū sic dictū ab Occidentali stella / que solē occiduū sequit̄ / ꝛ tenebras sequentes precedit. Secunda dicitur crepusculum / que est inter lucē ꝛ tenebras. Et est crepusculū dubia lux: quando scilicet dubitat̄ / si adhuc sit lux / nec ne. Unde crepusculum dicitur a crepon / quod est dubiū. Tercia pars dicit̄ conticiniū / quā do scilicet cuncti silent. Nā cōticere / idē est qꝺ silere. Quarta dicit̄ intempestū / qꝺ est medium ꝛ inactuosum tēpus noctis / quando scilicet nihil potest agi / ꝛ oīa sunt sopore quieta / quasi sine tēpore: quia tempus p se non intelligit̄ / sed tantum per actus humanos. Quinta dicit̄ gallicinium / qꝺ sic dictum est: propter gallos p̄cinū cios diei. Sexta dicit̄ matutinum / qꝺ est inter abscessum tenebrarum / ꝛ auroꝛe accessum / quo tēpore inchoāte fit mane. Septima pars dicit̄ diluculū / quasi diei parua lux iam incipiens / que etiā aurora dicitur: vt dictū est. i. primus splendor aeris. Iste sunt septē partes noctis secundū Isidoꝝ. Erat igitur diluculū / quando aque maris rubri pri⁹ diuise / vt iter p̄berēt populo Hebreoꝝ / reuerse sunt ad priorem locum ꝛ statum. Fugiētibus igit̄ Egyptijs occurrerunt aque / et inuoluit eos dn̄s in medijs fluctibus (vt dicit̄ in litera.) Filij aūt Israel perrexerunt p mediū sicci maris / ꝛ que erāt eis quasi pro muro .i. pro defensione: vt dicit interli. a dextris ꝛ a sinistris / ꝛ sic ad contra positam venerunt terrā: vt dicit Joseph⁹. Qꝺ aūt restat de textu / non indiget magna declaratione.

¶ Circa igitur hunc textū mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū mouet̄ ꝑpter illud verbū: Uidete magnalia

gnalia dei / q̄ factur⁹ est hodie. Contra magnalia illa designabant submersionē Egyptiorū / et liberationē Hebreorū. Huiusmodi aūt magnalia nō fuerunt facta nisi vsq; in crastinū: vt patet ex illo verbo sequēti: Jamq; aduenerat vigilia matutina / et ecce respiciens dñs sup castra Egyptiorū etc. Male ḡ dictū est / q̄ facturus est hodie. Dicendū / q̄ aliquid dicit̄ fieri dupliciter / scz initiatiue / et cōpletiue. Magnalia igit̄ dei p̄dicta non sunt facta ipso die / q̄ dñs locut⁹ est ad Moysen cōpletiue / sed tm̄ initiatiue. Nā mediauit nox inter verba dñi / et cōsummationē magnaliū ei⁹ .i. factorū ei⁹ magnorū et inauditorū: vt patet ex textu. Patet etiam dici / q̄ ly hodie / qd̄ idē significat / sicut hoc die potest designare diē naturalē / q̄ cōplectitur .xxiiij. horas / et tunc fuit verum q̄ hodie fecit deus magnalia sua: qr ab hora qua dñs locut⁹ est ad Moysen / vsq; ad submersionē Egyptiorū et saluationē Hebreorū nō fuerūt xxiiij. hore / maxie cū duo p̄dicta fuerit cōpleta circa vigiliā matutinam sequentis noctis.

¶ Secundū dubiū mouet̄ pp̄ter illud verbū sequēs: Egyptios cum quos nunc videtis / nequaq; vltra etc. Sed nūquid visuri sunt eos in finali dei iudicio / in quo cōgregabunt̄ omnes gentes: vt dicit̄ Johel. iij. Jtē Mat. xxv. Dicendū / q̄ sensus v̄bi dñi talis erat: Nequaq; vltra videbitis eos / supple viuos in presenti vita mortali. Quia etsi viderint in crastinū eos mortuos sup littus maris: (vt dicit̄ in fine hui⁹ clausule) nequaq; tamen viderunt ipsos viuos. Et qd̄ dicit̄ / q̄ videbūt eos i iudicio: illud soluit Augusti. in questionibus sup Exodum dicens: q̄ nec tunc videbunt eos / sicut ipsa hora: quia tunc videbāt eos vt inimicos persequentes eos. Jn iudicio autē non dabit̄ eis facultas p̄sequēdi. Vn̄ dicit Aug. q̄ alia litera sic habet / sicut vidistis Egyptios hodie / nō apponet̄ amplius videre eos in eternū.

¶ Tertiū dubiū versatur circa illud verbum: Quid clamas ad me: inquit dñs ad Moysen. Contra. nō legitur / q̄ Moyses tunc clamauerit ad dñm. Dicēdum / q̄ etsi non sit expressum q̄ clamauerit ad eum / tamen subintelligit̄ ex verbis dñi / vel vt dicit glo. ordi. Moyses clamauit ad dñm clamore cordis: qr (vt dicit beat⁹ Grego.) apd̄ deū non tam clamant verba q̄ desideria. Et Augu. sup Joan. tractatu. ix. Nihil (inqt) p̄dest strepit⁹ oris / muto corde. Hic metrice dicit̄: Nō clamor / sed amor clamat in aure dei.

¶ Quartū dubiū versat̄ circa illd̄ verbū dñi ad Moysen: Tu aūt eleua virgā tuā. Queritur ergo vtrū hec virga Moysi? Respondet Augu. vt supra / q̄ hec virga fuit illa eadē / in qua Aaron de mādato dñi fecit signa et miracula in Egypto. Unde illa eadē illa dicebatur virga Aaron / quādo ipse per eā operabat̄. Nūc aūt dr̄ v̄ga Moysi: qr nunc p eā Moyses operat̄.

¶ Quintū dubiū: Cur de⁹ potius per Moysen diuisit mare rubrū / q̄ p seipsum / aut saltim per

per Aaron? Ad hoc respondet Joseph9, q hoc fecit vt ipsum redderet autheticū pplo Hebreorū, q eundē fallacē pclamauerat, et contra ipsum egregie murmurauerat dicēs: Forsitan nō erāt sepulchra in Egypto: ideo tulisti nos vt moreremur in solitudie &c. vt dictū est in precedenti clausula.

¶ Sextū dubiū mouet pp̄ter illud verbū: Et erat nubes tenebrosa, et illuminās noctem. Querit̄ ḡ qūo eadē nubes poterat esse tenebrosa et illuminās? Dicendū, q hoc fuit scḋz diuersas ipsi9 partes: et hoc sustinēdo illā opinionē q̄ dicit, q fuit vna et eadē numero nubes. Da exēplū de luna semiplena. Hec igit̄ nubes scḋz glo.inter. erat tenebrosa Egyptijs, et illuminans noctem Hebreis.

¶ Septimū dubiū mouet̄ propter illud verbū immediate sequens, quo dicit̄: Jta vt ad se inuicē toto noctis tēpore accedere nō valerent. Querit̄ ergo ex quo se mutuo non videbant predicti duo exercitus, quomodo ergo persequi potuerūt Egyptij Hebreos? Ad hoc dicunt aliqui, q ex tumultu Hebreoꝝ se ad trāsitū maris disponentiū cōiecturati sunt vehemēter q recedere volebāt, et subterfugere militiā illoꝝ: vt prius dictū est.

¶ Octauū dubiū versat̄ circa illud verbū: Diuisaq; est aqua, et ingressi sunt filij &c. Querit̄ ergo vtrum singulis tribubus singule diuisiones aque maris facte sint: an sola vna diuisio fuerit ibi facta, per quā omnes tribus vna post aliam transierint? Dicendū, q secundū Ordi genem, prout refert in glo.ordi. singulis tribubus singule diuisiones aquarū facte sunt, et ppria vnicuiq; tribui via. Juxta illud Psal. Diuisit mare rubrum in diuisiones. Jdē dicit glo.ordi. super illud Esa. lxiij. Qui scidit aquas maris ante eos, et ingressi sunt filij Jsrael, p mediū maris sicci. Dicit etiā Petrus Comest. q aduocans Moyses singulas tribus secūdū ordinē sue natiuitatis, hortabat̄ eos vt se precedente sequerent̄. Cumq; timuissent intrare Ruben, Simeon, et Leui, qui erant primogeniti Jacob. Juda quarto genitus illius: vt patet Gen̄.xxix. primo aggressus est post eū intrare, et ibi meruit regnū. Querit autem dn̄s Hugo Cardi. cur Moyses non meruit regnū, qui prior omnibus intrauit? Forte (inquit) qz Moyses tribum non fecit. Hebrei autē dicūt (vt referunt de Lyra et de Pal.) q fuit in dicto mari vna tātū diuisio. Et hoc est satis probabile, secundum illud, q iam dictum est, videlicet q tres prime tribus formidabāt intrare mare post Moysen, et tunc tribus Juda (q̄ erat constātior) prima intrauit post Moysen: deinde alie secute sunt. Qz si quelibet tribus habuisset suā diuisionem, magis formidassent intrare, maxime ille que nō habebant Moysen in sua diuisione presentē. Nam si fuissent plures diuisiones secundū numerū duodecim tribuū, verisimile ē q Moyses cū tribu Leui, et nō cū tribu Juda fuisset. Ad illō aūt qḋ oppo nit̄ de Psa. potest dici, q ibi accipit̄ plale p singl'ari, scḋz diuisiones

fiones pro diuisione. Sicut ibi Gen. xlvi. Filii Dan: cum tamen vnum tantum filium habuerit: vt habetur ibidem. Potuit etiam diuisio dici diuisiones pluraliter: tum propter sui magnitudinem: tum secundum diuersas sui partes.

¶ Nonum dubium: Cur Egyptii viso tanto miraculo quod fecit dominus super Israelitas: qui pede sicco transibant mare rubrum: non cessauerunt ab eorum impugnatione? Respondetur ad hoc (secundum Andream: prout refert de Pal.) quod dicti Egyptii cupiditate excecati non aduertebant de miraculo. Vel existimabant se per medias vndas posse incedere: sicut videbant Hebreos ante se incedere. Nam diis suis: quibus immolauerant: adscribebant illam diuisionem maris.

¶ Decimum dubium mouetur a Josepho iuxta illud: Erat autem aqua quasi murus a dextra eorum et leua. Querit ergo dictus Josephus cum in transitu Jordanis fluminis: non fuerit nisi vnus murus: vt habetur Josue. iiij. quare hic dicuntur fuisse duo. Et respondet: quod ideo vt ostenderetur quod hic imminebat duplex bellum: scilicet Egyptiorum: et Chananeorum. Vel dicendum magis ad literam: quod ideo quia aque inferiores Jordanis non impediebant transitum: cum ex natura sua deorsum fluendo cederent transeuntibus. Non autem sic in proposito: quia nulla pars aque maris sic ex toto recessit.

¶ Undecimum dubium mouetur propter illud verbum: Aque erant eis pro muro. Querit ergo August. lib. de mirabilibus sacre scripture: cum conditor nature nihil faciat contra naturam: quomodo in proposito seruata fuerit natura aque: que est non terminari terminis propriis? Et respondet: quod etiam naturaliter aqua terminatur terminis propriis: sicut patet in glacie. Hoc tamen non est factum ex causa naturali: cum in tota illa nocte flauerit ventus vrens: vt dicitur in textu: quasi ex diuina dispositione. Factum est ergo ex causa supernaturali: que etsi non agat contra naturam: agit tamen frequenter supra aut preter naturam.

¶ Duodecimum dubium mouetur propter illud verbum: Viderunt Egyptios mortuos super littus maris. Queritur ergo super quod littus viderunt Hebrei Egyptios mortuos? Ad hoc responsum est (secundum Josephum) quod supra littus contra positum littori: per quod intrauerant mare. Ita quod totum mare transierunt: saltim mortui. Cum enim filii Israel iam essent elongati multum a littore: columna ignis et nubis que prohibebat Egyptios accedere ad Hebreos recessit: et tunc Egyptii videntes quod filii Israel recesserant: et satis notabiliter eos precedebant: secuti sunt eos per eandem viam: credentes totaliter transire sicut et Hebrei. Et excecauerat eos malitia eorum. Nam cum insequerentur animose dictos Hebreos: mare quod prius diuisum erat: post totalem transitum Hebreorum: rediit in pristinam naturam: seipsum reuniens et simul Egyptios inuoluens: cum suis bonis. Quibus demersis:

mare quod non potest sustine-
re cadauer hois mortui/sino flu
xu proiecit corpora eorum ad
littus ꝓpinquius ad qđ prius
peruenerãt Hebrei. Uel forsan
cum illuc primum peruenerũt/
iam corpora Egyptiorum mor
tua erant illuc delata per vehe
mentem pulsum maris/qđ non
potest talia sustinere: vt dictũ
est. Et ꝙ ita fuerit patet ex p̄-
senti clausula/in cuius fine di-
citur ꝙ Hebrei viderunt Egy
ptios mortuos sup̄ litt9 maris.
¶ Huic autem opinioni/quam
credo ⁊ reputo veram/⁊ cõfor-
mem dicto Josephi/vt allega
tum est/instant nonnulli dupli
citer: authoritate scilʒ ⁊ ratio-
ne. Authoritate quidem illius
quod habetur Num.xxxiij. ibi
enim dicitur/ꝙ post transitum
maris rubri/filij Israel fuerũt
in deserto Ethan: ⁊ ambulãtes
tribus diebus per dictũ deser-
tum Ethan/castra metati sunt
in moria. Huiusmodi autẽ de-
sertum(vt dicũt)erat ad littus
quod est ex parte Egypti: vt di
ctum est. c. precedenti. Igitur.
Ratione vero confirmant opi-
nionem suã hoc modo: Nullus
sane mentis diceret/ꝙ corpus
mortuum possit naturalr̄ trãs-
mitti/siue per vndas ⁊ fluctus
maris/siue alias/ad aliud litt9
maris/spatio vnius solius no-
ctis. Alias haberet trãsire to-
tum spatium maris per vnam
solem noctem. Et tamen hic di
citur/ꝙ mane facto viderunt
Hebrei corpora Egyptiorũ su
per litt9 maris. Igitur hoc in-
telligendum est de littore ma-
ris/a quo prius recesserant/et
quod est ex parte Egypti. Di-
cũt ergo isti/ꝙ filij Israel trãs-
euntes mare/id est/paruũ spa-
tium/siue brachium maris: ve-
nerunt ad littus ꝑ quod intra-
uerãt: ita ꝙ mare fuit diuisum
quousqꝫ transierunt mõtem a-
sperum/quod pro magna par-
te intrabat ipsum mare: ⁊ tunc
diuisio maris per modũ semi-
circuli rediit ad littus/⁊ nõ vl-
tra mõtem. Sed hec omnia vi-
dentur fictitia: quia si sic esset
vt isti dicunt/nunqꝫ filij Israel
transissent mare rubrũ qđ me-
diat inter terram Egypti ⁊ de-
serta illa in quibus est mons Si-
nay situs/⁊ ad quod peruene-
runt filij Israel: quia de hoc ni
hil legitur nisi in hoc passu.
¶ Restat igitur respondere ad
obiecta in contrariũ. Et primo
quidẽ ab authoritate dicit/ꝙ
est duplex desertũ/qđ Ethan
dicit/sicut frequenter inueni-
untur duo loca que eodem no
mine nuncupantur: ⁊ similiter
due ciuitates. Est igitur vnum
desertũ ex parte Egypti/quod
Ethan dicitur: ⁊ aliud in deser
to/quod est trans mare rubrũ/
de quo est questio in libro Nu-
merorum. Ad rationẽ autem
de motu corporũ dicit/ꝙ ille
sinus maris/de quo in presenti
est questio/non est tantus/nec
tam spatiosus in transuersum/
quin corpora Egyptiorũ flãte
magno vento potuerint in bre
ui tẽpore proiici ad aliud litt9
maris: scilicet spatio noctis fe-
re equinoctialis. Nec verũ est
ꝙ aliqui asserunt mare illud in
dicto loco valde spatiosum et
extensum. Et quanuis forsan
Egyptij (quãdo submersi sũt)
essent propinquiores littori ꝑ
quod

quod intrauerant mare: cuius de hoc nihil certum habeatur: dei tamen ordinatione factum est (vt dicit Josephus) vt eijcerentur ad littus oppositum: scilicet ad consolationem filiorum Israel: ita que de cetero eos non timerent: cum viderent eos mortuos: et vt haberent arma eorum ad defendendum se contra futuros hostes insurrecturos contra se. Unde ad confirmationem omnium precedentium pro parte ista: facit quod legitur sequenti cap. vbi sic dicitur: Tulit autem Moyses Israel de mari rubro: et ingressi sunt desertum Sur. Non autem dicitur: que ingressi sunt desertum Ethan. Et tamen si egressi fuissent ad ripam Egypti: ingressi fuissent desertum Ethan: vt patet ex dictis. Patet igitur reprobatio predicte opinionis.

¶ Moraliter et primo: Hodie: id est: in presenti vita videtur dominus alloqui veros fideles cum tentantur: et dicere illis: Nolite timere: scilicet timore desperationis: siue propter hostium vestrorum fortitudinem: siue propter auxilij diuini desertionem: sed state: supple in bono virtutis quod cepistis. Eccli. ij. Fili accedens ad seruitutem dei: sta in iustitia et timore: et prepara nihilominus animam tuam ad tentationem. Et Apost. j. Corint. vlt. hortatur quosque fideles dicens: Uigilate et state in fide: et videte: oculo mentis vel fidei: magnalia domini: que facturus est hodie. Magnalia autem que facit hodie dominus: sunt multa: scilicet que ad verbum sacerdotis transsubstantiatur et conuertitur panis in Christi corpus: et vinum in sanguinem: quia accedente verbo ad elementum: fit sacramentum. Item que ad absolutionem sacerdotis super rite confitentem: remittuntur peccata: iuxta illud Joan. xx. Quorum remiseritis peccata: remittentur eis. Item que infundente ministro baptismi aquam super illum qui baptizatur: et dicente: Ego te baptizo in noie patris etc. remittitur originale in paruulo: et actuale in adulto. Daturque simul gratia spiritussancti. In cuius testimonium descendit spiritussanctus in specie columbe super Christum: dum baptizaretur a Joanne in Jordane. Luc. iij. Et sic de multis alijs magnalijs dei: que indies operatur: dicendum est. Per Egyptios autem: de quibus ait Moyses ad populum: que amodo amplius non essent visuri eos: intelliguntur demones: quos iusti decedentes ab hoc seculo: amplius non sunt visuri. Tales etiam Egyptij: id est: demones: et si habeant magnam fortitudinem naturalem: mediante tamen gratia dei facile cum tentant iustos: in presenti superantur: ita vt dicat Gregor. que debilis est hostis: qui non vincit nisi volentem. Nolite ergo timere vos fideles propter hostium vestrorum fortitudinem. Nec similiter propter diuini auxilij defectum: quia paratior est dominus succurrere suis in tentatione aut tribulatione positis: quam illi in auxilium petendo: quinimmo frequenter preuenit nos: auxilium conferendo. Psalm. Misericordia eius preueniet me.

Ideo

Ideo dicitur in textu: Dñs pugnabit pro vobis: scilicet iustis/ qui tentamini: et vos tacebitis. Quod non est sic intelligendũ/ quasi homo tẽtatus debeat sic in diuino auxilio confidere/ q non faciat debitum suũ ex parte sua/ faciẽdo qđ in se est. Sed quia quandoqз nobis dormientibus insultat inimicus per nulle nocẽdi modos. Deus autem tunc pugnat pro nobis. Hinc orat ecclesia in hymno/ dicẽs: Precamur sancte domine/ defende nos in hac nocte/ sit nobis in te requies/ quietam noctem tribue. Deinde sequitur: Ne grauis somnus irruat/ nec hostis nos surripiat/ ne caro illi consentiẽs/ nos tibi reos statuat. Interdũ etiam nobis vigilantibus/ et tentationem patientibus atqз tacentibus/ non tamen consentientibus/ ipse dominus deus ex speciali gratia repellit a nobis hostem et tentationem eius.

¶ Moraliter et secundo/ et conformiter ad magistrum Nicolaũ de Lyra. Per Moysen (qui interpretatur extractus de aquis) potest itelligi homo interior extractus a fluxu carnis/ qui reprimit terrorem sensualitatis/ confidens de auxilio diuine virtutis/ que solet assistere in casibus desperatis. Unde in signum huius subditur: Tollẽsqз se angelus dei &c. per quẽ intelligitur Christus/ siue diuina virtus/ vt dictum est. Et de hoc angelo dicitur Esaie.ix. q ipse est magni cõsilij angelus. Iste igitur angelus/ qui et Christus/ opponit se diabolo/ et exercitui eius: secũdum quod dicitur .j. Corint.x. Fidelis deus qui non patietur vos tẽtari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentum/ vt possitis sustinere.

¶ Moraliter et tertio: iuxta illud verbum domini ad Moysẽ: Quid clamas ad me? Notãdũ/ q sicut Moyses corde clamabat ad dominum/ sic et debite orare volẽtes/ non voce/ sed corde debent clamare ad dominum: tum primo quia sic clamantes corde deferunt honori diuino/ dũ credunt ipsum intueri corda orãtium: tum secũdo/ quia sic corde clamãdo/ euitant ne homines cognoscãt quid in oratione petunt a domino/ etiã quod libenter vellent eos nescire/ quod tamen interdum cognoscunt cũ voce orant deus. Sicut patuit de quadam puella/ que in ecclesia credens sola esse/ posuit se coram maiori altari/ orans dominum etiã satis alta voce/ vt dignaretur sibi dare pulchrum et bonũ sponsum. Cui respondit clericus/ qui retro et abscondite stabat/ et quasi in persona domini loquẽs/ q nõ sic fieret: eo q nimis superba esset. Melius itaqз illi fuisset si corde ad dominũ clamasset/ fm q Apost. de seipso dicebat .j. Corinth.xiiij. Orabo spiritu/ orabo et mẽte. Hinc Chrysost. super Mat. homil.xix. loquitur/ dicẽs: Nõne cernis/ q si quis accedat ad aliũ in publico postulans aliquid cum voce magna/ is qui supplicatur a se eũ remoueat qui tumultuose rogat. Ubi vero quiete ac modeste rogat/ tunc potius inflectit animum eius qui potest

tribue-

tribuere quod rogatur. Nō igitur gestibus corporis/neq; clamoribus vocis/ sed intentione optime voluntatis orationum vota reddamus: nō cum sonitu oris ac strepitu: vti faciunt qui ad ostentationem atq; iactantiam orant: sed cum omni modestia & cōtritione mentis/ lachrimisq; secretē. deinde ait: Sz forte dicet aliquis: Propterea clamo in oratiōe/ vt me audiat dominus. Ecce enim Moyses tacens orabat dominum: & tamē ab eo audiebatur: ita vt diceret ei dn̄s: Quid clamas ad me? Anna quoq; cum vocē nullam emitteret: oīa tamen quecunq; voluit/ impetrauit: quia scilicet tota mente clamauit. Itē Abel nō modo tacēs / sed etiā defunctus orabat: & tamē sanguis eius emittebat vocē omni prorsus buccina clariorē. Clama igitur & tu i corde tuo/ vt possis dicere ad dominū cū Psalm. De profundis clamaui ad te domine &c. Non consideras q; corā regibus omnis cōcreceatur tumultus: et maximū vndiq; silentium apud eos cōmendet? Tu ergo regalē ecclesie ingressus aulā/ & cū reuerētia & silenter ora. Hec Chryso. vbi supra. Itē ad idē ꝓpositum loquēs Ambro. d̄ sacramētis. lib. vj. c. iiij. Si (inquit) queras q̄d magis prosit secreto orare / q̄ cum vociferatione: audi et de consuetudine hominum sumamus exemplū. Si enim aliquē rogas qui cito audit: nō opus putas esse clamore: sed rogas ipsum voce moderata. Si surdum aliquem rogas/ nōne incipis vociferari vt te possit audire? Qui ergo in oratione clamat: putat q; aliter non possit deus nisi clamantē audire. Et cum rogat eū/ derogat eius potestati. Qui autem in silentio orat/ fidem confitetur/ q; deus sit scrutator cordis & renium: & orationē suā ante ille audiat/ q̄ suo ore fundatur. Hec Ambrosius. Patet ergo q; silenter orandus est dominus deus.

¶ Moraliter & quarto/ iuxta illud: Tu autē eleua virgā tuā/ & extende manum tuam super mare. Notandum/ q; bis Moyses percussit mare: vt habet in textu. Nam in prima percussione diuise sunt aque/ & trāsierūt Hebrei pede sicco. In secūda vero percussione reuerse sunt aque in vnum/ et submersi sunt Egyptij. Per quod denotatur q; percutit domin⁹ & flagellat in presenti bonos & malos. Bonos quidem vtiliter/ & ad eorū salutem: malos vero in eorum perniciem/ & futuram damnationem. Nam sicut Hebrei per medium maris sicci transeuntes saluati sunt ne mergerent/ vbi tamen Egyptij perierunt/ & submersi sunt: ita flagella huius mundi & aduersitates (que per mare designantur/ eo q; amare sunt saltē corpori) nō nocēt bonis saltem spiritualiter: quinimmo ꝓsunt ad multa/ nocent autē malis: & hoc per accidēs: quia inde deteriores fiūt: & tādem sub eis eternaliter pereunt. Da exemplum de eodem igne sub quo palea fumigat/ et aurum rutilat. Istud exemplū ponit August. lib. j. de ciui. dei. c. viij. Et de hoc historiam habemus de Pharaone/ & Nabuchodo-

chodonosor. Nā vnus eorū per
mediū maris. i. inter aduersa
peruenit ad portum salutis. s.
Nabuchodonosor: vbi alter. s.
Pharao in eodē mari. i. inter
aduersa perijt corporaliter et
spiritualiter / siue tēporaliter ꝛ
eternaliter. De hoc vide ī de-
cret. xxiij. q. iiij. Nabuchodo-
nosor.

¶ Moraliter ꝛ quinto / Moy-
ses est prelatus / qui debet vir-
gam suā ꝛ manū. i. potestatem
ꝛ iurisdictionē extendere sup
mare. i. super his qui per pec-
catū sunt in amaritudine. Sic
enim precipit plātis esse facien-
dum Apost. i. Thess. v. dicēs:
Corripite inquietos tamen cū
bono moderamine: ideo sub-
dit: Patientes estote ad om-
nes. Et Matth. xviij. loquitur
Christus vnicuiqꝫ prelato / di-
cens: Si peccauerit in te fra-
ter tuus: vade ꝛ corripe eū ꝛc.
Ad predictam autem exten-
sionem virge super mare. i. su-
per delinquentes: illi qui capa
ces sunt discipline / emendantur.
Et istud significatur per hoc /
ꝙ ad primum tactum virge
Moysi super mare: ipsum ma-
re obediuit / ꝛ se diuisit. Qui au
tem obstinati sunt ex huiusmo
di tactu virge / deteriores fiūt.
Et hoc similiter significatur p
hoc ꝙ ad secundum tactū vir-
ge Moysi mare redijt in sinū
suum ꝛ pristinam formam.

¶ Moraliter ꝛ sexto / iuxta il-
lud: Tollensqꝫ se angelus dñi
qui precedebat ꝛc. Notandū /
cōformiter ad dñm Petrū de
Pal. ꝙ p angelū (q̄ iterpretatur
nūcius) itelligunt ecclesie do-
ctores / q̄ sunt nūcij Christi / se-
cūdū ꝙ apostol⁹ qui ꝛ doctor
ecclesie erat / dicebat de seipso /
ij. Corin. v. pro Christo (inqt)
legatione fungimur. Hi ergo
angeli. i. ecclesie doctores de-
bēt presidere filijs Israel ī co-
lūna ignis ꝛ nubis. i. ducatum
exhibere Christifidelib⁹ p ver
bum dei / ꝛ elucidationē sacre
scripture / ꝛ opponere se cōtra
Egyptios. i. hereticos perse-
quentes populū fidelē: oppo-
nere inquā se clypeū ꝛ murum
p domo Israel. i. pro fide ꝛ ec-
clesia: etiā vsqꝫ ad mortē inclu
siue si opus fuerit / ꝛ hoc ne tā-
dem improperet illis illud Ez-
zech. xiij. Nō ascēdistis ex ad-
uerso / neqꝫ opposuistis murum
pro domo Israel / vt staretis in
prelio in die dñi. Cū tñ in figu-
ra boni plati ꝛ doctoris dicat
Nume. xvi. ꝙ Aaron opposuit
se igni p salute populi. Uñ de
vno quoqꝫ tali Hiere. j. dr. Ego
(inquit dñs) dedi te hodie in
ciuitatē munitā / ꝛ in columnā
ferreā ꝛ in murū ereum super
omnē terrā / regib⁹ Iuda / prin
cipibus eius ꝛ sacerdotibus / ꝛ
omni populo terre: ꝛ bellabūt
aduersum te / ꝛ nō preualebūt:
qꝛ ego tecum sum / ait dñs / vt li
berem te. Practica quomodo
sunt hodie paucissimi tales pa
stores / et doctores in ecclesia
Christi. Sed ad propositū re-
deuntes / notandū ꝙ sicut an-
gelus trāsibat semper cum co-
lumna: ita prelat⁹ aut doctor
debet semper incedere munit⁹
sacra scriptura / et habere eam
ad manum.

¶ Moraliter ꝛ septimo / iuxta
illud: Cūqꝫ extendisset Moy-
ses manū sup mare / abstulit il-

lud dominus flante vento rc. Notandumiq per mare potest intelligi vehemens tribulatio tēporalis/siue tentatio carnalis/quorum vtrūq est amarū: primū quidem corpori/secūdū pro spiritui. Sed qd est/q extēdēte Moyse manum suā super mare/dñs abstulit hmōi mare flante vento:nisi q redeūte homine peccatore ad cor/per recognitionem sui delicti/r eleuante manus ad deū p miseri cordia impetranda:statim flāte vento spiritussancti/ aufert dñs omnē tribulationē r tentationē / vel saltim illam mitigat vt possit ab homine sine peccato tollerari. In cuius rei figurā legit Dañ.iij. de tribus pueris quos fecit rex Nabuchodonosor ligatis pedibus ī fornacē ignis ardētis proijci. Sed mox descēdit angelus dñi cum eis/r excussit flāmā ignis de fornace/r fecit mediū fornacis quasi vētū roris flantē. Quod cum factum fuisset/predicti tres pueri glorificabāt r benedicebāt deum in fornace/ dicētes: Benedictus es domine deus patrum nostrorum rc. Applicatio est facilis de tribulatis corporaliter vel spiritualiter. Ecce quomodo dñs ad instantiam Moysi / id est cuiuslibet tribulati(dūmodo extendat manus in celum p deuotā orationē)facit cum tētatione prouētū/vt possit homo saltim sustinere tentationem/sine dei offensa:Quis non semp auferat omnem tribulationem: quia aliquando aliquam relinquit ad hominis humiliationem r salutem.

¶ Moraliter r octauo / iuxta illud verbum: Erat autē aqua quasi murus a dextra r leua:r ingressi sunt filij Israel p medium rc. Notandumiq per dextram r leuā intelliguntur pspera r aduersa/que circunstāt sepe hominē in presenti. Psal. Hunc humiliat. s.aduersitas/ r hunc exaltat/ videlicet pspe ritas. Quia plerūq homines in aduersis seipsos deijciūt plusquam sit necesse/quasi omnem spē perdentes / r de diuino auxilio diffidentes. Ecōtra autē in prosperis sepe nimiū exaltatur cor ipsorū/r dissoluit:ita vt in his mediū tenere sit difficile. Propter qd idē Psal. ait ad dñm loquēs: Cadet a latere tuo mille/r decē milia a dextris tuis. Dicit aūt r decē milia a dextris tuis:qz plures cadunt p peccatū inter pspera/ q aduersa. Vñ Augu. Homel. xxj. dicit: Multi res aduersas timēt/res prosperas nō timēt. Et tñ periculosior est res pspera animo/q res aduersa corpori. Prius corrūpunt prospera/ vt inueniant qd frangāt aduersa. Adulteriū eñi simul r homicidiū nō fecit Dauid cū psecutorē Saulem pateret. At vbi vero factus est securus/deuictis hostibus pressuris caruit/r peccato se dedit. Dicit etiā Greg. lib.v.moral.c.j. q plus in hoc mundo prosperitas q aduersitas grauat. Unde r sancti viri magis(inquit)prospera/q aduersa formidant. Ad idem est Boetij sententia / qui secundo lib. de consola. prosa. viij. ait: Etenim plus reor hominibus aduersam q prosperā pdesse fortunam.

fortunā. Illa enim cum videtur / semper specie felicitatis blanda mentitur. Hec semper vera est / cum se instabilem mutatione demonstrat. Illa fallit / hec instruit: illa a vero bono deuios blandiciis trahit / aduersa plerunq3 ad vera bona reducens velut vnco. i. tenaculo retrahit. Hec ille. Patet ergo ꝙ prosperitas est magis timēda / tanꝗ periculosior ad salutem / ꝗ aduersitas. Felix igitur qui potest per mediū incedere .i. non nimium deiici in aduersis / nec nimiū exaltari in prosperis. Sed ne reputemus in talibus impossibile mediū virtutis posse tenere / ecce nobis Job datur in exemplum / qui in his omnibus / sc3 in prosperis / quibus primo plenus fuit / aut aduersis que successerūt eidem / non peccauit labiis suis: scilicet iactando de prosperis / aut murmurando de aduersis. Sit igitur nobis aqua gratie spiritussancti: de qua ait dominus Ezech. xxxvi. Effundam super vos aquam mundam / et mū dabimini ab omnibus inquinamentis vestris / quasi murus / vt possimus inter prospera et aduersa transire post hanc vitam illesi ad dominum.

¶ Moraliter et nono: Per mare quod (mediante gratia dei) pertransierunt filii Israel / intelligūtur temporales delicie / que multis sunt occasio perditionis eternalis. Tunc autem huiusmodi mare peruium fit / cum delicie vertūtur in tediū: vel cum quis moderate vtitur talibus / scilicet ad necessitatē / et non ad superfluitatem. Unde Gregorius in quadam collecta: Sic transeamus per bona temporalia / vt non amittamus eterna. Tunc etiam mare non fluit a dextris aut a sinistris / sed quasi immobiliter stat in eodē loco / cum huiusmodi temporales delicie nō fluunt de presenti per immoderatum amorem: nec refluunt per recordationē preterite felicitatis cū anxietate / vt sic trāseāt filii Israel per medium sicci maris. Ablatum fuit mare dupliciter: scilicet percussione virge Moysi / et vento vrente flante. Sic penitētie dulcorantur / et delicie desolantur virtute passionis Christi / et consolatione spiritussancti.

¶ Moraliter et decimo: iuxta illud verbū: Jamq3 aduenerat vigilia matutina. Notādum ꝙ huiusmodi vigilia matutina in qua Egyptii submersi fūt / designat illud tēpus in quo peccata remittuntur et extinguūtur. Pro quo notādum / ꝙ sunt quatuor vigilie priusꝗ peccata submergantur. Prima dr timor gehēne / quo interdū cōcutitur peccator. Sed i tali vigilia nō submerguntur Egyptii .i. peccata. Quia vt dicit August. de verbis Apli. ser. xviii. Cū ab adulterio cessaueris / quia times ardere in igne sempiterno: nondum laudādus es. Secūda vigilia / dicit pudor mūdanus / qd pluribus petōribus et peccatricibus sepe accidit. Et tūc similr qui abstinet a petō / adhuc viuūt i eo petā. Tertia vigilia / dr timor tēporalis aduersitatis / siue etiā corporalis infirmitatis. Et silr qui abstinet a petō, ppter hoc adhuc viuūt i eo Egyptii. Quarta

autem vigilia / que hic matutina dicitur / significat verũ dolorem de peccatis / qui principaliter habetur propter deum offensum: intantũ ꝙ etiã vbi peccator non deberet puniri nec in presenti / nec in inferno: adhuc nihilominus vellet dolere de peccato: quia per ipsũ offensus est deus / qui pro nulla re debuit offendi: cũ sit sũme bonus ꝛ immensus. Qñ igitur aduenit talis vigilia matutina / ꝛ incipit lucere in homine: tunc Egyptij. i. peccata totaliter submerguntur. Nã tũc respicit dominus super castra Egyptiorum / per columnam nubis ꝛ ignis. i. per gratiam / ꝛ interficit exercitum peccatorũ que prius pugnabant contra ipsum. Tunc etiam infringitur potestas demonum in penitẽte: ita vt dicere videant̃ id qđ sequitur in textu. Fugiamus Israelem: id est hominem deũ incipere videntem per fidem gratia informatam: dominus enim pugnat pro eo. Tũc etiã reuertuntur aque maris super Egyptios / ꝛ super currus ꝛ equites eorum: iste aque non solum significant gratiam ꝛ virtutes que infunduntur penitẽti: verum etiam aquas lachrymarum / saltim cordis / que tũc reuertuntur super Egyptios ꝛ super currus ꝛ equites eorum: quotiens verus penitens salubriter reflectitur super peccata sua sibi remissa: nõ quidem vt in ipsis siue de ipsis adhuc delectet̃ / sed vt inde doleat et ipsa detestet̃. Ipsis igit̃ Egyptijs. i. peccatis submersis in mari rubro. i. virtute passionis Christi filij Israel. i. deuote animę / peruenient finaliter pede sicco ad littus maris. i. in celũ / vbi videbũt Egyptios mortuos. i. miseros peccatores in tormentis infernalibus: ꝛ hoc ad augmentũ glorie eorum / quia gaudebũt de adimpletione iustitie diuine / quam non timuerunt Egyptij. i. peccatores in presenti.

¶ Allegorice ꝛ primo / Moses (q̃ interpretat̃ assumpt⁹ de aquis / ꝛ q̃ hortat̃ ꝛ consolatur Hebreos vt non timeant / sed stent in bono ꝑ perseuerãtiã) designat Christũ: qui fuit assũptus de aquis / qñ fuit baptizatus a Joanne in Jordane. Luce. iij. Iste igit̃ Moyses Christus consolat̃ tepidos ꝛ imperfectos in fide: dicens eis illud Matth. viij. Quid timidi estis modice fidei? Item Luce. xij. Nolite timere pusillus grex: nec mirũ si imperfecti in fide interdũ timeãt: maxime cũ de Petro apostolorũ futuro pnci pe legat̃ / ꝙ in psẽntia Christi timuerit: cũ scʒ ambulãs supra mare vt veniret ad ipsum cepisset mergi / cepit clamare / dicẽs: Domine saluũ me fac. Cui Christus: Modice fidei quare dubitasti? Matth. xiiij. Taceo de dubitatione quã passi sunt discipuli de ipsius Christi resurrectiõe: ita vt duos ex illis euntes in Emaus increpauerit satis dure super hoc / dicẽs ad illos: O stulti ꝛ tardi corde ad credendũ ꝛc. Luce. xxiiij. Sequit̃ i textu: State / interl. in fide / ꝛ viriliter agite / ꝛ videte oculis mẽtis / magnalia domini que factur⁹ est hodie. interli.

terij.i.in tēpore gratie: illa mi rabilia sunt: q de⁹ fact⁹ est ho mo: q virgo peperit: q homo credidit. Nunq3 eñ antea hec mirabilia apparuerant. Pro pter qd merito possum⁹ dicere illud Luce.v. Mirabilia vidi mus hodie. Vñ August. de ci. dei.lib.viij.ca.xxiij.in fine ait: Omniũ mirabiliũ vicit admi rationē: q homo diuinā potuit inuenire naturā. De trib⁹ etiā p̄dictis mirabilibus pleni⁹ lo quēs deuotus Bern. in vigilia natiuitatis dñi / ser.iij. sic ait: Tria opa / i assumptiōe nr̄e car nis fecit omnipotēs illa maie stas: tā mirabilia vt talia nec facta sint: nec amplius faciēda sint sup terrā. Coniuncta sunt quippe adinuicē de⁹ et homo / mater et virgo: fides et humanũ cor. Admirabiles sunt iste mi xture: et oī miracl'o mirabili⁹: quō tā diuersa tāq3 diuisa po tuerint adinuicē cōiūgi. Nihil eñ deo sublimius / nihil limo vilius: et tamē tanta dignatio ne deus descendit in limũ: tan taq3 dignitate limus ascendit ad deũ / vt quicquid in eo de⁹ fecit: limus fecisse credatur: et quicquid limus pertulit: deus in illo pertulisse credat et dica tur. Scda mixtura est virgo et mater: que valde singularis ē. A seculo eñ nō est auditũ / q virgo esset que peperit: q mat esset q̄ virgo p̄mansit. Nunq̄ iuxta rerũ ordinem virginitas vbi fecũditas p̄dicatur: nec fe cũditas vbi virginitas itegra conseruat. Sola hec est in qua virginitas et fecũditas obuia uerūt sibi: ibi factũ est qd nũ quā factũ fuerat: nec fiet i eter nũ / qz nec primā similem visa est: nec habere sequentē. Ter tia mixtura est fides et cor hũa nũ: et hec est quidē p̄ma et scda inferior: sed non minus forsan fortis. Mirũ enim est quomo do cor humanũ his duob⁹ fidē accōmodauit: q̄uo.s. credi po tuit q deus hō esset: et q̄uo vir go fuit q̄ peperisset. Hec Ber. Merito ergo possumus dice re q mirabilia vidim⁹ hodie / id est in lege gratie.

¶ Allegorice et secundo / no tādũ iuxta eādē literā et cōfor miter ad de pal. q Moyses ē lex dñi q̄ cōsolat nos in oībi tri bulatiōe nostra / sicut et Moy ses cōsolatus est filios Israel. sed q̄uo consolatur nos predi ctus Moyses.i. lex dñi in tri bulatione positos / p̄fecto di cens illud Luce.xij. Nolite ti mere pusill⁹ grex: Egyptij au tē sunt rectores tenebrarũ ha rũ: quos non videbim⁹ in eter num post hanc vitā: supposito q intraturi simus vitā futurā in celo / in quo nunq̄ se repe rient p̄dicti Egyptij.i. demo nes: qz scriptũ est in Psal. Nō habitabit in medio dom⁹ mee q̄ facit superbiā. Et vt dicitur Joan.xij. Princeps mundi hu ius eijcie foras: iamiā eñ do min⁹ pugnauit pro electis qñ dictũ principem ad iferna tra xit cũ superbia sua. Et ideo a modo dicti electi tā homines q̄ angeli tacebũt in celo / quia nō est ibi locus pugne: sed glo riādi de triũpho et victoria ha bita in p̄senti. Sed qz iste sēs⁹ sapit anagogiā de qua postea dicet: ideo ipsũ relinquam⁹: et ad aliam allegoriā trāseamus.

¶ Allegorice et tertio/iuxta illud verbū dñi ad Moysen: Tu aūt eleua virgā tuā &c. Notādū/ꝙ hec virga designat legē Mosaicā/quā dr̄ Moyses extēdisse sup mare ipsum percutiendo: eo ꝙ esset lex oneris et corporaliter percutiens subditos suos Iudeos/qͥ ꝑ mare designant: eo ꝙ in amaritudine essent ꝑpter illius grauitatē/ que tanta erat vt dicat Petr⁹ Act. xv. loquens cōtra quosdā q̄ volebāt ꝙ legalia obseruarent cū euāgelio: Quid (inquit) tentatis deū imponere iugum sup ceruices discipulorū: quod neqꝫ nos/neque patres nostri portare potuimus/s. pre intolerabili grauitate/ vt dicit gl. ordi. allegās Raba. Istud aūt signāter intelligitur de preceptis iudicialib⁹ et ceremonialibus/propter ipsorū iudicialiū seueritatē/ et ceremonialiū multitudinē. Moralia autem ꝓcepta q̄ sunt de dictamine legis naturalis obseruabilia/ sūt et remanēt i lege noua. Nec tamen duo prima genera preceptorū fuerūt simpliciter inobseruabilia/qr vt dr̄ Hiero. i expositiōe fidei catholice: Anathema sit q̄ dr̄ deū aliqͩ īpossibile ꝓcepisse. Sed dñr inobseruabilia/ qr de difficili obseruabilia: sicut aliqua cōgregatio aquarū dr̄ interdū impertrāsibilis/qr de difficili pertransiri potest. Unde in figuram grauitatis predicte legis Mosaice dicitur in sequētibus. xvij. ca. ꝙ manus Moysi erāt graues. Secus autem de manib⁹ Christi et legis sue/de qua Mat. xj. loquitur/dicēs: Iugum meū suaue est / et onus meum leue.

¶ Allegorice et q̄rto/ et iuxta eādem partem textus: Notandum/ꝙ per Moysen intelligitur Christus/quia vterqꝫ assūptus de aquis/ille de flumine Egypti: iste de flumine Iordanis/quādo baptizatus est a Ioanne. Uirga autē quam iussus est noster Moyses Christ⁹ eleuare/significat crucē quā ipse ascēdit vt impleret voluntatē patris. Iuxta illud Philip. ij. Factus obediēs patri vsqꝫ ad mortē/supple crucis. Tūc etiā hic Moyses Christus extēdit manū super mare: quādo extēdit manus suas in cruce cū maxima amaritudine pene et doloris: iuxta illud Threñ. j. Attēdite et videte si est dolor &c. Hoc autē totū fecit vt possent filij Israel. i. veri fideles trāsire de hoc mundo ad celū. Per submersionem vero Egyptiorū persequentiū filios Israel: designātur infideles persequētes Christifideles. Tales naqꝫ tandē submergent in mari infernali: qr scriptū est Mar. vlt. Qui nō crediderit/condēnabitur. Horum enim (more Pharaonis et seruorum eius) cor indurabitur per impenitentiam/ atqꝫ in eorum condēnatione glorificabitur deus: quia tunc relucebit in illis sua iustitia. Denique scient reprobi de domino/ ꝙ ipse deus iudex iust⁹ et fortis. Nam quē scire non voluerunt in presenti per obediētiam / et mandatorum suorum obseruantiam: hunc cognoscēt (velint nolint) ꝑ iustitie sue et penarum rigore. Psal. Cognoscetur dominus iudicia faciēs.

Allego-

¶ Allegorice ⁊ quinto / iuxta
illud: Tollensqꝫ se angelus dñi
⁊c. Notãdũ / ꝙ iste angelus est
Christꝰ. Angelꝰ eñi dr̃ .i. q̃si nun
cius: ip̃e aũt Christꝰ tãqꝫ nun=
ciꝰ dei p̃ris notã fecit nobis vo
lũtatẽ ipsiꝰ in terris. Iste itaqꝫ
angelꝰ postq̃ resurrexit a mor
tuis: tãdẽ i sua ascensione i ce=
lũ tulit se ab oculis aplõrum.
Act. j. Uidẽtibꝰ illis eleuatus
est / ⁊ nubes suscepit eũ ab ocu
lis eoꝝ. Itẽ Marc. vlt. Et dñs
qdẽ Jesus postq̃ locutꝰ est eis
.s. discipulis: assũptꝰ est i celũ /
⁊ sedet a dextris dei. Hic ẽ igi
tur angelꝰ q̃ ꝓcessit castra Is=
rael. i. q̃ añ aplõs ꝑuenit ad re
gna celestia / vt ꝓpararet eis lo
cũ: ꝑut ꝓdixerat. Jo. xiiij. Mi=
chee. ij. Ascẽdit pãdẽs iter añ
eos. Uerũ ille angelꝰ q̃ ꝓcessit
castra aplõꝝ ⁊ oĩm hoim in ce
lũ: illuc abijt post angelos / se=
cũdũ ꝓsentiã hũanitatis. Per
colũnã autẽ nubis q̃ priora di
misit / ⁊ q̃ cũ dicto angelo pari=
ter ascẽdit in celũ: designatur
Christi hũanitas glorificata q̃
ascendit in celũ vt dictũ est: et
tũc ꝓora dimisit. i. cepit Chri
stus esse absenś mundo per di
ctã ascensionem / secundũ ꝓsen
tiã carnis / qui vbiqꝫ est ꝑ pre=
sentiã deitatis. Psal. Quo ibo
a spũ tuo / ⁊ quo a facie tua fu=
giã. Si ascendero in celũ tu il=
lic es: si descẽdero ad infernũ
ades ⁊c. Sed quid est ꝙ dictꝰ
angelus dr̃ post tergũ stetisse
inter castra Egyptiorũ / et ca=
stra filiorum: Israel: nisi q2 iu=
xta testimonium angelicũ / de
quo Actuum. j. Jesus q̃ assum
ptus est in celũ: sic veniet sup=
ple patenter ⁊ in forma huma
na in die iudicij: habiturus E=
gyptios / id est reprobos a sini
stris: filios aũt Isrł. i. electos
a dextris: vt dicit Matt. xxv.
Ista erunt duo castra mirabi=
liter differentia / ⁊ inter se di=
uisa: nunime ad se inuicem ac=
cedere valentia / eo ꝙ inter il=
la mediabit nubes mirabilis /
id est Christus. Ubi aduerten
dũ / ꝙ Christus recte dicit nu=
bes tenebrosa / propter plenitu
dinem aquarũ omniũ gratia=
rum. Et non obstante / ꝙ dicta
nubes dicatur recte tenebrosa
ꝓdicto modo: nihilominus illu
minabit noctẽ. i. electoꝝ cor=
pora. Da exemplũ de sole illu=
minante cetera corpora cele=
stia que lucida sunt. Phil. iiij.
Reformabit corpus humilita=
tis nostre configuratũ corpori
claritatis sue. Sed q̃d est / ꝙ fi=
naliter demersus est in ꝓfũdũ
maris rubri totus exercitꝰ E=
gyptiorũ / intm̃ ꝙ vnus ex eis
nõ remansit / vbi exercitus He
breorũ prospere ꝑuenit ad por
tum salutis: nisi ꝙ cõpleto fi=
nali iudicio generali: ibũt ma
li in supplicium eternum: iusti
autem in vitam eternã: ista est
enim finalis conclusio dicti iu
dicij: vt dicitur Matth. xxv.
¶ Allegorice ⁊ sexto / iuxta il=
lud verbũ: Et erat nubes tene=
brosa / ⁊ illuminans noctem.
Notandũ conformiter ad ma=
gistrũ Nicolaum de Lyra / ꝙ ꝑ
colũnã nubis possumꝰ intelli=
gere hũanitatẽ Christi / in qua
dedit fidelibus exẽplũ patien=
tie: et quoꝝ cõsideratiõe acci=
pit homo in tẽtationibus suis
⁊ tribulationibus virtutẽ con=
stãtie. Per colũnam aũt ignis

intelligitur diuinitas eiusdem Christi illuminans hominem luce sue gratie. Joan.j. Illuminat omnē hominē venientē in hunc mundum / atqꝫ per hunc modum trāseunt fideles mare pͥsentis seculi / sine lesione mortalis peccati. Ideo sequit: Et aque erant eis pro muro: quia tribulationes contra eos concitate sunt eis materia gaudij spiritualis / secundū illud Act. v. Ibant apostoli gaudentes a conspectu cōsilij: qm̄ digni ꝛc.

¶ Allegorice ꝛ septimo / iuxta idem verbum. Notandū / ꝙ nubes tenebrosa designat fidem / que dicitur tenebrosa respectu claritatis glorie: quia (vt inqt Apost. j. Corin. xiij.) Uidem⁹ nunc per speculum in enigmate / tunc autē facie ad faciem. Sed qd est / ꝙ nubes tenebrosa illuminabat noctē / nisi ꝙ fides illuminat hoiem de credēdis in nocte hui⁹ mūdi .i. q̄diu durat hec mortalis vita tenebris plena. Da exēplum de nocte / quam lux lune illuminat / ꝛ de die quem sol illuminat: ita ꝛ homo in nocte huius mundi illuminatur per fidem / in celo autē illuminabitur lumine glorie / de quo beati dicūt in celo: Signatū est super nos lumen vultus tui dn̄e. Quod aūt subditur / ꝙ Egyptij ꝛ Hebrei ad seinuicem toto noctis tēpore accedere non valebant: designat ꝙ non est cōuentio Christi ad Belial .i. fidelis populi cum infideli / neqꝫ lucis ad tenebras .i. fidei cū infidelitate / aut heresi: vt dr̄ .ij. Corin. vj.

¶ Allegorice ꝛ octauo / iuxta illud sequens verbum: Cumqꝫ extendisset Moyses manū sup mare, Notandum / ꝙ Moyses designat prelatū ecclesie / qui tunc extēdit manum suā super mare: cum vtitur authoritate clauium / contra rebelles ꝛ inobedientes / ꝛ qui se intumant instar aque maris contra ecclesiam. Hec tamen manus nō est passim extendenda / nec pro leuibus excessibus: sed pro grauibus tantū: vt notatur. xj. q. iij. nemo episcoporum. Quod autē tandē Egyptij perierint in mari rubro: designat ꝙ qui moriuntur in sententia excommunicationis / pereunt eternaliter descēdentes in profundū inferni / quo ad animā. Corpus autē nō est sepeliendum in loco sacro / sed prophano. Quod si tā ibi sepultū sit / debet exhumari et eijci: vt expresse patet extra de priuil. c. ad hec. Item extra de sepult. c. sacris. Hoc tamen debet intelligi / quādo corpus excommunicati potest discerni ab alijs corporibus: vt dicitur in dicto. c. sacris. Hoc autē significatur per hoc / ꝙ corpora Egyptiorum submersorum nō remāserunt intra mare / sed proiecta sunt ad littus maris. Unde ad propositum refert beat⁹ Greg. in suo dialogo lib. ij. de duabus monialibus / quas pri⁹ excōmunicauerat vir dei Benedictus / propter loquacitatē et proteruiam suā / ꝙ cum post mortem fuissent intra ecclesiā sepulte / sacerdote ibidem missam solēniter celebrātē / ꝛ diacono clamante ꝛ dicēte: Si qs nō cōmunicat Christo ꝛ ecclesie / det locū: vise sunt dicte moniales a quadam bona matrona

na de sepulchris suis egredi/ et
extra ecclesiam exire. Hec ibi.
¶ Allegorice et nono/ notan-
dum super illud/ Iamque aduc-
nerat vigilia matutina: que qua-
tuor vigilie noctis / de quibus
supra dictum est in hac clausu-
la/ sic possunt accipi. Nam per
primam vigiliam potest intel-
ligi lex naturalis / in qua ali-
qui (licet pauci) vigilauerunt
ad dñm: de quorũ numero fue-
runt patriarche. Per secundã
vigiliã potest intelligi lex scri-
pta/ in qua plures vigilauerũt
ad dominũ / per fidem et bona
opera: vt prophete. Per tertiã
vigiliã potest intelligi lex gra-
tie/ in q̃ multo plures vigilaue-
runt ad dñm/ quam prius per fidẽ
ampliorem et clariorẽ: quia tũc
reuelata sunt nobis secreta my-
steria a seculis inuisa et inaudi-
ta: cuiusmodi sunt sacramenta
ecclesiastica / et aduentus filij
dei. Nec tamen adhuc in hac
vigilia est clara lux: quia adhuc
necesse est per fidem et spem am-
bulare. Quarta igitur vigilia/
in qua lux erit / designat statũ
future resurrectionis genera-
lis / de qua potest intelligi id
quod legit Marc. vj. Circa quar-
tam vigiliam noctis/ venit Je-
sus ad discipulos ambulans su-
pra mare: quia in generali re-
surrectiõe veniet Christus ad
electos. i. ad eorũ vtilitatẽ: sed
cõtra reprobos Luce. xxi. Tũc
videbunt filiũ hominis veniẽ-
tem cũ potestate magna et ma-
iestate. In hac igit̃ quarta vi-
gilia respiciet dominus Jesus
oculo iustitie sue super castra
Egyptiorũ. i. super multitudi-
nem reproborũ / qui a sinistris
eius erunt / per columnam nu-
bis et ignis. i. per ostensionem
sue humanitatis et diuinitatis.
Humanitatis quidẽ directe et
de per se: diuinitatis autẽ indi-
recte/ et quasi per accidens: scz
per cõmunicatione idiomatũ
tantum/ et non sic quod ipsi repro-
bi sint dictã diuinitatem in se
visuri. Et facta exprobratione
operũ misericordie/ quibus illi
minime intendere voluerũt in
presenti/ tãdem interficiet ex-
ercitum eorũ / mittens eum in
abyssum maris infernalis/ et di-
cens: Ite maledicti in ignem
eternũ/ qui paratus est etc. Et
hoc est quod loquit̃ Psal. in per-
sona Christi/ dicens: In matu-
tino interficiebã omnes pecca-
tores terre/ vt disperderem de
ciuitate dñi. i. de hoc mundo/
(quem in principio creauit do-
minus) omnes operantes ini-
quitatem. Similiter in hac ea-
dem quarta vigilia idem deus
et dominus noster Jesus Chri-
stus respiciet oculo sue miseri-
cordie super castra filiorũ Jsra-
el. i. electorum. i. super multitu-
dinem eorũ qui a dextris eius
erunt/ et facta per eum collau-
datione operum misericordie/
quibus in presenti vacauerũt/
tandẽ deducet eos per mediũ
sicci maris ad littus illius. i. in
celũ/ dicẽs eis: Venite benedi-
cti patris mei/ percipite regnũ
etc. Et pro finali cõclusione pdi-
cte quarte vigilie. Ibunt hi in
suppliciũ eternũ/ scz Egyptij et
peccatores. Justi aũt. i. veri Jsrae-
lite/ in quibus dolus non erit/
in vitam eternam.
¶ Allegorice et decimo/ et con-
formiter ad Jsido. in glo. ordi.
mare

mare rubrū/ baptismū Christi sanguine cōsecratū significat. Quid est ergo/ q̄ filij Israel trā= seuntes mare rubrū/puenerūt ad litt⁹ maris/ vbi tñ Egyptij qui illud nō transierunt perie= runt: nisi q̄ transeuntes p̄ ba= ptismū, dūmodo nō addant no uum delictū/ pueniunt ad litt⁹ celi/ Christo dicēte Marc. vlt. Qui crediderit ꝛ baptizat⁹ fue rit/ salu⁹ erit. Qui vero nō trā= seūt ex toto p̄ dictū baptismū: pereunt. Joā. iij. Nisi quis re= natus fuerit ex aqua ꝛ spiritu sancto/ nō potest introire in re gnum dei. Uel etiā per regem Pharaonē ꝛ vniuersum exerci tum ei⁹/ q̄ oēs fuerūt submersi in mari rubro/ designat̄ primo diabolus/ q̄ est rex sup̄ oēs fi lios supbie: ꝛ similiter omniū habitantiū in Egypto. i. in te= nebris infidelitatis/ erroris/ et peccati. Hic igit̄ rex submergi tur i dicto mari: q̄r p̄ baptismū frāgit̄ ꝛ collidit̄ potestas illi⁹. Designant̄ etiā p̄ exercitū illi⁹ peccata omnia q̄ demergunt̄ ꝛ extinguunt̄ totaliter i dicto ma ri baptismi: vt patet de conse= cra. di. iiij. p̄ baptismū. Itē. c. paruulo. Et similiter extra de diuortijs. c. gaudemus.

¶ Anagogice ꝛ primo popul⁹ dñi est multitudo electoꝝ/ qui erūt in celo absq̄ vllo timore/ scȝ importāte penā: q̄r nō time bunt separari a deo/ ꝛ mitti in gehēnā. Uñ Prou. iij. de vno= quoq̄ electo d̄r: Si dormieris supple p̄ mortē nō timebis: de sces/ ꝛ suauis erit somnus tu⁹. Nō similiter timebūt demōes/ aut pctā. Deute. vij. Non times= bis eos: q̄r dñs de⁹ tuus in me= dio tui est: q̄r scȝ essentia diui= na illabit̄ menti humane in pa= tria. Ibi eñ ipsi electi clare et nude cōtēplant̄ magnalia dei/ q̄ crediderunt dū adhuc essent in via/ ꝛ adhuc āpliora oībus his. Ibi eñ clare vident Egy= ptios. i. reprobos apd̄ inferos cruciari: nec illis compatiunt̄/ sed laudāt dei iustitiā/ q̄ in tali cruciatu relucet. Dñs etiā pu= gnauit p̄ ipsis electis cōtra car nē/ mūdū/ ꝛ diabolū: dū adhuc essent i via vbi est loc⁹ pugne. Nūc aūt in celo ipsi tacēt. i. mi nime pugnant: sed nō tacent a laude dei. Quinimo dicūt illō Psal. semp laus ei⁹ in ore meo. Itē idē Psal. Beati q̄ habitāt in domo tua dñe/ in scl'a scloꝝ laudabūt te. Ecce clamor coꝝ ad dñm. Ibi etiā dicti filij Isra rael. i. spirit⁹ ꝛ anime ꝓficiscū= tur/ sic ꝓficiunt in gaudio ac= cidentali/ vsq̄ ad iudicij diem. Qd̄ aūt sequit̄: Ego aūt indu= rabo cor Egyptioꝝ ꝛc. referē= dum est ad reprobos. Nā sicut cor electorū in patria cōfirma bit̄ in bono: ita p̄ oppositū cor reproborū indurabit̄ in malo. In quorum induratione/ ꝛ pe= na eterna glorificabitur deus. Interii. i. glorios⁹ apparebit. Et sciēt. i. experimēto cogno= scent Egyptij. i. dānati/ q̄r ego dñs/ cū glorificat⁹ fuero i eis. Sequit̄: Tollensq̄ se angelus dñi/ q̄ p̄cedebat castra Israel/ abijt post eos. Ubi p̄ castra in= telligit̄ ecclesia illa triūphans de q̄ sponsus in Canticis. vj. c. Pulchra es amica mea/ suauis ꝛ decora sicut Hierusalē/ terri bilis vt castrorū acies ordina= ta. Ista castra. i. ecclesiā triū= phantem

phantē de hominib⁹ cōgrega=
tam p̄cedere / et post eā abire
dicunt angeli dei. Abire q̄dē
post eos / dū descēdūt qñq; ad
nos / q adhuc militam⁹ in pre=
senti. Precedere aūt / dū ascen=
dunt ante thronū diuine maie
statis: clamātes ⁊ dicētes: Sā=
ctus / sanct⁹ / sanctus / dñs deus
omnipotēs / q erat ⁊c. Esa. vj. ⁊
Apoca. iiij. Uel dic / q̄ olim an
geli p̄cedebāt humanā naturā
dignitate nature: sed ex q̄ dei
fili⁹ fact⁹ est homo / abeūt post
eā. Nec se pmittūt ab homini=
bus honorari / sicut pri⁹. Hinc
Apoca. vlti. refert Joan. q̄ cū
vellet adorare angelū / q visio=
nes sibi ostēdebat: ille dixit ei:
Uide ne feceris. Cōseruus eni
tuus sum / ⁊ fratrū tuorū pphe
tarū. Colūna aūt nubis / q̄ cum
angelo abijt / ipsa est humani=
tas Christi / q̄ in ascensione sua
abijt in celū / nedū cū vno an=
gelo: verūetiā cū pene infini=
ta multitudine angelorū: cum
mirabili iubilo eā illuc dedu=
centiū / scdz illō Psal. Ascēdit
de⁹ in iubilatiōe / supple ange=
lorū. Si em̄ ipsi angeli sancti
qñq; auditi sunt a mortalibus
deduxisse cū nimia iubilatiōe
animas aliquoꝝ sctōꝝ in celū:
vt legit de btō Martino / et de
btō Dionysio / vna cū socijs su=
is / q̄to magis hoc credere de=
bem⁹ de dño nostro Jesu Chri
sto. Ecce igit colūna nubis. i.
Christi humanitas glorificata
q̄ ascendit in celū cū angelorū
multitudine. Sed qūo illuc a=
scēdit: pfecto priora dimittēs
.i. subtrahendo se a discipulis
suis / scdm p̄sentiā sue humani=
tatis / ⁊ hoc ad tēpus / qui nusq̄

deest scdz p̄sentiā sue diuinita
tis. Hmōi aūt nubes nūc post
tergū stare dr / eo q̄ nō videt a
mortalib⁹. In se aūt ē tenebro
sa / nō ppter qualemcūq; obscu
ritatē i ea existentē / sed ppter
aquarū gratiaꝝ abundantiā. Q̄
aūt dr illuminare noctē / refe=
rēdū est ad gloriā anime Chri
sti / q̄ nunc redundat in corpus
suū / sicut fiet de ceteris beatis
post gñalē resurrectionē. Uel
dic / q̄ i die iudicij dicta nubes
humanitatis Christi erit q̄dē te
nebrosa malis / illuminās aūt
bonos: qz durum ⁊ penale erit
malis tunc videre iudicē suum
Christū: delectabile aūt bonis
videre patrē suū regē et dñm.
Per hoc aūt / q̄ extēdēte Moy
se manū sup mare / abstulit illō
dñs flāte vēto vehemēti: desi=
gnat q̄ i futura vita absterget
de⁹ oēm amaritudinē ⁊ lachry
mā ab oclis sctōꝝ / ⁊ iā nō erit
āpli⁹ neq; luct⁹ / neq; clamor:
sed nec vllus dolor: qm̄ priora
trāsierūt: vt legit in officio de
plurib⁹ martyribus / ⁊ sumit ex
Apoca. xxj. c. Per aquā vero q̄
erat filijs Jsrael q̄si mur⁹ / desi
gnat ablatio oīs impedimēti /
q̄ ad ipos electos / ipo dño eos
ptegēte ex omi pte. Q̄d aūt su
perest de textu / exponēdo ana=
gogice magis cōgruit angelis
q̄ hominibus in modū q̄ sedt.
¶ Anagogice ⁊ scdo / iuxta il=
lō q̄d sedt i textu: Diuisa ē aq̄ /
⁊ ingressi sunt filij Jsrael p me
diū sicci maris: notare possum⁹
q̄ p filios Jsrael intelligūtur
boni angeli. Hi em̄ dicunt filij
dei / tū p creationē / tū per ado=
ptionē factam mediāte gratia
dei / i qua cōditi sunt: qz dei p=
fecta

fecta sunt opera. Dicuntur etiã
Israelite. Israel eñ interp̃taẜ
vidẽs deũ. Ipsi aũt sancti an=
geli primo q̃dẽ viderũt deũ(q̃
primũ cõditi sunt) p fidẽ, dein=
de per speciẽ.i.p clarã visionẽ.
Hmõi itaq̧ filij Israel.i.ange=
li boni tunc ingressi sunt p me=
diũ sicci maris, quãdo q̃dẽ pri
mo cõditi potuerũt trãsgredi
ꝛ non sunt transgressi: ꝛ facere
mala, ꝛ nõ fecerunt. Tũc enim
nõ tetigit eos aqua iniq̃tatis,
ꝛ peccati superbie, aut iudic:
de qua plr̃ dicit Psal. ad dñm:
Saluũ me fac deus, q̃ñ intra=
uerunt aque vsq̧ ad aiam meã.
Erat autẽ hmõi aqua ipsis bo
nis angelis in principio quasi
mur⁹ a dextra et leua. Ubi per
murũ intelligitur specialis dei
protectio, qui protexit magnã
partẽ angelorum ne fluerẽt et
aqua per peccatum. Per Egy=
ptios autem persequentes di=
ctos filios Israel, intelliguntẜ
mali angeli, quorũ rex fuit Lu
cifer. Hi enim ausi sunt persed
bonos angelos, ꝛ inire cum eis
prelium: iuxta id quod scriptũ
est Apoc. xij. Michael ꝛ ange=
li eius preliabãtur cum draco=
ne, ꝛ draco pugnabat ꝛ angeli
eius. Hoc autem prelium totũ
factum est ante vigiliam matu
tinam.i. ante clarã dei visionẽ.
Ubi autẽ aduenit predicta vi=
gilia matutina.i. cognitio bea
tifica in bonis angelis perseue
rãtibus in gr̃a ꝛ obediẽtia ad
suum conditorem: tũc respexit
dñs oc̃lo sue seuere iustitie, sup
castra Egyptiorũ.i. sup multi=
tudinẽ malorũ angelorũ, q̃ nõ
retulerũt se ꝛ sua in deũ facto=
rẽ suũ, sed ꝑualuerũt in vanita

te sua: ꝛ tũc interfecit eos, vel
spũaliter, sicut ꝛ spũales crea=
ture erant: atq̧ de celo deiecit
eos, dicẽs regi eorũ.i. supremo
inter eos illud Esa. xiiij. Ad in=
ferna detraheris cũ sup̃bia tua.
Et hoc figuratiue insinuaẜ per
Egyptios qui submersi in ma=
ri rubro, ferebãtur in ꝓfundũ,
nec vnus q̃dẽ supfuit ex eis. Fi
lij autẽ Israel.i. boni angeli p=
uenerunt ad portũ salutis eter
ne: ꝛ hoc mediante gratia dei.
Unde Rom. vj. Gratia dei, vita
eterna. Liberauit ergo dñs in
die illo filios Israel de manu
Egyptiorum.i. bonos angelos
videtes deum, de medio malo=
rum angelorũ, qui nunc recte
Egyptij.i. tenebrosi dicuntur,
eo q̃ manẽt in tenebris culpe
ꝛ pene. Et sicut filij Israel per
uenientes ad littus maris ru=
bri, viderũt ibi Egyptios mor
tuos: sic ꝛ boni angeli existen=
tes in patria, vident demones
sicut et ceteros dãnatos in in=
ferno, sine tamẽ vlla cõpassiõe.
Et quẽadmodũ pp̃ls Hebreo=
rum ex oĩbus predictis timuit
dominũ: ita et angeli boni ce=
terĩq̧ beati, vidẽtes penas dã
natorũ, timent dñm timore, nõ
quidem seruili, sed reuerẽtia=
li, laudantes iustitiam eius.

¶ Exodi decimoquinto.
¶ Prima clausula.



Unc ceci=
nit moyses
ꝛ filij Israel
carmẽ hoc
domino, et
dixerũt: Cã=
temus do=
mino, glo=
riose enim
magni=

magnificatus est: equū & ascē-
sorem deiecit in mare. Fortitu
do mea & laus mea dominus &
factus est mihi in salutem. Iste
deus meus & glorificabo eum:
deꝰ patris mei & exaltabo eū:
Dñs quasi vir pugnator / omni-
potēs nomē eius: currus Pha-
raonis / et exercitum eius pro-
iecit in mare. Electi principes
eius submersi sunt in mari ru-
bro: abyssi operuerūt eos. De-
scenderūt in profundum quasi
lapis. Dextera tua domine ma
gnificata est in fortitudine / de-
xtera tua domine percussit ini-
micum: et in multitudine glo-
rie tue deposuisti aduersarios
meos. Misisti iram tuam / que
deuorauit eos sicut stipulam /
& in spiritu furoris tui congre-
gate sunt aque. Stetit vnda
fluens / congregate sunt abyssi
in medio mari. Dixit inimicꝰ:
Persequar / & comprehendam /
diuidam spolia / implebitur a-
nima mea: Euaginabo gladiū
meū / interficiet eos manꝰ mea.
Flauit spiritus tuus / & operuit
eos mare: submersi sunt quasi
plumbum in aquis vehemēti-
bus: Quis similis tui in forti-
bus domine / quis similis tui:
Magnificus in sanctitate / ter-
ribilis atq; laudabilis / & faciēs
mirabilia. Extendisti manum
tuam / et deuorauit eos terra.
Dux fuisti in misericordia tua /
populo quē redemisti. Et por-
tasti eum in fortitudine tua ad
habitaculum sanctū tuum. As-
cenderunt populi & irati sunt.
Dolores obtinuerunt habitato
res Philistijm. Tūc conturba-
ti sunt principes Edom / robu-
stos Moab obtinuit tremor /
obriguerunt omnes habitato-
res Chanaā: irruere super eos
formido & pauor / in magnitudi
ne brachij tui. Fiāt immobiles
quasi lapis / donec pertranseat
populus tuus domine: donec
pertranseat populus tuus iste
quem possedisti. Introduces
eos / & plantabis in monte here
ditatis tue: firmissimo habita-
culo tuo quod operatus es do
mine. Sanctuarium tuum do-
mine / quod firmauerūt manus
tue. Dominus regnabit in eter
num / & vltra. Ingressus est em̄
eques Pharao cum currib⁹ / et
equitibus eius in mare: & redu
xit sup eos dñs aq̄s maris. Fi-
lij autem Israel ambulauerūt
per siccum in medio eiꝰ. Sum-
psit ergo Maria ꝓphetissa (so-
ror Aarō) tympanum in manu
sua: Egresseq; sunt oēs mulie-
res post eā cū tympanis & cho-
ris / quibus precinebat / dicēs:
Cantemus dño / gloriose enim
magnificatus est: equū & ascen
sorem eius deiecit in mare.

¶ Historialiter: Postq̄ in pre-
cedenti capitulo sanctus Mo-
yses egit de populo Israeliti-
co / gradiente per medium ma-
ris sicci: & similiter de Phara-
one cum mirabili exercitu eū
in equēte / atq; de liberatione
Hebreorum / & submersione E-
gyptiorum: Hic consequenter
agit de cātico letitie quod ipse
idem Moyses decantauit do-
mino vna cum toto populo Is-
raeli de tam mirabili victoria
habita. Refert ergo Moyses
de seipō quasi de quodam alio
more solito / qualiter ipse vna
cum populo Israelitico / vidēs
ad littus maris corpora Egy-
ptios

ptiorum iacere mortua/ eo q̄ fuissent submersi i mari rubro/ cepit inde gaudere/atq̃ de tāta victoria gratias domino reddere: similiter & om̄is populus tam viro℞/q̄ʒ mulierum. Sunt marie autem in hoc cātico laudatur dominus pro triplici beneficio: scilicet/
Misericordie: ibi/ Fortitudo mea & laus.
Iustitie: ibi/ Domin⁹ quasi vir pugnator.
Communi vtriq̃: ibi/ Quis similis tui in fortibus?
¶ Primo igitur laudatur dn̄s per Moysen & reliquum populum Israel pro beneficio misericordie suscepte. Sed anteq̄ʒ de illo faciat verbum/ premittit versum generalem ad totū sequens canticum/ cum ait: Cātemus domino: & sunt verba totius popl'i/ qui visa victoria habita de inimico eo℞ Pharaone/ pariter et totius sui exercitus/qui omnes fuerūt submersi in mari rubro/quorum corpora viderunt Hebrei in littore maris/ eo q̄ mare suo more ea illuc deiecisset. Popul⁹ igitur Israel hec videns/ prorupit in gratiarum actionē/dicēs: Cantemus domino: id est ad laudē victorie: vt dicit glo. interlin. gloriose enim magnificat⁹ est/ scilʒ in submersione Egyptiorum/et liberatione Hebreo℞. Uel gloriose magnificatus est/ scilicet in signorum ostēsione/ & miraculo℞ operatione. Ideo sequitur: equum et ascensorem deiecit in mare. Seipsos ergo inuitabant Hebrei ad dei laudem/ quia dixerūt: Cantemus Domino. Recte autem addiderūt de domino/q̄ gloriose magnificatus esset. Nā et submersione Egyptiorum/lōge lateq̃ diffusum est preconium sue magnitudinis. Hoc igit̄ versu premisso/sequitur laus populi pro beneficio misericordie exhibite a deo in sua liberatione/ dicēs: Fortitudo mea: id est/causa fortitudinis mee: & laus mea dominus: id est propter tale beneficiū fortitudinis merito debeo dominū laudare/ et factus est mihi in salutē/ scilicet perfecte liberationis. Iste de⁹ me⁹. Hebrei dicūt (vt refert de Lyra) q̄ ly iste/ facit demonstrationem ad sensum/ eo q̄ filij Israel videbant deum/ & ostendebant eum digito super mare rubrum in aliqua similitudine visibili/ eo q̄ deitas nō potest videri ab humano oc'lo. Unde dicunt/ q̄ tūc populus clarius vidit deū/ q̄ʒ postea ip̄m viderint prophete. Sed si ita fuisset/ minime de hoc Moyses legislator tacuisset/ propter beneficij magnitudinem et nouitatem. Quia ergo istud dictum nō habet de scriptura sacra authoritatē: ideo eadem facilitate contemnitur qua dicitur. Ideo dicendum/ q̄ est ibi demōstratio non ad sensum/ sed ad intellectum: accepta tamen ex effectu visibili. Nam ex hoc q̄ Hebrei videbāt factū soli diuine virtuti possibile/ intelligebāt dei p̄sentiā adesse. Dicit ḡ Moyses in p̄sona toti⁹ populi: Iste de⁹ meus/ demōstrando ad intellectum essentiā diuinā/ vt subsistentē: & glorificabo eū: quātū supple in me est: Deus patris mei/ & exaltabo eum. Non dixit

sic intelligendo/ q ex tali glorificatione/siue exaltatiõe dei/ aliqd sibi accrescat: sz tñ hoi q per hoc meret. Dicit autem/ deus patris mei: ad ostendēdū q per merita sanctorū patrum deus cõtulit ipis Hebreis hoc beneficium liberationis.

¶ Secūdo laudat dñs p Moysen in psona tot⁹ ppli p beneficio iustitie/cū ait: Dñs (inquit) qsi vir pugnator/ oipotēs nomē eius. Sed qre dr: qsi vir pug. Respõsio/ qr pugnator pprie dr ille q corporalr z armatus ingredit bellū. De⁹ aūt (fz Josephū) non aggrediēdo/ sed imperādo superauit. Nec certe mirū: qr oipotēs nomē ei⁹/ q in hoc ostēdit oipotētiā suā: quia curr⁹ Pharaonis/ z exercitum eius piecit i mare. Electi pncipes ei⁹ submersi sūt zc. Et qūuis in gñali d toto exercitu ei⁹ dictū sit/ q dñs illū piecit i mare: nihilomin⁹ specialiter addit de pncipib⁹ eius/ q electi pncipes eius submersi sunt in mari rubro zc. eo q specialr affixerāt Hebreos post Pharaonē/ etiā plusq ceteri armati de exercitu ipsius Pharaonis. Bene autē z recte dr de dño deo/ q oipotēs nomē ei⁹/ put ipsemet ostēdit signo experimētali multiplici: vt dr in litera. Primum fuit/ qr curr⁹ Pharaonis/ z exercitū eius piecit in mare. Secundū/ qr electi principes eius submersi sunt in mari rubro. Tertium/ qr abyssi operuerunt eos. Quartū/ qr descēderūt in pfundū quasi lapis. In primo notat pereuntiū multitudo: in secundo fluctuum impulsio: in tertio pfunditas imptransibilis: in quarto/ grauitas mirabilis. Sequitur: Dextera tua dñe. In hoc textu tangit Moyses modum diuine iustitie/ dicens: Dextera tua dñe magnificata est. i. magna ostensa: in fortitudine/ scz signorum: dextera tua dñe pcussit inimicū. i. inimicos Egyptios: z ibi ponitur singularis p plurali. Uel p inimicū intelligitur Pharao/ q fuit caput pcussionis iniuste Hebreorum. Unde Josephus: Inimic⁹ est/ cuius authoritate alij sunt inimici. In multitudine glorie tue. i. gloriose potentie tue: deposuisti/ supple de solio supbie sue/ oēs aduersarios meos/ scz Pharaonem z exercitum eius/ mittendo eos in profundū maris: vt dictū est. Sed quid fecisti? Profecto misisti iram tuā/ id est angelum executorem tue ire: que deuorauit eos sicut stipulā/ supple ignis deuorat subito. Hinc Gregor. Quasi stipulam deuorare/ est Egyptios de facili in perditionem mittere: et in spū/ scilicet creato: furoris tui/ scilicet ministro: ɔgregate sunt aque/ vt scilz inuoluerent Egyptios. Sed videtur q melius diceret: In spiritu dulcoris tui/ z non furoris. Nā ex dei volūtate cõgregate sunt aque predicte/ quasi muri hinc z inde: vt filij Israel possent transire. Dicendū/ q idem effectus fuit dulcedinis Hebreis/ z furoris Egyptijs. Et sic fuit de dicta cõgregatione aquarum maris rubri. Prebuit enim Hebreis iter ad transeundum pede sicco/ z per consequens fuit illis gratiosa: sed fuit dura Egyptijs/ qr sequētes Hebreos

submersi sunt i dicto mari. Stetit vnda fluens.i.vnda que naturaliter fluit de loco ad locum miraculose stetit: vt preberet iter siccum populo dei: congregate sunt abyssi: id est aque profunde que sunt in abysso.i.sine claritatis candore: ratione profunditatis: vel q̄ sunt sine terminatione ratione fluxibilitatis: congregate sunt in medio mari.

¶ Consequēter cum Moyses dicit: Dixit inimicus: ponit iustitie diuine causā meritoriā. Ait ergo: Dixit inimic⁹: id est Pharao et omnis eius exercitus: Persequar: scz Hebreos fugientes: et comprehendam.i. me cōprehendere presumo: Diuidam spolia: vcz meis militibus: Implebitur anima mea.i. voluntas in adeptione desiderati: euaginabo gladium meū. Ecce inuadēdi audacia: interficiet eos: scz Israelitas: manus mea: id est potestas mea quam habeo in multitudine armatorum. Hec sunt enim que cogitabat seuer⁹ ille rex Pharao aduersus Israelitas. Sed vt vulgariter dicitur: multum remanet de cogitatione fatui. Ideo sequitur: Flauit spiritus tuus: id est ventus: qui flat s̄m dn̄i voluntatē. Josephus autē hic dicit: ventus dissoluēs. Unde dicit: q ventus veniens aquas diuisit: et viā desiccauit. Uentus autem dissoluens: ipsas reduxit. Ideo sequitur: et operuit eos mare: quia sicut ad flatū venti palee mouētur: ita ad nutum dei mare reuersum est super Egyptios: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. Unde propter grauitatē plumbi intelligitur q dicti Egyptij erant peccatis valde aggrauati: et submersione digni. Hunc autem versum: Flauit spiritus tuus: exponit Augus. de spiritu sancto. Alij autē exponunt de spiritu creato.i. de angelo. Hic igitur spiritus dei flauit.i. ventum fecit: siue flatum: sicut causa instrumētalis sub deo dicte submersionis Egyptiorū. Unde sequit: et operuit eos mare: submersi sunt &c.

¶ Tertio laudatur domin⁹ q Moysen: et consequēter per cū a toto pplo Israelitico: et c̄fectu communi vtriusq: misericordie scz: et iustitie. Et hoc dupliciter. Primo quidē in generali: secūdo vero in speciali. Ibi: Extendisti manum tuā. Primo igitur in generali: cum dicit: Quis similis tui &c. Pro quo notādum: q sanctus Moyses ex predictis in admirationem perductus prorupit in laudem dn̄i: dicens cum interrogatione: Quis similis tui in fortib⁹ dn̄e: quasi dicat: nullus: eo q finiti ad infinitū nulla sit comparatio. Nullus ergo inter fortes est tibi similis per adequationem: qui supple es magnificus in sanctitate.i. excedens omnē alium in sanctitate: vel magnifice sanctificans tuos. Juxta illud Rom.viij. quos iustificauit illos: et magnificauit. Unde.j. Reg.ij. Nō est sanct⁹: vt est dominus. Sequitur: terribilis: quo ad ipsos: atq laudabilis: misericordiam impartiendo bonis: et faciens mirabilia: et quo ad malos quo ad bonos. Uel terribilis: q̄ ad Egyptios:

ptios/atq laudabilis quo ad
Hebreos:⁊ faciens mirabilia/
scilicet in vtrisq. In Egyptijs
quidem ad eorũ perditionem:
Hebreis autem/ad eorum sal=
uationem.

¶ Deinde ⁊ secundo laudatur
dñs ab effectu iustitie ⁊ miseri
cordie in speciali. Et quidem
quantum ad effectum iustitie
subdit/dicens: Extendisti ma=
num tuam.i.potentiam tuam/
⁊ deuorauit eos terra.s. Egy=
ptios. Sed cõtra: Jam enim di
ctum est/ꝙ submersi sunt qua=
si plũbum in aquis ve. Dicen=
dum conformiter ad gl. inter=
li.ꝙ hic ponitur terra ꝓ aqua
terre conglutinata. Uel dici ꝙ
hic ponitur terra pro bestijs
terre/a quibus fuerunt deuora
ta i littore maris cadauera E=
gyptiorũ submersorum: prius
tamẽ spoliata ab Hebreis. Jo=
sephus autem dicit/ꝙ ne fetor
cadauerum in littore apparen
tium grauaret populum He=
breum/nõ permittebantur sup
terrã. Et sic patet de effectu iu
stitie in speciali.

¶ Quantum autẽ ad effectum
misericordie i speciali/quo ad
Hebreos ex parte domini hic
subditur. Dux fuisti in miseri=
cordia tua populo quẽ redemi
sti.i.populo Hebreorũ quẽ re=
demit dominus.s.de Egyptia=
ca seruitute. Sed quomõ fuit
illi dux dñs? profecto ⁊ confor=
miter ad glo.interl.tripliciť.s.
cõsolando/docendo/fouendo.
Consolãdo quidem/per ange=
lum: docendo vero/per viã per
lumen colũne: fouendo autẽ/ꝑ
nubis refrigeriũ contra estũ.
Deinde subdiť alia misericor=
dia cũ dr: Et portasti eũ.i.por
tabis/quia de se est impotens
⁊ nimis infirmus/in fortitudi=
ne tua: q2 ꝑ signa diuine forti=
tudinis deduxit eos dñs i ter=
rã promissionis/deiectis oibꝰ
aduersarijs eoꝝ. Nũquid etiã
dñs portauit eos ad dictã ter=
ram.i.deduxit: qñ quidẽ fecit
eos trãsire mare rubrum pede
sicco. Itẽ qñ pauit eos in de=
serto quadraginta annis mã=
na celesti. Itẽ quãdo transie=
runt Jordanis fluuiũ pede sic=
co. Itẽ quãdo prostrauit ante
eos reges robustissimos. Item
quãdo corruerunt corã eis mu
ri Hierico/⁊ sic de multis alijs
operibus/ in quibꝰ bene visus
est dñs portasse huiusmodi po
pulum Hebreũ in fortitudine
sua? sed quo portauit eũ finali=
ter? Profecto ad habitaculum
sanctũ suũ.i.ad locũ/ vbi post=
ea fundatum est templum.

¶ Deinde iterũ ⁊ secũdo lau=
datur dñs super effectibus iu=
stitie in speciali cum dicitur:
Ascenderunt populi: ascendẽt
scʒ diuersarũ nationũ / de quo
diceť in sequentibus.xvij. Itẽ
Josue.x.⁊.xj.c. et irati sunt: scʒ
contra populũ tuũ/eo ꝙ time=
bant terras suas occupari ab
Israelitis. Uñ ꝓpter hãc cau=
sam Amalechite/ ⁊ populi qui
erant eis confederati/ audien=
tes ꝙ filij Israel trãsissent ma
re rubrũ/⁊ essent in deserto eis
ꝓpinquo / sup hoc valde irati
sunt/⁊ mirabiliter timuerunt.
Et ideo priusq̃ essent Israeli=
te magis fortificati ascenderũt
ad pugnandũ cõtra eos: vt sic
ipsos omnino delerẽt: vt habeť
in sequẽtibꝰ.xvij.c. Dicit ergo

textus consequenter / dolores obtinuerunt habita. Phil. et hoc ex psperitate filiorum Israel: tum etiam quia antiquitus fuerant molesti patri eorum Isaac / vt dicitur Ge. xxvj. tum etiam quia habitabant intra terminos terre eis pmisse a dño. Sequitur: Tunc conturbati sunt pncipes Edom. Huius cōtrarium videtur posse haberi Núeri. xij. Ibi enim dr / quod diuertit Israel ab Edom. Dicendum / quod cōturbari potuerunt pdicti principes audita fama eorum. Timuerunt enim ab eis ipugnari: quis nō sit ita factum. Robustos Moab obtinuit tremor quod causatur ex timore retrahente virtutem ad interiora / dimissis partibus exterioribus: sed huius cōtrarium sicut videtur posse haberi Deuter. ij. vbi sic dr: Nō pugnabitis cōtra Moabitas. Dicendum sicut prius. s. quod frustra timuerunt: eo quod dñs inhibuerat filijs Israel / ne pugnarent ptra eos. Quia tamen erant cōfines Madianitis quos expugnauerunt Hebrei: timuerunt et ipsi expugnari ab eis. Sequitur: Obriguerunt oēs habitatores Chanaan. Cum enim tales audissent / quod dñs siccasset aquas fluuij Iordanis ante dictos Hebreos / vt intrarent terram Chanaan: timor maximus irruit sup eos: prout Raab meretrix dixit exploratoribus filiorum Israel. Iosue. ij. dicēs: Pertimuit et elanguit cor nostrum / nec remāsit i nobis spiritus ad introitum vestrum. Item Iosue. v. sic legitur: Postquam audierit oēs reges Ammoreorum / cum etiam reges Chanaā / supple aduentum Hebreorum / dissolutum ē cor eorum / et nō remāsit in eis spiritus / timentium introitum filiorum Israel. Et nota iuxta illud verbum / obriguerunt: quod obrigescere siue rigescere / scdm de Pal. fit per hoc quod exteriora destituuntur a spiritibus retractis ad interiora a passione timoris. In pdictis autem effectibus iustitie loquitur Moyses prophetice de futuro tanquam de preterito / propter certitudinem prophetie.

¶ His igitur peractis Moyses laudat deum / imprecādo et optādo multipliciter. Primo quidem dicendo: irruat super eos formido et pauor. Formido quidē interius / et pauor exterius: vel formido egrediēdi / et pauor resistēdi in magnitudine brachij tui. i. in magno brachio tuo. Secundo dicēdo / Fiant immobiles. i. ad nocendum impotētes / quasi lapis qui secundum se non nocet. Petit ergo quod tales non noceāt veraciter / sed sint Hebreis materia exercitij. Iuxta illud Iudic. iij. He sunt gētes quas dereliquit deus / vt erudiret in eis populum suum et c. Fiant (inquam) immobiles / donec trāseat Iordanē / supple populus tuus iste quē possedisti. i. elegisti / vt esset populus tuus peculiaris. Replicat autem ly pertranseat / ad maius desiderium exprimendum. Tertio dicendo / Introduces eos: scz in terram pmissionis: vt dicit glo. et plantabis in monte hereditatis tue: scilicet faciendo eos solide permanere in dicta terra / que ad literam est mōtuosa / firmissimo habitaculo tuo: hoc dicit propter templum quod erat edificandum in Hierusalem: quod operatus es domine / id est

id est operandum mandabis p
Salomonem. Et de hoc habi=
taculo iterum subditur cum di
citur: Sanctuariū tuū domine
.i.tēplum/qd̄ firmauerunt ma=
nus tue.i.firmabūt/ scʒ dando
industriā fabricatorib⁹ illius/
vt ipsum firmū ꝛ stabile faciāt.
Qđ aūt additur: Dñs regnabit
in eternum: ꝛ vltra: exponetur
in deductione questionum.
¶ Consequēter Moyses in fi=
ne sui cātici replicat opus iu=
stitie dei/et misericordie: iusti=
tie quidem/ quantum ad sub=
mersionem Pharaonis ꝛ toti⁹
sui exercitus in mari rubro/ di=
cens: Ingressus est em̄ eques
Pharao/cum curribus ꝛc̄. Se
quitur: Et reduxit sup eos do=
minus aquas maris: Et idem
etiā ferme dictū est in princi=
cipio hui⁹ cantici/sub his ver=
bis: Equum et ascensorē deie=
cit in mare/hoc aūt fecit Moy
ses / vt finem iungeret princi=
pio. Misericordie autē/quan=
tum ad saluationē filiorū Is=
rael. Ideo sequitur: Filij autē
Israel ambulauerunt per sic=
cum in medio ei⁹: nec hoc dis=
credendū est (inquit Joseph⁹)
cum Alexandro Macedoni et
exercitui eius Darium insequē
ti mare Pamphileum diuisum
fuisse legatur/ domino iuben=
te/ qui per eum regnum Persa=
rum delere voluit.
¶ Postq̄ ergo in precedenti=
bus visum est de cantico viro=
rum/reddētium gratias domi=
no deo de submersione inimi=
corum suorum/ꝛ de saluatione
propria: hic consequenter po=
nitur cāticum mulierū/ simili=
ter ꝛ ad partem reddentiū gra
tias domino p eisdem causis/
cum dicitur per Moysen: Sū=
psit ergo Maria ꝛc̄. Voluerūt
enim mulieres Hebree imitari
viros Hebreos i huiusmodi cā
tico: ꝛ hoc rationabiliter: quia
non minus tenebantur suo mo
do ad reddēdum gratias deo
de submersione inimicorū suo=
rum/ ꝛ de saluatione sua/ q̄ vi=
ri. Bene ḡ dictum est ab Aplo
Ephe.v. ꝙ vir est caput mulie=
ris/quem supple imitari debet
in licitis ꝛ honestis. Dicit ergo
Moyses de sorore sua Maria
ꝑphetissa/ que scilicet habuit
spiritum prophetie: vt ptʒ Nu=
meri.xij. vbi legitur/ ꝙ ipsa et
Aaron frater suus dixerunt:
Nobis/ sicut ꝛ Moysi/locutus
est dominus. Vel dicitur ꝑphe
tissa/ qꝛ prophetiam cātauit.i.
carmē istud/ qd̄ est in pte ꝑpho
ticū/ ꝙ sumpsit tympanū in ma
nu sua/ vt scʒ suo exēplo cetere
mulieres ita agerēt. Ideo seq̄=
tur: Egresseq̄ sunt omnes mu=
lieres post eā cum tympanis ꝛ
choris/ q̄b⁹ precinebat · dicēs:
Cātemus dño/ gloriose em̄ ma
gnificatus est ꝛc̄. Alie aūt mu=
lieres respōdebāt ei/ sicut solet
fieri in choris q̄ ad ecclesiasti=
cos ꝛ clericos. Forte em̄ voluit
Maria tenere ordinē ꝛ modū
cātādi suū cāticū/ quē p⁹ vide=
rat obſuari a Moyse frē suo.
¶ Circa autē hūc textum pos=
sent moueri multa dubia / sed
de multis tātū pauca adduce=
mus in medium.
¶ Primū igitur dubium. Qūo
filij Israel potuerūt cātare p̄=
dictū canticum: presertim cum
multi eorū essent absq̄ literis:
vt verisimilr credit. Itē multa

dicunt prophetice in hoc cãtico. Nullus autem sane mentis diceret de filijs Israel: q oēs habuerint spiritum prophetie. Nam gratie gratis date: inter quas ponitur gratia prophetãdi non omnibus de multitudine conceduntur: sed valde paucis. Igitur. Ad hoc dubiũ respondet Josephus dicens: q Moyses solꝰ dicebat vnũ versum: deinde totus populus respondebat: dicens: Cantemus domino: gl. ꝛc. Iterum Moyses alium versum: ꝛ populꝰ similiter respondebat repetẽdo ꝛ dicendo. Cantemus ꝛc. ꝛ sic alternando vsq3 in finẽ. Sicut cantatur: gloria laus in die ramorum: ꝛ idem fit in multis cãticis ecclesiasticis.

¶ Secundum dubium: Quomodo vniuersi Israelite pariter quasi vno ore: nulla premonitione edocti cecinerũt? Ad quod respondet Augustinus in questionibus super Exodũ: dicens q diuino spiritu cantãtium pectora ꝛ ora inspirabantur: ꝛ quod per tempus ꝛ studium facere poterant: in vno momento dominus illis donauit. Da exemplũ de eruditione apostolorum in hora receptionis spiritussancti. Actuum. ij.

¶ Tertium dubium: Cur presens canticum dicit carmẽ in textu? Ad hoc respõdet Josephꝰ ꝛ Comestor post eũ: q causa huiꝰ est: eo q est cõpositum ex versibꝰ hexametris. i. sex pedum. Qui autem illos transtulit in linguam Latinã: non potuit seruare legem metri: vt dicit dñs Petrus de Pal. Et dicitur carmen: quasi carens mẽte: quia illud olim cantantes mente carere credebãtur: quasi rapti: vel in extasi positi. Est autem carmen quicquid pedibus continetur: ꝛ specialiter quando est aptum cantari: et signanter quando est compositum ex aliquo delectabili negocio. Unde Boetius de consola. Carmina qui quõdam studio florente peregi ꝛc. Et hac ratione istud canticum dicitur carmẽ: eo q sit de victoria laudabili Judeis.

¶ Quartum dubiũ: Cur istud canticum dicitur ab Origene canticum canticorum: prout continetur in glo. ordi. Dicendum: q hoc ideo: quia est primum canticũ antiquitate. Cãticum autem Salomonis dicitur canticum canticorum alia ratione: eo scilicet q est primũ dignitate: ꝛ mysteriorum profunditate.

¶ Quintum dubiũ: Quare potius filij Israel cantauerunt istud canticum domino post trãsitum maris rubri: q̃ aliud simile post transitum Jordanis? Ad quod respõdet Josephus: q ideo qꝛ per transitum maris rubri fuerunt Israelite ab Egyptijs plene liberati: et ideo non restabat eis nisi gaudere in domino. Post transitũ autem Jordanis adhuc instabant ꝛ restabant maxima bella: videlicet contra Chananeos: qui diuiduntur in plures populos: quos omnes aduersarios inuenerũt sibi filij Israel.

¶ Sextum dubiũ est de intellectu illius propositionis: que habetur versus finem cantici: in qua dicitur: Dominꝰ regnabit

bit in eternū / et vltra. Nihil enī est extra eternū. Quomodo ergo dicitur dominus regnaturus in eternum / et vltra? Pro solutione huius dubij / notandū q ly eternū / potest accipi multipliciter. Primo quidem proprie / et vltra sub conditione: et tūc est sēsus: q si esset aliquid vltra eternitatem / dñs in illo vltra regnaret. Secundo accipiendo eternitatem vt est incōprehēsibilis ab intellectu creato / vt sit sensus: In eternum / id est in hoc quod capio / siue intelligo de eternitate / et vltra: scilicet quantū ad id quod nō capio de eternitate. Tertio sic exponitur: scdm Orig. et ponit in glo. ordin. Dñs regnabit in eternum / et vltra. i. domine deus tu es ille qui regnas in seculū et in seculum / et adhuc. Quotiēs dicitur in seculum: longitudo quidem temporis exprimitur: sed esse aliquis finis indicat: et si in aliud seculū dicatur / aliquid longius iudicatur / sed tamen finis ponitur. Et quotiēs secula seculorum nominantur: fortasse licet ignotus nobis / tamen a deo statutus aliquis terminus iudicatur. Quod vero hic addidit: et adhuc: nullum sensum termini alicuius aut finem reliquit. Quodcunqs enī cogitaueris in quo finem putes consistere: semper dicit tibi sermo propheticus / et adhuc: velut si tibi dicat: putas in seculum / seculi dominum regnaturum? et adhuc. putas in secula seculorum? et adhuc. et breuiter quodcunqs dixeris de regni eius spatijs: semper dicit tibi propheta / et adhuc. Unde Greci / secundum q refert dictus Origenes / habent in seculum et adhuc. Hic ergo secundum eūdem Orige. accipitur eternū pro diuturnitate / siue pro spatio vnius durationis / siue generationis / cuius finis notus est nobis: sed per seculū seculi: spatium tēporis quod finem habet / sed tamen nobis ignotum. Sed adhuc vltra huiusmodi spatiū temporis quod finē habet: quāuis nobis ignotum / quod dicitur seculū seculi / regnū dei extenditur. Quarto potest accipi eternū pro eternitate participata / que dicit euum / quod est mensura angelorum et spirituū celestium: et tunc verū est q dominus regnabit in eternum. i. quantum vnum euum durat / et vltra. Dicit autem et vltra / quia quāuis euiterna nunqs sint destrura: possunt tamē intelligi nō esse / sicut et aliquando non fuerūt: sicut patet de angelis. Deus autem nō potest sic intelligi. Itē quia non essent nisi a deo conseruarentur. Deus autem non indiget aliena conseruatione: sed seipso est / et seipso consistit. Itē quia euiterna non habent totum esse suum simul: saltim esse accidentale / cū sit in ipsis aliqua successio et mutatio: puta cogitationum et affectionū. Uerum hec quarta expositio nō est literalis: sed magis allegoricalis: ideo redeūdū nobis est ad sensum literalem. Pro q notandum / secundum magistrum Nicolaum de Lyra / q seculum proprie significat tempus / siue durationem quinquaginta annorum. Sed qn additur

et/ꝛ vltra: significat eternitatem. Et bene dicitur hic/dñs regnabit: quia non regnauit ab eterno / sicut nec fuit creator aut dominus ab eterno: qꝛ talia nomina aut verba significãt creaturam subiectam / que non fuit ab eterno.

¶ Septimũ dubiũ: Si Maria soror Aaron fuerit prophetissa: querit Josephus quid prophetauerit? Et respondet / ꝙ licet prophetissa fuerit / vt patet Numeri. xij. non tamen legitur quid ꝓphetauerit. Et hoc forte factũ est / vt discant mulieres in ecclesia nõ debere predicare: iuxta verbum apost. j. Corint. xiiij. dicentis: Mulieres in ecclesijs taceant. Non enim ꝑmittitur eis loqui. Itẽ .j. Thim. ij. Docere inquit mulieri non permitto / sed esse in silentio. Et vt dicit Chrysost. Hoc bene factum est: quia semel mulier docuit. s. Eua Adã virum suum / ꝛ totum destruxit ꝛ euertit. Uel dic / ꝙ Maria soror Aarõ prophetauit / saltim carmen istud: Cantemus domino ꝛc̃. quod est in parte propheticũ / vt dictum est: qꝛ nõ legitur ꝙ ab alio fuerit de eo edocta.

¶ Octauũ dubium: Cur Moyses in presenti textu potiꝰ vocat Mariam sororem Aaron / ꝙ̃ suã / vel ꝙ̃ vtriusqꝫ / cum ita esset a parte rei: vt dictum est sexto capitulo huius? Dicẽdũ ꝙ forte causa humilitatis hoc fecit. Uel qꝛ Aaron erat primogenitus / habens tres annos supra ipsum Moysen. Hebrei autem assignãt aliam duplicẽ causam: quarũ ꝓma est / eo ꝙ ante natiuitatẽ Moysi (cum nõdũ haberet alium fratrẽ ꝙ̃ Aaron) prophetauit matri sue / ꝙ paritura esset filium qui liberaret Israel. Alia causa est / eo ꝙ Aaron multum zelauit pro ea / quando fuit percussa lepra: vt patet Numeri duodecimo.

¶ Nonũ dubium: Unde Maria habuit tympanum cũ quo ludebat / ꝛ similiter cetere mulieres cum ea ludentes in tympanis ꝛ choris? Dicendũ / ꝙ illud attulerat de Egypto. Ut enim dicit quidã / ipsa priusqꝫ exiret de Egypto cognouerat ꝑ spiritũ propheticũ / ꝙ deus esset collaudandus pro beneficijs suis exhibitis ꝛ exhibẽdis populo Israel: ideo exiens de Egypto secũ attulit tympanũ vel afferri fecit per aliã personam seruũ vel ancillam: et ad idem monuit ceteras mulieres Hebreas / que erãt potentes et sufficientes ad cõparandũ huiusmodi instrumentũ musicale. Est autem tympanum / vt dicit glo. ordi. instrumentũ / siue genus tube: habens in summo fistulã per quam vocem reddit sonoram. Et dicitur tympanũ / sc̃dm Hugo. a titon quod est mediũ: eo ꝙ sit media ps simphonie. Nam ꝛ virga percutit / vt simphonia / ꝛ habet similitudinẽ cribri. Uulgo aũt tympanum / dr̃ tabour gall'. quod habet duplicẽ pellem extentã in ligno circulariter curuato. Symphonia ꝟo ad modũ vielle formata / cũ circulo quodã motu sonat / ꝙ̃ sepiꝰ ceci vtunt̃: et sic vulgo noiat̃: nõ primo modo. In aliquibꝰ aũt partibꝰ vt in

prouin-

prouincia ,puincie(vt refert de Pal)mulieres vtunt quodā dimidio tympano cū cāpanulis| vbi nō est pellis extenta nisi ex vna parte tm̄:τ percutit cū manu|τ nō cū malleolo|vt tympanū itegrū|τ gall. dr cheurete. Chorus autē secūdū eundē de Pal. est pellis simplex cū duobus foraminib9| p quorū vnū inspirat|τ per alterū reddit sonum|τ gall. dicitur cheurete.

¶Decimū dubiū: Quare viri non similiter sumpserūt instrumenta musicalia sicut mulieres? Ad quod rn̄det Joseph9| q viri erant armis onerati| q̄bus spoliauerant Egyptiorū corpora mortua. Non autē sic de mulieribus. Insuper etiam qz choreizare est opus muliebre: non virile. Non tamē predicte mulieres cantabant aut ludebāt ad vanitatē τ lasciuiam: sed potius ad dei laudem: quib9 precinebat Maria quasi magistra: dicendo singulos ꝟsus eiusdē cantici. s. cantemus dn̄o τc. Cui respondebāt cetere mulieres ad singulos versus dicentes τ repetentes. Cātemus τc. vt dictū est de viris.

¶Undecimū dubiū: Quanto tempore māserunt filij Israel iuxta litt9 maris | cātātes domino? Ad hoc respōdet Petr9 Comestor: q septē dieb9. Singulis autē diebus veniebant ad lit9 cū tympanis τ instrumētis musicalib9|τ cātabant dn̄o cāticū Moysi| viri seorsum| et mulieres seorsum. In cuius rei memoriam (inquit idem Petrus) septem diebus paschalibus cantando redimus ad fontes.

¶Duodecimum dubiū: Quid postmodum factum est de p̄dictis tympanis τ ceteris instrumētis musicalibus? Potest ,pbabiliter dici| q illa q̄ potuerunt esse vtilia| cōseruata sunt vt in ipsis laudaretur domin9 in deserto: secundū illud Psal. Laudate eum in tympano et choro| laudate eum in chordis τ organo. Nonnulli etiā viri ac mulieres talibus vtebantur q̄nq ad solatiū cōtra difficultatē itineris. Sic τ vsq hodie facere solent nōnulli per viam incedētes| propter eandē causam. Maxima autē pars taliū instrumentorū vetustate τ incuria perijt| τ signanter propter occupationes bellorū contra aduersarios.

¶Decimūtertiū dubiū mouetur ,pter illud verbū: Cantemus dn̄o| gloriose eni τc. Queritur ergo si liceat gaudere de morte τ aduersitate inimici? Dicendū| q mortē inimici dupliciter possum9 cōsiderare. Prio q̄dē secūdū se τ absolute: τ sic non licet quātūcunq alter sit malus| qz hoc est cōtra ordinē charitatis| τ ex inuidia fraterna procedens. Unde Prouer. xvij. Qui in ruina letat alteri9| nō erit impunitus. Et eiusdē xxiiij. Cum ceciderit inimicus tuus| ne gaudeas: τ i ruina ei9 ne exultet cor tuum: ne forte videat dominus| τ displiceat ei: et auferat ab eo iram suam. et ipsam supple supra te conuertat. Hinc sanctus ille Job tricesimoprimo capitulo dicebat quasi deo gratias agens: Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat| et exul-

taul q inuenisset eum ma= lum. Et debet hic accipi | si pro nō: vel si est ita: puniat me deus. Secundo possumus considerare mortē inimici quasi p accidens | inquantum | per accidens potest ex ea sequi aliqd bonū | scz releuatio pauperum | quos ille iniuste z seuere affligebat dum viueret: z tunc licitū est gaudere de morte illius. Hinc Greg. i moral. lib. xxij. c. xj. ait: Euenire plerunqz solet | vt non amissa charitate | z inimici ruina nos letificet | et rursum ei⁹ gloria sine inuidie culpa nos contristet: cum z ruente eo quosdā bene erigi credimus | z proficiēte illo plerosqz iniuste opprimi formidam⁹. Et post pauca: Si (inquit) de inimici morte gaudendū omnino non esset. Psal. nō diceret: Letabitur iustus cum viderit vindictam impiorum. Hec ille.

¶ Moraliter z primo Moyses z ceteri filij Israel | qui de submersione Pharaonis z omnis sui exercitus | tam immensas z iocundas agunt deo gratiarū actiones | necnon z de liberatione sua: designant veros penitentes | in quibus aduersari⁹ suus diabolus z vniuersa delicta submersa sunt per penitentiam | et in aquis lachrymarū | necnō z anime eorū in spe saluate sunt: de quibus omnibus debent dicti penitentes decātare corde puro z mēte deuota deo gratiarū actiones. Sed quo nam pacto poterūt cognoscere dicti penitētes q in ipsis sit submersus diabolus | atqz vniuersa delicta | q. in eis pri⁹ viuebāt? Profecto istud cognoscere poterunt | quis tantū per coniecturam et certitudinem moralem | si contemplent cadauera mortuorū fetentia. i. si nō vlterius delectentur in cōmissis peccatis | sed horrori et abominationi illa habeant quociens ad memoriā redeunt. Qz si non fetent corā eis | nouerint illa non adhuc mortua: sed viua intra corda ipsorum adhuc latere.

¶ Moraliter z secundo | mare rubrum est mūdus presens: qui recte dicitur mare | et hoc propter fluctuositatē vtriusqz. Hebrei igitur. i. viri iusti per istud mare possunt sine periculo trāsire: quia aqua voluptatū mūdanarum non solet eos quantum ad affectionem tangere. Quinimo tales solent plerūqz per siccitatem paupertatis et penitentie illesi ad celestē Hierusalem pertransire. Hinc in textu dicit figuratiue | Filij autē Israel ambulauerunt per siccum in medio mari. Egyptij autē. i. mali non sic: quia tales mare vite presentis sine periculo minime transeunt: eo q aque delitiarū z voluptatū seculi eos inuoluūt. Psal. Inimicos eo operuit mare. Qz ergo iusti per dei gratiā sciunt bene vti tēporalibus | et mali male: ideo primi perueniunt illesi ad littus maris. i. in celū | vbi mali periclitant | z descēdunt in profundum inferni. Ecce ad quos fines perueniunt qui prosperis bene aut male vtuntur.

¶ Moraliter z tertio iuxta illud verbum: Equum et ascēsorem deiecit in mare. Notandum q per equū potest intelligi

ligi sensualitas: iuxta id quod scriptum est Esa.xxxi. Equi eorum caro: per ascensorem vero illius ratio. Quemadmodũ ergo ascẽsor debet regere equũ / alias malus vsus equi sibi imputatur: ita etiam ratio debet sedere super sensualitatẽ / et eã regere prout expedit. Nam talem politiam posuit de⁹ in homine: dicẽs Gene.iiij. Subter te erit appetitus tuus / et tu dominaberis illius. Alias malus vsus sensualitatis imputabit̃ a domino ipsi rationi / et damnabitur anima pro peccato commisso in carne: sicut dñs luit peccatum serui / et maxime quã do de suo consensu commissum est. Ubi ergo peccatum cõmissum est / carne sine sensualitate / de consensu vero vel interpretatiuo rationis: tunc homo penitentia ductus debet equũ et ascensorem proijcere in mare.i.in amaritudine et dolore de peccato. Qui quidẽ dolor debet esse duplex: primus quidem intellectiuus / secũdus vero sensitiuus. In cuius figurã legitur / ꝙ filia Caleph / nomine Azan clamabat ad patrem dicens: Da mihi benedictionẽ pater. Terram arẽtem dedisti mihi / da et irriguã aquis. Cui dedit pater irriguũ superius et irriguũ inferius: vbi ꝑ Caleph qui interpretatur quasi omne cor / designat̃ dñs deus / qui est quasi omne cor: q2 dat omnib⁹ viuẽtibus cor / qđ est principiũ vite. Per Azan autem que vno modo interpretat̃ fum⁹ / significatur homo / cuius vita fumo cõparatur. Unde Psal. Defecerunt sicut fum⁹ dies mei. Terra autem arida / est humana cõscientia / que multotiẽs est arida et sicca per defectum irrigationis spiritualis / et doloris de peccatis. Quid igitur restat illi facere? Profecto debet clamare ad patrẽ celestẽ / et dicere: Tu pater dedisti mihi corp⁹ et animã / quorũ vtrunqꝫ est aridum per meam culpam: da igitur mihi per tuam ineffabilem bonitatem irriguũ superius et inferius.i. da mihi gratiam / vt possim dolere de peccatis meis / dolore intellectiuo / pariter et sensitiuo. Et si quis diligenter institerit pro tali duplici irriguo apud patrem celestẽ / indubie dabit illi petitionem suã. Ecce igitur quomodo homo peccator debet proijcere equũ et ascensorem in mare.

¶ Moraliter et quarto / transacto cantico iuxta illud: Sumpsit ergo Maria etc. Notãdum ꝙ Maria que interpretat̃ vno modo mare amarum / designat animam peccatricem: que debet esse valde amara / per dolorem de malo cõmisso / secundũ ꝙ eam admonet propheta Hiere.ij. dicens: Scito et vide.i. recogita ꝙ malum / quo ad culpam: et ꝙ amarum / quo ad penam: sit te dereliquisse dominum deum tuum / quo ad culpam: et non esse timorem eius apud te / dicit dominus exercituum. Ecce igitur quomodo ꝑ Mariam intelligit̃ peccatrix anima. Debet autẽ Maria sumere in manu sua tympanum / vbi per tympanũ (quod fit de pellibus animalium mortuoꝝ) intelligitur memoria mortis / que multum valet ad vitanda peccata.

peccata. Iuxta illud Eccli. vij. Memorare nouissima tua / et ineternū non peccabis. Item huiusmodi memoria multū valet ad agendam penitentiā de iam commissis peccatis: et hoc propter ipsius mortis incertitudinem. Vel per tympanum quod fit de pellibus extensis et desiccatis / intelligitur humanū corpus: quod debet in presenti extēdi / et desiccari per ieiunia et vigilias / peregrinationes / et similia bona opera penalia. Quod vbi factum fuerit / tunc reddet dulcem sonitū coram angelis dei: quia gaudiū est angelis dei super vno peccatore penitentiā agente. Luce. xv.

¶ Moraliter et quinto / ista possum⁹ exponere de Maria Magdalena / cui etiam vocabulum congruit. Hec igitur Maria / tunc sumpsit tympanum in manu sua / quando post suam conuersionem / atque dominicam ascensionem / multo ieiunio et abstinentia mirabili iugiter et diu afflixit carnem suam / solitarie in deserto habitans / non minus triginta annis. Huiusmodi autem tympanum suauē admodum sonū reddebat coram deo et angelis eius / adeo φ septies in die eleuabatur ad aera / vbi audiebat angelorum indicibilem melodiam. Qd autem subditur / φ sequebantur Mariam cetere Hebree mulieres cum tympanis suis / quib⁹ illa precinebat: significat ingens multitudo mulierū / que secute sunt predictam Mariā / per duram penitētiam / siue in claustro / siue in loco solitario commorantes: sicut patet de multis reclusis / quibus omnibus tam preteritis φ futuris precinuit Maria Magdalena / ante eas vadens per penitentiā ad celum / atq illis omnibus exemplum penitentie relinquens. Nā quēadmodū adducte sunt regi Christo multe virgines post dignissimā eius genitricem: ita et multe prius peccatrices adducte sunt eidē Christo post Magdalenā / per penitentiam.

¶ Moraliter et sexto / Maria φ secūdo modo illuminatrix interpretatur / designat gratiam dei / que nos illuminat in presenti contra tenebras peccati / de quibus Apo. Ro. xiij. Abijciamus (inquit) opera tenebrarum / et induamur arma lucis: quod vno modo potest exponi de gratia que nos armat cōtra diabolū: q2 arma. et illuminat cōtra peccatū: q2 lucis. Unde quicquid luminis habemus in presenti / a gratia dei nobis impendit. Hec igitur Maria ante nos vadit et precinit / dicens illud Joan. xv. Sine me nihil potestis facere. Unde recte figuratur p columnā nubis / siue ignis / que semper precedebat filios Israel / ex quo exierūt de terra Egypti: vt dictum est in iij. c. precedēti. Itē recte significatur per stellā maris / φ ostēdit viā nauigātibus ipsum mare / et ad portum tendentibus. Insup hec Maria semp cātat / et cantare facit canticū letitie spiritualis dño. Ceterum ipsa preuenit et subsequit liberū arbitrium. Et breuiter quicquid dici potest in laudem Marie

sororis

sororis Aaron / etiam dici po=
test spiritualiter in laudē gra=
tie dei.

¶ Allegorice & primo / princi=
pium hui⁹ capituli potest expo
ni in bonū & in malū: primo q̄=
dem in bonū / de Christo in mo
dum q̄ sequit̄: Cantemus dn̄o /
nos supple Christiani / qui re=
dēpti sum⁹ sanguine Christi. i.
reddamus gratias deo patri:
gloriose em̄ magnificatus est /
supple in passione filij sui. In
hoc / scz ꝙ equum & ascensorē
ꝓiecit in mare. Ubi notādum /
ꝙ ꝑ equū itelligit̄ corp⁹ Chri=
sti / qđ fuit equus portās supra
se peccata nostra. Esa. liij. Dn̄s
posuit in eo iniquitatē omniū
nostrū. Ascēsor aūt hui⁹ equi
fuit spiritus siue anima eiusdē
Christi / q̄ regebat corp⁹ illius
sicut ascensor equū. Per mare
vero intelligit̄ amaritudo do=
lorū / quos ꝓ nobis passus est
ipse Christus in cruce. Thren.
iij. O vos oēs q̄ trāsitis ꝑ viā /
attēdite &c. In dicta ergo pas=
sione ꝓiecit de⁹ pater equū et
ascensorē in mare / quandoqui=
dē ꝓprio filio suo nō pepercit /
sed ꝓ nobis omnibus tradidit
illū: vt dicit Apost. Rom. viij.
Qꝫ aūt corpus ei⁹ sanctissimū
proiecit de⁹ pater in predictū
mare / scz permissiue: nullus du
bitat. Sed de ascensore illi⁹. i.
de spiritu siue anima / ipsemet
testatus est / cū dixit discipulis
suis: Tristis est anima mea vs=
ꝗ ad mortem. Mat. xxvij. Per
tale aūt tam admirabile opus
redemptionis humane / de vo=
luntate patris per Christū ad=
impletum / gloriose magnifica=
tus est ipse deus pater / qui ad=
inuenit tā efficax remediū hu=
mane salutis. Propter qđ non
absurde inde gaudere debe=
mus / & cantare dn̄o canticū le=
titie: quia ꝑ predictam passio=
nem ꝓstratus est noster inimi=
cus diabolus. Si em̄ licet gau
dere de passione sanctorū pro
quanto facta est illis via eun=
di in celū: ita & nos licite gau=
dere possum⁹ de Christi mor=
te & passione / pro quanto facta
est nobis via eundi in ipsum ce
lum. Quāuis illi morti secun=
dum se debeamus cōpassionē.
Possumus igitur de domino
dicere quod de seruo dicimus:
Pium est gaudere Christo / et
pium est flere Christum.

¶ Allegorice & secundo / idem
principiū presentis cantici po=
test exponi in malum / videlicet
de diabolo / in modū qui sequi=
tur: Cantem⁹ nos / supple fide=
les / domino. i. ad honorem do=
mini nostri Jesu Christi. Sed
quomodo cantabimus? profe=
cto tripliciter: videlicet corde /
ore / opere: vt dicit interli. Un=
de in hymno: Os / lingua / mēs /
sensus / vigor / confessionē sup=
ple diuine laudis personent.
Sequit̄: gloriose em̄ magnifi=
cat⁹ est. Ecce quare cātare de=
bemus dn̄o: sed in quo? Profe=
cto q: equū & ascensorē ꝓiecit
in mare. i. quemlibet malum: &
diabolum / proiecit in infernū:
vt dicit interli. Et de diabolo
quidem ait Christus Joā. xij.
Nunc princeps mundi huius
eijcietur foras. De malo autē
homine / et signanter infideli /
dr̄ Joan. iij. Qui non credit /
iam iudicat⁹ est: sed si equum
& ascensorem deiecit Christus

sua

sua morte in mare inferni. Un-de ergo est / q ad nos tentandos veniunt demones? Nunquid ab inferis redierut? Nunquid iam solutus est Sathan? Dicendum / q Christus moriendo in cruce / non totaliter eiecit diabolum de hoc mudo: sed tm in parte / scilicet diminuedo eius potentiam: et signater quatum ad impedimetum ingressus celi post mortem / quo ad iustos. Non enim potest nunc Christo passo patrare impedimetu / sicut antea / cum adhuc clausum esset celum.

¶ Allegorice et tertio / sup ide verbum quo dicitur: Gloriose enim magnificatus est: notandum q illud verbum / coformiter ad glo. ordi. intelligitur de Christo / qui ante suem passionem magnificatus est: tu predicando ita vt populus diceret: Nunq sic homo locutus est sicut iste loquitur. Joan. vij. tum miracula faciendo: ita vt diceret et Nicodemus Jo. iij. Scimus quia a deo venisti / magister. Nemo eni potest hec signa facere / que tu facis / nisi fuerit deus cum eo: tum patiendo in cruce / per signa que tunc apparuerunt / quado quidem sol obscuratus est / terra mota est / petre scisse sunt / et monumenta aperta. Et hoc est de quo rogabat patrem suum / dicens Jo. xvij. Pater venit hora / nuc clarifica filium tuum etc. In predictis ergo glorificatus est Christus: non tame gloriose / sed humiliter. Tunc autem gloriose magnificatus est / cum resurrexit victor / victo diabolo / spoliato inferno. Dec Uulge. et ponitur in glo. ordi.

¶ Allegorice et quarto / possumus breuiter exponere presens canticum de die iudicij: quod pertransiuimus (quatu ad expositionem morale) pprer prolixitatem vitandam. Dicamus ergo sic: Moyses et filij Israel qui cecinerut carme istud domino / significat electos qui in die iudicij cantabunt carmen hoc / et dicent: Cantemus domino / id est ad laudem et honore Jesu Christi / dni nostri. Nunc enim gloriose magnificat⁹ est / id est magn⁹ factus. In primo enim aduentu fuerat paulo minus ab angelis minorat⁹. Sed nunc gloria et honore a deo patre coronatus / et constitutus super opera manuum illius / qui omnia subiecit sub pedib⁹ ei⁹ / oues et boues: id est electos / et reprobos homies: volucres celi et pisces maris. i. angelos et demones. Unde Matt. xxviij. dixit idem Christus: Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Et Apost. Phil. ij. In nomine Jesu omne genu flectatur / celestiu / terrestrium / et infernorum. Sed in quo magnificabitur Christ⁹ in die iudicij? Certe inter cetera magnificabitur in reprobatione maloru / et eiectione eorum in profundu abyssi infernalis / dices illis illud Matth. xxv. Ite maledicti in ignem eternu. Et hoc est qd hic dr: Equum et ascensore proiecit in mare. i. hoies reprobos q fuerut in psenti equi diabolii / portates eu in osciëtijs suis per culpa: similiter et ipos ascesores demones / proijciet in mare / scilicet inferni / qui erit repro-

probis valde amarus.
¶ Que autem sequuntur intri=
cata sunt: quia nunc exponunt
de electis/ nunc de reprobis.
Unde sequens verbum: Forti=
tudo mea/ et laus mea etc. intel=
ligitur de vnoquoque electo/ q
refert se et sua in deum/ dicens:
fortitudo mea etc. vsque ibi/ et ex=
altabo eum. Quod aūt sequitur:
Dominus quasi vir pugnator.
etc. intelligitur de iudice Chri
sto/ q pugnabit contra insensa
tos/ et eos proijciet in corpore
et anima in infernum: et hoc in=
telligitur per currus Pharao=
nis et exercitū illius: que oīa
proiecit dominus in mare ru=
brum. Nec quidem tūc soli ma=
li homines proijcientur in in=
fernum: verum etiam mali an=
geli/ etiā qui erāt ante lapsum
de maioribus inter oēs. Ideo
sequitur: Electi pncipes ei9 sub=
mersi sunt in mari rubro. i. in in=
ferno: abyssi operuerūt eos/ qr
non poterūt redire ad agendā
penitentiā: descēderūt in pfun
dū quasi lapis/ qr nō poterunt
se inde mouere plusquā lapis de
loco suo. Et nota q ibi ponit
verbum preteriti temporis pro
futuro/ pter rei certitudinē.
Ista igit preuidēs Moyses/ in
admirationē pductus ait: De=
xtera tua dñe magnificata est i
fortitudine. i. magnificabitur:
dextera tua dñe pcussit. i. pcu=
tiet: inimicū. i. diabolū/ inimi=
cū salutis humane. Vel p de=
xterā intelligit Christus/ q est
dextera dei patris. Bis autem
noiat dextera dñi/ sm duplicē
Christi aduentū: ita vt sit sen=
sus: O dñe pater/ dextera tua/
id est filius tuus: qui dr dextera
tua/ qr tibi equalis scdm diui=
nitatē/ licet minor scdm huma=
nitatē. Hec (inq) dextera tua
magnificata est in fortitudine/
. i. in cruce: tum per signa tunc
ostensa: tū in supatione demo=
nis/ qui gloriabat se superasse
hoiem in paradiso terrestri. Qd
autē sequit: Dextera tua dñe
percussit inimicū/ referēdū est
ad secundū dñi aduētū/ in quo
ipse q est dextera dei patris (vt
dictū est) pcutiet inimicū. i. dia=
bolū/ deijciēdo eū in abyssum
irremediabiliter. Nec tñ vnū
inimicū. i. vnū demonē tunc p=
cutiet dñs pdicto modo: verū
etiā oēs. Ideo sequit: et in mul
titudine glorie tue deposuisti
omnes aduersarios meos. In=
sup misisti irā tuā q etc. Ubi no
tandum/ q eiectio demonum et
omniū reproborū in abyssum/
q fiet a deo authoritatiue/ mi=
nisterialiter autē et executiue a
Christo hōie: ex parte qdē dei
pertinebit ad ipsius gloriam/ ex
parte vero ipsoꝝ reproborū ad
ipsius iram. Ideo dictū est: In
multitudine glorie tue etc. Et
postea sequitur: Misisti irā tuā
que etc. Non enim in deo est ira
sm se/ sed dr irasci/ quādo pu=
nit. Et bene dicit de ira dei (in
ordie ad reprobos) Misisti irā
tuā que deuorauit eos sicut sti=
pulam: qr sicut stipula non pōt
resistere magno igni: ita neque
reprobi poterunt resistere ire
dei/ et inuictissime illius. Ideo seq=
tur: In spū furoris tui congre=
gate sunt aque. Pro quo notā=
dum/ q aque in sacra scriptura
quādoque significāt populū mul
tum: sm illud Apoc. xvij. Aque
multe/ populi multi. Tūc ergo
in

in ſpiritu furoris dñi cōgrega-
būtur aque/ quādo cōpleto iu-
dicio generali/ in ira dñi cōgre
gabuntur oēs reprobi in infer-
no. In cuius figurā dixit dñs/
Gen. i. Congregētur aque/ que
ſub celo ſunt: id eſt omnes ma-
li/ vbicunqꝫ ſint diſperſi/ in lo-
cum vnum: id eſt/ in infernū: et
appareat arida. i. nullꝰ malus
relinquatur ſuper terrā. Quod
autem ſubditur: Stetit vnda/
fluens/ referēdum ad electos/
qui dicuntur vnda fluens/ pro
pter fluxibilitatem liberi arbi-
trij. Hec autē vnda ſtabit poſt
iudicij diē immobiliter adhe-
rēs deo/ ſiue loquamur de an-
gelis/ ſiue de hominibus. Hec
etiam vnda/ id eſt/ electoꝝ mul
titudo/ ſtabit perpetuo in celo
poſt iudicij diem: qꝛ tunc ibūt
iuſti in vitam eternam. Matt.
xxv. Econtra autē cōgregabū-
tur abyſſi i medio mari: id eſt/
reprobi in medio inferni: quia
ibunt hi in ſupplicium eternū:
vt habetur vbi ſupra.
¶ Sequitur: Dixit inimicꝰ ⁊c.
Pro intellectu huius notandū
ꝙ vſqꝫ ad iudicij diē ꝑmittit a
deo maligno ſpiritui tētare ho
minē/ ad ipſius tamē vtilitatē
⁊ ſalutē/ dūmodo fortiter reſi-
ſtat. Animaduertēs igit dictꝰ
malignus ſpūs/ ꝙ ⁊ inimicꝰ ho
minis h:c.ðꝛ/ ꝙ iā dextera ma-
nus dñi ipſum ꝑcuſſit/ deputā-
do ipum igni ineꝛtinguibili/ ſi-
ue ardoribus ſempiternis: ani-
maduertens autem parte et al
tera/ ꝙ in p̄ſenti homines ſunt
in loco certaminis/ in quo po-
teſt illis nocere ſuis tentatio-
nibus/ ipſos firmiter tentare
deliberat. Et iſtud eſt quod hic
loquitur Moyſes/ dicens: Di-
xit inimicus. i. diabolus: perſe-
quar: id eſt/ perfecte ſequar ho
mines: ⁊ cōprehendam. i. me cō
prehendere preſumo: Diuidam
ſpolia: ſcilꝫ in morte/ mihi ani-
mas attribuendo ⁊ attrahēdo:
cetera mūdo relinquendo. Im
plebitur/ ſupple tunc aīa mea/
id eſt/ deſiderium meum circa
perditionē hominū: Euagina-
bo gladium meū. Iſte gladius
erit Antichriſtus/ qui erit gla
dius diaboli in fine mūdi/ quo
vtetur contra fideles. Et bene
dicit/ euaginabo gladiū meū:
quia ipſum Antichriſtū arma-
bit contra ipſos fideles (quātū
fieri poterit) etiā vſqꝫ ad mor-
tem. Unde ſeqtur: Interficiet
eos manus mea. i. dictus Anti
chriſtus/ per quem aduerſabor
dictis electis/ tanqꝫ per manū
meam. Unde de eodem Anti-
chriſto loquens Apo. ij. Theſ.
ij. dicit/ ꝙ aduētus eius erit ſe-
cūdum operationem Sathane/
in omni virtute ⁊ ſignis ⁊ pro-
digijs mendacibus. Poſt hec
igitur tot et tanta mala predi-
ctorum inimicorum hominum/
ſcilicet diaboli et Antichriſti/
cum complicibus et ſatellitibꝰ
ſuis: flabit ſpiritus domini/ id
eſt volūtas eius/ que in fine ſe-
culi finem dabit malis: et oꝑe-
riet eos mare: id eſt/ tribulatio
a deo miſſa/ quia ſubmergētur
quaſi plumbum in aquis vehe-
mentibus: ſcilicet/ abyſſi infer
nalis. Ex his igitur omnibus q̄
dicta ſunt/ prorumpit Moyſes
in verba admiratione plena/ di
cēs: Quis ſimilis tui in dijs do
mine: vſqꝫ ibi/ deuorauit eos
terra/ ſcilicet reprobos in die
iudi-

iudicij dicēte Christo: Ite male dicti in ignem rē.

¶ Sequitur: Dux fuisti in misericordia tua populo quē redemisti. Iste textus recte exponitur in eodem sensu allegorico de saluandis. Postq̄ ergo Moyses locutus est de reprobādis in finali iudicio dicens: Misisti iram tuam rē. consequenter loquitur de saluandis: cum ait ad dominum loquēs: Dux fuisti in misericordia tua: non autem dicit in iustitia tua: sed in misericordia tua: quia non ex operibus iustitie que fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit: vt habetur Titū. iij. Ponitur etiam hic preteritū pro futuro: vt iam dictū est: ita vt sit sensus (quantum ad propositum requiritur) Dux fuisti .i. fies: in misericordia tua. Sed quibus? Populo quem redemisti: nō quidē tm̄ sufficiēter: sed et efficaciter. Hoc autē fiet quando in fine iudicij generalis Christus dicet electis: Venite: supple post me: benedicti pris mei. Michee. ij. Ascēdet pandēs iter ante eos. Et Deutero. xxxij. Sicut aquila prouocans ad volandū pullos suos: et super eos volitans. Expandit alas suas: et assumpsit eos rē. Item Joann. x. Bonus pastor proprias oues vocat nominatim: et educit eas: et cū eas eduxerit: ante eas vadit: et oues illum sequuntur. Ideo sequitur: Et portasti eum in fortitudine tua: scilicet in celum: quia nullus ascendit in celum in fortitudine sua: ad habitaculum sanctum tuum: id est: in ipsum celum.

¶ Sequitur: Ascenderunt populi. Hic Moyses prosequens suum sēsum allegoricū: postq̄ locutus est de saluandis: consequenter redit ad damnandos: et dicit: Ascenderunt populi .i. reprobi homines vel demones. Sed quomodo aut quo ascendere poterunt qui descenderūt in profundum quasi lapis? Certe nihil puto exteri9 quo tales ascēdere poterunt: qui iam ad pfundū abyssi infernalis puenerunt: sed est aliquid interius quo ipsi reprobi ascendere possunt. Illud autem est cor supbū: de quo ps. Accedet homo ad cor altum. Audiam9 igitur quid alibi dicat ps. Supbia: inquit: eorum qui te oderunt: ascendit semper. Ecce quomodo reprobi intra semetipsos vitiose ascendūt. Cum ergo hic dicitur a Moyse: Ascēderūt populi: referendum est ad multitudinem reproborum: qui ascēdent per superbiam: tum cōtra deum: tum cōtra cetum beatorum: et irati sunt: id est: irascentur vehementer: quia nūquam satisfiet superbo desiderio eorum: quo volunt superexaltari beatis. Unde sequitur: Dolores obtinuerunt: id est: obtinebunt habitatores Philistijm. Tunc conturbati sunt rē. vsq̄ ibi: habitatores Chanaā. Per has igitur gētes hic expressas denotatur multitudo reproborum. Possumus etiā (et forte nō iniuste) illud primum verbum: Ascenderūt populi: referre ad electos: qui in fine seculi ascendent in montem sanctū dei: q̄d videntes reprobi: et inuidētes irascentur: et dolores tenebunt eos.

eos. Psal. Peccator videbit et irascetur/ dentibus suis fremet et tabescet: tamen frustra/ quia desiderium peccatorum peribit. Quod autem sequitur: Fiant immobiles quasi lapis/ potest referri ad demones: qui quamuis toto conatu studeant impedire ingressum electorum in celum: non tamen hoc efficaciter et finaliter peragere poterunt/ domino eos protegente/ et pro eis pugnante: tam per se/ quam per seruos suos angelos. Et hoc est quod hic dicitur/ Fiant immobiles quasi lapis: vt scz non tantum noceant quantum nocere optant/ donec pertranseat populus tuus domine: videlicet de hoc mundo ad patrem: donec (inquam) pertranseat populus tuus iste quem possedisti. i. ab eterno elegisti et preelegisti/ vt esset populus tuus: Introduces eos/ supple in celum: et plantabis stabiliter et permanenter in monte hereditatis tue/ id est in celo: firmissimo habitaculo tuo/ quod operatus es domine/ secundum illud Gen. i. In principio deus creauit celum et terram. Ipsum nempe celum est supple sanctuarium tuum/ quod firmauerunt manus tue. Et breuiter hoc epithalamium de te dicimus/ scz: quod dominus regnabit in eternum et vltra. Exponitur vt prius. Resolutorie ergo et pro conclusione huius sensus allegorici: Ingressus est eques Pharao/ id est diabolus sedens super equum superbie: cum curribus et equitibus eius: id est/ cum complicibus suis malignis spiritibus: in mare/ id est/ in infernum: et reduxit super eos dominus aquas maris/ id est cruciatus inferni.

¶ Allegorice et quinto/ iuxta illud: Presumpsit ergo Maria etc. Notandum quod per Mariam prophetissam/ intelligitur virgo Maria/ secundum nominis conuenientiam. Hec enim prophetissa extitit sicut et illa/ etiam per eam plius/ prout ostendit in suo cantico/ quod incipit: Magnificat. Luc. j. dicens: Ecce ex hoc/ quod supple concepi dei filium/ beatam me dicent omnes generationes. Hec igitur Maria prophetissa/ simul Christi mater et virgo/ quod non illa soror Aaron/ sumpsit tympanum in manu sua/ et cecinit quando discipulis derelinquentibus magistrum suum spiritu sicut et corpore/ ipsa sola cecinit rectam fidem. Unde frater Buribellus in officio de pietate eiusdem. Sola (inquit) mater tenet fidem/ constans docet quod et idem resurget in gloria. Ecce quomodo nostra Maria soror prophetarum cecinit cum tympano suo. Post quam etiam egresse sunt omnes mulieres catholice/ cum tympanis et choris suis eandem fidem protestantes/ et adhuc per dei gratiam egredi non cessant.

¶ Uel dic/ quod tympanum quod fit de pelle extensa super lignum/ que quanto plus extensa fuerit/ tanto efficitur magis sonorum ipsum tympanum: intelligitur virginitas genitricis dei Marie/ siue corpus eius virgineum/ quod fuit valde extensum siue distentum per debitam macerationem/ non quidem ad refrenandas carnales concupiscentias et molestias/ quas illa virgo purissima non patiebatur: sed vt posteris virginibus esset in exem-

in exemplum domandi carnē
ſuam ieiunijs ⁊ abſtinentia e-
ſce ⁊ potus/quātū valitudo p-
mittit: vt ait Auguſt. in regu-
la ſua. Nonne ergo bene cane-
bat hec virgo digniſſima cum
tympano ſuo: quando quidem
angelo reſpōdit/dicens: Quo-
modo fiet iſtud? ꝙ ſcilicet con
ceptura ſim dei filiū: quoniam
virum non cognoſco?

¶ Allegorice ⁊ ſeptimo/ Ma-
ria propheteſſa/eſt eccleſia Ro
mana/ que cum tympano ſuo
bene concordato. i. cum bona
vita ⁊ doctrina/ vna cū ſupre-
ma authoritate / reddit ſuauē
ſonum/ qui libenter auditur a
Chriſtifidelibus per promptā
obedientiam ad eam. Et bene
appellatur eccleſia Romana
Maria. i. amara: quia ꝓfecto
hac tempeſtate repleta eſt mul
tis ⁊ maximis amaritudinibꝰ/
⁊ hoc a filijs ſuis/qui non ſe fi-
lios legitimos/ ſed degeneres
oſtenderunt: tum manus violē
tas mittentes in patrem / quo
nullus maior aut equalis ī ter
ris: tū ſacroſancta prophanan
tes: tū in ore gladij clerū vna
cum reliquo populo trucidan
tes: etiam nulli ſexui aut eta-
ti parcentes: ita vt ciuitas Ro
mana videretur repleta vſque
ad os hūano cruore. Quis igi-
tur pius filius/aut deuotus ca
tholicus/qui non defleat tan-
tam matris ſue (eccleſie dico
Romane) calamitatem? Ipa
nempe videtur hodie dicere in
auribus populi, Chriſtiani il-
lud Threnorum primo. Audi-
te obſecro vniuerſi populi / et
videte dolorem meum. Virgi-
nes mee ⁊ iuuenes mei abie-
runt in captiuitatem. Vocaui
amicos meos / ⁊ ipſi decepe-
runt me. Sacerdotes mei/⁊ ſe-
nes mei / in vrbe conſumpti
ſunt. Vide domine quoniam
tribulor/conturbatus eſt ven-
ter meus. Subuerſum eſt cor
meum in memetipſa/ quoniam
amaritudine plena ſum. Foris
interficit gladiꝰ: ⁊ domi mors
ſimilis eſt. Audierunt quia in-
gemiſco ego/et non eſt qui cō-
ſoletur me. Omēs inimici mei/
id eſt infideles/ audierunt ma-
lum meum: letati ſunt/quoniā
tu feciſti: ſcilicet permiſiſti/iu-
xta id quod ſcriptū eſt. Amos
iij. Non eſt malum in ciuitate/
ſupple Romana (que antono-
matice dicit ciuitas) quod nō
fecerit dominus. Videtur er-
go Hieremias in predicto ca-
pitu. Threno. propheta ſſe non
ſolum de malis que ventura e-
rant ſuper ciuitatem Hieruſa-
lem/que pie lamentabatur: ve-
rumetiā de malis ⁊ opprobrijs
que nuperrime exhibita ſunt a
nonnullis / qui ſe Chriſtianos
dicunt / et non ſunt niſi forſan
ſolo nomine: quibus dicere au
deo/ꝙ melius fuiſſet ſi nati nō
fuiſſent: quia per eos nomen
Chriſtianitatis ⁊ Romane ec-
cleſie blaſphematur apud in-
fideles/dicentes ꝙ ſi Chriſtus
(quem pro deo colūt Chriſtia-
ni) eſſet verus deꝰ / nequaquā
fineret ſuam ſponſam eccleſiā
ſic impudenter a filijs ſuis cō-
culcari ⁊ tractari. Et quod in-
ter tot et tanta mala / ſine flu-
ctuationes/nauicule Petri in-
gemiſcendum eſt: Jeſus vide-
tur in ea dormire. Opus igitur
eſt / vt deuotis precibus eum

excitemus / vt nos saluet: dicentes: Dñe salua nos / perim⁹. vt ipse ventis imperet ꝛ mari / ꝛ fiat tranquillitas ecclesie in his maris motib⁹ magna. discãtqꝫ infideles / q̃lis est hic ꝛc̃. ꝑut in figura ostẽsum est Mathei octauo. Ecce igitur quid per Mariam sororem Aaron significatur. Sed quid est / ꝙ egresse sunt omnes mulieres post eam cum tympanis ꝛ choris / q̃b⁹ illa precinebat / dicẽs: Cantem⁹ dño: gloriose enim magnificatus est ꝛc̃. nisi ꝙ particulares ecclesie / siue metropolitane / siue cathedrales / aut cetere inferiores student insequi Romanam ecclesiam: et se illi conformare in fide ꝛ moribus / plenam obedientiam illi prestantes. Et quid designant tympani ꝛ chori / nisi ꝙ omnes Christiani / ꝛ signanter clerici ꝛ religiosi / debent inter se facere vnum chorum per concordiam charitatis et pacis. Qꝫ vbi fecerint: tunc canticũ eoꝝ erit gratum et acceptum deo.

¶ Anagogice Moyses ꝛ filij Israel / qui cecinerunt carmen domino / dicentes: Cantemus domino ꝛc̃. designant electos qui canunt carmen domino in celesti gloria / se mutuo exhortantes / ꝛ dicentes: Cantemus domino ꝛc̃. Et hoc signanter propter duo. Primo quidẽ qꝛ euaserunt grande periculum submersionis infernalis: quod tangitur cum dicunt: gloriose enim magnificatus est. Secũdo vero quia liberati sunt de potestate inimicorum suorum demonum: et hoc similiter tãgitur cum dicitur / equum ꝛ ascensorẽ deiecit in mare. Itẽ liberati sunt de potestate mortis / iuxta illud Sapientie tertio: Iustorum anime in manu dei sunt / et non tanget eos tormentum mortis. Similiter per Mariã prophetissam post quam egresse sunt omnes Hebree mulieres canentes / et dicentes: Cantemus domino: gloriose enim ꝛ cetera: potest intelligi ecclesia triumphans de angelis congregata / que reddit gratias domino deo: quia equum ꝛ ascensorem deiecit i mare: id est Luciferum cum sibi adherentibus angelis malis deiecit de celo in mare / id est in amaritudinem dolorum ꝛ penarum inferni.

¶ Uel dic / ꝙ per tympana et choros cum quibus concinebant mulieres in exitu de mari rubro / sicut et viri: designatur ꝙ post resurrectionem corporum / et post transitum maris / id est tribulationum vite presentis / ipsi electi etiam veri usqꝫ servus iubilabunt deo laudem / nedum mẽtalem / verumetiam et corporalem. Iuxta quod scriptum est in Psalmis. Exultationes dei in gutture eorum. Non enim erunt ociosa organa ipsorum beatorum. Si enim aues suo modo dant laudem deo in presenti / ita vt alauda a laude sit dicta: quantomagis id credendum est et sperandum de corporibus electorum / que erunt organa animarum sanctarum: ita vt nihil vacaturum sit in ipsis beatis a laude dei / nec ex parte anime / nec ex parte corporis.

¶ Secunda clausula.


Tulit autem Moyses Israel de mari rubro / et egressi sunt in desertum Sur. Ambulaveruntque tribus diebus per solitudinem / et non inveniebant aquam. Et venerunt in Marath: nec poterant bibere aquas de Marath / eo quod essent amare. Unde et congruum loco nomen imposuit: vocans illum Marath / id est amaritudinem. Et murmuravit populus contra Moysen dicens: Quid bibemus? At ille clamavit ad dominum. Qui ostendit ei lignum / quod cum misisset in aquas / in dulcedinem verse sunt. Ibi constituit ei precepta atque iudicia / et ibi tentavit eum dicens: Si audieris vocem domini dei tui / et quod rectum est coram eo feceris / et obedieris mandatis eius / custodieris que omnia precepta illius / cunctum langorem quem posui in Egypto / non inducam super te. Ego enim sum dominus deus salvator tuus.

¶ Historialiter. Postquam in precedenti clausula eximius ille propheta Moyses posuit carmen quod ipse edidit in laudem domini / qui populum Israelem liberavit de medio maris rubri: in quo Pharao cum toto suo exercitu submersus est: hic consequenter loquitur de progressu filiorum Israel per terram deserti / et de perventione eorum in Marath. Refert ergo ipse quomodo transito mari rubro / et submersis Egyptiis / tandem post dies septem (ut iam dictum est secundum Petrum Comestorem / quamvis non sit in textu) ipse tulit populum Israel de mari rubro / quasi per quandam violentiam / eo quod nollet inde recedere: cuius causa postea dicetur in solutione ad primum dubium. Sequitur: Et egressi sunt in desertum Sur / supple de littore maris rubri. Sur autem est nomen loci / ubi quondam angelus domini invenerat Agar / fugientem a facie domine sue Saray. Et hic locus est inter Cades et Marath. De hoc vide Genesis decimosexto. Cumque ambulassent tribus diebus per solitudinem / non inveniebant aquam: scilicet ad sufficientiam pro se et animalibus suis / donec venerunt in Marath. Non autem loquitur Moyses de defectu panis / sicut aque: quia adhuc habebant filii Israel de cibo quem attulerant de Egypto. Aque autem dulces / et apte ad potandum deerant illis. Et nota quod locus ille in quo invenerunt filii Israel aquas amaras / dicitur marath / per anticipationem. Non enim prius sic appellabatur: quia forte innominabilis erat. Dictus est ergo Marath ab eventu / quia scilicet aque in eo invente amare erant. Unde et subditur: Unde et congruum loco nomen imposuit: supple / populus hebreus. Petrus autem Comestor dicit / quod dictus locus non solum dictus est Marath ab amaritudine

aquarum: verũ etiam ab amaritudine animi Hebreorum. Tranquillior (inquit) est qui sitiẽs nõ inuenit potum: quam qui inuentum gustare non potest. Propter igitur defectũ aquarũ dulcium et potabilium murmurauit populus cõtra Moysen dicens: Quid bibemus? Ecce quam cito incipit populus murmurare contra dñm in deserto. At ille clamauit ad dominũ: facto et opere ostendens quod bonus rector non debet omittere bona subditis procurare: non obstante ipsorum murmure et ingratitudine. Debet enim reddere bona pro malis: sicut perfecti facere solent. Glo. aũt interli. super illo verbo clamauit: dicit quod Moyses clamauit ad dñm desiderio cordis. Qui ostendit ei lignũ. De huiusmodi ligno aliqua dicentur in solutione dubiorũ. Cumque Moyses misisset illud in aquas: in dulcedinem verse sunt. Hic dicit Andreas (prout refert de Pal.) quod poterat deus sine omni ligno aquas loci illius potabiles reddere: nihilominus vt virtus diuina manifestior appareret atque mirabilior: addita ligni amaritudie amaris aquis: dulces eas reddidit.

¶ Sequitur quasi scda pars huius clausule. Quia enim per precedens miraculum populus redditus est attentior ad vba domini: atque ad obediendum paratior: ideo post precedens miraculũ ipse dominus constituit precepta populo: atque iudicia .i. constituturũ se pmisit in mõte Synai. Vel dic quod tũc ibi cõstituit implicite: postmodum autem in dicto mõte explicite. Et ibi tentauit eũ: scilicet dominus populũ: et hoc per experientiam seruandi precepta vel negligendi: vt appareret obedientia populi ad eum. Et hoc modo tentauit Abraham: vt eius obediẽtia alijs esset nota: et vt inde sumerẽt exẽplum et formam obediendi. De hoc vide Geñ. xxij. Dixit ergo dominus ad populũ: forte mediante moyse: cui primo loquebatur ore ad os: sicut solet loqui amicus ad amicũ. Si audieris vocem domini dei tui: scilicet corde credendo: et quod rectũ est corã eo: non supple corã hominibus feceris. s. fideliter et diligenter operando: et obedieris mandatis eius: videlicet malũ declinando: custodierisque omnia precepta illius: memoriter illa retinendo: cunctũ lãguorem quem posui in Egypto non inducam super te: scilicet plagas et afflictiones quibus antea percussi Egyptios. Unde in Psal. Et non erat in tribubus eorũ infirmus. Et loquitur de bonis sicut dicetur postea. Ego enim sum dominus deus saluator tuus. Quasi dicat: Si propter peccata tua te percussero: etiam propter penitẽtiam tuam te sanabo: secũdum illud Job. v. Ipse vulnerat: et medetur: percutit: et manus eius sanabunt.

¶ Circa hũc textum mouẽtur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiũ mouetur propter illud primũ verbum presentis clausule: Tulit aũt Moyses Israel. Queritur ergo quare Moyses dicit populũ

pulū tulisse. Videt enim ꝙ dici debuerat/ duxit: Dicendū/ ꝙ congrue dictū est/tulit: tam ex parte ipsius Moysi/ ꝙꝫ ex parte populi. Ex parte quidē Moysi/ vt ostendatur onus et difficultas quam habebat i hu iusmodi sarcina. Unde et Jethro hoc attendens/ dixit ei: Stulto labore consumeris. Et postea: Leuius (inquit) sit tibi/ partito i alios onere/ vt postea dicetur decimooctauo ca. huius. Ex parte vero populi/ q2 cū quadam violentia ⁊ impor tunitate fecit cū Moyses rece dere inde. Erant enim valde cupidi ⁊ auari/ propter quod erant nimiū intenti circa spolia Egyptiorum submersorū colligenda. Quia vt dicūt Hebrei/ huiusmodi spolia fuerūt maiora ⁊ preciosiora/ ꝙꝫ illa q̄ asportauerant de Egypto per accommodationem.

¶ Secundū dubium mouetur propter illud sequens verbū: Et egressi sūt in desertū Sur. Contra hoc instatur per dictū Hebreorum/ qui (vt refert magister historiarum/ videlicet Petr⁹ Comest.) egressi sunt in desertum Ethan. Ad hoc iam dictū est supra/ ꝙ scilicet duplex est locus dictus Etham. Unus citra mare in terra Egypti. Alius vltra mare: et de tali loquuntur Hebrei.

¶ Tertium dubium mouetur propter illud verbum/ quod prius. Nā Hiero. libro de locis Hebraicis videtur dicere oppositum. Ibi enim dicit/ ꝙ filij Israel primum venerunt in Cades: scilicet trāsito mari/ non ergo in desertum Sur. Dicendum/ secundum eundem Hierony. ꝙ Cades est prima pars deserti Sur versus mare rubrū. Et ideo dicti Israelite/ vt peruenirēt in Sur/ habebāt primum transire per Cades. Quia tamen tūc non fecerunt ibi mansionē/ sed directe tetenderūt in Sur: hinc est ꝙ Moyses non facit hic māsionem de Cades/ sed tantū de Sur.

¶ Quartum dubium: Cur Moyses non reprehendit hic populum murmurantem/ sicut fecisse legitur in sequenti cap. quando scilicet petierūt carnes cum murmure? Dicendum ꝙ non fuit simile. Hic em̄ murmurauerūt ob defectum aque: qua caruerant tribus diebus. Non autem murmurauerūt ex defectu carnium ex necessitate: sed magis ex gulositate. Item hic non murmurauerūt nisi vulgares/ qui non considerant nisi presentia. Sapientes vero qui considerabant dei beneficia preterita: patiēter portabāt/ sperantes de diuino auxilio: ideo non fuit simile de vtroꝫ murmure.

¶ Quintum dubium versatur circa lignum quod iussus est Moyses a domino/ vt illud poneret intra aquas amaras. Queritur ergo vnde huiusmodi lignum? Ad hoc dicunt aliqui ꝙ fuit aliunde diuinitus allatum/ ⁊ in conspectū Moysi subito positum: sicut aliqui dicunt factum fuisse de illis panibus et carnibus quas afferebant corui ad Helyam bis in die/ vt legitur tertij Regū decimoseptimo/ eo scilicet tēpore quo habitabat in deserto.

to. Alij dicunt / ꝙ fuit de nouo a deo creatum / sicut nonnulli dixerunt: quibꝰ non creditur / de multiplicatione quinq̄ panum. Joan. sexto. Alij autem dicūt / ꝙ fuit creatum a deo a principio mundi / et conseruatum vbi deo placitū fuit vsq̄ tūc. Hos aūt modos dicendi paucis perstringit Petrus Comestor / dicens: Forte miraculose factū est / vt in solitudine in qua non erat lignū / inueniretur lignū. Andreas autem videtur sentire ꝙ non obstante solitudie loci huiusmodi / lignū preextiterat ibi: sicut etiam in deserto Helyas cum fugeret a facie Jezabel / inuenit arborem iuniperi: sub qua quieuit et obdormiuit / vt legitur tertij Regū decimonono. Unde idem Andreas dicit sic: Non est credendū / ꝙ dominꝰ ostenderit Moysi aliquod lignū quod prius non viderit: sed ostendit illi quid faceret vt sanarentur aque: vt scilicet lignum quoddam amarum (secundū Hebreos) acciperet / et in aquas mitteret.

¶ Sextum dubiū: Utrū huiusmodi lignum esset ex propria natura amarum? Dicendum / secundū Hebreos: prout refert Petrus Comestor / ꝙ illud lignū naturaliter amarissimū erat: vt autem mirabiliter innotesceret vis diuina / amarum additum amaro dulcedinem est operatū. Josephus videtur velle / ꝙ aque vitium hoc contraxerant / vt scilicet essent amare: eo ꝙ semper immote fuerint. Unde poeta: Et vitium capiunt ni moueantur aque. Dicit etiam ipse Josephus ibi fuisse modicum puteū. Sumens autem Moyses virgam quam habebat in presenti / scidit eam per mediū / in longitudine incisionem faciēs et iecit in puteū. Deinde precepit fortibus vt haurirent aquam et plurimam prius effunderent / vt vltima que remaneret frequentibus cōcussionibꝰ exercitata et purgata potabilis fieret. Hec Josephꝰ. Et nota / ꝙ virga quam hic dicit Josephus diuisam in duas partes: non est illa virga que dicitur virga Moysi et Aaron: maxime cum de illa adhuc esset Moyses petram bis percussurus / vt legitur Numeri vicesimo. Sed puto ꝙ Josephus hic per virgam intelligat lignum illud quod iussum est a dn̄o mitti intra aquas Marath. Augustinus autem super Exodū / et similiter ponitur in glo. ordina. videt̄ sentire / ꝙ illud genus ligni haberet talem virtutem a die qua conditum est. Unde dicit sic: Genus ligni erat istam habēs vim. Deinde post pauca ait: Sed in tali ligno quis nisi creator ⁊ demonstrator laudādus est? Hec ille.

¶ Septimum dubiū: Quomodo in isto miraculo salua remansit ratio nature. Ad hoc respondet idem Augustinus / in libro de mirabilibus sacre scripture dicens: ꝙ hanc mutationem habent aque naturaliter / vt scilicet possint mutari de amaritudine in dulcedinem. Et ponit ibi exemplū de nautis / qui aquas maris per arti-

artificiũ faciunt dulces ⁊ potabiles. Unde si ponaꝛ vas clausum cera noua factum intra aquam maris: sequenti die inde abstractũ inuenitur aqua dulci plenũ. Insuper nubes / siue vapores salsi liquoris leuati sursum: ⁊ rursum descendẽtes dulces inueniuntur: sicut probari potest tempore pluuiali. Quod ergo homines per artificium vel aliarũ rerum adiutoriũ faciunt / gubernator rerum potestate sua denudat (inquit Augustinus) id est manifestat / que realis virtus latebat in rebus. Et licet in talibus rebus deus faciat contra solitum cursum nature: non tamen contra naturalem rerum obedientiam. Et hanc forte vocat Augustinus vbi supra vim ligni quam habebat a creatore / propter quam obedientiam etiam paulo ante dixit: Puto hãc mutationem aquas naturaliter habere / cũ in aliqua immutatione sui in dulcedinem obediant etiam arti et nature: non tamen ita subito vt istud credatur esse factum / quantũ etiam ad id quod sapit miraculi naturam ista mutatio. Sicut si quis sanaretur subito ab infirmitate / a qua etiam posset sanari paulatiue ab arte vel natura.

¶ Octauũ dubiũ: Ad quod ꝓpositũ introducũtur sequẽtia verba: videlicet / ibi constituit ei precepta ⁊c. Dicendum / q᷑ propter euidentiam precedentis miraculi populus Hebreorũ fuit (aut saltim debuit) esse dispositus ad credendum in deum / et ad illi obediendum: ideo vt facto ⁊ opere probetur obedientia illius / hic introducit dominus aliqua precepta.

¶ Nonũ dubiũ: Quo differũt precepta ⁊ iudicia: de quibus legiꝛ in presenti textu. Dicendũ / q᷑ sic differũt: quia precepta sine comminatione pene fiunt: iudicia aũt cũ comminatione pene imposite ab eo qui edidit illa fiunt ⁊ precipiũtur. Vel p̃cepta sunt q̃ oẽs ⁊ vbiq᷈ obligãt: iudicia autem / q̃ localiter ⁊ ad templus obligãt. Vel p̃cepta dicũtur / que pertinẽt ad regulas vite: iudicia autem / que ad causas.

¶ Decimũ dubiũ: Cur dominus dedit precepta ⁊ iudicia? Dicẽdũ / cõformiter ad Raba. q᷑ dñs videns filios Isrl̃ ociosos / ne per ociũ (qđ est sentina oĩm vitiorũ) declinarent ad peiora / dedit eis duo precepta legis / vt studerent in eis ad sciẽdũ ⁊ operandũ: scilicet preceptũ de obseruatione sabbati / qđ cõtinet plures obseruationes: ⁊ p̃ceptũ đ vacca russa / de cuiꝰ cineribꝰ commixtis aque / fiebat aqua lustrationis: ꝑ quã purgabanꝛ immũdi: vt dicitur Numeri. xix. Tradidit etiã illis capitula de ptinẽtibus ad iudicialia: vt scirent qualiter deberent adinuicem iuste ⁊ pacifice conuersari. Hec Raba.

¶ Undecimum dubiũ: Utrum verum sit q᷑ custodiẽs omnia precepta domini / nõ induceꝛ super illũ languores Egypti: vt dicitur in textu. Uidetur q᷑ non / quia infirmitates eueniunt plerunque naturaliter / et eque bone super bonos / sicut super malos. Nam et Job

qui iuste iustissimus coram dño / tamē percussus est a satan vlcere pessimo / adeo q a planta pedis / vsq ad verticē capitis / non erat in eo sanitas. Eiusdē ij. Hec autem plaga creditur fuisse vna de plagis Egypti. Igitur dicendū / q dñs ponit languores r plagas Egypti super aliquos dupliciter: scilicet ad premendum / vel ad merendum. Ad propositū igitur dicimus / q dñs non inducit langores Egypti super obseruantes legē suam ad premendū / sicut posuit eos super Egyptios: sed bene ad merendū / vel ad aliorum exēplum et terrorē. Quāuis etiam sanctissim⁹ ille Job non fuerit de populo Judeorū / sed gentilium / q̄uis crediderit in deū. Unde ipse ait: Scio q redemptor meus viuit / et in nouissimo die r c. eiusdem. xix.

¶ Duodecimum dubium vertitur circa illud vltimum versum / vbi dicitur: Ego sum dominus deus saluator tu⁹. Huius cōtrarium potest argui: qr nomen saluatoris impositum est Christo ab effectu saluādi. Tunc autem cum hec agerentur / nondum filius dei assumpserat humanam naturam: r p consequens nondum eam saluauerat: igitur nondū erat saluator Hebreorum / nec similiter aliarum gentium. Dicendū q sicut in homine est duplex substantia: corporalis scilicet / r spiritualis: ita est duplex captiuitas / videlicet corporalis siue ciuilis / r spiritualis. Et cōformiter ad hec duplex est saluatio: scilicet corporalis / r spiritualis. Deus igitur qui olim liberauit hebreos de temporali captiuitate Egyptiorum / r de mari rubro / fuit realiter r cum effectu saluator eorum tēporalis: secundum q innuit in verbis p̄dictis. Postmodum autem assumendo carnē ex virgine / r tandē in ea realiter patiendo / fuit saluator animarū. Et hinc est q dictus est ab angelo Jesus: vt dicitur Luce. j. Jesus autem idem est qd̄ saluator. Et Mat. j. Angel⁹ loquēs ad Joseph de virgine Maria sponsa sua ait: Pariet filium / et vocabis nomen eius Jesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

¶ Moraliter et primo / per filios Israel / qui postquam transierunt mare rubrū egressi sunt in desertū Sur: desigñā Christiani / qui postquam sunt baptizati r adulti facti / debēt ingredi desertum penitētie / quē per Sur (qd̄ vno modo angustia interpretatur) significatur: qr penitentia vera nō est sine angustia r amaritudine. Apoca. xviij. Quantum glorificauit se r in delitijs fuit / tantum date ei tormentum et luctum. Quia etsi omnia peccata remittātur quo ad culpam r penam in baptismo: non tamen tollitur fomes peccati / contra quem pugnandum est per opera penalia / cū sit radicaliter in carne. Insup rarus in terris inuenit qui post baptismū non peccet: r ideo necessaria est medicina penitentie in omni adulto. In cuius figurā Christus statim postq̄ baptizatus fuit / ductus est in desertū a spiritu / scilicet bono. Mat. iiij. et Luce. iiij.

Ambulandum est autē tribus diebus in dicto deserto: q2 penitentia perficit tribus partibus: que sunt cordis cōtritio/ oris confessio/ opis satisfactio. Quēadmodū ergo filij Israel transito mari rubro nō statim peruenerunt ad terrā promissionis/ sed per desertū diutius euagando multos labores et multa pericula sustinuerunt: nunq̄ tamen eos deseruit columna nubis p diē/ neq3 ignis per noctem. Sic z nos liberati de profundo vitiorum/ siue per baptismū/ siue per penitētie sacramentū fiat/ non statim peruenim⁹ ad terrā illam celestē/ in qua omne bonū reperitur: sed prius necesse est multas angustias et tribulatiōes multas et malas in presenti pati. Inter quas tamen nunq̄ deserit nos totaliter domin⁹: q2 teste Psal. Adiutor est in opportunitatibus/ in tribulatione.

¶ Moraliter z secundo/ per filios Israel intelligunt veri religiosi/ qui transeunt mare rubrū in professione sua: quia ibi omnia remittunt/ z quo ad culpam/ z quo ad penā: vt probabiliter sustinet ab aliq̄bus doctorib⁹. Intrant autē desertū cum incipiunt viriliter agere/ mittentes (vt vulgo dicit) manum ad pastā. Habent etiā ambulare i deserto Sur.i. in angustia religionis tribus dieb⁹ cōtinuis/ q̄ sunt adimpletio triū votorū: que sunt paupertas voluntaria/ cōtinentia integra/ z obedientia perfecta. De q̄bus veri claustrales dicere debent illud qđ supra dictum est.iij.c. Ibimus viā triū dierū in solitudinem. Et recte dicitur in solitudinem: quia reuera religio bene obseruata est altera solitudo/ de qua potest dicere vir claustralis illud Psal. Elōgaui fugiens/ supple mundū: z mansi in solitudine. Populus em̄ Hebreorum/ z si non fuerit absq3 aduersitatibus in deserto/ non tamen patiebat angarias regis Egypti. Sic et viri claustrales/ q̄uis nō sint absq3 aduersitatib⁹/ sunt tamē liberi/ aut saltim esse debent a tributis dandis principibus. Qđ si aliqui hac tēpestate ad hoc cōpellantur/ alias possessiones eorū ponuntur in manu regia: hoc forsan fit/ q2 quod nō capit Christus/ tollit fiscus. Sed q̄d est q̄ filij Israel post tres dies inuenerūt aquas/ sed amaras/ que dulcorate sunt per immissionem ligni/ quod ostendit dominus Moysi: nisi q̄ in religione (quantumcunq3 bene regulata z moderata) inueniuntur quandoq3 aque amare tribulationum/ tristitiarum/ displicentiarum/ z huiusmodi: que sunt amare/ id est difficiles atq3 dure: ita vt interdum dicat claustralis/ q̄ nequit eas bibere/ adeo vt q̄nq3 conqueratur/ z murmuret de nimia religionis austeritate: ita vt si illi fas esset libenter rediret in seculum/ mā ducaturus allia/ pepones/ z similia: id est acceptur⁹ ibi delitias suas. Sed quale remediū et quale consilium dari debet illi qui huiusmodi tentationes patitur? Profecto consulendū est tali/ vt lignum crucis Christi

sti per considerationem acci- piat: et q tormenta / cruciatus et amaritudines Christi / oculo mentis diligenter consideret: et q omnia hec et his similia immisceat in aqua amara quā bibit / id est in amaritudine tribulationum quam sentit / vnū- que cum alio in spiritu suo re- compenset. Qui si diligenter fe- cerit / profecto omnis prior a- maritudo aquarum claustra- lium / vertetur ei in dulcedi- nem / et tristitia in gaudium: adeo q quicquid prius erat ei difficile et durum / vertetur in molle et suaue. Bene ergo ad propositum scribitur Judith. v. q a ligno obdulcata est a- qua amara. Et Gregorius. Ni- hil est quod non equo animo toleremus / si Christi passio- nem ad memoriam reuocem⁹. Nota de illo nouitio / qui in- ueniebat austeritates religio- nis importabiles: cui appa- ruit Christus in forma cruci- fixi / ostendens ei plagam late- ris sui / et dicens: Ex his salsa panem tuum hordeaceum / quē comedere non potes. Et ex tūc recessit ab eo temptatio quam prius passus fuerat frater ille de recessu.

¶ Moraliter et tertio / et circa idem: notandum / q aqua ama ra / est fortis temptatio: que tūc facilius sustinetur / quando ad lignum / id est ad crucis memo- riam recurritur: et quando ad Christi passionem et deuotio- nem mente venitur: vt iam di- ctum est.

¶ Moraliter et quarto filij Js- rael: qui tot et tanta passi sunt priusquam venirent ad terram promissionis / in qua abunde pasti sunt: significant iuuenes / cuiuscumque ferme status aut conditionis existant: qui si ve- lint in posterum et postquam euaserint in viros / peruenire ad diuitias et honores / atque feliciter viuere: necesse est eos prius pati dum iuuenes sunt: alias ociose viuendo / vix aut nunquam peruenient ad pre- dicta: quia iuxta vulgarē pro- uerbium: Non meruit dulcia / qui non gustauit amara.

¶ Moraliter et quinto / iterum iuxta principium huius clau- sule / quo dicitur: Ambulaue- runt tribus diebus per solitu- dinem et c̄. Notandum / q per fi- lios Jsrael ambulantes in so- litudine / intelliguntur penitē- tes. Hi enim debent ambula- re in solitudine: id est seque- strari a communi consortio a- liorum hominum mundanorū et peccatorum: quia scriptum est in psalm. Cum sancto san- ctus eris / et cum peruerso per- uerteris. Et Seneca epistola v. Conuersare cū his q te me- liorē facturi sunt. Quia vt ait Hieronymus tertia parte epi- stolarum suarū / epistola lxxxv. talis efficitur homo / qualium societate fruitur: sed quid est q filij Jsrael ambulauerūt tri- bus diebus / et tandem perue- nerunt ad aquas Marath: nisi q ad amaritudinem aque la- chrymarum vere cōtritionis / peruenitur per peccati agni- tionem / agniti detestationem / et detestati desertionem. Hec est enim triplex dieta / qua per- uenitur

uenitur ad aquas Marath. Sequitur: Ostendit ei dominus lignum: quod cum misisset in aquas Marath/in dulcedinē cōuerse sunt. Quia cum penitens refugit amaritudinem doloris contritionis / ruboris confessionis / et laboris satisfactionis / confessor debet ei ostendere lignum crucis(in qua vel simili Christus passus est pro nobis)et sic totum dulcorabitur/ in cuius figuram legitur. iiij. Regum. iiij. ꝙ cum missa fuisset farina intra ollam/ amaritudo illius fuit dulcorata. Ad propositum olla est penitentia/farina autem de grano frumenti trito in molendino educta/est Christi pena: de qua prius dictum est cōformiter ad beatum Bernardum: ꝙ si passio Christi ad memoriā. ⁊ cetera.

¶ Moraliter et sexto/iuxta illud verbum: Si audieris vocem domini dei tui/cunctum languorem ⁊c. Notandum / ꝙ languores corporales vite presentis / quamuis sint quidam effectus et reliquie derelicte in nobis ex peccato primi parentis/in quo seminaliter eramus: plerunque tamen iusto dei iudicio in hominibus abūdant / secundum ꝙ se habent in transgrediendo dei mandata: quia sicut in custodiendis illis retributio multa promittitur: ita et in preuaricandis illis pena multa infertur: etiā tam in presenti / ꝙ̄ in futuro. Unde Leuitici. xxvj. Et similiter Deuteronomij. xxviij. taxantur mirabiles pene a domino contra transgressores mandatorum suorum: vt qui non volunt ea obseruare amore iusticie/saltim caueāt sibi a trāsgressione eorūdem timore pene. Non enim delectatur dominus in penis instar tyrannorū. Caueamus igitur a peccato / et ipse cohibebit penas. Unde Augustinus ad fratres in eremo/sermo. lvij. Fratres si premia vos non inuitant / saltim pene vos terreant.

¶ Allegorice et primo/⁊ conformiter ad de Lyra / p aquas amaras (de quibus hic legitur) intelliguntur tribulationes vite presentis: iuxta illud Esaie viij. Ecce adducet dñs super eos aquas fluminis fortes et multas / regem Assyriorū ⁊c. Per lignum autem intelligitur crux / id est passio Christi: que si mittatur per fidem charitate formatam in cor hominis/repletum aquis tribulationis / vertit illas in dulcedinem per virtutem patientie/ et spē retributionis eterne. Hinc Mat. v. ait Christus: Cum vos oderint homines. Sequitur: Gaudete et exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis.

¶ Allegorice ⁊ secundo/iuxta illud: Ambulauerunt tribus diebus. Notādum conformiter ad glo. interli. ꝙ debemus ambulare in p̄senti i fide ⁊ cognitiōe trinitatis. Alias quantūcunque transierimus p mare rubrū in baptismo/ nunꝙ̄ tñ puenimus ad terrā pmissionis: quia (vt ait Athanasius in symbolo suo:) Hec est fides catholica/quā nisi quisque fideliter firmiterque crediderit: saluus esse non

non poterit. Et Apos. Heb. xj. Sine fide impossibile est placere deo.

¶ Allegorice & tertio / iuxta illud verbum: Non inueniebant aquam. notandum conformiter ad dictam glos. interli. quod aque in proposito significant sacram doctrinam / que reficit animam. Patres ergo illi qui ambulabant in lege nature / valde sitiebant / nec inueniebant exterius qui propinaret eis aquas doctrine salutaris: quia nondum aperuerat deus ora prophetarum. Interius tamen non deerat eis liber legis nature. Prophete autem & quotquot fuerunt sub lege scripta / inuenerunt quidem aquas / sed ille erant valde amare: quia oportebat dare oculum pro oculo / dentem pro dente. Nonne etiam aque circuncisionis erant valde amare / que interdum inferebant mortem? & sic de multis alijs austeritatibus legis Mosaice dici potest. Tandem in lege gratie facile est inuenire aquas dulces & potabiles: & signanter in perceptione sacramentorum ecclesie. Nec quidem mirum: quia sicut interdum ex eodem radicali fonte procedunt plures riuuli: ita et de Christo fonte omnium gratiarum & virtutum / processerunt (dum penderet in cruce) plures riuuli: videlicet per pedes / per manus / et per latus. Omnes igitur sitientes venite ad aquas gratiarum. Venite (inquam) ad fontem Christum: quia scriptum est per prophetam Esa. xij. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Nam et quo pretiosum illud lignum crucis missum est intra aquas amaras / seruitro subijciendo oneri legis antique / omnis amaritudo legis ablata est / & conuersa in dulcedinem aquarum noue legis: dicente ipso Christo Matt. xj. Iugum meum suaue est / et onus meum leue. Hodie igitur circumcisio ablata est / quia nimium dura & amara: & illi successit dulcis irrigatio aque baptismalis que neminem occidit / etiam quantumcunque recenter natum / sed omnes saluat & ad portum salutis eterne perducit / dicente Christo Matt. xix. Sinite paruulos venire ad me: talium enim &c. Nullus ergo de cetero murmuret / nullus conqueratur de defectu aquarum gratiarum: quia apud nos per dei gratiam est fons ille de quo longe ante predixerat Zacharias. xiij. cap. dicens: In die illa / scilicet aduentus Christi / erit fons patens domui Dauid: id est / omnibus fidelibus: & habitantibus Hierusalem: id est / intra ecclesiam: in ablutionem peccatorum.

¶ Allegorice & quarto / et circa idem: notandum quod per aquas Marath / ligni immersione dulcoratas / intelligitur lex vetus: que est amara his qui carnaliter eam obseruant / et contemnunt eam que dulcis est. Vel quod spiritualiter eam intelligunt & custodiunt / quod est illi immittere lignum / i. Christum dei sapientiam / que lignum vite est his qui apprehenderunt eam. Hinc Apostolus secunde Corinthiorum tertio dicit / quod litera occidit.

¶ Allegorice & quinto / iuxta illud: Si audieris vocem domini &c. Notandum / quod ex adimpletio-

pletione mandatorum dei duo procedũt. Primum est vitatio mali: vt hic docetur: ⁊ plenius traditur Leuit.xxvj. Itē Deuterononij. xxviij. vt iam dictum est. Secundum est consecutio boni tēporalis/ spiritualis/ ⁊ eternalis. De primo habetur in predictis duobus passibus in quibus dominus multa bona temporalia ⁊ corporalia pollicetur obseruantib⁹ legem suam: ita vt bene ⁊ valde congrue dici possit illud verbũ Psalm. ꝙ in custodiendis illis retributio multa/ etiam in presenti. De secundo Eccli.xv. Si volueris mandata domini seruare/ cōseruabunt te: supple in bono gratie et virtutis. Itē vt non recidiues aut cadas in culpam. Psalm. A mandatis tuis intellexi/ propterea odiui omnem viam iniquitatis. De tertio Matthei.xix. Si vis ad vitam ingredi/ serua mandata.


¶ Allegorice ⁊ sexto/ iuxta illud: Cunctum languorem quē ⁊c. Notādum/ ꝙ per Egyptum (que interp̄tatur tenebra) intelliguntur omnes infideles/ q̄ ambulant in tenebris infidelitatis sue. Super hanc Egyptũ immittit dominus mirabilem ⁊ durissimum languorem/ scilicet cecitatem mentis: ita vt se errare non intelligant. Esa.vj. Exceca cor populi huius/ ⁊ aures eius aggraua/ ⁊ oculos ei⁹ claude. Iste nempe est mirabilis ille languor/ a quo petũt fideles liberari/ siue preseruari/ dicentes: A cecitate cordis/ libera nos domine. Quod vt ita fiat/ debent audire vocem domini/ ⁊ quod rectum est coram eo facere ⁊c. Quia vt inquit Ps. Declaratio sermonũ tuorum illuminat/ ⁊ intellectum ⁊c.

¶ Allegorice et. vij. Per aq̄s Marath/ q̄ dulcorate sunt per mixtionē ligni/ cum prius essent adeo amare vt filij Israel non possent ex illis bibere quātũcũq; sitibũdi: intelliguntur pene purgatorij/ q̄ sunt valde amare ⁊ dure/ cum (ſm doctores) sit idem ignis in purgatorio et inferno: qui in vtroq; loco agit ſm ordinē diuine iustitie/ et nō secũdũ ordinē nature sue. Propter quod clamant pie ille anime illic recluse/ dicentes: Manus dñi tetigit me. Iob.xix. Lignum autem immixtum aquis illis/ significat consolationem diuinā/ pariter ⁊ angelicam/ q̄ non deest dictis animab⁹: alias quis posset predictas penas sustinere? Vel dic/ ꝙ hm̄ōi lignũ significat certā expectationem future glorie/ que est in ipsis animabus/ per quā tolerabilior redditur hm̄ōi pena in ipsis: secundum illud verbum Gregor. dicētis/ ꝙ spes p̄mij diminuit vim flagelli.

¶ Anagogice/ Israel (quod interpretatur videns) significat illas fideles animas/ q̄ ante aduentũ Christi descendebant in purgatoriũ/ vt condigne satisfacerent de nōnullis peccatis in p̄senti cũ carne cōmissis. Cōpleta igitur satisfactione/ inde liberabantur/ atq; egrediebantur in desertum locũ/ videlicet in limbũ patrum: vbi ambulabāt tribus diebus in solitudinem/ vz tenendo fidē sanctissime trinitatis. Nam et quo eam non videbāt/ ⁊ circa ipsam aliquem

quem actum habebāt: patet ꝙ actus ille erat actus credendi. Nec etiam Apls. j. Cori. xiij. aliter dicit fidē euacuari in alio seculo: nisi per apertam visionem patrie: dicens: Cum venerit quod perfectum est: euacuabit quod ex parte est. Cūqꝫ diu ambulassent hmōi anime ī predicto deserto limbi: nō inueniebant aquam dulcem: sed amaram: scilicet carentiam diuine visionis: saltim ad tēpus. Tandem autē mediante ligno crucis Saluatoris: apertum est celum: cuius clauis fuit: secundum Hiero. ij. parte epistolarū suarum: epist. x. Quo aperto anime (que parate erāt) intrauerunt ad nuptias illas celestes. Et tunc etiam factum est gaudium magnum in illa ciuitate. Actu. viij. dicente etiam Christo vnicuiqꝫ anime illuc intranti: id quod in fine pñtis clausule dicitur: Ego sum dominus deus: saluator tuus.

¶ Tertia clausula.



Venerunt autem in Helym filij israel: vbi erant duodecim fontes aquarum: et septuaginta palme: et castra metati sunt iuxta aquas.

¶ Postquā in precedenti clausula noster legislator Moyses locutus est de progressu filiorum Israel in Marath: vbi aque amare ex mixtione ligni in dulcedinem sunt cōuerse: et facte potabiles: hic cōsequenter loqtur de progressu eorundem Israelitarum per deserta: et de peruentione ipsorū in Helym. Refert ergo Moyses: ꝙ postqꝫ predicti Hebrei recreati sunt in Marath cū pane reliquo: qui adhuc illis supererat ex Egypto: et potu aque dulcorate: consequenter venerunt in Helym: vbi erant. xij. fontes: et lxx. palme. Super quo dicit Josephus: ꝙ modica aqua erat in fontibus: vt ꝙ ex ea modicum sumeref manibus: cenosum esset et inutile. Propter hoc etiā (inquit) palme non multū eminebant a terra: quia non sufficiebat humor ad conglutinandam humum. Hicte igitur palme erant satis basse: cꝫuis palma ex natura propria in altum valde crescat: iuxta id qd̄ mystice dicitur de beata virgine: Eccli. xxiiij. Quasi palma exaltata sum in Cades. Nec solum in altum protenditur: verūetiā in latus: siue per circumferentiam distenditur. Hinc etiam dicitur palma: eo ꝙ ad modum humane palme ramos suos expandat. Item palma appellatur predicta arbor: quia antiquitus victorum manus ramis eius ornabantur. Hanc etiam Greci phenicem dicunt: quia sicut Phenix auis multo tempore viuit: sic et dicta arbor multo tempore perstat. Fruct⁹ huius arboris optimi sunt: et dicuntur dactili: ad digitorum similitudinem. Veniunt autem ad nos per mare de Alexandria: que vicina ē Arabie: vbi in abundantia crescere asserūtur. Insuper hec arbor (secundum Catholicon) multum habet

bet pulchritudinis in figura. Nam etsi in cortice sit aspera et dura: superius tamē visum delectat pre sui amplitudine: ramorum viriditate: et fructus copiositate et vbertate. Habet etiam (secundum eundem Catholicon) hec arbor palme supra ceteras arbores quandam singularitatem. Omnis namq arbor iuxta terram grossa existit: sed crescendo superius angustatur: et quanto plus sublimior: tanto in alto subtilior redditur. Palma vero minoris amplitudinis ab imis inchoat: vt iuxta ramos ac fructus ampliori arbore exurgat. Hec ille.

¶ Circa autem hanc breuem clausulā: mouentur aliqua breuia dubia.

¶ Primū igit dubiū: Quid facit ad propositum presens breuis historia? Respōdet ad hoc Augusti. q istud erat signum: q duodecim duces et septuaginta iudices erant habituri ex illo populo ad ipsum regendum: et hoc voluit eis dominus indicare. Taceo pro presenti de sensu allegorico.

¶ Secundum dubium: conformiter ad literā: Cur voluit dominus vt essent. xij. fontes: et nō pauciores: nec plures? Vel cur non eduxit magnum fluuiū de terra: sicut vtique facere poterat: et sicut fecit alia vice quādo percussa bis petra a Moyse: abierūt in sicco flumina. Nō autem dicitur q exierint duodecim riuuli de silice. Numeri xx. Dicendum: q pro pacificatione populi voluit dominus vt essent duodecim fontes: cōformiter ad duodecim trib9: et sic quelibet tribus habuit fontem suum per se: quia seorsum: et nō simul gradiebātur: et hoc ne ex haustu cōmuni oriretur dissensio inter tribus.

¶ Tertium dubium: Cur dn̄s non puidit populo suo: frequēter sitienti in deserto: de fontibus alterius liquoris q̄ aque: maxime cum equaliter vtrunq facere potuisset. Dicendum: q hoc fecit ad insinuandā nobis sobrietatem. Propter quā etiā causam ab initio rerum non induxit vsum vini: sed aque. Nec vinum venit in vsu: nisi post diluuium: quādo quidem Noe legitur plantasse vineam. Genesis nono.

¶ Quartum dubium est de cibo: quomodo scilicet. lxx. palme potuerunt sufficere tāto populo? Dicēdum: q ille arbores palmarum erant taliter protēse: et in fructu fecunde. Insuper et fructus illarū (qui dactil9 dicitur) in modica quātitate sūptus adeo sustentat: q dictarum arborum fructus omnib9 suffecit: fuit etiam sagaciter distributus: ita vt nec vnus nimium abundaret: nec alius nimium deficeret: sed vnusquisq de illo sumeret quantū sibi necesse esset: sicut postea factum est de māna: vt statim dicetur. Da exemplum de quinq panibus a Christo multiplicatis. Ioā. vj. Vel dic: q forte virtus diuina ibi specialiter operata est. Deniq adhuc populus habebat modicas reliquias ciborum: quos attulerat secum de Egypto: quia non legitur murmurasse pro cibo: nisi postquā transiuit

trāsiuit de Helym in desertum Syn: de quo dicetur in principio sequētis capituli. Quāuis ergo priores cibi nondū essent totaliter cōsumpti: quia tamē ex lōga diuturnitate iā ad corruptionem tendebant / ⁊ parte ex altera inter tot populos pleriq3 erant delicati / q̄ non poterant cōmode talibus cibis vti: ideo deus ꝓuidit de predictis arboribus ⁊ fructibus earū.

¶ Quintum dubium: Quomodo potuerūt filij Israel tali tēpore quod currebat cum venerunt in Helym / inuenire fructū in arboribus palmarum? Tūc enim currebat tm̄ mēsis Aprilis: vt patet in principio seq. c. Quomodo ergo tā cito potuerunt inueniri dactili in predictis palmis? Ad hoc dupliciter respōdetur. Primo quidem ꝙ palma habet hanc specialē ꝓprietatē et singularitatē / vt in ea omni tēpore inueniri possit flos ⁊ fructus / sicut fert de malogranatis. Et iterū fructus in duplici differentia / scʒ maturꝰ / et immaturus. Secūdo dicitur ꝙ in terra illa (cū sit valde calida propter vicinitatem ad solem) fructus terre ⁊ arborū citius multo perueniūt ad maturitatē / q̄ apud nos.

¶ Sextū dubium mouetur ꝓpter illud verbū: castra metati sunt iuxta aquas. Videt ꝙ melius fecissent / si castra metati fuissent distāter ab aquis: quia ex tali vicinitate poterant contrahi multe sordes / ⁊ effici locus totus paludosus. Dicendum / ꝙ dicti fontes non erant fluētes / siue currentes / sed stātes: ⁊ ita nō euagabātur extra sinus suos / sicut nec putei facere solent / ⁊ per cōsequens non causabāt lutum circumquaq3: quinimmo terra ex omni parte manebat sicca / et habitabilis / atq3 multum propitia filijs Israel / q̄ castra sua posuerūt (quātū potuit fieri) sub ꝑdictis palmis: quia ibi erat locus delectabilis ⁊ amenus / vt in vmbra requiescerent / ⁊ refrigerio gauderent.

¶ Moraliter ⁊ primo: Per fontes aquarū / ⁊ per palmas / intelliguntur duo necessaria ambulantibus in deserto huius mūdi / ⁊ tendentibus versus terrā ꝓmissionis. i. celum. Illa sunt gratia / ⁊ bona opera. Primum enim recte designatur per fontes aquarū: quia gratia spiritussancti irrigat humanā mentem / et eam purgat / si quid purgabile in ea inuenerit: iuxta illud Ezech. xxxvi. Effundā super vos aquam mundā / ⁊ mundabimini ab omnibꝰ inquinamentis vestris. Item quemadmodum aqua fontalis habet sepe latentem originem: ita et gratia spiritussancti / adeo ꝙ nescit homo vnde veniat / aut quo vadat. Ioā. iij. Item sicut aqua fontalis sempꝑ a superiori loco cōsurgit / ⁊ nunq̄ ab inferiori. Sic et gratia spiritussancti non habetur in nobis ex meritis / alias non esset gratia si ex debito daretur: sed desursum est descendens a patre luminum. Iacob. j. Unde Canti. iiij. sic dicitur de gratia spiritussancti. Fons hortorum / puteus aquarum viuentium / que fluūt impetu de Libano. Ecce quomodo per fontem intelligitur

git gratia spiritussancti. Ubi tria de huiusmodi gratia dicũtur. Primum est: q dicit fons hortorũ.i.irrigatio bonarum et deuotarũ mentiũ. Scdm est: q dicitur puteus aquarũ viuẽtiũ.i.spiritualiter viuere faciẽtium. Tertium est: q iste aque fluunt impetu de Libano.i.de summa origine et vertice.i.de celo a deo effectiue. Uel de Libano.i.de Christo in gñe cause meritorie. Et bene dicitur: que fluūt impetu: quia vt ait Ambrosius: Nescit tarda molimina spiritussancti gratia. Unde legit Actuũ.ij. q cum apostoli receperũt spiritũsanctũ: factus est repente sonus de celo: tanq spiritus vehementis. Nam hoc impetu ducti dicti apostoli statim intrantes in templum: ceperũt annunciare Christũ: loquentes varijs linguis magnalia dei: prout spũssanctus dabat eloqui illis. Et similiter de Paulo legitur: q hoc impetu ductus: continuo vt synagogam ingressus est: predicauit Jesum. Actuũ.ix. Et Ezech.j.cap. habetur sic: Ubi erat impetus spiritus: illuc animalia gradiebãtur. Et breuiter tanta est huius impetus vehementia: q ei nihil resistere potest: nec fames: nec sitis: nec quodcũq aliud: vt dicit Ro.viij. Ecce igitur primũ ad salutem necessariũ.i. gratia spiritussancti: que insinuatur per duodecim fõtes aquarũ: quos repererunt filij Israel in Helym. Secũdum autẽ ad salutẽ necessarium: et ad perueniẽdũ ad terram promissionis.i.celi: est bonũ opus: et presertim in adulto: quia sicut teste apostolo Jacobo in sua canonica.ij. cap. fides sine operibus mortua est: ita et gratia in adulto sine operibus vacua est. Propterea apost.ij.Corint.vj. nos admonet: dicens: Hortamur vos ne in vacuũ gratiam dei recipiatis. Ecce igitur duo necessaria ambulantibus in deserto huius mundi si cupiunt salui fieri.

¶ Moraliter et secundo: et persamplius insistendo circa palmas: quia in maiori numero erant in Helym q fontes. Notãdum: q per palmam intelligitur vir iustus: et hoc propter multa. Nam palma

Sursum erigitur.
Profunde figitur.
Uirore decoratur.
Alteri combinatur.
Fructibus fecundatur.
Durabiliter antiquatur.

¶ Primo igitur palma est arbor que sursum erigit: quia tã ipsa q rami eius sursum tendũt versus celũ. In lignũ q virtuosus: et rami suarũ affectionum debent erigi ad deũ: et ad celũ per desiderium eleuari: ita vt dici possit de iusto illud Can.vij. Statura tua assimulata est palme. Et Apost. Col.iij. Que sursum sunt sapite.

¶ Secundo palma profunde in terra figit et radicat: alias cum in altum valde crescat: nõ posset diu subsistere. Nam hoc cõmune est omnibus arboribus in altũ tendentibus: q habent radices magnas et profundas: ita et iustus debet per humilitatem profundari: et p fidem stabiliter radicari. Eccli.xxiiij.

Quasi palma exaltata sum in Cades: & quasi plantatio rose in Hierico. Hinc sapiens Eccli.iij.ait: Quato magnus es sive vite sanctitate: sive generis nobilitate: sive scientie sublimitate: sive honoris dignitate humilia te in omnib9. Un de beato Joanne Baptista: q nullus maior inter natos mulierũ surrexisse Christus testatur: vt patet Matth.xj.legitur Jo.j.q se vocẽ dixerit clamantis in deserto: & indignũ solucre eo rigã calciamenti ipsius.

¶ Tertio palma virore decorat: nũq enim perdit virorem suũ: sic et vir iustus nũq debet perdere virorẽ gratie dei: sive bone & honeste cõversationis: sed ipsum semp custodire. Un de viro iusto di in Psal. Erit tanq lignũ qd plãtatũ est sec9 decursus aquarũ: qd fructũ suũ dabit i tẽpore suo. Sequit: Et foliũ ei9 nõ defluet: & oia quecũq faciet semp psperabũt.s. crescendo de bono in melius. Psal. Ibũt de vtute in vtutẽ.

¶ Quarto palma alti arbori: eiusdẽ tamen speciei: cõbinat. Palma eni proficit per coniũctionẽ: & ideo bine & plures simul arbores inde oriunt. Fert eni q mascula palma femellã fecũdat si iuxta eã plãtet. Sic & viri iusti tũc proficiũt in bonis morib9 qñ p charitatẽ iũgunt & vniũtur ad inuicẽ. Nã charitatiua associatio: virtutũ est fecũdatio & cumulatio. Per istã eni associationẽ fenunc a masculis: imperfecti a pfectis: mali a bonis fecũdãt: atq gratiis & virtutib9 impinguãtur. Palma eni nũq vult esse sola. Quia recte Senec. oia mala docuit solitudo. Hoc etiã bene figuratũ est in pposito: qr erant septuaginta palme: p qd denotat q Christiani, cuiuscũq status sint, semp debẽt eẽ plures charitate coniũcti: & nunq p odiũ soli: siue ab aliis separati.

¶ Quinto palma fructib9 recreat. Habet enim hec arbor fructus dulces: quos dactilos iã dixim9: quos diligũt elephantes: secũdũ Pliniũ. Ita et viri iusti habent fruct9 bonorũ operũ: qb9 elephãtes.i.simplices recreãt: & p bona exẽpla in virtutib9 educãtur. Et de hoc ait Psal. Iust9 vt palma florebit: sicut cedr9 Libani mltiplicabit.

¶ Sexto: Palma durabiliter antiquatur: quia dicitur quasi sine fine viuere. Hoc autem satis euidenter apparet & probatur p hoc scilicet q cẽtum annos dicit expectare anteq faciat fruct9 bonos. Hoc etiã apparet ex parte nois: qr palma Latine: dr fenix vel fenix scdz linguã Grecã: & hoc pro eo q ad modũ illi9 auis: q fenix dr: diutissime duret. Per qd denotat pseuerantia viri iusti: q debet esse adeo longa: q nunq debet deficere: sed semp durare vsq ad finẽ: qr vt dicit Matt. x. Qui perseuerauerit vsq in finẽ: hic saluus erit. Unde Job xxix. In nidulo meo (inqr) moriar: & sicut palma multiplicabo dies meos. Patet ergo qd per palmã moralr designatur.

¶ Moraliter & tertio. Per hebreos egressos de Egypto: & q venerũt in Helym: ibiq castra metati sunt iuxta aquas & sub palmis: vt ibi recrearentur: signifi-

gnificatur q egressi d Egypto peccati/ indigent ocio et recreatione sancte contemplationis vt fiant spiritu fortiores. Da exemplum de illis/ qui post grauem infirmitatem cum sunt recuperare sanitatem perfectam. Tales enim si possunt eligunt locum amenum/ et vtuntur cibis et potibus ad sanitatem conferentibus: ita in proposito recreatio sancte contemplationis multum valet nouiter liberatis a laqueis diaboli.

¶ Moraliter et quarto. Per hoc q filij Israel ambulantes p desertorum loca aspera/ inuia/ et dura/ inuenerunt amenissimos fontes et palmas in copia/ designatur q sub humanis corporibus/ quantumcunq vilibus et duris/ latent preciose anime: quibus in hac mortali vita nihil preciosius esse potest. Vel q etiam sub rustico habitu latet sapientia vel aliquid simile. Hinc beatus Judas Apostolus quosdam gentiles eum cum beato Simone despicientes/ eo q cum veste vilissima incederent: alloquitur/ dicens: Sepissime (inquit) intra scrinia aurea vilia quedam habentur inclusa/ et intra vilissimas capsas sunt gemmarum monilia preciosa reposita. Non ergo debet offendere humanos oculos habitus vilis. Nam quandoq intus latent multa/ que coram deo sunt preciosa.

¶ Moraliter et quinto/ per hoc q deus prouidit filijs Israel p deserta ambulantibus de cibo tam delicato/ et potu tam ameno/ tam pro se q pro iumentis suis: designatur dei prouidentia/ que nunq deficit in necessarijs his qui de ea confidunt/ et signanter vbi deest humanum auxilium aut refugium. Psal. Nihil deest querentibus eum. Et alibi: Nunq vidi iustum derelictum. Si enim ipse dominus dat escam omni carni/ et pullis coruorum inuocantibus eum/ quanto magis dabit escam necessariam fidelibus populis? Et hoc est quod loquitur saluator Mat. vi. dicens: Querite primum regnum dei et iustitiam eius/ et hec omnia etc. Propterea Eccli. ij. dicitur: Respicite filij nationes hominum/ et scitote: q nullus sperauit in domino/ et confusus est. Quinimo sepe dominus preuenit suos in benedictionibus suis. Et hoc signanter patuit in proposito/ p hoc q cum signo columne in celo attraxit populum Hebreum sitientem et esurientem per locum in quo nouerat fontes aquarum/ et palmarum fructus in copia adesse.

¶ Moraliter et sexto iuxta illud: castra metati sunt iuxta aquas. Notandum/ q ambulamus in hoc mundo quamdiu in eo sumus: tanq per desertum transeuntes/ eo q non habemus hic manentem ciuitatem/ sed futuram inquirimus: vt dicit Apo. Heb. xiii. Interdum tamen debemus castra nostra/ id est interiores sensus metari iuxta aquas lachrymarum/ et hoc p consideratione multorum. Primo quidem p consideratione culparum commissarum. Psal. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam. Secundo vero p consideratione absentie gratie diuine/ quam perdidimus p culpam. Psal. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte/ dum dicitur mihi p singulos dies/ vbi est deus tuus/ quem

supple amisisti peccando. Tertio vero / per considerationem celestis glorie in qua non sumus / nec certi sumus q finaliter ad ipsam peruenim⁹. Psal. Super flumina Babylonis illic sedimus z fleuimus / dū recordaremur tui Sion. Sion enim (que interpretatur specula) recte significat celestem gloriam: in qua aperte z nude speculatur dominus deus. Recordatio igitur huius Sion et dilatio eius / debet inducere mētes deuotas ad gemendū. Beati igitur qui lugēt / supple tria predicta quoniam ipsi cōsolabuntur. Ecce igitur qd est castra metari iuxta aquas.

¶ Allegorice z primo / Helym (quod interpretat vno modo / fortis corū) recte Christū significat. Psalm. Dominus fortis z potens / domin⁹ potens in prelio. Duodecim fontes q̄ inuenti sunt in Helym. xij. sunt apostoli / qui aquam omnē quā habuerunt tam gratie / q̄ doctrine: q̄ potestatis ligandi et soluendi: q̄ etiam potestatis miracula operandi hauserunt ab ipso Helym. i. ab ipso fortissimo Christo: ita vt huiusmodi apostoli recte dicere possēt illud Joan. j. Nos omnes de plenitudine eius accepimus / gratiā pro gratia. Accepimus (inquā) ipso largiente / sine sui diminutiōe / sicut de fonte pleno z redūdāte multa aqua accipitur / nō diminuta eius plenitudine: quamuis non sit omnino simile / quia aliqd asportatur de fonte quod non relinquitur in eo. Non autem sic in proposito. Possum⁹ ergo dare exemplū de lumine / quod se cōmunicat aliis sine sui diminutione. Ab istis ergo duodecim fontibus irrigat⁹ est totus iste mūdus: quando quidem in omnem terram exiuit sonus eorū / z in fines orbis terre verba eorum. Hoc aūt fuit quando post ascensionem et spiritussancti missionē ipse Christus dixit discipulis suis illud Marci vlti. Euntes in mundū vniuersum predicate euāgeliū omni creature. Et Joan. xv. Elegi vos: z posui vos vt eatis: et fructū afferatis / z fructus vester maneat. Per septuaginta autē palmas septuaginta discipuli intelligūtur / qui minores erant predictis duodecim apostolis: de quib⁹ Luce. x. dicitur: Designauit dominus septuaginta duos discipulos: z misit illos binos ante faciem suā in omnem ciuitatem z locū quo erat ipse venturus. Qui autem tm̄ septuagīta palme fuisse designātur. Discipuli aūt septuaginta duo fuisse dicantur / significat q veritas semper excedit figuram. Vel quia numerus binarius cū sit quid modicū vltra numerū septuagenariū / nō variat nec immutat veritatem a figura. He igitur septuaginta due palme designate a Christo: prebuerūt escam spiritualem illis quib⁹ predicauerūt. Nō enim in solo pane viuit homo / sed in omni verbo zc. Deuteronomij. viij. z Matth. iiij.

¶ Allegorice z secundo / palma que inferius est multū aspera / sursum autem dulcis z fructuosa: z que elephantib⁹ prebet nutrimentū: designat crucem

cem Christique fuit inferi⁹ a-
spera.i.in hoc mundo: aspera
inquam ipsi Christo: nihilo-
min⁹ sursum est valde dulcis:
q2 cōfert fructū paradisi. Ele-
phātes ergo.i.viri iusti debēt
sub ipsa morari per deuotionē
et mentis contemplationē In
cuius figura legitur Judicum
quarto/ꝙ Delbora prophetis-
sa vxor Lapidoth sedebat cer-
tis tempori⁹ sub palma. Ua-
de et tu quoqꝫ fac similiter.

¶ Allegorice et tertio/per pal
mam designatur victoria san-
ctorum martyrum. Antiquit⁹
enim victores redeuntes de p̄-
lio solebant palma coronari:
ita et sancti martyres redeūtes
ad deū per mortem/coronanť
speciali aureola/que palma di
ci potest. Unde Apocal.vij. le
gitur/ꝙ sancti sunt in conspe-
ctu throni amicti stolis albis/
et palme in manibus eorū. Et
per hoc designatur ꝙ non so-
lum martyres: verumetiā quis
cunqꝫ in presenti vita viriliter
decertant cōtra carnem/mun
dum aut diabolū: palmā eter-
ne glorie/et perpetue corone a
deo reportabūt. Quod bene fi
guratur.j.Machabeorū deci-
motertio. Ubi dicitur ꝙ filij
Israel mundauerunt arcem a
contaminationibus/et intraue
runt in illam cū laudibus et ra
mis palmarum. Quia arx eccle
sie summe debet a vitijs mun-
dari et expiari: et quam illi solū
debent intrare qui sciunt deo
regratiari et eum laudare/et
qui palmam victorie sciunt de
vitijs reportare.

¶ Allegorice et quarto/per
duodecim fontes aquarū in-
telligi possunt duodecim arti-
culi fidei. Absqꝫ enim his fon-
tibus manent humana corda
arida/et sine fructu bone ope-
rationis placite deo: q2 sine fi-
de impossibile est placere deo.
Hebreorū vndecimo: cū autē
his fontibus/sequitur fructus
bone et laudabilis operatiōis.
Hi itaqꝫ fontes saliunt/id est
salire faciunt in vitam eternā.
Bibamus igitur in his fonti-
bus/si cupimus saluari.

¶ Allegorice et quinto/per
duodecim fontes aquarum/re
cte possunt intelligi duodecim
minores prophete/qui irrigāt
vniuersam ecclesiam militan-
tem sua sana doctrina. Et ideo
populus Hebreorum/qui fuit
refocillatus et recreat⁹ aquis
fontiū: designat vniuersum po
pulū fidelem: et signanter cle-
rū/qui recreatur predictis a-
quis: non pretermissis tamen
quatuor alijs ꝓphetis/quos
maiores appellāt. Sed hi esti-
mandi sunt velut quatuor ma-
gna flumina: non quia sint ma
ioris authoritatis ꝗ Abdias
qui vnico capitulo clauditur:
sed quia plura scripserunt/vbi
alij pauciora: et ideo minores
eos appellat ecclesia.

¶ Allegorice et sexto/iuxta il-
lud verbū: castra metati sunt
iuxta aquas. Notandū/ꝙ per
aquas in proposito potest itel-
ligi sacra scriptura: illi ergo
clerici castra metantur iuxta
aquas/qui insudant die ac no-
cte circa studiū sacre scriptu-
re. Natura autē huiusmodi a-
quarum est irrigare humanam
mentē/sed nō satiare: saltem in
presenti: dicēte huiusmodi scri-

ptura illud Eccli. xxiiij. Qui bibūt me adhuc sitient. Optimum igitur est castra metari iuxta huiusmodi aquas / et non circa aquas mūdanas vanas et steriles: quia vt ipsa inquit vbi supra: Qui audit me / nō cōfundetur: scilicet per errorem: et q operantur in me. i. vt me sciāt / non peccabūt. i. finaliter nō peribunt / et qui elucidāt me: alijs tradendo et communicādo: nō perdent mercedem suam: quia vitam eternā habebunt.

¶ Anagogice / Helym ē celū: vbi sunt duodecim fontes / id est duodecim apostoli: q2 in loco Jude proditoris, successit Matthias: vt dicitur Actu. j. Et in Psalm. episcopatū eius accipiat alter: Quod nō est sic intelligendū / q Judas aliqñ habuerit locū in celo: sed quia habiturus erat: dūmodo ī bono statu stetisset / sicut nonnulli cū aliquādo fuisse affirmāt. Da exēplū de diabolo. Postq̄ ergo duodecim Christi apostoli irrigauerūt sua predicatione vniuersam ecclesiam militantem / vnus vnā partem: aliꝰ aliā / et sic de alijs: consequēter isti duodecim fontes eleuati sunt sursum ad ecclesiam triūphantem. Nam et fontes cōmuniter sursum ascendunt: quantum scilicet prius descenderunt. Et quia predicti Christi apostoli i presenti valde descēderunt per humilitatem instar magistri sui Christi / qui fuit fons totius humilitatis: ideo nunc in celo valde sunt sublimati. Nam scriptum est Luce. decimoquarto: Item eiusdem decimooctauo / q omnis qui se humiliat exaltabitur. Similiter in dicto Helym nūc sunt septuaginta palme cum fructibus suis. i. reliqua multitudo beatorum cum fructibus et meritis: q̄ in presenti operati sūt. Uel per fontes et fructꝰ palmarum in celo: designatur q illa celestis gloria extinguit et penitus euacuat omnem famem aut sitim. Joan. vj. Qui venit ad me (inquit Christus) nō esuriet: et qui credit in me non sitiet in eternum: eo q habēt illum presentem beatifice q dat escam omni carni / et qui nouit educere aquam de petra. Quō enim possēt beati esurire / qui habent panem angelorū presentem? Aut etiam quomodo possent sitire / qui habent secū fontem vite? Filij Israel postquam castra metati sunt iuxta aquas ī Helym: postea illa inde soluerūt / vt venirent in desertū Syn / vt dicet̄ in sequenti cap. At vero beati nunq̄ locū mutabūt / quia nō possent quo tendere vt melius aut tā bene haberent Joan. xvj. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Item Joan. vj. cū qui venit ad me (inquit Christus) nō eijciā foras. Unde et securitas eternitatis beatitudinis est de essentia illius: ita vt non possit aliquando amitti aut perdi. Et in hoc errasse dicitur Origenes / de quo dicit Augustinus libro vicesimo de ciui. dei. cap. decimoseptimo / q illum propter multa / et maxime propter alternantes sine cessatione beatitudines et miserias non immerito reprobauit ecclesia. Hec ille.

¶ Exodi decimosexto.
¶ Prima clausula.



Rofectiqꝫ de Helym venit omnis multitudo filiorū Israel in desertū Syn: quod est inter Helym et Sinay: quintadecima die mēsis secundi postq̄ egressi sunt de terra Egypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorū Israel cōtra Moysen et Aarō ī solitudine. Dixerūtqꝫ filij Israel ad eos. Utinā mortui essemus per manū domini ī terra Egypti: quando sedebam⁹ super ollas carniū: et comedebamus panē in saturitate. Cur induxistis nos ī desertū istud: vt occideretis omnem multitudinē fame? Dixit aūt dominus ad Moysē: Ecce ego pluā vobis panes de celo. Egrediatur populus et colligat: q̄ sufficiūt per singulos dies: vt tētē eū vtrū ambulet in lege mea: an non. Die autē sexto parent qđ inferāt: et sit duplū q̄ colligere solebāt p singulos dies. Dixerūtqꝫ Moyses et Aaron ad omnes filios Israel. Uespere scietis: q̄ dn̄s eduxerit vos de terra Egypti: et mane videbitis gloriam domini. Audiuit enim murmur vestrum contra dominū. Nos vero quid sumus quia mussitastis contra nos? Et ait Moyses. Dabit vobis dominus vespere carnes edere: et mane panes in saturitate: eo q̄ audierit murmurationes vestras: quibus murmurati estis contra eū. Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrū: sed contra dominum. Dixit quoqꝫ Moyses ad Aaron. Dic vniuerse cōgregationi filiorū Israel. Accedite coram domino. Audiuit enim murmur vestrū. Cūqꝫ loqueretur Aaron ad omnem cetū filiorū Israel: respexerunt ad solitudinē. Et ecce gloria domini apparuit in nube. Locutus est aūt domin⁹ ad Moysen: dicens: Audiui murmurationes filiorū Israel Loquere ad eos: Uespere comedetis carnes: et mane saturabimini panibus: scietisqꝫ q̄ ego sum dominus deus vester. Factū est ergo vespere et ascēdens coturnix cooperuit castra.

¶ Historialiter postq̄ in precedenti capitulo magnus ille sanctus vates domini Moyses locut⁹ est de cantico: quod ipse cecinit domino: gratias illi agendo pro exitu filiorū Israel de mari rubro: euaso periculo submersionis: et de submersione regis Pharaonis: totiusqꝫ sui exercit⁹ in dicto mari: addidit quoqꝫ de dulcoratione aquarū in Marath: atqꝫ de prouisione duodecim fontiū et septuaginta palmarū in Helym: et illuc veniens populus domini scđm indiciū colūbe desuper stantis et viam diuinitus ostendentis: haberet vnde necessitati vite corporalis subueniret: tam in cibo q̄ in potu: vna cū reliqua modicissima prouisione que supererat de allatis panib⁹ ex Egypto. Hic consequenter conti-

nuās progressum eorundē He breorū per deserta / agit de recentione eorum de Helym in desertū Syn / vbi populus pro cibo murmurat: cui dñs magnifice subuenit duplici bñficio: siue duplicem escam illi tribuens: scilicet coturnices / et mānna. Et primo agit in presenti clausula de beneficio coturnicum / in sequenti autem clausula aget de beneficio manne.

¶ Quantū igitur ad primū beneficiū / premittit dictus Moyses qualiter popul⁹ relinquēs Helym / venit in desertū Syn. Sed priusq̄ ingrediamur expositionē litere / notandum q̄ circa initiū presentis capituli / triplex est differētia. Nam quidā ipsum incipiunt ab illis verbis precedētis clausule / vbi dicitur: Uenerūt aūt in Helym. Quidā aūt ab illis verbis presentis capituli: Et murmurauit omnis cōgregatio. Quidā aūt et plures incipiūt ab illis verbis: Profectiq̄ de Helym / sicut hic incipit. In p̄senti igit̄ clausula Moyses duo facit. Primo p̄mittit populi murmurationem: ibi / Et murmurauit. Secūdo subdit dei miserationem: ibi / Ecce ego pluam.

¶ Quantū ad primū premittit Moyses in principio presentis capituli / q̄ profecti filij Israel de Helym venerunt in desertū Syn / q̄d est inter Helym et Sinay. Dicit aūt Hiero. in lib. de locis hebraicis / q̄ desertum Syn idem dicit esse scriptura / q̄d desertū Cades. Sed hoc desertū iuxta Hebreos in. lxx. interpretibus non habet̄. Hec Hiero. Deinde Moyses ostendit quando hoc factū est: quia quintadecima die mēsis secūdi / postq̄ egressi sunt de terra Egypti. Et tunc defecerūt hebreis victualia / que attulerāt ex Egypto: quod intelligendū est p̄ maiori parte: vt dicit Petrus de Pal. Determinat̄ autē tēpus huius murmuris magis q̄ aliorū / non propter murmur in se / sed p̄pter dei beneficiū / vt sc3 sciat̄ quo tempore et quo die datū est manna: quia fructus. lxx. palmarum fuit cito a tanta multitudine consumpt⁹ / et. xv. die mensis secundi defecerunt victualia / que apportauerāt de Egypto: vt iam dictū est. Ex quo patet q̄ triginta diebus de illis vixerunt / nō comedendo ad saturitatē / sed ad famem temperandam: vt dicit Josephus. Sequitur: Et murmurauit omnis cōgregatio filiorum Israel contra Moysen et Aaron in solitudine. Qualiter autē hoc intelligi debeat / declarabitur in solutione ad quartū dubium. Dixeruntq̄ filij Israel ad eos: Utinā mortui essemus per manū domini / (qui scilicet interficiebat primogenita i terra Egypti) quā do sedebamus super: id est iuxta / ollas carniū. Loquunt̄ autem more leccatorū / qui sedent iuxta ollas et assaturas carniū: vt sic saltim odore earum reficiantur: et comedebamus panē in saturitate. Tanquā diceret: Meli⁹ erat nobis mori morte festinata in Egypto / q̄ in deserto penuria affectos multo tempore / tandem mori. Unde subdunt: Cur induxistis nos in desertum istud / vt occideretis

omnē multitudinem fame? i. longo cruciatu / qui est breui morte peior. Unde multi potius optāt cito mori / q̄ diu languere. Patet ergo de murmure graui Hebreoꝝ propter defectum victualium / qui tamen pro subleuatiōe tante necessitatis minime recurrunt ad dominum: in quo patet eoꝝ culpa. Nā et hoc se indignos dei beneficio constituunt / qui tamen et abūdāti misericordia sua illis subuenire studuit: vt immediate subditur.

¶ Quantū ad secundū / Moyses subdit dei miseratiōnē. Nā quamuis populus murmurando cōtra seruos eius / Moysen scȝ ⁊ Aaron / mereret grauissime ab eo flagellari / etiam vsq; ad mortē / sicut in alio passu factū est: vt patet Nume. xxj. vbi legit / ꝙ misit dñs ignitos serpentes in populū / propter murmur eoꝝ / ⁊ multi perierūt. De hoc etiā loquit Apost. j. Cor. x. Nō tñ qui tunc murmurauerunt cōtra eosdē / Moysen scilicet ⁊ Aaron / corporaliter interierunt. Quinimo dñs misertus eorum / dixit ad Moysen: Ecce ego pluā vobis panes de celo. Nota singula verba. Dixit ergo dñs: Ecce / scȝ in proximo ⁊ indilate. Sic enī dictū et factū est ad cōsolationē populi. Vel / ecce / scȝ visibiliter et mirabiliter: ego qui cuncta de nihilo creaui / pluā abundāter vobis ingratis ⁊ inimicis meis / eo ꝙ aduersamini amicis meis ⁊ seruis / Moysi scȝ ⁊ Aarō: panes. i. manna loco panū / quod etiā dicebat panes propter sustentationem. Vel panes / pluraliter / propter diuersos sapores illius. Sapiebat enī vnicuiq; quod desiderabat. Sapien. xj. Panē de celo prestitisti eis / omne delectamentū in se habentē / ⁊ omnis saporis suauitatē. Addit autē / de celo: tum quia virtute diuina descendebant huiusmodi panes: tum quia in celo supple aereo formabant. Sequitur: Egrediat populus / scȝ ad loca vicina ⁊ munda / ⁊ colligat que sufficiunt / supple ad saturitatē ⁊ necessitatē / per singulos dies: ⁊ hoc vt ꝑ frequentiam collectionis ipsum miraculum magis cōmendetur memorie ipsius populi: vt tentem eum. i. alijs ostendā vtrū ambulet. i. ambulare velit / in lege mea / custodiēdo mādata mea de manna: que quidē mandata infra explicabūtur: an non. Hebrei autē non fuerunt satis humiles obediendo / cū contra voluntatem dñi reseruauerint aliquid de manna vsq; in crastinum: vt statim patebit. Die autē sexto parent qđ inferant / scȝ in tabernacula sua: sicut alijs diebus: vel in aliquē locū cōmunem / vnde distribuat singulis / ⁊ sic duplū q̄ colligere solebant per singulos dies / ne scȝ die sabbati oporteret eos colligere.

¶ Sequitur: Dixerunt ergo Moyses ⁊ Aaron ad omnes filios Israel. Hic tangitur diuulgatio promissionis facte a domino ipsi populo per Moysen ⁊ Aaron / qui dixerūt: Vespere scietis / ꝙ eduxerit vos dominus de terra Egypti. Per hoc scilicet ꝙ dabit vobis carnium abundantiam mirabilem /

leminō qualiumcunq; sed re- galium auium : id est quas so- lent reges comedere : vt dicit Andreas. Unde per hoc pote- rant scire q̄ de⁹ erat rex & do- minus : & mane videbitis glo- riā domini : id est gloriosam ap paritionem domini in manna descendente : vel in nube plus solito claritate rutilante. Au- diuit enim murmur vestrum cō tra dominum : quia eduxi vos de Egypto in hanc solitudinē: quod de precepto eius factum est. Nos vero quid sumus quia mussitastis cōtra nos? Ac si di- ceret Moyses: Nos sumus tan tumserui domini : denuncian- tes vobis eius voluntatem : et ideo non eduximus vos prin- cipaliter de Egypto : sicut no- bis imponitis: sed ipse domin⁹ deus omnipotens. Quare er- go mussitastis : id est murmura- stis contra nos? Est enim mu- ssitare idem q̄ in occulto & cō- tinue aliqua facili occasione inuenta murmurare: videlicet ad modum muris : qui cōtinue in occulto aliud corrodit. De- inde Moyses dei beneficium specificat dicens: Dabit vobis dominus vespere carnes ede- re: scilicet coturnices mitten- do vobis: et mane panes : id est manna pluēdo. Et nota q̄ mā- na aliquando est neutri gene- ris et indeclinabile : aliquan- do autem feminini generis : et prime declinationis : & declina tur sicut musa. Hoc tamen nō est ī vsu. Aliquādo aūt est ter- tie declinationis : et declina- tur hoc manna mannatis : si- cut hoc dogma dogmatis. Et breuiter non est vis : si modo accipiatur secundum vnam de clinationem : modo secundum aliam. Sequitur: eo q̄ audie- rit murmurationes vestras do minus. Non quidem sic intel- ligendo : q̄ murmur populi fue rit causa dictorum beneficio- rum missorū a domino: sed oc- casio tātum. Da exemplum de peccato Ade : q̄d fuit occasio incarnationis filij dei : intan- tum q̄ si ipse nō peccasset : dei filius incarnatus non fuisset: secundū opinionem beati Tho me : & multorum aliorum.

¶ Sequit: Dixit quoq; Moy- ses ad Aaron : qui erat supple prolocutor su⁹ ad populum : eo q̄ ipse esset impedite lingue. Dic vniuerse congregationi fi- liorum Israel. Sic autem lo- cutus est Moyses ad Aaron : eo q̄ sequens beneficium erat exhibēdum vniuerso populo. Accedite coram domino : id est versus illam partem : in qua erat columna nubis. Nondum enim erat factum tabernacu- lum. Uel vt dicunt Hebrei : prout de Lyra refert : ipsemet Hebrei habebant tunc paruū tabernaculum in quo consule- bant dominum : de quo dicitur in sequentibus. xxxiij. capitu- lo : q̄ Moyses tollens taberna culum : tetendit illud extra ca- stra procul. Uel forte hoc dici- tur per anticipationem de ta- bernaculo quod postea fuit. Audiuit enim murmur vestrū : id est causam vestri murmuris quam vult auferre a vobis. Cumq; loqueretur Aaron ad omnem cetum filiorum Israel : exequendo preceptum fratris sui Moysi : respexerunt ad so- litudi-

litudinem / id est ad anterio-
rem partem castrorum / in qua
quidē parte erat columna nu-
bis ⁊ ignis. Et ecce gloria do-
mini apparuit in nube: id est
quedā claritas insolita / p quā
apparebat / ꝙ ibi esset presens
dominus. Locutusq; est domi-
nus ad Moysen dicens: Audi-
ui murmurationes filiorū Is-
rael. Et dicit murmurationes
in plurali: quia contra plures /
et pluribus de causis murmu-
rauerant / scilicet contra Moy
sen ⁊ Aaron. Item contra do-
minum. Item pro carnibus et
pane. Cetera patent ex dictis.
Sequitur: Factum est ergo ve-
spere. Ecce actualis exhibitio
beneficij a deo / cū dicitur: Fa-
ctum est ergo vespere / ⁊ ascen-
dēs coturnix cooperuit castra.
Descēdit ergo in maxima mul-
titudie / etiā adeo basse ꝙ sine
vlla difficultate cū sola manu
poterat capi intra castra descē
dens. Et nota ꝙ ibi ponitur
singulare pro plurali: id est co-
turnix / pro coturnicibus.

¶ Circa hanc autem clausulā
possunt moueri plura dubia.

¶ Primū igitur dubium mo-
uetur / propter illud verbum:
Quintadecima die mensis se-
cundi. Queritur ergo vtrū hoc
sit intelligendum de die solari
aut lunari: quia constat tam so
lem / q̃ lunā habere dies suos /
in qbus perficiunt cursum suū:
sol quidē plures / luna vero mul-
to pauciores. Dicendum / ꝙ in-
telligitur de die lunari siue lu-
nationis. Tunc enim erat mē-
sis Maij / scd'z Petrū Comest.
qui erat secūdus mēsis illo an
no / secundū cōputationē luna-
rem / ⁊. xv. dies eiusdem men-
sis computando vt prius. Ex
quo patet / ꝙ prim⁹ mēsis exi-
tus filiorū Israel de Egypto /
secundum computationem lu-
narem fuit mensis Aprilis. Se
cundum autem computationē
vulgarem / ⁊ secundum cursum
solarem / predictus exitus fa-
ctus est in mense Martij. De
die autem solari aliqui dicunt
probabiliter / ꝙ tunc erat. xxv.
dies mensis Martij / eo scilicet
die quo et dei filius incarna-
tus est / ⁊ post reuolutionē mul
torum annorum passus.

¶ Secundum dubium: cur do-
minus potius voluit mittere
filijs Israel carnes et manna
xv. die mensis secundi / q̃ alia
die? Dicendum ꝙ propter re-
uerētiam diei illius. Nam ta-
li die secundū pascha celebra-
ri debebat apud eos. Legitur
enim Numeri. ix. ꝙ homo qui
fuerit immūdus super animal
siue in via procul in gente Iu-
deorum / faciat phase domino
in mense secundo / quartadeci-
ma die mensis ad vesperam.
Tunc ergo scd'm pascha cele-
brabat. Propter ergo reueren-
tiā diei decuit vt duo p̄dicta
bñficia mitterēt ppl'o Hebreo-
rum a dño / potius q̃ alia die.

¶ Tertiū dubiū / vtrū esca de-
fecisset generaliter omnib⁹ Iu
deis / qn ceperunt murmurare
cōtra Moysen ⁊ Aaron? Dicē-
dū / ꝙ nō: sed tm̄ ꝑ maiori par-
te. Nā inter eos aliqui erāt so-
brij ⁊ magne prouidētie viri / q
etiā forte plures escas siue fa-
rinā de Egypto attulerāt / q̃ a-
lij / q viderēt sterilitatē deserti /
pessime viuebāt: ⁊ tales pote-
rant

rãt adhuc modica victualia habere quãdo dominus pluit mãna de celo/cum missione coturnicum. Qđ ergo dicitur ꝙ defecerant eis victualia que tulerant: intelligẽdum est (ſm magistrum historiarum) pro maiori parte/ꝛ non totaliter.

¶ Quartum dubium oritur ꝓpter illud verbum: Et murmurauit omnis cõgregatio. Queritur ergo vtrum a parte rei ita fuerit ꝙ omnes murmurauerit? Dicendum/ꝙ non simpliciter: quia non est verisimile de Josue ꝙ murmurauerit: nec similiter de Caleph: nec forsan de nonnullis alijs probis viris/ q̃ patienter portabant defectum victualium tanꝙ flagellũ domini/ sperantes de diuino auxilio. Dicẽdum ergo breuiter/ ꝙ aliqui fuerunt inter eos qui nõ murmurauerũt. Uerisimile eñ est/ꝙ in tãta multitudine erãt aliq̃ boni. Sed quia tales erãt admodum pauci/ ideo de ipsis non fit exclusio: maxime cũ dicat philosophus. ij. Phisi. Qđ modicum est quasi nihil cõputatur/siue reputatur. Unde ꝓpter hoc scriptura non dimisit loqui generaliter. Hic eñ est consuetus modus loquendi in talib⁹. Insuper ſm iura/ illud quod maior pars multitudinis facit/ tota multitudo facere videtur/ꝛ sibi imputatur: ꝛ precipue quando due partes cõsentiunt. Item vt dicit dñs Pet. de Pal. cũ dicitur: Et murmurauit omnis congregatio: ly omnis/distribuit pro generibus singulorũ/ non pro singulis generum/sicut cum dicitur: Omne animal fuit in arca Noe: q2 aliquod de quolibet genere. Sic in ꝓposito/ aliqui de qualibet tribu (ſꝫ ꝙ ait Josephus) murmurauerunt contra Moysen ꝛ Aaron.

¶ Quintum dubium oritur ꝓpter illud verbum murmuratorium filiorum Israel/ dicẽtiũ: Utinã mortui essemus in Egypto/ quando sedebamus super ollas carniũ/ ꝛ comedebamus panem in saturitate. Queritur ergo vtrũ ita fuerit a parte rei sicut illi dicebant? Dicendum/ ꝙ non: immo totum cõtrarium videt̃ posse trahi ex sacra scriptura: tũ primo per illud quod dominus predixerat Abrahe. Gen. xv. dicens: Scito prenoscẽs ꝙ peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua/ ꝛ subijcient eos seruituti/ ꝛ affligent quadringentis annis. Ex quibus verbis satis patet/ꝙ dictus Hebreorum populus fuerit multum grauatus in terra Egypti: tum etiã quia de hoc frequenter conquesti sunt/ tam apud deum ꝙ apud regẽ Egypti: vt patet in principio huius libri ꝑ plura capitula: ꝛ signanter. v. c. quando dixerunt Pharaoni cum vociferatione. i. cũ voce pia et lugubri. Cur ita agis contra seruos tuos? Palee non dantur nobis/ꝛ lateres similiter imperantur. En famuli tui flagellis cedimur/ꝛ iniuste agitur contra populum tuum. Non est ergo verisimile ꝙ Hebrei tunc temporis sederent super ollas carnium/ aut ꝙ comederent panẽ in saturitate. Nec est stãdum verbis eorum: quia aperte mentiuntur.

¶ Sextum dubium: Unde poterant

terant sustentari animalia Hebreorum in deserto tam sterili: et maxime cum homines paterentur defectū in cibo et potu: vt patet ex dictis? Quod autē in hoc capitulo habetur ꝙ dominus miserit coturnices ⁊ mānam hoc fuit ꝑ esca populi. Nā tali cibo iumēta minime pasci solent. Dicendum in primis ꝙ sicut Hebrei attulerant farinā ex Egypto ad conficiendos panes in via: ita etiam attulerāt pabulum pro iumētis suis. Insuper deserta Egypti non erāt adeo sterilia quin gignerēt aliquod pabulū aptum iumentis: quia aliud est nutrimentū hominum ⁊ aliud iumentoꝝ. Deniqꝫ dicendum ꝙ etiam maxima pars dictorum iumētorum perijt fame ⁊ siti in deserto.

¶ Septimum dubiū. Cur Hebrei in deserto carnes desiderabant: cum multa pecora haberent: vt patet ex dictis. Neqꝫ enim in Egypto vngulā dimiserant: iuxta id quod dixerat Moyses ad Pharaonem supra decimo. c. Cūcti greges (inqt) pergent vobiscum. Non remanebit ex eis vngula. Ad hoc dubium respōdet Augustinus ꝙ multitudo pecorum Hebreorū erat valde diminuta ex defectu pascuorum, vt dictum est. Vel dicendum cōformiter ad glo. ordi. ꝙ greges ouium ⁊ armēta boum habebant: sed desiderio piscium ⁊ auium estuabant, qbus Egyptus abūdat.

¶ Octauum dubium mouetur propter illud verbum: vt tentē illos ⁊c̄. Tentare aliquē est sumere experiētiam de eo. Deus autem cum omnia nuda sint et aperta oculis eius, non potest de nouo sumere experientiā de aliquo prius ignoto. Sic ergo illi non competit aliquem tentare. Respondet ad hoc Augusti. in questi. super Exodum. q. lviij. ꝙ illa tētatio ꝓbatio fuit non ad peccatum inductio, sicut tentatio diaboli. Nec ideo ꝓbatio vt deus nouerit: sed vt ipse ipsis hominibus ostendat, quo humiliores fiant ad petendum adiutorium ⁊ agnoscēdā dei gratiam. Hec August.

¶ Nonum dubiū mouetur ꝓpter illud verbum: Die aūt sexto parent quod inferant, ⁊ sit duplum ⁊c̄. Queritur ergo vtrū a parte rei plueret dñs plus in duplo manna die sexto ꝙ̄ alijs diebus: vt sic haberet populus escam pro die illo ⁊ die sequēti? Respōdet ad hoc de Lyra, ꝙ non. Neqꝫ enim deus abundantius mittebat deorsum mānna plus die sexto: neqꝫ plus de illo colligebat populus die illo, ꝙ̄ alijs dieb⁹. Sed illud collectum quando mensurabatur in domo, inueniebatur duplū. In contrarium autem est communis modus dicendi. Unde etiam consequenter in hoc capitulo sic legitur. In die autē sexta colligebant cibos duplices: id est, duo gomor per singulos homines. In alijs autē diebus tm̄ colligebant cibum simplicem, id est vnum gomor: vt ibi dicitur.

¶ Decimum dubium mouetur propter illud verbum: Vespere scietis ꝙ dominus ⁊c̄. Contra, quia ista scientia sine experientia nō est habita, nisi per aues coturnicales que descenderūt

super

super castra filiorum Israel cũ sero factum esset. Sed hoc potuit fieri absq; miraculo: Nam iste aues sunt que certis temporibus mutant loca, transeuntes de vna regione in aliam, etiam in maxima copia. Tunc autem cum se transferũt predicto modo, adeo debilitãtur ex nimio volatu, ꝙ descendunt ad arbores, siue in terram ad pausandum. Interdum etiã supra mare volantes, descendunt supra naues, ita vt videantur eas cooperire, facileq; capiuntur a nautis. Et vt dicit Catholicõ, coturnix est feminini generis: et dicit coturnix a sono vocis: gallice, caille. Per huiusmodi ergo auium descẽsum super castra Hebreorum non probauit dominus sufficienter ꝙ ipse esset qui eduxerat ipsos Israelitas de terra Egypti? Dicendũ ꝙ immo sufficienter probauit intentum suum per predictum miraculum coturnicum: et maxime si attendamus euentũ rei cum promissione diuina: quia sicut predixerat dominus, ita factum est etiam ipso eodem die. Preterea coturnices, et signanter in tanta copia, non cõsueuerunt inhabitare locum deserti: quia locus ille non gignit escã illis propitiam cum sit sterilis, qui neq; etiam habebat aquã, nisi raram. Qui ergo illuc euolauerint, et tam cito, atq; in tanta copia: insuper, ꝙ descenderint solum super castra: et non super loca vicina: deniq; ꝙ se tangi et capi ab Hebreis permiserint: hec omnia et his similia argumenta erant diuine virtutis, talia specialiter operantis tanquã opus insolitum. Et per consequens liquide patet, ꝙ ibi fuit miraculum. Unde concluditur, ꝙ per huiusmodi opus sufficiẽter ꝓbauit dominus ꝙ ipse esset, qui eduxerat filios Israel de terra Egypti: et qui fecerat eos transire mare rubrum absq; periculo, submersis Egyptijs, eos insequentibus.

¶ Undecimum dubium, Unde processerunt huiusmodi coturnices? Dicendum, ꝙ non ꝓcesserunt tunc a deo per nouã creationẽ, sed per alterius regionis emanationem, scilicet Arabie, que vicina est deserto per quod ambulabant filij Israel. Unde Petrus Comestor ad ꝓpositum sic ait: Ascendens coturnix de sinu Arabico, vbi ꝓcipue nutritur, transcenso medio mari operuit castra, et ad libitum populi capiebatur. Josephus autem dicit, ꝙ processerunt ex quadam insula que Ortygia appellatur, in qua abundant coturnices. Unde vocat eas ortygias, scilicet a loco. Petrus autem Comestor dicit ꝙ Greci vocãt eas ortogometram: nos vero (inquit) vulgo curlegium dicimus a currendo, eo ꝙ leuiter currunt super terram.

¶ Duodecimum dubiũ, Quid factũ est de eo quod superfuit de huiusmodi coturnicibus his qui manducauerunt, et saturati sunt? Non enim verisimile est, ꝙ filij Israel eas reseruauerit in futurum cum appositione salis ne putrefierent, sicut facere solent naute super mare: vt fertur: et signanter quando capiũt

eas

eas in abundantia. Quasi ita fecerint/ nihil eis profuit: quia in crastino mane facto/ misit illis dominus manna in copia/ omne delectamentum in se habens. Dicendum/ quod que adhuc supererant viue/ redierunt in propria/ vel alibi disperse sunt prout voluit dominus. Que autem mortue/ vel reliquie que superfuerant his qui manducauerant/ ignibus tradite sunt: sicut precepit dominus debere fieri de reliquijs agni paschalis: vt patet supra.xij.c.

¶ Decimumtertium dubium mouetur propter illud verbum Moysi/ dicentis: Audiui murmur vestrum. Queritur/ cur non dixit: Audiuimus/ ego supple et Aaron frater meus: maxime cum essent simul. Dicendum quod hoc ideo: quia soli Moysi fuit reuelatum murmur eorum. Ipse enim erat in his que ad deum pertinent. Aaron autem erat solum prolocutor eius ad populum/ vt dictum est supra.iiij.c.

¶ Decimumquartum dubium: Cur dominus dedit populo Hebreorum carnes vespere/ et panes/ id est manna mane sequenti? Videtur enim quod debuisset econuerso fieri. Nam in edendo premittitur panis: deinde sequuntur carnes. Dicendum/ conformiter ad de Lyra/ quod propter duo. Primo/ quod filii Israel primo in suo murmure conquesti fuerant de defectu carnium/ et secundo de defectu panum/ dicentes: Utinam mortui essemus quando sedebamus sup ollas carnium/ et comedebamus panes in saturitate. Et ideo eodem ordine quo duo predicta petierunt/ datus est illis cibus. Secundo/ quia coturnices ex volatu diurno erant fatigate/ et ideo circa vesperam erat tempus conueniens vt descenderent ad terram/ quasi ad requiem: et sic facilius poterant capi. Panes autem qui dati sunt mane sequenti fuit manna quod vocatur panes materialiter: quia decoquebatur et inde formabantur panes. Descendebat autem per modum roris. Ros autem solet mane descendere. Unde sequitur in sequenti clausula: Mane sicut ros iacuit/ supple manna.

¶ Decimumquintum dubium mouetur propter illud verbum: Nec contra nos est murmur vestrum/ sed contra dominum. Huius contrarium videtur esse verum. Non enim hic legitur populus murmurasse contra deum/ sed contra Moysen et Aaron. Dicendum quod murmur Hebreorum erat contra Moysen et Aaron obiectiue: sed finaliter erat contra dominum/ tanquam contra prohibentem omne peccatum/ et tanquam vltorem omnis peccati. Uel sensus est: Non contra nos est murmur vestrum/ supple tantum vel principaliter/ sed contra dominum.

¶ Moraliter et primo/ Per murmurationem congregationis filiorum Israel contra Moysen et Aaron propter cibaria: intelligitur murmuratio multorum religiosorum (qui per Israel significantur) contra bonum prelatum: et hoc frequenter propter victum. Hi enim sunt qui frequenter dicunt saltem in cordibus suis: Utinam mortui essemus in Egypto. i. vsque ad mortem mansissemus in seculo/ quod per Egyptum designatur. Egyptus enim/ tenebra interpretatur.

Seculum

Seculum aūt tenebrosum est per ignorantiam ꝛ culpam. Nā quando eramus in seculo / comedebamus carnes et panē in saturitate. In hoc autē deserto religionis / carnes non danť nobis: sed habemus ab eis abstinere. Aut si danť nobis / non tamen quantum volumus. Nec etiam habemus panē in saturitate: quia oportet frequēter ieiunare / ꝛ multas abstinentias facere. Hinc Ps. de talibꝰ ait: Si nō fuerint saturati / murmurabunt. Insuper tales murmuratores claustrales / quandoqꝫ in cordibus suis maledicunt illis / qui pie intendentes traxerunt eos de Egypto. i. de mundo / ꝛ induxerunt ad religionē. Nouerint ergo tales / ꝙ murmur eorum principaliter fit cōtra deum: et ideo considerent grauitatem sui delicti. Sed qd est ꝙ dominus tandē dedit coturnices et manna populo Hebreorum / ꝛ tunc saturati sunť? nisi ꝙ ipse ex speciali gratia interdum immutat affectū ꝛ gustum talium murmurantium in claustro / faciens apparere dulcia que prius apparebāt dura ꝛ amara. Nam quādoqꝫ talibꝰ ex sua ieffabili gratia mittit volatilia pro carnibus. i. celsitudinem cōtemplationis pro amore seculi. Item manna dulcissimum / id est / dulcedinem deuotionis pro delicatis cibis ꝛ potibus: ꝛ sic tales assuescunt desertum religionis: desideriaqꝫ carnium / id est deliciarum carnalium dissuescunt: et tandem contenti statu suo a deserto religionis nullatenus resipiscūt: sed ibidē ex tūc pacifice viuūt.

Psalm. Pluit illis: vsqꝫ ibi / in abundantia. Et de tali immutatione potest intelligi illud Psalm. Hec mutatio dextere excelsi.

¶ Moraliter ꝛ secundo / ꝛ conformiter ad dūm patriarcham de Palu. Per filios Israel / qui egressi de Egypto tandem venerunt in desertum Syn / significantur penitentes: qui egressi de tenebris culpe / ꝛ de potestate Pharaonis / id est diaboli / venīūt in desertum Syn / qḋ interptať egressio tētatiōis: qꝛ statim tentatio egrediť ꝯ egredientes statum peccati. Hinc Eccli. ij. scriptum est: Fili accedens ad seruitutē dei / sta in iustitia ꝛ timore / ꝛ prepara animam tuā ad tentationē. Non enim Christus tentatus fuit a diabolo / nisi postqꝫ baptizatꝰ intrauit i desertū: ꝛ nisi postqꝫ ieiunauit. xl. diebus ꝛ totidem noctibus. Nota de custode carceris / qui cum omni diligentia insequiť fugientē de carcere. Cui pro remedio datur / vt ingrediatur locū sacrū pro immunitate habenda: locus sacer / est penitentia: cui contulit dūs hanc libertatē / vt non preualeat diabolus cōtra eos qui intrant in ea / nisi tantū vbi inde recedunt. Qui igitur bene stat / videat ne inde recedat. Apostolus dicit: Uideat ne cadat. ij. Corin. x. Sed quid est / ꝙ Hebrei murmurabant contra Moysen et Aaron / dicentes: Utinam mortui essemus per manum domini in terra Egypti / quando sedebamus ꝛc. nisi ꝙ quidam de longa tentatione attediati dicunt / etsi nō

verbo /

verbo / saltim opere ⁊ facto: utinam mortui essemus in Egypto per manum domini. i. iusto dei iudicio damnari: in terra Egypti. i. in statu prosperitatis peccati / quando sedebamus super ollas carnium .i. carnalium voluptatum: ⁊ comedebamus panem in saturitate. i. abundabamus diuitijs. Sed quid est / ꝙ dominus tandem dedit coturnices ⁊ panes populo Hebreorum / nisi ꝙ ubi peccatores volunt desistere a peccatis suis: ⁊ fideliter seruire domino deo suo / ipse miserebitur illorum: et mittet eis aues de celo. i. faciet illos gustare per contemplationem et desiderium celestem vitam. Psalm. Gustate ⁊ videte quoniam suauis est dominus: insuper dabit illis pro loco et tempore sumere illum panem sacramentalem / de quo in Psalm. Panem angelorum manducauit homo. Et de istis duobus simul loquitur Psalm. dicens: Petierunt supple veri penitentes / ⁊ venit coturnix. i. mentis contemplatio / ⁊ celestis affectio: ⁊ pane celi saturauit eos: supple in mensa altaris.

¶ Moraliter ⁊ tertio / ⁊ conformiter ad eundem de Pal. Notandum / ꝙ coturnix docet nos habere tria si volumus placere deo / ⁊ quodammodo effici cibus illius: quia coturnix est cibus regius. Primo igitur docet nos habere humilitatem obedientie. Nam secundum Isid. coturnix gall. caille: quamdiu sentit accipitrem volantem desuper: tunc non volat: sed latet in terra inter spinas. Sic penitens quamdiu sentit diabolum volentem se temptare de aliquo peccato: debet se humiliare inter spinas penitentie / ⁊ tunc erit in pace. Uel dic / ꝙ iste spine sunt dolores passionis Christi: ⁊ signanter dolor coronationis ipsius cum spinis. Inter has igitur spinas debet temptatus refugere: et ibi per contemplationem se abscondere / donec pertranseat furor tentationis. Unde Psalm. Petra refugium herinacijs. Petra est Christus / ut dicitur prime Corinthiorum decimo: Herinacij pleni aculeis / sunt homines pleni tentationibus / quos insequuntur canes diabolici: sed quale remedium huiusmodi herinacijs. i. hominibus tentatis? Profecto precipuum est / ut refugiant ad petram Christum modo predicto. Secundo coturnix docet nos habere continuitatem penitentie. Nam secundum ipsum Isido. coturnix transeundo mare / nunquam quiescit: sed postquam volauerit quantum potest: fatigata descendit super aquam: et ibi extendit solum unam alam / aliam autem tenet eleuatam versus celum / quasi mediante sicut velo continue transit. Sic verus penitens descendens interdum ad terrena propter corporales necessitates non debet totaliter mergi in eis / sed alam intentionis debet semper tenere eleuatam ad deum / scilicet faciendo omnia propter eum / et sic semper spiritualiter proficiet. Sic enim consulit apostolus esse faciendum. i. Cor. x. dicens: Siue manducetis / siue bibatis / siue quodcunque aliud faciatis / omnia in gloriam dei facite. Tertio

coturnix nos docet habere se curitatē ꝯsciētie. Hec eñ auis habet venas adeo strictas ꝙ si comederit venenum: non no cet ei: q2 nō potest in ea descen dere vsqꝫ ad cor. Sic ⁊ veri pe nitentes dūmodo (restringant sēsus suos) nullū venenū. i. nul lū peccatū poterit pertingere vsqꝫ ad cor per cōsensum. Pro pter quod sapiens Prouerb. iiij. consulit dicens: Omni cu stodia serua cor tuū. Ecce igit in quib9 nos docet coturnix.

¶ Moraliter ⁊ quarto ꝑ pre sentē historiā docemur nō mur murare: nec desperare propter defectū temporaliū: siue optā tes mortem nostrā: siue aliter: quia frequenter vbi deest hu manū auxiliū: solet deus spe cialiter ⁊ sufficientissime suc currere. Hoc autē posset mul tiplici historia probari nisi ti meretur nimia ꝓlixitas. Ipse nempe interdū permittit nos necessitatē pati: aut quocunqꝫ alio modo tribulari: vt in sub ueniendo peramplius nobis innotescat eius potestas ⁊ bo nitas.

¶ Allegorice ⁊ primo: mur mur filiorū Israel propter de fectū carniū ⁊ panum: signifi cat maximū desideriū sancto rum patrū super aduētu Chri sti in terris: qui fuit caro iuxta illud Joan. j. verbū caro factū est. i. homo. Itē panis: ipsomet attestāte Jo. vj. ⁊ dicēte: Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Huiusmodi autem desideriū vocat hic murmur: quāuis impropriē: ⁊ hoc pro pter nimiā dilationem. Unde Psal. Dormitauit aīa mea pre tedio. Nihilominus confirma me in verbis tuis: quib9 supple promisisti per ora prophetarū te incarnandum. Priusqꝫ ergo incarnaretur dei filius: p̄sens desertum: id est mundus erat valde pauper ⁊ famem patiēs: quia absque carnibus ⁊ pane. Prius nempe in Egypto. i. sub lege nature ⁊ scripta: mundus habuerat carnes ⁊ panes: id est patriarchas et prophetas: qui vite exēplaritate: atqꝫ do ctrine veritate quodammodo pascebant mundum: id est: ho mines: sed non taliter quali ter Christus: q2 non ex propria substantia: sicut Christus: qui ait vbi supra: Caro mea vere est cibus: et sanguis meus ve re est potus. Et bene dictum est a domino: Pluā vobis car nes ⁊ panes de celo: quia Chri sti conceptio non venit de ter ra. i. ab humano et naturali o pere: sed de celo. i. supernatu rali virtute. Unde Esa. xlv. Ro rate celi desup: ⁊ nubes pluāt iustū. i. dei filiū: aperiat terra: supple v̄ginalis: nō quidē car naliter: sed ꝑ consensum: ⁊ ger minet saluatorē. i. Christū: qui venit saluare populū suū a pec catis eorū: prout predictū fue rat ab angelo priusqꝫ nasceret tur. Mat. j.

¶ Allegorice ⁊ secundo: iuxta illud: Respexerunt ad solitudi nem. Notandū cōformiter ad Petrū de Pal. ꝙ solitudo ad quā debemus respicere oculis cordis: est virgo Maria. Soli tudo eñ est terra non culta ab homine. Uirgo aūt Maria si ne virili semine ⁊ opere deū ge nuit. Osee. xiij. Adducet dns

rentē ventū de deserto ascendentē: & siccabit venas eius: & desolabit fontē eius. Ubi Hiero. Per desertū (inquit) intelligit vterus virginalis: q̄ sine virili copula nobis deū fudit infantē: q̄ in matre desiccauit venas vitiorū: & fontē peccati .i. fomitē in ea siccauit. Istud tamen sane intelligi debet: scz q̄ Christus: secundū q̄ de9: desiccauit venas vitiorū in materno: nō quidē que aliquādo fuerint in ea: sed que infuissent si non fuisset p̄seruata diuinitus sine preuētā. Ecce igitur solitudo ad quam respicere debemus: sed qd ibi videbimus: scz oculo mētis & fidei? Profecto ibi videbimus gloriā dn̄i apparentē in nube .i. diuinitatem in humanitate existentem. Certe grāde mysteriū: & a seculis inuisum & inauditū apparuit in dicta solitudine .i. in virgine Maria. Tūc ei nouū fecit dn̄s sup terram: vt predictum fuerat. Hiere. xxxi.

¶ Allegorice & tertio: iuxta illud: Uespere scietis: q̄ eduxerit &c. Notandū: q̄ per vespere intelligit tēpus qd̄ p̄cessit dominicā incarnationē. Qr sicut adueniēte vespe succedit nox: ita etiam ante Christi incarnationē hoīes habebant parū de luce: & multū de tenebris. Per manc autē intelligit tēpus noue legis: in quo fideles clare vident mysteria fidei in comparatione ad eos qui precesserunt. Unde de vtroq; tempore simul loquitur ,ppheta Esaias. ix. c. dicens: Habitātibus in regione vmbre mortis. Ecce primū: lux orta est eis. Ecce secundū. Ad idē pertinet quod premittitur ibidē cū dr: Populus q̄ ambulabat in tenebris: vidit lucem magnā. Item Luc. j. Uisitauit nos: supple dei filius: oriens ex alto. Illuminare his q̄ in tenebris & in vmbra mortis sedebāt. Uespere ergo .i. in lege veteri: notū fecit dn̄s per oracula prophetarū: q̄ educturus esset populū suum .i. fideles de terra Egypti .i. de tenebris legis veteris: & q̄ manc .i. in lege gratie idē popul9 videret oculo fi dei gloriam dei .i. diuinitatem in humanitate in Christo.

¶ Allegorice & .iiij. Per auem q̄ coturnix dr: intelligit Christus: & hoc propter multa. Primo quidē: qr de remotis partib9 volat: vt q̄rat escā sibi. Sic & Christus venit de celo in hūc mundū: vt quereret animas fideles: que sunt cib9 illius. Secūdo: qr multos labores assumit: & signanter in transuadando mare. Sic & Christ9 totū tēpus suū exposuit in multiplici labore ,p n̄ra salute. Unde ps. in persona ipsius: Pauper ego sum: & in laborib9 a iuuentute mea. Tertio: qr leuiter currit sup terrā. Sic & Christus diligenter circuibat totam Galileam: docens in synagogis Iudeorum: & predicās regnū dei: & sanans omnem languorē: vt habetur Matt. iiij. Itē eiusdē ix. c. dicitur: q̄ circuibat Jesus omnes ciuitates & castella: docens in synagogis eorū: & predicans euangeliū regni. Quarto: quia humilibus plumis cooperitur: scilicet griseis: ita et Christ9 ,p idumēto nō assūpsit nobilē naturā .s. angelicā: sed

 humi-

humilem/fragilem et mortalē: qz vt dicitur Hebreorū secundo Angelos nusq̄ apprehendit: sed semen Abrahe apprehendit. Item Phil. ij. Habitu inuentus vt homo. Quinto/qz coturnix cibus est regū et nobiliū. Et de Christo refert Possidonius/loquens de Augustino/q̄ in principio sue conuersionis videbat sibi q̄ ipm audiret tanq̄ dicentē sibi: Cibus sum grandiū/cresce et mãduca bis me. Sexto/qz coturnix nō habet cantū letitie/instar multarū auiū. Sic nec Christus i presenti cantauit iocunde/ sed magis lamentabiliter et pie: et signater in cruce tã ad patrē q̄ ad matrem/ q̄ ad alios: sicut patuit i septem verbis que tūc protulit. Merito ergo per coturnicem intelligit Christ⁹.

¶ Anagogice in presenti historia / scđm q̄ in ea fit primo mentio de fame et murmure filiorū Israel i deserto Syn. Secūdo aūt de delicata esca ad eos diuinitus missa: secundum hoc i ea insinuatur duplex status hominū post mortem. s. reproborū / et electorum. Reprobi enim erūt in maxima egestate et fame constituti: secundū illō Psalmi. Famem patiētur vt canes. Electi aūt pascentur cibo regio: dicente domino ad eos illud Prouerbiorum nono: Uenite comedite panem meum et bibite vinum qd̄ miscui vobis. Et de vtrisq̄ simul dicit Esa. lxv. Hec dicit dominus deus: Ecce serui mei comedēt/et vos esurietis: Serui mei bibent/et vos sitietis. Serui mei letabūtur/et vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt pre exultatione cordis/et vos clamabitis pre dolore cordis: et pre cōtritione spirit⁹ vlulabitis tc̄. Ecce q̄ dissimilis erit vtrorūque status in alio seculo: videlicet seruorū dei. i. electorum et reproborum.

¶ Item qd̄ dictum est: Uespere comedetis carnes / et mane saturabimini panibus: potest referri ad duos predictos status/ reproborū. s. et electorum. Reprobi enim in presenti comedūt carnes/ quia vacāt delicijs suis. Electi autem postq̄ fuerint in celo/ quod per mane designatur/ saturabūtur panibus. i. delicijs paradisi: secundum illud Psal. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Et August. lib. j. confess. Fecisti nos domine ad te/et iquietū est cor nostrum/ donec requiescat i te.

¶ Secunda clausula.



Ane ros iacuit p circuitum castrorum. Cūq̄ operuisset superficiē terre: apparuit in solitudine minutum et quasi pilo tusum in similitudinem pruine super terrã. Quod cū vidissent filij Israel/ dixerūt ad inuicem: Mãhu? qd̄ significat/quid est hoc? Ignorabant enim quid esset. Quib⁹ ait Moyses: Iste est panis quē dominus dedit vobis ad vescēdum. Hic est sermo quē precepit vobis dominus. Colligat vnusquisq̄ ex eo quantum sufficit ad vescēdum / Gomor per singula capita: iuxta numerū ani-

animarum vestrarum que habitant in tabernaculo: sic tolletis. Feceruntq; ita filij Israel: ⁊ collegerũt alius plus, alius minus: ⁊ mensi sunt ad mensuram Gomor. Nec qui plus collegerat habuit amplius: nec q̃ minus parauerat reperit minus: sed singuli iuxta id quod edere poterant congregauerunt. Dixitq; Moyses ad eos: Nullus relinquat ex eo in mane. Qui non audierunt eũ: sed dimiserũt quidam ex eis vsque mane: ⁊ scatere cepit vermibus, atq; computruit. Et iratus est contra eos Moyses. Colligebant autem mane singuli quãtum sufficere poterat ad vescẽdũ. Cumq; incaluisset sol liquefiebat. In die autem sexta collegerunt cibos duplices. i. duo Gomor per singulos homines. Venerunt autem omnes principes multitudinis: ⁊ narrauerunt Moysi. Qui ait eis: Hoc est quod locutus est dominus. Requies sabbati sanctificata est domino. Cras quodcunq; operandũ est facite: ⁊ q̃ coquẽda sunt, coquite. Quicquid autem reliquum fuerit: reponite vsq; in mane. Feceruntq; ita vt preceperat Moyses: et non computruit: neq; vermis inuẽtus est in eo. Dixitq; Moyses: Comedite illud hodie: q2 sabbatum est domino: non inuenietur hodie in agro. Sed diebus colligite: in die autem septimo sabbatũ est domino: idcirco non inuenietur. Venitq; septima dies: ⁊ egressi de populo vt colligerent: non inuenerunt. Dixit autem dominus ad Moysen: Usquequo nõ vultis custodire mandata mea et legem meam? Uidete ꝙ dominus dederit vobis sabbatum: ⁊ propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices. Maneat vnusquisq; apud semetipsũ: ⁊ nullus egrediatur de loco suo die septimo. Et sabbatizabit populus die septimo. Appellauitq; domus Israel nomen eius man. Qđ erat quasi semen coriãdri album: gustusque eius quasi simile cũ melle. Dixit autem Moyses: Iste est sermo quem precepit dominus. Imple Gomor ex eo: ⁊ custodiatur in futuras retro generationes: vt nouerint panẽ quo alui vos in solitudine, qñ educti estis de terra Egypti. Dixitq; Moyses ad Aaron: Sume vas vnum: et mitte ibi Man quãtũ potest capere Gomor: ⁊ repone coram domino ad seruandum in generatiões vestras: sicut preceperat dominus Moysi. Posuitq; illđ Aaron in tabernaculo reseruandum. Filij autem Israel comederunt Man quadraginta annis: donec venirent in terram habitabilem. Hoc cibo aliti sunt vsquequo tangerent fines terre Chanaan. Gomor autem decima pars est Ephi.

¶ Postq̃ in precedenti clausula vates domini Moyses egit de pͥmo beneficio quo subuenit dominus populo Hebreorum murmuranti de defectu cibi in deserto: scilicet de coturnicum multiplicatione missa cum sero esset: hic consequenter agit de secundo beneficio, quod fuit longe maius primo, scilicet de manna quod

in crastinum mane facto pluit dominus super terram: vt ex illo ederet populus. Describit ergo Moyses in presenti clausula dictum secundum beneficium de manna/quantum ad multa/ videlicet quantum
Ad locum/ in principio clausule.
Ad quantitatem: ibi/ Colligat vnusquisqꝫ.
Ad ordinationem: ibi/ Nullus relinquat.
Ad tempus: ibi/ Colligebant autem mane.
Ad cessationem: ibi/ Requies sabbati est.
Ad nominationem: ibi/ Appellauitqꝫ domus
Ad memoriam: ibi/ imple Gomor.
Ad durationem: ibi/ Filij autem Israel comederunt.
¶ Primo igitur Moyses describit beneficiū de māna q̄tū ad locū/ cū ait: Ros iacuit per circuitū castrorum. Non ergo descendit super castra sicut predicte aues de quibus dictum est/ q cooperuerūt castra. Sed cur tam varie? Responsio/ castra cooperiebantur pellibus pro magna parte. Si igit̄ māna descēdisset super castra/ statim ꝛ faciliter fuisset resolutū. Nō sic etiā de coturnicibꝰ cōtingere poterat: ideo non fuit simile. Per rorem autem in textu intelligitur manna/ quod mane ad modū guttarum roris iacuit per circuitum castrorum. Cūqꝫ pre sui multitudine operuisset superficiem terre: supple illius que vicina erat castris: apparuit in solitudine minutū. Interli. i. subtile: ꝛ quasi pilo tusum. i. vt granum tunsio nibus pili excorticatum/ et sic apparet album/ quando scilicet cortex ex percussione pili ē amotus. Unde de Lyra super illo verbo: apparuit in solitudine minutum: dat exemplū de granulis cōgelatis/ q̄ aliquādo descendunt in pruina. Et vt dicit de Pal. non debet hic esse tonsum per o: sed tūsum p u/ quia tunsum venit de tūdo/ dis. Non autem de tondeo tōdes. Patet ergo qualiter māna descendit immediate super terrā. Unde per rorē vel pruinam hic intelligitur manna. Rabi Salo. aūt dicit/ q primo cadebat pruina super terram: ꝛ postea manna desuper: deniqꝫ ros aliquantulum cōgelatus desuper: ita q manna erat intermedium/ quasi munde custoditum/ ꝛ repositū inter duo stramenta. s. pruine ꝛ roris. De hoc autem diffuse loquitur de Lyra. Uide ibi. Et quia est hic questio de pruina: ideo notandum secūdum de Pal. q pruina dicitur a pyr/ quod ē ignis. Est enim pruina gelu matutini temporis/ vrens sicut ignis. Conuenit autem cum rore in materia/ que est vapor subtilis per diem eleuatus. Differt tamen a rore ex parte generātis. Nam ros generatur a frigido temperato/ vaporem resoluente. Pruina vo a frigido excellente vaporē congelāte: anteqꝫ incipiat cōuerti in aquā: ꝛ ideo nō est rotūda/ sed sparsa. Nec pars coheret parti: sed pars separatur a parte/ sicut vapor distractus fuit. Et quia propter subtilitatem materie

vniuersaliter expulsum fuit ca
lidũ:ideo nihil remansit quod
mollificet vaporem congela=
tũ/propter quod pruina rema
net dura. Et forte(quantũ ad=
hoc)dicitur hic manna fuisse
durum ad similitudinem prui=
ne. Hec dominus de Pal. in for=
ma. Sequitur autem in textu:
Quod cum vidissent filij Isra=
el/dixerunt ad inuicem: Man
hu? ita vt sint due dictiones
idem sonãtes sicut quid hoc?
Subintelligitur autem hec co
pula est. Et hec est expositio
Josephi. Judeis ergo queren=
tibus/Manhu.i.quid est hoc?
ait illis Moyses. Iste est pa=
nis quem dedit vobis dominus
ad vescendum. Hic est panis q
in Psalm. dicitur panis ange=
lorum. Panem angelorum mã
ducauit homo. Non quia pane
vescantur angeli/ sed quia per
angelos in aere formabatur.
Moderni autem Hebrei di=
cũt/ꝙ manhu est vnica dictio/
que idem valet sicut prepara=
tio/vel res preparata ad esum.
Et secundum hoc dixerunt fi=
lij Israel. Manhu.s. prepara=
tum hoc.s. a deo pro nostra su=
stentatione:quia tamen nescie
bant determinatam naturam
eius/nec per consequens qua=
liter deberet proprie nomina=
ri:ideo subdit. Quid est hoc?
Patet ergo de loco et natura
ipsius manne simul. Primum
tangit in textu. Secũdũ autẽ
superadditur ex postillis.
¶ Secũdo Moyses describit
predictũ beneficiũ de manna/
quantũ ad quantitatẽ / cũ ait:
Hic est sermo.i.res digna ser=
mone/quẽ precepit vobis do=
minus. Colligat vnusquisque ex
eo quantũ sufficit ad vescendũ
.s.sibi et familie sue : Gomor p
singula capita. Gomor autem
vt dicit interlinia. est mensura
quinque sextariorũ / quã Jose=
phus Assanum vocat . Sexta=
rius autẽ secundũ de Pal. con
tinet duas libras. Et nota / ꝙ
Gomor est dictio indeclinabi=
lis. Sequitur: Juxta numerũ
animarum vestrarũ que habitant
etc. Nõ est hic q̃stio de aiabus
proprie dictis/q̃ nõ comedũt/
neque bibũt. Sed hic accipitur
aia p toto cõposito/quod sepe
denoiatur ab aia tanque a princi=
paliori parte. Et collegerunt
alius plus/vt fortior: et alius mi=
nus/vt debilior: et mẽsi sunt ad
mensurã Gomor. Nec q plus
collegerat habuit amplius : nec
q minus parauerat reperit mi=
nus:sed singuli iuxta id quod
edere poterãt cõgregauerunt.
Sed quõ hoc? Forte(vt inquit
Petrus Co.)collecta ponebãt i
aceruis/et reddebatur singulis
Gomor. Vel forte(inquit)quan=
tũcũque qs colligeret veniens
ad propria: nõ inueniebat nisi
Gomor/q ab alijs etiã comede
batur. Sed singuli iuxta id qd
edere poterãt cõgregauerũt.i.
de cõgregato i cõmuni accepe
rũt. Et notãter dictũ ẽ: Juxta
id qd edere poterãt/qr secũdũ
Andream sicut miraculose sa=
piebat qd Hebrei volebãt:ita
et Gomor sufficiebat miraculo=
se vnicuique.s.magno sicut par=
uo : et mulieri pregnanti sicut
nõ pgnãti. Itẽ guloso sicut so=
brio: Nã vt dicit Petrus Co=
mestor/p miraculũ factũ est vt
edacibus sufficeret Gomor.

¶ Tertio Moyses describit p̄dictum beneficium de manna / quantū ad ordinationē. Nam Moyses de voluntate dn̄i statuerat / dicens ad ipsos filios Israel: Null⁹ relinquat ex eo scʒ manna in mane: hoc aūt p̄cepit dn̄s vt amodo non essent solliciti de crastino nisi forsan feria sexta in qua debebāt esse solliciti de sabbato: Qui nō audierūt eum / sed dimiserūt quidam ex eis vsqʒ mane: sed nunquid illi peccauerunt? Profecto ita. Unde in signum huius scatere cepit vermibus atqʒ cō putruit: vt dicitur in textu. Et nota q̄ scateo / tes / tui / tere / idē est q̄ ebullire / feruere / emanare vel erumpere: sicut aqua solet facere cū decurrit inter angusta / ꝛ dum emanat in locis humidis ꝛ in balneis. Est autē scatere verbum neutrū / cū omnibus suis cōpositis / si que habet / ꝛ caret supino. Dicit ergo textus q̄ manna reseruatū cōtra prohibitionem factam / cepit scatere vermibus / in signū transgressionis precepti. Huiusmodi autē scaturitio nō cōpetebat ei ex propria natura: quia poterat seruari integrū ꝛ sanū vsqʒ in crastinum: scilicet de die sexto / vsqʒ in diem sabbati. Insuper fuit preceptū / q̄ impleret vnū vas aureū manna ꝛ seruaretur in futuras generationes: vt habetur in presenti textu. Sed q̄ sic putrefiebat erat ex dei voluntate / ne scilicet aliqui ex gulositate vel cupiditate vellent plus debito colligere ad reseruandum / q̄d erat prohibitum. Et iratus est Moyses contra eos.

¶ Quarto describit̄ predictū beneficiū de manna / quantum ad tēpus / cū dicit̄: Colligebāt autē mane singuli quantū sufficere poterat ad vescendū. Et notanter dicit̄ mane: q̄ cū incalescebat sol / liquefiebat: q̄d miraculosum erat: vt dicit Petr⁹ Comest. quia ad ignē durū fiebat. Terebant autē illud in puluerem / ꝛ conglutinatum in panes formabāt. Cuius sapor erat dulcissim⁹: pro quo dictū est / simila cum melle. Numeri autē .xj. sic legit̄: Erat aūt man quasi semen coriandri / coloris bdellij. Circuibatqʒ popul⁹ ꝛ colligens illud frangebat mola / siue terebat in mortario / coquens in olla / ꝛ faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. Hec ibi. Nota tamen q̄ ista missio man / de qua hic legitur / non fuit eadē numero cū illa de qua legit̄ in lib. Nume. sed eam precessit. Hec eīn facta est cum populus valde esuriret: illa autē cū populus plenus esset / ꝛ ex gulositate diceret: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in Egypto gratis. In mentem nobis veniunt cucumeres ꝛ pepones / porriqʒ / ꝛ cepe / ꝛ allia. Anima nostra arida est / nihil aliud respiciūt oculi nostri / nisi man. Hec ibi. Sequit̄: Cūqʒ incaluisset sol / liquefiebat. Hoc autem maxime fiebat in meridie: vt dicit de Pal. Nā vt dicit Josephus a mane / vsqʒ ad meridiem erat tēpus colligendi manna. Post meridiem autem euanescebat / nec inueniebatur. Quod autem ad solem liquefie=

liquefieret erat miraculum/ vt dictum est/ vel ꝙ ad ignem durescerct vel decoqueretur. Quia vt dicitur Sapiẽ.xvj. qđ ab igne nõ poterat exterminari/ statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat. Alij vero dicunt/ ꝙ hora colligẽdi manna erat post ortũ solis/ euacuato rore qui erat super manna/ per vapores: vt dictum est: ⁊ durabat vsq; ad horam sextã/ ⁊ tũc incipiebat liquefieri ad modũ pruine. Ad ignem vero indurabatur: vt dictum est.

¶ Quinto describitur predictum beneficium/ quantum ad cessationem. Nam die sabbati cessabat manna descendere. Propter quod in die sexta populus colligebat ex ordinatione Moysi cibos duplices/ id est duo Gomor per singulos homines: vt dicitur in litera: q2 sabbato non inueniebatur in agro. Nec tamen seruatũ in die sabbati corrumpebatur: vt aũt dicit Petrus Comest. quidã putant Hebreos nõ collegisse die sexto de manna nisi vnũ Gomor: sed illđ Gomor multiplicabatur ꝑ miraculũ/ vt sufficeret duob9 diebus: sed q2 vbi nõ est necessitas/ non est opus multiplicare miracula: ideo dicendũ probabiliter: vt dictum est/ ꝙ sine multiplicatione vnius/ ⁊ eiusdem Gomor/ populus colligebat realiter et in effectu die sexto duo Gomor/ vnum pro die illo ⁊ alterum pro die altero/ q̃ erat dies sabbati. Et hoc videtur innuere litera presens cum ait: Venerunt autem omnes principes multitudinis/ et narrauerunt Moysi/ scilicet ꝙ manna descẽdisset in copia dicto sexto dië. Qui ait eis: Hoc est quod locutus est dominus: Requies sabbati sanctificata est domino. Tanquam diceret Moyses ad principes/ qui venerunt ad eum. Bene factũ est ꝙ quilibet de populo collegit hodie duo Gomor: quia vnum erit hodie pro sustẽtatione populi. Reliquum autem pro die crastina/ in qua non licebit colligere manna/ etiam si inueniretur. Requies sabbati sanctificata est domino: ita vt non liceat in die sabbati aliud facere/ q̃ requiescere ab opere seruili/ et vacare domino: id est ad honorem domini solius: vt dicit interli. Que autem restãt de hoc puncto/ in quo agitur de cessatione/ declarabitur in deductione dubiorum.

¶ Sexto describitur predictũ beneficium de manna/ quantũ ad nominationẽ/ cum dicitur: Appellauitque domus Israel nomẽ ei9 Man/ qđ notat admirationẽ/ et interpretatur quid est hoc: vt dictum est. Et est nomen Hebreum/ ⁊ indeclinabile. Latine autem dicitur manna mãne/ prime declinationis/ et feminini generis: vel manna/ tis/ tertie declinatiõis/ neutri generis: vt dictum est. Sequitur: quod erat quasi semen coriandri. Est autem coriandrum neutri generis/ et est genus oleris/ de quo potest fieri pulmentũ/ cuius semen est granum nigrum. Cõueniebat ergo manna cum grano coriandri/ quantum ad quãtitatem: quia vtrunq; paruum/ sed non quantũ ad colorem: quia granum

num mane erat album: vt dici= tur in litera: granum autē co= riādri est nigrum. Ecce prima similitudo māne, scilicet quā= tum ad quantitatem. Secūda similitudo illius tangit, quan= tum ad gustum: cum dicit: Gu= stusq; ei9 quasi simile cū mel= le. Simila est farina tritici de= licatissima. Sapor ergo ,ppri9 manne erat quasi sapor pa= nis confecti de simila, cū com mixtione mellis. Quod autem dicitur Sapiē.xvj. q habebat omnem saporis suauitatē: non erat ex natura manne in se, sed ex merito sanctorū hominum qui eā comedebant: quib9 sa= piebat sicut desiderabant. Ma lis autem hominibus ex eorū demerito despiciebat: ita vt di= cerent Nume. xj. Oculi nostri nihil vident nisi man. Quāuis liber Sapien. non sit authēti= ticus apud Hebreos, nec per consequens dictum verbum.

¶ Septimo describitur predi= ctum beneficiū de manna, quā tum ad memoriā. Nam vt esset perpetua memoria apud He= breos de tāto beneficio, dixit Moyses ad populum: Iste est sermo quem precepit dñs: im= ple Gomor ex eo, scz ex māna: & custodiat in futuras retro. i. post generationes. Sic autem dicitur ad ostendendā futura= rum generationū peruersita= tem, q future erant retrorsum per peruersam operationem: & non ante, per bonā. Unde Hie re.vij. Facti estis retrorsum, et non ante. Sequit: vt nouerint panem quo alui vos in solitu= dine, quādo educti estis de ter ra Egypti. Consequēter dixit Moyses ad Aaron fratrē suū: vt sumeret vnū vas, ibiq; repo= neret man, quantum continet Gomor: & illud reponeret corā dño ad ppetuā rei memoriā, & hoc in quodā paruo taberna= culo in quo consulebatur dñs: priusq; magnū tabernaculum esset factum, in quo postea fuit repositum huiusmodi man

¶ Octauo describit sepedictū beneficiū de māna, quantū ad durationē. Multo eni tēpore durauit dictū bñficiū: qđ nota tur cum dicit, Filij aūt Israel comederunt man. xl. annis, do nec venirent in terrā habita= bilem. Que aūt fuerit huiusmo di terra, declarat cū subditur: Hoc cibo aliti sunt, supple He brei vsquequo tangerēt fines terre Chanaan. Glo. autē in= terli. dicit q. lxx. interpretes hic habent, quousq; venirent in terrā Fenicis. Quod expo= nens Augusti. in glo. ordi. di= cit, q credendū est q tunc sic appellabat terra Chanaan, scz terra Fenicis. Nam vt idē in= quit nomina multarū terrarū, fluminū, & vrbiū, certis de cau sis mutauit antiquitas. Nec ta men defecit manna Hebreis statim cum intrauerunt terrā illā, vt dicit de Lyra: q2 tran= sito Iordane fecerunt circun= cisionē in Galgalis: & postea fe cerunt pascha: & in crastino pa sche defecit māna: vt dicit Io sue.v.ca. Sed cito post ingres= sum terre Chanaan defecit: vt patet ex dictis.

¶ Circa aūt hāc clausulā text9 possunt moueri multa dubia.

¶ Primū igit dubiū orit pro= pter illđ verbū: Colligat vnus= quisq;

quiſq ex eo/ quantũ ſufficit ad veſcendũ/ Gomor per ſingula capita/ iuxta numerũ animarũ ⁊c. Queritur ergo ſi ꝓ paruulis tuberet colligi manna ad mẽſuram Gomor/ ſicut pro viris ⁊ mulieribus? Dicẽdum/ ꝙ paruuli erant in duplici differentia. Nam quidam erant adhuc pendentes ad vbera matrũ/ et qui ſolo lacte matrũ ſuſtentabantur/ ⁊ pro talibus nõ colligebat manna: q2 talis collectio fuiſſet omnino inutilis/ nec alicui ꝓfuiſſet: non quidẽ ipſis paruulis per caſum/ nec etiam alijs qui ex ea veſci poterant: q2 ꝓ ſe ſatis habebãt. Alij aũt paruuli erant/ qui iam incipiebãt relinquere mamnã matrꝭ/ ⁊ guſtare groſſos cibos: et pro talibus/ qui ob defectũ etatis non poterãt colligere manna/ nec forte ire extra caſtra/ parentes colligebãt quantũ pro ſe. Uel ſi totũ mãna reponebatur primo in vno loco cõmuni/ ⁊ poſtmodũ diuidebat per ſingula capita ad menſuram Gomor: vt dictũ eſt ſecundũ quoſdam/ tunc fiebat equa diſtributio paruis ⁊ magnis.

❡ Secũdũ dubiũ eſt de valore mẽſure Gomor/ de qua agitur in preſenti. Ad hoc dicit glo. inter. ꝙ eſt mẽſura quinq ſextariorum. Sextarius tamen nõ eſt accipiendus ad menſuram Gallorũ/ ſed Hebreorũ/ apud quos continet tñ duas libras. Quantũ aũt valeat libra apud eos/ incertum eſt. Nam menſure ⁊ pondera ſunt alia et alia/ ſecundum diuerſitatem regionum. Dominꝰ Petrus de Pal. facit longũ proceſſum ad ſciẽdum naturam mẽſure Gomor. Deinde reſoluit dicens/ ꝙ non habet ex ſacra ſcriptura/ quãtum teneat Gomor. Ra. Sa. tamen (inquit idẽ de Pal.) dicit/ ꝙ Gomor continet quantitatem. xlij. ouorũ. Ephi autẽ decies tantum: quia vt dicitur in fine preſentis capituli/ Gomor eſt decima pars ephi. Aliqui tamen conformiter ad Papiã et Iſidorum/ de menſuris loquẽtes/ dicunt ꝙ Gomor cõtinet quantum/ quarta ⁊ dimidia Pariſienſis: id eſt/ tantum de blado/ vel alia re arida ſic menſurabili/ quãtum vnũ vas factum ad menſurandum tale quod eſſet quantitatis quarte et dimidie Pariſienſis contineret. Credo tamen (inquit de Pal.) ꝙ talium quantitas eſt nobis incerta: quia menſure eodem nomine nominate variantur in diuerſis regionibus et ciuitatibus: ſicut modius Pariſienſis alterꝰ quãtitatis eſt/ ꝗ Ebroicenſis vel alterius loci. Et ſimile eſt de menſuris liquidorum: vt de vino/ ⁊ huiuſmodi.

❡ Tertium dubiũ/ vtrũ rationabiliter diuideret mãna omnibꝰ ſub equali mẽſura/ q̃ dicebatur Gomor? Uidet ꝙ nõ: q2 aliqui ſunt naturaliter magis voraces/ ꝗ alij. Item maioris quãtitatis/ aut etatis. Nec eſt idem medium in omnibus: vt dicitur ſecũdo Ethicorũ. Unde cibus qui ſufficit vni/ eſt minus ſufficiens alteri. Dicendum ad hoc/ ꝙ ſicut manna dabatur diuino miraculo: ita eodem modo fiebat vt plurimum indigẽti ſufficeret/ et a

minus

minus indigente consumi valeret absque excessu et superfluitate. Et ut dicit Josephus: ex diuina prouidentia factum est hoc: ne scilicet ex cupiditate et gulositate illi qui fortiores erant, plus debito vellent colligere, et per consequens debiliores debito alimento priuarentur, sicque in populo seditio oriretur.

¶ Quartum dubium. Cur potius determinabatur mensura in collectione manne quam in collectione auium scilicet coturnicum? Responsio, quia manna erat quasi quoddam paruum granum, vel ad modum farine secundum alios, et per consequens poterat mensurari. Aues autem non solent mensurari. Andreas autem dicit, quod ideo manna mensurabatur, ne vltra terminum reseruaretur. Carnes autem poterant reseruari: quia date erant tamen semel. Non sic autem de manna.

¶ Quintum dubium versatur circa illud verbum, Qui non audierunt eum. Queritur cur filij Israel non audierunt Moysen precipientem eis ne aliquis relinqueret aliquid de manna vsque in mane: scilicet dici alterius. Responsio istud processit ex defectu firme spei: Nam cum prius experti fuissent magnam famem: timebant ne iterum similem aut grauiorem paterentur. Propter quod voluerunt sibi prouidere de manna pro diebus sequentibus: et male: quia computruit. Insuper dato quod dominus non pluisset die altero manna sicut prius, non propterea perijssent Hebrei fame: quia adhuc habebant de farina Egyptiaca quamuis valde parum. Nimis ergo soliciti erant de crastino, non quidem omnes, sed quidam: vt dicit litera.

¶ Sextum dubium: Qui fuerunt illi qui reseruarunt sibi de manna vsque in crastinum? Dicendum quod multi. Inter quos principales fuerunt (secundum aliquos) hi tres, scilicet Dathan, Chore, et Abyron, qui etiam reprehenduntur Nume. xvj. de murmure contra Moysen. Item de inobedientia: quia vt habetur ibidem, noluerunt venire ad Moysen mandantem pro eis: sed dixerunt nuncijs: Non venimus. Propter quod terra absorbuit eos viuos: vt dicitur ibidem.

¶ Septimum dubium mouetur propter illud verbum immediate sequens, vbi dicitur: Et iratus est contra eos Moyses. Queritur ergo quomodo ista duo possunt simul stare, scilicet quod Moyses fuerit mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra, scilicet in diebus suis: vt habetur Num. xij. c. et quod iratus fuerit contra Israelitas, qui reseruauerant de manna vsque in crastinum? Sed facile est hec duo concordare si consideremus duplicem esse iram: scilicet per zelum: de qua in Ps. Irascimini et nolite peccare, et aliam per vitium: de qua Christus Matt. v. Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Prima ira fuit in Moyse non autem secunda.

¶ Octauum dubium oritur propter illud verbum: Colligebant autem mane singuli quantum sufficere poterat ad vescendum. Videtur enim hic esse repetitio illius quod prius dictum est: videlicet quod singuli iuxta id quod edere poterant, congregauerunt.

Dicen-

Dicendum: q̄ non est repetitio eiusdem: si sane intelligātur p̄dicta verba: Colligebant autē &c. Nam sensus est: Colligebāt singuli mane quantum sufficere poterat ad vescēdum: ita vt nullus sibi aliquid reseruaret in crastinum: sicut aliqui prius fecerant: contra quos fuit Moyses iratus: quos (vt verisimiliter creditur) dure increpauit. Unde ex tali increpatiōe: et similiter ex hoc q̄ viderant portionem reseruatam in crastinū cōputrescere: cautiores facti pariter et alij: nullus deinceps aliq̄d sibi reseruauit de huiusmodi manna: vsq̄ in crastinum: nisi feria sexta: vt p̄ceperat dominus: vt die sabbati (in qua nō erat licitū colligere māna) haberet populus ad mādu cādū.

¶ Nonum dubiū mouet̄ p̄pter illud verbum: Hoc est quod locutus est dn̄s: Requies sabbati sanctificata &c. Queritur ergo quādo hoc locut⁹ est dn̄s? quia de hoc nihil legitur in p̄senti. Dicendum: q̄ hoc referēdum est ad principium mundi: quādo quidem dn̄s benedixit diei septimo: et sanctificauit illum: quia in ipso cessauerat ab omni opere &c. Gen̄. ij.

¶ Decimum dubium est de sensu illorum verborum: Cras q̄dcunq̄ operandum est facite: et q̄ coquenda sunt coquite. Posset enim ex hoc videri: q̄ licuisset tunc tēporis operari die sabbati: q̄ dixit: Cras quodcunq̄ &c. Tūc autem erat feria sexta quando hec locutus est Moyses ad populum. Dicendum: q̄ illa verba dupliciter possunt pūctuari: vt dicit dominus Petrus de Pal. Primo quidem sic: Requies sabbati sanctificata est dn̄o cras: et ideo supple quodcunq̄ est operādum: facite: scilicet hodie. Uel sic: Cras quodcunq̄ est operandū: id est: operandum esset si non esset sabbatum: facite: supple hodie: et que coquēda sunt: id est essent cras si non esset sabbatum: coquite: supple hodie.

¶ Undecimum dubium mouetur propter illud verbum: Uenit septima dies: et egressi d̄ populo vt colligerent &c. Queritur ergo vtrum tales peccauerint qui exierunt die sabbati extra castra vt colligerent māna? Dicendum q̄ sic: quia fuerunt increduli verbis Moysi: qui dixerat eis q̄ non inuenirent manna tali die. Item in alio peccauerunt: quia fecerunt quod in eis fuit vt transgrederētur preceptum de non colligendo māna in die sabbati. Et q̄uis non collegerint: per eos tamen nō stetit: sed causa fuit: q̄ nō inuenerunt. Et licet cōmuniter dicatur: q̄ lex antiqua non cohibebat animū: sed manū: quod tamen sane intelligendum est. Nihilominus in proposito non sol⁹ fuit animus colligēdi manna: verumetiam preparatio ad actum exteriorē: quia gressus vsq̄ extra castra. Unde tanq̄ transgressores precepti redarguuntur a dn̄o dicente: Usq̄quo non vultis custodire mandata mea: et legem meam? scilicet de manna non colligendo in die sabbati.

¶ Duodecimū dubiū: Quare loquitur hic dominus pluralit̄ de mandatis suis? Dicendum q̄ ideo

 ideo quia dominus dedit octo mandata de ipso mana, secundum  ponit Andreas. Primum fuit, vt mane colligeretur. Secundum,  ad sufficientiam secundum propriam vniuscuiusque estimationem sumeretur. Tertium,  colligeretur ad mensuram gomor tm. Quartum, vt nihil relinqueret ex eo vsque in crastinum, nisi die sexto. Quintum,  die sexto colligeret duplum. Sextum, vt reseruaretur vnum gomor pro die sabbati. Septimum, vt illud gomor comederetur in die sabbati. Octauum, vt impleretur vas vnum continens gomor ad reseruandum in futuras generationes. Merito ergo loquitur dominus pluraliter dicens: Usque quo non vultis custodire mandata mea? scilicet de manna de quo fuerunt tot mandata: et legem meam? scilicet de obseruatione sabbati.

¶ Decimumtertium dubium est de sabbato, de quo fit hic mentio. Querit ergo de acceptione huius termini, sabbatum. Dicendum,  dupliciter accipitur in scriptura. Primo quidem pro tota hebdomada, sicut ibi Luc. xviij. Ieiuno bis in sabbato. Secundo pro die septima, et ista est propria acceptio illius. Et dicitur sabbatum cum duplici bb, a sabbe secundum Hebreos, quod est septem. Dicitur autem sabbatum domini: quia cum alia festa Judeorum fuerint instituta ab aliquo euentu et nominata: hoc solum festum dr sabbatum dni: quia dns quieuit in eo. Et inde forte est in duobus priuilegiatum: vt dicit de Pal. Primo quidem quia non licebat in eo cibum preparare: vt dicitur hic. Secundo, quia non licebat tali die vltra mille passus incedere: vt innuitur Actuum.j. ex illo verbo, Sabbati habens iter.

¶ Decimumquartum dubium mouetur propter illud verbum: Imple gomor ex eo, et custodiatur etc. Queritur ergo quare Moyses de voluntate domini non iussit idem fieri de aquis Marath. Item de coturnicibus. Ad hoc dicit Josephus,  non est simile: quia illa potuerunt aliunde haberi. Non autem manna. Uel quia illa duo non prestiterunt pplo Hebreorum tm beneficium, nec tandiu, sicut manna fecit.

¶ Decimumquintum dubium mouetur propter illud verbum: Dixitque Moyses ad Aaron: Sume vas etc. Queritur ergo cur ipse Moyses hoc non fecerit in propria? Dicendum,  ipse Moyses occupabatur in his que dei erant. Aaron autem in his que erant ad populum, prout statuerat dominus supra. vij. c. Uel dici potest,  ipse Moyses potest dici fecisse quod imposuit facienda fratri suo Aaron: quia ille facit rem, cuius auctoritate fit.

¶ Decimumsextum dubium: Ubi est pro presenti predictum vas manne? De hoc nihil dicit scriptura. Uerisimiliter tamen creditur,  non sit amplius in esse: sed comminutum sit siue vetustate, siue alias. Nam sicut adueniente veritate euangelica, cessauit figura, sicut patet quo ad sacramenta, et multa alia figuralia: ita etiam credendum est  adueniente Christo, qui est manna verissimum et suauissimum in sacramento altaris, cessauit omnino manna

na reseruatū ad memoriā pro sequacibus Judeis. Dicere em̄ ꝙ diuinitus fuerit ꝯseruata illa portiuncula māne vsq; in hodiernum diem/esset magis conseruatio erroris Judeorum/ ꝙ̄ ad fidem Christi inductio. Preterea nō dicitur ꝙ alicubi sit. Credendū est ergo/ꝙ in deuastatione tēpli facta: etiam ante aduentū Christi per longa tempora/per Nabuzardam principem militie exercit⁹ regis Babylonis/ ꝗ abstulit omnia preciosa que erāt in templo/ videlicet que aurea/aurea: ꝛ que argentea/argentea: ita vt non esset pondus eris omniū vasoꝝ/ ꝙ simul cū predictꝭ vasis trāstulerit hm̄oi vas continēs man ad mensuram gomor/ supposito tamen ꝙ adhuc esset in rerū natura. Uerisimile enim est/ꝙ fuerat repositū final'r in tēplo Salomonis. Prius autē seruabatur ī tabernaculo: qḋ mouebatur cū filijs Jsrael quousq; puenerūt in terrā Chanaan/ ꝗ est terra promissionis.

¶ Decimūseptimū dubiū mouetur quo ad locum generationis manne. Ad quod dicendū ꝙ generabatur in supiori parte aeris/ vbi scilicet grando gignitur. Sicut em̄ nubes grandinis lapillos ꝯcipiūt: ita etiā grana manne gigni potuerūt. Uel potius dicendū/ꝙ sicut aqua descendens de nubib⁹ conglutinatur/ ꝛ in grādinis lapillos conuertitur: ita ꝛ illa materia in grana manne. Naturaliter ergo predictum māna genitū fuit/ sicut et quodlibet aliud. Fuit tamen ibi multiplex miraculum/ vt ostensum est sub decimoquarto dubio.

¶ Moraliter ꝛ primo: iuxta illud principium presentis clausule/ vbi dicitur: Mane ros iacuit per circuitum castrorum. Notandum/ ꝙ mane est principium mundi. Ros autē est gratia spiritussācti/ que desursum descendit: q2 vt habet Jaco.j. Omne datum optimū et omne donum perfectū/ desursum est: descendens a patre luminū. Et Zach.viij. Celi dabunt rorem suum. Mane ergo ros iacuit ꝑ circuitū castroꝝ/ quādo primi parētes cum primū ꝯditi sunt: receperūt gratiā spūssancti: q2 dei perfecta sunt opera. Et bene dr̄ predictus ros cecidisse ꝑ circuitū pdictoꝝ castroꝝ: q2 preseruabat eos quātum in se erat ne peccatū accederet vsq; ad eos. Sed q2 talis ꝓseruatio nō necessario impediebat eos a peccato: ideo ad suggestionē demonis in specie serpentis ad eos accedētis/ grauiter peccauerunt/ sicq; ros gratie dei solutus est/ ꝛ euaporatus.

¶ Moraliter ꝛ secundo/ Manna est deuotio/ vel celestis gratia/ que de celo venit: vt dictū est: quia a solo deo tribuitur: ꝛ quibus ꝛ quādo vult: ꝛ quātū vult: ꝛ que si nimis sine comestione.i. sine boni operis execucione seruek/ putrescere/ et vermibus.i. vitijs ꝛ malis cogitationibus deficere cōsueuit. Et ideo non sufficit ad salutē cordis deuotio / vel etiam gratia spiritussancti/ nisi assit bona operatio pro loco et tempore. Propterea dicebat Aposto.j. Corin.xv. Gratia dei in me vacua non fuit.

¶ Moraliter et tertio / Per mannam intelligitur gratia dei que humanam mentem replet summa dulcedine. Manna enim in deserto fuit cibus filiorum Israel quousque peruenerunt ad terram promissionis: quia tunc loco manne fructus terre illius comederunt qui optimi erant / sicut legitur Josue. v. Sic et gratia spiritussancti cibus est conscientiarum nostrarum / quo scilicet sustentamur spiritualiter pro tempore huius vie / et in deserto vite presentis / dum et quandiu tendimus ad terram viuentium: de qua Psal. Credo videre bona domini in terra viuentium. Cum autem illuc peruenerimus / tunc manna in fructus solidos: et cibum vie in cibum patrie commutabimus et vertemus. Unde in figuram huius filij Israel comederunt manna non vno die sicut coturnices / sed. xl. annis.

¶ Moraliter et quarto / et in malam partem / manna significat dulcedinem mundane prosperitatis. Nam sicut manna cito putrefiebat: sic et mundana prosperitas cito perit et putrescit. Unde in figura huius legitur Jo. vi. Patres vestri in deserto manducauerunt manna / et mortui sunt. Et de hoc habemus historiam de malo diuite. Luce. xvj. Nota bene.

¶ Moraliter et quinto / Manna de celo descendens significat consolationes spirituales a deo missas: nihilominus sicut manna sapiebat bonis: desipiebat autem malis: ita et consolationes celestes et spirituales sapiunt bonis / desipiunt autem malis. Hinc Possidonius in vita beati August. Palato (inquit) non sano pena est panis / qui sano est suauis. Et oculis egris odiosa est lux / que puris est amabilis. Propterea Sapien. xij. dicitur / O quam suauis est domine spiritus tuus in nobis. Et Psal. Quid enim mihi est in celo? Hoc dicit propter consolationem que oritur ex contemplatione celestium. Deinde subdit: Et a te quid supple aliud volui super terram? quasi dicat / nihil: quia contemplatio spiritualium et eternorum bonorum facit contemnere terrena.

¶ Moraliter et sexto / et conformiter ad dominum Petrum de Pal. Notandum / quod per manna potest intelligi bonum propositum propter tria. Primo quidem / quia sicut manna descendebat imperceptibiliter ad filios Israel: ita et bonum propositum in homine. Joan. iij. Spiritus vbi vult spirat / et vocem eius audis: sed nescis vnde veniat / aut quo vadat. Secundo vero / quia sicut manna reseruatum vltra diem / putrefiebat: Sic et bonum propositum quod non demandatur executioni tempore debito / putrescit per peccatum omissionis et negligentie. Quia vt habetur Jacobi. iiij. scienti bonum facere / et non facienti / peccatum est illi. Aque enim stantes diu et immote / putrescunt et scatent vermibus: ita et bonum propositum / quod nunquam executioni mandatur / vertitur in culpam et vitium. Tertio autem / quia sicut manna liquefiebat ad ardorem solis: et indurabatur ad ignem: iuxta illud Sapie. xvj. Quod ab igne non poterat exterminari / statim

ab

ab exiguo radio solis calefa-
ctum tabescebat: ita et bonum
propositum resoluitur ad ar-
dorem solis prosperitatis/ et
solidatur ad ignem aduersita-
tis. Quarto denique/ quia sicut
manna mane debebat colligi:
ita et sanctum propositum de-
bet in iuuentute concipi et ex-
equi: quantumodo etas hoc patia-
tur. Cant. vij. Mane surgamus
ad vineas. i. ad opus bonum.
Videamus si floruit vinea / si
flores fructus parturiunt. Itē
Threnorū tertio. Bonum erit
viro si portauerit iugū domi-
ni ab adolescentia sua.

¶ Moraliter et septimo / per
manna quod reseruatum vsque
in crastinum putrefiebat: intel
liguntur diuitie temporales/ que
reseruate plus debito putrefa
ciunt humanam conscientiam
occasionaliter per culpā. Hinc
Eccl's quinto dicitur: Est et a-
lia infirmitas pessima (inquit
Salomon) quam vidi sub sole.
Diuitie conseruate in malum
domini sui. q. d. hoc cedit sibi
ad culpam. s. cōseruare eas ex
auaritia. Unde glo. interli. su-
per hoc passu. Malum auari-
tie hic notatur/ cui qui studet:
tandem vermibus consumen-
dus tradetur.

¶ Moraliter et octauo/ manna
reseruatum de die in diem / et
ideo scatēs vermibus: signifi-
cat sanam doctrinam / que ad
mensuram debet sumi / ita vt
nullus presumat de sensu suo:
dicente Apost. Rom. xij. Non
plus sapere quam oportet sapere:
sed sapere ad sobrietatem. In
hoc ergo apostolus reprehen-
dit hereticos/ et quosdā super-
bos/ qui volūt se intromittere
de magnis et altis materijs / que
excedūt capacitatem suam: quia
vt dicit idē Apost. j. Corinth.
viij. Scientia inflat / et hoc quando
est sola: vt dicit interli. i. sine
charitate. Hinc Prouer. xxv.
dicitur: Sicut qui multum co-
medit mel / non est ei bonū: sic
perscrutator et cetera. Itē eiusdem
Prouerb. xxiij. dicitur: Nō eri-
gas oculos tuos ad opes quas
habere non potes et cetera. Et iterū:
xxv. Mel inuenisti. i. scientiam
et doctrinā: comede quod suffi
cit tibi: ne forte satiatus euo-
mas illud / supple per abusum
et errorē. Et iterū. xxx. Qui ni-
mis emungit. i. scrutatur pro-
funda scripturarum/ elicit san-
guinem. i. peccatū. Itē Eccl's.
vij. Dixi sapiens efficiar/ et ipsa
longius recessit a me. Et Ec-
cli. iij. Altiora te ne quesie-
ris / scilicet inquirendo subtilia et
inutilia ex sola curiositate: et
fortiora te. i. que transcendunt
vires intelligentie tue / ne scru
tatus fueris: quia scrutator ma-
iestatis opprimetur a gloria:
vt dictum est: sed que precepit
tibi deus / intelligere siue cre-
dere et facere / illa cogita sem-
per: et in pluribus operibus eius
ne fueris curiosus. Non est enim
tibi necessariū ea que abscon-
dita sunt videre oculis tuis.
In superuacuis rebus noli scru-
tari multipliciter / et in pluribus
operibus eius non eris curio-
sus. Hec ibi. In quibus verbis
Salomon valde reprehendit
homines sciolos et curiosos.
Sed ad principale propositū
redeuntes dicimus / quod tunc
manna doctrine vere et sancte

reseruatur de die in diem: cũ quis doctus et literatus abscondit talentũ domini sui/ nec illud tradit ad bancam vt prosit ꝛ multiplicetur/ siue legendo/ siue predicãdo/ siue dictãdo ꝛ scribendo. Hinc Eccli vicesimo dicit: Sapientia abscõdita/ ꝛ thesaurus inuisus/ que vtilitas in vtrisqꝫ? Unde legit de beato Bernardo/ ꝙ cum quodam tempore quedam q̃ cogitauerat super cantica reseruaret ad dicendum alias: venit ad eum quedam vox/ dicens: Quandiu istud tenueris/ aliud non accipies. Nullus ergo reseruet apud se tantũ magna sacre doctrine/ quod potest aliis prodesse: ne per talem reseruationem putrefiat intus in conscientia per culpam.

¶ Moraliter et nono/ iuxta illud: Maneat vnusquisqꝫ apud semetipsum/ ꝛ nullus egrediat de loco suo die septimo. Notãdũ/ ꝙ manere apud semetipm/ est seipm recolligere: quod maxime faciendum est die septimo. i. die festo. Nam sicut diuites huius seculi communiter semel in hebdomada intendũt suis ratiocinijs ꝛ exterioribus negocijs: ita et viri spirituales certis temporibus ꝛ horis seipsos recolligũt: ꝛ tunc que in se viderint corrigenda corrigunt ꝛ emendant/ ne deus in suo iudicio corrigat et puniat talia. Qr vt dicit Augustinus/ aut deus aut homo punit. Uel dic/ ꝙ tunc homo manet apud semetipsum: quando retrahit se a seculi vanitatibus/ ꝛ intra seipsum meditatur spiritualia ꝛ eterna/ siue gaudia/ siue supplicia. Uel etiam quando reuoluit propriam conscientiã/ siue dei maxima bñficia. Hoc autem maxime faciendum est die sabbati/ id est die festo/ qñ quidem cessat homo ab opere corporali ꝛ exteriori/ vt perampliꝰ vacet operi interiori et spirituali. Sed profecto multi minus manent intra se predictis modis die festo/ q̃ alijs diebus: sed exeunt vt videant spectacula ꝛ mundana solatia. Propter quod spiritualiter interficiuntur a diabolo. In cuius figuram legitur. ij. Mach. vj. ꝙ cum Appollonius cũ suo exercitu venisset Hierosolymã pacem simulans/ quieuit vsqꝫ ad diem sanctũ sabbati: ꝛ tunc feriatis Judeis/ suis arma capere precepit. Omnesqꝫ simul qui ad spectaculum processerant trucidauit: et ciuitatem cum armatis discurrẽs/ ingentem multitudinẽ peremit. Appollonius est diabolus/ cuius exercitus sunt peccata. Hic ergo Appollonius videtur quasi simulare pacem cum hominibus per totam hebdomadã: quia minus tunc eos tentat/ eo ꝙ vnusquisqꝫ occupatur in negocio suo aut arte/ sed occurrẽte die dominico aut alio die festo/ cessãtibus populis Christianis ab opere seruili/ et currentibus ad spectacula ꝛ choreas/ precipit suis militibus. i. peccatis vel alijs demonibus/ vt sumant arma variarum tentationũ: ꝛ sic spiritualiter trucidẽt multos/ q̃ ad spectacula procedunt. Non solum autem spiritualiter/ verumetiã quandoqꝫ corporaliter

Moraliter

Moraliter et decimo/ iuxta illud verbum: Sume vas vnū/ ⁊ mitte ibi man/ et repone coram domino ad seruandum in generationes vestras. Notandum/ ꝙ per man/ potest intelligi sacrum et venerabile corpus alicuius sancti/ cuius anima requiescit cum deo in celis. Dictum autem corpus veneratur in terris a Christicolis: non quidem propter se/ sed qꝛ aliquando fuit inhabitatū ab anima regnāte cū deo in celis/ ⁊ adhuc perāplius ⁊ perfectius ab eadem inhabitabitur post generalem resurrectionē/ quando restituetur cuilibet secūda stola. Vas autem in quo reponitur predictum man/ est iocale aureum vel argenteum/ intra quod solēt reponi sacrosancta corpora beatorum: et tunc reponuntur coram domino. i. in locis sacris ad honorē domini: ⁊ iste ritus obseruabitur a generatione in generationem/ vsq̧ in sempiternum ab ecclesia Christi.

Allegorice et primo/ ⁊ conformiter ad dominum Petrum de Pal. per manna quod descendit die dominica (vt dictū est) intelligitur Christ⁹/ q̄ etiā die dominica visitauit nos oriens ex alto. Qui etiam ros dicitur/ propter beneficiū incarnationis. Unde de primo eius aduentu dicitur Esa. xlv. Rorate celi desup/ et nubes pluāt iustū. Prim⁹ enim ipsius Christi aduentus fuit in rore. Sed secundus erit in fulgore. Hic ros apparuit per circuitum castrorum. Et de domino dicit Psalm. ꝙ dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc (ex quo supple assumpsit naturam humanam) et vsq̧ in seculū. Mathei vigesimooctauo. Ecce ego vobiscum sum vsq̧ ad consummationem seculi/ siue spiritualiter per fidem et gratiam/ siue sacramentaliter/ siue per nature conformitatem: quāuis vt sic non sit nobiscum localiter Christus pro presenti: quia in celo sedes eius/ siue in ecclesia triumphāte: nos autem adhuc in terra militante. Notanter autem dicitur de manna/ ꝙ minutum granum fuit: quia in incarnatione Saluatoris paruulus natus est nobis/ et filius datus est nobis. Esa. ix. In secundo autem aduentu ipse idē erit magnus et terribilis valde/ signāter contra reprobos. Item manna erat quasi granum pilo tusum: id est/ tūsionibus pili excorticatum: ita ⁊ caro Christi per tūsionem/ id est passionem/ exuta a cortice penalitatis et mortalitatis percepit candorem immortalitatis. Hic est ꝙ caro Christi per vestem lineam designatur. Unde Ezechiel. ix. ca. vidit virum vestitum veste linea. Linū per multam attritionem in candorem vertitur: ita et caro Christi/ que ante passionē fuit quasi sordidum vestimentū/ per passionem facta est tandem in resurrectione ipsius candidū vestimentum. Itē dicitur de māna/ ꝙ apparuit in similitudinē pruine super terrā. Pruina enī candida est et frigida: ita et caro Christi ardorem peccati

refrigerat in sacramento alta-
ris: ⁊ candorem gratie prestat.
Hebrei dixerunt de manna:
Man hu? i. quid est hoc? Et de
Christo dixerunt Judei: Hunc
nescimus vnde sit. Jo. ix. Sed
Moyses de eo dicit: Hic ē pa-
nis q̄ de celo descēdit. Et quē-
admodū dictū est de manna/
q̄ multi ignorabāt quid esset:
ita ⁊ de Christo simplices/ qui
ignorabant scripturas/ nescie-
bāt q̄ esset filius dei/ aut Mes-
sias in lege promissus.

¶ Allegorice ⁊ secūdo/ Ros ē
sacra scriptura: q̄ dulcis/ ⁊ oc-
culta/ ⁊ profunda est. Iste ros
descendit hora matutina. i. in
lege gratie per circuitū castro-
rum / q2 sacra scriptura munit
nos contra diabolū. Hinc scri-
ptū est Prouerb. xxx. Omnis
sermo dei ignitus clypeus est
sperantibus in se. Item de man-
na dr/ q̄ operuit superficiē ter-
re: supple per circuitū castro-
rū Hebreorum: ita ⁊ sacra scri-
ptura absorbet in illis q̄ eam
diligūt omnem appetitū ter-
renū: q2 quāto plus quis insu-
dat circa studiū ipsius scriptu-
re sacre / tanto plus insudare
vult: ita vt videatur ipsa scri-
ptura dicere illd Eccli. xxiiij.
Qui edūt me / adhuc esurient:
⁊ q̄ bibunt me / adhuc sitient.
Non sic aūt contingit de stu-
dio aliarū scientiarū. Item de
manna hic dicit / q̄ primo ap-
paruit in abūdantia magna in
solitudine. Non autem dicitur
q̄ descenderit intra castra: sic
etiam sacra scriptura acquirit
in solitudine. i. in loco seque-
strato a tumultu hominū. Non
autem in pressura curarū secu-
lariū. Item de manna dicitur/
q̄ erat minutū/ supple granū.
Sic ⁊ sacra scriptura est valde
subtilis/ ita vt grossi ⁊ mūdani
homines eam non videāt: sed
tantū illi qui oculati sunt et q̄
habēt oculos lynceos: Nā si-
cut lutū appositū oculis corpo-
ralibus/ impedit eos ne clare
videant/ ⁊ signanter minuta:
ita ⁊ lutū temporaliū bonorū
⁊ curarū terrestriū/ impedit o-
culos interiores ne videant
manna sacre scripture/ ꝓpter
illius subtilitatem. Item dicit/
q̄ manna erat quasi pilo tusū/
supple granū. Cū enim tūdit
manna/ excorticatur pellicula
eius desuper / sicut fieri solet in
tūsione aliorū granorum: ita ī
proposito sacra scriptura tunc
tunditur vt folliculis exuatur/
cū sacri doctores laborant ad
illius expositionē/ ⁊ q̄ prius erāt
obscura nobis: plana faciunt:
vt legitur de beato Augusti-
no. Quod autē subditur/ in si-
militudinem pruine: erat sup-
ple manna: designatur q̄ ipsa
sacra scriptura ad modū prui-
ne refrigeriū prestat: ⁊ signan-
ter contra ardorem libidinis.
Hinc Hieron. ait: Ama studiū
lraꝝ/ ⁊ carnis vitia nō amabis.
Deinde dicitur/ q̄ filij Israel
videntes manna dixerunt ad
Moysen: Man hu? id est/ quid
est hoc? Hoc enim pre admira-
tione dixerūt: ita ⁊ q̄ insudant
studio sacre scripture/ cū per
gratiā dei perueniunt ad pro-
funditatem sensuū illius: tunc
merito possunt pre admiratio-
ne dicere Man hu? id est: Quid
est hoc? scilicet q̄ ipa sacra scri-
ptura est tam pregnans ⁊ fecū-
da/

da/tā subtilis ⁊ delectabilis/ tam amabilis ⁊ gratiosa. Nam vt dicit Grego. Ipsa vis nominis inuitat nos semper ad discendum: vt cum audis legem dei recitari/ inquiras/ ⁊ doctoribus dicas: Quid est hoc?

¶ Allegorice ⁊ tertio/ conformiter ad fratrem Petrū Berchoriensem/ manna significat corpus Christi in sacramento altaris: et hoc multiplici ratione.

¶ Primo ratione nois. Man hu enim interpretatur/ qd est hoc? qr sicut hic dicitur/ Hebrei videntes manna de celo descēdere/ dixerūt: Man hu/ i. qd est hoc? admiratiue loquēdo. Sic quicunq̧ bene considerat cibū istum. s. Christū in sacramento altaris: merito potest pre admiratione dicere: Man hu/ i. quid est hoc? qr ibi sunt tot mirabilia q̧ merito potest de eo fieri questio. vnde Psalm. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors ⁊ miserator dominus/ escam dedit timentibus se. Item idem: A domino factum est illud/ ⁊ est mirabile in oculis nostris.

¶ Secūdo ratione loci: Manna enim desursum venit cū multiplici miraculo. Sic ⁊ Christus in sacramento altaris/ iuxta illud eiusdem Christi verbū Joan. vj. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Itē idem ibidem de eodem: Pater dat vobis panem de celo verum.

¶ Tertio ratione modi: quia tantū de manna habebat ⁊ nō plus qui multū/ sicut qui parū colligebat. Sic et in sacramento altaris sub qualibet particula est totus Christus/ sicut sub integra et magna specie. Unde ad propositum potest dici illud Eccli. xviij. Neq̧ adiectum est/ neq̧ minuitur. Qui enim plures hostias consecratas recipit: non magis recipit de ipso sacramento q̧ ille qui solummodo recipit vnicam hostiam/ aut particulam illius. Unde beatus Thomas in prosa de festo corporis Christi: Sumit vnus/ sumūt mille: tantum isti quantū ille/ nec sumptus consumitur.

¶ Quarto ratione virtutis. Manna enim omnem saporē habebat: vt dicitur Sap. xvj. Insuper quicquid volebat comedēs/ sapiebat: sic eucharistia omnem habet virtutem/ qr continet illum in quo est omnis virtus et gratia. Et ideo eucharistia Grece/ bona gratia dicitur Latine: vt notatur .j. q. j. multi. De ipso igitur sacramento recte potest dici illud Sap. vij. omnem habens virtutem. Nec quidem mirum/ quia ibi est simila cum melle. i. hūanitas cū diuinitate.

¶ Quinto ratione finis: quia tantum durauit quandiu fuerunt Hebrei in via eūdi ad terram promissionis: ⁊ tūc omnino cessauit. Sic etiam sacramētum altaris institutum est pro isto statu tantum. Cessat autē vsus illius in celo: tūc enim fideles gustāt de fructibus terre promissionis: id est/ paradisi. Propterea ipsum sacramentum dicitur panis viaticus/ qr tantum in statu vie/ siue a viatoribus/ sumi debet.

¶ Sexto ratiõe similitudinis: Manna enim simile erat semini coriandri/ quod est mors carnibus: ita et sacramentum altaris mors est malis / vita bonis: non quidem ratione sui/ sed ratione recipientium qui frequenter inequaliter se habent ad ipsum. Et breuiter sicut dominus precepit ꝙ certa portio manne reponeretur in vrna aurea/ et reseruaretur ad perpetuam rei memoriam: ita etiam sacramentum altaris debet reponi in corde mundo. In cuiꝰ figuram legitur Matthei vicesimoseptimo/ ꝙ Joseph ab Arimathia sepeliuit corpus Jesu in syndone munda. Ecce igitur quomodo per manna significatur sacramentum altaris / propter sex rationes.

¶ Allegorice et quarto / per Aaron qui reposuit mãna intra vrnã auream: intelligitur deus pater/ qui reposuit manna/ id est benedictum filiũ suũ in vrna aurea: id est intra vterum virginis. Ipsumqꝫ in tabernaculo ecclesie mandauit perpetuo custodiendum sacramentaliter: secundum ꝙ ipsemet Christus Matthei vicesimoseptimo ait fidelibus: Ecce ego vobiscum sum vsqꝫ ad consummationem seculi.

¶ Anagogice et primo / per mãna intelligitur celestis gloria/ propter multa. Primo quidem quia manna erat cibus valde dulcis ad modum mellis. Et de celesti gloria dicitur in Psalm. Quam magna multitudo dulcedinis tue domine/ quam abscondisti timentibus te: Secundo vero / qꝛ manna vnũquemqꝫ satiabat. Et de celesti gloria dicit Psalm. Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Tertio autem/ quia manna erat granum minutũ: ita vt vix videri posset. Et de celesti gloria dicit dominꝰ Apocal. secũdo: Vincẽti dabo edere mãna absconditũ. Quarto deniqꝫ qꝛ manna descendebat de celo/ supple aereo/ vbi formabatur vt dictũ est supra: iuxta illud Psalm. Pluit illis/ supple dominus / manna ad manducandũ. Et de celesti gloria tenetur catholice/ ꝙ descendit per illapsum supra merita hominũ. Qꝛ teste apostolo Tit. iij. Nõ ex operibus iustitie: sed secundum suã misericordiã saluos/ supple facit credentes deꝰ. Et Jaco. j. Omne datum optimũ: quantũ ad gratiam/ qꝛ optimũ est gratia stabilire cor: vt dicitur Hebre. xiij. et omne donũ perfectum: quantũ ad gloriam/ descendens a patre luminũ. Ecce igitur quomodo per mãna intelligitur celestis gloria. Quãprimũ igitur iusti transeũt de hoc mundo ad patrem: et in se sentiũt illabi diuinam essentiam: dicũt ad dominum quasi gratias agentes/ illud Psalm. Signatum est super nos lumẽ vultus tui domine: dedisti letitiã in corde meo. Dicũt insuper pre admiratione/ tã inestimabilis et ineffabilis glorie illud predictũ verbũ/ Man hu? id est/ quid est hoc? In cuiꝰ figurã legitur. iij. Regũ. x. ꝙ cum regina Saba / per quã intelligitur anima deuota: venisset a finibꝰ terre. i. de hoc mũdo: ad

regem

regem Salomonẽ.i.ad deũ patrem: id est tot⁹ pacificus: cum multo comitatu gratiarum et meritorũ: videns p̄dicta regina.i.anima deuota oẽm sapiẽtiã Salomonis: ⁊ domũ quam edificauerat/ ⁊ cibos mẽse ei⁹/ ⁊ habitacula seruoꝝ/ ⁊ ordines ministrãtiũ/ vestesq̄ eorũ: per q̄ oia intelligit̃ immẽsitas glorie celestis: non habebat vltra spiritũ: dixitq̄ ad regẽ/ Uerus est sermo quẽ audiui in terra mea sup sermonib⁹ tuis/ ⁊ sup sapientia tua: ⁊ non credebam narrantibus mihi/ donec ipsa veni/ et vidi oculis meis ⁊ probaui ꝙ media pars mihi nunciata nõ fuerit. Maior est sapiẽtia tua/ ⁊ opera tua/ q̄ rumor quem audiui. Beati viri tui/ ⁊ beati serui tui/ qui hic stant coram te sempr ⁊ audiũt sapientiã tuam. hec ibi. que oia possunt esse verba iusti primũ ascẽdentis in celũ per apertã visionem: ita vt merito tũc possit dicere pre admiratione tãte glorie/ Man hu: id est/ qd est hoc? Psal. Sicut audiuim⁹/ supple in mũdo: sic vidimus in ciuitate domini virtutũ/ in ciuitate dei nostri. Et sunt verba comprehensorum.

¶ Anagogice ⁊ secũdo/ iuxta illud: Cũq̄ incaluisset sol/ liquefiebat. Notandũ/ ꝙ p manna intelligit̃ multitudo figurarũ q̄ scripte sunt de celesti gloria. Per solẽ aũt intelligit̃ clara dei visio/ siue claritas eterne glorie. Cũ igitur incaluerit sol.i.apparuerit illa perfecta ⁊ summa visio/ tunc liquefient.i. omnino cessabunt predicte figure. Et hoc est quod Apost. prime Corinth. xiij. ait: Cum venerit quod perfectũ est/ euacuabit̃ quod ex parte est. Hoc etiam in eodem sensu possum⁹ exponere de figuris veteris legis/ respectu veritatũ ⁊ mysteriorum legis gratie.

¶ Anagogice et tertio/ iuxta illud sequens verbum: In die autem sexta collegerunt cibos duplices/ scilicet filij Israel/ qui supple sabbato prohibebantur colligere cibos: designatur ꝙ in presenti debem⁹ diligenter colligere cibos bonorum operũ/ ⁊ laborare quãtum possumus/ quia cum peruenerimus ad sabbatum futurum/ id est ad requiẽ eternã: non erit temp⁹ colligendi mãna.i. laborare pro salute/ sed quiescere. Apocal̃.xiiij. Beati mortui qui in domino moriuntur: id est/ in cõfessione domini. Amodo iam dicit spiritus/ supple sanctus/ vt requiescant a laborib⁹ suis. Bene ergo dictum est in sequentibus capit. xxxj. Sex diebus operaberis: id est/ quandiu durat vita presens laborandum est in vinea domini. Cum autem sabbatũ/ id est requies future vite venerit̃: cessandum erit ab omni labore. Tunc enim edetur manna: prius/ id est in presenti collectum: id est/ delectandũ erit de opere ⁊ labore bono in presenti facto. Quandiu ergo durat vita ista colligamus cibos duplices: id est gratiam p presenti/ et gloriam pro futuro: vt in sabbato/ id est in tempore post mortem habeamus vnde in patria viuere valeamus. Amen.

Exodi decimoseptimo.
Prima clausula.



Gitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Syn / per mansiones suas: iuxta sermonem dñi / castra metati sunt in Raphydim / vbi non erat aqua ad bibendum populo. Qui iurgatus contra Moysen ait: Da nobis aquã / vt bibamus. Quibus respondit Moyses: Quid iurgamini contra me? Cur tentatis dñm? Sitiuit ergo ibi populus pre aque penuria / ꝛ murmurauit cõtra Moysen dicẽs: Cur fecisti nos exire de Egypto / vt occideres nos / et liberos nostros / ac iumẽta isti? Clamauit autem Moyses ad dominum dicens: Quid faciã populo huic? Adhuc paululum ꝛ lapidabit me. Et ait dominus ad Moysen: Antecede populum / ꝛ sume tecum de senioribus Israel / ꝛ virgam qua percussisti fluuium tolle in manu tua / ꝛ vade. En ego stabo ibi corã te supra petram Oreb / percutiesque petram / et exibit ex ea aqua: vt bibat populus. Fecit Moyses ita corã senioribus Israel. Et vocauit nomen loci illius tentatio / propter iurgium filiorum Israel / et quia tentauerunt dominum dicẽtes: Est ne deus in nobis / an non?

Historialiter postq̃ in precedẽti capitulo sanct⁹ propheta domini Moyses locut⁹ est de murmure filiorũ Israel contra eum ob defectũ ibi / ꝓpter quod misit dñs coturnicũ multitudinẽ: consequenter in principio presẽtis capituli agit de murmure eorũdem Israelitarum ob defectũ aque. Propter qđ misit illis dominus aquam de petra in abũdantia. Refert ergo legislator Moyses / q̃ cũ filij Israel recessissent de deserto Syn / castra metati sunt in Raphydim / vbi non erat aqua ad bibẽdum populo. Pri⁹ nempe / vt dictum est ca. xvj. huius / populus Hebreorũ passus fuerat defectum aquarum dulcium. Nam cũ apparuissent aque in Marath / ex illis tamen nequibat populus valde sitibũdus bibere / eo q̃ essent valde amare. Nihilominus ex appositione ligni / dulces facte sunt ꝛ potabiles. Hic autem maius miraculum factũ est / cum populo sitienti dedit dñs (qui est largitor omniũ bonorũ) aquã de petra. Et est hic notandum cõformiter ad Hieronymum / ꝛ ponitur in glo. ordi. q̃ omnis eremus vsq̃ ad montẽ Sinay / vocatur Syn. In hac autẽ solitudine Syn sunt quinq̃ mãsiones / quas fecerunt ibi filij Israel. Uerum q̃ iste mansiones magis exprimũtur Nume. xxxiij. hic autem solum nominantur ille in quibus factum est aliquid notabile. Et notandum conformiter ad dominum Hugonem Cardina. q̃ Raphydim / de qua fit hic mentio / fuit vndecima mansio filiorum Israel. Nam ante transitum maris rubri fuerũt quatuor / scilicet

Ramesse /

cet Ramesse / Sochot / Ethan / Phiairoth: a mari autem rubro vsq ad Sina octo: videlicet Marath / Helym / Jasuph / Syn / Depheca / Halus / Raphydim / sicut numerantur Nu. c. xxxiij. Quod ergo dicitur hic / q venit Israel de deserto Syn i Raphydim / pterit Moyses duas mansiones / scilicet Depheca et Halus: quod etiã innuitur in litera / vbi dicitur: Profecta est omnis multitudo de deserto Syn per mãsiones suas in Raphydim. Item notãdũ / q Syn nomen est toti9 deserti ab Helym vsq ad Sina: vt dictum est: est etiam nomen loci illius vbi est tertia mansio post Helym / et sic accipitur hic. Ecce quid intelligitur per desertũ Syn. Item quantum ad illud / per mansiones suas: Notandũ conformiter ad glo. interli. q hoc referendum est ad illas quinq mãsiones / que fuerunt a mari rubro / vsq ad montem Sinay. Et quamuis fuerint octo: vt patet Numeri xxxiij. Nihilominus non nisi quinq nominantur in litera / scilicet Marath / Helym / Jamsuph / dsertũ Syn / Raphydim. Et ideo dicitur hic q fuerint quinq / hic supple nominate: quamuis a parte rei / et de facto fuerint octo. Post has igitur mansiones castra metati sunt dicti filij Israel i Raphydim. Super hoc autem passu dicit de Pal. q Raphydim debet scribi per n in fine / vbi non erat aqua ad bibendum populo: vt sic cogeretur populus recurrere ad dominum pro potu. Populus igit tali necessitate afflictus / non recurrit / vt debuit ad dñm: sed cõuertit se ad iurgandum / siue murmurãdum contra ductorem suum Moysen dicens: Da nobis aquam vt bibamus. Et nota q iurgari / idem est q rixari vel litigare: et est verbum neutrũ. Potest etiam esse verbum actiuum in alia significatione / pro ut idem est q corripere / reprehendere / castigare / impugnare verbis / vel litigando verberare. Insuper in eisdem significationibus / secundum eundem de Pal. inuenitur iurgor iurgaris deponens: et sic accipitur in presenti / et potest stare pro litigare / rixari / vel reprehendere / siue culpare / aut impugnare aliquem verbis. Quibus respondit Moyses dicẽs: Quid iurgamini contra me? Et nota q hic Hebrei reprehenduntur de murmure, p pe nuria aque: non autem prius scilicet in Marath: quia tunc non fuerant experti beneficia dei in cibo et potu / sicut nunc. Cur tentatis deum? De hoc dicetur in solutione ad dubium quintum.

¶ Sequitur: Sitiuit ergo ibi populus pre aque penuria. Ecce populi necessitas. et murmurauit contra Moysen dicens: Cur fecisti nos et c. Ecce eiusdem populi malitia. Nam in tali necessitate debebant recurrere ad dominum / qui fecit a principio maria / fontes et flumina / et qui ea continue fluere facit. Hoc autem non fecerunt: sed conuerterunt se contra Moysen murmurando / q eos eduxisset de Egypto. In

hoc

hoc autem murmurabant magis cõtra dominum / qui principaliter eos eduxerat / sicut maxime patuit in mari rubro: ꝙ contra Moysen / qui erat solus minister domini in tali eductione. Hec igitur audiens Moyses / qui totus mansuetus erat / secessit seorsum a populo / et clamauit ad dominum: forte in secreto cordis sui / vel etiam ore. Et nota ꝙ Moyses recte egit recurrendo ad dominum in tali necessitate: quia vt dicebat Josaphat rex Juda: Cũ ignoremus quid agere debeamus / hoc solum residui habemus vt oculos nostros dirigamus ad te. Et Psal. Ad te leuaui oculos meos / qui habitas in celis. Dixit ergo Moyses ad dominum: Quid faciam populo huic? Non enim audet petere aquã pro populo / sciẽs ꝙ indignus esset tanto dei beneficio propter suum murmur: et ideo totum committit diuine prouidentie dicens: Quid faciam populo huic? Adhuc paululum et lapidabit me. Si autem Moyses iuste timuerit lapidari / nec ne / dicetur in solutione ad dubiũ. vj. Dixit ergo dominus ad Moysen: Antecede populum / supple vsꝙ ad petram Oreb. Que autem fuerit ista petra Oreb / dicetur postea. Reliqua autem huius textus patebunt in solutione dubiorum sequentium.

¶ Circa autem hãc clausulam mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium oritur propter illud verbum: Juxta sermonem domini. Queritur ergo / quando de hoc locutus est domin⁹? Dicendum cõformiter ad Josephũ / ꝙ in proposito non debet accipi sermo domini / pro voce sensibili / qua distingueret dominus populo Hebreorum mãsiones: sed per sermonem domini debet intelligi indicium nubis / qua per diem stante castrametabãtur / et qua se mouente pariter castra mouebãtur: et eam sequebantur: vt dicit Nume. xj. Nubes ergo hic dicitur sermo domini: non quidem vocalis / sed realis.

¶ Secundum dubium mouetur propter illud verbum: Ubi non erat aqua. Queritur ergo / cur dominus voluit deducere populum suum per talem viam deserti / in qua pateretur tot defectus cibi et potus? Dicendum / ꝙ hoc fuit vt ex frequenti necessitate oporteret eos habere recursum ad dominum / et sic melius sub timore domini retinerẽtur. Jtẽ vt per hoc bonorum patientia / et malorum impatientia monstraretur.

¶ Tertium dubium: Quare nõ fuit potus continuatus filijs Jsrael / sicut cibus manne? Ad hoc respondet Andreas: vt refert de Pal. ꝙ opus fuit vt aliquid subtraheret populo Hebreorũ / vt sic cogeretur vi flagelli pseuerare sub timore dei / cum in se esset populus dure ceruicis. Cibus autẽ erat eis magis necessarius / tanquã magis sustentans. Defectus autẽ potus magis affligit / ꝙ defectus cibi. Nam si quis valde esuriret: et in eodem gradu sitiret / et poneretur ante eum cib⁹ et potus in equali distãtia / citius

nus curreret ad potum / q̃ ad cibum. Patet ergo intentum.

¶ Quartum dubium: Cur Hebrei dixerunt Moysi / Da nobis aquam vt bibamus? Dicendum q̄ inter eos erant aliqui boni / et aliqui mali: ⁊ vtriq̄ dixerūt Moysi / Da nobis aquā / vt bibamus. Boni quidem pia intentione loquentes / tanquā dicerent: Nos scimus q̄ amic⁹ dei sis: hoc enim experti sumus per signa que per te ipse fecit / tam in Egypto / q̃ in mari rubro / q̃ in aliis signis sequentibus: ⁊ ideo tantum presumimus de tua sanctitate / q̄ si deprecatus fueris dominum pro largitione aquarum / vtiq̄ te exaudiet: et ideo in potestate tua quodammodo positum est / vt habeamus aquam ad bibendum. Mali autem eadem verba dicebant cum murmure siue per antiphrasim / tāquam dicerent: Tu adduxisti nos in terram istam / in qua siti morimur / ⁊ tu similiter. Nunc itaq̄ clare videmus / q̄ sis vnus deceptor: quia non potes nobis dare aquam / vt bibamus / nec etiā tibi / cum in eadē condemnatione nobiscum sis. Et sic derogabant sanctitati ipsius Moysi / qui etsi non potuerit dare aquā populo sitienti authoritatiue / potuit tamen deprecatiue. Sic enim viri sancti faciunt miracula.

¶ Quintū dubium oritur / propter illud verbū Moysi ad populum: Cur tentatis dominū? Videt eñ q̄ non tentarent dominum: quia non habebant q̄d humano consilio agerent quo ad prouisionē aque illis deficientis. Dicendū q̄ ꝓpter hoc dicti sunt tentare deum: q2 nō cū humilitate petierunt aquā / sed quia volebant probare potentiam dei / an scilicet posset eos potare in loco arido et inaquoso / vel si non diffidebant de potentia dei / volebant tamen probare vtrum essent tanti meriti / q̄ de⁹ daret eis aquā miraculose.

¶ Sextū dubiū mouet ꝓpter illud verbū: Adhuc paululum ⁊ lapidabit me. Queritur ergo quomodo Moyses cū esset tātus vir ⁊ tam perfectus / timuerit lapidari ab Israelitis / maxime cū pfecta charitas foras mittat timorē: vt d̄r. j. Joā. iiij. Dicēdū q̄ illud dicebat Moyses timore naturali / qui etiā cadit in cōstantē ⁊ perfectū virū: sicut patuit de Christo in orto / q̄ passus est timore ꝓpassionis q̄ preuenit rationē / non aūt timore passionis / qui excedit rationē. Perfecta aūt charitas / foras mittit timorē passionis / sed nō timorē propassionis: q2 ille naturalis est / ⁊ cōsequitur naturā humanā in se consideratā ⁊ derelictā. Vel charitas foras mittit timorem: id est angustiam et turbationem timori passioni annexam. Unde beatus Joannes statim ait / quoniam timor penam habet. vel dic secundum dominum Cardinalem / q̄ dictum Joan. intelligitur de timore seruili. vel dic / q̄ Moyses non dixit predictum verbum ex timore quo timeret sibi / sed quo timebat ne populus peccaret in lapidādo ipsum: vt dicit idem Hugo Cardina. Dominus autem

Archiepi-

Archiepiscopus Cantuariēsis dicit q̄ hoc dixit Moyses non ex timore/ sed ex familiaritate quā habebat cum domino. Sicut illud quod legit̄ in sequentibus.xxxij.c. Aut dele me de libro ꝛc. Que disiunctiua ꝑpositio debet cōuerti in conditionalem/ sic: Sicut necesse est q̄ non delebis me: ita verum est q̄ dimittes eis. Magister autē Nicolaꝰ de Lyra dicit/ q̄ hoc dixit Moyses timore popli/ ne eo interfecto ipse populꝰ recederet a dn̄o per idololatriam.

¶ Septimum dubiū mouetur propter illud verbum: Uirgam qua percussisti fluuiū / tolle in manu tua. Querit̄ ergo cur dominus hoc precepit? Dicēdum q̄ ideo / quia aliqui de populo Hebreorū erant adeo maligni q̄ dicebāt q̄ ministeriū illius virge solūmodo se extendebat ad mala infligēda: sicut patuit supra in plagis Egyptiorum / ꝛ q̄ non se extendebat ad conferendum bona. Ad ostendendū igitur falsitatem erroris eorū / ꝑcepit dominus Moysi q̄ vteretur ꝑdicta virga in eductione aque de petra: vt apte monstraretur q̄ ipsa non solū erat instrumētum diuine iustitie in malis pene inferendis / sed ꝛ diuine misericordie in bonis cōferendis.

¶ Octauum dubium: Cur voluit dn̄s q̄ Moyses assumeret aliquos de senioribus populi / quando erat ꝑcussurus petrā? Dicendū / q̄ ratio fuit vt illi essent testes q̄ nō fuerat ibi priꝰ aqua / ꝛ q̄ solo tactu virge Moysi miraculose fuerit educta. Item q̄ hec referrent populo / vt cognoscerent magis ac magis dei potētiam / ꝛ Moysi sanctitatem / essētq̄ promptiores ad illi obediendum. Item hoc iussit dominus / vt ostēderet q̄ illi qui presunt populo / siue in spiritualibus / siue in temporalibus / debent aduocare secū viros graues / ꝛ qui sint boni consilij / quorum consilio vtātur in rebus arduis.

¶ Nonum dubium: Cur dicta petra dicitur petra Oreb? Dicendū / q̄ non dicitur petra Oreb / eo q̄ esset in monte Oreb / qui est idem q̄ mōs Sinay: qꝛ adhuc satis distabāt ab illo loco: sed est alius locus / eiusdem tamē nominis. Petrus autem Comestor dicit / q̄ in proposito per petram Oreb / intelligit̄ pars montis Sinay / sic dicta. Nam dictus mons est valde lōgus. Alia tamē (inq̄t) et alibi / est petra Oreb: sic dicta ꝑpter Oreb regem / qui in ea fuit occisus: vt legitur Judic.vij.

¶ Decimum dubium oritur ꝑpter illud verbum dn̄i ad Moysen: Sume virgam qua ꝑcussisti fluuium. Huius cōtrarium videtur posse trahi ex.vij.cap. huius. Ibi enim dictum est / q̄ Aaron percussit aquam fluminis / que statim versa est in sanguinem. Dicendum / q̄ Aaron percussit fluuium / authoritate ꝛ precepto Moysi: vt ibi dictū est. Ille autem dicitur aliquā rem facere / cuius authoritate fit. Et ideo hic dicitur / q̄ ipse Moyses percussit fluuium. Ita enim dicit August. in lib. questionum super Exodum. Uel vt idem ibidem dicit / hic accipit̄ fluuius pro mari rubro / quod percussit

percussit in propria Moyses/
quando fuit questio de diuisione
illius vt transirent filij Israel.
Et hoc modo capitur fluuius/
cum dicitur in Psalm. Tu sic=
casti fluuios Ethan.

¶ Undecimum dubium moue
tur ppter illud verbum domi=
ni ad Moysen: En ego stabo
ibi corã te supra petrã Oreb.
Queritur ergo quomodo ibi ste=
tit dominus? Dicendum/ q for
te ibi stetit per subiectam crea
turam/ qualẽcunqz z qualiter=
cunqz voluit. Uel dicendum/ q
dominus stetit vbi supra tanqz
parat? adimplere petitionem
Moysi de aq datione. Uel ste=
tit ibi per effectum.

¶ Duodecimum dubiũ: Utrũ
dominus in effectu produxerit
aquã de petra Oreb? Uidetur
q non: quia de hoc effectu ni=
hil dicitur in textu: sed solum
q dominus promiserit Moysi
se ita facturum. Dicendum/ q
etsi de hoc nihil dicatur in lite
ra: tamẽ sufficienter subintelli
gitur. Nam ex quo ipse dñs ali
quid pmittit/ indefectibiliter
(quãtũ i se est) tenet pmissum.
Insup vt dr in litera/ fecit Mo
yses ita/ vt supple fuerat sibi
impatũ a dño/ pcutiẽdo petrã.
Ergo videt bene sequi q inde
educte sũt aq i abũdãtia. Hec
aũt pcussio petre bis facta est/
tamen in diuersis locis z tẽpo
ribus. De prima pcussione hic
legitur. De secũda autem Nu
meri. xx. Item in Ps. Irritaue=
rũt eum/ scz dñm/ ad aquas cõ=
tradictionis: z vexat? est Mo=
yses ppter eos: quia zc.

¶ Decimũtertiũ dubiũ/ est de
sensu illoz verborum interro
gatiuorum filioz Israel: Estne
deus zc. Dicẽdũ/ q possunt du
pliciter intelligi/ sm de Palu.
Primo qdẽ sic: Estne de? i no=
bis? p gratiã i. deus q est in no
bis p gratiã/ est ne tante virtu
tis vt hoc possit facere/ aut nõ?
Secũdo sic: Est deus in nobis
per gratiã/ vt simus tãti meriti
apud eũ/ vt hoc p nobis facere
velit: ita vt assertiue intelliga=
tur/ z non dubitatiue.

¶ Moraliter z.j. Per aquã po
test intelligi grã spũssancti/ q
purgat sordes vitioz/ sicut aq
naturalis sordes corporales: iu
xta illud Ezec. xxxvj. Effundã
(inqt dñs) sup vos/ supple pec=
catores: aquã mundã/ z mũda
bimini ab oib? inqnamẽtis ve
stris. Hec aũt aqua/ petẽda est
a dño/ q solus potest eã dare.
Ps. Gratiã z gloriã dabit dñs.
Et Iaco. j. Oẽ datũ optimũ/ z
oẽ donũ pfectũ/ desursum est/
descẽdẽs a patre luminũ. Per
filios autem Israel/ in deserto
existentes/ z penuriã aque pa=
tiẽtes/ intelligũtur miseri pec=
catores in deserto peccati exi=
stẽtes. Tales ergo pie possunt
clamare ad dñm/ z dicere cum
pdicto populo Hebreoz: Da
nobis aquã vt bibamus. Q si
pseuerãtes fuerint in petitiõe
sua/ tãdẽ inopinate dabit illis
dñs aquam gratie/ z virtutis.
Sed qd est q popul? Hebreo=
rum recurrit ad Moysen, p im=
petranda aqua: nisi q recurrẽ
dũ est ad Christũ p gratia ha=
benda/ q solus dat eã in gene=
re cause meritorie. Unde cum
Ioãnes. j. c. premisisset de eo=
dem Christo/ dicens: Uidimus
eũ/ plenũ gratie: consequenter
post

post pauca subdit dicēs: De ple nitudine eius nos oēs accepimus: gratiā pro gratia. Similiter recurrēdū est ad beatā virginem/ et ad oēs sanctos et sanctas dei. Qui etsi et illi nō sint ꝓprie collatores gratie/ q̄ a solo deo fluit in genere cause efficientis: et a Christo homine in genere cause meritorie: ꝑ modum tamen deprecationis possunt eam nobis impetrare. Unde hac de causa solēt predicatores monere populū/ vt ꝑ hac causa se conuertat in principio sermonis ad matrem gratie/ offerēdo sibi illud eulogiū: Aue gratia &c. Hinc scriptū est Job v. Ad aliquem sanctorum conuertere. Erubescant ergo Lutheriani predicatores hanc tam sanctam et laudabilē consuetudinē hacten⁹ in ecclesia Christi obseruatā destruere/ et penitus ānullare satagētes. Quos qualiter nisi anticomaritas appellari non iudico. xxiiij. q. iij. quidā autē heretici. Ex quo ergo tales proclamant sanctos non exorandos: iustū est vt nullus pro ipsis oret altissimum. Ps. Nō sit illi adiutor/ scilicet qui sapit predictam heresim.

¶ Moralr et scd'o/ Petra Oreb est peccator durus et quasi obstinatus: quē quādo Moyses/ id est deus/ siue prelatus percutit virga correctiōis/ sepe emittit aquā lachrymose ꝯpūctionis/ et q̄ prius erat tot⁹ aridus et siccus per defectū aque predicte/ subito totus aquosus efficitur. Et de hoc habemus historiam in Magdalena/ que cū fuisset tanq̄ lapis in ciuitate peccatrix/ tandem veniens ad Christū fontem omniū gratiarum/ adeo mollis effecta est/ q̄ lachrymis fluctibus ex oculis suis tanq̄ ex duob⁹ fontibus/ cepit rigare pedes Jesu. Tunc ergo de ea potuit veraciter dici illud Psalm. Posuit/ supple deus: desertū .i. cōscientiā peccatricis Magdalene: in stagna aquarū. Hoc dr propter abundātiam lachrymarum eius: ita vt tūc dicere posset illud quod alibi dicit idem Psal. Exitus aquarū deduxerunt oculi mei: quia non custodierūt legē tuā. Sequitur vbi supra: Posuit (inquam) idem deus et dominus: terram/ idem quod desertum: sine aqua/ supple ꝓue existens: cū esset adhuc in ciuitate peccatrix: in exitus aquarū/ postq̄ scilicet venit ad Christum.

¶ Moraliter et tertio/ Per p̄sentem historiam instruimur tēpore siccitatis aut sterilitatis terre recurrere ad dominū per deuotam orationē: quia vt habetur Jacob. v. Multum valet depcatio iusti assidua. Hoc autem declarat idem Apost. etiā quantū ad propositum/ dicēs: Helias orauit/ et celū quod supple clausum fuerat per annos tres/ et mēses sex: vt legitur. iij. Reg. xvij. dedit pluuiā/ et terra dedit fructum suum. Filij nobilium et diuitū hui⁹ seculi/ si videant dispensatorem domus illis denegare cibum et potum/ tunc recurrunt cū fletu et querulosa voce ad patrē: ita in ꝓposito/ cum simus filij dei/ terra autem sit solum dispēsatrix bonorum temporalium illius/ si viderimus q̄ deneget nobis vite necessaria/ debemus cū lachrymis

thzymis recurrere ad patrē celestem/ et pie conqueri de dispē satrice sua terra: et tunc prouidebit nobis de vite necessariis. Mat. vj. Querite primū regnū dei/ et iustitiam eius/ et hec omnia adijcientur vobis.

¶ Moraliter et quarto/ Per filios Israel conquerētes de aque penuria/ intelliguntur plerique religiosi: qui si nō fuerint saturati/ murmurabunt: nō considerata paupertate domus/ aut rerum inopia/ sed soli cupiditati sue satisfacere volentes. Hi enim sunt qui frequenter corde/ aut etiā aperto ore cōqueruntur de illis qui pie intendētes traxerunt eos de seculo ad claustrum/ et dicunt: Cur eduxistis nos de Egypto: id est/ de mundo/ vt occideretis nos in hoc deserto religionis/ per nimia ieiunia et abstinētias? Hec igitur et similia audiens Moyses: id est deuotus prelatus: cōuertit se ad dominum/ dicens: Quid faciam pop'lo huic? Adhuc paulum/ et lapidabunt me: supple suis linguis. Quale igitur remedium ne vlterius lapidetur pauper Moyses/ id est prelatus? Profecto debet venire ad petram Christum/ et huiusmodi petrā tangere per deuotam oratione/ vt subditi habeant saltim vite necessaria: et vt non habeant occasionē conquerēdi/ sed cesset murmur eorum. Qui si fecerit ita/ vna cum bona diligentia circa res secūdas/ lapis Christ⁹ dabit aquas in sufficientia.

¶ Moraliter et quinto: iuxta illud verbum: Clamauit Moyses ad dominum/ notandum q per Moysen designatur bonus prelatus (vt dictum est supra immediate) qui videns aquam gratie deficere subditis suis propter eorum mala opera/ debet clamare ad dominum per deuotam orationē/ vt ipse dignetur illam eisdem largiri. Et quuis omnes teneantur clamare ad dominū pro dicta aqua gratie habenda/ plus tamen prelatus q subditi: quia pro se et alijs ratione officij. Subditis autem sufficit saluare animas suas/ nisi forsan ratione mutue charitatis: quia scriptū est Ecclesiastici decimoseptimo: Unicuique mādauit deus de primo suo. De prelatis antē dixit Augusti. ad fratres in eremo. ser. xxxix. qui intitulatur de vita solitaria/ q nō sufficit prelato seipsum immaculatum custodire/ sed expedit vt subditos (quātum in se est) faciat vita et exēplo relucere. Hec ille. Et breuiter subditi non ponunt animas suas pro prelatis suis/ sicut ediuerso.

¶ Moraliter et sexto: Iuxta illud verbum domini ad Moysen: Antecede populū. Notandū cōformiter ad dñm Pet. de Pal. q eadem verba videt̄ dicere dñs cuilibet p̄lato. Decet enim vt p̄latus antecedat subditos honesta conuersatione et vite exēplaritate/ quos antecedit officij dignitate. In cuius figura dicitur Mat. ij. q stella antecedebat eos. Sed timēdū est de multis prelatis/ ne precedant suos subditos ad malum/ sicut Iudas precedebat milites ad capiendum Christum in orto. Tales nēpe mali

prelati

prelati sunt similes cuidã pisci qui dicitur milos (secundũ aliquos) vel delphinus: sm alios: qui multitudinẽ piscium: se sequentem: introducit in os balene. Sic et tales mali plati introducunt secum multitudinẽ subditorum ad malũ: ipsos sequẽtium in os inferni. In hoc tamen est differentia: q balena delphinum libere permittit exire de vẽtre suo: alios pisces sequaces deglutiendo. Infernus autem retinet intra se tam malum prelatum: q malũ subditum: et adhuc istud est sibi parum: quia omnes deuorare appetit. Hic est q videmus in picturis os inferni: Gallice: la gueulle denfer: semp apertũ.

¶ Allegorice et primo. Per petram: de qua hic agit: intelligitur Christus: iuxta id quod scriptum est. j. Corin. x. Petra erat Christus. Hec igitur petra fuit in cruce lancea percussa: et inde exiuit sanguis et aqua. Joan. xix. Et ex his duobus habẽt suam efficaciam completam ecclesie sacramenta: in quibus cõfert aqua gratie salutaris: qua refocillatur populus Christianus. Unde Apos. vbi supra: Bibebant autem de spiritali: consequente eos petra.

¶ Allegorice et secundo: Per populum Hebreum sitientem et conquerentem de aque penuria: designatur defectus gratie in veteri lege. Et quãuis populus tunc haberet multiplicitatem et varietatem sacramentorum: ille tamen non pferebãt aquã gratie: quia non iustificabant ex opere operato. Secus autẽ de sacramentis noue legis. Nã ex quo petra Christus pcussa fuit in cruce: abierunt in sicco flumina: id est: sacramenta conferẽtia gratiã ex opere operato: dũmodo nõ ponatur obex. Modo ergo sublata est causa murmuris Judeorum apud populum fidelem: quia ex quo pdicta petra percussa est: abundat populus fidelis aquis gratiarum: ad quas nos inuitat ipsemet Christus: dicens illud Esa. lv. Omnes sitientes venite ad aquas. Sed vnde hauriemus eas? Certe de fontibus saluatoris: vt habet eiusdẽ Esaie xij. id est de plagis et vulneribus Christi: ex quibus processerũt predicte aque in genere cause meritorie. Sed quid est q homines et iumenta laborabant sitti tempore Moysi: qui tandẽ recreati sunt ex aqua prodeũte ex grandi lapide percusso? Profecto p homines et iumenta: designãtur sapientes et simplices: siue grandes et paruuli: vel vtriusq homines: qui in aduentu saluatoris: et signanter ex eo tempore quo petra percussa est in cruce: possunt per dei gratiã inuenire aquam in copia: vt dictum est.

¶ Allegorice et tertio: petra est sacra scriptura: cuius difficultas et duritia non consueuit statim aquam doctrine fundere: quinimo oportet bis vel pluries studendo: et sacros codices reuoluendo diligenter insistere: priusquã perueniat ad verum fontem. i. verũ sensum ipsius scripture sacre. Cur autem voluit dominus: vt tã occulte lateret pfunditas aque scripture sacre? Dicendum: q propter

propter tria: primo quidem propter indignitatem illorum qui sacrã scripturam non recipiũt/ et ne ex nimia claritate illi⁹ veniat apud eos in contẽptum. Hinc Christus Matth.vij.ait: Nolite sanctũ dare canib⁹: neque mittatis margaritas vr̃as ante porcos: ne forte cõculcẽt eas pedibus suis. Secundo quia vt dicit Chrysost super Mattheũ in opere incompleto homel.xlvj. deus voluit alios esse doctores/ et alios discipulos. Si autem omnes omnia scirẽt doctor necessarius non esset: sicque esset rerum ordo confusus. Tertio propter humanam occupationem. Unde Grego. super Ezech. homel.xvij. Sacra (inquit) scriptura tota propter nos scripta est: sed nõ tota intelligitur a nobis. Multa quippe in illa aperta sunt vt pascãt paruulos. Quedã vero obscurioribus sententijs inuoluta sunt: vt exerceant fortes: quaten⁹ cũ labore intellecta/ plus grata sint. Nõnulla autẽ ita in ea clausa sunt/ vt dum ea non intelligimus/ agnoscentes infirmia nostre cecitatis/ ad humilitatẽ magis quam ad intelligẽtiam proficiamus. Sunt enim quedã in ea q̃ ita de celestib⁹ loquũtur/ vt solis illis supnis ciuib⁹ in patria sua persistẽtib⁹ pateãt. hec Greg. vbi supra.

¶ Allegorice et quarto/ Moyses cõtra quem murmurãt filij Israel propter defectũ aque: significat studiũ sacre scripture/ cõtra qd multi murmurant: et hoc pcipue ppt defectũ aque subsidij tẽporalis qd cõmuniter nõ inuenitur: saltim abundãter in hmõi studio. Propter quod se transferũt cõmuniter ad aliud genus studij/ quod est de pane lucrando: et hoc est qd metrice dicitur: Dat Galien⁹ opes/ et pagina Justiniana. Ex alijs paleas/ ex istis collige grana. Aliqui libri habent loco illius/ et pagina Justiniana: dat sanctio Justiniana: vt patet in glo. super proemiũ digestorũ. §. nos vero. Super illo verbo/ doctissimi.


¶ Allegorice et quinto/ iuxta illd principiũ precedẽtis clausule. Igitur profecta ois multitudo. Notandũ/ quod ista possumus referre ad iudicij diem/ qd fiet in valle Josaphat. Tunc ergo omnis multitudo nedum filiorum Israel/ verũetiam omniũ hominũ/ qui fuerũt/ sũt et erũt/ profectura est de deserto Syn .i. de locis suis et mansionib⁹. i. sepulchris/ quo ad mortuos: et castra metabunt in vallẽ Josaphat/ dicente dño Johelis.iij. Ecce in diebus illis in tẽpore illo cũ cõuertero captiuitatem Juda et Hierusalẽ/ supple ad finem/ et fuerit factũ vnũ ouile/ et vnus pastor: vt dicit Joan.x. Sequit/ cõgregabo omnes gẽtes/ et deducã eas in vallẽ Josaphat/ et ibi disceptabo cum eis. Idẽ etiã predixit Christ⁹ Mat.xxv. Qd aũt populus petierit aquã a Moyse ad bibẽdum/ designat quod tũc ibi reprobi/ qui a sinistris Christi erũt/ libenter peterent aquã misericordie/ si scirẽt se exauditures. Potest etiam hoc intelligi de aqua elementali/ quã etiã libẽter peterẽt dicti reprobi/ qui ibi apparebunt in corpore et ani-

P ma/

ma/ quorū corpora plusq̄ dici potest pre siti nimia alterabū-tur ab ardore ignis infernalis ea affligētia. Sed dato q̄ hu-iusmodi aquā peterent ad sui refrigeriū: nullo modo tamen illam etiā in quantulacūq̄ mo-dicitate obtinere poterūt. Hi-storiā habemus de diuite epu-lone Luce .xvi. Nā lapis Chri-stus erit tūc adeo durus/ q̄ ad nullius preces tūc flectetur ad misericordiā. Et ideo dū tem-pus habem⁹ operemur bonū/ & simus alijs misericordes/ vt & ipse Christus tūc nobis mise-ricors fiat. Quia scriptum est Iacobi .ij. Iudiciū sine miseri-cordia fiet &c.

¶ Anagogice filij Israel val-de sitiētes & dicētes ad Moy-sen: Da nobis aquam vt biba-mus: designant multitudinem angelorū qui sunt filij dei per creationem/ quia fecit eos om-nes ad imaginem & similitudi-nem suam. Hi igitur filij dei/ quando primum conditi sunt/ valde sitierunt gloriam eter-nam/ cū iam haberent gratiā secūdū communem opinionē: & ideo illam petierūt a domi-no/ dicentes: Da nobis aquam vt bibamus .i. vt satietur appe-titus noster. Psalm. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Sed circa huiusmodi petitionē fuit differētia magna inter dictos filios dei. Nam aliqui eorū pe-tierūt predictam aquā eterne glorie a domino/ de qua Psal. Apud te est fons vite. Sed q2 illam non petierūt debito mo-do/ sed cū iurgio: & quasi illis bene debitam propter pulchri-tudinem naturaliū: & quasi ni-hoc nihil attribuentes gratie dei: ideo illā non receperunt/ q2 teste apost. Tit. iij. Nō ex o-perib⁹ iustitie que fecim⁹ nos: sed secundum suam misericor-diam saluos nos fecit. Nō qui-dem solum nos homines: verū etiam angelos: alij autem an-geli qui dictam aquam eterne glorie petierunt principaliter ex gratia dei/ iuxta illud Ro. vj. gratia dei vita eterna/ ad illam peruenerunt: dictūq̄ est illis/ intrate i gaudiū domini vestri Matthei .xxv. Uerum q̄ hoc solum dictum est ad ange-los bonos. Sec⁹ aūt de homi-nibus iustis ex hac vita dece-dentibus. Tales em̄ non intra-uerunt in gaudium dn̄i sui/ nec biberūt ex aqua saliēte in vitā eternā/ nisi postq̄ percussa est petra. Petra aūt erat Christ⁹ j. Cor. x. Postq̄ igitur hec pe-tra percussa fuit in cruce/ subi-to abierunt in sicco flumina .i. in corda arida sctōꝝ patrū exi-stentiū in limbo/ ad quos de-scendit Christ⁹ cōmunicās il-lis visionē sue essentie/ et illos inde liberās/ & tandē deducēs ad locū celestis glorie. Et tūc dictum est illis: sicut longe an-te dictum fuerat ad angelos sanctos: intrate in gaudiū do-mini dei vestri. Item tunc di-ctum est illis illud Esaie .lv. Omnes sitiētes/ id est qui tam diu desiderastis refrigerari a-quis celestis glorie/ venite ad aquas. Nec adhuc cessat Chri-stus inuitare hodie homines ad huiusmodi aquas/ dicens illud Ioan. vij. Si quis sitit .i. desiderium habet saluādi/ ve-niat ad me & bibat.

¶ Secunda clausula.



Enit autem Amalech / et pugnabat cōtra filios Israel in Raphidim. Dixitq̧ Moyses ad Josue: Elige viros ⁊ egressus pugna cōtra Amalech cras. Ego stabo in vertice collis / habēs virgā dei in manu mea. Fecit Josue vt locutus fuerat Moyses / ⁊ pugnauit cōtra Amalech. Moyses autē et Aaron ⁊ Hur ascenderūt sup verticē collis. Cumq̧ leuaret Moyses manus / vincebat Israel. Sin autē paululū remisisset / superabat Amalech. Manus aūt Moysi erant graues. Sumētes igit lapidē posuerūt subter eū in quo sedit. Aaron aūt ⁊ Hur sustentabant manus eius ex vtraq̧ parte. Et factū est vt manus eius nō lassarent vsq̧ ad occasum solis. Fugauitq̧ Josue Amalech / ⁊ populum eius in ore gladij. Dixit autem dominus ad Moysen: Scribe hoc ob monimentum in libro / et trade auribus Josue. Delebo enim memoriam Amalech sub celo. Edificauitq̧ Moyses altare / ⁊ vocauit nomen eius dominus exultatio mea: dicens quia manus solius domini / ⁊ bellū dei erit contra Amalech a generatione in generationem.

¶ Historialiter postq̄ in precedēti clausula gloriosus dei amicus Moyses locutus est de murmure filiorū Israel in Raphidim ob defectū aq̄ / ⁊ qualiter dñs produxit aquarū abundātiam de petra / ad tactū virge per Moysen: hic consequēter agit de pugna inita inter filios Israel parte ex vna / et Amalechitas pte ex altera. Refert ergo Moyses q̄liter postq̄ dñs cōtulit prosperitatē populo Israeli in eductione aquarū de petra: vt haberet vnde temperaret sitim quā patiebat / cōsequenter misit cōtra eundem populū aduersitatē: de qua dr in textu: q venit Amalech / et pugnabat contra filios Israel in Raphidim: quod debet scribi sm de Pal. per n / in fine: q̄uis cōiter scribat p m: vt dictū est in pce. clauf. Sed de hoc parum curandū est. Dixit ḡ Moyses ad Josue: Elige viros / supple bellicosos ⁊ electos de tota multitudine populi Israelitici: et egressus / supple de castris / vt sic audacia ⁊ p̄sumptio Amalech retūdatur: pugna cōtra Amalech. i. Amalechitas: cras. Notāter autē dicit / cras: vt sic interim maturius Josue pararet se ad bellū. Dicit autē hic Coniestor / q Josue paucos bellatores assumpsit / ⁊ multos ad custodiā castrorū reliquit. Non autem voluit Moyses q expectaretur exercitus aduersariorū / sed iretur sibi obuiam: ne pueri et mulieres atq̧ timidi q erāt in castris / nimis terrerentur ⁊ fugerent: nec darent maior audacia Amalechitis: En i. ecce: ego stabo / inqt Moyses: i vertice collis / ad pugnādū p̄cib9: habēs virgā dei in manu mea: vt sic victoria deo adscribat. Josue ḡ fecit sicut imperauerat Moyses. Moyses aūt et Aarō ⁊ Hur / ascēderūt sup vertice[m]

 ticem

ticem collis. Ut aūt dicit August. & ponitur in glo. ordi. eadem numero virga dicit fuisse triū. s. dei/ Moysi/ & Aaron: sicut dicit spiritus Helye/ q̄ est spirit⁹ dei: cuius particeps fuit Helyas. Sequit in textu: Cūque leuaret Moyses manus/ vincebat Israel. Unde p̄ hoc ostenditur efficacia orationis Moysi serui dei. Sin autē paululū remisisset/ superabat Amalech. Ecce quātū obest remissio orationis: Manus autē Moysi erant graues. Per qđ designabat/ vt dicit de Lyra/ q̄ in populo sibi subdito erant aliqui peccatis aggrauati: q2 vt dicit Greg. secundum qualitatem subditorū/ disponūtur acta regentiū. Ratio autē litteralis huiusmodi grauitatis/ secundū Andream hec erat: Nā ex continuo labore eleuandi eas sursum fatigate & pōderose erant. Uel dicūtur fuisse graues ab effectu. s. super Amalech q̄ interijt i illo bello. Sicut .j. Regum. xv. legitur: q̄ aggrauata est manus domini super Azotum. Quia igitur huiusmodi manus erant graues: ideo Aaron & Hur sumentes lapidē posuerūt subter eū/ in quo sedit. Ex quo patet/ q̄ cum quis stans/ aut genuflexo fatigatur orare dn̄m/ potest sedens ip̄m orare: & presertim in oratione priuata: secus aūt de oratione solēni & publica. Refert tamen domin⁹ Hugo Cardi. q̄ in maiori ecclesia Parisieñ. in secreto misse omnes maiores sedēt. Hoc aūt forte fit vt exprimat presens mysterium de Moyse/ qui orauit sedēs. Uel forte hoc sit vt exprimantur apostoli/ q̄ orante domino in cruce/ et pugnante cū diabolo fugientes sederunt. i. quieuerunt. Pueri aūt in dicta ecclesia Parisieñ. stant inclinato capite/ vt exprimantur mulieres sepe venientes ad monumentum/ & inclinantes se in illud. In multis aūt ecclesijs stant omnes/ vt exprimant Josue & socios ei⁹ contra Amalech dimicantes. Cūq̄ Moyses predicto modo perseueraret in oratione vsq̄ ad solis occasum: fugauit Josue Amalech & populum eius in ore gladij. Unde Hebrei dicūt/ q̄ omnes fortes de Amalech fuerunt interfecti in illo bello/ nec vlli effugerūt preter quosdam timidos & parū valētes. Et vt dicit Josephus in illo exercitu Amalechitaꝝ erāt quinq̄ reges pugnantes cōtra Hebreos qui omnes p̄ Josue & suos occisi sunt cum suis. De Hebreis autem null⁹ interijt/ secundū eundem Josephum.

¶ Sequitur: Dixit aūt domin⁹ ad Moysē: Scribe hoc ob monimentū in libro. s. ad perpetuam rei memoriā: & trade auribus Josue. Ac si diceret ei: Legas/ et lectū tradas Josue: q2 ip̄e recturus est populū post te. Delebo enim memoriā Amalech sub celo: vel vt alij libri habēt/ de sub celo. i. de mūdo isto. Istud tamen non fuit statim impletū/ sed tantū tempore Saul: vt patet. j. Regum decimoquinto. Edificauitque Moyses altare/ & hoc supple ad offerendū hostias domino pro gratiarū actione de obtenta victoria: & vocauit nomē &c.

cetera patent faciliter.

¶ Circa hanc clausulam possunt moueri quedam dubia.

¶ Primũ igitur dubium: Cur permisit dominus populũ Hebreum recepto dei beneficio in aquarũ largitione: tam subito pati bellum ab aduersariis Amalechitis. Dicẽdũ: ꝙ hoc fecit ad insinuandũ ꝙ prospera plerũqꝫ concomitantur aduersa: ⁊ hoc ne ex prosperis nimiũ exaltetur cor humanum: etiam vsqꝫ ad inanem gloriam siue superbiam. Unde hac de causa permisit dominus salubriter: ꝙ sanctus ille rex Dauid post tot ⁊ tantas victorias a proprio filio Absolon impugnaretur: ita vt vellet eum pellere regno. ij. Regũ. xviij. Nam sicut vino forti miscetur aqua ne inebriet potantem: ita ⁊ de9 ex magna bonitate sua adiungit psperis aduersa: ne in illis infatuetur homo: ⁊ impediatur ne velociter currat ad dominũ: vt dicit Greg. homel. xiiij. vbi etiam addit dicens: Nulla (inquit) blandiẽs prosperitas nos seducat: qꝛ stultus viator est: qui in itinere amena prata conspiciens obliuiscitur quo tendebat. Hec ille. Uel dic: ꝙ ideo permisit dominus predictũ bellum insurgere cõtra Israelitas: vt ex victoria sequenti amodo audaciores essent cõtra aduersarios insurgentes. Item vt de spoliis Amalechitarum essent muniti armis: et aliis necessariis: que remanserunt tam ex his qui tũc occisi sunt: ꝙ̃ ex viuis qui fugerunt. Et iste due rationes innituntur literali sensui: magis ꝙ̃ ea que prius dicta sunt ad hoc dubium.

¶ Secundũ dubium: Quare Moyses potius commisit curã belli Josue: ꝙ̃ aliis? Dicẽdũ: ꝙ ideo qꝛ forte intellexit per spiritũ ipm post se debere principari. Propter quod fecit eũ capitaneũ exercitus. Et nota: ꝙ iste Josue fuit trinomius: Nam dictus est Josue: Jesus: Osee. Et quodlibet horũ nominum sonat idem ꝙ saluator: vt dicit dominus Cardin. Fuit aũt de tribu Effraim: vt dicit Petrus Comestor.

¶ Tertium dubiũ: Cur Moyses non processit in propria ad preliũ contra Amalech? Dicẽdũ: ꝙ ipse preelegit orare deũ: ⁊ committere curam belli Josue: vt aperte ostenderet: ꝙ illa victoria ex deo erat: ⁊ nõ ex homine. Unde Grego. Uirga dei est in manu habẽda vt ostẽdatur non propria virtute: sed dei virtute factam esse victoriam. Et ex hoc passu potest haberi non expedire vt princeps in propria vadat ad bellum: et ingrediatur campũ certaminis: quamuis satis expediat vt sit prope: qꝛ mors eius esset nimium damnosa exercitui. Unde quando fuit preliandum cõtra Absalon: Dauid pater ei9 non fuit in propria: sed curam commisit capitaneo suo Joab ij. Regũ. xviij.

¶ Quartum dubium: Quare Moyses ascensurus sup verticem collis vt oraret dominũ: assumpsit Aaron ⁊ Hur? Dicẽdũ: ꝙ ideo vt essent ei auxilio in longa eleuatione manuum suarũ ad dominũ. Potest etiã

assignari ratio moralis de qua postea dicetur in loco suo.
¶ Quintum dubiũ: Quis fuit iste Hur quem assumpsit Moyses? Dicit Petrus Comestor: ꝙ ipse fuit vir Marie sororis suple Moysi et Aaron. Tamen secundũ ꝙ legitur. j. Paralip. ij. Nõ fuit vir dicte Marie: sed filius: cuius pater dictus est Caleph: auus autẽ Beseleel: qui prefuit operi tabernaculi: istam controuersiam prolixe satis deducũt de Lyra ꝛ de Pal. Videat ibi lector. Tandẽ resoluunt: ꝙ iste Hur fuit maritus Marie: allegantes Josephũ tertio libro antiquitatũ. Ratione ergo talis affinitatis in parte ascendit in montẽ cũ Moyse: et sibi commissum est regimen populi vna cũ Aaron in absentia Moysi: quãdo solus ascendit in montem vt legem domini acciperet.
¶ Sextum dubium mouetur propter illud verbũ: in ore gladij. Queritur ergo quid intelligitur per os gladij? Dicendũ: ꝙ intelligitur plena et totalis exterminatio: siue per mortem: siue per fugam. Et dicitur talis exterminatio in ore gladij fieri propter similitudinem: quia sicut cibus instanter ore deuoratur: sicꝙ vlterius non videtur: sic etiam est de illis qui in prelio penitus exterminantur. Et iste modus loquendi sepe repetitur in sacra scriptura: ꝛ signanter in libris Regum: et Paralipomenon.
¶ Septimum dubium mouetur propter illud verbum: Delebo memoriam Amalech sub celo. Queritur ergo quare potius voluit dominus delere memoriam Amalech ꝙ aliorum populorum? Ad hoc respondet Josephus: ꝙ propter duo. Primo quidem quia Amalech non pugnauit pro hereditate sua sicut alij populi: sed de remotis partibus venit precio conductus ab habitatoribus terre illius in qua erant filij Israel. Secundo: quia coniunctus populo Hebreorum esse debebat: eo ꝙ Amalech descenderat ab Abrahã. Pro quo notandum cõformiter ad quandam glo. que dicitur esse Strabi (prout refert Petr⁹ Comestor) ꝙ iste Amalech fuit filius Hysmaelis: qui fuit filius Abrahe: a quo quidem Amalech Amalechite dicti sunt: ꝗ ꝛ Hysmaelite: ipsi sunt Saraceni. Hos dicit Josephus pugnaces: inhabitantes Goboch vel Jaboth ꝛ Petram: a circũstantibus conductos ad bellũ aduersus Hebreos. Econtra legitur in Gen. xxxvj. Item. j. Paralip. j. ꝙ Eliphaz primogenitus Esau genuit de concubina Amalech. Unde. ij. Regum primo vbi fili⁹ Doech Idumei nuncians regi Dauid mortem Saul ait: Amalechites sum. Deinde cõcordat Petrus hec duo: dicẽs: ꝙ forte fuerũt duo viri dicti Amalech: ꝛ ex his duo populi prodierunt. Hec Petrus Comestor.
¶ Octauum dubiũ mouetur: propter illud verbũ: Edificauitꝙ Moyses altare. Queritur ergo vtrum Moyses licite ibi edificauerit altare dño? Videtur ꝙ non: quia nec ipse: nec aliquis

quis filiorum Israel erat ibi permansurus / sicut nec ĩ quocunqꝫ alio loco deserti: nisi forte per mortẽ: sed erant ibi Hebrei tanꝙ viatores tendentes ad terram promissionis. Post exitum ergo populi de loco illo potuerunt gentiles exercere suam idololatriam super dictum altare / et illud prophanare. Igitur. Dicendum / ꝙ ꝓpter dictam causam Hebrei abstulerunt predictum altare in recedendo ab illo loco / et ideo nullum inconueniens potuit inde sequi.

¶ Moraliter ⁊ primo / Amalech / qui interpretaꝛ gẽs bruta: designat diabolum / qui est totus brutalis et bestialis per culpam. Item quia in hominibus brutalibus specialiter habitare cupit. In cui⁹ figuram legitur Matt. viij. ꝙ cum vellet Christus expellere legionẽ demonum a quodam obsesso / petierunt mitti in gregem porcorum. Iste igitur Amalech nõ cessat pugnare ꝯ filios Israel / id est contra bonos ⁊ iustos: qui quanto iustiores existunt / tanto acrius eos impugnat. Hinc Luce. xxij. dixit Christus Petro: Simon ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum: id est tẽtationum impulsu concuteret / sicut concutitur et mouetur granum in cribro. Et nota / ꝙ Christus premisit: dicens: Expetiuit vos. i. petiit ⁊ obtinuit potestatem vos tentandi / quia nihil potest nisi quantum sibi permittiꝛ a domino. Sed vbi pugnat dictus Amalech contra filios Israel. i. iustos? Certe in Raphidim. Ubi notandũ ꝙ Raphidim q̃d vno modo interpretatur tentatio: designat mundum istum plenum tentationibus: prout fuit ostensum beato Anthonio in laqueis proiectis super terram ⁊ mutuo sese cõnectentib⁹. Cumqꝫ ille pre admiratione clamaret ⁊ diceret: O quis effugiet laqueos istos? Responsum est ei de celo: Sola humilitas. Bene ergo ⁊ veraciter diciꝛ Iob vij. Militia est vita hois super terrã. Sed quid est ꝙ Moyses dixit ad Iosue vt eligeret sibi viros vt pugnaret contra Amalech? Nisi ꝙ debẽt tentati eligere sibi aliquos sãctos / quorũ suffragijs apud deũ fundẽdis preualebũt cõtra Amalech ⁊ exercitũ ei⁹. i. cõtra diabolũ ⁊ oia tẽtamenta ei⁹. Uel istud possumus referre ad multitudinem precũ ⁊ bonoꝝ operum / quorũ virtute vna cũ dei adiutorio preualebimus contra omnes insidias diaboli.

¶ Moraliter ⁊ secũdo / per Iosue q̃ iubeꝛ per Moysen arma assumere contra Amalech: intelligitur spiritus q̃ iubeꝛ preliari ꝯtra carnem. Iosue enim interpretatur saluator. Spiritus autem debet saluare carnem ministerialiter: non autẽ effectiue: q2 hoc solius dei est. Amalech aũt / q̃ interpretatur gẽs bruta / designat carnẽ hũanã / q̃ de se est velut gẽs bruta: ⁊ ideo op⁹ est vt ab alio regaꝛ. s. a spũ. Moyses aũt q̃ interꝑtaꝛ assũpt⁹ de aq̃s / designat Christũ q̃ fuit assũpt⁹ de aq̃s Iordanicis postq̃ fuit a Ioãne baptizat⁹. Lu. iij. Dicam⁹ ẽ sic:

Amalech.i.humana caro/ que de se est tota brutalis. Nā per eā homo cōuenit cū animalibus brutis. Propter quod.j. Ethico. vita voluptuosa dicit vita pecuduum: preliatur et insurgit vehementer ꝛ frequēter contra Josue.i.contra spiritū/ dicente Aposto. Gala.v. Caro cōcupiscit aduersus spiritū. Jdeo vice versa Josue.i. spiritus/qui cupit salutem suam/ et tandem salutem carnis sue/ debet fortiter illi resistere / vt nō preualeat. Jdeo subdit Apost. vbi supra/ ꝙ spiritus concupiscit aduersus carnem. Hec em̄ sibi inuicem aduersantur. Caro igit debilitari debet p gladium spiritus / sicut Amalech debilitatus est ꝛ deuictus per Josue gladium materialem. Huiusmodi autem gladius nō est aliud ꝙ̄ studium scripture sacre/secundum ꝙ dicit Ephe. vj. Et gladium spiritus quod est verbum dei. Unde de hac debellatione loquitur Hiero. ad Rusticū monachum dicēs: Ama studia sanctarū scripturarum / ꝛ carnis vitia nō amabis. Sed vt de carne habeatur plena victoria/ requiritur meritum ꝛ gratia Jesu Christi: qui (vt dictum est) significatur per Moysen/qui orauit pro Josue pugnante contra Amalech: et similiter qui tenebat virgā dei in manu sua: quia in Christo fuit plenitudo diuinitatis corporaliter: vt dicit Col.ij. Uel dic ꝙ etiam ad habendum victoriā de predicto Amalech/ id est de carne / requiritur deuota oratio / que significatur per orationē Moysi Josue pugnante. Sed quid est ꝙ Moyses in oratione interdū remittebat manus / ꝛ tunc vincebat Amalech: nisi ꝙ in p̄senti difficile est semper in oratione habere mentem sursum ad celestia eleuatam. Et hoc insinuatur per hoc ꝙ dicitur in textu/ ꝙ manus Moysi erāt graues: ita vt aliquando remitterētur/ quas iterum releuabāt ꝛ sultētabāt Aaron ꝛ Hur. Ecce igitur quomodo habetur victoria de Amalech .i. de carne.

¶ Moraliter ꝛ tertio/ p Amalech qui voluit intercludere viam/ne populus Jsraeliticus peruenirer ad terram promissionis: intelligūtur demones: secundum qḋ tangitur in glo. interli. qui volunt et laborant quantū possunt ne veri Jsraelite / in quibus dolus non est/ id est veri catholici videntes deum per fidem in presenti tandem peruenire possint ad verā terrā promissionis: scilicet celestis glorie. Nam tanta est dictorum demonum inuidia / ꝙ non nisi inuitissime vident homines celum conscendere/ vnde irremediabiliter per culpā suam ceciderunt. Hinc Psal. ait: Peccator /id est diabolus/ qui antonomatice dicitur peccator/ videbit supple homines co natura inferiores/ tamē gloria ꝛ honore eo superiores/ q̄ ascendunt in celum: ꝛ ideo irascetur dentibus suis: fremet ꝛ tabescet / scilicet pre inuidia. Et hec est causa cur tanto affectu ꝛ conatu nos impugnant aeree potestates.

¶ Moraliter et quarto/ iuxta illud: Elige viros / ꝛ egressus pugna

pugna contra &c. Notandum/ q homo tentatus recognoscēs se fragilem ad resistendum/ et signanter cōtra diabolum/ debet eligere viros/ id est implorare suffragia aliorū quos bonos et deuotos existimat apud deum: qui quanto meliores et deuotiores existunt/ tanto facilius exaudiuntur a deo pro his pro quibus orant: vt notatur in decretis .j.q.j.ipsi. Itē xiij.q.v. scriptum. Hinc beatus Jacobus.v.c.ait: Multum valet oratio iusti assidua. Hoc idem etiam significat p hoc q Aaron & Hur iuuabāt Moysen in colle orātem. Nullus ergo (quātumcunq iust9) debet presumere de propria iustitia/ tanquam illi sufficiente ad salutem: sed cum humilitate implorare debet aliorum preces et suffragia. Unde et Apostolus cum tantus esset/ vt raptus fuisset vsq ad tertium celum/ nihilominus quando cōtingebat eū scribere absentibus fratribus Christianis sepe implorabat eorum preces & deuotas orationes: ita vt diceret Rom. xv. Obsecro vos fratres/ p dominum nostrum Jesum Christum/ & per charitatem sancti spirit9/ vt adiuuetis me in orationibus vestris p me ad deū: vt liberet ab infidelibus qui sunt in Judea &c. Item.ij.Corin.j. obsecrat idē Apostolus Corinthios/ vt orent pro eo: et sic de multis alijs.

¶ Moraliter & quinto/ Moyses qui ait: Ego stabo in vertice collis habēs virgā dei in manu mea: significat secūdum dominum Petrum de Palu- ecclesiasticum prelatū/ qui debet stare in vertice collis per exercitium vite contemplatiue: et habere virgam dei in manu sua p exercitiū vite actiue. Non enī sufficit in eo vita contemplatiua solū/ nec similiter vita actiua solū: sed pro diuersis tēporibus debet vtrique vite intendere/ si cupit salutē suam & subditorū procurare. Contēplatiua enī vita ibi pdest/ actiua aūt maxime subditis: & presertim illis verbū salutis predicando/ atq defect9 eorū increpando & corrigēdo. Uel dic q virga in manu Moysi/ designat authoritatem in prelato/ qua debet percutere errātes/ tū cū discretione & bono moderamine/ secundū illud verbū apostoli.j. Thessalo.v. Fratres rogam9 vos corripite inquietos/ cōsolamini pusillanimes/ suscipite infirmos/ patientes estote ad omnes. Cōtra hoc aūt agūt nōnulli p̄lati/ [illegible] pauci/ qui tēpus exponūt in oratione et studio de regimine subditorū parū curantes/ et alijs officiarijs cōmittentes/ qui non querunt prodesse ouib9: sed tantū lanā de dorsis eorū extrahere. Sunt autē alij qui econtrario adeo se occupāt circa terrena & tēporalia/ q quasi ex toto postponunt spiritualia/ cōtra quos loquitur dns Mat.vj.dicēs: Nolite solliciti esse dicentes: quid manducabimus/ aut quid bibemus/ aut quo operiemur? Hec enī omnia gentes inquirunt. Scit enī pater vester: quia his omnibus indigetis. Et nota q ibi loquitur dns de sollicitudine superfluitatis/ & non necessitatis

tis. Sequitur: Querite primum regnum dei et iustitiam eius etc. Hoc autem etsi omnes tangat, maxime tamen ecclesie prelatos, qui debent esse solliciti de spiritualibus et eternis principaliter: secundario autem de temporalibus. Caueant ergo ne de principali faciant secundarium, et econuerso. Patet ergo quomodo ecclesie prelatus instar Moysi debet stare in vertice collis, habens virgam in manu sua. Sed quid est quod Moyses habebat ad dextram et sinistram Aaron et Hur sustentantes manus eius, nisi quod ecclesie prelati, et signanter episcopi, et supra, debent habere archidiachonos et decanos plebeios, qui debent supportare manus eorum, partem sollicitudinis ferentes, prout in casu simili fuit consultum eidem Moysi a Iethro socero suo: vt patebit in sequenti ca. Hinc est, quod archidiaconi in multis debent esse coadiutores episcoporum: vt patet in decretis. distin. xciij. subdiaconus. Item distin. xxv. perlectis. Et similiter distin. lxiiij. si in plebibus.

¶ Moraliter et tertio per Moysen, et eos qui secum erant, designantur clerici. Per Iosue vero et eos qui cum eo bellum ducebant contra Amalechitas, designantur laici, qui corporaliter bellant contra hostes, siue fidei, siue reipublice. Quemadmodum ergo Moyse stante in oratione, et eleuante manus in celum, Iosue vincebat: ita frequenter accidit quod cum fiunt preces in ecclesia pro principibus corporaliter pugnantibus, ipsi victores euadunt, dummodo assit iusta causa: quia alias nescit diuina iustitia patrocinium dare criminibus: vt inquit Gregorius in quadam homelia. Hinc in letanijs que leguntur secundum vsum fratrum predicatorum, oramus dicentes: Ut regibus et principibus nostris pacem et veram concordiam, atque victoriam donare digneris: te rogamus audi nos. Dum vero dicti principes confidentes in fortitudine sua negligunt petere preces ecclesie, sepe succumbunt, etiam in bello iusto: vt sciant quod etsi homines faciant bella: victoria tamen de celo descendit, et a deo datur, qui eam dat cui vult. Ecce quid significatur per remissionem manuum Moysi: et per victoriam Amalech. Unde ad propositum refert Petrus Damianus in quadam epistola que incipit: Domino Firmiano episcopo. de quodam domino temporali Galliarum, qui valde infestabat quendam abbatem super possessionibus monasterij sui: ita vt indiceret sibi bellum. Congregata ergo mirabili multitudine armatorum, in campo certaminis comparuit. Affuit autem et abbas cum fratribus suis. Hic igitur abbas non confidens in armis materialibus, sed in domino solo qui facit victorias, cunctis qui pro se dimicare conuenerant, suum prohibuit comitatum. Solos autem monachos suos equis imposuit, et capita sua cucullis operiri precepit. Sicque cum illis velut galeatis et loricatis fidei munimine tolatque crucis vexillo ad locum certaminis intrepidus conuenit. Cumque vir ille non ferrea arma (vt sperabat) conspiceret, sed tanquam celestem atque an-

gelic am

gelicā aciem cominus aduertisset/ tantus horror cum suis cum inuasit/ vt desiliens de equo cū suis protinus arma deposuerit/ terreqꝫ se humiliter prostrauerit/ indulgentiam flagitās. Sicqꝫ dictus abbas cū suis monachis victoriam obtinuit gloriosam/ non quidem in fortitudine equi/ neqꝫ in tibijs viri/ sed dei gratia et munere. Hec Petrus.

¶ Moraliter et septimo/ ⁊ cōformiter ad glo. ordi. allegantē Strabū/ per eleuationē manuum Moysi intelligitur obseruantia preceptorum legis. Quibus fit/ vt diabolus vincatur/ et in fugam conuertatur. Cum autē remittuntur manus Moysi/ id est p̄cepta legis minus studiose exercētur/ hostis victor insequitur. Ecce igitur quantum prodest obseruantia legis/ ⁊ quantum obest negligentia illius.

¶ Moraliter ⁊ octauo/ ⁊ cōformiter ad fratrē Petrum Berchorieñ. Amalech/ qui interpretat̄ populus lambens sanguinē/ significat demones/ vel quoslibet homines malos. Insuper ⁊ quoslibet motus carnales. Hi enim omnes sanguinē populi Israelitici lambere et affectare .i. perditionem iustorum procurare noscūtur. Hinc dicit̄ Eccli. xxxiij. Contra bonum malū/ ⁊ cōtra vitā mors/ et contra virum iustum peccator. Moyses autem et Aaron atqꝫ Hur/ significant viros iustos/ qui verticem collis/ id est celsitudinem cōtemplationis ascēdunt: vt pro fideli populo deprecentur/ qui et victores euadunt. Ecce ergo quomodo multum valet oratio iusti assidua: vt dicitur Jacob. v. Quia quandiu bonus prelatus ⁊ alij iusti orant/ tandiu alij contra inimicos spirituales victoriam obtinent. Si vero orare remittunt/ tunc aduersarij vincunt. Stet igitur Moyses/ id est prelatus super lapidem: id est super boni propositi firmitatem. Iuuent eum Hur et Aaron/ id est viri iusti/ per mutuam charitatem/ ⁊ eleuent manus suas per supportationem. Qꝫ si ita fiat/ tunc omnia bene disponētur/ ⁊ vincet populus spiritualium hostium vanitatem. Bene ergo dicitur Jacob. v. Orate pro inuicem/ vt saluemini.

¶ Moraliter ⁊ nono/ iuxta illud: Manus Moysi erant graues. Notandum/ ꝙ per Moysen intelligitur prelatus: vt dictum est. Huius autem Moysi manus debent esse graues erga subditos deficientes/ secundum qđ culpa requirit/ ⁊ similiter secundum conditionē delinquentium: iuxta id qđ scriptum est Deuterono. xxv. Pro mensura delicti/ erit et plagarum modus. Unde quia Pharao erat grauissim⁹ peccator/ ideo fuit plagatus a deo plagis maximis: vt dicitur Gene. xij. Hoc idem etiam patuit ex his que dicta sunt in hoc libro. Et hoc est contra multos prelatos/ qui graues casus p̲mittunt transire pro leui pena/ interdum etiam commutant luctum corporis aut carceris in penam pecuniariam/ que cedit ad ipsorum prelatorum cōmoditatē. Secus si fideliter distribue-

distribueretur in vtilitatē pauperum: aut ecclesiarum desolatarum. Et quia plerūq; rei minus iuste et rigide puniuntur: ideo nō satis timēt culpas perpetrare etiam recidiuādo. Unde Ambros. super Psal. Beati immaculati. ser. viij. Iudex cū vult indulget idigno: plurimos facit ad prolapsionis contagiū prouocari. Facilitas enim veniē incentiuū prebet delinquēti. Sed sunt nonnulli prelati q̄ primum sunt satis rigidi: q̄ successu temporis efficiuntur valde remissi: quasi retrocedendo de mirabilia: vsque ad defecit. Contra hos igitur facit quod hic dicitur de Moyse: videlicet q̄ manus eius non sunt lasse vsq; ad occasum solis: p̄ quē intelligitur finis vite. Nā vsq; tunc non debēt lassari manus p̄lati in puniēdis delictis subditorum. Propter quod dicit summus ille prelatus Christus Matt. x. Qui pseuerauerit vsq; in finē: hic saluus erit. Ubi vero prelatus sentit se inhabilem ad puniēdum delicta subditorum: forsan propter senectutē: aut aliam causam: debet laborare vt alteri imponatur sarcina: et ipe releuetur sicut olim fecerunt nonnulli boni prelati: et signanter beat9 Ualerius Hipponensis episcopus: de beato Augustino.

¶ Moraliter et. x. iuxta illō verbū dn̄i ad Moysē: Scribe hoc in monimentū in libro. Notandum q̄ quilibet nostrū habet vnū librum quem semper secū defert: et ille ē liber cordis. In hoc igitur libro in monimētū: id est: ad perpetuam rei memoriā: debemus scribere hoc: scilicet decalogum mandatoꝝ dei: iuxta id quod legitur in officio ecclesiastico: et trahit ex Deuterono. vj. c. Audi Israel precepta dn̄i dei tui: et ea in corde tuo quasi in libro scribe. Item ibidem: Erunt verba hec q̄ ego p̄cipio tibi hodie in corde tuo: et narrabis ea filijs tuis: et meditaberis sedens in domo tua: et ambulās in itinere: dormiēs atq; consurgēs. Unde in signū talis iugis memorie ipsorū mādatorum subditur: Et ligabis ea quasi signum in manu tua: erūtq; et mouebūtur inter oculos tuos: scribesq; ea in limine et ostiis domus tue. Itē Josue j. Non recedat volumen legis hui9 ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctib9: vt custodias et facias oīa q̄ scripta sunt in eo. Hinc etiam Ps. in capite Psalmorum ait: Beatus vir qui nō abijt etc. sequit: Sed in lege dn̄i volūtas eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte. Ecce igitur q̄uo decalogus debet scribi in monimentum in libro cordis humani: vt semper memorie teneatur.

¶ Allegorice et p̄mo: Per Amalech (qui vt dictū est interpretatur gens bruta) intelligūtur heretici et hostes filioꝝ Israel: id est: veroꝝ Christianorum: qui recte vident deum per fidem. Tales autem recte dicūtur Amalech. i. gens bruta: qz sine recta ratione viuunt. Uel dicūtur Amalech: qui alio modo interp̄tatur populus bibēs vel lambens sanguinē: quia tales heretici cupiunt bibere et lambere sanguinem veroꝝ catholi-

tholicorum/ optando eorum mortem: quinimmo eos libenter occideret si facultas illis adesset et daretur/ sicut in effectu placuit de multis martyribus/ qui ab hereticis pro maxima parte crudeliter occisi sunt. Hic Ambrosius super Lucam lib.vij. exponens illud verbum Christi/ Luce.x. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum/ dicit quod lupi sunt bestie que insidiantur ouilibus: circa pastorales casas versantur/ habitacula domorum non audent intrare/ vocem canum fugiunt/ absentiam vel desidiam pastoris explorant: guttur ouium inuadunt vt cito eas transgulent: feri/ rapaces/ ad inflectendum difficiles. Preterea si priorem aliquem videant hominem/ vocem dicuntur ab eo auferre: ita heretici ouili Christi insidiantur/ fremunt circa caulas ouium Christi/ et hoc magis nocturno tempore quam diurno/ stabulum tamen ecclesie non intrant. Explorant pastoris et canum.i. doctorum absentiam: quia talibus presentibus vix possunt nocere ouibus. Et si aliquem versuta disputationis sue circumscriptione preuenerint/ faciunt obmutescere. Caue ergo o catholice ne vocem tibi tollat hereticus. Hi ergo sunt quos precauere nos docet saluator. Mat. vij. dicens: Attendite vobis a falsis prophetis/ qui veniunt ad vos in vestimentis ouium/ intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Hec Ambro. vbi supra.

¶ Allegorice et secundo/ Per Moysen (vt sepenumero dictum est) designatur Christus. Et ergo ascenderit Moyses in vertice collis cum Aaron et Hur/ designat quod Christus ascendit montem Caluarie/ siue crucem habens a dextris et sinistris duos latrones. Virga autem dei in manu Moysi/ cum qua prius fecerat signa/ significat diuinitatem vnitam humanitati in Christo/ cuius virtute ipse idem Christus fecit potestatiue miracula sua. Eleuatio autem manuum Moysi orantis/ figura fuit eleuationis manuum et brachiorum Christi in cruce/ orantis pro nobis ad patrem. Unde virtute huiusmodi orationis victus est Amalech: iuxta illud eiusdem Christi verbum Joan.xij. Nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Et autem subditur/ quod manus Moysi non sunt lassate vsque ad occasum solis/ significat quod Christus non cessauit laborare pro nostra salute quousque hora nona expirauerit: vt habetur Matthei xxvij. Tandem hec omnia scripta sunt in libro sacri Euangelij in monimentum. i. ad perpetuam rei memoriam/ et tradita auribus populi Christiani: iuxta illud Joan.xx. Hec autem scripta sunt vt credatis/ quod Jesus est filius dei: et vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

¶ Allegorice et tertio: iuxta illud principium presentis clausule/ vbi dicitur: Uenit autem Amalech/ et pugnabat contra filios Jsrael in Raphidim. Notandum quod per Amalech (vt iam dictum est) intelligitur diabolus. Per Raphidim autem/ quod interpretatur vno modo tentatio/ designatur mundus presens/ qui est totus plenus tentationibus: iuxta illud Job.vij. Mi

litia


litis/vel (secundum aliam literam) tētatio/ est vita hominis super terram. Per filios autem Israel/ intelligūtur quicq homines. Venit ergo Amalech/ id est diabol⁹ in Raphidim/ id est in hunc mundum: ꝛ pugnauit contra primos parentes/ in specie serpentis. Deinde cōtra sequaces eoꝝ/ ꝛ pugnauit similiter contra eos/ sed inuisibiliter. Tandem dixit Moyses ad Josue/ id est de⁹ pater ad filiū suum Christū/ quādo misit eū ī terris: Elige tibi viros. i. apostolos ꝛ discipulos/ scdm illud Luc. xv. Non vos me elegistis/ sed ego elegi vos. Egressus igitur ꝟ secreto maiestatis tue in excelsis/ per assumptionem humanitatis/ ꝛ armat⁹/ supple armis humanitatis: put olim eū inuitabat Ps. dicens: Apprehēde arma et scutum/ ꝛ exurge in adiutoriū mihi: Effunde frameā ꝛc. vsq ibi/ salus tua ego sum. Pugna cōtra Amalech. i. cōtra diabolum/ armatum armis malitie ꝛ nequitie: Fecit ergo Josue. i. Christus: vt locut⁹ fuerat Moyses. i. de⁹ pr. Jo. xiiij. Sicut mādatū dedit mihi pr sic facio: ꝛ pugnauit ꝯ Amalech. i. ꝯ diabolū. Et hoc ē qđ loquitur ipsemet Christ⁹ Luc. xj. dicēs: Dum fortis armatus custodit atriū suū/ in pace sunt omnia que possidet. Sed cum fortior eo surrexerit/ et vicerit eū/ aufert vniuersa arma ei⁹ in quibus cōfidebat ꝛc. Ecce quō diabolū fortē Christus fortior strauit mundūq ab ipsius dominatiōe liberauit: vt dicit ibi gloss. ordi. Et hoc est quod longe ante locut⁹ fuerat Salomō Eccl'es. ix. dicens: Ciuitas parua/ ꝛ pauci in ea viri/ est supple mundus ille respectu ciuitatis superne Hierusalē: Venit contra eā rex magnus. i. diabolus/ ꝛ vallauit eam/ extruxitq munitiones ꝑ gyrū/ ꝛ perfecta est obsidio. Ecce igitur quō Amalech ante aduentū Christi pugnauit cōtra filios Israel. Tādem autē inuētus est in ciuitate huius mūdi vir paup. i. Christus. Diues quidē ſm diuinitatem: qꝛ ipse est in quo sunt oēs thesauri sapie ꝛ sciētie dei absconditi. Colos. ij. ꝛ Ephe. ij. De⁹ aūt q̄ diues est in misericordia ꝛc. Paup aūt ſm humanitatē: ita vt oportuerit eum in stabulo nasci/ ꝛ in alieno monumēto sepeliri. Nā vt habetur. ij. Cori. viij. Cū diues esset/ ꝓpter nos egenus fact⁹ est. Bene ergo ad propositū cōcludit Ps. cū ait: Simul in vnum/ supple suppositum/ diues ꝛ pauper/ scilꝫ Christus. Hic itaq paup et sapiens Christus inuētus est nascendo tēporaliter de virgine Maria in ciuitate huius mundi: quam captiuā tenebat diabolus/ quā quidem pauper ꝛ sapiens liberauit ciuitatē per sapiētiā suā. Ecce igitur quō noster Josue pugnauit ꝯtra Amalech/ ꝛ vicit eum: ꝛ signanter cum lācea crucis pugnando in mōte caluarie. Et hoc est quod dicebat ipse Christus Joan. xij. Nunc princeps mūdi huius eijcietur foras. Patet ergo quātum nobis profuit Christi mors ꝛ passio. Sed profecto dolendū est quod subdit Salomon vbi supra/ cū ait: Et nullus deinceps recordat⁹ est hōis illi⁹ pauperis.

ris. Sic aũt loquit̃ ꝓpter paucitatẽ hominũ deuote ad memoriã reuocãtiũ Christi beneficia que nobis exhibuit in suo aduentu: tam nascẽdo / ꝗ̃ predicando ⁊ miracula faciendo / ꝗ̃ etiam in cruce patiendo.

❧ Anagogice bellũ quod fuit iter Josue ⁊ Amalech / vbi Josue victor euasit: possumus referre ad illud prelium quod nõ multo post creationem angelorum factum est in celo / de quo Apocalyp. duodecimo sic legitur: Factum est prelium magnum in celo. Michael ⁊ angeli eius preliabãtur cum dracone / ⁊ draco pugnabat ⁊ angeli eius: ⁊ non valuerũt: neque locus inuentus est eorũ amplius in celo. Et proiectus est draco ille magnus / serpẽs antiquus / qui vocatur diabolꝰ: ⁊ satanas qui seducit vniuersum orbẽ / et proiectus est in terram: ⁊ angeli eius cum illo missi sunt. Sequitur: Et audiui vocem magnam in celo dicentem: Nunc facta est salus ⁊ virtꝰ / ⁊ regnũ dei nostri: supple nũc pacificũ est: ⁊ potestas Christi eiꝰ / supple ostensa est: quia proiectus est accusator fratrum nostroꝝ / id est hominũ q̃ accusabat eos. i. accusaturus erat ante ⁊c. Sed q̃d est ꝙ Moyse orante vincebat Josue / nisi ꝙ dei virtute Michael vicit diabolum? Unde in signũ huiꝰ solet depingi beatꝰ Michael (quãuis sit indepingibilis in se) cum cruce cuius inferiorẽ extremitatẽ ponit in os draconis. Ecce igitur quomodo anagogice Josue fugauit turpiter Amalech: id est Michael diabolum de celo.

❧ Exodi decimooctauo.

❧ Prima clausula.



Um igitur audisset Jethro / sacerdos Madiã / cognatus Moysi / omnia q̃ fecerat dominus Moysi / ⁊ Israel populo suo: ⁊ ꝙ eduxisset dñs Israel de Egypto / tulit Sephoram vxorẽ Moysi quam remiserat / et duos filios eius / quoꝝ vnus vocabat̃ Gersan / dicente patre: Aduena fui in terra aliena / alter vero Eliezer. Deꝰ enim (ait) patris mei adiutor meꝰ / ⁊ eruit me de gladio Pharaõis. Uenit ergo Jethro / cognatus Moysi / et filij eius / et vxor eiꝰ / ad Moysen in desertum / vbi erat castra metatus iuxta montẽ dei / ⁊ mandauit Moysi dicẽs: Ego Jethro cognatus tuus / venio ad te / et vxor tua / et duo filij tui cũ ea. Qui egressus in occursũ cognati sui adorauit / ⁊ osculatus est eum. Salutauerũtq̃ se mutuo verbis pacificis. Cũq̃ intrasset tabernaculũ / narrauit Moyses cognato suo cũcta q̃ fecerat dñs Pharaoni ⁊ Egyptijs propter Israel / vniuersumq̃ laborem q̃ accidisset eis in itinere / ⁊ ꝙ liberauerat eos dñs. Letatusq̃ est Jethro sup oĩbꝰ bonis q̃ fecerat dñs Israeli / eo ꝙ eruisset eũ de manu Egyptiorum / ⁊ ait: Benedictꝰ dñs q̃ liberauit vos ð manu Egyptioꝝ et de manu Pharaonis q̃ eruit pplꝫ suũ de manu Egypti. Nũc cognoui q2 magnꝰ dñs sup oẽs deos:

deos: eo ꝙ superbe egerint cō=
tra eos. Obtulit ergo Iethro
cognatus Moysi holocausta
et hostias domino. Ueneruntq;
Aaron et omnes seniores filio=
rum Israel vt comederēt panē
cum eo coram domino.
¶ Historialiter. Postq̄ in pce
denti capitulo egregius dei a=
micus Moyses egit de aduētu
filiorum Israel in Raphidim/ et
de his que ibi acta sunt. Item
de pugna et victoria Iosue cō=
tra Amalech/ Moyse in mōte
orante: hic consequenter agit
ꝺ occursu Iethro ante Moysē
in deserto: secum adducentis
vxorem/ pariter et duos filios
eiusdem Moysi. Refert igit̃ di
ctus Moyses de cognato suo
Iethro sacerdote Madian: sa=
cerdote (inquam) non ab ordi=
ne/ sed a maioritate: vt dictum
est supra. ij. ca. sub tertia clau=
sula/ in fol. ad tertiū dubiū/ ꝙ
ipse Iethro audiens cuncta q̄
fecerat dñs eidem Moysi/ et
Israel populo suo: qualiter sci
licet eduxisset eos de terra E=
gypti/ cum signis mirabilib⁹.
Item de diuisiōe maris rubri/
et de submersione regis Pha=
raonis cum vniuerso exercitu
suo. Insup de percussiōe Ama
lechitarum/ et huiusmodi/ tulit
Sephoram vxorē Moysi/ quā
remiserat/ et duos filios eius q̄
nominantur in textu. Iste aūt
Iethro apud Iosephum vocat̃
Raguel et socer Moysi. Erat
eñ binomius. Uenit ergo di=
ctus Iethro cum predictis ad
Moysen in desertū/ scilicet Ra
phidim/ secūdum aliquos/ vbi
erat castrametatus iuxta mō=
tem dei/ Sinay supple: qꝛ non

distabat a Raphidim per ali=
quam mediam mansionē: vt di
cit dominꝰ patriarcha de Pal.
Moyses itaq; audiens per in=
ternūcium socerū suū Iethro
venientē ad se/ egressus est in
occursum illiꝰ: vt illi deferret:
tū qꝛ socer suus erat/ pater scꝫ
vxoris sue: tū qꝛ dictus Iethro
antiquior estimat̃: tū qꝛ ipse tam
laborē assumpserat veniēdi ad
eū. Propter qꝺ etiam Moyses
vices reddendo iuit obuiam il
li: et adorauit eum/ scilicet ado
ratione dulie/ q̄ exhibet̃ perso=
nis excellentibus: et osculatus
est eum/ scilicet in signum ami
citie et affinitatꝫ: et salutauerūt
se mutuo verbis pacificis. Non
quidē in dolo sicut Aioth/ re=
gem Eglon. Iudicū. iij. Nec si=
cut Ioab Amasam/ dicens ei:
Salue mi frater. Et hec dicēs/
tenuit manu dextera mentum
Amase/ quasi osculās eū/ et per
cussit eū in latere/ et effudit in
testina eius in terram/ et mor=
tuus est. ij. Regū. xx. Nec sicut
Iudas Christū/ tradēdo eum
inimicis suis Mat. xxvj. Quod
ergo isti in dolo fecerunt/ ipse
Iethro bona intentione pegit
erga Moysen. Andreas autē
super hoc passu dicit/ ꝙ saluta
uerunt se mutuo verbis pacifi=
cis. i. talibus que inter discor=
des pacē facere poterāt. Cūq;
intrasset/ scilicet Iethro cum
Moyse: tabernaculum. i. papi=
lionem vel tentorium. Et nota
ꝙ tabernaculū idem est qꝺ tē=
torium quo milites vti solēt in
expeditione. Et dicitur taber=
naculum a taberna/ quia sicut
taberna que fit quādoq; iuxta
viam propter transeuntes/ ces=
santibus

fantibus victualibꝰ statim deficit/vel transfertur ad aliū locū: sic etiā tabernaculū q̄ vtebat Moyses mouebat de loco in locū quādiu vixit in deserto. Irē tabernaculū (scd̄m Catholicon) d̄r a tabulis: eo ꝙ de tabulis cōstrui solet. Uel quia tabulis ⁊ lignis solet appendi vna cum funibꝰ. Si cupis scire dispositionē ⁊ figurā tabernaculi Moysi: vide ibi sub dictione tabernaculū. Cūq̄ Jethro intrasset cū Moyse intra tabernaculū suū/narrauit sibi Moyses p ordinē cūcta q̄ sibi ⁊ populo Hebreoꝝ/ atq̄ regi Pharaoni ⁊ pplo atq̄ exercitui illiꝰ acciderāt tā i Egypto/ q̄ȝ i mari rubro/ q̄ȝ etiā in deserto/ ⁊ hoc quo ad ipsos Hebreos: videlicet de aqua fluēte de petra/de māna/de victoria ꝯtra Amalech. His igit̄ oibꝰ diligēter auditis letatꝰ est Jethro ⁊ ait: Bn̄dictꝰ dn̄s q̄ liberauit vos de manu Egyptiorum ⁊c̄. Ecce laudatio dei in verbo. Postea aūt sequit̄ laudatio in facto: ibi / Obtulit ḡ Jethro cognatꝰ Moysi ⁊c̄. Et de illis dicetur peramplius in deductione dubiorum versus finē.

¶ Circa ergo hunc textum mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igit̄ dubiū: Utrum veraciter Jethro esset cognatus Moysi? Videt̄ ꝙ sic/ q2 ita asserit̄ in presenti textu. In oppositū potest argui/ ꝙ esset socer illiꝰ/ q2 ipse Moyses duxerat filiā illiꝰ in vxorem. Tales autem vocamus soceros taliū viroꝝ. Dicendū/ ꝙ simul erat socer ⁊ cognatus illius: sed diuersis respectibꝰ. Socer quidem/ q2 pater vxoris sue: vt dictū est. Cognatus vero ratiōe cōsanguinitatis: ⁊ hoc ex parte patris: quāuis non ex parte matris. Uterq̄ eñ descenderat ab Abrahā/ quāuis non immediate neq̄ ex eadē vxore. Ut enim legit̄ Gen̄.xxv. Abraham mortua Sara: aliā duxit vxorem/ nomine Cethurā/ q̄ peperit ei plures filios: inter quos Madian fuit quartus. Et ex isto Madian processit Jethro/ quāuis non imediate. Moyses aūt descēdit ab eodē Abrahā p Sarā. Fuerunt aūt gn̄ationes septē ab ipso Abrahā vsq̄ ad Moysen: vt legit̄.j. Parali.j. Ecce igit̄ q̄re Jethro hic dicitur cognatus Moysi.

¶ Secundū dubiū mouet̄ propter illud verbū: Tulit Jethro Sephorā vxorē Moysi quā remiserat. Huiꝰ contrariū potest trahi ex.iiij.c.huiꝰ. Ibi eñ dicit̄/ ꝙ Sephora dimisit Moysen postq̄ȝ dixerat ei: Sponsus sanguinū tu mihi es/ ob circuncisionē. Dicendū/ ꝙ ista dimissio nō fuit facta nisi ad tēpus: ⁊ hoc de cōsensu ipsius Moysi. Nam cum rediret de domo Jethro in Egyptū/ vna cū vxore sua/ ⁊ liberis (vt dictū est in dicto.c.iiij.) ꝯsiderauit ꝙ vxor sua/ et filij non essent sibi nisi oneri in negocio p quo redibat in Egyptū: ppter q̄d remisit eā cū filijs/ vt expeditiꝰ intenderet/ atq̄ efficatius laborare posset ad liberationē populi Hebreorū de manu Pharaonis: ⁊ de terra Egypti.

¶ Tertiū dubiū mouet̄ ppt̄ illud v̄bū: Uenit ergo Jethro. Querit̄ ergo qn̄ primum venit Jethro ad Moysen? Hebrei dicunt/ ꝙ nō venit ante legē da-

tā: nec primo anno egressiōis Hebreorū de Egypto: sed tñ anno scd'o: et post legē datam. Et q hic dr venisse: hoc dictū est p anticipationē. Alij autē dicūt: q venit ante legē datā: et pmo anno dicti exit9. mēse. s. tertio post egressū Hebreor ð Egypto: vt dicit Joseph9. Et hoc videt magis pbabile. Nā terra ipsius Jethro nō erat lōge a monte Sinay: vt patet p illud qð dictū est supra. s. pmo cap. hui9: q Moyses pascens oues Jethro: minauit gregem ad interiora deserti: et venit ad montē dei Oreb ¶ est mōs Sinay. Et ideo audita magnificētia Moysi generi sui: nō est verisimile q tardasset per annū venire ad ipsum. Dicēdū ergo pbabiliter q locus deserti ad quē venit Jethro ad Moysen: fuit Raphidim: ¶ quidē locus est ppe montē dei Oreb: alias Sinay: qr nō distabat a Raphidim p aliquā mālionē intermediā: vt dicit de pal. Orige. tamen in glo. ordi. dicit: q alia litera habet. Post hec venit ad mōtem dei Moyses: et Jethro sibi occurrēti exijt obuiam de castris: nec duxit eū ad montē dei: sed ad tabernaculū suum. Non eñ poterat sacerdos Madian ascendere in montē dei. Hec in dicta glosa.

¶ Quartū dubiū mouet propter illð verbū: mādauit Moysi et c. Querit ergo cur ipse Jethro nō est statim ingressus in ppria psōa ad Moysen? Ad hoc respōdet Andreas: q dubitabat an vellet vxorē suā et liberos recipere: quos pri9 remiserat: vt dictū est. Itē qr cōsuetudo est vt amic9 veniēs ad amicū visitādū: pmittat nunciū: vt ab eo cōueniēti9 et nō ex iprouiso recipiat: ideo sequit i textu de Moyse: Qui igressus in occursum cognati sui: supple Jethro: adorauit et c.

¶ Quītū dubiū mouet pp̄ter illud vbū: adorauit et osculat9 est eū: Querit ergo vtrū Moyses i hoc bene egerit. Videt q non: qr ipe erat maior ipo Jethro: tū qr dux populi Hebreorū a deo cōstitut9: immo q maius est fuit deus Pharaonis a dño ordīat9: vt p3 supra. vij. c. Itē ipse erat fidelis et magnus dei amic9: ita vt loq̄ret cū eo facie ad faciē: vt solet loq amic9 cū amico: vt patebit. xxxiij. c. huius. Dicendū: q Moyses nō habuit respectū ad hec oīa: sed solum qr Jethro antiquior erat: et socer illi9. Insup voluit in hoc sibi deferre: sicut alter sibi deferebat veniendo in ppria ad eum. Amor etiam propie vxoris et liberorum eius: quos ipse Jethro mlto tēpore nutrierat multū ad hoc ɔtulit.

¶ Sextū dubiū mouet pp̄ter illð vbū: Cūq intrasset tabernaculū: narrauit Moyses et c. Querit ergo cur Moyses traxit Jethro ad partē: et in secreto voluit cū eo loqui de illis mirabilib9 que operat9 fuerat dñs in fauorē populi Hebreorū: et in cōfusionem Egyptior. Melius eñ fuisset: vt videt: si de talib9 palā locut9 ei fuisset: maxime cū dicat Christ9 Mat. x. Que auditis in tenebris: predicate sup tecta. Respōdet ad hoc dubiū cōformiter ad Andream: q multi gentiles vene-

rant cū Jethro/ q̄bus facta dei
non erāt reuelanda: tū q2 indi
gni: tū q2 forsan talia vilipen=
dissent. Secus aūt de Jethro
q̄ iā erat quasi fidelis: vt dicet̄
statim. Scriptū est autē Mat.
vij. Nolite sanctū dare canib9/
neq3 mittatis margaritas ve=
stras ante porcos/ ne forte con
culcent eas pedibus suis.

¶ Septimū dubiū mouet̄ pro=
pter illud verbū Jethro: Bene
dictus dn̄s q̄ liberauit vos de
manu Egyptiorū ₇c. Queritur
ergo quomodo homo gētilis
potuerit ita loqui/ ₇ bn̄dicere
dn̄m? Dicendū/ q̄ Jethro non
erat simpliciter gētilis quādo
venit ad Moysen/ sed incipie=
bat aliquātulū sapere legē Ju
deorū/ quantū ad cognitionē
vni9 veri dei summe colēdi. Ne
q3 etiā adhuc erat Jude9/ q̄tū
ad ritū/ cū nō esset circūcisus.
Et q̄uis prius legam9 eū fuisse
sacerdotē gentis Madian/ ₇ p
cōsequēs idololatrie deditū/
ab hoc tn̄ ritu incipiebat rece=
dere/ ₇ amplecti ritū Hebreo=
rū: forte ꝑpter ea mirabilia q̄
audierat prius cōtigisse in E=
gypto/ et alijs locis sequenti=
bus. Fuit ḡ fidelis sicut Job/
siue anteq̄ veniret ad Moysē/
vel postq̄ audiuit ab eo mira=
bilia dei: vt habetur in textu.
Ipse igitur credidit ₇ fidē suā
confessus est verbo/ cū ait: Nūc
cognoui quia magnus est do=
minus super omnes deos. Itē
fidem suam quam confessus est
ore/ protestatus est opere/ offe=
rens holocaustū domino ₇ ho=
stias. Nec valet quod ab aliq̄b9
in contrarium allegatur illud
Num. iiij. Extrane9 qui ad mi=
nistrandū accesserit/ morietur:
tum quia illa lex nondum erat
lata: tum quia ipse Jethro non
erat totaliter extraneus ab he
breis/ vt dictum est: sed tam in=
cipiebat gustare ritum et legē
eoꝝ/ ₇ recedere a ritu gētiliū.

¶ Octauum dubium: quomo=
do differebāt holocausta et ho
stie supple pacifice/ q̄ duo obtu
lit Jethro? Dicēdū/ q̄ sic diffe=
rebāt: quia holocaustū totum
incēdebatur. De hostia autem
que offerebatur/ fiebāt tres p=
tes: vna incēdebatur/ alia erat
sacerdotis. Tertia autem red=
debatur illi qui eā obtulerat.

¶ Nonū dubiū: Quō potest fie
ri q̄ Aarō ₇ oēs seniores filio=
rū Israel comederint panē cū
Jethro/ ₇ q̄ populus Hebreoꝝ
reficeret̄ solo māna descēdēte
de celo quousq3 peruētū est ad
terrā ꝑmissionis? Dicēdū/ q̄ p
panē/ in proposito intelligitur
māna: s̄m illud Ps. Pane celi
saturauit eos. Itē idem: Panē
celi dedit eis. Panē angelorū
mādulcauit homo. Et Sap. xvi.
Angeloꝝ esca nutriuisti popu
lum tuum/ ₇ paratū panē de ce
lo prestitisti illis sine labore:
omne delectamentū in se habē
tem/ ₇ om̄is saporis suauitatē.
Q3 si q̄s velit ꝓteruire ₇ dicere
q̄ ₇ si apud Hebreos nulli in=
uenirentur panes preter man=
na/ potuit tamē fieri q̄ ipse Je
thro attulit secū panes ₇ cete=
ra victualia. Scio q̄ vtrūq3 fieri
potuit sic: s3 nō ē verisile sic eū
fecisse: tū q2 habitatio illi9 nō
notabilr̄ distabat ab Hebreis/
vt iā dictū est: ₇ ideo ꝑ modica
via nō debuit afferre panes in
copia: tū q2 ex quo volebat te=

nere ritũ Hebreorũ/ verisimile
est ꝙ tũc vsus fuerit pane quo
vtebantur/ scilicet manna: tũ
qr non est verisimile ꝙ Aaron
⁊ alij seniores qui cũ eo erant
comedẽtes panem cũ Jethro/
voluissent relicto manna pane
suauissimo/ aliũ panem mandu
care. Jn ore ergo Jethro/ qui
iã in in corde suo erat Hebre=
us/ propter magnalia que au=
dierat de filijs Jsrael vt dictũ
est: plene sapiebat manna. Ec=
ce igit̃ quomodo intelligi de=
beat/ ꝙ Aaron ⁊ omnes senio=
res filiorum Jsrael comederũt
panem cũ Jethro. Quibus om
nibus preponit Petrus Co=
mestor Moysen. Potest igitur
probabiliter de eo legi ⁊ intel
ligi id quod legit̃ de Achior
Judith. xiiij. Achior videns
virtutem quam fecit deus Js=
rael: scilicet in amputatiõe ca=
pitis Holofernis per Judith:
relicto gentilitatis ritu/ credi=
dit deo/ ⁊ circũcidit carnẽ pre
putij sui/ ⁊ appositus est ad po
pulũ Jsrael/ ⁊ omnis successio
generis sui vsq; in hodiernum
diem. De Jethro igitur socero
⁊ cognato Moysi ista sufficiãt.
¶ Decimũ dubiũ/ Quid intelli
gitur per illud vltimũ verbũ/
coram domino. Nonne de⁹ est
vbiq; per essentiam/ presentiã/
⁊ potentiam? Quomodo ergo
predicti intelligendi sunt co=
medisse panem corã domino?
Dicendũ/ ꝙ hoc sic debet in=
telligi/ secũdũ glo. interli. co=
ram domino id est ad honorẽ
domini. Et sic quicunq; aliqd
facit ad honorem domini: dici
tur illud facere coram domi=
ni/ vbicũq; illud faciat. Simi=
liter August. (⁊ ponitur i glo.
ordi.) exponit sicut dictum est
predictũ verbũ. Nam in ques=
stionibus super Exod. q. lxvj.
querit quomodo predicti co=
mederunt panem ante deum/
quando inquit nec tabernacu
lum fuit/ nec archa testamen=
ti/ que postea sũt instituta. Ne=
que enim ⁊ hic de futuro dictũ
accipere possumus/ sicut dictũ
est de manna quod positũ est
in vase aureo. Ergo ante deũ
id accipere debemus factũ/ qd
in honorem dei factũ est. Ubi
enim nõ de⁹? hec ille i forma.
¶ Moraliter ⁊ primo/ ⁊ cõfor
miter ad magistrũ Nicolaũ de
Lyra/ per Jethro qui erat gen
tilis/ ⁊ qui honorabilis inter=
pretat̃/ secularis virtuosus in=
telligitur. Talis enim est ho=
norabilis/ cum honor sit pre=
mium virtutis/ vt dicitur quar
to Ethic. Talis ergo Jethro
audiens bona que facit domi=
nus exeuntibus de seculo per
religionis ingressum/ q̃d signifi
catur hic per egressũ de Egy=
pto/ ⁊ ingressum deserti: conci
pit aliquando propositum si=
militer faciendi. Propter qd
venit ad Moysen/ id est ad il=
lius religionis siue cenobij su
periorem: volens accipere sta=
tum illum/ sicut Jethro con=
uersus fuit de gentilitate ad
iudaismum. Et quoniam talis
est charitatiue recipiendus:
ideo subditur ꝙ Moyses/ id
est religionis prelatus occur=
rit ei/ ⁊ osculatus fuit eum/ et
ꝙ narrauit ei vniuersum labo=
rem qui acciderat eis in itine=
re. Nam prelatus recipiens a=
liquem ad religionis habitũ:
debet

debet sibi exponere austerita=tes / et religionis onera. Si si fuerit paratus ad illa sustinē=da: tunc recipit eius sacrificium / sive magis holocaustum / quod facit profitendo de tribus: vide licet de corpore per votum casti tatis / de bonis temporalibus per votum paupertatis / et de anima per votum obedientie: iste est funiculus triplex quo li gatur quilibet religiosus / qui nunquam debet rumpi: ut dicit Ec=clesiastes. iiij.

¶ Moraliter et secundo / et con=formiter ad dominum Hugonē Cardi. iuxta illud: tulit Jethro Sephoram uxorē Moysi. No=tandum / quod Moyses iturus ad li berandum Israel / uxorem cum fi=lijs dimisit: sed postea in deser to recepit. In quo significatur quod illi qui mittuntur ad officium predicationis exercēdum / debēt se ab omni cura temporalium exonerare. Quia ut dicit Apo. ij. Thim. ij. nemo militans deo implicat se negocijs seculari=bus. Et idem apost. j. Cori. ix. Omnis (inquit) qui in agone contendit: ab omnibus se absti=net. Item Luc. ix. ait Christus: Nemo mittēs manum ad ara=trum / et respiciēs retro / aptus est etc. Cum autē predicator re=dit a predicatione cum popu=lo per dei gratiam a peccato liberato / vel cum ad prelationē assumitur: tūc propter eos qui sibi regēdi cōmittunt: sollicitu dinē tam in temporalibus quam in spiritualibus gerere debet.

¶ Moraliter et tertio / per Sepho=rā uxorē Moysi / et duos filios eius / quos dimiserat in domo Jethro quando voluit descēdere in Egyptum: timēs ne sub gravita te laborum et adversitatum succum=berēt: quos iterum assumpsit cum cōduceret populum versus terrā promissionis: intelligunt imperfe cti et debiles in fide: quibus im=minente gravi persecutione ty=rannorum aut hereticorum contra ecclesiam melius est ut se abscon=dant / aut alienā patriā petāt / quam quod tertius expectēt (ut vulgo di.) et fidē abnegēt. Sic enim olim e=gerunt nonnulli sancti / de quibus refert Apost. Heb. xj. dicens: Alij in solitudinibus errātes in montibus et speluncis / et in caver=nis terre. Eadem autem cessante persecutiōe predicta redeāt ad pa=tria. Sic enim docuit Christus esse faciēdum / qui sub teneris an=nis ad revelationē angeli dela=tus est in Egyptum / et hoc ut sub=terfugeret tyrānidē Herodis regis. Quo mortuo / ad vocem eiusdē angeli factā Joseph in Egypto sub hac forma: Surge et accipe puerum et matrē eius / et vade in terrā Israel. Defuncti sūt enim qui querebāt animā pue=ri: iterum delatus est in terrā Is=rael. Mat. ij. Hinc etiam legit de eodem Christo. Joan. vij. quod cum pervenisset ad virilē eta=tē / ambulabat in Galileā. Non enim (inquit evāgelista) vole=bat in Judeā ambulare / quia querebant eum Judei interfice=re. Insuper talē fugam cōsulit idem Christus Matth. x. dicēs: Si vos persecuti fuerint in una civitate / fugite in aliā. Legit etiā de Paulo. ij. Cori. xj. quod ad tēpus fugit rabiē Judeorum / qui erāt Damasci. Propterea Au=gust. et ponit. vij. q. j. adversi=tas. ait: Fugiat minister Chri=

Nisi sicut Christ⁹ fugit in Egy-
ptū. Fugiat exéplo Pauli/ q̄ a
fratrib⁹ per murū submissus ē
in sporta. Hoc tñ intelligi de-
bet qñ nō fides: sed psona spe-
cialiter querit / ꝛ dū per alios
est firma sal⁹ ecclesie: vt dicit
ibi idē Aug. Nota etiā de bea
to Felice: ꝙ cū q̄reret ad mor
tē/ ꝛ inter parietes diruptos ꝑ
modicū aditū se occultasset:
mox per aditū illū arance tela
extēderunt. Sicq3 delusi sunt
persecutores cum insequētes/
neminē ibi adesse putātes. De-
niq3 pace reddita ecclesie i pa
ce quieuit. Legit etiā de beato
Paulino Nolane ciuitatis ep̄o/
ꝙ tpe psecutiōis ecclesie/ sen-
tiens se iā senio pregrauatū/ ꝛ
per cōsequēs putās se nō posse
supplicia ferre / syluas adijt.
Ex his ergo oīb⁹ patet/ ꝙ lici
tū est aliqn̄ fugere mortē intē
tatam a tyranno: dūmodo nō
sequat scādalū/ nec periculum
periclitationis fidei.

¶ Moraliter ꝛ quarto/ Iethro
socer Moysi q̄ cū Sephora fi-
lia sua vxore ipi⁹ Moysi/ ꝛ duo
bus filijs eiusdē venit ad eun-
dē Moysen redeūtē de Egy-
pto/ vbi multas aduersitates
passus fuerat: nūc aūt dux esse
et⁹ populi Israelitici ipm̄ redu
cit v̄sus terrā ꝓmissiōis: desi-
gnat amicos hui⁹ sctli/ et q̄nq3
cōsanguineos ꝛ affines/ qui in
aduersitate ꝯtēnūt suos quos
tūc maxime iuuare deberent.
Qñ si hmōi aduersitas mutet
in ꝓsperitatē: tūc de ꝓpe eos
sequunt rememorātes gradū
cōsanguinitatis siue affinita-
tis: etiā forte vltra ꝙ veritas
habeat. Hinc poeta Ouidius/
lib. de tristib⁹ ait: Cū fueris fe
lix multos nūerabis amicos.
Tēpora si fuerint nubila solus
eris. Et ali⁹ in idē rediēs ait:
Tēpore felici multi numerant
amici. Cū fortuna perit/ null⁹
amic⁹ erit. Et de hoc habem⁹
historiā notissimā de Thobie
cognatis: q̄ cū eēt cecus/ deri-
debāt vitā eius atq3 exprobra
bāt. Postea vero ꝙ̄ illuminat⁹
est/ venerūt ad eum cōsobrini
eius: Achior videlicet et Na-
bath/ cōgaudentes ꝛ congra-
tulātes ei de oībus bonis que
circa illū ostēderat deus: et ꝑ
septē dies epulātes omnes cū
gaudio magno gauisi sunt. E-
iusdē. xj. ca. Canis enim qui la
trabat cōtra vacuas man⁹ ha-
bētes/ postea applaudit habē-
ti panem i manu. Hinc Senec.
de remedijs fortuitorum ait:
Multi aliquem comitantur vt
mel musce/ cadauera lupi/ fru-
mēta formice. Hinc etiā legit
de apostolis ꝙ tenuerūt bonā
societatē Christo in cena: qñ
fuit questio de epulatiōe agni
paschalis. Sed nō multo post
eo cōprehēso in horto a militi-
bus: oēs eo relicto fugerunt.
Unde Psalm. in persona ipsi⁹
Christi ait: Qui iuxta me erāt
.s. in cena/ de longe steterunt/
videlicet in captiōe mea facta
in horto.

¶ Moraliter ꝛ quinto / iuxta
illud verbū: salutaueruntq3 se
mutuo verbis pacificis. s. Ie-
thro ꝛ Moyses. Notandum/ ꝙ
in hoc facto datur nobis exē-
plū mutue charitatis ꝛ pacis:
que et si debeat esse inter om-
nes: maxime tamen inter con-
sanguineos ꝛ affines. Iethro
autem

autem erat affinis Moysi, q2
socer eius. Legitur etiã Luce
iiij. ꝙ Jesus intrans in domũ
Simonis, in qua iacebat so=
crus illius estuãs magnis fe=
bribꝰ: ipse Petrus vna cum a=
lijs discipulis rogauit Chri=
stum pro ea. Et statim curauit
eã. Unde socer valde gratãter
videt ꝙ gener suus ostendat
sibi amorem: ⁊ similiter socrꝰ.
Nã per hoc ostendit se dilige=
re vxorem suam, que est eorum
filia. Et simile est de nuru i or=
dine ad parentes viri sui. Sed
profecto istud in multis hodie
deficit. Nã nurus, ilue nouiter
nupte, volũt esse matresfami=
lias ⁊ domũ regere, et de so=
cru libenter facerẽt ancillam.
Mich.vij. consurget nurꝰ ad=
uersus socrũ suã. Et Luce.xij.
Erunt quinqꝫ diuisi in domo
vna: tres in duo, ⁊ duo in tres
diuidentur: pater in filiũ, ⁊ fi=
lius in patrem suũ: mater in fi=
liã, ⁊ filia in matrem: socrus i
nurũ suam, ⁊ nurus in socrum
suã. Non sic aũt egit sancta il=
la Ruth, que mortuo viro suo
obstinato animo adhesit so=
crui sue, dicens: Quocũqꝫ pre=
xeris pergam: ⁊ vbi morata
fueris, ⁊ ego pariter morabor.
Populus tuus populus meꝰ,
⁊ deus tuus deus meus. Que
te terra susceperit morientem:
i ea moriar: ibiqꝫ locũ accipiã
sepulture. Hec mihi faciat deꝰ
⁊ hec addat: si nõ sola mors me
⁊ te separauerit. Ruth.j. O ꝙ̃
pauce sunt Ruth hodie super
terrã, ⁊ nurus socrus suas syn=
cere diligentes ⁊ honorantes.
Sed oẽs volũt esse dñe, vt di=
ctũ est: ita vt frequẽter ꝑducãt
socrus suas cũ merore ⁊ luctu
ad inferos. Et qđ ingemiscen=
dũ est, viri sui supportãt eas cõ
tra matres. Et hec est occasio
destructiõis ⁊ diuisionis mul=
tarũ bonoꝝ domorũ, ⁊ reifami
liaris eneruatio.

¶ Moraliter ⁊ sexto, notandũ
iuxta illud: Obtulit ergo co=
gnatꝰ Moysi holocausta ⁊ ho
stias dño: ꝙ holocausta et ho=
stie sic inter se olim differebãt.
Nã holocaustũ totũ incende=
batur ad dei honorem. Hostie
autem tripharie diuidebãtur:
Nam vna pars incendebatur
ad dei honorem: alia cedebat
in partem sacerdotis: alia au=
tem reddebatur offerenti sacri
ficium, quam comedebat. Ad
propositũ religiosi offerũt ho=
locaustũ deo, q2 totũ offerunt
.s. corpus, animã, ⁊ bona tẽpo=
ralia: vt dictum est. Seculares
aũt offerũt solũ sacrificiũ siue
hostias: q2 partẽ, ⁊ nõ totum.
Possunt eñ licite retinere de=
bitũ vsum corporis: per actum
matrimonialẽ. Itẽ habere ꝓ=
priũ: ⁊ silr retinere sibi debitũ
vsũ ꝓpe volũtatis. Sicut ergo
plꝰ offert q̃ offert arborẽ radi=
citꝰ cũ fructu illiꝰ, ꝙ̃ q̃ fructũ
tm̃: ita i ꝓposito de religioso
⁊ seculari. Hic beatꝰ Augu. de
bono cõiugali ait: Bonũ erat
qđ faciebãt qui de sua substan
tia Christo ⁊ eiꝰ discipulis mi=
nistrabãt: sed melius fecerunt
qui omnem substantiam dimi=
serunt, vt eundem dominũ ex=
peditiores sequerent: ita in ꝓ=
posito. Item Hieronymus ad
quandam mulierem scribens
ait: Uis esse perfecta, et in pri=
mo stare fastigio dignitatis, fac

quod fecerunt apostoli. Uende omnia que habes: et da pauperibus: et sequere saluatorem. In huius itaque figuram legitur .j. Reg. vij. quod Samuel integrum obtulit holocaustum domino.

¶ Moraliter et septimo iuxta illud verbum: Letatusque est Jethro super omnibus bonis / que fecerat dominus Israeli. Notandum / quod per Jethro socerum Moysi intelligitur prelatus siue predicator veritatis: qui debet gaudere et letari in domino / quando videt spiritualem profectum in populo: et similiter quilibet deuotus Christianus / quando conspicit proximos suos proficere in via salutis / recedendo a diabolo: et accedendo per bona opera ad terram promissionis .i. glorie celestis. Nam letabatur Jethro principaliter propter duo. Primo quidem quia conspiciebat genus suum euasisse miserabilem crudelitatem Pharaonis. Secundo vero quia conspiciebat populum peregrinari versus terram promissionis / et pasci a domino alimento celesti. Unde ad propositum loquitur beatus Grego. dicens: quod mens bona de bono quod in alio conspicit / quasi de proprio profectu hilarescit / et inde supple laudat deum / sicut Jethro cum ait: Benedictus dominus qui liberauit etc.

¶ Moraliter et octauo / iuxta illud vltimum verbum: Ueneruntque Aaron et omnes seniores filiorum Israel / vt comederent panem cum Jethro coram domino: notandum / quod tunc comedimus panem coram domino / quando comestionem nostram referimus in dei laudem / et vt simus fortiores in eius seruitio. Et sic debet intelligi illud verbum Apost. Rom. xiiij. Qui manducat / domino manducet. Et similiter illud .j. Corin. x. Siue manducatis: siue bibitis / vel aliud quid facitis / omnia in gloriam dei facite. Unde propter hoc in principio refectionis solet premitti benedictio / in medio fit eleemosyna / si pauper se offerat. In fine autem subiungitur gratiarum actio.

¶ Allegorice et primo / socer Moysi adducens ad eum vxorem eius / et duos filios ipsius: est deus pater qui sua precordinatione adduxit ad Moysen / id est ad filium eius Christum sponsam suam ecclesiam / et duos filios eius / id est populum fidelem / ex Judeis et gentibus congregatum / in vnitatem fidei.

¶ Allegorice et secundo / et conformiter ad de Pal. Moyses qui dimisit vxorem suam / pariter et duos filios / simul et omnia pecora sua / quando descendit in Egyptum: vt liberius et expeditius posset intendere et vacare negocio / pro quo illuc descendebat / quod erat liberatio filiorum Israel de Egypto: significat dei filium / qui descendens in hunc mundum nostre salutis causa / dimisit in domo patris celestis ecclesiam triumphantem: vna cum filijs suis .i. angelis sanctis: vt quasi expeditius posset vacare negocio / pro quo venerat in hunc mundum / quod erat redemptio humani generis. Et hoc est quod ipse ait Joan. xvj. Exiui a patre: et veni in mundum. Item Hiere. xij. Reliqui domum meam / dimisi

dimisi hereditatem meã / dedi dilectam animam meã in manibus inimicorum meorũ. Ecce humani generis redẽptio / pro qua sola venerat dei filius in hunc mundum. In huiꝰ etiã figurã legitur Gene.xij. ꝙ dominus dixit ad Abrahã: Egredere de terra tua / ⁊ de cognatione tua / et de domo patris tui / ⁊ veni in terram quã monstrauero tibi: faciamq́ te in gentem ⁊c̃.

¶ Allegorice ⁊ tertio / notandum iuxta illud: Cũq́ intrasset Jethro tabernaculum / narrauit Moyses illi cuncta q̃ ⁊c̃. Notandum / ꝙ per tabernaculum intelligit̃ ecclesia / in qua sunt enarranda magnalia dei / et occulta mysteria reseranda: sed per quos? certe nõ ꝑ quoscunq́ passim et indifferenter / sed per viros probatos moribꝰ et literis: ⁊ hoc ne predicatio veniat in contemptum / et vertatur in periculum animarum ex insufficiẽtia predicatorum. Hinc est ꝙ in cõstitutionibus fratrum predicatorum cauet̃ expresse / ne quis efficiatur predicator generalis / qui non audierit theologiam per tres annos. Moyses etiam qui multa passus est in Egypto / significat predicatores diuini verbi / qui in primitiua ecclesia multa sunt perpessi: sicut expresse refert beatꝰ Paulus de seipso ij. Corin.xj. dicens: In laboribus plurimis / supple steti: in carceribus abundãtius / in plagis supra modum / in mortibꝰ / id est in periculo mortis / frequenter. A Judeis quinquies quadragenas / vna minꝰ accepi. Ter virgis cesus sum / semel lapidatus sum / ter naufragium feci / nocte et die in profundo maris fui: ⁊ sic de multis aliis / que ibi longe refert de seipso aposto. De his autẽ malis que alij ꝑdicatores olim passi sũt / refert idem Aposto. Hebreo. xj. Sed de his omnibus tribulationibus liberauit eos dominus / saltim in morte / dando illis vitam eternam.

¶ Allegorice et quarto / ꝑ Jethro qui mandauit Moysi dicens: Ego Jethro cognatus tuus venio ad te: intelligitur dei filius. Jethro enim interpretatur superfluens et honorabilis. Christus autem fuit superfluens ex parte gratie: quia de plenitudine eiꝰ nos omnes accepimus. Joan.j. Item fuit honorabilis tam ex parte diuinitatis q̃ ex parte humanitatis: quia ecce plusquam Salomon hic Mat.xij. Iste igitur honorabilis Jethro frequẽter mãdauit Moysi.i. humano generi per ora prophetarum / ꝙ venturus esset ad eum in propria. Tandem ergo tenuit promissum: iuxta illud Esaie.lij. Propter hoc sciet populꝰ meꝰ nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. Item Aposto. Hebreo.j. Multipharie multisq́ modis olim deus loquens patribus in prophetis nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Et Joan.j. Uerbum caro factũ est / et habitauit in nobis. Itẽ Abacuch.iij. Post hec / id est post oracula prophetarum: in terris

terris visus est: supple dei filius in carne assumpta / et cum hominibus conuersatus est / supple in tali carne. Philippen.ij. Habitu inuentus vt homo. Sed quid designat q Moyses egressus in occursum Iethro cognati sui osculatus est eum / salutaueruntque se mutuo verbis pacificis: nisi q in mysterio incarnationis filij dei / diuinitas osculata est humanitatem: quod quidem osculum ineffabile et diuinum longe ante petierat ipsa humanitas / dicens illud Canticorum.j. Osculetur me osculo oris sui. Atque in hunc modum salutauerunt se mutuo verbis pacificis deus et homo / qui prius erant inter se diuisi / et in continuo bello. Psalmista. Simul in vnum diues et pauper: id est / deus et homo. Sed quid est q Iethro primum ingressus est tabernaculum Moysi / nisi q filius dei veniens in hunc mundum primum habitauit in tabernaculo virgineo. Iuxta illud Eccli. xxiiij. Qui creauit me (inquit virgo Maria) requieuit in vtero meo. Et quid est q tandem Iethro benedixit deo / et ait: Benedictus dominus qui liberauit vos de manu Egyptiorum / et de manu Pharaonis: nisi q populus Christianus redemptus per Christum / tam a peccatis / q a diabolo / debet de tantis beneficijs immensas gratiarum actiones referre: et dicere illud Luce.vij. Propheta magnus surrexit in nobis / et deus visitauit plebem suam. Finaliter quid sibi vult / q Aaron et omnes seniores filiorum Israel venerunt vt comederent panem cum Iethro / qui erat cum Moyse intra tabernaculum eius: nisi q Christus cum resurrexisset a mortuis / apparuit discipulis suis comedens et bibens cum illis: vt patet Luce.xxiiij.. Item Actu.x. Petrus probans veritatem resurrectionis Christi / ait: Hunc deus suscitauit tertia die / et dedit eum manifestum fieri non omni populo / sed testibus preordinatis a deo / nobis qui manducauimus et bibimus cum eo / postquam resurrexit a mortuis.

¶ Allegorice et quinto / iuxta illud: Obtulit Iethro holocausta etc. Notandum / q Iethro figurauit Christum: tum propter nominis interpretationem / vt ostensum est in principio precedentis expositionis: tum propter oblationem. Iethro enim obtulit holocausta / et hostias domino: vt dictum est: ita et Christus in sua circuncisione obtulit quasi hostiam deo patri: quia modicam partem sui sanctissimi sanguinis / quasi quodammodo inchoans nostram redemptionem / et dans deo patri arras. At vero in passione se obtulit eidem deo patri per modum holocausti: quia nihil sibi retinens: quia nec animam / nec corpus / nec sanguinem: ita vt dicat Psalmista in persona ipsius: Aruit tanquam testa virtus mea / id est corpus. Et dicitur aruisse: quia in morte totus humor sanguineus inde exiuit per plagas eiusdem corporis.

potis. Ecce igitur quam preciosissimum holocaustum oblatum est deo patri pro nobis super altare crucis, cuius sola figura erant holocausta veteris legis. Et ideo illo oblato, omnia alia cessauerunt: ita vt dicat Psalmista de domino: Sacrificium et oblationem noluisti. Et iterum: Holocaustum et pro peccato non postulasti, tu supple deus pater. Non postulasti (inquam) propter se, sed tanquam figuratiua veri holocausti filij tui. De quo subditur: Tunc dixi ecce venio: scilicet in carne inquit dei filius: vt habeam vnde me offeram in holocaustum eidem patri.

¶ Allegorice et sexto, Sephora vxor Moysi quam remisit ad domum patris, vna cum filijs, quando voluit descendere in Egyptum: et quam postmodum redeundo de Egypto reassumpsit. Ipsa est synagoga que fuit olim tanquam sponsa domini. Iuxta illud Osee. ij. Desponsabo te mihi in fide. Unde de hac sponsa olim dominus genuit plures filios, videlicet quotquot fuerunt sub lege fideles Iudei. At vero adueniente vero Moyse Christo in Egyptum huius mundi, visus est quasi repudiasse hanc Sephoram propter incredulitatem suam, eritque ibi cum filijs suis, quousque reliquie Israel salue fient, quod fiet versus finem seculi. Et hoc est quod ait Christus Ioannis. x. Alias oues habeo, que non sunt ex hoc ouili, et illas oportet me adducere, et fiet vnum ouile et vnus pastor. Et tunc Iethro et Moyses, id est populus gentilis et Iudaicus salutabunt se mutuo verbis pacificis: habitabuntque simul in eodem tabernaculo: id est in eadem ecclesia, et pariter benedicentes dominum benedictione laudis, atque pariter offerentes domino holocausta et hostias bonorum operum. Insuper simul comedentes panem illum sacramentalem, de quo Ioannis. vj. ait Christus: Ego sum panis viuus. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in eternum.

¶ Anagogice Moyses qui triumphator redit de Egypto, designat spiritum humanum, qui in presenti triumphauit de carne, mundo et diabolo: et ideo gloriose regnat in celis cum angelis dei. Per hoc autem quod Iethro et Moyses salutauerunt se mutuo verbis pacificis, designatur illa perpetua et inuiolabilis pax et concordia, que est inter beatos in celis. Nam ibi tranquilla sunt omnia et communia. Unde Gregorius in Moral. libro. iiij ca. xlij. Tanta (inquit) vis amoris in illa pace ipsos beatos sociat, vt quod in se quisque non acceperit, hoc se accepisse in alio exultet. Preter hoc autem beatitudo illa celestis quo ad multa designatur per presentem historiam. Primo quidem per hoc, quod cum Moyses et Iethro fuissent sub vno tabernaculo, contulerunt de negocijs suis: et signanter Moyses de his que passus fuerat prius in Egypto: ita et in celesti gloria beati recordantur malorum

que

que passi sunt in presenti: et hoc ad maiorem gloriam ipsorum. Secūdo vero: quia letatus est Jethro super omnib⁹ bonis q̄ fecerat dn̄s Israeli: et de hoc benedixit dn̄m. Sic et in celo vn⁹ letatur de bono alterius: vt dictum est. Tertio autē: q2 Jethro obtulit holocausta dn̄o: ita et in celo beati totaliter se offerūt dn̄o: nihil sibi reseruātes: sed hoc totum cōfert dominus ad ipsorum salutem. Quarto denicq: quia omēs maiores filiorum Israel comederunt panem cum Jethro. Sic et in celo iusti epulanē et exultant in conspectu dei: et delectātur in leticia. Nā ibi semper est mēsa polita. Lu. xxij. Ego (inquit Christus electis) dispono vobis vt edatis et bibatis sup mēsam meam in regno meo. Econtrario autē erit in inferno. Unde Esa. lxv. Hec dicit domin⁹ deus: Ecce serui mei comedēt: et vos esurietis. Serui mei bibent: et vos sitietis. Serui mei letabuntur: et vos cōfundemini et c. Ecce q̄no recte per hāc historiam anagogice designatur gloria eterna. Sed quid est q̄ Jethro adduxit Sephoram ad virum suum Moysen: quam ille letanter recepit: nisi q̄ virtute diuina in finali resurrectione spiritus beati resument carnem quam prius dum hic viuerent habuerant. Nam in morte spiritus volantes in celū: videntur totaliter reliquisse sua corpora et repudiasse illa. Sed in dicta resurrectiōe apte ostēdetur oppositum: cum cuilibet corpori reddetur proprius spiritus: vt tandē ambo puenīāt ad terram promissionis: vbi stane fine simul requiescēt. Unde ad propositum videtur facere illud. j. Thessa. iiij. mortui q̄ in Christo sunt: resurgent primi. Deinde nos qui viuimus: q̄ reliquimur: simul rapiemur cum illis in nubibus obuiā cū Christo in aera: et sic semper cū domino erimus.

¶ Secūda clausula.

Altera die sedit Moyses vt iudicaret populū: qui assistebat Moysi a mane vsq ad vesperam. Quod cū vidisset cognatus eius omnia: scilicet que agebat in populo: ait: Quid est quod facis in plebe? Cur solus sedes: et omīs popul⁹ prestolatur de mane vsq ad vesperā? Cui respōdit Moyses: Uenit ad me populus: q̄rens sentētiam dei. Cumq acciderit eis aliqua discrepatio: veniūt ad me vt iudicem inter eos: et ostēdam precepta dei: et leges eius. At ille: Non bonā (inquit) rē facis. Stulto labore consumeris et tu: et populus iste qui tecum est: vltra vires tuas est negociū. Solus illud non poteris sustinere: sed audi verba mea atq consilia: et erit dn̄s tecum. Esto tu populo in his que ad deum pertinent: vt referas que dicuntur ad eum: ostendasq populo cerimonias et ritum colendi: viāq per quā ingredi debeant: et opus quod facere debeāt. Prouide autem de omni plebe viros sapiētes et timētes deum: in quibus sit veritas: et qui oderint auaritiā: et constitue ex eis tribunos et centuriones.

turiones/ et quinquagenarios z decanos/ qui iudicent populũ omni tempore. Quicquid autẽ maius fuerit/ referant ad te: et ipsi minora tantummodo iudicent/ leuiusqꝫ sit tibi partito in alios onere. Si hoc feceris/ implebis imperium domini/ z precepta eius poteris sustentare/ et omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace. Quibus auditis Moyses fecit omnia q̃ illi suggesserat. Et electis viris strennuis de cuncto Israel cõstituit eos pricipes populi/ tribunos/ z centuriones et quinquagenarios/ z decanos/ q̃ iudicarent plebem domini omni tempore. Quicquid autem grauius erat/ referebant ad eũ/ faciliora tantummodo iudicantes. Dimisitqꝫ cognatum suũ: qui reuersus abijt in terrã suã.

¶ Historialiter. Postq̃ in precedenti clausula/ insignis propheta domini Moyses locut⁹ est de aduẽtu Iethro ad se pariter z de aduentu Sephore filie eiusdem Iethro ad eũdem Moysen cuius erat vxor/ secũ adducentis duos filios illius: Hic consequenter agit de salubri z sano consilio quod dedit illi dict⁹ socer suus Iethro circa regimen populi Israelitici. Refert ergo dictus famul⁹ domini Moyses/ ꝙ altera die/ scilicet post oblationem Iethro/ sedit Moyses vt iudicaret populum. Et inde ductum est in consuetudinem/ vt iudices sedendo/ z non stando/ iudicent. Unde cum quidam iudex protulisset stando sententiam contra quendam cautelosum z litigiosum hominem/ appellauit de ipo/ z de sententia illius/ eo ꝙ non sedebat pro tribunali quando eam protulit. De causa autẽ huius ordinationis dicetur in solutione ad primum dubium: qui assistebat Moysi a mane vsqꝫ vespere. Forte em oriebantur questiones et controuersie in populo Hebreorũ et collocatione castrorum: vel propter partitionem prede Amalechitarum/ sicut frequenter cõtingit in expeditionib⁹. Per hoc autem ꝙ dicitur a mane vsqꝫ ad vesperam/ datur intelligi ꝙ de die tñ iudiciũ est vẽtilandũ: et hoc propter tria/ scilicet ad cauendum insidias/ ad cognoscendum personas/ z ad legendum instrumẽta et inquestas. In hoc etiã ꝙ dicitur a mane vsqꝫ ad vesperam/ notatur diligentia Moysi in discussione causarum/ z terminatione earum. Unde Augustinus: Cause sunt in breui discutiende/ non diu protelande. Cũ ergo Iethro vidisset improbũ laborẽ Moysi generi sui ait illi: Quid est quod facis in plebe? Non improbat Iethro iudiciũ z iustitiam Moysi. Sed tñ improbum laborem illius. Ideo ait illi: Cur solus sedes? Quasi diceret: Nõ debes solus sedere z iudicare de omnibus. Ad que Moyses: Uenit ad me populus/ querẽs sententiam dei. Quid autem per sententiã dei intelligatur/ dicetur in deductione dubiorum: Cumqꝫ acciderit eis aliqua discrepatio/ siue ratione habitationis/ siue alias: veniũt ad me/ vt iudicem

in-

Inter eos/ non tanq̄ arbiter de
consensu partium/ sed tanq̄ iu
dex ordinarius et rector popu-
li a deo cōstitutus immediate.
In cuius rei signum ipse Moy
ses deferebat virgam in manu:
Ad quem Jethro: Non bonam
rem facis: id est/ non expedien
tem. Stulto labore cōsumeris/
in exercēdo talem iudicaturā.
Ubi notandum secundum An
dream/ q̄ quamuis Jethro fuis
set honorifice receptus et tra-
ctatus a genero suo Moyse: il-
le tamen correctionē non dis-
simulauit / vbi corrigi opor-
tuit. Cuius etiam correctionē
Moyses libenter suscepit / et
executus est.
¶ Consequenter ponitur con-
silium Jethro/ qui ait ad ipsum
Moysen: Sed audi verba mea
atq̄ cōsilia/ et erit dominus te-
cum. De sensu huius verbi di-
cetur consequenter: Esto tu po
pulo in his que ad deum perti
nent: scilicet accedēdo ad deū
pro populo/ et voluntatem eius
audiendo pro populi directio-
ne. Ul' sic: Esto tu poplo in his
que ad deum pertinent: id est/
cerimonias/ et viam morum/ vel
itineris ostendas eis. Ad deci
sionem vero causarum elige vi
ros potentes/ timentes domi-
num/ amantes veritatem/ dete
stantes auaritiam. Et nota/ vt
dicit Petrus Comestor/ q̄ in
his quatuor que Jethro dixit
esse consideranda in eligendo
iudice/ ponit potentiā: que plu
rimum valet dūmodo alia tria
sequātur. Alioqui (inquit) ad-
ditur oleum camino/ et gladius
veneno. Alia trāslatio habet/
sapientes: quos forsan poten-
tes vocat ad iudicādum. Istud
est ergo consilium quod dedit
Jethro genero suo. Proinde/
scilicet cum magna delibera-
tione et discretione: de omni ple
be/ absq̄ personarū acceptio-
ne: viros/ quia mulieres nō de-
bent eligi in iudices/ propter
defectum discretionis et cōstan
tie. Unde in signum huius/ iu-
dex (secundum aliquos) est ma
sculini generis. Q̄ autem mu-
lieres sint iudices/ leges ciui-
les vetant: vt habetur. ff. de iu
dicijs. l. cum pretor. Quinim-
mo sunt remote ab omnib⁹ of-
ficijs publicis vel ciuilibus: vt
cauetur. ff. de regul. iuris. Eli-
ge ergo (inquit Jethro ad Mo
ysen) viros sapientes/ siue po-
tentes. Ecce primum. Secun-
dum est/ et timentes deum: sup-
ple magis q̄ homines: quia a-
lias possent faciliter deuiare a
iustitia: vt notatur vndecima
questio. iij. quatuor. et duobus
capitulis sequentibus. Tertiū
est/ in quibus sit veritas: scili-
cet: doctrine/ vite/ iustitie: ita vt
nō sint de numero illorum de
quibus dicitur Esaie. j. Pupil
lo non iudicant/ et causa vidue
non ingreditur ad illos. Quar-
tum est/ et q̄ oderint auaritiam:
quia vt dicitur Ecclesiasti. xx.
Xenia et dona excecant ocu-
los iudicum. Patēt ergo qua-
tuor requisita in illis qui assu-
muntur in iudices/ iuxta sen-
tentiam Jethro. Insuper ipse
describit distinctionem officio-
rum quo ad eos qui presunt in
republica/ cum ait: Et consti-
tue ex eis tribunos/ id est/ vnū
cuiq̄

cuiqꝫ tribui vnū preponere. Unde secundum Comestorem/ tribuni dicebantur/ qui tribubus preerant: ⁊ hoc Hebraice/ Grece autem tribunus chiliarchus/ Latine millenarius dicitur: nō quia in tribu tātum essent mille/ sed certum numerum posuit pro incerto. Uel pro multitudine copiosa/ numerum posuit supremum. Forte quia iam principem habebat queque tribus suum. Sub principe autem voluit esse millenarios/ qui tantū preessent mille. Sub millenarijs autem monuit cōstitui decem ecatontarchos/ id est/ centenarios vel centuriones. Sub centurione duos pentacontarchos/ id est/ quinquagenarios. Sub quinquagenario autem quinqꝫ decanos. Orta igitur lite inter decem/ stabant ad iudicium decani: sicqꝫ facile erat lites paucorum dirimere. Qd si non poterant diffinire/ ascendebant ad quinquagenarium/ ⁊ sic vsqꝫ ad Moysen/ quod tamen rarum erat. Dicti tamen iudices maiora reseruabant Moysi/ ipsi minora iudicātes. Acquieuit Moyses/ nec erubuit vir deo plenus consilium sequi hominis gētilis. Hec Petrus Comestor in forma. Cum autem in populo Israel essent sexcenta milia peditum: vt dictū est supra duodecimo cap. consequēs est dicere ꝙ ibi fuerunt sexcenti tribuni. Centuriones sex milia. Quinquagenarij autem duodecim milia/ Decani vero sexaginta milia. Josephus autem dicit: Jethro primo dixisse Moysi vt disponeret exercitum per dena milia viros/ deinde per mille: et sic consequenter/ vt prius dictum est. Sequitur in textu: Qui iudicent populum omni tempore/ scilicet debito: quia vt dicit Andreas/ causas decidere/ temporale est: et ideo in solennibus diebus in quibus a temporalibus est vacandum/ etiam ab illis est cessandum: Si hoc (inquit) feceris/ implebis imperium dei/ id est/ plene imperabis populo sub deo: vel vice dei: ⁊ precepta eius/ scilicet sub regimine tibi dato/ populi poteris sustinere: ⁊ omnis populus hic reuertetur cum pace ad loca sua: id est/ ad tabernacula sua/ que scilicet par est finis principalis cuiuslibet boni regiminis.

¶ His igitur premissis sequitur executio consilij dati per Jethro/ cum subditur: Quibus auditis Moyses fecit omnia que illi suggesserat. Jethro autem dimisit cognatum suum/ & iuit in terram suam. Et (vt dicit glossa ordinaria) non dixit Moyses: Quia mihi loquitur deus quid agere debeam/ quomodo cōsilium ab homine accipiam? Patet igitur ex hac historia/ ꝙ bonum consilium inferioris non est contemnendum. Moyses enim qui erat dux populi/ et ita deo propinquus/ ꝙ loquebatur ei sicut solet loqui homo ad amicum suum: non tamen contempsit consilium ipsius Jethro/ quamuis gentilis/ sed ipsum secutus est/ ⁊ bene sibi fuit.

¶ Circa autem hanc clausulam textus possunt moueri aliqua dubia.

Primum

¶ Primum igitur dubiū mouetur propter illud primū verbum vbi dicit: Altera die sedit Moyses vt iudicaret populum. Queritur ergo/ cur sedit? Ad hoc dicit Josephus/ q hoc fecit vt daret modū futuris iudicibus sic agendi/ quando solenniter et publice iudicant: quoniam tranquillitatē animi (que maxime iudicib9 necessaria est) inducunt tranquillitas corporis ⁊ quies. In cuius signum turbati mente / non possunt quiescere corpore. Hec ille. Hinc Sapien. xij. de supremo iudice deo dicitur: Tu autem domine cum tranquillitate iudicas omnia.

¶ Secundum dubium/ vtrum Moyses sederet in iudicando populū continue a mane vsq3 ad vesperam? Dicendū/ q non: quia necesse erat eum capere cibum inter illa duo tempora. Item hoc fuisset sibi importabile. Et ad verba textus dicēdum/ q sunt ciuiliter interpretanda: sc3 saluis saluandis.

¶ Tertium dubiū mouet propter illud verbum Jethro ad Moysen: Quid est quod facis? Cum enim ipse Jethro videret omnia que faciebat Moyses: vt habetur in litera/ cur ergo eum de hoc interrogat? Dicendum/ q ipsum non interrogat quasi ignorans que ageret/ sed vt ex responsione illius conueniētius sumeret occasionem ei consulendi. Sicut in simili legitur Geñ. xvj. q angelus domini dixit ad Agar/ Agar ancilla Sarai vnde venis: et quo vadis? Cum tamē hoc minime ignoraret. Simile etiam legit Joan. vj. vbi habetur q Christus interrogauit Andreā dicens: Unde ememus panes/ vt manducent hi? Deinde subdit Euangelista/ dicēs: Hoc autē dicebat/ tentans eum. Ipse em̄ sciebat quid esset facturus. Et ideo querit: quia licet oīa vidisset/ nō tamen omnia intellexerat tanq̄ Madianita ignar9 lingue Hebree/ in qua homines lites mouebāt/ et Moyses eas decidebat in eadem lingua.

¶ Quartum dubiū: In qua lingua respondit Moyses ad Jethro? Dicēdum/ q in lingua siue idiomate Madianitarū: alias non bene eum intellexisset Jethro/ ignar9 lingue Hebree. Moyses autem respōdit illi in ligua Madianitica: quia eam expertus fuerat cum mansisset apud ipm̄ Jethro/ pascēs oues illius/ postq̄ fugisset de Egypto primo.

¶ Quintum dubiū mouet propter illud verbū Moysi ad Jethro: Uenit ad me populus/ q̄rens sententiam dei. Queritur ergo quid intelligitur per sententiam dei? Dicendum/ q per hoc potest intelligi ipsiusmet Moysi sententia/ quia cū esset dei amicus charissimus/ et ipse deus eius sententiam approbabat/ iuxta illud quod postea dixit Christus verus deus Lu. x. Qui vos audit/ me audit. Uel per sententiam dei potest intelligi sententia de his que immediate ad deum pertinent/ siue que sunt ad ipsius honorē. Uel sic s̄m dn̄3 patriarchā de Pal. querēs sententiam dei/ de his scilicet de quib9 non est lex expressa. Secus autē de his que frequēter

frequenter accidebant. Cumq; (inquit Moyses) acciderit eis aliqua disceptatio, scilicet de his que possunt lege terminari, veniunt ad me vt iudicem inter eos: et ostendam eis precepta dei, et leges eius: precepta (inquam) de faciendis, et leges de fugiendis.

¶ Sextum dubium, et quod oritur ex precedenti solutione est tale: Quod dicit Moyses, vt ostendam eis precepta dei et leges eius. Nondum enim precepta dei data erant. Nec similiter leges diuine adhuc erant scripte. Ad hoc respondet August. super Exodum questione .lxvij. et similiter ponitur hic in glo. ordi. quod hoc intelligi debet de lege eterna, quam consulunt omnes pie mentes: vt quod in ea inuenerint vel faciant, vel iubeant, vel vetent: secundum quod illa incommutabilis veritas preceperit. Nunquid enim Moyses (quamuis cum illo deus loqueretur) per singula credendum est quod consulere soleret deum si quid esset in disceptationibus tante multitudinis, que illum in hoc iudicandi negocio a mane vsq; ad vesperam detinebat? Et tamen nisi sue menti presidentem dominum consuleret: legemq; eius eternam sapienter attenderet, quid iustissimum iudicare inter disceptantes posset non inueniret. Hec ille. Et nota vt dicit de Pal. quod dictus Moyses non consulebat dictam legem eternam semper per specialem reuelationem, sed aliquando sic: aliquando autem secundum legem communem. Sed omnis irradiatio veritatis, est quedam irradiatio et participatio legis eterne, q̄ est veritas incommutabilis, vt dicit idem August. Veritatem autem omnes aliqualiter cognoscunt, ad minus quantum ad principia communia legis naturalis: secundum illud Psalmi. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. In alijs autem quidam minus participant de cognitione veritatis, et secundum hoc etiam plus vel minus cognoscunt vel consulunt legem eternam. Vnde hic possunt intelligi leges dei prima precepta legis naturalis. Vel etiam alie veritates, secundum quas in causis decidendis Moyses procedebat.

¶ Septimum dubium mouetur propter illud sequens verbum Jethro ad Moysen: Non bonam rem (inquit) facis. Nunquid ergo voluit innuere Jethro, quod Moyses malam rem faciebat? Dicendum quod non: quia inter bonum et malum (moraliter sumptum) est dabile medium per abnegationem. Nam vt sic lapis nec est bonus nec malus. Est ergo sensus predictorum verborum: Non bonam rem facis, i. non expedientem. Nam bonum diuiditur in honorabile, honestum, vtile siue expediens. Modus autem iste iudicandi in Moyse non erat bonum expediens. Propter quod subdit Jethro: Stulto labore consumeris.

¶ Octauum dubium mouetur propter illud verbum: et dominus erit tecū (inq̄t Jethro ad Moysen) sed nunquid prius erat cum eo iudicante? Respondet ad hoc August. super Exod. q. lxviij. dicens: Mihi videtur hinc significari animum hominis actionibus nimis intentum deo quodammodo vacuari: quo fit tanto plenior, quanto in supna

atq3 eterna liberi⁹ extenditur.
¶ Nonū dubiū: Cur de⁹ famu-
lū suū / cū quo ipse tāta z talia
loquebaẗ / ab alienigena pass⁹
est ammoneri? Ad hoc respon-
det August. vbi supra dicens /
ꝙ in hoc scriptura nos ammo-
net / ꝑ quēlibet hominē deḃ cō
silium veritatis / nō debere cō-
temni. Deinde dat aliā solutio
nem z rationē / dicēs: Uidendū
(inquit) etiā ne forte ibi volue
rit deus ab alienigena ammo-
neri Moysen / vbi z ipsum pos-
set tentare superbia. Sedebat
eñ iudiciaria sublimitate so-
lus / vniuerso populo stāte. Nā
hūc sensum indicat / cū ipse Je
thro eos eligi iussit ad iudicā-
das causas populi / qui odissent
superbiam: secundū vnā literā.
¶ Decimū dubiū moueẗ pro-
pter illō verbū: et precepta ei⁹
poteris sustētare. Querit ergo
August. verū Hebrei ante legē
datā habuerit literas? Ad hoc
respondet sup Exod. q. lxix. in
fine / ꝙ aliq̄ volūt dicere ꝙ sic.
Quando autem ceperint esse
huiusmodi litere / nescio (inq̄t)
si valeat indagari. Deinde ait
Nōnullis videtur a primis ho
minibus eas cepisse / z perdu-
ctas esse ad Noe / atq3 inde ad
parentes Abrahe: z inde ad
populum Israel: sed vnde hoc
ꝓbari posset / ignoro. Hec ille.
¶ Undecimum dubium moue
tur propter illud verbū: Qui-
bus auditis Moyses fecit om-
nia que Jethro illi suggesse-
rat. Queriẗ ergo quare Moy-
ses tam facile obediuit homi-
ni alienigene z gentili? Dicen-
dum ꝙ ideo / quia omnia que
dixerat erant consona ratio-
ni: z ideo non oportuit vt ipse
Moyses super hec consuleret
dominum.
¶ Duodecimum dubium mo-
uetur propter illud sequēs ver
bum: Et electis strennuis vi-
ris zc̄. Queritur ergo a quo ta
les fuerūt electi a Moyse scʒ
vel a populo? Ad hoc dubium
dicunt aliqui ꝙ a populo: ita
enim habetur Deuter. j. Dicē-
dum / ꝙ Moyses hanc electio-
nem populo commisit: vt dicit
de Lyra: quia per experientiā
cohabitationis melius cogno
scebant conditiones vicinorū
suorū / q̄3 ipse Moyses. Illam
autem electionem Moyses ap
probauit z ꝯfirmauit. Et ideo
dicitur hic elegisse / quia au-
thoritate ipsius huiusmod ele
ctio facta fuit z approbata.
Unde ante ipsius approbatio-
nem / electio inualida fuit. De
exemplū de canonica electio-
ne alicuius particularis prela-
ti / que est inualida ante confir
mationem superioris.
¶ Decimūtertiū dubiū moueẗ
ꝓpter illud verbū: Dimisitque
cognatum suum. Queritur er-
go quādo hoc factum est? Re-
sponsio: aliq̄ dicunt ꝙ Jethro
venit ad Moysen primo anno
egressionis filiorum Israel de
Egypto: quod est valde proba
bile: dicunt ꝙ nō redijt ad ter-
ram suam vsq3 ad annū sequen
tem: ita ꝙ fuit per annum cum
populo Israel. Reditus autem
eius hic narratur per anticipa
tionem. Et hoc est magis pro-
babile: vt dicūt postillatores.
Ipse enim de nouo conuersus
erat ad fidem / vt dictum est: et
ideo debebat plenius instrui
z maxi-

& maxime quia illo anno erat lex danda a deo. Insuper quia vidēs generū suū in tanta gloria: & per consequēs filiā suam & nepotes: nō est verisimile q̄ cito recesserit ab eis.

¶ Decimumquartū dubium: Cur nō associauit eum vsq̃ ad montē Sinay? Forsan res secū de in causa fuerunt. Cū eñ dicet⁹ Jethro plenus esset multis bonis / habuit illis intendere in propria. Alias longa eius absentia multum damnū attulisset. Uel fortassis ꝯ hoc fecit ad instantiā ipsius Moysi / ꝑpter causam nobis ignotā. Quemadmodū ergo dictus Moyses volens descendere in Egyptū / voluit suā vxorē remittere ad domum eiusdem Jethro / propter causam sibi notam: vt dictum est prius.iiij.ca. Ita & in proposito potest etiam dici q̄ hoc fecit Moyses / consulens senectuti ipsius Jethro. Nam in mutatione castrorum multi vexabant etiam corporaliter. Ab hoc igitur onere volens Moyses suum socerum esse immunem / decreuit ante rei euētum eum ad propria remittere. Et forte ne ex illa parte insurgerent hostes contra filios Israel.

¶ Decimumquintum dubium: Utrum Jethro habēdus sit inter viros deum verū colentes / religioseq̃ viuentes? Uidet̄ q̄ non: quia Israelita non fuit. Soli autem Israelite tunc tēporis vnum verum deum colebāt / sicut modo Christiani. Ad dubium respōdetur affirmatiue: quia etsi nō fuerit Judeus numero / fuit tamen Judeus merito: quia ad eorū fidē cōuersus: vt dictū est. Da exemplū de Job / q̄ predicto modo fuit Judeus / qui natione gentilis erat.

¶ Moraliter & ꝑmo / per Moysen principē ac ducē populi / q̄ in propria sedens iudicabat de causis & querelis populi: instruuntur principes terrent vt saltim interdū prestēt audiētiam querelis popli: quia ad hoc positi sunt / & non ad vacandū suis voluptatib⁹. Unde in Psalm. Nūc (.i. in ꝑsecutiua vita) reges intelligite: erudimini q̄ iudicatis terram. Et nota q̄ istud secundum refertur ad primū. Et idē habetur Sap.vj. Hinc de rege Salomone legit̄.iij. Reg.iij. q̄ ad cū venerūt due mulieres meretrices: q̄ steterūt corā eo: inter quas iudicauit non nisi in propria. Similiter legit̄ in lib. Judicū / libris Regū / atq̃ Paralip. de multis regibus & principib⁹ populi / q̄ iudicauerunt subditos: nō solū quidē authoritatiue / verumetiam executiue. Unde & de beato Ludouicō Frācorum rege legitur / q̄ bis in hebdomada sedebat in loco publico & patēti / vt sic facilius possent accedere ad eū q̄relas habētes. Inter quas poti⁹ audiebat q̄relas pauperū q̄ diuitum: sciēs q̄ paup dū nō habet qd offerat / non solū audiri contēnitur / sed etiā cōtra veritatē opprimitur. Diues autē nullā pertimescit culpam quam nūmis redimere existimat / eo q̄ cito violatur auro iustitia. xj. q.iij. pauper.

¶ Moralit̄ & .ij. Moyses qui sedet vt iudicet populum sibi assistentem / est ratio in homine /

que debet sedere per tranquil litatem: et non commoueri per inquietudinem: siue impatientiam. Per populũ autem assistentem Moysi a mane vsque ad vesperã: intelligũtur defectus qui contingunt in sensualitate a mane vsq; ad vesperã: id est tam in iuuenib9 q̃ in senibus: siue per totũ temp9 vite presentis. De his igitur omnibus defectibus et culpis debet iudicare ratio: et ipsos punire: secundũ q requiritur Apoc. xviij. Quantũ in delicijs fuit: supple sensualitas: tm̃ date ei tormentum et luctũ. Ubi vero ipsa ratio in semetipsa turbat: debet seipsam ad tranquillitatem reuocare: et iudex suijpsi9 esse: qr nullũ aliũ iudicem habet in terra nisi solum deum: qui cum trãquillitate iudicat omnia.

¶ Moraliter et tertio: per Iethro cognatũ Moysi: siue socerũ: qui vidit omnia que agebat Moyses: et qui reprehendit eũ de improbo labore suo: intelligitur bonus angel9 qui datus est a deo homini vt reuocet eũ a malo: et prouocet ad bonum. Hic igitur Iethro videt aperte omnia q̃ agit homo in presenti. Unde cũ videt eũ improbe agere: dicit ei: Quid est qd facis o miser peccator? Stulto nempe labore consumeris: qr post laborem peccati: sequitur eterne vite priuatio: et eterne pene assecutio. Unde miseris damnatis dicitur cũ improperio illud Rom. vj. Quem fructũ habuistis in his in quibus nũc erubescitis? ac si diceret illis apost. Ualde fatui fuistis dum ageretis vitã in terris: consumendo dies vestros in peccatis de quibus nũc erubescitis.

¶ Moraliter et quarto: iuxta illud verbũ: Ultra vires tuas est negociũ etc. Notandum q istud verbũ potest intelligi de multis diuitib9 et prelatis: etiã religionũ: qui de nullo confidentes volunt spiritualia et tẽporalia regere et disponere: et dispensare. Et quia plurib9 intentus minor est ad singula sensus: hinc est q sub talibus prelatis frequenter mores ruunt: et temporalia pereũt: quia tũc cõmuniter subditi rapiunt clandestine quicquid possunt. Non sic autem docuit domin9 noster Iesus Christ9 esse agẽdum: qui loculos commisit Iude. Nec similiter post eũ ipsius apostoli: qui postq̃ assumptus fuisset in celũ: et crescente multitudine Christianorũ oriretur murmur inter eos propter temporalia: dixerũt: Non est equũ nos derelinquere verbum dei: et ministrare mensis. Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonij septem plenos spiritusancto et sapientia: quos constituamus super hoc opus. Nos vero orationi et ministerio verbi instantes erim9. Hec ibi. Unde in figura huius legitur Gen. tricesimonono de Phutifare eunucho Pharaonis: q cũ emisset Ioseph et vidisset eum industrium: commisit sibi vniuersam dispositionẽ domus sue: nec ipse Phutifar quicq̃ aliud de bonis suis nouerat preter panem quo vescebatur. Iste igitur paganus in facto suo cõdẽnat multos prelatos:

latos: tam episcopos quam abbates. Non tamen illis inconuenit cognoscere dispositionem domus sue: dummodo non nimis ardenter solicitentur circa temporalia: ita vt postponant spiritualia.

¶ Moraliter et quinto: iuxta illud verbum Jethro ad Moysen: Prouide viros sapientes de omni plebe: et timentes deum etc. Notandum: quod per hoc instruuntur reges et principes qui se intromittunt de preferendis prelatis in ecclesia Christi: vt saltim non preferant nisi viros sapientes et scientes: atque timentes deum. In quibus sint ille bone proprietates et conditiones que tanguntur in litera: atque summopere caueant ne sint acceptores personarum. Uideant itaque et diligenter attendant si tales sint sapientes et prudentes prout decet prelatos: quia scriptum est Matthei. xxiiij. Quis putas est fidelis seruus et prudens: quem etc. Item si timeant deum magis quam homines: quia scriptum est Eccli. vij. Noli querere fieri iudex: supple ecclesiasticus: nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Item si sint veraces et constantes in defensione veritatis: vt non verificetur de talibus illud Esa. lix. Corruit in plateis veritas. Item si oderint auaritiam. Deuteron. xvj. Judices magistros constitues in omnibus portis tuis etc. Sequitur: Nec accipientes personam: nec munera etc. Hec sunt igitur quatuor consideranda in iudice animarum.

¶ Moraliter et sexto: iuxta illud verbum predictum: Supra vires tuas est negocium: solus illud non poteris sustinere. Notandum: quod vbi quis recognoscit suam fragilitatem: et negocij (cui incumbit) arduitatem: tunc debet aduocare coadiutores qui ferant partem oneris. Et hinc est: quod secundum dispositionem iuris episcopus sentiens se senectute aut graui infirmitate grauatum: potest a sede apostolica obtinere suffraganeum et coadministratorem: siue coadiutorem. Non tamen potest inuitus destitui. de hoc vide. vij. q. j. scripsit. vbi expresse ponitur casus. Item per plura ca. sequentia vsque ad ca. sicut vir. §. cccc. Ubi concluditur: quod episcopo viuente alius subordinari non potest: nec etiam pro eius egritudine. quod intelligi debet: quando ille qui egrotat: alium sibi substitui non rogat. Ubi vero aliquis vel senectute vel infirmitate grauatus susceptum officium ministrare non valet: si alium sibi substitui petierit: rationaliter fieri potest. Hec ibi. Unde ibi adducitur exemplum de beato Augustino: qui cathedram episcopalem beati Ualerij (nondum defuncti: sed senectute grauati) suscepit. Cum his tamen omnibus stat: quod vbi episcopus grauatur senectute aut infirmitate: taliter quod non potest exequi pontificalia: nec vult cedere: tunc dandus est adiutor illi: vt patet expresse extra de cle. egro. ca. ex parte. Item circa idem propositum notandum: quod cum pastoralis cura sit magni oneris: hinc cuilibet episcopo dantur archidiaconi: qui vocantur in partem solicitudinis: quia scriptum

 est

est Eccl. iiij. Ue homini soli qꝛ nō habet subleuantē &c. Sēsus enim particulares q̄ habent iu dicare de obiectis/habēt duo organa: sicut patet de auribꝰ/ oculis/ꝛ huiusmodi. Applicatio est facilis.

¶ Moraliter ꝛ septimo / iuxta illud verbū: Partito in alios onere. Notandū cōformiter ad dn̄m patriarchā de Pal. ꝙ hoc nomen onus debet scribi sine h. Honor autem per h/ quia h/ non est litera sed aspirationis nota/ quia omnes (inquit) aspirant ad honores: nullus autē ad onera. Propter qḋ moderni prelati hoc cōsiderantes/ diuidunt honores ab oneribus/ sibi assumentes/ siue reseruantes honores: alijs/ scilicet officiarijs suis/ relinquentes onera grauia ꝛ importabilia / que digito suo mouere nolunt: vt peramplius possint vacare voluptatibꝰ ꝛ libertatibus suis. Qꝫ si contingat eos onera diuidere: tunc onus spiritualium alijs committunt: onus tēporaliū sibi reseruantes: cum tamē merito ꝛ iuste deberent oppositum facere: quia plus debent eē soliciti de cura spiritualiū/ q̄ temporalium: vt notat saluator Matth. vj. Unde si se illis offerat materia mere spiritualis/ ꝛ que nō sit de pane lucrando: statim eam remittunt ad officiales suos. Nescio si ideo quia arbitrantur eos peritiores ꝛ doctiores/ quia hoc verecūdum ꝛ culpabile nimis esset: maxime cum debeant habere nedum sufficientem literarum peritiam: verumetiam eminentem: ꝛ scire vtrunqꝫ testamentum. Qꝫ autē principalē curam debeant habere de spiritualibus que dei honorē tangunt/ q̄ de temporalibus: aperte hic demōstratur cum in figura huius dixit Jethro ad Moysen: Esto tu populo i his que ad deū pertinent. Et quia ita non faciunt: ideo tandem vnicuiqꝫ talium dicetur illud quod dictum est Petro Mar. viij. Uade retro Satana/ quia non sapis ea que dei sunt.

¶ Moraliter ꝛ octauo / iuxta illud: Moyses fecit omnia que illi suggesserat Jethro. Notādum ꝙ Moyses obtemperans consilio hominis gentilis: cū tamen ipsemet esset vir maximus coram domino/ ꝛ vniuerso populo Jsraeli: dedit facto ꝛ opere intelligere ꝙ bonū cōsiliū a quocunqꝫ dicatur ꝛ detur / non est cōtēnēdū: sed gratanter recipiēdum. Unde Senec. ad Luciliū: Non te moueat dicētis authoritas: nec. q̄s sed quid dicat attende. Balaā enim verba asine attendit / nec illa eo ꝙ asina esset contēpsit / Numeri. xxij. De bono vino etiam interrogantibꝰ vnde sit: solet responderi ꝙ de hoc non debet fieri questio. Dicit insuper Ambro. ꝙ omne verum a quocūqꝫ dicatur/ a spiritu sancto est.

¶ Allegorice ꝛ primo/ ꝛ cōformiter ad magistrū historiarū Petrū. s. Comest. quemadmodū Jethro dedit cōsiliū Moysi vt / partiret partē solicitudinis sue viris sapiētibꝰ ꝛ timoratis: sic etiā eccl'a Rōana vocauit multos in partē solicitudinis: videlꝫ p̄mates vel p̄triarchas/

chas, archiep̃os, ep̃os, archidiaconos, archip̄sbyteros. Hi e.h. ⁊ signãter vsq; ad ep̃os inclusiue iudicãt de grauioribꝰ causis ⁊ peccatis. Minores autem sacerdotes leuiora peccata ⁊ quedã grauia, sed occulta iudicãt. Grauiora autẽ peccata ⁊ aperta referũt ad episcopũ. Hec ille. Hinc etiã scriptũ est distin.xvij. In multis. i fine, ꝙ maiores ⁊ difficiliores questiones ad apostolicã sedẽ semper deferende sunt. Et similiter idẽ habet͛ extra de translatiõe ep̃i.c.cũ ex illo. Similiter in figurã huiꝰ legit͛ Nũeri.xi. ꝙ dñs dixit ad Moysen: Cõgrega mihi septuaginta viros de senioribꝰ Israel, quos tu nosti ꝙ senes popl̃i sint ac magistri: ⁊ duces eos ad ostiũ tabernaculi federis: facies q; ibi stare tecũ, vt descendã ⁊ loquar tibi: ⁊ auferã de spiritu tuo: tradãq; eis vt sustentent tecũ onꝰ populi, ⁊ nõ tu solus graueris. Applicatio singulorum est facilis.

¶ Allegorice ⁊ secundo, iuxta illud: Prouide de omni plebe viros sapiẽtes ⁊c̃. Notãdũ, ꝙ per huiusmodi viros sapiẽtes quos cõstituit Moyses sub se ꝑ tribunos ⁊ centuriones, per quinquagenarios ⁊ decanos: intelligit͛ varietas statuũ hominũ, quos in om̃i lege cõstituit dñs ad regẽdũ populũ, et dirigendũ in viã pacis. Nã in lege nature constituit patriarchas. In lege scripta ꝓphetas q̃ fuerũt multo plures. In lege aũt grẽe apostolos, euãgelistas, ⁊ ꝯfessores, siue doctores. Et hi silr̃ fuerũt multo plures prioribꝰ. Assũpsit autẽ tales dñs de omni plebe tãq; sapiẽtiores ⁊ ꝑfectiores. In quibus etiã fuit veritas: ⁊ q̃ oderũt auaritiã: ita vt vnus eorũ diceret Phil.iij. Que mihi fuerunt lucra, hec arbitratꝰ sum ꝓpter Christũ detrimenta. Et post pauca: Omnia arbitror vt stercora, vt Christũ lucrifaciã. Unde optime ad propositũ loquitur apost.j. Corinth.xij. dicẽs: Diuisiones gratiarũ sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt: idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem autem deꝰ qui operatur omnia in omnibus. Deinde circa finẽ capituli dicit apost. Quosdam posuit deꝰ in ecclia: p̄mo apostolos, sc̄do prophetas, tertio doctores ⁊c̃. Et Ephe.iiij. apostolus idẽ repetit dicens: Ipse (supple dñs) dedit q̃sdã ap̃los, quosdã autẽ ꝓphetas, alios vero euangelistas, alios autẽ pastores et doctores, ad consummationẽ sctõꝝ: in opus ministerij, in edificationem corporis Christi, donec occurramꝰ ⁊c̃.

¶ Allegorice ⁊ tertio, Moyses cõmittens inferioribꝰ iudicibus minores causas, sibi reseruans maiores: significat Christũ. Hic enim Moyses cõmittit sacerdotibꝰ iurisdictionẽ habẽtibꝰ minores causas ⁊ culpas q̃ remissibiles sunt, dicẽs Mat.xviij. Quecũq; solueritis sup terrã, erunt soluta et in celo. Maiores aũt causas.i. grauissima pctã sibi soli reseruauit: vt est peccatum in spiritũsãctũ, qd̓ non remittit͛ i p̄sẽti, neq; i futuro: vt dr̃ Luc.xij.

¶ Uel dic / ꝙ inferiores iudices constituti a Moyse / significant Christi apostolos: qui minus principaliter iudicabũt in die iudicij. Judex autē principalis erit Christus. Joã. v. Pater omne iudicium dedit filio. De iudicio vero apostolorum scribit Mat. xix. Cum sederit (inquit Christus ad apostolos suos) filiꝰ hominis ĩ sede maiestatis sue / sedebitis ⁊ vos sup̲ sedes duodecim iudicātes duodecim tribꝰ Jsrael. Nec est intelligēdũ / ꝙ apostoli sint iudicaturi authoritatiue siue diffinitiue: q2 hoc modo solꝰ Christꝰ iudicabit: sed tñ accessorie siue approbatiue: sicut consiliarij stātes in eminētiori loco ꝓpe iudicē / dicuntur iudicare: q2 approbāt sententiā iudicis.

¶ Anagogice per cēturiones et tribunos / atqꝫ quinquagenarios ⁊ decanos / qui presunt alijs: intelliguntur illi angeli / qui secundũ hierarchias ⁊ diuersitates ordinũ p̄sunt alijs. Per Moysen autē qui omnibꝰ illis preerat / intelligitur deꝰ / qui eminētissime preest omnibus angelis. Unde ipsi angeli quanto superiores sunt naturali ꝑfectiōe / atqꝫ gratia ⁊ gloria: tanto pluribus principantur. De tali ergo principatu loquitur Apost. j. Corin. xv. dicens: Quandiu durat mundus iste / angeli angelis p̄sunt. Non solum autem boni / sed etiā mali: vt dicit ibi Apost. Hoc etiā conuenit ordini diuine sapientie / que nihil relinquit inordinatum in vniuerso: que attingit a fine vsqꝫ ad finem fortiter / ⁊ disponit omnia suauiter: vt dicitur Sapien. viij.

¶ Exodi decimonono.
¶ Prima clausula.



Mense tertio egressionis Jsrael de terra Egypti / in die hac venerunt in solitudinē Sinay. Nā ꝓfecti de Raphidim / ⁊ peruenientes vsque in desertum Sinay / castra metati sunt in eodē loco / ibiqꝫ Jsrael fixit tentoria e regione montis. Moyses autē ascendit in montem ad deum. Uocauitqꝫ eũ dñs de monte ⁊ ait: Hec dices domui Jacob / et annunciabis filijs Jsrael. Uos ipsi vidistis q̄ fecerim Egyptijs / quomodo portauerim vos super alas aquilarũ / et assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocē meā / ⁊ custodieritis pactum meũ / eritis mihi in peculiũ de cunctis populis. Mea est enĩ omnis terra / ⁊ vos eritis mihi in regnũ sacerdotale / ⁊ gēs sancta. Hec sunt verba que loqueris ad filios Jsrael. Uenit Moyses ⁊ conuocatis maioribus natu populi / exposuit omnes sermones quos mandauerat dñs. Respōditqꝫ omnis populus simul. Cuncta que locutus est dominus faciemus. Cumqꝫ retulisset Moyses verba populi ad dominũ / ait ei dñs: Jam nunc veniā ad te in caligine nubis: vt audiat me populus loquentem ad te / et credat tibi in perpetuũ. Nūciauit

clauit ergo Moyses verba po-
puli ad dominum.
¶ Postq̃ in precedẽti capitu-
lo egit Moyses de adductiõe
vxoris sue Sephore / p Jethro
patrẽ illius ad eum: Jtẽ de cõ-
silio optimo / qḋ dedit illi pre-
dictus Jethro socer illi⁹: Hic
consequenter agit de peruen-
tione populi Jsraelitici in so-
litudine Sinay / qui erat locus
suscipiẽde legis: ⁊ de vocatio-
ne Moysi a domino / qui prece
pit ei vt nunciaret populo vt
studeret sanctificatiõi. Refert
ergo dictus Moyses qualiter
mense tertio egressionis filio-
rum Jsrael de terra Egypti / in
die hac .i. prima die mensis ter-
tij: vt exponit dominus Hugo
Cardi. venerunt in solitudinẽ
Sinay / ibiq; castrametati sũt.
Circa quod notandũ / q castra
metari / aliquãdo sunt due di-
ctiones: ita vt aliquãdo dicat
in scriptura / castra sunt meta-
ti. Unde Deuteronomij .i. dici-
tur: Metabunt autẽ castra filij
Jsrael. Aliquando autẽ acci-
pitur pro vnica dictione cõpo-
site figure / que cõponit de ca-
stra / ⁊ metor metaris: qḋ idem
est q metior siue mensuro / vel
nuto. Castra metari ergo idẽ
est qḋ mẽsurare siue diuidere /
vel ponere aut mutare castra.
Cũ ergo dicit in scriptura / q
filij Jsrael castra metati sunt:
sensus est / posuerunt castra / vel
mutauerunt castra / vel terram
mensurauerunt. Et hoc modo
accipitur in proposito. Nam cũ
venissent filij Jsrael in solitu-
dinẽ Sinay / castra metati sũt:
id est / terrã mensurauerunt / in
qua ponenda erãt castra: quia
secũdum ordinatiõnẽ illorum
qui erant deputati ad hoc / assi-
gnabat cuilibet capitaneo fa-
milie loc⁹ maior vel minor / se-
cundum quantitatem tentorij
sibi necessarij et familie sue.
Jbi ergo filij Jsrael peruenie-
tes / fixerunt tentoria e regiõe
montis: scilicet ad partẽ Oriẽ-
talẽ: vt sic adorarent dominũ
descendentem super montem
Sinay: quia Judei adorãt ver-
sus Occidentem. Unde taber-
naculum ⁊ templũ sic fuerunt
disposita / q ingressus illorum
erat a parte Orientali: vt ad
partem oppositã adorarent sa-
cerdotes / sicut ⁊ stelle celi mo-
uentur motu primi mobilis ab
Oriẽte in Occidentẽ / quasi a-
dorantes ad partem illam. Un-
de .ij. Esdre dicitur: Exercitus
celi te adorant. Jbi ergo Jsra-
el fixit tentoria e regione mon-
tis: id est ex opposito / in quo-
dam scilicet monticulo: vt di-
cit Andreas / et hoc vt popu-
lus posset audire ⁊ videre que
fienda erant in monte. Jtem vt
Moyses posset meli⁹ eis loqui.
¶ Post hec igitur Moyses a-
scendit in montem ad deum: vt
dicitur in textu. Ecce disposi-
tio legis suscipiende ex parte
ipsius Moysi. Uocauit autem
eum dominus de monte: vt sci-
licet familiariter ei loquens
ipsum magis attentum redde-
ret populo. Dixitq; ei: Hec di-
ces domui Jacob / ⁊ annuncia-
bis filijs Jsrael / qui pro codẽ
populo supponit: quia Jacob
postea dictus est Jsrael: vt di-
citur Genesis .xxxij. Uos ipsi vi-
distis que fecerim Egyptijs /
eos scilicet multipliciter ⁊ gra
uiter

niter flagellando / et tandẽ eos
in mari rubro submergendo:
econtra autem quomodo por-
tauerim vos sup alas aquila-
rum. i. cito et expedite educẽdo
vos de Egypto / sicut aquila
inter alias aues citissime vo-
lat: quia omnes Hebrei eadẽ
die egressi sunt de Egypto: vt
dictum est supra. xij. ca. Dicit
autẽ hic Rabi Sal: vt referunt
postillatores / q modus aquile
est / q qñ portat pullos suos de
loco ad locũ / q portat eos su-
pra dorsum suũ: ita q si proij-
ciatur sagitta abinferius ipsa
recipit eam / et non pulli. Domi
nus ergo comparat se aquile:
quia cum voluit transferre fi-
lios Israel per mare rubrum:
angelus qui precedebat castra
Israel / in hoc personã domini
representãs / posuit se in colũ-
na nubis inter Egyptios et
Hebreos: ne scilicet Egyptij
possent Hebreos impetere ma
chinis siue sagittis: vt dictum
est supra. xiij. ca. Et quia pre-
dicta beneficia debebant Iu-
deos monere ad seruiendũ deo
mẽte prompta et munda: ideo
sequitur ex parte domini: Si
ergo audieritis vocem meã:
scilicet efficaciter faciẽdo que
iubeo: et custodieritis pactum
meum / id est legem meam: que
bene dicitur pactum / quia sta-
tuit dominus obseruãtibus eã
dare vitam eternam. Iuxta il-
lud Mat. xix. Si vis ad vitam
ingredi / serua mandata. Et di-
citur pactũ / quasi pacis actũ:
quia predicta obseruatio diui-
ne legis componit actum pa-
cis inter nos et deum: vt dictũ
est. Sequitur: Eritis mihi in
peculium de cunctis populis.
Ubi notãdum / q peculium di-
citur pecunia de pecudibꝰ ha-
bita. Ac si diceret dominus:
Habebo vos tanquam fructũ
pecorum meorũ / id est sancto-
rum patrum mihi subiectorũ /
et ad nutum obedientiũ. Alio
modo peculium est paruus cẽ-
sus extra corpus patrimonij in
potestate filijfamilias. Unde
de eo potest licite ad nutum di-
sponere / preter consensum pa-
tris. Et secũdum hoc dicit hic
dominus: Eritis mihi in pecu-
lium de cunctis populis / id est
in populum mihi proprium / se-
cundum iura. Hec de Pal. qui
satis prolixe deducit istud p-
positũ. In Hebreo autem ha-
betur: Eritis mihi amicabiles /
id est non solum amici / sed ma-
xime amici. Sicut solet dici de
aliquo excellenter liberali / q
nõ solum est liberalis / sed ipsa
liberalitas. Insup vos eritis
mihi in regnum sacerdotale /
id est maximum. Nam nomine
sacerdotij / aliquando maiori-
tas intelligitur / sicut dictum
est in precedẽti ca. de Iethro.
Item. ij. Reg. viij. dicitur / q
filij Dauid sacerdotes erãt: id
est maiores / et primi post regẽ.
Uel regnũ sacerdotale / id est
priuilegiatum et honorabile:
sicut sacerdotes priuilegiati et
honorabiles sunt. Insuper eri-
tis mihi supple / gens sancta /
quasi sine terra: id est cultu
terreno: hoc est idolorũ / quo-
rũ materia est terra. Uel gens
sancta / id est ad dei cultum ap
plicata. sicut et vestes sacerdo-
tales dicuntur sancte / quia ad
dei cultum applicate. Ex hoc
enim

enim quod Christus, qui est sanctus sanctorum, nascitur erat secundum carnem de populo Israel, dictus populus debebat quadam peculiari sanctitate pollere pre ceteris nationibus et populis. Da exemplum de sacerdotibus noue legis, respectu aliorum hominum. Unde .i. Petri. ij. de illis dicitur: Uos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Hec sunt verba que loqueris ad filios Israel. Ecce breuis recapitulatio predictorum.

¶ Sequitur: Uenit Moyses &c. Postquam descripta est ascensio Moysi ad deum: hic consequenter describitur descensio illius ad populum, cum dicitur: Uenit Moyses, scilicet descendens ad populum, et conuocatis maioribus natu populi, scilicet quos fecerat tribunos: vt dictum est in precedenti capi. Et nota quod Moyses conuenienter in rebus arduis conuocat maiores populi, sicut modo papa pro eisdem rebus conuocat dominos cardina. Illis ergo exposuit omnes sermones quos mandauerat dominus: vt dicit litera. Primo itaque exposuit predictos sermones maioribus. Deinde per eos populo, et tunc omnis populus consensit. Non enim tercenta milia potuissent simul audire vocem illius. Sed quod audiebant millenarij, referebant suis mille: et sic de centenarijs et quinquagenarijs in ordine ad suos subditos. Auditis igitur sermonibus domini respondit cunctus populus, quasi vna voce simul dicens: Cuncta que locutus est dominus faciemus, scilicet libenter sponte et integre. Cumque retulisset Moyses verba populi ad dominum: non quia dominus ignoraret, cum sciret omnia, etiam antequam fiant. Sed vt bona voluntas populi domino presentaretur, tanquam ei placita, sicut boni angeli bona hominum referunt coram domino, prout Raphael dixit Thobie eiusdem. xij. ait ei dominus: Jam nunc veniam ad te in caligine nubis. Per quod designatur, quod in presenti non habemus cognitionem de diuinis, nisi enigmaticam. Nam secundum philosophum .ij. methaphysicorum intellectus noster se habet ad diuina, sicut oculus noctue ad lucem solis. Unde Apost. .j. Corin. xiij. Uidemus nunc per speculum in enigmate. Uenit autem dominus ad Moysen per nouum effectum, per quem ipsum reuerendum fecit in conspectu populi: vt dicit Andreas. Ille autem nouus effectus, fuit apparitio in caligine nubis: vt dicitur in textu. Sic autem apparere voluit dominus in caligine: quia tales apparitiones fiunt communiter secundum dispositionem illorum quibus fiunt: vt audiat me populus loquentem ad te, taliter vt dicit Petrus Comest. vt nullum vox effugeret: vt credat tibi in perpetuum, id est quamdiu viues. Nunciauit ergo Moyses &c. Hec est breuis repetitio.

¶ Circa autem hanc literam mouentur aliqua dubia.

Primum

¶ Primum igitur dubium mouetur propter illud primũ versum: Mense tertio. Queritur ergo de nomine dicti mensis. Dicendum/ ꝙ erat mensis Junij. Hebrei enim primum recesserunt de Egypto cum esset luna decimaquarta Aprilis. Luna enim eadem comederãt sero agnum paschalem in Egypto/ ꝛ nocte sequẽti inde recesserũt. Cum ergo hic sit questio de tertio mense ab egressione eorum/ concluditur aperte ꝙ ille erat mensis Junij.

¶ Secũdũ dubium est de die. Dicendum/ ꝙ erat prima dies Junij. Ab immolatione autem phase erat .xlvij. dies. Pro quo notandum/ secundum Petrum Comestorẽ ꝙ in exponẽdo scripturas .xxx. dies pro mense posuimus/ quasi mediam inter lunares ꝛ solares menses eligendo viã. Lunares enim infra trigenarium inueniũtur quidam: vltra vero non. Solares vero plures hunc numerũ excedũt. A phase quidem .xvj. dies primi mensis/ scilicet Aprilis restabant. Fluxerunt vero postea .xxx. dies secundi mẽsis/ q̄ Maius dicitur. Restat ergo ꝙ prima dies Junij fuit .xlvij. a dicto egressu. Sequenti autẽ die diluculo ascendit Moyses in montem ad deum/ qui locutus est ei.

¶ Tertium dubium/ Quomodo ista possunt stare in veritate cum quadam glossa/ que ponitur sup illud Osee .iij. Fodi eã mihi argenteis. que dicit ꝙ quadragesimaquinta die peruenit populus ad montem Sinay. Ad hoc dicũt quidam/ ꝙ peruenit populus ad predictum mõtem .xlv. die: id est/ prope montem. In effectu autem peruenit ad ipsum montem .xlvij. die. Alij autem dicunt ꝙ predicta glos. nõ computat primum ꝛ vltimũ diem. Et ita non sunt nisi .xlv. dies/ scilicet .xv. primi mẽsis/ ꝛ .xxx. mensis secundi. Nec similiter cõputatur prima dies mẽsis tertij: et sic non restent nisi .xlv. dies. Hic autem computatur prima dies recessus: similiter ꝛ prima tertij mẽsis/ in qua peruenit populus ad predictũ locũ. Insuper vbi ista duo non possent concordari: tunc relinquenda esset dicta glos. Osee/ ꝛ standum esset cũ his que hic dicuntur.

¶ Quartum dubium/ Cur tam diligenter Moyses recitat tẽpus et locum exeundi de Egypto/ et perueniendi in solitudinem Sinay? Ad quod respondetur sm Josephum/ ꝙ hoc fit ad insinuandum dignitatem legis dande: ꝛ vt in reuerẽtia haberetur. Et quia tempus et locus sunt principalia inter illa/ per que magna facta commendantur: ideo de illis specialiter fit mentio.

¶ Quintum dubium oritur propter illa verba in quibus dicitur: Castrametati sunt in eodẽ loco. Ibique fixit Israel tentoria. Videtur enim in illis verbis esse nugatio. Dicendum/ ꝙ in illis non est nugatio: quia cũ dicitur/ castrametati sunt: intelligitur locorum occupatio. Cũ vero subditur/ Ibique fixit Israel tentoria: intelligitur mãsionũ preparatio/ siue tabernaculorum erectio. Et recte dicitur ibidẽ

Israel

Israel fuisse tētoria: quia plus ibi habitauit ꝙ in toto loco deserti. Ibi ergo nō ad cito recedēdum, sed ad diu manendum popul⁹ se collocauit. Unde Rabanus: et ponitur in gloss. ordi. In Sina (inquit) vna māsio fuit: sed inter omnes maxima. Ibi enim lex accepta, tabernaculū erectum. Ibi Exodus, et maxima pars Leuitici, omnesq; libri legis pene cōscripti sunt. Hec in dicta glos.

¶ Sextum dubium oritur propter illa verba imediate sequētia: Moyses autem ascendit in montē ad deum. Uocauitq; eū dominus de monte. In his etiā videtur esse repugnantia: videlicet ꝙ prius ascenderit in mōtem ad deum, et ꝙ postea vocauerit eum dominus de monte. Dicendum, ꝙ non est repugnātia si recte intelligātur p̄dicta verba. Est enim sēsus: Moyses ascendit in montem ad deum, non quidem ad superiorem aut eminētem partē illius, sed vsq; ad certam distātiam: et tūc ibi stetit quasi in colle. Cumq; ibi quiesceret non audēs vlterius progredi, rememorans ꝙ cum antea ibi pasceret oues Iethro soceri sui, dictum illi fuerat ex rubo: ne appropies huc: vt patuit supra. iij. cap. vocauit eum dominus de mōte, id est de superiori parte montis. Patet ergo ꝙ non est dissonantia inter verba textus bene intellecta.

¶ Septimum dubium, Quando Moyses ascendit in montē ad dominū? Circa hoc est duplex opinio. Prima est Hieronymi dicentis, ꝙ secundo die sui aduentus in Sina, et consequenter quarto die fuit data lex. Similiter Petrus Comestor, eum sequēs, dicit ꝙ secūda die aduentus populi, Moyses diluculo ascendit in montē ad deum. Secunda opinio est August. dicentis, ꝙ primo die quo applicuit i Sina, qui erat primus dies mēsis Iunij, ascēdit in montem: et consequenter tertio die eiusdem mensis fuit data lex. Uterque tamen dicit eam fuisse datam .l. die ab egressu d' Egypto. Nec Hiero. ponit plures dies ꝙ Augusti. Sed verum est ꝙ non cōputat primum diem p̄dicte egressionis, quem computat Augusti. super Exodum. q. lxx. dicēs, ꝙ .l. dies sic computandi sunt: vt sumātur. xvij. primi mēsis. xxx. secūdi: et tres tertij: et tunc tertio die datur lex.

¶ Octauum dubium, Quomodo presumpsit Moyses ascendere ad dominum primum nō vocatus, ꝗuis postea vocauerit eum dominus? Dicēdum, ꝙ nulla fuit ibi p̄sumptio: sed fiducia bona. Nam cum primum ibi illi apparuerat dominus in medio rubi ardentis. Dixerat ei: Cum eduxeris populum de Egypto, immolabis deo super mōtem istum: vt habetur supra iij. c. Moyses ergo ascendit in montem, non sperans ꝙ ibi deberet domin⁹ apparere, sed in spe immolandi eidem domino prout fuerat sibi longe ante p̄ceptum.

¶ Nonum dubium mouet propter illa verba textus: Hec dices domui Iacob, et annunciabis filijs Israel. Uidetur enim ibi esse nugatio, cū domus Iacobi

cobi

cob, et filij Israel pro eodem capiantur: ut dictum est in expositione litere. Dicendum quod non est ibi nugatio, nec sine causa sic locutus est dominus ad Moysen. Jacob enim qui interpretatur luctator, significat statum aduersitatis. Israel autem, qui interpretatur videns deum, significat statum prosperitatis. Et quia hebrei passi fuerant multam aduersitatem in Egypto, habituri autem erant in terra promissionis prosperitatem multam: ideo propter primum vocat eos domum Jacob, propter autem secundum vocat eosdem filios Israel. Non ergo nugatorie locutus est dominus.

¶ Decimum dubium: Quanto tempore stetit Moyses in monte, loquens cum domino? Dicendum, quod textus de hoc nihil dicit determinate: utrum scilicet per horam unam, siue per plures. Sufficienter tamen elicitur ex sequenti textu, quod eodem die quo ascendit, etiam descendit: quia dixit ei dominus: Uade ad populum, et sanctifica illos hodie et cras, et sint parati in diem tertium. In die enim tertio descendet dominus coram omni plebe super montem Synai. Uerisimile est autem quod ipse Moyses libenter diutius stetisset loquens cum domino, nisi ipse dominus dixisset sibi: Uade ad populum etc.

¶ Undecimum dubium: Utrum Moyses tunc viderit deum per essentiam? Dicendum quod non, sed tantum vidit angelum in corpore assumpto, loquentem in persona domini. Sicut dictum est supra, videlicet. iij.c. huius, sub prima clausula. in fol. ad septimum dubium. Unde ad confirmationem huius, subditur in presenti textu, quod dominus locutus est ad Moysen dicens: Jam nunc veniam ad te in caligine nubis ut audiat me populus loquentem ad te etc.

¶ Duodecimum dubium mouetur propter illud responsum populi dicentis: Cuncta que locutus est dominus, faciemus. Queritur ergo utrum in hoc mentitus fuerit populus? Uidetur quod sic: quia frequenter egerunt totum contrarium. Dicendum quod tunc non sunt mentiti, eo quod ita in mente habebant, sicut ore dicebant: aut verisimiliter credi tur ita fuisse. De ratione autem mendacij est loqui contra id quod mente tenetur: habere scilicet unum in ore, et aliud in corde. Unde mendacium secundum Augustinum libro de mendacio: et ponitur. xxij. q. ij. c. §. ille. Mendacium est false vocis significatio, cum intentione fallendi: ita quod nisi sit intentio fallendi, non est mendacium: quamuis sit vocis false significatio. Ad propositum ergo, filij Israel dicentes Moysi: Cuncta que locutus est dominus faciemus: locuti sunt falsum: quia non semper fecerunt cuncta que locutus est dominus. Non tamen mentiti sunt taliter loquendo.

¶ Decimumtertium dubium oritur propter illud verbum domini ad Moysen: et credat tibi populus in perpetuum. Dubitatur ergo de veritate illius propositionis: maxime cum Moyses non esset perpetuo victurus. Dicendum quod perpetuum non capitur ibi proprie, sed improprie: scilicet

ret ꝓ periodo vite ipsius Mo=
ysi. Uel dicēdum/ φ sensus est/
Credat tibi: id est/ dictis tuis/
siue scriptis populus in perpe=
tuum: scilicet quandiu mūdus
duraturus est: quia etiam tan=
diu scripta Moysi manebunt.
In cuius rei signum/ precepta
decalogi fuerunt data a domi=
no eidem Moysi/ scripta in ta=
bulis lapideis.

¶ Decimumquartum dubium:
Cur apparuit dominus Moy=
si in nube? Respōdet Joseph⁹/
eo φ est infigurabilis. Item ne
forte si in creatura alia/ appa
reret: populus ad idololatriā
pronus eam effigiaret/ atq̄ eā
adoraret.

¶ Decimūquintū dubiū: Quid
postea factū est de illa nube?
Ad hoc potest dici per omnia
similiter sicut dici solet de illa
columba in qua apparuit spiri
tussanct⁹ super Christum/ cum
baptizaretur. Luce.iij. Et ideo
sicut illa columba fuit verum
animal/ et non phantasticum/
prout determinat beatus Tho
mas.iij.parte.q.xxxix.articulo
septimo/ per totum. Ita etiam
in ꝓposito/ predicta nubes in
qua apparuit dominus Moy=
si/ fuit vera nubes. Non enī de=
cebat vt dn̄s (q̄ est summa ve=
ritas per essentiā) vteretur ali
qua fictione. Item sicut predi=
cta columba peracto mysterio
conuersa est in pristinam mate
riā: vt dt idē doctor.j.sen.dist.
xvj.iij.ad tertiū: ita ꝛ predicta
nubes peracto officio resoluta
est in preiacentem materiam ꝛ
formam.

¶ Moraliter et primo/ Per fi=
lios Israel/ qui recedentes de
Egypto.xiiij. die primi mensis
qui dicebatur Aprilis/ ambu=
lauerūt ꝑ reliquos dies dicti
mēsis: deinde per secundū mē=
sem ex integro/ cōsequēter aūt
prima die mensis tertij/ ꝑuene
runt in desertū Sinay: atq̄ nō
statim/ sed tn̄ tertio die appa=
ruit glia dn̄i in mōte: designāt
penitētes/ q̄ egredietēs de E=
gypto.i. de peccato primo/ de=
bent ambulare ꝑ cōtritionem:
deinde per integram confessio
nem: cōsequēter debent intra=
re tertiū mensem.i. inchoare sa
tisfactionē. Quā si nō ꝑficiunt
in presenti: necesse est vt eā cō=
pleant in purgatorio. Qua cō=
pleta volāt ad celū/ visuri deū
deorum in Sion. i. in montem
sanctū dei. In cui⁹ etiam figu=
rā Christus transfiguratus est
in monte Thabor ante Petrū/
Joānem/ ꝛ Jacobū/ q̄ erāt mū
di ab omni culpa ꝛ pena.

¶ Moraliter ꝛ secundo: Per fi
lios Israel qui venerunt in so=
litudinem Sinay/ designātur
illi qui volunt agere verā peni
tentiā/ ꝛ peruenire ad visionē
dei in futuro. Tales nēpe de=
bent sequestrare se a tumultu
seculi/ ꝛ habitare ī solitudine.
Propter qđ sanctus ille ꝓphe
ta Dauid dicebat; Ecce elōga=
ui fugiens/ scilicet tumultū se=
culi: ꝛ māsi in solitudine. Nota
de Magdalena/ que post Chri
sti ascēsionem elegit eremum.
Item de Maria Egyptiaca: ꝛ
sic de multis vtriusq̄ generis
personis: sicut videre est in lib.
qui vitas patrum inscribitur.
Nam huiōi solitudo ad mul=
ta valet. In primis nempe est
optimū instrumētū ad vitā cō=
templa

templatiuam. Itē valet ad bo-
norum multiplicationē: iuxta
illud Esa. xxxv. Exultabit soli-
tudo: ⁊ florebit quasi liliū. Ger
minans germinabit/ et exulta-
bit letabunda/ ⁊ laudans. Itē
valet ad malorum vitationem.
Hinc August. lib. de singu. cle
ricorū: Minus voluptatibꝰ sti
mulatur/ q̄ non est vbi frequen
tia voluptatum arridet: ⁊ mi-
nus auaritie molestias patit̄/
qui diuitias non videt. Item
Chrysost. super Matth. Sicut
difficile est arborem iuxta viā
positam fructus vsq̄ ad matu-
ritatem seruare: sic difficile est
virum iuxta hunc mundum vi-
uentem/ id est/ in actibus mun-
di/ iustitiam immaculatā/ vsq̄
ad finem tenere. Recede ergo
de via/ ⁊ plāta te in loco secre-
to: vt nec mundus habeat tecū
aliquid cōmune/ nec tu cū mū-
do. Hec ille. Propterea Hiero
ny. epis. lxxij. religiosis loquēs
dicebat: Quid desideramus v:
bium frequentiā/ qui de singu-
laritate censemur? Mihi enim
oppidū carcer est/ solitudo pa-
radisus. Hec ille.

¶ Moraliter ⁊ tertio: iuxta il-
lud: Ibiq̄ Israel fixit tētoria:
notādum conformiter ad dn̄m
de Palu. q̄ non legitur Israel
alias fixisse tentoria/ nisi quā-
do debuit legem recipere. Per
quod designatur q̄ ille q̄ vult
audire verbum dei ad suam sa
lutem/ debet figere pedem/ ces
sando a malo. Ceruus em̄ non
audit/ nisi quādo figit gradum
siue pedē/ et eleuat aures. Sic
nec peccator potest audire ver
bum dei/ nisi figat gradum cor
dis/ desistendo scilicet a pecca
to/ similiter et aures eiusdem
cordis ad deum erigendo.

¶ Moraliter ⁊ quarto/ iuxta il
lud: Castrametati sunt in codē
loco. Ibiq̄ Israel fixit tētoria:
notandum q̄ multi imitantes
filios Israel castrametantur in
presenti/ ⁊ similiter figunt ten-
toria anteq̄ perueniat ad ter-
ram promissionis. Hi sunt q̄ cō
fidentes in modicis bonis/ que
prius fecerunt/ figunt pedē: ces
santes ab exercitio boni ope-
ris/ dantes se quieti ⁊ torpori/
cum tamen sint adhuc potētes
benefacere. Tales autē male
attendūt qd̄ Christus Mat. x.
ait: Qui perseuerauerit vsq̄ in
finem/ hic saluꝰ erit. Quod ex-
ponens Grego. et ponit̄ in de-
cretis/ de pen. distin. iij. incas-
sum. Incassum (inquit) bonum
agitur/ si ante vite terminū de
serat̄: quia ⁊ frustra velociter
currit/ q̄ priusq̄ veniat ad me-
tas deficit. Et Augusti. ad fra-
tres in eremo/ ser. viij. qui in-
titulatur de perseuerantia/ po-
nit similitudinē de certāte/ di
cens: Nullus (inquit) legitime
certat/ nisi q̄ in cāpo vsq̄ ad fi
nem certat. Qui aūt vsq̄ ad fi-
nem certat/ merito coronatur.
Et post pauca: Nō est (inquit)
magnū inchoare bonū/ sed cō-
summare hoc pfectū est. Mul-
ti enim magna aggrediuntur/
sed deficiunt in via. Multi ex-
eunt in desertū/ sed pauci per-
ueniunt ad terrā promissionis.
Et iterū post pauca: Perseue-
rantia est tunica talaris sancti
Joseph. Perseuerantia est tu-
nica sacerdotalis vsque ad pe-
des perueniens. Perseueran-
tia est cauda bestie/ quā tene-

mur reddere deolet offerre. Hec ille. Tu vero adde, q perseuerantia designatur per illa animalia que vidit Ezechiel.j. cap. que non reuertebantur cũ incederent: sed vnũquodq ante faciem suã gradiebatur. Si igitur (vt inquit Augusti. vbi supra) o homo cepisti edificare, perfice. Si non incepisti, incipe. Si obtulisti florem tue iuuentutis diabolo: saltem fecẽ tue senectutis immolare non differas Christo. Hec ille. Nullus ergo debet castrametari in via: nec ibi figere tentoria: sed perseuerare & estimare, q non facit nisi inchoare bonam vitã dicens cum Psalm. Dixi, nũc cepi.

¶ Moraliter et quinto, iuxta illud verbum: Moyses autem ascendit in montem ad deum. Notandũ, q sicut Moyses ascendit corporaliter in montẽ ad deũ: sic & nos spiritualiter ascendere debemus ad eundẽ deũ & dominum: q: vt dicit hic glo. interli. proprium est sanctorum montes diligere & incolere. Unde ad talem ascẽsionem habendam monet sacerdos populum, cum inchoando prefationem misse cantat, dicens: Sursum corda: Cui cler⁹ pro reliquo populo respondet dicens: Habemus ad dominũ. De hoc habes de cons. di.j. qñ. Et per hoc (inquit Cyprian⁹) admonemur tunc nihil aliud, q̃ dominum cogitare debere. Claudatur contra aduersariũ pectus, & soli deo pateat: nec ad se hostem dei tempore orationis venire patiatur. Hec ibi.

¶ Moraliter & sexto, iuxta illud: Hec dices domui Jacob, & annũciabis filijs Israel. Notandum secundũ dominũ Pet. de Pal. q per domũ Jacob intelligitur vita actiua, q: et Jacob luctat⁹ est cũ angelo. Per filios autem Israel (qui interpretatur videns deum) cõtemplatiua vita significatur. Quid ergo sibi vult, q dom⁹ Jacob primo exprimitur, deinde filij Israel nominantur: nisi q primo qs debet se exercere in operib⁹ vite actiue, priusq̃ perueniat ad cõtemplatiuam. Unde Grego. super Ezechi. Homel. xiiij. ait: Jacob cõcupierat Rachel, sed prius in nocte accepit Liam: q: omnis qui ad deũ cõuertitur, contemplatiuã vitam desiderat, & quietẽ eterne vite appetit. Uerũtamen pri⁹ necesse est vt in nocte vite presentis operetur bona que potest, & desudet in labore: vt post ad videndũ principiũ requiescat. Hec ille. Hinc in figura huius legit Gene.xxxij. q Jacob fuit prius in lucta cũ angelo, et emarcuit neruus femoris eius, priusq̃ dixit illi angelus, nequaq̃ vltra appellaberis Jacob, sed Israel erit nomẽ tuũ. Prius ergo decalogus debet adimpleri per actiuam, vt fiat homo videns per contemplatiuam.

¶ Moraliter & septimo, iuxta illud: Uos ipsi vidistis que fecerim Egyptijs &c. Notandum, q ista verba potest merito dicere dominus de his qui euaserunt laqueos et tentationes carnis, mũdi, & diaboli. Hi enim sunt Egyptij grauiter infestãtes

res fideles in presenti: aduersus quos pugnat dominus pro suis famulis: et qui in eo et non in propria virtute confidunt. Nam tales portat dominus et defendit / sicut aquila pullum suum portat super alas suas / ne ledatur a sagittante: vt dictum est. Tale igitur beneficium reducit dominus ad memoriam / vt de eo referant illi gratiarum actiones / dicentes: Non est alius qui pugnet pro nobis / nisi tu deus noster. Item illud Psalm. Nisi quia dominus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea.

¶ Moraliter et octauo / iuxta illud: Uos eritis mihi in regnum sacerdotale / et gens sancta. Notandum / quod ista verba videtur dominus dicere de sacerdotibus noue legis. Hi enim debent esse reges: seipsos / id est passiones suas et alios / et signanter subditos regentes: tum verbo bone doctrine / tum exemplo sancte vite. Unde in signum huius ipsi deferunt coronam in capite. Illi ergo sacerdotes qui laudabiliter regunt se et alios / mediante gratia dei / recte possunt regratiari domino: et dicere ei illud Apocal. v. Fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes. Et nota quod in antiqua lege regnum precellebat. In cuius rei signum / regnum ponitur hic substantiue / et sacerdotium adiectiue. In lege autem gratie econtra / sacerdotium precellit. Propter quod beatus Petrus ponit regale adiectiue / et sacerdotium substantiue. Nam hodie sacerdotium precellit regiam dignitatem tanquam sol lunam. Et similiter potestas ecclesiastica regiam potestatem / vt dicit Isodorus / et ponitur. xxiij. q. v. principes. Sequitur / et gens sancta: supple eritis mihi vos sacerdotes. Si si dominus iubebat sacerdotes antique legis debere esse gentem sanctam: quanto magis sacerdotes noue legis debent pollere omnimoda sanctitate: tum quia sacerdotium illud non fuit nisi figura sacerdotij euangelici: tum quia sacramenta noue legis / que tractant sacerdotes euangelici / sunt infinities digniora sacramentis legis antique. Si ergo tunc clamabat dominus dicens: Sacerdotes qui accedunt ad dominum sanctificentur / ne forte percutiat eos: vt dicitur in fine presentis ca. Quomagis sacerdotes noue legis sanctificari debent? Alias sine dubio percutiet eos dominus in futuro.

¶ Moraliter et nono / iuxta illud verbum: Uenit Moyses / et conuocatis maioribus natu populi exposuit etc. Notandum quod per Moysen ducem populi Israelitici / intelligitur prelatus / qui est dux populi dominici. Hic ergo summopere cauere debet si cupit regnare in pace / et salubriter / ne contemnat maiores natu. i. senes et sapientes / qui sunt boni consilij / et insequatur consilium iuuenum et imperitorum: quoniam per talem modum Roboam filius Salomonis factus est egenus / amissis decem tribubus Israel. iij. Reg. xij. At vero inter reges et principes / atque prelatos (etiam religiosos) nonnulli sunt qui habet optimos

mos consiliarios / quos etiam quandoque consulunt / forsan pro honore suo: sed hoc est totum: quia non insequuntur eorum consilium / sed faciunt totum contrarium: et istud est quod irritat multos subditos aduersus maiores suos. Unde etiam ex hoc frequenter male succedit eis. Unde refert Ualerius Maximus lib.ix.c.v. de rege Xerse / quod cum statuisset Grecis bellum inferre / conuocari iussit omnes principes Asie: quibus conuocatis ait: Non vos in vnum conuocaui / vt mei consilij participes facerem: sed scitote vobis esse parendum / magis quam suadendum. Quod quidem verbum (inquit Ualerius) maxime arrogantie fuit. Sic enim videbatur loqui principibus quos ad suum consilium conuocauerat: Uelitis nolitis bellum hoc gesturus sum: sed quia contempsit tantorum principum audire consilium / soli suo consilio innixus / ideo illi male successit in dicto bello: quia teste commentatore Ualerij / cum fuisset a Themistocle nauali prelio superatus / tandem in patriam piscatoria naui turpiter refugere coactus est. Alij autem sunt principes et prelati qui postquam audierint aliorum consilium / eos verbis irrident / et exasperant: sicut patuit de Caipha dicente ceteris consiliarijs. Joan.xi. Uos nescitis quicquam / nec cogitatis. Expedit enim etc. Sunt et alij qui ex verecundia aut arrogantia non petunt consilium peritorum / sed sibi ipsis sunt consilium. Cum tamen de sapientia scriptum sit Prouerb. viij. Ego sapientia in consilio habito. Et eiusdem.xi. Ibi erit salus / vbi multa consilia. Item ibidem xiij.cap. Qui agunt omnia cum consilio / reguntur sapientia. Et Eccli.xxxij. Sine consilio nihil agas.

¶ Moraliter et decimo: iuxta illud vltimum verbum presentis clausule: Nunciauit Moyses verba populi ad dominum / notandum quod per Moysen mediatorem inter deum et populum / significatur bonus prelatus / qui debet mediare inter deum et populum sibi creditum: vt si forte iratus sit aduersus dictum populum propter iniquitates suas / dignetur illi reconciliari / et parcere. Sic enim fecit idem Moyses: vt legitur in sequentibus. xxxij.ca. Nam cum ipse dominus vellet exterminare populum Israelem / propter idololatriam suam / et diceret ipsi Moysi: Cerno quod populus iste dure ceruicis sit. Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos. Ipse orabat eundem dominum / dicens: Cur domine irascitur furor tuus contra populum tuum / quem eduxisti de terra Egypti / etc. Et post pauca: Placatusque est dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum. De hac etiam mediatione scribitur Joel.ij. Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes / ministri domini / et dicent: Parce domine / parce populo tuo etc. Ipsi enim ratione oblationum tenentur orare deum pro populo: vt notatur j.q.j. sacerdotes. Item dicuntur comedere peccata populi / vel illa precibus et orationibus consumendo: vt notatur ibidem.c. ipsi sacerdotes.

tes. Est ergo Moyses: id est ordo sacerdotalis: valde necessarius populo Christiano.

¶ Allegorice & primo: mensis tertius egressionis filiorum Israel de terra Egypti: designat legē gratie. Nam mensis primus: est lex nature: mensis secūdus: lex scripta: mensis aūt tertius est dicta lex gratie: in qua efficaciter deuoti catholici egressi sunt de Egypto. i. de potestate diaboli: & de tenebris peccati & ignorantie. Insuper per mortem veniunt ad montem Sinay: id est paradisi: & hoc quantum est ex efficacia ipsius legis gratie: nisi forsan obstet peccatū: aut obligatio ad tēporalem penā. Et hoc est quod dr Luc. j. de Christo: Venit illuminare his q in tenebris & in vmbra mortis sedēt. Ecce primum: Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Ecce secundum.

¶ Allegorice & scdo: iuxta illud verbū: Moyses aūt ascendit in montem ad deū: & dominus descendit ad eum. Notandū: q per Moysen ascendentē in montē ad deū: intelligūtur preces sanctorū patrum petentiū descensum filij dei in mundū istum per incarnationis mysteriū. Et bene dr hmōi preces ascendisse ad deū in montē paradisi: & postmodum deū descēdisse in terris: qz vt dicit Psal. in persona dñi: Propter miseriā inopū: & gemitū pauperum nunc exurgā dicit dominus.

¶ Allegorice & scdo: iuxta illud sequēs verbū: Vocauitqz eū dñs de mōte. Notādū: q vocatio Moysi de monte a dño: designat ascensum iustoꝝ in celū per mortē: q non posset fieri nisi primū descendisset dei filius: in vterū virginis. Et hoc est qd ipsemet ait Joan. iij. Nemo ascendit in celū: nisi q descendit de celo: filius hominis qui est in celo.

¶ Vel scdm beatū Gregoriū: & ponit in gl. ordi. Moyses ascendit in montē: & dñs descendit ad eū: prout alia litera habet. Mons in proposito designat altitudinē cōtēplationis: in qua ascendimus: vt ad ea q vltra infirmitatem nostrā sunt intuēdo subleuemur. Sed dñs descendit: qz sanctis multū pficientibus: parum aliquid de se aperit. Hec ille.

¶ Allegorice & quarto: iuxta idem verbū: Moyses ascendit in mōtem ad deū. Notandū cōformiter ad dñm Pet. de Pal. q talis ascensus designat ascēsum ad sacrā scripturā. Pro q notandum: q quidam nō ascēdunt ad dictū montē: vt pigri & desidiosi: qui timent laborē qui est in studio sacre scripture: & ideo hac occasione multi se occupant circa studiū aliaꝝ scientiarū: que facilius & citius addiscūtur: & forsan quia sunt de pane lucrando. Quidā aūt ascendūt ad dictū mōtem: sed parū ibi stant: vt sunt nonnulli iuuenes q pter pdictas causas relinquūt predictū studiū: & se dedicāt alijs scientijs facilioribus. Quidā vero ascendunt ad dictū montem: & ibi perstunt: vt veri doctores: quales fuere August. Hiero. Ambro. Grego. Thomas d Aqno: Bonauētura: & similes. Quidā autem

tem inde recedūt/ vt heretici/ Lutherani/ et similes. Quidam autē manent ad pedem predicti mōtis sacre scripture: vt deuoti auditores.

¶ Allegorice et quinto / iuxta illud: super alas aquilarū. Notandū/ secūdū glo. ordi. q per alas aquilarum / intelligunt doctrine duorū testamentorū: que nos ab infimis ad celestia portant. Matthei. xviij. Si vis ad vitam ingredi/ serua mādata: que supple continentur in vtroq testamento.

¶ Allegorice et sexto/ iuxta illud: iam veniam ad te in caligine nubis. Notandum/ q sicut oculus humanus non potest videre solem in suo splendore/ et vt in se est: nisi aliquo modo obumbretur nube: ita nec diuinitas filij dei poterat humanis oculis videri/ nisi obumbraretur nube nostre humanitatis Tunc ergo venit filius dei ad homines in caligine nubis/ quādo assumpsit humanitatem. Et tunc verificata fuit prophetia que dicit Esa. xlv. Vere tu es deus absconditus: tūc etiam homo vidit posteriora dei/ et non priora. i. humanitatem et nō diuinitatem/ nisi forte per communicationē idiomatum: tunc etiam verificatum fuit illud verbum Ezechiel. xxxij. solē nube tegam.

¶ Vel dic mystice/ q per nubē intelligitur virgo Maria/ mediante qua apparuit deus mūdo: iuxta illud Esa. xix. Ascendet deus sup nubē leuē/ et ingredietur Egyptum. Hoc autem ad literam fuit quando angelus apparuit i somnis Joseph/ dicēs: Accipe puerum/ et matrē eius/ et fuge in Egyptum. Futurum est enim vt Herodes querat puerum etc. Mat. ij. Vel dic: q tunc dominus ingressus est Egyptum/ quando nascendo de virgine huic mundo visibilis apparuit.

¶ Anagogice Sinay/ que vno modo interpretatur mensura mea/ significat celū/ qd est adeo magnū et amplum quod solus deus nouit mēsurā illius. Esa. xlviij. Manus mea (inquit dominus) fūdauit terrā/ et dextera mea mensa est celos. Ecce igitur quid Sinay in sensu anagogico significat. Habet autem ipsa Sinay suam solitudinem. Pro quo notandum/ q solitudo a solus dicitur. Cōueniente ergo ipsum celum solitudo dicitur / quia etsi ibi sit innumerabilis multitudo angelorum/ et hominum: hi tamē soli sunt per abnegationem societatis praue. Esa. xxxv. Letabitur deserta et inuia. Hoc dicitur propter malos angelos/ qui deseruerunt celū inde cadēdo/ et in abyssum inferni descendendo. Sequitur/ et exultabit solitudo. hoc dicit propter bonos angelos qui soli remanserūt i celo: Et florebit quasi liliū: hoc dicit propter corpora electorum/ que in generali resurrectione erunt florida quasi lilium. Filij itaq Israel profecti de Raphidim/ et peruenientes vsq i solitudinem Sinay: designant electos homines q in fine seculi profecturi sunt de hoc mūdo ad celū in corpore et aīa: et tūc letabitur deserta. i. ecclesia triūphās: et exultabit so

litudo.i. multitudo bonorum angelorum: tūc etiam castra metabūtur in eodem loco / et ibi figēt tentoria: quia sine fine ibi permansuri. Joan.xvj. Gaudiū vestrum nemo tollet a vobis.

¶ Anagogice et secūdo / iuxta illud verbum: Moyses ascendit in mōtem ad deum. Notādum / q si velimus tandē ascendere in montem celi ad deum / per visionem beatificam: debemus imitari Moysen i psenti: et hoc in tribus. Primo debemus assumi de aquis i baptismo: quia scriptum est Joā.iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritusancto / nō potest et c. Secūdo debemus esse mites instar Moysi / de quo dicit Numeri.xij. Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur i terra. Tertio debem⁹ videre deū per fidē: q2 vt dicit Hebreo.xj. Sine fide impossibile est placere deo. Postq̄ ergo hec tria in presenti habuerimus / absq̄ dubio ascendemus cū Moyse i futuro ad montē celi ad deū. Ibiq̄ loquetur ad nos ore ad os / sicut solet loqui amicus ad amicum.

¶ Anagogice et tertio / iuxta illud: Hec dices domui Jacob / et annunciabis filijs Israel. Sciendū / q debemus primū in presenti esse domus Jacob supplantando vitia / si cupim⁹ in futuro esse filij Israel.i. videntes deū facie ad faciē. Q2 scriptū est.ij.Timo.ij.non coronabit nisi q legitime certauerit. Hinc legit Apoc.xij. q Michael et angeli ei⁹ primo pliati sunt cū dracone et angelis eius: deinde assumpt⁹ est cū suis ad dei visionem.

¶ Anagogice et quarto / iuxta illud verbum dñi ad Moysen de filijs Israel. Vos vidistis q fecerim Egyptijs / et q̄lio portauerim vos sup alas et c. Notandū / q ista potuerunt esse vba dñi ad angelos bonos post electionē malorū de celo. Nā p dicta ruina āgelorū malorū / et demersio i profundis maris infernalis / facta ē cernētib⁹ angelis bonis: vt inde laudarent perampli⁹ dei iustitiā / et āplior es gratias agerent deo: tū de conseruatione sua in bono virtutis: tū de glorificatione sua: qd totū factū est sola dei grā. Et hoc insinuatur cum dicitur et q̄lio portauerim vos sup alas aquilarū / et assumpserim mihi. Cōuenienter autē sic loquitur dñs bonis angelis / q2 scdm apo.Ro.vj. gratia dei vita eterna. Et quia predicti angeli boni audierunt efficaciter vocem dñi / atq̄ custodierunt pactū illi⁹: nūc sunt quasi i peculiū eidē domino. Sunt etiā eidem in regnum sacerdotale. In regnum quidē / quia in ipsis regnat idem deus et dominus dupliciter: videlicet per gratiam et gloriam. Sacerdotale vero / quia totaliter dedicati domino. Uel sacerdotale / quia sacri duces animarū sanctarū in presenti et in futuro. Itē sūt sancti corā deo / et ad obedientiā promptissimi: ita vt videātur dicere: Cuncta q placita sunt dño libent faciem⁹. Hic psal. ait: Oīa q̄cūq̄ voluit dñs fecit i celo.i.i angelo / et i tra.i.i homine: supple iusto aut beato.

Secunda

¶ Secunda clausula.

Dixit dominus ad Moysē: Uade ad populū/ et sanctifica illos hodie et cras: lauentq; vestimēta sua. et sint parati in diē tertiū. In die enim tertio descēdet dñs corā omni plebe in montē Sinay. Cōstituesq; terminos populo per circuitū/ et dices ad eos: Cauete ne ascendatis in montē/ nec tāgatis fines illius. Omnis qui tetigerit montē/ morte morietur. Manus non tanget eū/ sed lapidibus opprimetur/ aut cōfodietur iaculis. Siue iumentū fuerit/ siue homo/ nō viuet. Cū ceperit clangere buccina/ tūc ascēdāt in montē. Descenditq; Moyses de monte ad populū. et sanctificauit eū. Cūq; lauissēt vestimēta sua/ ait ad eos: Estote parati in diem tertium/ et ne appropinquetis vxoribus vestris.

¶ Historialiter postq; in precedēti clausula sanctus Moyses locutus est de peruentiōe filiorum Israel i solitudinē Sinay. Itē de preparatione interiori in populo/ ad suscipiendā legē quā preceperat dñs/ dicens: Si ergo audieritis vocē meā/ et custodieritis pactū meū: vsq; ibi/ et gens sācta. Hic cōsequenter loquitur de preparatione exteriori requisita i dicto populo/ et preparatoria ad suscipiendā dictā legē/ prout mādauit illi dñs/ dicēs: Uade ad populum et sanctifica illos etc. Refert ergo Moyses in presenti clausula dominum sibi dixisse: supple in monte in quo prius locutus fuerat ei: postq; scilicet reuersus illuc fuerat vt nūciaret verba populi ad ipsum dominumque que hec fuerunt: Cuncta que locutus est dominus faciemus. Uade (inquit dominus) ad populū: supple Israelem tibi subiectum tanq; oues suo pastori/ et sanctifica illos. Interli. i. precipe vt sanctificētur. s. abstinendo ab vxoribus hodie et cras. Lauentq; vestimenta suā/ sicut fieri solet occurrentibus precipuis solēnitatibus. Uel lauent vestimenta sua: id est corpora/ que sunt vestes anime. Unde iuxta primam expositionem dicit Josephus q; Hebrei his duobus diebus vtebantur conuiuijs opulenter/ et ornamentis decēter: et sint parati in diem tertium: scilicet ab aduētu populi in solitudine Sinay: et hoc insequēdo opinionem beati Augustini supra positam. Secundum autem Hieronymum illud in diem tertium debet intelligi ab ascensu Moysi in montem/ quod fuit secunda die ab eorum aduētu. Sequitur: In die enim tertio descendet dominus. Non quidem per loci mutationem/ cum sit vbiq; et nec loci mutatio competere illi possit qui est incorporeus: sed per nouum effectum/ scilicet producendo fulgura et tonitrua coram omni plebe. glosa interlinea. vt sciant legē dari a deo principaliter/ et ab angelo ministerialiter/ secundum illud Galat. tertio: Ordinata/ supple lex/ per angelos in manu mediatoris. s. Moysi.

Et sic intelligitur illud Joan. j. Lex per Moysen data est. Ecce igitur preceptū factū populo: quantū ad sanctificationem exteriorem et corporalem.

¶ Sequitur aliud preceptum qd respicit preparationem populi: quantum ad progressum: quod tangitur cū dicitur: Constituesque: tu supple Moyses: terminos populo per circuitū: scilicet montis Sinay. Isti termini forsan fuerūt aliqua parva fossata: facta per circuitum dicti mōtis: vel lapides appositi. Et dices ad eos: Cauete ne ascendatis in montem: nec tangatis fines illius: scz vlteriores et superiores. Omnis q̄ tetigerit montem: id est summitatem eius: morte morieť. In quib⁹ verbis duplex mors notatur: scilicet culpe et pene: vel temporalis et eternalis. Man⁹ non tangent eum: scilicet qui tetigerit montem: et hoc in detestationem sui peccati: sed lapidibus obruetur: quia (secundum Josephū) Moyses posuerat lapides in termino limitationis: vt in diuisione possessionum fieri solet: et ideo iuste trāsgressor lapidib⁹ obrui mādabatur: aut cōfodietur iaculis: siue sagittis. Et generaliter loquendo: siue iumentum fuerit: siue homo: nō viuet: sed interficietur predicto modo.

¶ Sequitur: Cum clangere ceperit 7c. Raban⁹: prius prohibuit dominus populum in mōtem ascendere sub pena mortis: nunc vero iubet vt buccina clangente ascendant in mōtem. Hoc autem facit: vt humanam compescat audaciam: et vt ad obedientiam inuitet. Descenditq3 Moyses de mōte ad populum: scilicet eadē die qua montem primo ascenderat: et sanctificauit eum: id est sanctificari p̄cepit: siue corpore mūdari vel veste. Cūq3 lauissent vestimenta sua. Sed cur nō acceperunt tunc vestimēta noua aut recentia: vt non esset opus lauare quotidiana? Ad hoc dicetur in sol. ad primū dubium. Ait ad eos: supple Moyses: Estote parati in diē tertiū: scilicet ab aduētu: loco Sinay: et ne appropietis vxoribus vestris. Hoc autē prohibetur: q2 q̄uis actus matrimonialis sit de se licitus: et ad debitū finē a deo ordinat⁹: scilicet ad multiplicationē generis humani: habet tū quandam turpitudinem inseparabiliter annexam: que excusatur per bonum matrimonij. Habet etiam annexā depressionem mentis: propter vehementiā delectationis carnalis: ita vt dicat Greg. in Moral. q᷑ tanto mens a superno amore disiungiť: quanto inferi⁹ delectať. Et quia ad susceptionem legis requirebať magna munditia: et mētis eleuatio ad supna: ideo ante susceptionē legis per duos dies fuit prohibit⁹ actus matrimonialis. Nā vt dicit Aposto. j. Corin. vij. Sollicitus est vir: quomodo placeat vxori: et diuisus est. Vel ideo talis p̄hibitio fit: ad denotandum q᷑ non solū placet domino mūditia spiritualis: verum etiam corporalis.

¶ Circa autem hanc clausulā textus occurrunť aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū: Cur precipitur

precipitur a dño / vt populus
lauet vestimenta sua / τ nō po=
tius vt assumat noua aut recē=
tia? Dicendū φ ideo quia non
habebat populus duplicia ve=
stimēta / saltim principalia: nec
cultioribus vestimētis plus in=
duebatur vno die / ꝙ alio / ꝙ=
diu fuit in deserto. Nā ex quo
populus recessit de Egypto /
vsq ad ingressum terre pmis=
sionis / quod durauit. xl. annis /
vestimenta eorum non sunt at=
trita: nec vetustate cōsumpta /
nec similiter calciamenta pe=
dum eorum: sed ad maiorē di=
uine potentie cōmendationem
semper in eodem statu permā=
serunt: vt dicitur Deuterono=
mij. xxix. Nō habebat ergo po=
pulus Hebreorum in deserto
vestes duplices / ad cōmutatio
nem faciēdam. Nam sic prom=
ptiores erant ad ambulandū.
Qꝫ si dicatur in contrarium / φ
in exitu ab Egypto Hebrei pe
tierunt ab Egyptijs vestē plu=
rimam / cum qua recesserūt: vt
legitur supra. xij. ca. Dicendū /
φ Hebrei assumētes vestes p̄=
ciosas Egyptiorum / pro reue=
rentia futuri festi paschalis / si=
mul reliqrunt suas vestes prio
res. Qꝫ si iterum replicetur: q2
secundū Josephū (vt dictū est)
quando populus debuit suscī=
pere legem / τ dixit ei Moyses:
Estote parati in diem tertiū /
tunc vtebanꝫ conuiuijs opulē=
ter / τ ornamētis decenter. Di=
cendū / φ ornamenta non acci=
piuntur hic pro vestimētis: sed
accipiuntur pro aliquibus su=
peradditis principalibus vesti
mentis / que conferūt ad orna=
tum magis / ꝙ ad corporis in=
dumentum.

¶ Secundū dubium: Cur pro=
hibuit dñs populo / ne sub pe=
na mortis ascenderet in mon=
tem Sinay? Dicēdum / φ tota
ratio literalis fuit: q2 ita vo=
luit. Multa eñ precepit τ pro=
hibuit dñs in veteri lege / de q̄=
bus nō possumꝰ assignare cau=
sam nisi q2 ita voluit. Nec vlte
rius inquirendū est cur ita vo=
luit. Sed cur postmodū prece=
pit dñs populo: vt ꝙ primū au=
diret buccinā clangentē / tunc
ascēderet in montē? Dicendū /
φ hoc fecit vt insinuaret ali=
qua licere pro tēpore / que post
modū non licent: τ econuerso.
Nā in veteri lege licebat sacri
ficia τ holocausta offerre dño /
τ tamen non licet in lege gra=
tie: scdm illud Psal. Sacrifi=
ciū τ oblationē noluisti: postꝙ
supple principale sacrificiū / qd
Christus est / oblatū est deo pa
tri in cruce. Similiter in veteri
lege licebat circuncidere par=
uulum (imo hoc precipiebaꝫ)
non aūt postꝙ Christus insti=
tuit baptismū. Insup ipse dñs
qui phibuerat populo ne ascē
deret in montē supple Sinay /
postmodū nō precepit vt illuc
ascenderet ad vocem buccine /
sed de quodā alio monticulo
intellexit: vt exponunt docto=
res nostri: dicentes φ per hoc
populus non fuit licentiatus
transcendere terminos predi=
ctos / sed qd ante clangorē hu=
iusmodi debebat se tenere lō=
ge citrā a prefixis terminis / et
in ipso clāgore appropinqua=
re eis / τ hoc vocaꝫ ascēdere: q2
illi termini erant aliquantulū
in ascēsu mōtis. Rabi Sa. aūt
dicit

dicit/ q dictus clāgor buccine erat signū recessus deitatis de monte. Unde per hoc populus erat licētiatus transire terminos cōstitutos/ & ascendere in montem / secundum eum.

¶ Tertiū dubiū mouet ppter illud verbum: Estote parati in diem tertiū. Est igitur questio de quo die tertio loquitur hic Moyses? Ad hoc dicit de Lyra q hic est dies tertius mēsis tertij/ scz Junij. Quarto (inqt) die predicti mēsis dixit Moyses filijs Israel: Estote parati in diē tertiū/ & cōsequēter sexto die fuit lex data: sed illud non potest stare / alias lex non fuisset data quinquagesimo die a die phase Judeorū: sed post ea: Quis predict⁹ de Lyra nitatur probare q sic p calculationē dierū. Sed iudicio meo sua calculatio nō valet: vt patet intuenti. Insup in hoc contradicit glo. ordin. sic dicenti: Dies iste tertius apparet tertij mensis ab exitu filiorū Israel de Egypto. Hoc autē optime probatur inductiue / vide ibi. Insuper dñs Hugo Cardi. sup illo verbo: In diem tertiū. ait sic: ab euentu secundū Hiero. et secundū August. tertiū mēsis. Est ergo sen⁹ illorū verborū/ secundū Hiero. q Moyses cū populo applicuit in Syna. xlvij. die post phase / q erat prim⁹ dies Junij/ & tunc in crastino ascēdit mane in mōtem: cui locutus est dñs/ precipiens vt eodē die reuerteret ad populum / nuncians eis vt sanctificarent in reliqua parte eiusdem diei / & in crastino per totū diē/ quod & factum est. Et tunc tertio die qui erat quart⁹ mensis Junij/ dedit dñs legē. Frustra ergo ponit de Lyra / sex dies predicti mensis / quando primum data est lex.

¶ Quartū dubiū: Cur precipitur iumentū tangens montē lapidibus obrui / cū nō possit peccare? Dicendū/ q ideo ne occasiōe iumentū requirēdi homo terminos transgrederet: vel in penā illi⁹/ cui⁹ erat iumētū custodire. Itē in detestationē future legis Mahumeti / q fecit de mōte taurū descendere quē nutriuerat in occulto/ portātē legē inter cornua sua/ & flectētem genua ad pceptū ei⁹/ quē asserebat esse a deo missum.

¶ Moraliter & primo Moyses est prelatus ecclesiasticus: cui precipit vt sanctificet populū hodie & cras. i. p applicationē duorū sacramentorū ad salutē necessariorū: q sunt baptism⁹ & penitētia/ saltim quo ad eos qui mortaliter peccauerūt. De necessitate sanctificationis primi sacramēti ait saluator Joā. iij. Nisi qs renatus fuerit ex aqua & spūsancto / non potest introire in regnū dei. De necessitate aūt scīficatiōis scd'i sacramenti locut⁹ est sub figura leprosorū / idē Saluator Luce xvij. dicēs: Ite ostēdite vos sacerdotib⁹. Et Jacob. v. Cōfitemini alterutrū pctā vestra. Itē Ambr. & recitat de pe. di. j. nō potest. Nō potest (inqt) quisq̄ iustificari / nisi fuerit peccatum cōfessus. Et q sacramentū baptismi non debet notabiliter differri / ppter picIm mortis. Secus aūt de sacramēto confessionis. Ideo pceptū de prima

ma sanctificatione cõuenie͠ter
designat per hodie/⁊ scd̃m per
cras. Habitis igit͛ his duabus
sanctificationib⁹/ vna cũ sum=
ptione sacramẽti eucharistie/⁊
extreme vnctionis(si opportu=
nitas det͛)q̃ sic decedit/ascen=
dit in montẽ dei Oreb/ suppo=
sita tamẽ cõdigna satisfactiõe.
¶ Moraliter ⁊ scd̃o/iuxta illd̓
sequẽs verbũ: Lauentq̃ vesti=
menta sua/ ⁊ sint parati in diẽ
tertiũ. Notandũ/ ꝙ lotionẽ ve
stimentorum possumus specia=
liter referre ad confessionis sa=
cramentũ. Illi ergo lauant ve=
stimenta sua/q̃ debite cõfitent͛
peccata sua. Hinc Psal. ait: La
uabo ꝑ singulas noctes lectũ
meũ.i. cõsciẽtiã/cõfitẽdo oia
⁊ singula peccata mea: cõfor=
miter ad decretalẽ/ oĩs vtrius=
q̃ sexus. de pe. ⁊ re. Hoc tamẽ
intelligendũ est de mortalib⁹:
q̄ singula venialia nõ possunt
ad memoriã reduci/nec ꝑ con=
sequens cõfiteri Insuꝑ nõ sunt
necessario cõfitenda/cũ nõ im=
pediant gratiã/ sed tm̃ feruorẽ
illi⁹ remittãt. Sequit͛: Et sint
parati in diẽ tertiũ. Ubi notã=
dum/ꝙ illi sunt parati in diem
tertiũ/q̃ integre ⁊ ꝑfecte cõfi=
tentur trinitatẽ peccatorũ: scꝫ
cordis/oris/ operis/ et hoc lo=
quendo de peccatis cõmissio=
nis. Uel dic/ꝙ illi sunt parati
in diem tertiũ/ q̃ habẽt cordis
cõtritionem/ oris cõfessionem/
oꝑis satisfactionẽ. Iste est funi
culus triplex/q̃ difficile debet
rumpi. Uel dic / ꝙ illi sunt pa=
rati in diem tertium/qui confi=
tentur in honorem sanctissime
trinitatis/ que offenditur per
quodlibet mortale peccatum.

¶ Moralit͛ ⁊ tertio/circa ean=
dem partẽ text⁹. Notandũ/ꝙ
ꝑ vestiũ lotionẽ intelligit͛ sctã
⁊ munda cõuersatio. Tunc er=
go lauamus vestimẽta nostra/
cũ studem⁹ honeste ⁊ pure cõ=
uersari corã hominibus: ⁊ hoc
ad nostrã salutẽ/ ⁊ illorũ edifi=
cationẽ: iuxta illd̓ Christi ver=
bũ Mat. v. Sic luceat lux ve=
stra corã hominibus/vt videãt
opera vestra bona/ ⁊ glorificẽt
patrẽ vestrũ q̃ in celis est. Qui
aũt publice peccat/ ⁊ ĩhoneste
cõuersat͛/seipm̃ primo/ ⁊ alios
suo malo exẽplo consequenter
dãnat. Propterea Apoca. xvj.
dr̃: Beat⁹ q̃ custodit vestimẽta
sua.i. bonã vitã: ne nudus ãbu
let/⁊ videãt supple alij turpitu
dinẽ ei⁹. Et istud est cõtra nõ=
nullos: q̃ nõ curãt de bona fa=
ma/ ⁊ ꝓ nihilo reputãt si alios
scãdalizent. Cõtra quos loq̇t͛
August. lib. j de vita ⁊ morib⁹
clericorũ. Nolo(inq̇t) vt aliq̇s
de nobis inueniat male viuẽ=
di occasionẽ. Prouidemus(in=
quit) Aposto. bona non solum
coram deo/ sed etiam corã ho=
minibus. Propter nos consciẽ
tia nostra sufficit nobis. Pro=
pter vos fama nostra non pol=
lui/sed pollere debet in vobis.
Due res sunt/conscientia/⁊ fa=
ma. Conscientia tibi/fama ꝓ=
ximo tuo. Qui confidens con=
scientie sue / negligit famam
suam: crudelis est. Maxime in
loco isto positus / de quo dicit
Aposto. scribens ad discipulũ
suum Timotheum: Circa om=
nes teipsum bonorum operum
prebe exemplum. Hec ille / et
ponitur. xij. questione. j. nolo.
Item idem Augusti. ⁊ ponitur
xj. q.

xi.q.iij, non sunt audiendi. dicit ibi: Non sunt audiendi siue viri, siue femine, qui quando reprehenduntur in aliqua negligentia, per quam fit vt in malam veniant suspitionem, vnde suam vitam abesse longe sciunt: dicunt, coram deo sufficere sibi conscientiam. existimationem hominum non solum imprudenter, verum etiam crudeliter contemnentes: cum occidant animas aliorum siue blasphemantium viam dei, quibus secundum suam suspitionem, quasi turpis que casta est displicet vita sanctorum &c. Sequitur: Nobis necessaria est vita nostra, alijs fama nostra. Hec ibi Augusti. Ecce igitur quid intelligitur per vestium lotionem, que precipitur filijs Israel.

¶ Moraliter et quarto, iuxta illud verbum: Constitues terminos populo per circuitum. Notandum, quod per terminos constitutos per circuitum, intelliguntur diuina mandata: que ambiunt hominem per circuitum, ne nimis longe vagetur. Deus enim voluit hominem certis legibus, tanquam limitibus, circuncingi: vt illi preberet ampliorem materiam merendi obtemperando dictis legibus, et nolle eas etiam pro morte transgredi. Item hoc fecit deus, vt difficilius ad eum accederet hostis antiquus. Nam sicut milites in bello faciunt fossata inter se et hostes, quibus ab eis protegantur: ita et dominus posuit mandata sua tanquam clausuram inter hominem et hostem antiquum. Hinc Eccli. xv. dicitur: Si volueris mandata conseruare, conseruabunt te: scilicet ab insidijs diaboli: vt dicit glo. interli. Et per oppositum si nolueris mandata conseruare, nec etiam te conseruabunt. Et profecto mirum est, quod insensibilia obseruant dei ordinationem: et solus homo illam transgreditur: qui tamen pre ceteris creaturis illam obseruare deberet, cum eum perfectiorem ceteris fecerit deus: vtpote ad imaginem suam eum formando. Unde Augusti. ad fratres i eremo, ser. vij. Insensibilia obediunt deo, et tu rationalis resistis deo? Sol a sua semita non deuiat, nec luna, nec stelle: tu vero o homo, dei voluntati quasi in omnibus resistis. Ad nutum dei campi floribus decorantur, terra hymbribus fecundatur, silua frondibus crispatur, in nemoribus citharizat auicula, omnia deo obediunt: solus homo dei voluntati resistit. Hec ille. Item in principio mundi dixit deus: Congregentur aque que sub celo sunt in locum vnum, et appareat arida. i. terra. Dixit, et factum est ita. Terminum posuit illis deus, quem non transgrediuntur, neque conuertuntur operire terram: super ple vt prius. Uerecundum igitur nimis est, et culpabile valde, quod homo intellectu et ratione dotatus non velit continere se intra terminos sibi a domino constitutos: quamuis latissimi existant: iuxta illud Psal. Latum mandatum tuum nimis.

¶ Moraliter et quinto, iuxta illud sequens verbum: Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius. Omnis qui tetigerit montem &c. Notandum quod per montem intelligitur prelatus, qui sicut precellit subditos

tos officio ⁊ dignitate/ sic etiā
eos debet precellere merito et
exemplaritate. Per montē au-
tem Sinay/ qui (ſm Joſephū)
excellentiſſimus eſt in illis re-
gionib⁹ Arabie: ⁊ qui propter
altitudinē magnitudinis ſue/
⁊ ſcopuloꝝ proceritatē/ non
ſolum hominibus inacceſſibi-
lis eſt: verumetiam videri ſiue
aſpectus labore nō poteſt. Per
huiuſmodi (inquā) montē/ in-
telligit̄ poteſtas papalis/ que
ſuperponitur omnib⁹ alijs po-
teſtatibus: iuxta illud Eſaie.ij.
Erit preparatus mons domus
domini in vertice montium/ et
eleuabitur ſup colles: ⁊ fluent
ad eum omnes gentes. Omnis
igitur qui tetigerit hunc mon-
tē altiſſimū/ aut colles illi cir-
cūadiacētes per inobedientiā
aut irreuerentiam/ ſiue per de-
tractionē/ aut impudicū ſermo-
nē: morte (ſcȝ ſpirituali ⁊ eter-
nali) morietur. Hinc dominus
per Pſalmiſtā ait: Nolite tan-
gere Chriſtos meos. i. ſacerdo-
tes/ qui ſunt vncti in conſecra-
tione ſacerdotali. Nam ⁊ Chri-
ſtus vnctus interpretatur. Un-
de ex illo verſu (ſm dñm Hugo.
cardi.) trahitur canon excōmu-
nicationis late ſententie/ cōtra
inijcientes manus violētas in
clericos. Nam deus adeo vult
ipſos eximi ab omni violentia:
vt dicat Zacha. ij. Qui tangit
vos/ tāgit pupillam oculi mei.
Predicti igitur mōtes eccleſie
ſunt in honore ⁊ reuerentia ha-
bendi/ ⁊ non impudice tangen-
di/ ſiue verbo/ ſiue facto.

¶ Moralit̄ ⁊ tertio/ iuxta illud
et idem verbum: notandum ꝙ
per predicta verba voluit dñs
prohibere ne quis clericus ſua
ſponte aſcendat ad honores ec-
cleſiaſticos/ ſiue vt apertius lo-
quamur ad eccleſiaſtica bene-
ficia: ſed tñ qui ad hec voca-
tur canonice tanquam Aarō/
qui ſupple fuit vocatus a dño
vt eſſet ſumm⁹ ſacerdos legis/
nec vllo modo ſe ingeſſit. Un-
de Apoſto. Heb. v. Nec quiſꝙ
ſumit honorē (ſupple de iure/
quicquid ſit de facto) ſed q̄ vo-
catur a deo tanꝙ Aaron. De
vocatione Aaron/ ꝙ fuerit fa-
cta diuīno nutu/ ſcilicet p vir-
ge floritionem habes Numeri
xvij. De ordinatione autē eiuſ-
dem habes in ſequen. xxviij. c.
Item Deutero. xviij. Et vt di-
cit glo. ordi. Apoſtol⁹ hic per-
cutit cupidos/ qui non vocant̄/
ſed ingerunt ſe. Propter quod
peccāt mortaliter/ ſm beatum
Tho. ij. ij. Quia vt dicit Chry-
ſoſt. ⁊ ponitur in decretis. diſt.
xl. multi. quicunꝙ deſiderauee-
rit primatū in terris/ inueniet
cōfuſionem in celis. Nec inter
ſeruos Chriſti cōputabitur/ q̄
de primatu tractauerit. Nō ſic
autē egit beatus Auguſtinus/
quinimmo quantū potuit ſub-
terfugit ne ad prelaturā aſſu-
meretur. Unde de ſe loquens/
lib. j. de vita ⁊ moribus clerico-
rū/ dicit ſic: Quod eſſe potui/
eſſe nolui: nec tamē queſiui eſ-
ſe quod ſum. Elegi enim in do-
mo dei abiectus eſſe magis/ ꝙ
habitare in tabernaculis pec-
catorum. Et poſt pauca: Adeo
(inquit) timebam epiſcopatū:
vt in quo loco ſciebam nō eſſe
epiſcopum/ non illo accederē.
Hec ille. De pluribus etiam vi-
ris ſanctis legitur ꝙ abſconde-
runt

runt se ne preficerentur in episcopos. Alij aūt per alias vias declinauerunt predictos honores: imitantes in hoc saluatorem, quē cum vellent Iudei assumere in regem, fugit: vt legitur Ioan. vj.

¶ Moraliter et septimo, iuxta idem verbum: notandū ꝙ mōs altissimus, est profunditas sensus scripture sacre. Quid est ergo ꝙ prohibetur a domino populo Hebreorum ne ascēdat in montē, ⁊ ne tāgat fines illius? nisi ꝙ prohibetur homini (etiā quantumcūq; docto) ne presumat nimis ascēdere, ⁊ nimis alta sapere: iuxta illud Eccli. iij. Altiora te ne quesieris, ⁊ fortiora te ne scrutatus fueris. Et Rom. xj. Noli altum sapere, sed time. Nam hoc est quod fecit ⁊ facit hereses, s'm August.

¶ Moraliter ⁊ octauo: iuxta illud: Siue iumentum fuerit, siue homo: qui tetigerit mōtem, morte morietur. Notandum cōformiter ad Petrum de Pal. ꝙ per iumentum intelligitur sensualitas: per hoīez autē ratio: quia homo est animal rationale. Est ergo sensus, ꝙ nec ratio nec sensualitas debent tangere montē, scilicet faciendo contra diuinam ꝓhibitionē. Sed sicut inhibitum tunc fuit de iumento, ne homo sequens iumētum suum, fugiens ad mōtem, haberet occasionem transgrediēdi. Sic aliquādo ratio trāsgreditur diuinum preceptum, insequendo sensualitatem currentem contra diuinam prohibitionem propter peccati delectationem. Da exēplum de ceco sequentē canem currentem post cadauer, qui hac occasione quādoq; cadit in lutum aut foueam, illuc aquam.

¶ Moraliter et nono: iuxta illud: Descendit Moyses de mōte ad populum, et sanctificauit eum. Notādum ꝙ Moyses est prelatus, qui interdū certis de causis habet legitimam excusationem absentandi se ab ouibus suis, siue ꝓpter studium, siue quia in seruitio principis, aut maioris prelati. Nihilominus talis tēpore ⁊ loco, ⁊ signāter in paschate debet descēdere de monte predicto ad pp'lm suū, et sanctificare eum: tū per salubrem verbi diuini declamationem: tum per sacramentorū cōfessionis ⁊ eucharistie administrationem, cum scriptum sit Prouerb. xxvij. Diligenter agnosce vultū pecoris tui, tuosq; greges considera. Non enī habebis iugiter: id est, diu potestatē. Sed corona, supple eterne retributionis: tribuetur tibi i generatione generationū: id est, in eternum. Hoc enim dicitur omnibus curam animarū habentibus. Unde Beda: ⁊ ponitur in glos. ordi. sup hoc passu: Pastori eccle. ie dicitur, Diligenter adhibe curam his qb' te preesse contigerit: agnosce animos actusq; singulorū. Si quid vitij in eis inueneris, citius castigare memento. Non enim tu semper pascendi dominicas oues habebis potestatē, sed eternam percipies coronā, si tuo tēpore bene paueris. hec ille. Unde .j. Timot. v. Qui bene presunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: scilicet in p̄senti, et in futuro. E cōuerso

uerso autem qui male presunt/
duplici confusione digni habe
antur. Hiere.xvij. Induc super
eos diem afflictionis: ꝛ dupli=
ci contritione contere eos: vi=
delicet in presenti ꝛ in futuro:
domine deus noster. Itē Eccli
j. Pecora tibi sunt/ attende il=
lis Item Actu.xx. Attendite
vobis ꝛ vniuerso gregi/ in quo
vos spiritussanctus posuit epi=
scopos regere ecclesiā dei quā
acquisiuit sanguine suo. Sed
prohdolor multi prelati stant
in monte/ id est in curijs princi
pum pro beneplacito suo: siue
in magnis ciuitatibus/ aut lo=
cis amenis/ vt impleāt volupta
tes suas/ ꝛ de suis ouibus parū
curāt. Unde Zacha.xj. Pascite
pecora occisionis/ que qui pos
sederunt/ occidebant: ꝛ nō do=
lebant/ ꝛ vendebant ea/ dicen=
tes: Benedictus dominus/ diui
tes facti sumꝰ. Hoc dicitur ꝓ=
pter illos prelatos/ qui dāt be=
neficia sua ad firmam/ plus of=
ferēti. O ꝙ malam rationē red
dent tales de ouibꝰ suis in die
iudicij. Profecto pro toto mū
do non vellem tunc esse in pel=
le eorum/ aut iussorem me con=
stituere pro eis.

¶ Moraliter et decimo: iuxta
illud: ne appropinquetis vxori=
bus vestris. Notādum ꝙ si pro
recipiēda lege in tabulis lapi=
deis/ abstinēdum erat ab vxo=
ribus proprijs: quanto magis
recipienti Christū in sacramē=
to altaris/ abstinendum est ab
vxoribus alienis? Apes enī fu=
giunt fetorem: ꝛ signanter triū
rerum: videlicet sulphuris/ ad=
uste pellis/ ꝛ cornu cōbusti: ita
ꝛ Christus qui habet mel diui=
nitatis/ odit fetorē omīs pec=
cati/ ꝛ signāter sulphuree luxu
rie/ pellis aduste auaritie/ ꝛ cor
nu cōbusti superbie. Sacerdo=
tes igitur qui accedūt ad dn̄m
per administrationē sacramen
ti altaris/ sanctificētur/ supple
prius ab omni immūditia/ tam
spūali ꝙ carnali/ ne percutiat
eos/ sicut supple olim percussit
Ozam/ tenentem arcam ne ca=
deret. ij. Reg. vj. Cuius rei cau
sam assignant Hebrei/ eo ꝙ no
cte precedenti dormierat cum
vxore sua. Heu si taliter percu=
titur morte qui tangit arcam
postꝙ dormiuit cū ꝓpria vxo=
re/ quali percussione feriendus
est sacerdos noue legis/ qui post=
ꝙ dormiuit cū meretrice/ pre=
sumit accedere ad altare: ꝛ ibi
Christi dignissimū corpus pol=
lutis manibus et toto corpore
impudice tangere?

¶ Moraliter ꝛ vndecimo/ Uer
ba predicta recte dirigi possūt
ad catholicos laicos / accessu=
ros ad sacram communionem/
siue in die sancto pasche/ siue a=
lias. Tales enim per tres dies
precedētes ꝛ per tres dies se=
quentes debent abstinere ab
vxoribus/ propter reuerētiam
dicti sacramenti: vt communi=
ter consulitur. Unde Hiero. in
quodā ser. et ponitur. xxxiij. q.
iiij. cap. j. quod incipit/ sciatis.
Sciatis (inquit) fratres charis
simi/ quoniam quicunqꝫ vxori
debitum reddit/ vacare nō po=
test orationi/ nec de carnibꝰ a=
gni comedere debet. Hoc autē
ꝓbat p historiā q̄ ponit. j. Reg.
xxj. dicēs: Si panes ꝓpositio=
nis ab his qui vxores suas te=
tigerant/ comedi non poterāt

quanto

quãto magis ille panis qui de celo descendit / non potest ab his qui coniugalib⁹ pauloan̄te hesere complexibus violari / atq̃ contingi? Non quidem q̄ nuptias condemnemus / sed q̄ eo tẽpore quo carnes agni mãducaturi sum⁹ / vacare a carnalibus operib⁹ debeamus. Hec ibi. Sup quo dicit gloss. q̄ hoc intelligitur / quando alter con iugum causa faciẽde libidinis ɔnuscetur alii: alias ɔsiliũ est. alias cum ex necessitate tenet reddere: vt patet. xxxiii. q. v. si dicat. quare puniretur / cũ tm̄ pro mortali abstinendum sit a corpore Christi: vt patet de cõsec. disti. ii. quotidie. Qui ergo tunc vacat amplexibus coniugalibus causa explende libidinis / mortaliter peccat. Non autem qui causa reddẽdi debitũ. Hec ex glos. vbi supra. Si autẽ per tres dies sit abstinendũ ab actu matrimoniali cũ accedendum est ad sacramentum altaris / q̄uis non sit scriptũ: tamen trahitur ex figura precedenti / videlicet de panibus ꝓpositionis / de quibus cum dixisset Achimelech sacerdos ad Dauid: Si mũdi sunt pueri / maxime a mulieribus: manducent. Respõdit ei Dauid dicens: Et quidẽ si de mulieribus agitur / continuimus nos ab heri ⁊ nudiustertius quãdo egrediebamur / ⁊ fuerunt vasa puerorũ sancta. Seq̄tur: Dedit ergo sacerdos regi Dauid sanctificatũ panẽ / eo q̄ alium non haberet. Applicatio est facilis. Ubi tamen nota q̄ per vasa puerorum / intelligũtur eorum corpora / secundum glo.

¶ Allegorice ⁊ primo / Mons de quo precepit dominus filiis Israel / ne ad eum ascẽderẽt: ⁊ deinde voluit vt tandem illuc ascenderent: designat ecclesiã militantem / ad quam non ascẽdunt nisi qui prius sanctificantur per baptismum / lauãtes ibi vestimẽta sua in virtute sanguinis Christi / vt veraciter possint dicere illud Apocal. i. Dilexit nos / supple Christ⁹ / ⁊ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Item qui habẽt terminos constitutos per circuitum / per quos intelliguntur p̄cepta decalogi / que ambiunt hominem ex omni parte / de quibus ait Christus Matt. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Hec enim duo sunt necessaria omni ascendẽti montem ecclesie militantis / vt tãdem possit ascendere ad mõtem excelsum valde ecclesie triumphantis. Huic tamẽ primum dicitur vt non ascendat: sed magis vt descendat: quia iuxta domini verbum Luce. xiiii. ⁊ eiusdẽ. xviii. Omnis qui se humiliat / exaltabitur. Hinc Psal. cum premisisset de homine / dicens: Hũc humiliat: postea subiungens / ait: ⁊ hunc exaltat. primum in presenti / secundum in futuro.

¶ Allegorice ⁊ secundo: iuxta illud verbum domini ad Moysen: Iam nunc veniam ad te in caligine nubis: notandũ q̄ cõuenienter dñs venit ad Moysen in caligine nubis. Nam per talem modũ veniendi / designauit coditionem legis antique / que tota caliginosa erat / ⁊ nebulosa: tum per figurarum obscuritatem: tum quia quod p̄=

phete promittebant, nō osten-
debant: preter tamen Jo. qui
fuit finis legis antique, et ini-
tium noue. Unde Matthei.xi.
Omnes prophete et lex vsq; ad
Joānem prophetauerūt. Ipe
vero Joā. digito ostendit quē
alij prophete a longe aspexe-
runt, dicens: Ecce agnus dei,
ecce qui tollit peccata mūdi.
Joan.j. Tunc ergo popul9 qui
prius: supple, ambulabat in te-
nebris, vidit lucem magnam.
Esa.ix. Et iterum: Habitanti-
bus in regione vmbre mortis,
lux orta est eis.

¶ Allegorice et tertio, iuxta
idem verbum: Notandum, q
predictū verbum potest intel-
ligi de primo aduentu filij dei
in terris. Quia enim diuinitas
in se videri nō poterat ab hoīe
mortali: iuxta illud quod in se-
quētib9.xxxiij.cap. dr: Non vi-
debit me homo, et viuet: ideo
abscondit se intra humanita-
tem, sicut lumē intra laternā.
Nā cū Moyses deprecat9 fuis-
set dn̄m, dicens: Ostende mihi
gloriā tuā: ait illi deus, nō po-
teris videre faciem meā: sup-
ple in presenti. Et iterū (vt di-
cit in fine eiusdē ca.) dixit illi
dn̄s: Uidebis posteriora mea,
faciē aūt meam videre nō pote
ris. Ubi p posteriora designan
tur mēbra hūana in Christo, q
oculis corporeis visa sūt ab ho
minib9 post carnis assūptionē
in p̄senti. Iuxta illd Abac.iij.
Post hec in terris visus est, et
cū hoib9 cōuersatus est. Et qd
dictū est de primo Christi ad-
uentu, etiā possumus expone-
re de scd̄o: videlicet qn̄ veniet
ad iudiciū: qr nō videbit eius
diuinitas a reprobis, sed tātū
humanitas. Hoc tn̄ intererit in-
ter primū et secūdū aduētū: qr
qui venit in primo aduentu to
tus hūilis, veniet in scd̄o cum
potestate magna et maiestate.
Luce.xxj.

¶ Allegorice et quarto, iuxta
illud verbum dn̄i ad Moysen:
Uade ad populū, et sanctifica
illos etc̄. Notandū, q ista vba
possūt intelligi de die iudicij:
ante cuius aduentū mittit dn̄s
p̄dicatores, vt hortent populū
vt sanctificet hodie et cras. i. ci
to: qr cito fiet dictū iudicium.
Apoc.xiiij. Timete deū, et da-
te illi honorē: qr venit hora iu-
dicij ei9. Itē Sapiē.vj. Horrē-
de et cito apparebit vobis: qm
iudiciū durissimū fiet in his q
presunt. Ecce ergo quare dicit
hodie et cras. Sequit: Lauent-
q vestimenta sua, interli. i. cor
pora, quibus anime vestiūtur.
Huiusmodi ergo vestimenta (et
signanter quātum ad electos)
lauabunt in fine seculi ab om-
ni macula: et replebunt siue do
tabūt claritate, agilitate, sub-
tilitate, impassibilitate: vt sic
dicti electi sint parati in diem
tertiū. i. in diem iudicij, qd fiet
in fine tertij diei. i. legis gra-
tie. Et tunc descendet domin9
coram omni plebe in montem
Sinay. i. super ecclesiam: siue
super multitudinem omnium
hominū, qui fuerunt, sunt, et e-
runt. Mat.xxv. Cū venerit fi-
lius hominis in maiestate sua,
et omnes angeli eius cum eo,
tunc sedebit super sedem ma-
iestatis sue, et congregabuntur
ante eum omnes gentes. Tunc
etiam constituet terminos po-

 pulo

pulo per circuitum.s. in valle Josaphat / qui scilicet termini transgredi non poterūt: qꝛ tūc fugere erit impossibile: supple ipsis reprobis / qui a sinistris iudicis erunt. Unde Psal. Terminum posuisti quē non transgredientur: neqꝫ conuertētur operire terram: supple vt pri⁹. Tūc etiam dicti reprobi prohibebūtur ascendere in montē: supple paradisi cū electis: sed dicetur eis. ite maledicti in abyssum cum omnib⁹ demonibus. Electi autem cum ceperit clangere illa tuba. Uenite benedicti patris mei ⁊c. tunc ascendēt in mōtem sanctū dei. Quod autem subditur: Ne appropinquetis vxorib⁹ vestris: designat ꝙ iusti cum fuerint i celo: non nubent neqꝫ nubentur / sed erunt ibi sicut angeli dei: vt dicitur Matth. xxij.

¶ Allegorice et quinto / iuxta illud: Cum ceperit buccina clangere: tunc ascendant in mōtē. Notādum ꝙ buccina dulciter clangēs: designat vocem Christi / dulciter inuitantis peccatores ad penitētiam: ⁊ dicentis illud Matthei. iiij. Penitentiam agite / appropinquabit regnum celorum. Item dicentis illud Joan. vij. Si qs sitit veniat ad me / ⁊ bibat. Itē illud Matth. xi. Uenite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati estis / ⁊ ego reficiam vos. Et nota / ꝙ hec buccina reddidit diuersum sonitum secundum varietatem hominū. Nā in aurib⁹ obstinatorum ⁊ peruersorum hominum dedit stupendum ⁊ tremendum sonitū / vocando eos generationē malam ⁊ adulteram: immo generationem pessimam / Matt. xij. Item dicendo illud Luce. xiij. nisi penitentiā habueritis / omnes peribitis. Itē dicēdo eisdem illud Joan. viij. Uos ex patre diabolo estis / ⁊ desideria patris vestri vultis facere. Ecce quomodo predicta buccina (que Christ⁹ est) cecinit i suo primo aduētu vario modo pro varietate hominū corā quibus canebat. Nec adhuc cessat canere in auribus populi Christiani / per ora pdicatorꝫ terrentiū peccatores / ⁊ dulciter inuitantiū bonos ad cenā paradisi. Tandem autē in fine mundi hec buccina dabit voci sue vocem virtutis: cū ad eius imperiū et sonitū omnes mortui resurgent / ⁊ procedent qui bona egerunt in resurrectionē vite. Qui vero mala egerunt / in resurrectionē iudicij. Joan. v.

¶ Allegorice et sexto / principium presentis clausule possumus congrue exponere de sanctis dei martyribus. Hi eñ hodie ⁊ cras / id est in presenti vita / sanctificati sunt. Et q priꝰ erant intus immundi per peccatum / virtute martyrij lauerunt vestimēta sua: id est / animas: quia martyrium cum sit quidam baptismus: vt dicitur de cōsecratione distin. iiij. baptismi. Item ca. catechuminū. delet omnem culpam et penā. Adeo ꝙ qui pro Christi nomine martyrium patiūtur / absqꝫ dubio vitam eternam consequūtur: vt notatur. xv. q. j. merito. §. firmissime. Bene ergo ad propositum canit ecclesia de martyribus / et sumitur ex

Apoca. vltimo/ dicens: Laue=
rũt supple/ sancti dei martyres:
stolas suas/ id est animas: ⁊ cã
didas eas fecerunt / siue deal=
bauerũt eas in sanguine agni:
id est / in virtutute et effica=
cia sanguinis Christi / qui spe=
cialissime operatur in marty=
rio / dummodo teneatur recta
fides sanctissime trinitatis: qđ
insinuatur in textu/ cum dicit:
Et sint parati in diem tertiũ.
Uel dic/ ꝙ per diem tertium in
proposito / intelligitur tertia
pars sacramenti penitentie: q̃
est satisfactio. Martyres igitur
in die tertio / id est habita ple=
na satisfactione / quam opera=
tur dictum martyrium (vt di=
ctum est) ipso facto sunt parati
introire in celestem gloriam.
Nam in dicto die tertio descẽ=
dit Christus inuisibiliter / et
quandoqꝫ visibiliter ad ipsos
martyres: sicut testantur mul=
te historie: et consolatis ipsis
martyribus/ tandem secũ per=
ducit eorum animas ad regna
celorum.

¶ Anagogice per filios Isra=
el/ quibus prohibuit primo do
minus sub pena mortis / ne in
montem ascenderẽt: intelligit
antiquus populus/ qui milita=
uit sub lege tam nature / ꝙ̃ scri=
pta. Talis nempe populus im=
pediebatur ex diuino statuto/
ne ascenderet in montem san=
ctum dei / etiam quantacunqꝫ
polleret vite pfectione aut san
ctitate: ⁊ hoc in penam peccati
Ade. In cuius figurã legitur
Gen. iij. ꝙ dñs eiecto Adã de
paradiso voluptatis / collocauit
ante paradisũ voluptatis Che
rubim / ⁊ flammeũ gladiũ atqꝫ
versatilem/ ad custodiendã viã
ligni vite. Applicatio est faci=
lis. Per hoc autẽ ꝙ hic subdit
ꝙ tãdem ait dominus ad Mo
ysen de predicto populo: Cum
autem ceperit clangere bucci=
na/ ascendent in montem: desi=
gnatur ꝙ postꝙ̃ Christus clam
xit in terris/ dicens illud Mat.
iiij. Penitentiam agite/ appro=
pinquabit enim regnum celo=
rum: ⁊ signanter in cruce dicẽs
ad latronem cum eo pẽdentẽ/
illud verbũ: Hodie mecũ eris
in paradiso. Luce. xxiij. ab illo
die sancti patres/ qui prius te=
nebãtur captiui in limbo/ libe
rati sunt: ⁊ ascenderunt in mõ=
tem sanctum dei: per apertã vi
sionem diuine essentie: et tan=
dem in celum empyreũ cum eo
dem Christo in die sanctissime
ascensionis sue. Nunc autẽ de=
cedentes (dummodo sint para
ti) in die tertio post ipsum Chri
stum ascẽdunt in predictũ mõ=
tem paradisi/ vbi canit mirabi=
lis ⁊ inaudita buccina angelo
rum ⁊ hominũ. Ad gaudia igi
tur paradisi perducat nos mi=
sericordia Christi.

¶ Tertia clausula.



Amqꝫ aduenerat
tertius dies/ ⁊ ma
ne inclaruerat. Et
ecce ceperunt au=
diri tonitrua / ac
micare fulgura/ et
nubes densissima operire mõ
tem. Clangorqꝫ buccine vehe=
mẽtius perstrepebat: ⁊ timuit
populꝰ q̃ erat in castris. Cumqꝫ
eduxisset eos Moyses/ occur=
sũ dei de loco castrorũ/ steterũt

ad radices montis. Totus autem mons Sinay fumabat: eo quod descendisset dominus deus super eum in igne: et ascenderet fumus ex eo quasi de fornace. Eratque omnis mons terribilis: et sonitus buccine paulatim crescebat in maius: et prolixius tendebatur. Moyses loquebatur: et dominus respondebat ei. Descenditque dominus super montem Sinay in ipso montis vertice: et vocavit Moysen in cacumen eius. Quo cum ascendisset dixit ad eum: Descende et contestare populum: ne forte velit transcendere terminos ad videndum dominum: et pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoque qui accedunt ad dominum sanctificentur: ne percutiat eos. Dixitque Moyses ad dominum: Non poterit vulgus ascendere in montem Sinay: tu enim testificatus es et iussisti dicens: Pone terminos circa montem et sanctifica illum. Cui ait dominus: Vade descende: ascendesque tu et Aaron tecum. Sacerdotes autem et populus non transeant terminos: nec ascendant ad dominum: ne forte interficiat illos. Descenditque Moyses ad populum: et omnia narravit eis.

¶ Historialiter postquam in precedenti clausula eximius dei propheta Moyses conformiter ad mandatum domini locutus est populo de preparatoria dispositione exteriori: requisita ad suscipiendam divinam legem: utpote quod lavarent vestimenta sua. Item quod non accederent ad uxores suas: Hic consequenter loquitur de actuali descensu domini super montem Sinay: qui inde in specie ignis loquitur ad Moysen. Sed primo premittit quatuor terribilia signa que tunc apparuerunt. Refert ergo legislator noster Moyses: quod cum advenisset dies tertius: de quo dixerat prius dominus: Estote parati in diem tertium: ut dictum est in fine precedentis clausule. Tertius (inquam) ab adventu populi in solitudinem Sinay (secundum Hieronymum) qui intelligit hoc exclusive: quia si intelligatur ab eventu inclusive: iam erat quartus: secundum eum. Secundum autem Augustinum erat tertius inclusive: ut dictum est in precedenti clausula. Cum (inquam) advenisset dies tertius: et mane inclaruisset. i. illuxisset. Hora ergo erat sobria: quia mane. Et ecce ceperunt audiri tonitrua etc. Hic ergo disponitur populus ad deum per reverentiam: que ex timore consurgit: et ideo ante dationem legis signa terribilia apparuerunt: et signanter quatuor: quorum primum et quartum pertinet ad sensum auditus: secundum et tertium ad sensum visus. Primum igitur signum quod tunc factum est: et quod pertinet ad sensum auditus tangitur: cum dicitur: Et ecce ceperunt audiri tonitrua: in signum quod lex vetus erat comminatoria. Secundum signum pertinens ad sensum visus fuit: quod tunc ceperunt micare fulgura: in signum quod erat instructoria. Tertium signum: et quod pertinet ad eundem sensum visus: fuit quod tunc apparuit nubes densissima operiens montem: in signum quod dicta lex erat

obscura

obscura et figuratiua. Quartū signū: et quod pertinet ad sensum auditus: fuit quod tunc clangor buccine vehementius perstrepebat. i. perfecte sonabat. Nam perstrepere: idē est quod sonare. Buccina autem dicitur de bucca et cano: quasi canere cū bucca: siue cum ore. Buccina ergo est instrumentum quo vtūtur communiter milites in bello: siue ad acuendum animum ad bellū: siue ad incutiēdum timorem et horrorem hostibus: quod gall. dicitur: clerou. Uisis igitur et auditis his quatuor signis: populus qui erat in castris timuit: nec immerito: vt postea dicetur. Sequitur: Cūque eduxisset eos Moyses in occursum dei: scilicet ad montem: et hoc cū quadam importunitate: eo quod propter predicta signa terribilia et stupenda nō audebāt exire de tabernaculis suis: steterunt ad radices montis. Non enim fuerunt ausi vlterius progredi: cuius ratio assignatur cū subditur: Totus autem mōs Sinay fumabat: eo quod descendisset dominus deus super eū in igne: et ascenderet fumus ex eo quasi de fornace. Nubes enim densissima operuerat montem Sinay: et ex superiori parte mōtis egrediebatur fumus: et ignis de medio nubis. Non est autem intelligendū: quod dominus descēderet ibi secundū se. i. secundum diuinitatem que vbique est: et per consequens non potest descendere nec ascēdere: sed descendit secundum effectum ipsum representātem. Eratque omnis mons terribilis. s. propter predicta quatuor signa: et sonitus buccine paulatim crescebat in maius. s. quo ad soni intēsionē: et prolixius tēdebatur: quo ad ipsius extensionem: siue durationem. Moyses loquebatur: videlicet dn̄m interrogando: et dn̄s respōdebat. i. angelus in persona domini. Descenditque dn̄s sup montē Sinay in ipso mōtis vertice: et vocauit Moysen in cacumen eius. i. in summitatē ipsius. Nā cacumen rei dicitur summitas eius. Et dr̄ cacumē: quasi capitis acumē. Quo cum ascendisset: scilicet Moyses: dixit ad eū: supple dominus: Descende et contestare populū. i. constitue ei terminū standi: ne forte velit transcēdere terminos ad videndū dominum: scilicet ex quadā curiositate et rei nouitate. Et: vt dicit Josephus: hoc repetit dn̄s ad insinuādū equitatē pene quā cōminatus est trāsgredientibus. Unde sequitur: et pereat ex eis plurima multitudo. Uel hoc repetit ad maiorem rei certitudinem. De sacerdotibus aūt dat speciale mandatū: dicens: Sacerdotes qui accedūt ad dominū: sanctificētur etc. de hoc peramplius dicetur in sol. ad decimū dubium. Dixitque Moyses ad dominum: Non poterit vulgus ascendere in montem Sinay: id est non licebit eis illuc ascēdere propter diuinam prohibitionem de qua subditur: Tu enim iussisti: dicēs: Pone terminos etc. Quod sequitur non indiget expositione.

¶ Circa hunc textum mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū mo-

 uetur

uetur/ propter illud verbũ: et mane inclaruerat. Querit ergo cur dñs voluit dare legem veterẽ in aurora: cũ scilicet mane incipit clarescere? Dicendũ conformiter ad Andream/ ꝙ couenienter tali hora data est lex. Illa enim hora communiter est frigida: licet icipiat tũc dies inclarescere: ⁊ hoc ad insinuandũ ꝙ predicta lex quãuis illuminaret intellectũ/ non tamen inflammabat affectum: sicut facit lex noua. Nam in signum ꝙ ipsa illuminat intellectum: spiritussanctus q̃ venit eam cõfirmare per ora apostolorum/ datus est hora clara. s. hora tertia/ secundũ Iudeos/ que est quasi nona secũdũ Latinos. Item in signũ ꝙ ipsa inflammat affectũ: datus est dictus spiritussanctus in specie ignis. Tempus autem qd̃ precessit legẽ veterem erat mirabiliter obscurũ ⁊ frigidum: q2 nec illuminabat intellectũ/ nisi forsan per legem nature. Nec similiter inflammabat affectũ. Et istud tempus durauit vsq3 ad Moysen.

¶ Secũdũ dubiũ: Quare ĩ datione legis Mosaice apparuerũt tot ⁊ tam terribilia signa? Dicẽdũ/ ꝙ ratio huius fuit/ eo ꝙ dabatur populo rudi ⁊ imperfecto. Propter quod licuit vt illi incuteretur timor. Nã ꝑ talem modum disponebatur populꝰ ad audiẽdum dñm/ et illi obediẽdũ/ atq3 ad honorẽ ⁊ reuerẽtiã eidem exhibẽdũ/ atq3 ad alia opa ṽtutũ. Secus aũt de lege grẽ/ q̃ data est pfectis/ q̃ nõ inducũt ad talia ꝑ timorẽ (saltum seruilẽ) sed magis ꝑ amorem. Hinc Ouidius ait: Oderũt peccare mali/ formidine pene. Oderunt peccare boni/ virtutis amore. Et ideo lex gratie data est in quiete/ ⁊ pacifice a Christo: prout dz Math. v. vbi sic legit. Cũ sedisset Iesus: accesserunt ad eũ discipuli eius. Et aperiens os suũ docebat eos/ dicens: Beati pauperes spiritu/ quoniã ⁊c̃.

¶ Tertiũ dubiũ: Utrũ hec signa/ q̃ hic ponũtur/ fierẽt immediate a deo? Dicendum/ ꝙ non: sed fiebãt ministerio angelico. Fabulant tamẽ Iudei/ vt refert de Lyra/ ꝙ predictꝰ clãgor vel sonus fiebat mediante quodã cornu/ quod fuit acceptũ de capite arietis immolati pro Isaac: vt legit Gen. xxij. Sed cũ hec fabula nullã habeat veritatis apparentiã/ nõ video eã debere reprobari.

¶ Quartum dubiũ: Quare fuit data lex in deserto/ in via ad terrã promissiõis/ in mõte Sinay? Uidetur enim/ ꝙ cõueniẽtius debuerit dari in terra promissionis/ populo iã quietato: ⁊ nõ in monte Sinay ad Ysmael pertinẽte. Ad hoc dubiũ respõdet dñs Petrus de Pal. dicẽs ꝙ ideo lex in terra sterili deserti/ ⁊ nõ in terra fertili promissiõis dari debuit: vt ꝑ hoc ostenderetur ꝙ erat via ad euangeliũ: sicut ancilla ad dominam. Conueniẽs etiam (inquit) erat vt populus ille promereretur hereditatem promissam per deuotam legis et diuini cultus susceptionẽ/ priusq3 illam assequeretur. Sicut mercennarius primo iurat fidelitatem domino suo/ ⁊ seruit

el in aliquo opere antequam veniat ad plenam mercedem. Carnalis etiam quies terre fertilis iam possesse, plus distrahit mentem in deum tendere: quam laboriosa peregrinatio solitudinis. ¶ Quintum dubium: Cum lex noua, que est potior veteri, fuerit data modo humili, quia sedente Christo: vt dictum est. Item in presentia paucorum. s. in presentia discipulorum Christi, non videtur rationabile quod lex vetus debuerit dari modo terribili: vt dicitur in textu. Item tam magnifico et coram tam magno populo. Ad hoc respondetur conformiter ad predicta de Pal. quod lex vetus data fuit modo terribili, sensibili et magnifico: quia erat seruilis timoris, et pedagogus paruulorum: et quia talia indigent magnificentia ad hoc quod sursum eleuentur, et significanter ad concipiendam diuinorum sublimitatem: per montis altitudinem designatam: ideo in monte dari debuit. Lex autem noua dari debuit modo humili et familiarissimo, quia humilitas est fundamentum totius edificij spiritualis: ideo dari debuit a Christo descendente de monte, et sedente: vt dicitur Mat. v. Pro quo notandum, quia lex noua non solum per superabundantem diffusionem spiritus, et suorum charismatum (ratione quam spiritualior) fuit altius data quam lex vetus, quam fuit sensibilior per superabundantem magnificentiam signorum sensibilium: immo fuit data per miracula realiter altiora, sicut fuit suscitatio mortuorum, illuminatio cecorum, et potestatiua expulsio demonum. Quamuis tamen turbis carnalibus maius videatur datio manne. xl. annorum spacio, diuisio maris, columna nubis et ignis, apparitio dei in monte loquentis, et huiusmodi. ¶ Sextum dubium: Cur voluit dominus apparere filijs Israel in specie nubis et ignis? Dicendum, quod ideo, quia populus Hebreorum ad idololatriam pronus, haberet occasionem faciendi sibi imagines si in alia specie stabili apparuisset. Non sic autem potuit habere occasionem de nube aut igne propter instabilitatem suam. ¶ Septimum dubium mouetur propter illud verbum: Sacerdotes qui accedunt ad dominum sanctificentur etc. Queritur ergo, cur sic loquitur dominus, cum nondum essent sacerdotes in populo Hebreorum? Ad hoc dicunt quidam, quod istud dicitur per anticipationem: ita vt sit sensus: Sacerdotes qui futuri sunt sanctificentur, quando accedent ad ministrandum coram domino. Uel dicendum conformiter ad Ra. Sa. quod hoc verbum intelligitur de primogenitis principum. xij. tribuum. Nam tales antea faciebant officium sacerdotale: vt memini me scripsisse aliquando super Gen. conformiter ad dictum Rabi Sa. Tales autem pre alijs tempore oblationis sacrificij debebant sanctificari. Uel dic secundum dominum Petr. de Pal. quod hic vocantur sacerdotes (secundum aliquos) qui erant de genere Melchisedech, quem dicunt fuisse Sem primogenitum Noe: a quo descendit Abraham, et sic omnis populus Hebreorum erat de nuncto sacerdotum. Iosephus autem dicit, quod sacerdotes vocantur primogeniti de genere Abrahe: non ex alia consecratione, sed voluntarie deo immolantes.

¶ Octauū dubium: Cur populus tantum timuit: qui erat in castris? Dicendū in primis: φ propter quatuor terribilia signa que tunc apparuerunt: de quibus legitur in textu. Petrus autē Comestor: post Josephū: assignat aliam rationē duplicem. Prima: quia (vt aiūt Hebrei) mōs Sinay tremuit. Secunda: quia populus putabat Moysen ira dei perisse: qui tamen tandem letus apparuit: et serenus aer cū eo reuersus est: cū ad eos descendit. Et ait eis (secundum Josephum) Hodie non audietis Moysen filium Amram et Jocabeth: sed audietis illum qui pro vobis percussit Egyptū: q̄ per mare iter dedit: qui cibum vobis de celo misit: potū de petra concessit: per quem Adam de fructibus terre comedit: Noe ex imbribus ereptus est: Abraham Chananeam obtinuit. Jsaac de senibus parentibus natus est. Jacob prole ditatus: Joseph sublimatus. Fiant ergo verba hec vobis amabiliora: φ filij vel vxores. Hec Petrus Comest. post Josephum.

¶ Nonum dubiū: Cur dn̄s repetit de sanctificatione sacerdotum? Nunquid satis erat de hoc semel fecisse mentionem: quando scz cum reliquo populo fuerunt sanctificati: vt dictū est in precedenti clausula. Dicendum: φ ideo repetit: vt magis memorie cōmendent verbum illius: item vt recognoscāt se pre ceteris populis magis indigere sanctificatione. Preter ergo cōmunem et popularē sanctificationē: dicti sacerdotes indigebant maiori et speciali sanctificatione.

¶ Decimum dubium oritur de eisdē sacerdotibus: propter illud verbū: Sacerdotes quoqȝ: qui accedūt ad dn̄m: sanctificētur: ne etc. Nā illud verbū videtur repugnare alteri verbo qd̄ sequitur in hac clausula: vbi dn̄s facit talē generalē prohibitionē dicēs: Sacerdotes aūt et populus nō transeāt terminos: nec ascendāt ad dn̄m: ne forte interficiat illos. Ad hoc potest dupliciter responderi: primo q̄dē: φ cū dicitur: Sacerdotes q̄ accedūt etc. ponitur hic plurale pro singulari: scz pro Aaron: de quo subditur in textu: Ascendesqȝ tu et Aaron tecū. Secundo potest dici: φ sacerdotes: et qui digniores erāt in populo: ascēderunt quidē altius φ cōmunis populus: sed nō tantū quantū Moyses et Aaron. Uel dicitur φ ista prohibitio facta est in figura sacerdotū noue legis: quibus prohibetur districte: ne cum peccato mortali scienter accedāt ad sacramentū altaris: sed prius sanctificentur per sacramētū cōfessionis.

¶ Moraliter et primo: populus existēs in castris significat hominē peccatorē: cuius anima est adhuc intra corpus: tanqȝ intra castrū. Talis ergo peccator debet valde terreri et timere: et presertim quando audit tonitrua: cū videt fulgura micantia: cū videt nubē densissimam operientē mōtem. Insuper cum audit clangorē buccine vehementer perstrepētis. Hec sunt quatuor signa que apparuerūt q̄n debuit dari lex a deo. Ubi notandū: φ per tonitrua perstrepentia

strepētis intelligunt cōminatiōes diuini iudicij: mortis incerte: et horrēde pene infernalis. Quotienscunq ergo miser peccator audit loqui de huiusmodi cōminationibus: que veraciter future sunt sup malos: tunc debet terreri: et relinquere peccata sua. Unde Psal. ad dñz loquēs ait: A iudicijs tuis timui: et ideo feci iudiciū et iustitiā: ne puniēdo in presenti: ne tradas me calumniantibus me: scz in futuro. Psal. A voce tonitrui tui formidabunt. Per fulgura micantia: designatur signa iudicij precedētia: et signanter illa que in sacra scriptura continent: vt sunt illa de quibus legitur Luce. xxi. Erūt signa in sole et luna et stellis: et in terris pressura gentium: pre confusione sonitus maris et fluctuum etc. Item in eodem cap. ita dicit de huiusmodi signis. Surget gens contra gentem: et regnum aduersus regnum: et terremotus magni erunt p loca: et pestilentie et fames: terroresq de celo: et signa magna erunt etc. Item Mat. xxiiij. habetur de huiusmodi signis: et in pluribus alijs locis. O quātum igitur timeri debent huiusmodi fulgura micātia? Per nubem vero densissimam operientem montē: designat ignorantia et illiteratura prelatorū ecclesie: qui significantur per montes. Nam sicut montes primo recipiūt lumen solis q̄z valles: ita et prelati qui habent reddere rationē omni poscenti: vt dicitur .j. Petri. iij. plus tenent habere de lumine sciētie q̄ subditi: sed circa finem seculi sol conuertetur in tenebras. Iuxta illud Joel. ij. Sol conuertetur in tenebras et luna in sanguinem: antequā veniat dies domini magnus et manifestus. Quid est autem solem conuerti in tenebras: nisi preficere in ecclesia Christi episcopos et alios prelatos ignaros vtriusq testamēti? cū tn teneant vtrunq scire: et habere nō solum sufficientē: verumetiam eminentē scientiam: vt notat distin. xxxviij. omnes. Uideāt ergo moderni episcopi: si nubes dēsissima operiat eos. Q. si sic: tunc concludere possum9 iudicij diē prope instare. Per clāgorem autem buccine: que vehementer perstrepabat: designatur illa terribilis vocatio mortuorum ad iudicium: q̄ precedet ipsum iudicij diem de qua Aposto .j. Thessalon. iiij. Ipse dominus in iussu et in voce archangeli: et in tuba dei descēdet de celo: et mortui qui in Christo sunt: resurgent primi. De qua etiam tuba loquitur Hieronymus: dicens: Siue bibam siue comedam: siue quodcunq aliud faciam: semper videtur sonare in auribus meis illa terribilis vox tube dicentis: Surgite mortui: venite ad iudicium. Ecce quid significat in proposito clangor buccine vehementer perstrepentis. Potest etiam significare illam terribilem vocem iudicis Christi contra reprobos dicentis: Ite maledicti in ignem eternum. O q̄ terribiliter perstrepet dicta buccina in

auribus

auribus reproborum: Psalmi. Dabit voci sue vocem virtutis. Et bene dicit vocem virtutis: quia nullus reprobus poterit illi resistere.

¶ Moraliter et secundo: iuxta illud verbum: Mane inclaruerat. Notandum: quod tunc mane inclarescit: cum primum paruulus adolescit: et incipit esse doli capax. Istud tamen mane est valde occultum nobis: et soli deo cognitum: quia ipse solus est qui dat intellectum paruulis. Antequam autem incipiat clarescere predictum mane in paruulo: nox est: nec differt a bruto: quantum ad bonum vel malum morale. Bonum est tamen talem inducere ad opera virtutum pro etate sua: et vt sic assuefiat ad ea cum inclaruerit mane. Et nota quod talis claritas citius multo oritur in aliquibus paruulis: quam in aliis.

¶ Moraliter et tertio: iuxta illud: Cum que eduxisset eos Moyses in occursum dei etc. Notandum quod per Moysen intelligitur prelatus vel predicator: siue pater carnalis: qui debent (quantum in se est) educere subditos in occursum dei. Nam primo deus venit ad hominem per gratiam preuenientem: quam ipse homo veniat in occursum eius: secundum quod scriptum est Threno. v. Conuerte nos domine ad te: et conuertemur: quia aliter conuerti (supple ad te) non possumus: nisi primum conuertaris nos: scilicet: per gratiam preuenientem. Dicamus igitur illi: Conuerte nos deus salutaris noster. Conuertit autem deus hominem: ipsum iustificando: et consequenter conuertitur homo ad ipsum ex charitate super omnia diligendo. Et hec duo tangit Psalmist. cum ait: Deus tu conuersus viuificabis nos. ecce primum. Et plebs tua letabitur in te. ecce secundum. Et quo ergo dominus deus dignatur ad nos venire per gratiam preuenientem: iustum est vt et nos occurramus ei per bonum vsum liberi arbitrii. Sed hoc iterum procedit a gratia eius: que nos preuenit et sequitur.

¶ Moraliter et quarto: iuxta illud: Totus mons Sinay fumabat: eo quod descendisset dominus super eum. Notandum conformiter ad de Pal. quod signum est quod deus descendit in cor hominis per ignem charitatis: quando emittit fumum deuote orationis. Sicut fumus apparens extra domum: est signum quod ignis est intra domum: scilicet in camino. Nam ille fumus dicitur fumus aromatum: quando procedit de corde pleno bonis odoramentis: id est: bonis virtutibus: ascendit autem talis fumus deuote orationis in conspectu domini de manu angeli. Unde et angelus Raphael dixit Thobie seniori obtulisse orationem suam coram domino: cum scilicet oraret cum lachrymis. Eiusdem duodecimo.

¶ Moraliter et quinto: iuxta predictum verbum: nota in malam partem: quod per montem qui erigitur supra planiciem terre: designatur superbus: qui erigit

git se super alios: sicut patuit olim de Lucifero/ qui dixit: Ascēdam super astra celi/ id est super ceteros angelos: et ero similis altissimo. Esa. xiiij. Iste autem mons tunc fumat horribiliter/ quando tangitur verbo deprimente eum/ aut sibi alias ingrato. Unde Psalmist. Tange montes: id est/ superbos: et fumigabunt. Mons erat Pharao/ quē tetigit Moyses/ quando dixit ei: Hec dicit dominus: Dimitte populum meum/ vt sacrificet mihi in deserto: et statim fumigauit quādo ait: Dominum nescio/ et Israel nō dimittam. supra quinto capi. Mons erat Roboam filius Salomonis/ quem tetigerunt Iudei/ dicentes: Pater tuꝰ durissimum iugum imposuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo/ et seruiemus tibi. et statim fumigauit/ quando respondit illis cum maxima superbia dicens: Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. Pater meꝰ posuit sup vos iugum graue/ ego aūt addam sup iugum vestrum. Pater meus cecidit vos flagellis/ ego vero cedam vos scorpionibus. Mons erat Nicanor/ de quo legitur ij. Machabeorum. xv. ꝙ cogitauit cū omni impetu die sabbati committere bellum contra Iudeos. Hunc montem tetigerunt dicti Iudei dicētes: ne ita ferociter et barbare feceris: sed honorem tribue diei sanctificationis/ et honora eū qui vniuersa conspicit. Cumq͂ infelix interrogasset si est potens in celo/ qui imperauit agi diem sabbati: et Iudei respondissent ꝙ sic: statim ille mons cepit fumigare dicens: Et ego potens sum super terram/ qui impero sumi arma: et negocia regis/ supple Antiochi/ impleri. Cumque sic fumigasset per maximam superbiam et arrogantiam/ caput ab eo auferatur/ et apud Hierusalem defertur. Patet ergo quid intelligitur per montem fumigantem/ exponendo hoc in malam partem. Unde bene ad propositū subditur: Eratq͂ omnis mons terribilis: quia vt vulgo dicitur superbus est adeo terribilis/ ꝙ nemo potest pacem habere cum eo. Est enim similis equo hermoso/ qui alios impetit. Prouerbio. xxij. Arma et gladius in manu superbi. Sed quid est ꝙ sonitus buccine paulatim crescebat in maius/ et prolixius tendebatur: nisi ꝙ superbia semper ascendit/ atque prolixius extenditur. Unde Psalmi. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.

¶ Moraliter et sexto/ iuxta illud verbum: Moyses loquebatur/ et dominus respondebat ei. Notādum/ ꝙ per Moysen in proposito potest intelligi quilibet deuote orans dominum. Talis enim loquitur/ et dominus respondet/ cū eum exaudit: scilicet ad vtilitatem/ quamuis non semper ad voluntatē. Nā semper prestat quod petit iustus/ aut aliquid meliꝰ/ prout ipse optime nouit saluti illius expedire. Non enī

exaudiuit

exaudiuit Paulum ad volūtatem: cum peteret stimulū carnis sue ab eo amoueri: vt legitur. ij. Corin. xij. Exaudiuit tamen eum ad vtilitatem. Nā vt dicit Augusti. de verbis domini ser. liij. non magnū est exaudiri a deo ad voluntatem: sed magnum est exaudiri ab eo ad vtilitatem. Ad voluntatē (inquit) demones exauditi sunt: et ad porcos (put petierāt) missi sunt: sed non ad vtilitatē: quia inde nullam vtilitatem acceperunt. Dat etiā ibi exemplū de medico: qui non semper exaudit egrū ad voluntatem: sed prout iudicat sue sanitati expedire. Cum ergo loquimur ad dñm aliquid petentes: cōmittamus responsum voluntati et beneplacito illius.

¶ Moraliter et septimo: iuxta illud verbū domini ad Moysen: Descende et contestare populum et cē. Notandum: q̄ ista possunt esse verba domini ad omnem superbum: quē necesse est descendere in presenti de monte superbie: si velit in futuro ascendere de hac valle miserie ad sublimitatē celestis glorie. Mi teste Saluatore Luce xiiij. Item eiusdem. xviij. omnis qui se humiliat: exaltabit. Itē eiusdem. j. in cantico virgineo dicitur de deo: q̄ deposuit potentes de sede: et exaltauit humiles. Itē Eccli. x. Sedes ducum superbor̄ destruxit deus: et sedere fecit mites p eis. Hoc autem intelligitur de superbis angelis: et hominib᷒ humilib᷒. Debēt ergo p̄dicatores (quātū in eis est) studere humilitati cum Moyse: et contestari populum q̄ nisi efficiantur humiles et paruuli in oculis suis: nō intrabunt in regnum celorum: vt dicit Matt. xviij. Vnde clamat Saluator: dicēs: Sinite paruulos (id est humiles) venire ad me. Talium enim est regnū celorum. Eiusdem Matt. xix.

¶ Moraliter et octauo: iuxta illud verbū: Descenditq̄ dñs super montem Sinay: et vocauit Moysen in cacumine eius: notandum conformiter ad beatū Gregor. q̄ homo per contēplatione ascēdit superius: et deus aliqua sibi reuelando descēdit sup cacumine mētis ei᷒. Quid (inquit) per montē: nisi ipsa nostra contemplatio designatur? in qua nos ascēdimus: vt ad ea que vltra infirmitatem nostrā sunt videnda subleuemur. Sed tunc dominus descendit: quia multum nobis proficientibus: parū de se aliquid nostris sensibus aperit. Hec ille lib. v. moral. Econtra autem illi qui nō student se per contemplationē sursum assurgere: sed terrenis quasi imobiliter adherēt: etiā ad eos non descēdit dominus.

¶ Moraliter et nono: Per hoc q̄ dominus descendit in specie ignis et fumi: quando dedit legem: designatur (sm̄ eundem Gregor. vbi. s.) q̄ ipse idē deus et dns humiles per claritatem sue ostensionis illuminat: et superborum oculos econtra p caliginē erroris obscurat. Prius igitur (inquit) mens ab appetitu glorie temporalis: atque ab omni delectatione carnalis cōcupiscētie tergenda est: et tunc ad aciem contemplationis erigenda. Unde et cum lex accipitur

tur/populus a monte prohibetur: vt videlicet qd infirmis adhuc mentibus terrena desiderat/considerare sublimia nō p̄sumat. Unde et inde subditur: Si bestia tetigerit montem/ lapidabitur. Bestia enim montē tangit/ cum mens irrationabilibus desideriis subdita/ad cōtēplationis alta se erigit. Sed lapidib⁹ percutitur: quia summa non sustinens/ipsis ictibus superni ponderis necatur. Qui igitur culmen perfectionis apprehendere nituntur/ et cōtemplationis arcem tenere desiderant/prius in campo boni operis se per exercitiū probent: vt solicite sciāt si nulla mala iam proximis irrogant/ si irrogata a proximis equanimiter portāt/ si obiectis bonis temporalib⁹ nequaq̄ mens letitia soluitur. Hec ille. Cetera autem que habent in textu/sufficiēter (quātum ad hunc sensum moralem) exposita sunt in precedēti clausula/preter illud vltimum verbum: Descenditq; Moyses &c.

¶ Moralit ergo et decimo/ iuxta illud vltimum verbum: Descenditq; Moyses ad populū/ et omnia narrauit eis: notandū q Moyses designat bonū prelatū/qui quandoq; debet deserere propriam cōtēplationem/ et descendere ad actionem: narrando populo que in contēplatione a domino didicit/ secundum q expedit saluti eiusdem populi. Qui autem adeo ardenter immoratur mōti per contēplationem/ vt non velit pro tēpore ad populum suum descendere: iam nō est bonus pastor: quia nescit oues suas pascere: et ideo necesse habet/ aut curā animarum deserere/ aut quandoq; descendere ad populum suum/ et salutem illius per p̄dicationis officium procurare.

¶ Allegorice et primo: iuxta initium presentis clausule/ notandum conformiter ad gloss. interlin. q aduenit in hoc tertius dies/ cū incipit habere fidē sancte trinitatis: que tanq̄ dies illuminat hominem interiorem. Aduenit autem dictus tertius dies/ maxime cū aduenit tertia lex. Nam prima fuit lex nature. Scda/ lex scripta: in quibus populus ambulabat in tenebris quo ad cognitionē sanctissime trinitatis. Sed aduenīete lege gratie populus vidit lucem magnam: non quidē aperte/ sed tamen clarius mediāte expressiori fide cognoscēdo dictū mysteriū. Unde Gregor. super Ezech. homil. xvj. dicit sic: Sancti illi patres/ quos per sacram scripturam ante legem fuisse cognoscimus/ vnum quidem omnipotentem deum/ sanctam videlicet trinitatē/ esse nouerunt. Sed illam trinitatem (quā cognouerunt) aperte minime p̄dicauerunt. Data autem lege/ rudis ille Hebreorū populus mādata decalogi seruare conatus est: sed tamen de cognitiōe sancte trinitatis eruditus non est. Et q̄uis spirituales patres hāc perfecte cognouissent/ multitudo tamen synagoge nec inuenire mysteriū trinitatis potuit/ nec querere sciuit. Superueniente autem gratia per testamentum nouū/ oīs fidelis populus vnum deū trinitatem esse cognouit. Et post pauca:

pauca: Patet ergo (inquit) ꝙ per
incrementa temporum creuit
scientia spiritualium patrum.
Plus namq Moyses / ꝗ Abra
ham: plus prophete ꝗ Moyses:
plus Apli / ꝗ prophete in omni-
potentis dei scientia eruditi
sunt. Hinc propheta Dauid ait:
Sup senes intellexi. Itē Chri
stus de Apostolis / Luc. x. Mul
ti (inquit) reges et prophete vo
luerūt videre que vos videtis /
et non viderunt: et audire q̄ vos
auditis / et non audierunt. Hec
Gregor. Patet ergo / ꝙ per ad-
uentum diei tertie / designatur
fides sancte trinitatis: que lu-
cescit aduenieate tempore gra
tie: ideo notāter dicitur in te-
xtu: et mane inclaruerat. Q aŭ
tem subdit: et ecce ceperunt au
diri tonitrua / referēdum est ad
predicationem Apostolorum /
quorum sonus exiuit in omnē
terram: prout illis imperauerat
Christus Marc. vlt. dicēs: Eū-
tes in mūdum vniuersum / pre-
dicate euangelium omni crea-
ture. Ecce quomodo ceperunt
audiri tonitrua. Unde et Iaco-
bus vocatus est a Christo Bo-
anerges / quod interpretat fi-
lius tonitrui: vt legitur Marc.
iij. Q etiam subditur / et cepe-
runt micare fulgura: referēdū
est ad miracula que facta sunt
tempore primitiue ecclesie / tā
per Apostolos / ꝗ per disci-
pulos: et alios sanctos patres.
Nubes vero densissima operiēs
mōtē / fuit humanitas operiēs
diuinitatē i Christo / Abac. iij.
Ibi abscōdita ē fortitudo ei9.
Clangor quoq buccine vehe-
menter perstrepens / designat
Christi predicationē vehemē-
ter perstrepentem contra pec-
catores: cum dicebat: Nisi pe-
nitentiā habueritis / omnes pe
ribitis. Luc. xiij. Hec autē com
minatoria p̄dicatio merito ter
rere debebat p̄fidos Iudeos.
Ideo subditur in textu: Et ti-
muit populus q̄ erat in castris.
¶ Allegorice et secundo iuxta
illud quod sequitur: Cūq edu
xisset eos Moyses in occursum
dei / de loco castrorū etc. Istud
potest recte intelligi de aduen
tu dñi ad iudicium / sicut et pre-
cedentia verba de primo aduē
tu eiusdem. Ubi notandum / ꝙ
p Moysen itelligi possunt an-
geli boni / qui occurrente gene
rali resurrectione / educent ad
domini imperiū corpora mor-
tuorū de sepulchris suis: tanq
cooperatores et ministri dicte
resurrectionis / que quantū ad
vnionē anime cū corpore / fiet
tm̄ diuina virtute. Quibus sic
resuscitatis / tunc dicti angeli
adducent eos de loco castrorū /
id est sepulchrorū / in occursum
Christi: prout innuit Aposto-
lus. i. Thessal. iiij. qui cum pre-
muisset de mortuis fidelibus /
dicens: Mortui qui in Christo
sunt / resurgent p̄mi: statim sub-
iecit / Deinde nos qui viuimus /
qui relinquimur / simul rapiemur
cum illis in nubibus obuiam
Christo in aera / et sic semper cū
domino erimus. Tūc etiā pre-
dicti stabūt ad radices motis /
cum statuentur in valle Iosa-
phat / vbi disceptabit cum illis
Christus: vt habetur Iohel. iij.
Que quidem vallis est ad radi
cem montis Oliueti sita. Tūc
etiam dictus mons apparebit
terribilis propter ipius iudicij
terri-

terribilia: et signanter propter
Christi presentiā: qui tunc de=
scendet super dictum mōtem:
quia stabit eleuatus in regio=
ne aeris in illa distātia: ad quā
erigitur mōs Oliueti: ita vt vi=
deatur stare supra ipsum. So=
nitus autem buccine: referen=
dus est ad illam disceptatio=
nem quam tunc habiturus est
ipse Christus cum multitudine
iudicādorum: de qua scribitur
Matth.xxv. Tunc etiam Moy
ses: id est, iudicādi: loquentur
quando dicent Christo: Domi=
ne quando te vidimus esurien=
tem etc. Et similiter domin9 re=
spondebit, quando dicet illis:
Quod vni ex minimis meis etc.
Insuper tunc sacerdotes et po=
pulus non transibūt terminos
suos: quia fugere a presentia et
facie iudicis Christi tunc erit
impossibile. Ps. Terminū po=
suisti: scilicet iudicādis: quem
non transgredientur.
¶ Allegorice et tertio: iuxta
illud: Clangor buccine vehe=
menter perstrepebat: notandū
quod per clangorem buccine pos=
sumus intelligere predicatio=
nem: que debet vehementer p=
strepere contra vitia: secūdum
quod Apostolus hortatur et instruit
discipulum suum Timotheum:
dicens: Argue, obsecra, incre=
pa: tamen cū bono moderami=
ne. Ideo subdit: In omni patiē=
tia et doctrina. Huiusmodi au=
tē argutiōis causam assignat:
cum ait: Erit enim tempus: sup
ple circa finē seculi: in quo nos
posuit dominus: cum sanā do=
ctrinam nō sustinebunt: sed ad
sua desideria etc. vsque ibi: Opus
fac euangeliste: tu supple pre=
dicator diuini verbi: ministeriū
tuum imple: scilicet clāgendo
contra vitia. Quod autem sub=
ditur in textu: quod timuit popu=
lus qui erat in castris: scilicet
propter clangorem buccine et
alia signa que tunc apparuerūt:
designat quod predicatio debet
terrere obstiatos peccatores:
qui habitāt in castris: id est, in
delitijs et voluptatibus carnis.
Quēadmodū ergo Moyses ni
tebatur extrahere Israelitas de
castris suis: vt venirēt i occur
sum dei: ita etiā p̄dicator de=
bet laborare quātum potest vt
educat peccatores de predictis
castris: et vt veniāt in occursum
dei per penitētiā et spem venie.
Hoc autem innuit Apost. He=
bre.xiij. dicēs: Christus extra
portam passus est: id est, i pre=
senti nō habuit delitias: sed la=
bores: ergo extra castra: scili=
cet voluptatis. Improperium
eius portantes: id est, ad exem
plar illius equanimiter aduer=
sa et improperia sustinētes. Sic
enim ibimus in occursum eius
de loco castrorū. Quod si sic fece=
rimus: tunc procuidubio ipse
Christus occurret nobis per
gratiam: secundum quod figurati
ue legitur Luce.xv. de patre fi
lij prodigi: qui occurrit ei red=
eunti ad ipsum. Unde Amos. iiij.
dicitur: Prepara te in occursū
dei tui Israel: id est, anima de=
uota. Sed quid est quod popul9 ste=
tit ad mōtis radicem: nisi quod il=
li qui non possunt occurrere dn̄o
ascendēdo in montē contēpla=
tiue vite: saltim debent illi oc=
currere vsque ad radicē montis
per exercitium operū vite acti
ue. Quod autem sequitur quod totus
mons

mõs Sinay fumabat: designat ꝙ clangente buccina predicationis debet accendi in peccatoribus fumus compũctionis: ſm illud Ps. Tange montes / ꝛ fumigabũt. Quo facto / descẽdit dominus per gratiam super eos.

¶ Allegorice et quarto: iuxta eandem literam / notandum conformiter ad dñm Pet. de Pal. ꝙ aliter ꝛ aliter data est lex vetus (de qua hic agit) ꝛ lex noua. Nam lex vetus data est cũ terrore / ꝛ popul9 suscepit eam cum timore: lex vero noua data est cum omni mãsuetudine / ꝛ suscepta est ab Apostolis cũ omni amore ꝛ dulcedine: vt patet Matt. v. ꝛ Luc. vi. Judei timuerunt / Apostoli dilexerunt. Item lex vetus data est cum fumo / igne / ꝛ nube: noua vero data est in sereno / et puro igne. Ibi non fuit ausus populus in montem ascendere: hic autem sedit spiritussanctus supra singulos eorum. Ibi mons omnis erat terribilis: hic mons ecclesie terribilis est / vt castrorum acies ordinata. Ibi sonit9 buccine paulatim crescebat in maius: hic predicatio Christi paulatim profecit. Hoc autẽ significatur pꝛsum ecclesie / vbi vna campana primo pulsatur / postea due / deinde tres: ꝛ huiusmodi. Item Euãgelium primo cõtemptibile fuit ꝛ paruũ / postea vero fuit immensum. Illud igitur est granũ sinapis / quod primo modicum est / postea autem auibus requiem prestat.

¶ Allegorice ꝛ quinto / Per hoc ꝙ Aaron ascendit in montem / transcendendo terminos / non autem reliquus popul9: datur intelligi ꝙ summus põtifex / qui per ipsum Aaron intelligitur / potest ꝛ solus ipse impune trãscendere terminos a iure positiuo prefixos: quia sibi non est lex posita / quantũ ad predictũ ius. Secus de iure diuino ꝛ naturali / quib9 est astrictus sicut ꝛ ceteri Christiani. Ipe igitur quo vult in reliquo potest ascẽdere. Nã vt dicit lex / princeps. ff. de legib9. princeps legibus solutus est. ꝛ hoc loquendo de legib9 pure humanis. Quis tamen sit valde decẽs ꝛ honestũ ipsum obtẽperare suis legib9: vt dicitur distinc. ix. iustum. Similiter extra de constitutionibus. c. cum omnes. dicitur: Patere legẽ quam tuipse tuleris.

¶ Allegorice ꝛ sexto: iuxta illud verbũ: ne forte velint trãscendere terminos ad videndũ dñm. Notandum ꝙ illi transcẽdere volunt terminos ad vidẽdum dominum / qui volunt rimari diuinam naturã vltra ꝙ deceat ꝛ ꝙ possit: vt dicit glo. interli. Hoc autem est valde periculosum ꝛ inductiuum ad hereses / ꝛ similia: quia vt habet Prouer. xxv. Sicut qui mel comedit multum / nõ est ei bonũ: sic qui perscrutator est maiestatis / opprimet a gloria. Ille autem proprie dicitur perscrutator maiestatis diuine / qui presũptuose ꝛ curiose vult suo intellectu et idagine diuina metiri. Talis autem presumptuosus indagator tandẽ opprimetur a gloria: id est / ab excellentia diuine lucis. Quia sicut excellẽtia lucis obtundit oculũ: ita excellentia diuine maiestatis

tis excecat talis investigato=
ris intellectū: quo fit vt postea
facile cadat in errorem. Pro=
pter quod dicit apost. Ro. xij.
Nō plus sapere ꝙ oportet ⁊c.
Et Eccli. iij. Altiora te ne q̄=
sieris: ⁊ fortiora te ne perscru=
tat⁹ fueris. Et ideo sicut mel
dulce est dū gustatur: sed si ni=
mis sumatur inflat ⁊ necat: ita
inquisitio diuine maiestatis/
ac celestium secretorum/ dele=
ctabilis est. Ubi vero nimia ē/
necat per errorem: aut saltim
inflat per elationem: quia si=
cut dicitur. j. Corint. viij. Sciē=
tia inflat/ si supple est sola: cha
ritas autem edificat. Item in
Psalm. Accedet homo ad cor
altum/ ⁊ exaltabitur deus. Ca=
ueāt igitur viri literati/ ne im=
memores sue fragilitatis ve=
lint transcēdere terminos sue
capacitatis/ ad videndum do=
minum.

¶ Anagogice / p mane quod
inclaruit quando debuit dari
lex a deo: intelligitur creatio
angelorū / que fuit clara: quia
absq ignorantia ex parte itel
lectus/ ⁊ absq culpa ex parte
affectus. Quinimmo ex parte
premij habuerunt intellectum
deiformem/ ⁊ ex parte secun=
di affectū per charitatem relu
centem. Sed non multo post
ceperunt audiri tonitrua: ac
micare fulgura: quod referen=
dum est ad ruinam tam culpe
ꝙ pene malorum angelorum.
Nam nubes dēsissima tūc ope=
ruit montem/ quando grandis
culpa inuasit superbos ange=
los. Clangorq buccine vehe=
mentius perstrepuit / quando
deus dixit: Non habitabit in
medio domus mee qui facit su
perbiam. Qui loquitur iniqua
.s. Lucifer dicens: Ascendam
super astra celi: similis ero al=
tissimo: non direxit in conspe=
ctu oculorum meorū: supple
viam suam: quinimmo eā auer
tit a me/ ⁊ ab oculis meis. Qđ
audientes boni angeli timue=
rūt. s. timore reuerētiali. Hos
igitur adduxit Moyses. i. diui
na prouidētia in occursū dei:
cooperantes gratie dei p bo=
num vsum liberi arbitrij. Ste=
terunt autem ad radices mon=
tis/ quando se totaliter subie=
cerunt deo dicentes: ꝙ iustum
erat subditum esse deo/ et crea
turam non paria deo sentire.
Et tunc mons cepit fumigare/
eo ꝙ descendisset ignis super
eum. Quod possumus referre
ad ipsos bonos angelos/ q̄ tūc
fuerunt montes / quando as=
sumpti sunt vsque ad dei visio=
nem. Item tunc fuerunt arden
tes per charitatem et amorem
dei super omnia / etiam multo
plus ꝙ ante: cum scilicet non=
dum videbant diuinam essen=
tiam. Hoc autem totum factū
est / eo ꝙ descendisset domin⁹
super eos / per illapsum sue es=
sentie. Quod autem dixit do=
minus ad Moysen: Descende
et contestare populum ⁊c. re=
ferendum est ad custodiam ho
minum / quam pro presenti vi=
ta committit dominus bonis
angelis. Uñ ad hoc eos mittit
de celo/ secundum illud Psal=
miste: Angelis suis mandauit
de te / vt custodiant te in om=
nibus vijs tuis. Causa autem
predicte custodie est / ne forte
velint homines transcendere

terminos sibi a diuina lege cō stitutos: et pereat ex eis maxima multitudo. Quod autem dicitur in fine clausule: Descē dit Moyses ad populum / et omnia narrauit eis: referendū est ad diuina mysteria que interdum nobis innotescūt mediio bonorum angelorum: sicut sepe factum fuisse legitur in sacra scriptura.

¶ Exodi vicesimo.
¶ Prima clausula.



Locutus est dominus cūctos sermones hos. Ego sum dominus deus tuus / qui eduxi te de terra Egypti / de domo seruitutis. Nō habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile / neq omnem similitudinē que est in celo desuper: et que in terra deorsum: nec eorum que sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea: neq coles. Ego sū dominus deus tuus / fortis / zelotes / visitans iniquitatem patrum in filios / in tertiā et quartam generationem / eorum qui oderunt me: et faciens misericordiam in milia his qui diligunt me / et custodiunt precepta mea.

¶ Historialiter postq̄ in precedenti capitulo sanctus ille legislator Moyses locutus est de preparatione populi necessaria ad legis susceptionem: hic consequenter loquitur de actuali eiusce legis traditione et susceptione. Traditione (inquā) ex parte dei: et susceptione ex parte populi. Unde circa presentē clausulam duo fiunt. Primo autem recapitulantur beneficia a deo exhibita / in principio. Secūdo autem explicatur primum preceptum cū subditur: Non habebis deos etc.

¶ Quantum igitur ad primū refert Moyses / q locutus est dominus cunctos sermones hos: qui supple sequuntur ad Moysen / et per eum ad filios Israel / dicens: Ego sum dominus deus tuus etc. Uel ly / hos / demonstrat decē precepta decalogi / que explicant in p̄senti capitulo. Modus aūt quo dn̄s locut⁹ est / fuit p subiectā creaturam. i. p angelū: vt sepe dictū est. Unde Act. vij. legit / q beatus Stephanus dixit Judeis: Accepistis legē in dispositione angelorū. Et bene dixit in dispositione: q2 lex vetus erat imperfecta / disponēs tamē ad pfectā salutē generis humani / que futura erat p legē Christi. Hinc Apost. Gal. iij. Lex pedagog⁹ noster fuit in Christo Jesu. In omnibus aūt potestatibus et artibus bene ordinatis / superior potestas principalē et pfectū actū operat p seipsam. Ea vero que disponūt ad pfectionē vltimā / operat per suos ministros. Sicut factor nauis cōpaginat nauem p seipsum / sed materiā preparat per suos ministros artifices. Et ideo cō uenies fuit / vt lex pfecta noui testamenti daret immediate p deū hominē factū: lex aūt vet⁹

per

ꝑ eius ministerium/scʒ per angelū.
Bene ergo dictū est in princi=
pio presentis clausule / in qua
incipit Moyses tractare de di
uinis preceptis traditis a deo/
ꝙ locutus est dñs cunctos ser=
mones hos. Et quis esset an=
gelus q̄ loquebat̃/vt dictū est:
tñ ī ꝑsona dñi loquebat̃ dicēs:
Ego sum dñs deꝰ tuꝰ/ q̄ ⁊c̃. In
ꝓcedēti aūt capitulo/loqueba
tur in ꝓpria ꝑsona/cū dicebat:
Sacerdotes qui accedunt ad
dñm/sanctificent̃:ne ⁊c̃. Secū=
do cōuenienter dicit̃: locutꝰ est
dñs cunctos sermones hos:et
hoc ad differentiam precepto=
rū iudicialiū et cerimonialiū/
atq̃ aliorū moraliū / que sunt
extra decalogū / que misit po=
pulo per Moysen. Unde et se=
quens capitulum incipit: Hec
sunt iudicia/q̄ ꝓpones eis. Est
autem ratio huius differentie:
quia precepta decalogi sunt
de his que statim cum modica
consideratione cognosci pos=
sunt: vel que ex fide infusa di=
uinitus statim innotescunt.
Alia vero sunt/que per diligē=
tem inquisitionem sapiētie ab
homine cognoscuntur. Pro=
pter qđ precepta decalogi me=
rito ad populum peruenerunt
non mediante homine/ cum in
his homo nō indigeat discipli=
na sapientum/sicut in alijs: ad
quod designādum illa mediā=
te doctore ad populum deue=
nerunt. Sequitur: Ego sum do
minus/ scilicet qui habeo po=
testatem subditos coercendi:
deus/cuius maiestas a nemine
potest comprehendi: tuus/ qui
te plasmaui/ ⁊ ad imaginem et
similitudinem meam feci. Uel
sic: Ego sum dominus/ per ge=
neralem mundi gubernationē:
deus/ per creationē: tuus/ per
specialem appropiationē / pre
ceteris populis. Uel sic: Ego
sum dominus/cui timor. Psal.
Timete dominum omnes san=
cti eius. Cuius rationem assi=
gnat idem Psal. cum alibi di=
cit: Benedixit omnibus qui ti=
ment dominum. Item .j. Petri
ij. Deum timete: Deus/cui ho=
nor. j. Timot. j. Regi seculoꝝ/
immortali/ inuisibili/ soli deo
honor: tuus/cui amor. Deuter.
vj. Item Matth. xxij. Diliges
dominum deum tuum et toto
corde tuo ⁊c. Ueraciter ergo
tuus: qꝛ eduxi te de terra Egy
pti/ de domo seruitutis. Ecce
duo magna beneficia. Homo
enim maxime odit duo mala:
scilicet inhabitare terram alie
nam/et subesse seruituti. Con=
tra primum dicit: qui eduxi te
de terra Egypti. Contra secū=
dum dicit: de domo seruitutis.
Et sic patet de primo contēto
in hac clausula.
¶ Quantum ad secundū/ expli
catur primum preceptum: cum
subditur: Non habebis (inquit
dominus) deos alienos coram
me. Pro euidētia huius notan
dū/ꝙ precepta decalogi diuer
simode a diuersis distīguūtur.
Nam Esicius sup illud Leuit.
xxvj. Decē mulieres in vno cli=
bano coquāt panes. dicit/ꝙ p̄=
ceptum de obseruatione sabba
ti non est de decē preceptis: qꝛ
non est obseruandum s̄m lite=
rā/s̄m oē tēpꝰ. Distīguit tamē
quatuor precepta ptinētia ad
deū/ quoꝝ p̄mū est: Ego sū dñs
deꝰ tuꝰ. Scđʒ: nō habebis deos

alienos coram me. Qz aūt ista duo distinguanf/patet: qz pu= mum est affirmatiuū / secundū aūt negatiuū: tertiū preceptū/ nō facies sculptile: quartū/nō assumes nomen dei tui in va= nū. Precepta autē pertinētia ad proximū dicit esse sex tm̄. Quia preceptum de nō concu= piscendo vxorē proximi/ & rem possessam ab eo: dicit esse vni= cū preceptū: forte propter hoc q apo. loquitur de his duob⁹ quasi de vno Ro.vij. dicēs: Cō cupiscentiā nesciebam/nisi lex diceret/Non concupisces: Ori genes autem distinguēs qua= tuor precepta ad deū ordinan tia/ponit preceptum de obser= uatione sabbati ad decalogū pertinere/ cū inter ea ponaf. Quod etiam seruatur ad lite= rā secūdū omne tempus / quā= tum ad illud qud est in eo mo= rale. Ponit etiam idē Origeñ. hoc totum: Ego sum dominus deus tuus: & nō habebis deos alienos: sub vno precepto: qz cum nemo possit duob⁹ domi= nis seruire: vt dicif Matth.vj. vtrūqz videtur esse eiusdem ra tionis: & per cōsequens perti= nere ad vnum preceptum. Pre ceptū autem negatiuum tunc distinguitur tantū ab affirma= tiuo quando vnum non inclu= ditur in alio. Unde quod addi= tur/Nō habebis deos alienos: non est speciale preceptū: sed tantum explicatio negationis incluse in hoc quod premise= rat: Ego sum dominus deus tuus: vsqz ibi/ Non facies tibi sculptile: quod dicit esse secū= dum preceptum. Tertiū prece ptum/Non assumes nomē dñi dei tui in vanū. Quartū prece ptum/ Memento vt diem sab= bati sanctifices: Alia autē sex ponit Orig. sicut Esitius. Au= gustinus autem ponit tantum tria precepta ordinantia ad deum. Primum / non habebis deos alienos: vsqz ibi/Non as= sumes nomē dei tui in vanum: quod dicit esse secundū prece= ptum. Tertium vero: Memen= to vt diem sabbati sanctifices. Conueniēter ponit hoc totū: Non habebis deos alienos/ et nō facies sculptile: sub vno pce pto: qz facere sculptile vel si= militudinem nō est prohibitū/ nisi ad hoc q nō colantur ta= lia pro dijs. Nam in tabernacu lo precepit de⁹ fieri imagines Cherubim: vt patet in sequen= tibus. xxv. cap. Hec dominus Petrus de Pal. cum multis a= lijs. Sed de hoc perāplius di= cef in solutione ad dubiū. vij.

¶ Notandū igitur pro resolu= tione presētis materie / q do= ctores moderni ponunt talem diuisionem inter precepta de= calogi/ q quedā ordinant nos ad deū/quedā autē ad proxi mum: illa autem que ordinant nos ad deū/sunt tria/ secundū tria que debemus deo: q̄ sunt fidelitas/reuerentia / famula= tus. Ratione duorum primorū duo hic prohibentur illis con traria: Nam ratione primi/pri= mo phibef habere deos alie= nos: cum dicitur/ Nō habebis deos alienos. Ratione autem secūdi prohibef assumere no= men dei in vanū: cum dicitur/ Non assumes nomen dei tui in vanum: Et per istas negatio= nes itelligūtur opposite affir= mationes

mationes / vt dictum est.s. colere vnum deū / et ei reuerētiā exhibere. Ratione autem tertij (quod debemus deo) addit tertium preceptū / cū dicitur: Memento vt diem sabbati sāctifices. Quod autem premittitur: ego sum dominus &c. non est speciale pceptū: sed quoddā preambulū ad pcepta: tanquā diceret dñs: Ego sum dñs deus tuus / q eduxi te de terra Egypti / de domo seruitutis. Et ideo propter hec debes recipere mandata mea: nō quidem tm aure corporis / verū etiam aure mentis: ea opere implendo: & tūc sequitur primū preceptū cum dicitur: Non habebis deos alienos coram me. Iste textus cū residuo exponetur in fol. dubiorū sequentium.

¶ Circa igitur hunc textū mouentur aliqua dubia.

¶ Primum dubiū: Cur dominus rememorat populo Hebreo q ipse est qui eduxit eum de terra Egypti / et de domo seruitutis: cū sufficienter constet q a nullo alio potuerit fieri talis eductio nisi a solo vero deo: et signanter eo modo quo facta est? Dicendum / q ideo facit talem rememorationem ne per successum tēporis tradatur obliuioni / sicut sepe fit de alijs diuinis beneficijs: quia vt dicit Senec. de verborum copia / Beneficiorum memoria fragilis est: iniuriarum vero tenax memoria est. Hoc idem etiam dicit libro de institutione morum. Quinimmo etiam de predicto populo Hebreorum legitur in Psalmis / q obliti sunt benefactorum domini: scilicet educendo eos de Egypto / et deducendo eos per mare rubrum / per desertum: & per medium Iordanis: et mirabilium eius que ostendit eis: pascendo eos quadraginta annis in deserto pane celesti. Item dulcorando aquas amaras. Insuper educendo aquam de petra: et multa his similia illis ostendendo.

¶ Secūdum dubium qd vertitur circa idem propositū / tale est: Cur dominus nō rememorat predicto populo alia beneficia: vt pote manne collationem / aque amare dulcorationem / inimicorum expugnationem / & huiusmodi? Dicēdum / q specialiter rememorat predicta duo beneficia eo q fuerunt principalia & principaliter intenta. Alia autem nō fuerūt nisi quedam adminicula / ad deducēdum populū in terram promissionis: pro cuius assecutione eduxit eos dominus de terra Egypti / & de domo seruitutis.

¶ Tertium dubiū: Quare dedit dominus sua precepta sub denario numero / & non plura aut pauciora? Respōsio / vt notaretur perfectio quam continent. Nam sicut numerus denarius quādam perfectionem continet / supra quē alij numeri ipsum repetūt: sicut vndecimus numerus qui idem valet qd decem & vnum / & duodecimus decem & duo: & sic consequenter: ita etiam decalogus / qui dicitur a decē & logos sermo: quasi sermo de decem supple preceptis: continet quādā

perfectionem preceptorum: quorum tria prima ordinant hominem ad deum: et alia septem ad proximum. Unde horum sufficientiam ponit beatus Thomas secunda secunde que. centesima/ arti. v. Item tertio sent. distin. xxxvij. Ad quod etiam facit illud quod habetur Deuter. iiij. Ostendit vobis pactum suum/ quod precepit ut faceretis: et decem verba que scripsit in duabus tabulis lapideis.

¶ Quartum dubium: Quomodo hec precepta scripta sunt? Ad hoc dicit Augustinus/ quod tria que nos ordinant ad deum fuerunt scripta in prima tabula/ et septem alia in alia. Josephus vero et ceteri Hebrei dicunt quinque fuisse scripta in una tabula/ et quinque in alia. Unde Josephus dicit se vidisse duas tabulas leges lapideas: quarum quelibet continebat duo mandata et dimidium: tam exterior quam interior.

¶ Quintum dubium est de sensu illius primi precepti: Non habebis deos alienos coram me. Dicendum/ quod sic debet intelligi. Non habebis/ id est non habeas: ibi enim ponitur futurum indicativi pro imperativo/ secundum idioma Hebreorum: ut inquit Petrus Comest. Non enim asserit hoc deus/ maxime cum frequenter dicti Hebrei adoraverint deos alienos. Vel potest esse sensus: Non habebis deos alienos/ de iure: quicquid sit futurum de facto. Quasi diceret: De iure me solum habebis deum. Dicit autem, coram me: id est/ me sciente et vidente/ qui omnia video tam aperta quam occulta: quia omnia nuda sunt/ et aperta oculis meis. Heb. iiij.

¶ Sextum dubium: Utrum deus convenienter soli populo Hebreorum dixerit: Non habebis deos alienos coram me? Videtur quod non. quia sic loquendo videtur illum populum solum astrinxisse ad non habendum deos alienos: et per consequens idololatre non videntur peccare adorando deos alienos. Dicendum/ quod convenienter soli populo Hebreorum dixit dominus verba predicta. Decebat enim ut ille populus ex quo Christus nasciturus erat quadam speciali sanctificatione polleret secundum illud Levit. xix. Sancti estote/ quia ego sanctus sum. Quod autem ipse dominus elegerit ex illo populo nasci non fuit propter sanctitatem dicti populi/ nec etiam propter meritum Abrahe aut cuiuscumque alterius patriarche seu prophete: quia ex sola gratuita electione divina/ illi patres promissionem acceperunt/ atque populus ex eis progenitus legem accepit: secundum illud Deuter. iiij. Audistis verba illius de medio ignis: quia dilexit patres/ et elegit semen eorum post illos. Si autem rursus queratur quare hunc populum elegerit ut ex eo Christus nasceretur/ et non alium: respondendum est conformiter ad illud August. verbis super Joan. dicentis: Quare hunc trahat/ et illum non trahat: noli velle diiudicare/ si non vis errare. Quod autem dicitur quod idololatre (quibus non est factum illud preceptum) non videntur peccare idololatriam exercendo/ sive plures deos adorando: non sequitur/ quia per legem naturalem possunt sufficienter cogno-

cognoscere q vnus solus deus est colendus: maxime cum precepta decalogi sint de lege naturali. Fuit tamen lex vetus preter legem nature necessaria: tum vt manifestaret precepta legis nature: tum vt adderet quedam propria precepta. Et quantum ad ista precepta superaddita soli Iudei astringebantur.

¶ Septimum dubium oritur propter illud verbum quod sequitur: Non facies tibi sculptile. Ex hoc verbo videtur q nõ liceat adorare imagines sanctorum et sanctarum: quia omnes tales sculpantur arte et industria hominum. Nam sculpere idẽ est qđ formare vel conflare simulachrũ: quod hic prohibet dominus. Similiter Deuteronomij.iiij. Dicẽdũ q facere sculptile vel similitudinem non est prohibitũ secũdum se: sed tantũ ne talia colantur pro dijs. Nã i tabernaculo pcepit deus fieri imagines Cherubini vt paret in sequentibus. xxv. cap. ad euidentiam ergo huius dubij: notandũ q quidam antiquorum quasdam creaturas pro dijs colebant absq institutione imaginum. Unde Uarro dicit q antiqui Romani diu sine simulachris deos coluerũt. Primo quidem post summum deũ substantijs intellectualibus celestibus: quas deos vocabant: siue essent substantie omnino a corporibus separate: siue essent anime orbiũ aut stellarum: honorem diuinum impendebant. Secundo etiã quibusdã substãtijs intellectualibus quas vnitas credebãt corporibus aereis: q̃s demones esse dicebãt: i cõparatione tñ ad homines impendebãt latriã: qr dicebãt eos esse superiores hominibus: medios aũt iter hoies et deos: sicut corpus aereũ ẽ mediũ inter celeste et terrestre. Et qr aias bonorũ p hoc q a corpore separant: in statũ altiorẽ q̃ sit status presentis vite trãsire credebãt: etiã aiabus mortuorũ quas manes vocabãt diuinũ cultũ exhibendũ putabãt. Tertio deũ esse animã mundi existimantes: totũ mundum et singulas eius partes pro dijs colebant: non quidem propter corpus: sed propter animã mundi: sicut sapiẽtie exhibetur honor nõ pper corpus: sed propter animã. Totus aũt pdictus cultus prohibet hic: cũ dr: Non habebis deos alienos.i. hoies. Alij aũt antiqui colebant aliq̃s creaturas p dijs sub quibusdã imaginibus: quarũ imaginũ institutio phibet cũ dr: Nõ facies tibi sculptile.i.idolũ: vt habet alia litera: qđ quidẽ idolũ nihil est in mũdo scđm apo. j. Corint. viij. i. nullius rei naturalis representatiuũ: qr vt dicit glo. ordi. et sumit ex Amb. in idolo duo sunt: materia. s. et forma. Deus materiã dedit.s. aurũ vel argentum: vel similes formam aũt stultitia hoim adinuenit. Ut Hammon fingebat cum capite arietino. Mercurius autem cum capite canino: et huiusmodi. Tales ergo idololatre laborabant. simili phantasia sicut illi logici qui fingunt tragelaphum habentem singula membra similia diuersis animalibus. Alij vero colebant corpora cele-

stia: et signanter solem: lunam: et astra: siue i ppria specie: siue sub figura simulachri: vt plene deducitur Sapien. xiij. et similiter ibi reprobat dicta idolatria: que etiam hic prohibetur: cum dicitur: neqz enim similitudinem: que est in celo desuper: supple facies: aut coles. Alij vero colebant homines: bestias: et reptilia. Et de hominibus quidem habet historia de Nino: qui fecit fieri idolum Belo patri suo defuncto: precipiens sibi exhiberi diuinos honores. Idem habetur de Cosdroe Persarū rege. Hic enim fecit fieri turrim argenteam: in qua cōstrui fecit thronum aureum: vbi quadrigam solis: lune: et stellarum: imagines collocauit: atque per occultas fistulas aque meat⁹ adduxit: vt quasi deus pluuiam videretur infundere. Insuper ibidem sedem sibi parari fecit: vbi tanquam deus a subditis colebatur. Ipsum autem tandem imperator Eraclius superauit: et iussit decollari. Item legitur Actuum. xij. de Herode rege: qz cum quadam diē indueretur veste regia: sederetqz pro tribunali: et concionaretur ad populum: ipse populus acclamauit: dei voces: et non hominis. Sed hunc statim percussit angelus domini: eo qz non dedisset honorem deo: et consumptus a vermibus expirauit. De illis autem qui colebant bestias: legitur Danielis. xiiij. de Babylonijs colentibus draconem: quem Daniel destruxit. De illis vero qui colebant reptilia: et ea que sunt in aquis: legitur. j. Reg. v. Itē Judic. xvj. de Philisteis: qz adorabant deum Dagon. Dictū autem idolum habebat caput piscis. Unde Dag: a quo dicitur Dagon: piscem significat. Omnes igitur tales idololatrie hic prohibētur a domino: cum dicitur: et que in terra deorsum: neque eorum que sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea: neque coles. Et huius causa subditur: cum dicitur: Ego sum dominus deus tuus: et non alius supple. sed qualis deus? profecto fortis: zelotes: et cetera.

¶ His igitur omnibus premissis veniendum est ad decisionem dubij: quo querebatur vtrum liceat adorare imagines sanctorum. Ad quod respondetur qz sic: prout deducit beatus Thomas. iij. senten. distin. ix. q. j. articulo secundo. q. ij. Hoc autem possumus probare tripliciter: videlicet:

Auctoritatibus
Rationibus
Historijs.

¶ Primo quidem auctoritatibus diuersis. Et primo quidē auctoritate iuris canonici: vt patet de consecratio. distin. iij. venerabiles. Ubi dicitur: qz imagines sanctorum non sunt contemnende: sed venerande. Nihilominus non imaginum pictura est adoranda siue veneranda: sed res per ipsam representate: vt ibidē dicit. Ad idem facit. ca. perlatum. quod inseritur vbi supra: immediate ante predictum ca. venerabiles. Unde si destruēs statuam seu imaginem terreni imperatoris

toris capite truncari debeat: vt dicit lex / qui statuas. ff. ad legē Julianı maiestatis. quanto magis grauiter puniri debet qui destruit imagines Christi et sanctorum eius? Similiter beatus Augustinus lib. ij. de visitatione infirmorum / dicit: ꝙ morituris Christianis crucis ꝛ crucifixi imago exhiberi debet / que complecti debet humiliter ꝛ venerari suppliciter. Sic etiam beatus Hieronymꝰ suadet Eustochio ad omnem gressum pingere crucis signū. Insuper beatus Ambrosiꝰ in oratione quam facit de cruce / hortatur nos vt in Jesum / qui nos a morte liberauit semper aspiciamus. Denique Eusebius Cesariensis testatur et hunc laudabilem fuisse ritum fidelium. Ceterum Basilius dicit / ꝙ honor imaginis ad prototypum refertur. i. ad principalem figuram / scꝫ ad imaginatum. Ergo idem honor vtriꝙ exhibendus est: ꝛ per cōsequens imagines Christi / et sanctorum sunt adorande. Patet ergo intentum per locum ab auctoritate.

¶ Secundo: ꝙ imagines Christi et sanctorum sint adorande / probatur multis rationibus.

¶ Prima ratio est / propter laicos instruendos. Non eñ omnibus hominibus datū est scire literas / aut illis incumbere. Talibꝰ ergo maxime sunt imagines sanctorū necessarie: qꝛ vt vulgo dicit: Pictura / est laicorum scriptura. Nam qđ legētibus scriptura / hoc idiotis prestat pictura: qꝛ in ipsa ignorātes vident quid sequi debeāt. Et certe idiote ꝛ rudes (q̄ sunt in maxima multitudīe) de mysterijs fidei nostre īformari nō possent meliusꝙ̄ per representationem taliū imaginū: dūmodo non ibi sistant / sed intētionem suā referant in imaginatum. Et hec est potissima ratio / cur ecclesia catholica vtitur imaginibus.

¶ Secunda ratio est: quia huiusmodi imagines Christi et sanctorū eius / recordari faciūt intuentes eiusdē Christi ꝛ sanctorum ipsius. De exēplum de signo pendente ante tabernā: per quod vinū reducit̄ ad memoriam intuentis. Ualde ergo salubre est / ꝙ in ecclesijs / atꝙ stratis publicis / signum triumphale crucis / similiter imago diue virginis / aut alterꝰ sancti erigatur: vt dum fidelis huiusmodi imaginem aspexerit / mens eiꝰ ilico ad recordandū passiōis mysterium excitetur: vel ad memoriam ipsiꝰ veniat Christi mater dignissima / illiꝙ porrigat salutationem angelicam dicens: Aue ꝛc. Idem etiā dicendū est de alijs imaginibus sanctorum ꝛ sanctarū dei. Unde ad talem recordationem videtur nos Christus (quo ad se) inducere / dū videmus effigiem ipsius pendentis in cruce / dicens illud Threno. j. O vos omnes qui transitis p̄ viam / attendite et videte / si est dolor ꝛc. Quis autem est tam durus et tam ingratus / q̄ imagini crucifixi in via occurrenti non porrigat salutem: se cōmendans

mendans eidem Christo salvatori suo? Presertim cum nihil aliud eque petat ipse Christus a Christiano, quam lugem sue passionis memoriam? Qui ergo imagines auferre moliuntur, nihil aliud laborant, quam ut memoria passionis Christi et sanctorum suorum minuatur: quod opus diaboli fore, nullus Christianus ignorat.

¶ Tertia ratio est: quia tales imagines Christi et Christifere Marie, necnon et sanctorum invitant et provocant nos ad ipsorum sequelam et imitationem. Nam quemadmodum olim Romani sculpebant egregios tyrones statuis marmoreis, columnis, et egregijs picturis in locis publicis, quos mors tulerat: ut sic iuvenes animarentur ad viriliter decertandum pro republica egregia eorum facta imitantes: ita et nos Christiani (ut inquit Damascenus) in amplissima Christi republica, et signanter intra templa domini statuas sanctis erigimus, et visibiles imagines, ut ex illarum aspectu invitemur ad virtutum opera ipsos imitantes. Insuper si olim Greci, Egyptij, et Romani, tam grati fuerunt viris de republica benemerentibus, ut eorum monimenta posteris dedicarint: cur nos Christiani ingratiores esse volumus, cum Christo et sanctis eius, plusquam heroicis viris imagines negamus? maxime cum honor qui exhibetur servo, videatur et sentiatur exhiberi domino qui misit illum?

¶ Quarta ratio est propter devotionem excitandam et augendam. Nam animus ipse ex subiacentibus sensibus et signis vehementius concitatur et inardescit: quia ut dicit Augustinus libro secundo, De visitatione infirmorum, sunt quedam exteriora signa pigritantis etiam fidei aliquando excitatoria, et quasi quandam compunctionem penetralibus suis figentia, que et Christiana religio vult observari, et amicorum ad infirmos convenientium devotio gaudet adimpleri. Idem etiam testatur devotus Bernardus, ita inquiens: Imagines fieri nulla litera divina vetuit. Harum etenim aspectus multum compunctionis solet prestare contuentibus, et eis qui literas ignorant, quasi vivam de Christi passione exhibent recordationem. Quis enim sufficienter enarrare posset tantam animi devotionem, quam ipse devotus Bernardus ante imaginem Christi in cruce sepissime concepit? Quis etiam cogitare sufficit totius mentis ardorem in beato Francisco, dum Christi imaginem tam forti imaginatione complexus est? Nam tanto tunc flagravit incendio, ut ab illo meruerit sue dolorose passionis stigmatibus insigniri. Mille sunt huius rei exempla, passim in historijs, passim in ecclesiasticis scriptoribus annotata. Ex his igitur omnibus manifestum relinquitur, quod cum imaginum usus tot afferat in ecclesia dei utilitates, optimam esse consuetudinem ipsis sanctis conflare imagines.

imagines. Ecõtra autem eos
qui dictas imagines censent
eradendas, damna et incom-
moda populo Christiano vel-
le afferre: puta in laicis igno-
rantiam, in communi populo
obliuionem, pigritiam et ari-
ditatem: cum potissimum hoc
tempore, quo refriguit chari-
tas multorum, plura deuotio-
nis adminicula ac promotiua
erigenda extant, et non anti-
qua auxilia et iuuamina at-
que presidia auferenda. Sed
malus homo vult seminare zi-
zaniam in agro dominico: vt
destruat triticum. Non enim
potest hoc con[tra]riũ venire nisi
ex parte diaboli: qui dolet su-
per fructibus prouenientibus
ex vsu imaginum. Qui etiam
ab ipsis imaginibus, tam Chri-
sti[que] matris ipsius, ceterorum[que]
que sanctorum terretur, et fu-
gat: vti ex historia beati Chri-
stofori liquet, similiter et beati
Hieronymi: prout de eo refert
beatus Cyrillus Hierosolymi-
tanus episcopus, ad Augustinũ
scribens. Hec aũt epistola in-
seritur in fine epistolarum bea-
ti Augustini. Unde idem Cy-
rillus adducit ibi optimũ ex-
emplum ad propositum. Uide
ibi.

¶ Tertio principaliter proba-
tur idem intentum multiplici
historia.

¶ Prima est de Christo, qui
cepit facere et docere (saltim
opere et facto) huiusmodi ima-
gines: prout refert Joannes
Damascenus libro quarto theo-
logie sue, ita dicẽs: Fert que-
dam historia, [quod] dominus, Aba-
garo Edissenorũ ciuitatis re-
ge, qui pictorẽ miserat, vt do-
mini similem pingeret imagi-
nem. Cum[que] hoc pictor nõ va-
leret efficere ob resplendentẽ
faciei Christi claritatem, ipse-
met Christus vestimentum sue
diuine faciei applicans, in ipso
vestimento suiipsius imaginẽ
abstersit: et desideranti misit
Abagaro. Hanc etiam histo-
riam diffuse pertractat Euse-
bius Cesarien. libro primo ec-
clesiastice historie, per plura ca-
pitula in fine, affirmans se ista
habuisse ex archiuis publicis
Edissene ciuitatis. Narrat etiã
dictus Eusebius, [quod] mitissimus
Jesus Abagaro rescripsit, se
in presentia ad ipsum venire
non posse. Expleto autem ope-
re ad quod a patre destinatus
fuerat, post ascensionem suam
se missurum vnum de discipu-
lis suis promisit qui eũ a mor-
bi molestia curaret. Misit er-
go illuc sanctum Thomam, et
sanctũ Thaddeũ, qui erat de
numero septuaginta discipulo-
rũ. Hi enĩ Abagarum sanita-
ti restituerunt, et in fide Chri-
sti instruxerunt. Ex hoc patet,
[quod] auctor imaginũ fuit Chri-
stus. Obseruatur autem hodie
hec imago apud Januã, in ec-
clesia sancti Bartholomei de
Ereminets.

¶ Secũda historia est de sctã
Veronica, [que] cũ dño nostro in
amarissima passione laborãti
in exitu ciuitatis Hierusalẽ, su-
dariũ exhibuisset, quo sudores
dolorũ suorũ abstergeret: salua-
tor iã de hoc mũdo exiturus, vi-
sibilẽ sui imaginẽ charis suis
relinq[ue]re voluit, et faciei sue sa-
cre imaginẽ sudario impressit, ac

Veronice restituit: sicut hodie Rome ostenditur peregrinis statutis diebus.

¶ Tertia historia authentica est de beato Luca euãgelista: q̃ diue v̄ginis effigiẽ efformauit: ac i tabellis plures depinxit. Vñ vna adseruatur in vrbe in ara celi: apud fratres minores. Alia extat Frisinge in ecclesia cathedrali ducat⁹ Bauarici. Alia adseruatur Cameraci in eccl'ia cathedrali: quã ⁊ ipse p̄prijs oculis conspexi: q̃ p̄fecto valde benigna est et deuota. Depingitur aũt a pectore ⁊ supra: et est coloris bruneti.i. tendentis ad nigrũ. Iuxta id quod scriptum est de ea Cãti. j. Nigra sum: sed formosa.

¶ Quarta historia est de Ludouico imperatore quarto: ad quem in somnis missa est imago eiusdem diue virginis Marie: cum iussione vt in loco nominato eidem tunc monasterium erigeret. Quod etiam catholicus princeps postea religiose est executus. Hanc semp̄ deferens secũ in manica imaginem: licet põderosam: ad locũ destinatũ: Etal nomine: honorifice deportauit. Necq̃ vsq̃ in hodiernum diem aliquis artificum vl' hominum potuit cognoscere cui⁹ materie esset dicta imago. Nec certe mirum si vsus imaginũ habeatur in nouo testamento: ex quo scꝫ deus olim inuisibilis: factus est homo visibilis ⁊ figurabilis: iuxta id quod dicit Gal. iiij. At vbi venit plenitudo tempor: misit deus filium suum factũ ex muliere: factum sub lege. Et Io. j. Verbum caro factum est: ⁊ habitauit in nobis. Itẽ Philip. ij. Habitu inuentus vt homo: q: in antiquo testamento etiã ad dei mandatum imagines facte leguntur. Nam vt legitur in seq. vcꝫ.c. xxv. dominus precepit Moysi vt fierent duo Cherubim aurei ex vtraq̃ p̄te oraculi. Similiter Salomon legit posuisse plures imagines in tẽplo ab eo constructo.

¶ His igitur prelibatis veniẽdum est ad argutias aduersariorum. Pro quo notandum q̄ nonnulli dicũt: circa exortum legis euangelice quosdam homines extitisse qui imaginũ venerationem damnauerint: tan q̃ superstitiosam ⁊ idololatrie propemodum accedẽtem. Tamen post martyrũ gloriosa certamina: et frequentes heresum explosiones: adhuc impietas illa sepe grassata est in ecclesiã. Nam Philippicus: siue s̄m alios Philippus: qui occisis Iustiniano ⁊ Tyberio diuis Augustis imperium occupauerat: a Ioanne monacho heresiarcha seduct⁹: imagines sanctorũ a parietibus sancte Sophie ignominiose abrasit: circa annum domini. dccxiij. Hunc nõ longo secutus interuallo Leo imperator: qui cum a pontifice dissentiret: occasionẽ iniuriandi querẽs: a predicto heresiarcha seductus: edictum proposuit: vt omnes qui sub Romano essent imperio: omnes sanctoꝝ angelorum et martyrũ statuas ⁊ imagines e templis eraderẽt atq̃ asferrẽt: quas ille in medio ciuitatis cũ imaginib⁹ etiã Saluatoris ⁊ diue matris ei⁹ combussit: ⁊ contrauenientem

pro hoste imperij habendū declarauit. Multi autem fideles qui tunc huic impietati non cōsenserant/decollati sunt. Post hunc succedens in imperio Cōstantinus eius filius/imagines que superfuerāt demolit⁹ est: quem etiam secuti sunt aliqui reges Orientales. Hic igit̄ infelix imperator synodū ex hominibus sibi fauentib⁹ omnes episcopi/ numero. cccxxx. quā septimā ipe fecit nominari/sed Cōstantiniana nomē obtinuit: in qua decretum fuit sanctorū imagines et statuas atq̄ simulachra e templis auferēda: statuens sub pena capitis/ ne de cetero fabricarētur/⁊ fabricate demolirētur. Perseuerauit autē hec heresis annis multis/ que etiam vsq̄ in Germaniam descendit.

¶ At vero huic vesanie ⁊ errori obuiare volēs Romanus pōtifex/dictus Constantinus (vocato ad hoc episcoporum consilio in Laterano) error p̄dictus reprobatus est/⁊ sanctorū imagines in publicū affixe/ ⁊ imperium translatū a Grecis in Germanos. Quamuis dicta heresis renouata fuerit in dicta Germania per sacrilegos illos viros Belial/qui Feliciani dicti sunt: quꝰ a parte rei infelicissimi extiterint. Sed Adriani pōtificis/ et Caroli magni filij Pipini īdustria/vix nata i Germania p̄dicta heresis Feliciana extīcta est. At vero iterum renouata est diebus istis nouissimis per sceleratissimum virū Lutherum/ Germanum: cui bonum erat si natus nō fuisset: q2 in multis scādalizauit ecclesiā Christi. Sed sperandum est/ ꝙ ille qui olim imperatores/ ⁊ alios imagines sanctorum deponentes diuersis supplicijs ⁊ penis afflixit: vt legitur in Platina/ etiam ⁊ predictum Lutherum/ cum complicibus suis nō sinet illesū abire: sed sue impietatis et sacrilegij meritas penas dabit.

¶ Prima igitur ratio hereticorum/ volentiū improbare adorationem imaginum in ecclesia Christiana/ talis est: Dominus in presenti cap. tradēs decalogum preceptorū/ prohibet imagines quascunq̄ fieri debere sub his verbis: Nō facies tibi sculptile/ neq̄ omnem similitudinem que est in celo desuper/ et que in terra ⁊c̄. Igitur imagines non sunt permittēde in ecclesia Christi. Maxime cū nō legatur reuocatio huiusmodi prohibitionis.

¶ Secūda ratio: Ezechias rex valde laudatur in sacra scriptura/ ꝙ non fuerit post eum similis rex in Juda/ qui tamen dissipauit excelsa/ ⁊ contriuit statuas/ ⁊ succidit lucos: confregitq̄ serpentem eneum quē fecerat Moyses de mādato domini. iiij. Reg. xviij. Igitur licitum est statuas siue imagines (more Ezechie) destruere.

¶ Tertia ratio sumitur ex verbis Christi. Jo. iiij. vbi loquēs mulieri Samaritane/ ait: Mulier/ crede mihi: quia veniet hora/ quando neq̄ in monte hoc/ neq̄ in Hierosolymis adorabitis patrē. Vos adoratis quod nescitis. Nos adoramus quod scimus: q2 salus ex Judeis est. Sed venit hora/ ⁊ nūc est/ quā-

do veri adoratores adorabunt patrē in spiritu et veritate. Nā ꝛ pater tales querit ꝗ adorent eum. Spiritus est deus: et eos qui adorant eum/ in spiritu et veritate oportet adorare. Ex quibus verbis patet: ꝙ non li cet facere imaginem/ sub qua adoretur deus.

¶ Quarta ratio/ Nihil est faciē dum quod inducat ad malum: sed imagines possunt de facili inducere ad malū/ siue ad idololatriam/ siue ad cogitandum de illecebris: ꝛ signanter quan do imago est pulchra/ et nuda: sicut solet depigi imago sancti Sebastiani/ vel Christi in cruce: et huiusmodi. Nam propter fluxibilitatem phantasie/ cooꝑātē antiquo ꝛ inuisibili hoste qui illudit interiorē hominem/ periculum est ne homo ꝑueniat a deuotiō ꝛ pijs cogitationibus ad cogitationes obscenas ꝛ impuras/ ꝛ a spiritualibus ad corporalia et carnealia. Quis dubitat posse accidere/ vt si imagini crucis diutius cogitādo insistat homo: vt crucifixus dominus euanescat/ et ipse solus cum latronibus permaneat ibi? Sic etiam in turpi atque indecenti sanctarum virginū pictura contingere potest/ vt ab ipsis imaginibus ad nephanas perueniatur cogitationes.

¶ Hec omnia confirmātur per illud verbum Apostoli. Ro. j. dicētis de his qui imagines adorant: Mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in imaginē corruptibilis hoīs. Et breuiter hec consuetudo adorandi imagines/ videtur esse introducta a gentilibus conuersis ad fidē catholicam/ qui prius colebāt idola. Et quia durum est assueta relinq̄re/ ideo a multis Christianis vsq̄ hodie colūtur idola/ in magnum periculum animarum. Hi etenim preeligunt piam Christi religionem/ q̄ inanem simulachrorū venerationem preterire. He igit̄ sunt fortiores ꝛ validiores rationes q̄bus innititur pertinaci animo heresiarcha Lutherus/ cū suis complicib⁹. Sed ne authores tante impietatis videantur in oculis suis cōclusisse: restat respondere ad eorū rationes.

¶ Ad primam igitur rationē sumptam ex presenti textu/ respōdemus ꝛ dicimus deum nō simpliciter ꝓhibuisse fieri sculptile/ siue imagines: sed prohibet fieri sculptile/ cui diuinus cult⁹ (more idololatrarum) exhibeatur. Ideo post verba allegata subdit textus: Non adorabis ea/ neq̄ coles. Et ꝙ ita debeat intelligi/ probatur ex eo ꝙ sequitur vbi supra vigesimoquinto capitulo/ vbi precipit domin⁹ fieri imagines Cherubim. Noluit ergo deus vt populus Hebreorum/ ad idololatriam pronus/ frequenter vsum imaginū haberet: ne in superstitiones Ethnicorum dilaberetur/ sicut alias sepe euenit. Licet nunc in legē gratie non sit tantum periculum/ vbi non sunt homines tam ꝓni ad idolorum cultum/ sicut tunc. Insuper tunc sacerdotes (de quibus non presumebatur talis ꝓnitas) habebant intra sancta sanctorū imagines Cherubin/ angelorum/ vt talium intuitu

in

in contemplatione celestium
mens summi sacerdotes eleua-
retur. Quod autem prius dici-
tur/ q non legitur predicta ꝓ-
hibitio imaginū a domino re-
uocata. Iam responsum est/ et
dictum q dominus non prohi
buit simpliciter imaginum ere
ctionē/ sed ne antiquus passim
fieret. Secus autem hodie vbi
deus prius inuisibilis/ factus est
visibilis/ carnem assumendo.
Item hodie populus est in fi-
de stabilior et firmior/ q̄ tunc:
quia creuit fidei notitia apud
Christianos. Psalm. Non fecit
taliter omni nationi/ et iudicia
sua non manifestauit eis.

¶ Ad secundam rationē/ sum-
ptam de Ezechia/ qui contri-
uit statuas pariter et serpētem
eneum/ quem de mandato do-
mini Moyses longe ante fece-
rat: magis aduersatur Luthe-
ranis hec ratio/ q̄ eos iuuet:
quia statim habetur q de man
dato domini statua serpentis
erecta fuerit/ scilicet ꝓ signo.
Nam postquam prohibuit do-
minus per presentem textū fie-
ri sculptile/ postea Numer. xxi.
dixit ad Moysen: Fac serpen-
tem eneum/ et pone eum pro si-
gno: qui ꝑcussus asperexit eū/
viuet. Patet ergo ex his ver-
bis/ dominum precepisse fieri
sculptile: sed pro signo id ha-
beri voluit/ vt verba indicant.
Cumq; postea populus ad ido
lolatriam propensissimus/ ser-
pentem nō pro signo haberet/
sed pro deo coleret: iuste et ra-
tionabiliter Ezechias illū de-
struxit: quāuis prius deo iubē-
te fuisset factus. Ecclesia igi-
tur Christiana in primo initi-
uro perseuerans/ imagines ꝓ
signo/ et non ꝓ deo habet. Pro-
pter quod perseuerat vsus ea-
rum. Alioquin si alicubi plebe
cula imaginem non pro signo/
sed pro deo habere inciperetur/
destruenda esset imago.

¶ Ad tertiam rationem sum-
ptā ex verbis Saluatoris/ Ioā
nis quarto. Dicendum q ver-
ba Christi non excludunt nec
damnant imagines. Veri enim
adoratores/ per imagines mo-
niti/ siue instructi/ adhuc ado-
rant in spiritu et veritate: dum
modo orationes suas et inten-
tiones ad prototypum (vt ait
Basilius) referāt: id est/ ad ima
ginatum/ et non ad imaginem.
Vbicunque enim orat catholi-
cus in lege gratie/ in spiritu et
veritate orat/ et adoret/ exclu-
sis figuris Mosaicis/ et dispul-
sis tenebris ac superstitioni-
bus atque vanitatibus genti-
lium. Nam constat Moysen in
spiritu et veritate adorasse do-
minum/ et orasse/ cum ait: Ap-
propinquet deprecatio mea in
conspectu tuo domine: iuxta e-
loquium tuum da etc. Et nihi-
lominus alibi ait: Adorabo ad
templum sanctum tuum/ in ti-
more tuo. Similr Ezechias di-
cebat: vt habetur Esa. xxxviij.
Obsecro te domine/ memento
quomodo coram te ambulaue
rim in veritate et corde ꝑfecto/
et qđ bonum est in oculis tuis
fecerim. Itē Apo. j. Cori. xiiij.
dicebat: Orabo spiritu/ orabo
et mente: psallam spiritu/ psallā
et mente. Insuper qui sic ꝓ spm
vellet excludere imagies/ pari
rōne haberet excludere signa
corporea sacramētoꝝ/ atq; oēs

cerimonias religiõis Christiane: immo literas ac scripturas cum omni oratione vocali. Patet ergo: q per imagines nõ ꝓhibemur: sed ꝓuocamur & excitamur in spiritu & veritate adorare dominum deum.

¶ Ad quartã rationem: dicentem q per imaginum repręsentationes allicimur ad malũ. Dicẽdum: q hoc non procedit ex natura imaginum: sed ex malitia hominum: & ex nimia inhęsione ipsas intuẽtium: per quã corda orantiũ impediuntur ne sursum ferantur: quasi funibus circumligata: aut deorsum per immũdas cogitationes trahũtur. Propter quod multũ expedit vt visus circa tales imagines: & signanter ornate compositas: parũ insistat: & quasi cursim pertranseat illas. Unde fideles tñ debent pro signo vti talibus imaginibus: & raptim: ne sancta cogitatio cito euanescat: & illi succedat turpis & immunda cogitatio. Alioquin si morosior cogitatio circa signũ extiterit (vt arguẽdo assumit̃) non mirum si signatum amittatur et euanescat. Oportet igit̃ fidelem mediantibus imaginibus in spiritu & veritate deum adorare.

¶ Ad quintam rationem (que est ꝯfirmatio precedentiũ) per authoritatem Apostoli: dicentis de adorantibus imagines sanctorum: q mutauerunt gloriam suam &c. Dicendũ: q predicta authoritas male allegat̃ ad propositũ: quia ibi loquitur Apost. de simulachris idolorũ: nos aũt nõ adoram⁹ imagines sanctorum: quasi aliquid numinis in illis existat: sicut idololatre faciunt: sed quia nos perducunt in reminiscentiã ipsorum sanctorum: tanq̃ signum in signatum. Insuper negamus imagines Christi & sanctorũ eius: esse proprie idola: licet omnia idola sint imagines. Nam idolum habet malam connotationem. Grecorum enim & ceterorum idololatrarum imagines erant demonum habitacula: in quibus diuinitatem latere arbitrabãt. Imagines vero Christianorũ: sunt Christi & sanctorum illius pie repręsentatiões. Nam sicut materiã de qua sanctum euãgelium scriptũ est: nõ adoramus: sic nec imaginũ materiã adoramus: sed tñ id qđ typo figuraq̃ exprimitur. Seruant itaq̃ Christiani intentionẽ legis & legislatoris: dũ imaginibus vtũtur velut instructorijs: monitorijs: ac excitatorijs: nõ tanq̃ aliquid diuinitatis habentibus. Et hec omnia confirmantur per diuũ Augu. q lib. iij. de doctrina Christiana. c. viij. & ix. dicit q signa inutilia deorum gẽtilium reijcit ecclesia. Imagines vero Christi & sanctorum eius: in deum & sanctos relata acceptauit. Hec ille. Patet ergo diffuse reprobatio illorũ hereticorũ qui reprobant imagines Christi: beate Marie: atq̃ sanctorũ & sanctarum dei: prout sub septimo dubio proponebatur.

¶ Octauum dubium mouetur iuxta idem propositum: Nõ facies tibi sculptile &c. Querit̃ ergo vnde ortum habuit idololatria: in qua colit̃ sculptile? Dicendum conformiter ad magistrum

trum Robertū Holcot super librum Sapientie.lect.clxiiij. q ortum habuit ex multis.

¶ Primo quidem ab amore inordinato patris ad filiū / z ecōtra. Nam olim fuerunt nonnulli patres qui intantum doluerunt de morte filiorum suorū / q illis fabricari fecerunt idola: vt sic eos adhuc tanq̄ presentes haberent: sicq̄ mitigaretur eorū dolor nimius. Quia sicut dicit Arist. i poetria sua: Homo naturaliter delectatur in representatione sua. Et q̄r homo colit quod summe diligit: ideo ex deordinata dilectione parentū ad filios / ceperunt nonulli patres filijs suis mortuis diuinos impēdere honores: ad hoc seruos suos etiā cōpellentes / qui frequenter nō audebant illis resistere. Et de hoc narrat historiam Fulgentius mythologiarū libro p̄mo / de quodā ditissimo homine in terra Egypti / qui dicebat Siraphanes qui taliter egit. Hāc etiam historiā refert magister historiarū in scholastica historia. Narrat etiam aliam historiā / videlicz de Belo rege Assyriorū: quo mortuo filius eius / dictus Ninus / nimio dolore tactus precepit fieri idolum sibi: precipiēs sub pena capitis omnibus subditis vt diuinos honores sibi exhiberent: quod z factū est vna cū oblatione sacrificiorū / que concomitabantur musce. Propter quod Judei vnū verum deū colentes: vocabāt hūc Beelzebub.i.deū muscarū / vt refert Gregorius in homilia super illud Luce.xi. In Beelzebub principe demoniorum.et cetera.

¶ Secundo / origo idololatrie ortū habuit ex hominū potentum superbia z ambitione. Nā olim multi reges z principes cupientes honorari / nedum in vita / verū etiam post mortem / dedicauerunt sibiipsis imagines: quas multiplicari fecerūt z apud remotas nationes statui cū veneratione maxima / vt vbiq̄ honorarent z timerent: obliuioni tradētes īfirmitatē z fragilitatē propriā. Unde legitur Judith.j. de Nabuchodonosor / q precepit Holoferni omnes deos terre deleri: vt ipse solus tanquā deus ab omnibus coleretur. Legitur etiā de Gaio Caligula imperatore / q per vniuersum mūdum imaginem suam misit / vt ab omnibus tanquam deus coleretur. Similiter fertur Actu.xij. de Herode Agrippa / q diuinos honores ab adulatoribus recepit: sed iusto dei iudicio inter predictos honores cōsumptus a vermibus expirauit. Ecce igit quomodo superbia causa fuit idola suscitandi.

¶ Tertio ortus idololatrie p̄cessit ex diligentia z subtilitate atq̄ curiositate artificum / qui labore summo / z rebus preciosis elaborauerunt fabricare idola mire speciei z pulchritudinis. Propter quod simplices huiusmodi idola conspiciētes / credebant aliquid numinis in eis esse et latere. Dicti autem artifices ideo talia sic fecerunt / vt placerent regibus et principibus / a quibus etiam inducebantur taliter operari. Talis autem fatuitas z curio-

sitas propemodum hodie renouata est: ita vt dicat de aliquibus imaginibus q solum deest eis loquela. Hec autem tria inducentia ad idololatriã sufficienter reprobantur Sap. xiiij. Vide bene ibi. Patet ergo vnde habuit ortum opus sculptile: et q rationabiliter illud prohibuit dominus. Nam sepe intra huiusmodi sculptile subintrabat demon: ita vt per motum illius videretur idolũ veraciter viuere: et opera vite exercere: que omnia fiebant ab ipso demone. Propter quod Psalm. bene ait: Omnes dij gẽtium demonia. Et alibi: Confundantur omnes qui adorant sculptilia: et qui gloriantur in simulachris suis.

¶ Nonũ dubiũ mouetur propter illud verbum: Non adorabis ea: neq colles. Queritur ergo cur non dantur hic duo precepta de adoratione: scilicet interiori et exteriori. Sicut infra de adulterio: et de concupiscentia vxoris proximi. Ad quod respondet Augustinus: q hec est ratio: quia adulterium exterius habet quãdam deformitatem per se: etiam si de concupiscentia carnali interiori non proceda: sicut accidit in illa que adulteratur vt virum suum offendat: vel vt de adulterio pecuniam acquirat. Secus autem de adoratione exteriori: que nisi procedat ab interiori: vel nisi sit scandalũ: nullum est peccatum: vt dicit de Pal.

¶ Moraliter et quinto/per iumentū intelligitur homo idiota/secūdū glo. interli. Quid est ergo q̄ precipitur homo cū iumento suo/et personis intermedijs custodire diē sabbati ab omni opere: nisi q̄ ad obseruātiā f:stoꝝ (que sunt de precepto ecclesie) nō solū obligant maiores et mediocres: verū etiam et minores: dum tamen sint doli capaces. Insuper et tales (quātū possibile est) debēt frequentare diuina tali die: et signanter missam. Hinc est q̄ in multis ecclesijs parochialibus et ruralibus solet cantari missa matutina pro iuuenili populo/et pro seruis. Quā tamen laudabilem consuetudinē volūt infringere aliqui rectores ecclesiarum/sola auaricia ducti. Unde circa hoc debēt diligēter prouidere domini archidiaconi/vt sufficienter traditur xxv. di. perlectis. §. hi sunt.

¶ Moraliter et sexto/iuxta illud verbum: Non facies omne opus in eo. Notandum/q̄ triplex est opus. Primū est de se bonū/sicut seruire deo: et tale maxime est faciendū in die festo: vt dictū est. Secūdum est ecōtra de se malum: sicut furari et adulterari: et tale opus nūquā est faciendū/cū habeat in se malitiā inseparabiliter annexam. Tertiū est de se indifferens: qđ tamen redditur malū propter prohibitionem superuenientē. Que quidem prohibitio capit epiceiam in multis casibus in quibus licitum est operari in die festo: et signanter propter vrgentem necessitatem. Propter quod Christus excusauit discipulos suos/qui colligebant spicas/et fricabāt manibus in die sabbati/ppter necessitatem quā patiebantur Matthei. xij.

¶ Allegorice et primo/omnes fideles debent habere in memoria perpetua diem sabbati: id est

ta est requietionis dominici corporis in sepulchro. Nã hoc prefigurabat sabbatũ Judeorum. Propter quod eo resuscitato cessat figura: nec amplius obligamur illa die quiescere ab omni opere: Nam ipse Christus sex diebus operatus est opera sua. s. toto decursu vite sue impleuit redemptionẽ generis humani: et tandẽ requieuit die septimo in sepulchro.

¶ Allegorice et secundo / notandum: conformiter ad dominũ Petrum de Pal. ꝙ triplex est sabbatum. s. temporis / pectoris / eternitatis. Unde Esa. lxvi. Erit sabbatũ et sabbato. Quia sabbatũ pectoris / acquiritur ex debita obseruãtia sabbati exterioris. Et similiter sabbatũ eternitatis / acquiritur mediante sabbato pectoris. s. requies eternitatis / mediãte requie pectoris: sicut gloria eterna / mediante gratia diuina. Unde Rom. vj. gratia dei vita eterna. Sex autem dies in quibꝰ operari licet: designant presentem vitam: in qua operandum est pro salute anime / iuxta illud Galat. vj. dũ tempꝰ habemus operemur bonum. Quia vt dicit Christus Jo. xj. Uenit nox. i. mors / quando nemo potest operari. Bene ergo ad propositũ loquebatur Eliphat ad Job / cum dicebat: In sex tribulationibus. s. sex etatũ vite presentis / liberabit te dominus. Jn septima supple etate / nõ tanget te malũ. Job quinto.

¶ Allegorice et tertio / per celum et terram / que legitur dominus in textu fecisse: intelliguntur cõtemplatiui et actiui: quos dominus ideo legitur fecisse / quia vtraqꝫ vita speciale dei donum est. Per mare autẽ (de quo postea subdit) intelligitur cor feruens per dilectionem dei et proximi. Uel intelligitur cor amarum per contritionem: et similiter vtrũqꝫ speciale dei donum est. Et hoc notatur cũ dicitur in fine presentis textꝰ: idcirco benedixit dominus diei sabbati / et sanctificauit eum.

¶ Anagogice / sabbatũ in quo nullũ fit opus seruile: est celũ / in quo est maxima requies sine labore / gaudiũ sine merore / festiuitas sine fine. Nam in hoc sabbato post labores hebdomade presentis vite: beate anime requiescunt: de quo recte potest intelligi illud verbum Esaie. lviij. Uocaberis sabbatum delicatũ. Diei autem huius sabbati benedixit dominꝰ ab eterno: et sanctificauit illũ: eritqꝫ in eternũ sanctificatus.

## ¶ Quarta clausula / que est de quarto precepto.



Onora patrẽ tuũ et matrem tuam: vt sis lõgeuus super terram quam dominus deus tuus dabit tibi.

¶ Historialiter postꝙ Moyses egregius propheta domini in precedenti clausula egit de tertio precepto decalogi. s. de cultu festorum: hic consequẽter agit de quarto precepto quod est de honore impẽdendo

do parentib⁹ / dicens: Honora patrem tuum ⁊c. Istud aūt preceptum est primū inter p̄cepta secunde tabule / que ordinant nos ad proximum: q: inter proximos propinquius et intimius obligamur parentibus: eo q ab ipsis post deum accepimus esse. Nam deus est vniuersale principium esse omnium rerū. Parentes vero sūt particulare principium nostri esse. Patet ergo q est quedam affinitas hui⁹ precepti ad precepta prime tabule. Propter quod prius de ea tractatur q̄ de alijs preceptis secunde tabule.

¶Circa autem hunc textum breuem in verbis / ⁊ longum in sententia / mouentur aliqua dubia.

¶Primū igitur dubiū: Quare non dicitur filio / Sustenta patrem tuum ⁊ matrem tuam: cū ad hoc teneatur pro loco ⁊ tēpore sicut eos honorare? Dicēdum / q huius ratio est. Nā ad honorem impendendū parentibus / tenetur filius de per se: ad sustentationem vero eorū non tenetur nisi per accidens: inquantū indigētes sunt. Modo id quod est per se / prestantius est eo quod est per accidens: ideo melius dicitur honora / q̄ sustēta / vel aliquid simile. Uel dici / q sustentatio parentum sufficiēter includit in precepto de honore ipsorum: ⁊ in eo precipitur: et hoc in casu indigentie / vt dictum est. Insuper ⁊ quicq̄d aliđ debetur parentibus.

¶Secūdū dubiū: Cui maior honor debeť / patri. s. an matri. Dicendū / q patri: quia magis couenit cū deo / qui est sup oīa honorandus: eo q in pductione filij habet rationē principij actiui: mater aūt rationē principij passiui. Hoc tamen intelligi debet vbi cetera sunt paria. Alias si mater notabiliter excederet patrem in vita ⁊ morib⁹ / ⁊ in debita educatiōe filij: credo q filius plus teneretur honorare matrē / ⁊ presertim vbi ipsa esset fidelis patre existente infideli.

¶Tertium dubiū: Utrū auus sit honorandus / ⁊ similiter proauus? Uidetur q non / q: de talibus nihil dicit diuinū preceptū. Dicēdum / q tales persone / ⁊ similiter omnes consanguinei ⁊ affines eodē precipiūtur honorari / secūdū tamē pl⁹ ⁊ min⁹ / prout sūt propinquiores / vel magis distantes. Quinimmo eodem precepto tenetur quisq̄ honorare patriam / q̄ eū genuit vel aluit. Item patrem adoptiuum / preceptorē / dñm / ⁊ huiusmodi. Nam pietas exhibet honorem omnibus talib⁹ tempore et loco.

¶Quartum dubium: Cur hoc preceptum non est datum sub forma negatiua / sicut duo prima p̄cepta prime tabule? Istđ autē est primū inter precepta secunde tabule que nos ordinant ad proximū. Dicendū / q non est simile. Non enim preceptū negatiuū debet precedere affirmatiuū / nisi quādo ambo pertinent ad idem genus operis / secūdum de Pal. quia tūc prius extirpanda sunt vitia / q̄ inserātur virtutes. Et ideo inter precepta ordinātia nos ad deum /

deum/duo negatiua/ secũdum vnum modum dicendi precedunt affirmatiuum. Istud vero preceptum nõ ordinatur ad eundem proximum sicut sequentia / vt manifestum est: ideo nõ est simile.

¶ Quintum dubiũ: Cur potius additur premiũ obseruantibus preceptum de honore parẽtũ / quam obseruantibus alia precepta: cum dicitur / vt sis longeuus super terram? Dicendum / quod ideo / vt per talem modũ magis allicerentur filij ad impendendum debitum honorem parẽtibus. Preuidebat enim dominus quosdam filios ingratos et inuerecũdos ad suos parentes: de quibus idem dominus loquitur Deuteronomij. xxxij. Est generatio que dixit patri suo et matri sue: non noui vos. Ideo conuenienter addidit dominus premium vite lõgeue: non solum in futuro: verum etiam in presenti / secundum illud. j. Timo. iiij. Pietas ad omnia vtilis est: promissionem habens vite que nunc est et future. Item Ecclesiastici tertio: Qui honorat patrem suum / vita viuet: longiore vita scilicet nature in presenti / et pariter gratie et glorie in futuro. Et hoc rationabiliter: Nã satis iustum est vt illi prolongetur a deo vita / qui parentis vult prolõgare vitam: illi subueniendo.

¶ Sextum dubiũ est de veritate huius promissionis. Videmus enim aliquã filios debitũ famulatũ exhibentes parentibus / cito tolli de medio. Et ecõtra prauos filios diu viuere. Dicẽdum ad hoc conformiter ad beatum Tho. secunda secũde / quest. cxxij. arti. v. in sol. ad quartũ / quod quia presentia bona vel mala nõ cadũt sub merito vel demerito nisi inquãtum ordinantur ad futurã remunerationem: ideo quandoque secũdum occultam rationem diuinorum iudiciorum (que maxime futuram remunerationem respiciũt) aliqui qui sunt pij in parentes citius vita priuantur: et econtra alij qui sunt impij in parentes / diutius viuunt.

¶ Septimũ dubium: Cur huic precepto (quod est primũ inter ordinantia nos in proximũ) nõ premittitur aliquod preceptũ ordinãs nos ad nosipsos: maxime cũ teneamur nosipsos diligere supra proximos nostros / et citra deũ? Precepta aũt decalogi referunt ad pcepta de dilectione. Dicendum / quod ratio huius est quia quantũ ad dilectionẽ dei et proximi / naturalis ratio iam erat per peccatũ obfuscata: nõ aũt quãtũ ad dilectionẽ sui. Vel dicẽdũ scdm dñm Petrũ de Pal. quod pcepta decalogi sunt illa que populus inmediate recipit a deo tanquam debita. Quod aũt hõ ex necessitate aliquid debeat deo vel primo / de facili cadit in conceptione hominis / et pcipue fidelis. Sed non ita facile apparet quod aliquis sibiipsi aliquid debeat: imo secus / iura quã debitor succedit creditori / vel ecõuerso / ita quod cõfundit obligatio. Videt enim primo aspectu quod aliquis sit sibi iudex in his que ad ipsum pertinent: quia in re ppria quilibet est moderator

 et arbi=

et arbiter: & deus reliquit hominem in manu consilij sui, scz in his que ad ipsum pertinent. Et ideo precepta prohibentia inordinationes hominū ad seipsos, debuerūt ptinere ad populū per instructionem sapientū: quare non pertinent ad decalogū. Eisdē autem rationibus nō pertinent ad decalogū precepta ordinantia patrē ad filium, cū filius sit aliquid patris: et similiter ipsi patres amant filios, sicut aliquid ipsorum: vt dicitur. viij. Ethico.

¶ Octauū dubiū mouet propter illud verbum, Ut sis longeuus sup terrā, quā dn̄s deus tuus dabit tibi. Aut em̄ predicta promissio intelligit de terra morientiū, aut de terra viuentiū. Nō primū, qr pauci de illis quib⁹ tunc loquebat dn̄s per Moysen, peruenerunt ad illā terrā, etiā quantumcunq impleuerint dictū preceptum: quia omnes a viginti annis et supra, qui intrauerunt desertū ibi mortui sunt, pter duos, scz Caleph & Josue: & tamen verisimile est, φ multi ex illis impleuerunt preceptū de honore parentū. Nō similiter secundū: quia multi eorū mortui sunt in peccatis suis. Igit. Dicēdum, φ illud preceptū non fuit datum personaliter tantū pro filijs Israel, sed pro quibuscunq futuris. Nec solū promissio temporalis respiciebat terrā promissionis, sed & quālibet aliā. Q si intelligat dicta pmissio de terra viuentiū, tūc dn̄s illā dedit sufficienter (licet nō semper efficaciter) omnibus filijs dictū preceptū debite obseruantibus. Et quia bonū consistit ex integra causa, ideo ex alijs causis potuerunt priuari debito premio.

¶ Moraliter & primo, pater noster qui precipit a nobis precipue honorari, est ille cui omni die dicim⁹ illud Mat. vj. Pater noster qui es in celis. Et Malach. ij. Nunquid non pater est omniū nostrū? Sed audite qd dicat cōquerēdo de filijs suis, iste pat celestis: vt dicit supra j. ca. Si ego (inqt) pater, vbi est honor meus? Nam plerique filij tanq ingrati, talem patrē nesciunt: de quibus Deute. xxxij. Deū q te genuit dereliquisti, & oblitus es dn̄i creatoris tui. Alij filij huiusmodi patrē sciunt speculatiue, sed nō practice: qr ipsum nō colunt, de quibus Apost. Rom. j. qr cum cognouissent deū, non sicut deū glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerūt in cog. .s. Alij vero filij cum apparenter & false honorant: de quib⁹ Esa. xxix. Populus hic labijs me honorat, cor aūt eorū lōge est a me. Post hunc igit patrē nostrū: debem⁹ honorare matrem nostrā: scz ecclesiā militantem. Nota de vituperio qd inferunt heretici predicte matri. Nota etiā qualiter hec pia mater generat filios suos in baptismo & cōsequēter lauat eos in sacramento penitentie. Nutrit aūt eosdē in altaris sacramento dicēte Christo. Joā. vj. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.

¶ Moraliter & scdo. Notādū φ debem⁹ diligēter & affectuose honorare patrē & matrem: et

hoc

hoc ꝓpter tria beneficia q̄ recepimus ab eis: q̄ sunt, esse, nutrimentū, documentū. De primo scribit Eccli. vij. Honora patrē tuū, ⁊ gemitū matris tue ne obliuiscaris. Memento em̄ qm̄ nisi per illos nat⁹ nō fuisses. Non tm̄ authoritatiue, sed ministerio. Un̄. ij. Macha. vij. dixit illa nobilis mat̄ filijs suis: Nescio q̄liter in vtero meo apparuistis: neq̧ em̄ spiritū et animā ego donaui vobis, ⁊ vitam, ⁊ singulorū mēbra nō ego ipsa cōpegi: sed mundi creator qui formauit hominis natiuitatē. Notanter etiā dicit: ⁊ gemit⁹. i. dolores matris tue ne obliuiscaris. Iuxta illud Tho. iiij. Memor esse debes, que et quanta passa sit mater tua ꝓpter te pericula in vtero suo. Angustias, scʒ vsq̧ ad mortē. Ioan. xvj. Mulier cū parit tristitiā habet. Et hoc est contra illos q̄ in corde suo cōtemnunt parētes, atq̧ ipsorū mortē cito futurā optant. De scd̄o scribit vbi supra: Retribue illis quomodo et illi tibi. i. sicut illi te sustentauerūt in iuuētute: ita ⁊ tu illos sustenta in senectute sua, postq̄ supple facti sunt impotentes ad laborē. Un̄ Eccli. iij. Postq̄ sapiēs premisit, honora patrem tuū: postea subdit dicēs: Elemosyna em̄ patris non erit in obliuione: quasi diceret, ꝙ pater sustentās filium paruulū facit illi elemosynā: quā ille tenet̄ patri seni restituere ⁊ refundere. Nota de illo fabro Romano, q̄ omni die ⁊c̄. dn̄ico operabat̄ arte sua: qr per aliā viā non poterat sustētare patrē et matrē senio cōfectos. Quod cum Romanus pōtifex intellexisset, laudauit piū affectū illi⁹. Sed ne de cetero laboraret in die festo prouidit patri ⁊ matri de tēporali subsidio: nota de cyconijs. De tertio aūt scribit Prouer. j. Audi fili mi disciplinā patris tui. Un̄ propter tale beneficiū debem⁹ parētibus ad infantiā quodāmodo redeuntibus supportationē. Un̄ Eccli. iij. Fili suscipe senectā patris tui, ⁊ nō contristes eum in vita sua: ⁊ si defecerit sensu, veniam da: ⁊ ne spernas eum in tua virtute.


¶ Moraliter ⁊ tertio, iuxta illud: vt sis longeuus sup̱ terrā. Notandū, ꝙ longitudo vite ex tribus causatur. Primo quidē ex bono regimie corporali, scʒ viuendo tēperate ⁊ sobrie. Un̄ Eccli. xxxvij. postq̄ sapiens p̄misit, ꝙ ꝓpter crapulam multi obierūt: mox addidit, Qui aūt abstinens est, adijciet vitā. Secundo vero ex castitate debite seruata: vnde per oppositū philosophus dicit, ꝙ animalia magni coitus sunt breuis vite. Hinc est ꝙ antiquitus homines diu viuebant: quia nō nisi raro, scʒ ratione prolis ꝓcreāde, accedebāt ad vxores suas. Tertio autē ex dei promissiōe et speciali munere: vt in proposito. Unde glo. interli. sup̱ illo v̄bo Eccli. vij. Honora patrē tuū: dicit, ꝙ hoc mandatū primum est in repromissione dn̄i. Hec tamē repromissio addita est a dn̄o huic precepto: vt sic peramplius prouocentur filij ad honorem impendendum parentibus suis.

¶ Allegorice per patrē intelligitur

ligitur Moyses: et per matrem synagoga Judeorum. Olim ergo scz tempore legis antique: precipiebatur Judeis vt honorarent patrem suum spiritualem: pariter et doctorem legis: scz Moysen: et successores suos. Unde Le. ult. tit. Honora personam senis. Uel illud possumus referre ad Christum et ecclesiam militantem: quia vtrumque debemus honorare vt simus longeui super terram: supple viuentium in celo: post hanc vitam.

¶ Anagogice illud mandatum perfecte implet in celo: ibi enim summe honoratur pater celestis: pariter et ecclesia triumphans: tam ab angelis: quam ab hominibus. Et qui hoc mandatum ibi implent: sunt etiam longeui: quia sunt immortales.

¶ Quinta clausula: que est de quinto precepto:



Non occides.

¶ Historialiter postquam Moyses in precedenti clausula determinauit de quarto precepto decalogi: quod est affirmatiuum: per quod ordinamur in parentes: hic consequenter loquitur de alijs sex preceptis eiusdem tabule: negatiuis tamen. Per que prohibetur nobis ne aliquod nocumentum inferamus proximis nostris: dicens: Non occides etc. Et quia satis breuiter traduntur: et sub modo negatiuo (negatio autem nihil ponit) Et similiter beatus Tho. secunda secunde. q. cxxij. arti. vi. satis breuiter de illis se expedit: ideo etiam de illis simul breuiter expeditionem faciemus preter preceptum de homicidio: de quo aliqua dubia more solito proponemus.

¶ Primum igitur dubium: Quot modis contingit transgredi illud preceptum: Non occides? Dicendum: quod tribus modis: quod ponuntur in corpore iuris: scz de pen. distin. j. homicidiorum. vbi sic dicit Clemens papa: Homicidiorum tria genera dicebat esse beatus Petrus: et penam illorum parilem fore dicebat. Nam qui occidit aliquem: et qui odit fratrem suum: et qui detrahit ei: pariter homicida esse demonstratur. Ibi tamen sumitur homicidium large: vt dicit glo.

¶ Secundum dubium: Quot sunt genera homicidarum? Dicendum: quod sunt tria. Nam primi occidunt tantum corpora: sicut Cain occidens fratrem suum Abel. Gen. iiij. Et sicut tyranni occidentes sanctos dei martyres. Unde Mat. x. Christus hortans martyres consolans ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Item in sequenti ca. Si deus percusserit hominem volens eum occidere: morte moriatur: scz eterna: et hoc in foro dei: qui iudicat de interioribus: et qui punit malam voluntatem. Uel si intelligatur in foro exteriori: et de morte corporali: tunc intelligitur de illo qui fecit omnem diligentiam et possibilitatem vt aliquem occideret: ad hoc etiam data opera. Secundi homicide sunt: qui solum occidunt animas: vt detrahentes: in hoc similes diabolo: de quo Christus Joa. viij. ait: Ille homicida erat ab initio: scilicet mundi: spiritualiter occidens primos parentes per peccatum. Et hoc

modo q̄cunq̃ aliū efficacit᷑ tra
hit ad pctm: homicida est ani=
me illi⁹. Et similit᷑ q̄cunq̃ pec=
cat mortalit᷑/occidit aiam suā:
iuxta illd̓ Sapiē xvj. Homo ꝑ
malitiā occidit aiam suā. Ter=
tij homicide sunt / q̄ occidunt
corpus et animam: vt sunt illi
q̄ scienter interficiunt seipsos:
aut qui interficiūt paruulos in
vterꝭ matrū/ vel priusq̃ bapti=
zent᷑. Tales nēpe merito pos=
sūt dicere cū Lamech illd̓ Ge.
iiij. Occidi virū in vuln⁹ meū/
⁊ adolescentē in liuorē meum.

¶ Tertiū dubiū est de pena de
bita in p̄senti ꝓ homicidio. Di=
cēdū/ꝙ illa est triplex. Prima
est suspēdij/vł alteri⁹ gn̄is mor
tis/vt reddatur pena talionis.
Nec debet pꝛiceps talib⁹ face=
re remissionē/ nisi pro maxima
causa ⁊ rationabili. Vn̄ cū q̄dā
princeps q̄reret ab amicis cu=
iusdā homicide q̄rentib⁹ gra=
tiā remissiōis ꝓ eo/si esset pri=
mū illi⁹ homicidiū: et respon=
dissent ꝙ non/sed ꝙ occidisset
iā nouē: fatu⁹ principis hoc au
diens dixit hoc esse falsum / et
ꝙ nunq̃ occidisset nisi primū:
ipse autem princeps occidisset
alios octo. Quia si tu princeps
(inq̄t) ꝑmisisses de eo iustitiā
fieri ꝓ primo homicidio / ipse
alios nō occidisset: scd̓a pena
est exilij/⁊ maxime qn̄ homici=
da nō potest capi: tertia est ir=
regularitatꝭ. Talis em̄ nō po=
test postea ordinari/nisi inter=
ueniente ap̄lica dispēsatione.
Nec iam ordinatus in ordine
suo ministrare: vt patet extra
de cle.pug.in duello.c.primo/
qd̓ incipit/ porro. Itē idē ha=
betur in maiori volumine.dist.
lj. si quis post. Itē de pe.dist.j.
si quis cum telo.

¶ Moraliter ⁊ primo: iuxta so
lutionē p̄cedentis dubij possu
mus notare/ꝙ incurrēs homi=
cidiū/incurrit i foro dei tripli=
cem penā. Prima est suspēdij.
Nā talis tandē suspēdet᷑ in pa
tibulo inferni. Scd̓a est exilij:
qꝛ mittet᷑ i exiliū inferni. Ter=
tia est irregularitatis: qꝛ priua
bit᷑ ordine angelorū / et ponet᷑
vbi null⁹ ordo/ sed sempitern⁹
horror inhabitat. Vitandū est
ḡ summopere homicidiū / ex q̄
tot et tāta mala nata sunt seq̄.

¶ Moraliter ⁊ secundo/ notā=
dū/ꝙ homicidiū nō solū cōmit
titur trib⁹ illis modis/q̄ positi
sunt sub primo dubio: verum=
etiā alijs modis. Et primo ver
bo. Vn̄ Grego. exponens illud
Deute. xix. Si securis fugerit
manū/et ferrū ⁊c̄. dicit ꝙ tunc
ferrū de manubrio labit᷑/cū ser
mo durior mēsurā correctiōis
excedit. Scd̓o/exēplo: Osee.v.
Laquei facti estis speculatio=
ni/⁊ sicut rethe ⁊c̄. Tertio/au=
xilij vel cōsilij subtractione.j.
Ioā. iij. Qui habuerit substā=
tiā hui⁹ mūdi ⁊c̄.q.d. charitas
dei nō manet in eo. Hinc Aug.
ait: Pasce fame morientē: ꝙ si
non paueris/occidisti.

¶ Moraliter et tertio/q̄cunq̃
peccat mortaliter/directe agit
cōtra illd̓ p̄ceptū/Nō occides:
qꝛ oīs talis occidit animā suā/
maxime cū dicat᷑ Sapien. xvj.
Homo ꝑ malitiā occidit aiam
suā. Qd̓ intelligēdū est de mor
te spirituali: qꝛ quo ad mortē
nature/anima est immortalis.
Hec autem occisio fit duobus
modis/secundum glo. ordina.

scilicet

scilicet per nequitiam proprie voluntatis: ⁊ per effectum prave actionis. Unde Chrysosto. ait neminē ledi posse nisi a semetipso: quia aut proprij sceleris inventor est / aut consentit alienis. Si em̄ homo custodit mentem suam / ⁊ non consentit persuasioni aliene / liber est ab omni crimine.

¶ Allegorice ⁊ primo / Notandū ꝙ Judei in passione domini directe fecerunt contra hoc preceptū: quia occiderūt Christum innocētissimum. Nō enim malū est authoritate legis occidere malefactorem / quinimmo hoc expresse p̄cipitur in sequentibus.xxij.c. cum dicitur: Maleficos nō patieris vivere. Sed ꝙ innocens / iustus ⁊ omnibus utilis debeat mori: hoc lex alia ꝓhibet / que dicit similiter in sequētibus.xxiij.c. Insontem et iustum non occides: quia sanguinem servorum suorum vlciscetur dominus: ut dicit Psalm̄. ⁊ ponitur ibidem in glo. interli. Parcendum etiam maxime est homini ꝓficuo reipublice. Christus autē fuit insons ⁊ iustus: quia peccatū nō fecit / nec inventus est dolus in ore eius. Unde ⁊ Pilat⁹ de eo dixit ad Judeos: Ego nullam causam mortis invenio in eo. Luc.xxiij. Fuit etiam valde utilis reipublice: quia ut habetur Actu.x. Pertransijt benefaciēdo / ⁊ sanādo omnes oppressos a diabolo. Relinquitur ergo ꝙ Judei occidentes ipsum Christum / gravissime peccaverunt: directe agentes contra preceptum predictū: Nō occides.

¶ Anagogice ⁊ secūdo: Istud preceptū potest retorqueri cōtra quemlibet hereticum / qui fideles ⁊ catholicos nititur occidere quo ad animā / mediante veneno pestifere heresis. Nā ligua cuiuslibꝫ heretici est plena veneno mortifero / quod inficit ⁊ authorē heresis ⁊ alios. Bene autem dictum venenum dicitur mortiferum: quia / quātum in se est / mortē infert. Unde Deutero.xxxij. Venenū aspidum sub labijs eorum / quorū os maledictione plenū est. Bene etiam dictum venenū dicit̄ venenum aspidū: quia sicut illud est incurabile: ita etiam venenum heresis est quasi incurabile: sicut patet in illis q̄ quantumcunqꝫ renūciaverint heresi sue / forsan timore ignis / postea tamen de facili relabuntur. Et talibus non est parcendum secundum iura: sed absqꝫ misericordia ad heresim abiuratā redeuntes tradūtur iudicio seculari: ut patet extra de heret. c.penul. quod incipit / excōmunicamus. Item eadē rub. et similiter eodem.c. excōicamus. quia utrunqꝫ.c. eodē modo incipit. Tales igitur heretici / occidentes animas / sunt diligenter vitandi: dicente Christo veris catholicis. Matt.vij. Attēdite a falsis prophetis / qui veniunt ad vos in vestimentis ovium / intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Item Ambros. sup Lucam / lib.vij. exponēs illum passum Luc.x. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum: dicit ꝙ lupi sunt bestie / q̄ insidiantur ovilibus: circa pastorales casas versantur / habitacula domorū non audent intrare

trare/vocem canũ fugiunt/absentiam aut desidiam pastoris explorant/ guttur ouium inuadunt/ vt cito eas transgulent/ ⁊ ad flectendum difficiles. Preterea si priores aliquem hominem vident/certis temporibus anni vocem dicuntur ab eo auferre: ita ⁊ heretici ouili Christi insidiant/ fremunt circa caulas ouium Christi: ⁊ hoc magis nocturno tẽpore q̃ diurno/ stabulũ tamẽ ecclesie non intrãt. Explorant pastoris/et canum/ id est doctorum absentiam: qr talibus presentibꝰ/ vix nocere possunt ouibus. Qui si aliquem versuta disputatiõis sue circũscriptione preuenerint/ faciũt obmutescere. Caue ergo ne vocem tibi tollat hereticus. Hec Ambro. vbi supra.

¶ Allegorice et tertio. Dictũ preceptum/ non occides: merito potest retorqueri contra tyrãnos ⁊ persecutores ecclesie/ qui fuerunt in primitiua ecclesia. Tales enĩ absq; misericordia ⁊ sine nũero occiderũt sctõs dei martyres. At vero illi v̓ba carnificum nõ timuerũt/ morientes pro Christi nomine/ vt heredes fierent in domo domini. Nam teste Aposto. Heb. xj. alij ludibria ⁊ verbera experti: insuper et vincula ⁊ carceres. Lapidati sunt/secti sunt/tẽtati sunt/in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis/in pellibus caprinis/ egentes/angustiati/afflicti: quibus dignus non erat mũdus. In solitudinibus errantes ⁊c. Unde de primitiua ecclesia recte potest dici illud Psalmi. Exterminauit eã aper de silua. Aper enim qui est animal ferox ⁊ siluestre/dilacerãs ⁊ comminuẽs q̃ sibi occurrunt/ significat Romanum imperiũ/ quod alia dominia dilacerans sibi subiugauit. Et iste aper venit de silua/ id est/ de gentilitate infructuosa. Hoc autem imperium exterminauit (quãtum in se fuit) vineam domini electã: id est/ primitiuam ecclesiam/ querẽs eã destruere/ ⁊ ponẽdo eam extra terminos mundi huius: et hoc per plures tyrannos imperatores. Unde et Augusti. de ciui. dei. lib. xviij. refert ecclesiã dei decem magnas persecutiones passam fuisse ab imperatoribꝰ Romanis/figuratas per decem plagas quibus Pharao cũ suis afflixit filios Israel/ et ei vnã tñ restare/ que scilicet erit tẽpore Antichristi. Post quã plene liberabitur ecclesia de seruitute mundi ⁊ diaboli. Sicut p̱ vndecimam plagam/ scilꝫ subuersionis Pharaonis cum suo exercitu in mari rubro/ plene liberatus est populꝰ dei de Egyptiaca seruitute. Prima igitur persecutio fuit sub Nerone imperatore/sub quo Petrꝰ ⁊ Paulus/atq; plures alij sãcti coronati sunt. Secũda/ sub Domitiano sub quo Jo. euãgelista ĩ feruẽtis olei doliũ missus est/ ⁊ postea ĩ insulã Pathmos relegatus. Tertia/ sub Traiano/ sub quo Clemẽs papa in mari submersus est. Quarta/ sub Antonio. Quĩta/ sub Seuero. Sexta/ sub Maximiano. Septima sub Decio. Octaua/ sub Valeriano. Nona/ sub Aureliano. Decima/ sub Diocletião ⁊ Maximiano. Passa est insuper san

cta

eta ecclesia multas persecutiones: sed iste decem fuerunt precipue ei ab imperatoribus Romanis inflicte. Unde Psal. loquens de huiusmodi persecutionibus in persona ecclesie ait: Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea .i. in statu meo primitiuo: dicat nunc Israel .i. ecclesia: que videt deum per veram fidem: etenim non potuerunt mihi: supple: auferre fidem et charitatem. Uel non potuerunt mihi: supple tamen nocere quantum optabant. Supra dorsum meum .i. magnos prelatos (que sunt dorsum ecclesie) fabricauerunt peccatores: id est predicti tyranni coronas supple perpetuas: prolongauerunt iniquitatem suam: supple vsque ad tempora Constantini imperatoris: qui suscepit baptismum a beato Siluestro: et reddidit pacem ecclesie. At vero demum dominus iustus concidet ceruices peccatorum supple predictorum: puniendo eos pro magna parte in presenti: et omnes in inferno: humiliando mirabiliter eorum superbiam. Non iniuste ergo predicti fideles fuerunt prefigurati per Naboth: qui cum noluisset tradere vineam suam (per quam intelligitur ecclesia) regi Achab: dure et iniuste lapidatus est. Applicatio est facilis. Predicti igitur tyranni et similes directe egerunt contra predictum domini preceptum: Non occides.

¶ Anagogice: Predictum preceptum transgressus est diabolus: qui statim postquam creatus est a deo in celo: seipsum peccando occidit. Ideo de eo dicit Christus. Joan. viij. quod ille erat homicida ab initio: scilicet suiipsius: quia sicut homo per malitiam occidit animam suam: vt habetur Sapien. xvj. ita et diabolus per malitiam occidit seipsum. Insuper fuit homicida alterius scilicet primi parentis: quem occidit spiritualiter: et quodammodo corporaliter: quia cum ante peccatum esset ex dei beneficio immortalis: peccando factus est mortalis: et hoc totum ex temptatione diaboli in specie serpentis. Ille ergo homicida erat ab initio: ex quo supple fuit homo qui posset occidi: vt dicit glo. inter.

¶ Sexta clausula.



Non mechaberis: non furtum facies: non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium: Non concupisces domum proximi tui. Non desiderabis vxorem eius: non seruum: non ancillam. Non bouem: non asinum: nec omnia que illius sunt.

¶ Historialiter: Postquam in precedenti clausula egregius dei famulus Moyses locutus est ex parte domini de primo precepto negatiuo: quod est quintum in ordine: dicens: Non occides. Hic consequenter agit de alijs quinque: dicens: Non mechaberis: non furtum etc. Ratio ordinis est: quia inter omnia nocumenta que possunt proximo inferri: computatur homicidium: per quod priuatur vita: deinde mechia: per quam infertur iniuria vxori eius: qua vir effectus est vna caro. Dicit ergo: Non mechaberis. Presens autem textus declarabitur in declaratio-

ne dubiorum.

¶ Circa ergo hũc textum mouentur aliqua dubia/ secũdum ordinem vltimorũ preceptor.

¶ Primum igitur dubiũ/ ꝛ iuxta sextum preceptũ/ est tale: Quid intelligitur per mechiã/ que hic prohibetur? Dicendũ/ conformiter ad glo. interli. ꝙ intelligitur omnis actus carnalis/ q̃ est extra fedus matrimonij. Idem etiam dicit Petrus Comestor. Similiter Augusti. in questio. Deutero. et ponitur xxxij. q. iiij. meretrices. dicit ꝙ nomine mechie/ omnis illicitus concubitus/ atq; illoꝝ mẽbrorum non legitimus vsus. ꝓhibitus debet intelligi. Quanuis stricte sumendo mechiam/ nõ nisi pro adulterio ponatur: vt dicitur in pricipio eiusdem cap. Et vt dicit gloss. per partẽ totum vult intelligi/ quod scilȝ potest ad genus luxurie pertinere. Cuius quidẽ luxurie sex sunt species: que sunt fornicatio simplex/ adulterium/ incestus/ stuprum/ raptus/ vitiũ cõtra naturam. Peccatũ autẽ luxurie consistit in hoc generaliter/ ꝙ quis vtit venerea delectatione non secũdum rectam rationem.

¶ Secũdum dubiũ/ quod mouetur circa septimum p̃ceptũ/ quod est/ Nõ furtum facies: tale est: Quid requiritur ad perfectam rationẽ furti? Dicendum ꝙ ad ipsum tria requiruntur. Primum est/ ꝙ vsurpetur alienum: quia in re propria non cõmittitur furtum. Secũdum est ꝙ sit contra rem possessam alterius. Si quis enim auferret vxorem vel filiam alterius/ nõ diceretur facere furtum/ sed aliud peccatũ. Furtum ergo cõsistit i re possessa alteri⁹. Tertium est/ ꝙ ipsum furtũ fiat occulte. Et in hoc differt a rapina/ que fit manifeste et violenter. Hinc August. dicit/ ꝙ furtum est occulta/ supple contrectatio rei aliene/ inuito domino/ lucri faciendi gratia ꝛc̃.

¶ Tertium dubiũ/ et quod est circa illud octauũ preceptum/ Non loqueris cõtra proximum tuũ falsum testimoniũ: tale est: Quot modis cõtingit agere cõtra ꝓdictũ preceptũ? Dicendũ ꝙ quatuor modis. Primo q̃dẽ per falsam accusationẽ in iudicio. Nã cum quis accusat falso in iudicio aliquẽ/ directe agit contra hoc preceptum: ꝛ tenetur ei de omni dãno. Qȝ si deficiat in probatione/ debet sustinere penam talionis: vt ponitur. ij. q. iij. per totum. Unde ꝛ illi duo presbyteri/ accusantes Susannam falso de adulterio: ꝓ quo antiquitus inferebatur pena lapidationis/ fuerunt lapidati a populo. Dañ. xiij. Secundo vero per iniquam detractionem: vtpote dicendo aliqđ crimẽ de alio in absentia ipi⁹/ quod non est verũ. Uel si est verum/ est tamẽ occultum: ꝛ ideo tunc non manifestandũ sub pena peccati mortalis. Hinc Ecclesiastes. x. dicit: Quasi si serpens mordeat in silentio nihil co min⁹ habet qui occulte detrahit. Uñ. vj. q. j. deteriores. dicitur ꝙ summa iniquitas est fratri suo detrahere. Tenet autẽ talis restituere famã ablatã a p̃ximo suo/ quãtũ pt̃/ rõnabilit ꝛ licite. Tertio aũt ꝓ mẽ-

dacem

dacem locutionē. Osee.iiij. Nō est veritas/ et non est misericordia/ et non est sciētia dei in terra. Maledictum/ et mendaciū/ et homicidium/ et furtū/ et adulterium inundauerunt. Et Hiere.ix. Docuerūt linguam suam loqui mendacium: sed os quod mentitur/ occidit animam: vt habetur Sapieñ.j. Ex quo patet/ qꝫ tale mendacium est mortale peccatum: quia solum peccatum mortale occidit animā spiritualiter/ scilicet priuando eam vita gratie. Nam mentiri cōtra fidem/ aut bonos mores/ siue etiam in notabile detrimētum bonorū spiritualium/ aut tēporalium proximi semper est de se mortale peccatū. Uel cū quis iuridice interrogatus in iudicio negat veritatem. Quarto agitur contra predictū preceptum per murmurationem. Sunt enī multi subditi/ q̄ quādo visitātur per maiores suos/ multa falsa et mendosa per modum murmuris deponūt de ordinarijs suis. Et ideo summa cautela vtendum est in huiusmodi visitationibus. Sapieñ. etiam.j. dicitur: Custodite vos a murmuratione/ que nihil prodest/ immo que multum obest: quia cōturbat totum collegiū. Hinc.j. Corint.x. dicit Apostolus: Neqꝫ murmurauerit[is] sicut quidam eorum murmurauerunt/ et perierunt ab exterminatore. Itē distin.xc. alienus. dicitur/ Alienus sit a fratrum vnitate qui murmurauerit et cetera. His igitur modis contingit agere contra predictum preceptum/ Nō loqueris contra et cetera.

¶ Quartum dubium/ quod est circa illud nonum p̄ceptū/ Nō cōcupisces domum proximi tui: est tale: Que est illa cōcupiscētia quā hic prohibet dominus? Pro solutione huius dubij notandum/ qꝫ duplex est concupiscentia. Prima est actus rationis: de qua Sapieñ.vj. Concupiscentia sapiētie perducit ad regnum perpetuum. Secunda est actus sensualitatis: de qua Jacob.iiij. Unde bella et lites in vobis: nonne ex concupiscētijs/ que militant in membris vestris? Non ergo prohibetur hic concupiscentia secunda/ q̄ est actus sensualitatis: quia illa est tantum venialis. Alias iam esset mortalis: vtpote cōtra preceptū decalogi existēs: sed prohibetur hic prima concupiscentia/ que est consensus voluntatis: qui quidem cōsensus est consensus in opus/ vel in delectationē consequentem actū exteriorem vel cogitationē interiorem. Hec dominus Petrus de Pal. Et quod dicitur in cōtrariū/ qꝫ lex vetus cohibebat manū/ sed non animū. Hoc falsum est/ vt hic aperte innuitur. Sed dicebatur non prohibere animū: quia ipsum non puniebat temporaliter siue corporaliter/ nisi aliquo modo prodiret in actū exteriorē: sicut sollicitatio vxoris proximi/ vel etiam adhibita diligētia ad rapiendū rem alienam/ etiamsi nō sequeretur effectus. Unde Mat.v. ponitur declaratio huius precepti/ cum dicitur: Si quis viderit mulierem ad concupiscēdum eam/ iam et cetera. Lex autē gratie cohibet nō solum manum/ verūetiā animū: quia adhibet

penā pro actu interiori / dicēs vbi supra: Qui irascitur fratri suo / reus erit iudicio: ꝛ ꝑ peccato soli⁹ cōsensus imponitur pena in foro conscientie.

¶ Quintū dubiū quod est circa decimum preceptum / quod est: Non desiderabis vxorē ꝓximi tui ꝛc. tale est: Cū in quolibet genere peccati contingat peccare mente ꝛ opere: quare ergo magis in adulterio ꝛ furto seorsum prohibenṫ peccata operis: ꝛ seorsum peccata cordis. Non aūt ita fit in homicidio vel falso testimonio / et sic de alijs? Dicēdū ꝯformiter ad de Pal. ꝙ delectatio adulterij / ꝛ vtilitas diuitiarū sūt ꝓpter seipsa appetibilia. Nā primū habet rationē boni delectabilis. Secūdū autem rationem boni vtilis / propter quod oportuit in eis prohiberi nō solum opus malum / sed ꝛ concupiscentiā. Nō sic aūt est de homicidio ꝛ alijs que prohibentur / quia secundū se sunt horribilia: propter qđ non oportuit in eis prohiberi nisi opus in se. Et si obijciatur / ꝙ inter Judeos multi erant pronissimi ad idololatriā / ꝛ sic eadē ratione oportuit prohibere voluntatē idololatrandi. Dicendū / ꝙ ista mala volūtas nō erat ex natura act⁹: sed ex malicia populi / ꝛ longa consuetudine idololatrandi / propter conuersionē cū Egyptijs qui idololatrie dediti erant.

¶ Sextū dubiū: Quare nō additū fuit vndecimū preceptū / per qđ homo ordinareṫ ad seipsū / sicut post posita sūt precedētia ordinantia eū ad deū / ꝛ ad ꝓximū? Dicendū / ꝙ quantū ad dilectionē dei ꝛ proximi / ratio naturalis iā erat obfuscata ꝑ peccatū: non autem quantum ad dilectionē sui / cū etiam bruta naturaliter diligebāt seipsa / ꝛ cōseruationem sui: ideo non fuit simile.

¶ Moraliter ꝛ primo / iuxta illud preceptū / Non mechaberis. Notandum / ꝙ sicut est mechia carnalis: sic ꝛ spiritualis. Nam cum anima rationalis (ī gratia existēs) sit sponsa Christi: restat ꝙ mortaliter peccādo mechatur cum diabolo / vel cum peccato. Hinc dicit ei spōsus illud Hiere. iij. Fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me ꝛc. Ubi glo. interli. Post fornicationē suscipit dñs penitentem / ꝛ hortaṫ vt ad se reuertaṫ. Et de hoc figurā habemus de filio prodigo / qui postꝗ̄ consumpsit substantiam suā / viuēdo luxuriose: tandem rediens ad patrem / graciose susceptus est ab eo. Luce. xv.

¶ Moraliter ꝛ secundo / iuxta idem preceptū / Notandum / ꝙ non mirū si fornicatio aut quecunqꝫ alia species luxurie prohibeatur. Tum primo / quia est vilior epidimia huius mundi: et que est adeo contagiosa / ꝙ mulier solo visu inficit hominem / et ecōuerso: q₂ scriptū est Mat. v. Si quis viderit mulierem ad concupiscendū eam / iā mechatus est eā in corde suo. Ex quo patet / ꝙ talis incaut⁹ et carnalis aspectus est valde periculosus. Basiliscus eñ nō primo inficit seipsum / sed hominem quē videt. At vero ho-

 mo

mo per incautum aspectū ptis mo inficit seipsum: deinde mulierem. Infectio aūt q̄ tangit cor: est pessima: q2 inducit mortem eternā. Et ideo est summe vitanda: tū secundo q2 luxuria est maior mercatura diaboli. Cū enim in aliis peccatis ipse nō lucref communiter nisi vnā animam: per luxuriā lucratur duas: et aliquando tres s. animā vetule q̄ mediat i peccato luxurie. Diabol9 ergo est valde intentus circa procurationem hui9 peccati siue mercature. Tū tertio q2 luxuria est cōmunior via qua itur in infernum: q2 ferme omnes ambulāt per eā. Cū enim alia peccata vendicent sibi cōmuniter specialia hominū genera: ipsa luxuria ferme ad omne hominū genus se extenditur: ita vt videatur mūdus redisse ad illa infelicissima tempora q̄ precesserūt diluuiū: de quibus Gen. vj. dicit: Corrupta est terra corā dño: et repleta est iniquitate. ¶ Moraliter et tertio iuxta illud preceptū: Nō furtū facies: Notādū q̄ si prohibeaf a dño ablatio rei aliene mobilis et corporalis: multo forti9 prohibeſ ablatio rei spiritualis: q2 spiritualia preferuntur a toto genere temporalib9. Illi ergo sūt fures: qui aufcrūt animas aliorū: eos inducentes ad peccatū (quātū in eis est) siue verbo: siue malo exemplo. Item illi clerici furtū faciūt qui curā animarū pptcr lucrū tēporale et non propter Christū suscipiūt. Un̄ Joā. x. Qui ascendit aliūde. s. ad curā aīarū q̄ propter Christū: et tāq̄ pptcr causam principalē: ille fur est et latro. Ex quo possum9 cōcludere: q̄ multi sunt fures et latrones in ecclesia Christi: q2 ferme oēs suscipiūt curam aīarū pptcr lanā earū: et vt de lacte earū pascanf. Et q̄ nō propter salutē ouiū: manifeste patz: q2 tradūt sua beneficia ad firmā plus offerenti: sicut traduntur terrene possessiones. Alii sunt q̄ resident quidem cū ouibus suis: sed tamē per impudicam vitā (quā ducūt) eas subditorū: quantū in eis est in infernū pertrahunt. Taceo de illis qui indebite intrāt i ecclesiastica beneficia: tanq̄ intrusi: et quod deterius est: frequenter molestāt veros pastores: adeo vt quandoq̄ cedant talib9 intrusis iure vel iniuria. Un̄ noui quendam prelatum in ordine beati Benedicti: qui iā per plures annos pacifice rexerat beneficiū suū: qui tamen postmodū inde pulsus est: assignata sibi pensione: que successu temporis sibi denegata est. De talib9 igitur prelatis intrusis et non canonice intrātibus: potest dici illud Esa. j. Principes tui. i. prelati: socii furum.

¶ Moraliter et quarto iuxta illud preceptum: Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium: Notandū q̄ tria genera hominum agunt cōtra istud preceptū. Primi sunt detractores: qui similes sunt cani: qui lambit in homine non carnem sanam: sed saniem et vlcera eius. Unde Ephe. iiij. Loquimini veritatem vnusquisq̄ cum proximo suo: quia sumus inuicem mēbra. Membra autem

tem vnius corporis non corrodunt se inuicem. Secundi sunt illi: qui scienter dant malū cōsilium. Tales nempe sunt similes serpenti/ qui inficit quicquid tangit lingua sua. Tales etiā tenentur ad omne interesse/ qd ex suo malo consilio sequitur/ si non aliunde recompensetur. Quia iuxta regulam iuris/ lib. vj. qui occasionem damni dat/ damnum dedisse videt. Tertij sunt illi/ qui scienter mentiuntur proximis suis. Prouer. xij. Qui mentitur testis est fraudulentus. Et de talibus dicit Psal. ad dominum loquens: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Notandum etiam/ q tales dicētes falsum testimoniū contra proximum/ peccant cōtra tria genera personarū. Primo quidem contra deum/ quē contemnunt/ legem eius trāsgredientes. Secundo vero cōtra iudicem/ quem decipiunt. Tertio autem cōtra proximū/ quem ledunt. Propter quod dicitur Prouerbi. xix. q testis iniquus non erit impunitus.

¶ Moraliter et quinto/ iuxta illud preceptum/ Non cōcupisces domum proximi tui. Notandū q summopere debemus cauere concupiscētiam rerum temporalium: tum quia ipsa est radix multorum peccatorum. Unde Apost. j. Timoth. vj. Radix omnium malorum/ cupiditas. Et ideo postq diabolus eā inuenit in corde hominis/ potest consequenter eum trahere ad pene infinita peccata: scilicet ad furtum/ rapinam/ vsurarum/ simoniam/ homicidium: et sic de alijs: tum qz ipsa multum inquietat hominem/ continue pungens eum humanis sollicitudinibus. Semper enī cupidi sunt soliciti nō habita acquirere/ acquisita custodire et augere/ et amissa inconsolabiliter deflere. Eccles. v. Saturitas diuitis/ non sinit eum dormire. Et Ambros. Mens auari/ semel vinculis cupiditatis astricta/ semper aurū videt/ semper argentum cogitat/ semper redditus cōputat: gratius aurum q solē intuetur. Ipsa eius oratio et supplicatio ad deum/ aurum querit. Hec in decretis distinc. xlvij. sicut hi. tum quia ipsa concupiscentia rerum/ est quodammodo infinita. Unde Esa. v. dicitur: Ue qui coniungitis domum ad domum/ et agrum agro copulatis &c. Ac si diceret propheta: Nunq potestis finem imponere vestre concupiscentie rerum temporaliū. Cuius ratio est: quia cor humanum est factum/ ad recipiēdum deum: in presenti/ per gratiā: et in futuro: per gloriam. Et ideo quicquid citra deū recipit/ est omne tale sit finitum/ nō potest ipm satiare: sed solus deus hoc potest. Unde Psalmi. Qui (scilicet deus) replet in bonis desiderium tuum. Et alibi: Satiabor cū apparuerit gloria tua. Hinc Ambro. ait: et ponitur dis(tinct). xlvij. sicut hi. Nec satietas vnquam/ nec finis aderit cupiditati.

¶ Moraliter et sexto: iuxta illud preceptum/ decimum: Non desiderabis vxorē proximi tui &c. Notandum/ q vt dicitur. j. Joā. ij. Omne quod est in mūdo. i. in mūdanis peccatoribus/

aut est concupiscentia carnis/ aut concupiscentia oculorum/ aut supebia vite. Duo ex his intelliguntur prohibita p precedens preceptum. Nam cū dicitur/ Non concupisces rē proximi tui: intelligitur prohibita concupiscentia oculorum. Cū autem dicitur/ Non domū: intelligitur prohibita supbia vite. Tertiū autem.i.concupiscētia carnis hic prohibetur/ cum dicitur: Non desiderabis vxorem eius. Sub quo etiam comprehenditur omne desiderium carnale illicitū. Sicut superius sub nomine mechie cōprehenditur omne peccatum operis carnalis. Sed quia magis apparet iniustū ꝙ quis desideret vxorem proximi/ ideo expresse hoc prohibetur cū dicitur: Non desiderabis vxorē proximi tui. In alijs autē preceptis sub peccato operis intelligitur prohiberi peccatum mali desiderij ipsi⁹ operis. At vero de mechia ꝛ furto dant̄ specialia ꝛ distincta precepta operis ꝛ cogitationis: quia cōcupiscentia magis trahit ad ista/ vt dictū est in sol. ad quintum dubium precedens. Et notandum/ ꝙ gemina cōcupiscētia hic interdicta est: quasi geminus ignis exardescēs: soror autem earū (que est superbia vite) est quasi ventus sufflans in animam/ quam etiā dispergit in ventum.

¶ Allegorice et primo/ iuxta illud preceptum/ Non mechaberis: Notandū/ ꝙ Iudei in aduentu Christi egerūt ꝯtra istō preceptum: quia spreta ecclesia Christi/ cui se cōiūgere debuerāt: et similiter eidē Christo per fidem: illis duob⁹ spretis adheserunt inuiolabiliter synagoge: que etsi ante aduentū Christi fuerit legitima/ postmodum tamen facta est adultera: quia sola ecclesia Christi est vera sponsa/ ꝛ solus Christ⁹ verus sponsus illius. Vel dici ꝙ dicta synagoga prius spōsa dei/ facta ē adultera diaboli.

¶ Allegorice ꝛ secūdo/ iuxta illud preceptū: Non furtum facies. Notādū/ ꝙ Iudei non solum simplex furtum fecerunt cū emerunt Christum a Iuda: verum etiā simoniam: qꝛ cum Christus esset deus et homo: non solum emerunt ipsius humanitatem: verumetiam ꝛ diuinitatem/ per communicatiōnem idiomatū: ꝛ ideo ditiores fuerūt q̄ se esse crediderunt.

¶ Allegorice ꝛ tertio/ iuxta illud preceptum: Non loqueris contra proximū tuū falsum testimonium. Notandū/ ꝙ Iudei similiter egerūt contra preceptum istud/ quando multi ex ipsis testificati sunt corā Caipha multa falsa contra Christū: ꝛ signāter quādo duo deposuerunt eum dixisse: Soluite templum hoc manufactū/ et in tribus diebus ꝛc. Matthei xxvj. Nonne etiam dicti Iudei frequenter egerūt contra hoc preceptum quando sepe multa falsa eidem Christo imposuerunt: vt puta ꝙ peccator esset ꝛ blasphemus/ item demoniacus/ ꝛ huiusmodi. Unde Psal. in persona domini loquitur/ dicēs. Insurrexerūt in me testes iniqui.

¶ Allegorice ꝛ quarto/ iuxta illud

illud preceptũ: Non concupisces rem proximi tui: Notãdũ: q Judei egerũt cõtra illud preceptũ: quãdo dixerũt de Christo(vt parabolice legit Matt. xxj.) Hic ẽ heres: Venite occidamus eũ: et habebimus hereditatem ei9. Hereditas autem Christi non fuit terrena substãtia: prout dicti Judei falso estimabant: credentes q Messias deberet temporaliter regnare. Et ideo ipsi hanc rẽ cõcupierũt: propter qd Christũ morti tradiderũt: vt ei9 hereditas eorum fieret.

¶ Allegorice et quinto: iuxta aliam literam: dicentem: Non cõcupisces domũ proximi tui. Notandũ: q proxim9 omnium nostrũ: est Christ9: qui optime fuit figurat9 per illũ Samaritanũ: qui fecit misericordiã in hominem vulneratũ a latronibus: cũ descenderet ab Hierusalem in Hiericho. Luce.x. Cuius quidem proximi dom9 fuit humanitas: in qua hospitata fuit diuinitas: et habitauit in ea tanq in domo. Unde Apost. Coloss.ij. In Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. s. per realẽ vnionem: Hanc igitur domũ proximi sui. i. Christi: concupierunt impijssimi Judei. Sed ad qd? Profecto ad mortem: quando institerũt apud Pilatũ: petentes vt Barrabas latro dimitteretur: et Christ9 crucifigeretur: vt tradũt euangelistę.

¶ Allegorice et sexto: iuxta illud vltimũ preceptũ: Non concupisces vxorẽ proximi tui: non seruũ: nõ ancillã etc. Notãdũ: q proxim9 noster fuit Christ9: vt dictũ est: cui9 vxor est ecclesia. Hanc igitur vxorem concupierũt corrũpere impij Judei: quãdo nisi sunt illam totaliter exterminare: et ad nihilum redigere. Unde Psal. Exterminauit eam aper: et singularis ferus depastus est eam. Concupierunt etiam dicti Judei seruum et ancillam proximi sui: quando quesierũt perdere vtrunq sexus Christianorum: non satiati de nece sui domini: quẽ pena mortis crudeli ferm damnarant impij. Ecce igitur quomodo Judei egerũt contra Christum: transgrediẽdo predicta precepta.

¶ Allegorice et septimo: iuxta idem preceptum: Notandũ q vxor Christi nostri. i. Christi: ẽ propria gloria. Hãc enim vxorẽ nemini vult esse cõmunem: qz ipse dicit Esa. xlij. Gloriam meã alteri non dabo. Et apo. Regi seculorũ: immortali: inuisibili: soli deo: honor et gloria. Hanc autem vxorem dei cupiunt multi: qz omnes inanis glorie cupidi: et signanter illi clerici qui cupiunt esse sponsi ecclesiarũ: quod tamen Joan. Baptista non presumpsit: sed dixit: Non sum dignus soluere calciamentum eius: vt. s. accipiam sponsam eius. Multi enim hodie discalciant Christũ iniustum: qui sponsam suam sibi auferũt. Sicut Herodes abstulit a fratre suo Philippo inuito vxorem suam. Marc. vj. Ita et hodie multi faciũt: q per simoniam: vel p aliã viã iniquã: vsurpãt sibi ecclesiasticas dignitates: querentes que sua sunt: et non que Jesu Christi.

¶ Anagogice hec omnia pdicta possunt exponere de lapsu primi angeli. Ipse enim fecit cōtra illud / Non mechaberis: qz mechatus est cū illa magna meretrice / de qua loquit Ioā. Apocalyp. xvij. Itē quantū in se fuit furtum fecit / qz retinuit rem alteri debitam / nō se & sua totaliter & finaliter in deū referēdo. Item locutus est falsum testimoniū contra proximum suū. i. contra Adam & Euam / quando dixit eis: Nequaquā moriemini. Itē concupiuit domū alienam / quādo cōcupiuit celū sine gratia dei. Tandē cō cupiuit vxorem alienam / quādo voluit ecclesiam triūphantem quodammodo sibi vniri & coniūgi per imitationē & prauā sequelam. Multa ergo fuerunt peccata illius: & ideo iustissime de celo irremissibiliter electus est.

¶ Septima clausula.



Cunctus autem populus videbat voces / & lāpades / & sonitum buccine: montemqz fumātem / & perterriti pauoreqz concussi / steterūt procul dicentes Moysi: Loquere tu nobis / & audiemus. Nō loquatur nobis dominus / ne forte moriamur. Et ait Moyses ad populum: Nolite timere. vt enim probaret vos venit deus: & vt terror illius esset in vobis / et non peccaretis. Stetitque populus de lōge. Moyses autem accessit ad caliginē in qua erat deus.

¶ Historialiter postquam sanctus domini propheta Moyses in precedenti clausula descripsit quinqz domini mandata / que finem faciunt secunde tabule: hic consequenter loquitur de terrore quem incussit idem dominus in populo post ipsius legis dationem. Refert ergo Moyses qualiter post dationem legis a domino populus remansit valde perterritus: tū propter voces terribiles hinc inde perstrepentes quas audiebat: tum propter lāpades quas in aere clarescentes videbat: tum ꝓpter sonitum buccine / que similiter audiebatur in aere / sed minime videbatur: tum propter mōtem vndiqz fumātem. Fuerunt ergo quatuor que incusserūt timorem in Hebreis / quorum quodlibet seorsum natum erat terrorem incutere. Per lāpades autem in proposito designant fulgura & corruscationes / que tunc contigerūt & visa sunt. De illis autem quatuor duo fuerunt ad auditum pertinentia / scilicet voces & sonitus buccine: & alia duo ad visum: scilicet lampades / et mons fumans. Sequitur: Et perterriti / scilicet in corde interius: et pauore cōcussi / scilicet in corpore exterius: steterunt procul / scilicet ad radicem montis: quia (vt dicit glo. interl.) reputabant se indignos propius accedere: in quo notatur eorum reuerentia ad dominū / scilicet facto. Item verbo patet eorundem reuerentia ad dominum / cum dixerūt Moysi: Loquere tu nobis / scilicet

homo

homo hominibus/ ꝛ audiemꝰ. Non loquatur nobis dominꝰ: scilicet tam terribilis/ fortis ꝛ potens: ne forte moriamur/ scilicet temporaliter/ tanquam indigni eiꝰ presentia: vt dicit interli. Et ait Moyses ad populum sic perterritum: eum cõsolando et dicendo: Nolite timere/ scilicet mori. Ponit autem triplicem causam huius facti tã terribilis. Prima fuit/ vt probarentur quoniam fragiles erant: ideo dicit/ vt enim probaret vos/ venit deus. Secũda fuit/ vt in timore dei firmarent: ideo subdit/ ꝛ vt terror illius esset in vobis. Tertia fuit/ vt a peccato custodirẽtur: ideo sequitur/ ꝛ non peccaretis: vbi interli. si nõ amore/ saltem timore cohercitti. Sequitur: Stetitq̃ populus de longe/ scilicet propter reuerẽtiam: vt dictum est. Moyses autem/ tanquam perfectior in dei amore/ accessit ad caliginem: id est/ ad obscuriorẽ mõtis partem in qua erat deus/ scilicet per signorum ostensionem.

¶ Circa autem hunc textum mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium est de veritate illius ꝓpositiõis: Cunctus populus videbat voces. Si enim Moyses posuisset/ audiebat voces: nulla fuisset difficultas: sed posuit/ videbat: cum tamen constet voces esse obiectum auditus/ et non visus. Ad hoc dubium respondet Augustinus in questionibus super Exodũ. quest. lxxij. et ponitur similiter in glosa ordinaria/ dicens/ ꝙ sensus visus inter omnes sensus obtinet principatum. Hoc idem ponit idem Augustinus libro decimo cõfess. Unde etiã quãdoq̃ intermiscetur alijs sensibus: vt patet ibi/ Audi filia et vide. Item ibi Luc. vlti. Palpate ꝛ videte quia spiritꝰ ꝛc. Itẽ ibi in Psal. Gustate ꝛ videte/ quoniam suauis est dñs. Cũ ergo in ꝓposito duo essent ad auditũ pertinẽtia. s. voces/ ꝛ sonitus buccine: ꝛ duo ad visum. s. lãpades ꝛ mons fumãs/ vt dictũ est prius: ꝛ totũ vellet scriptura breuiter põere: totũ posuit sub visu/ ꝛ non sub auditu. Sed ꝙ videre soleat generaliter poni/ tam pro sensu corporis/ q̃ anime/ probat idem Augustinus per illud quod legitur Genesis. xlij. Cũ vidisset Jacob quia sunt esce in Egypto. Cũ tamen absens esset ab Egypto tunc. Aliam solutionẽ dat August. dicens ibidẽ/ ꝙ nõnulli videre vocem nihil aliud putauerũt/ q̃ intelligere: qui est visus anime/ siue mentis. Hec ille.

¶ Secundum dubium: Cuius generis erant ille voces que tunc audiebantur? Dicendum in primis/ ꝙ non erant voces proprie dicte/ formate ab ore animalis/ quia in celo non sunt animalia: sed erant voces improprie dicte/ formate diuinitus vel ab angelis in assumptis corporibus: prout sepe dicti angeli loquuntur hominibus/ et postmodũ huiusmodi corpora resoluunt in preiacentem materiã. Nec tamen dicti angeli propterea dicendi sunt corporei/ quia

non vniunt talibus corporib⁹ sicut forma materie, sed sicut motor mobili.

¶ Tertiũ dubium, quomodo in caligine erat deus: vt habetur in fine hui⁹ clausule, cui celi celorũ non sufficiunt: vt dicit intelli? Dicendũ, ꝙ non est intelligendum, ꝙ ibi esset deus per circunscriptionẽ, sicut corpus est in loco: aut per diffinitionem, sicut angelus ꝛ spirit⁹ quicunqꝫ est in loco: sed per effectus sue potentie ostensionẽ.

¶ Moraliter ꝛ primo, per hoc ꝙ populus vidẽs voces, ꝛ lampades, et sonitum buccine ꝛc̃. timore concussus est, dicẽs ad Moysen: Loquere tu nobis, et audiemus. Non loquatur nobis dñs, ne forte moriamur: designatur ꝙ populus Christian⁹ sentiens super se iram dei descendere, siue virgã iustitie ei⁹ inualescere: icipit emollescere, ꝛ ad humilitatem induci, et ad sui cognitionẽ redire: qui iam extra se positus erat, ꝛ quasi alienus a deo factus. Unde Grego. Mala que nos hic premũt, ad deum ire cõpellunt. Item in Psalm. Imple facies eorum ignominia, et querunt nomen tuũ dñe. Uñ de eisdẽ filijs Israel sepe repetit Psal. dicens: Clamauerũt ad dñm cũ tribularẽt, ꝛ de necessitatib⁹ eorũ ꝛc̃.

¶ Moraliter ꝛ secũdo, per eadem verba: Loquere nobis, et audiem⁹. Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Designatur, ꝙ subditi plerũqꝫ volunt potius benignitate ꝙ̃ seueritate duci: et poti⁹ multa facerent pro prelato benigno et mitissimo (qualis erat Moyses) ꝙ̃ pro seuero. Et hec est cõditio bonorum subditorũ. Qui autẽ inter eos mali sunt, calcaribus et penis pungendi sunt, ad modum asinorum: alias obedire nequeũt. Tales igitur inuiti subditi, nisi viderint montem fumigantẽ: id est, prelatum seuere cõtra eos procedentem, non terrentur, nec ad obedientiã flectuntur: sed querunt prelatos molles, q̃ eis omnia indulgeant, et se cũ eis ad inferna pertrahant. Unde hac de causa multi religiosi possidentes, potius volunt habere prelatũ secularem, episcopũ, vel prothonotarium, qui nihil eis dicat, nec cum eis habitet: ꝙ̃ regularẽ, qui sit de gremio eorum, atqꝫ insolentias eorum cõpescat: dicentes de tali, Nolumus hunc regnare sup̱ nos.

¶ Moraliter ꝛ tertio, iuxta illud: Stetitqꝫ populus de longe. Moyses aũt accessit ad caliginem in qua erat deus. Notãdum, ꝙ per hoc designatur ꝙ prelati debent altius ascendere per intellectũ, quo ad cognoscẽda: ꝛ per affectum, quo ad operanda: ꝙ̃ subditi: qꝛ vbi in subditis sufficit simplex notitia credendorum, requiritur in prelatis eminens scientia. Itẽ vbi in subditis sufficit vite bonitas, in prelatis requiritur vite perfectio. Et ideo illi in quibus ista duo non sunt, sunt valde temerarij ꝛ presumptuosi, si alijs preesse appetũt. Hinc est, ꝙ multi sancti viri honores huius seculi, et prelaturam summo studio renuerunt: ꝑeligẽtes manere i subiectiõe sua, ꝙ̃ alijs preesse. Uñ Psal.

in

in psona taliũ: Elegi abiectus esse in domo dei mei / magis ꝙ̃ habitare i tabernaculis pctõꝝ.

¶ Allegorice ꝛ primo hec omnia possũt exponi de finali dei iudicio: ante quod non solum quatuor signa precedent / verum multo plura. Unde Luce xxi. Erunt signa in sole / luna ꝛ stellis: ꝛ in terris pressura gentium ꝛc̃. Hierony. etiã dicit se inuenisse in quibusdã scripturis .xv. signa. Quod autem Hebrei fuerunt perterriti / ꝛ pauore cõcussi / preterita audiẽtes: referendum est ad reprobos: q̃ in dicto iudicio valde terrebuntur: tum propter presentiã iudicis implacabilis / de quo Prouer. vi. Zelus et furor viri non parcet in die vindicte: nec acquiescet cuiusꝙ̃ precib⁹ / nec suscipiet pro redemptione dona plurima: tum propter multitudinem scelerum suorum / q̃ omnib⁹ manifestabuntur / etiã quantumcunqꝫ occulte ꝛ secrete perpetrata fuerint. Quia vt ait Christus Luce. xii. Nihil opertũ est / qđ nõ reueleť: neqꝫ absconditũ / qđ nõ sciať: qm̃ q̃ i tenebris dixistis / in lumine diceť: ꝛ qđ i aure locuti estis in cubiculis ꝑdicabiť i tectis: tũ ꝓpter sentẽtie irreuocationẽ. Psal. Que ꝓcedunt de labijs meis / non faciã irrita. Merito ergo dicti reprobi ꝑterrebũť / ꝛ timore cõcutienť in die iudicij / audientes que tunc fient / ꝛ signanter audiẽtes vocẽ terribilem iudicis Christi dicentis: Ite maledicti in ignẽ eternũ q̃ paratus ꝛc̃. Psal. Tũc loqueť ad eos in ira sua / ꝛ i furore suo cõturbabit eos: scꝫ reprobos.

Et bene đr de filijs Israel / ꝙ steterũt procul: q: per hoc designatur / ꝙ mali in die iudicij stabunt a longe a domino / non tam loco ꝙ̃ differentia meritorum. Econtra autẽ boni prope stabunt. Psal. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum ꝛc̃. Unde in figura huius dicitur in presenti / ꝙ Moyses accessit ad caliginem / in qua erat deus. Insuper teste Psal. Iustus ab auditione mala ꝛc̃.

¶ Allegorice ꝛ secundo / ꝛ cõformiter ad dñm Petrum de Palude / per hoc ꝙ Hebrei viderunt voces ꝛ lampades / ꝛ sonitum buccine / montemꝙ fumantem: ꝛ ideo perterriti sunt ꝛ pauore concussi: designatur ꝙ vetus testamentum timorẽ incutiebat. Econtra autẽ nouum mouet ad dilectionẽ / ꝙ̃uis vnum in altero contineať: iuxta illđ Ezechie. i. Erat rota in medio rote. Cherubim etiã clamabãt alter ad alterũ: p q̃ intelliguntur duo testamẽta / quoꝝ alterũ clamat ad alterũ: quia (vt dicit glo. ordi.) vet⁹ testamẽtum in nouo: ꝛ nouum in veteri continetur. Nam nouum vetus continet / quãtum ad explanationem: vetus autem nouum / per significationem.

¶ Allegorice ꝛ tertio / per illa quatuor q̃ vidit populus Hebreorum / significãtur quatuor que sunt in nouo testamento. Nam per voces intelliguntur predicatores diuini verbi / et qui annunciant domini secundum aduentum / scilicet ad iudiciũ: vt ipsum populus timeat a peccatis abstinendo / ꝛ indubitanter illud hora qua nõ putatur

catur expectando. Talis vox fuit beatus Vincentius Ferrariensis, ordinis predicatorum, qui ex diuina iussione peragrauit totã ferme linguã Latinã clamando et annunciando illud Apoc. xiiij. Timete deũ, ⁊ date illi honorẽ: quia venit hora iudicij eius. Unde in eius officio sic legitur, Angelus alter penitus fuisti ille qui celi mediũ volabat, nuncians populis et linguis iudicis horã. Per lampades choruscãtes significantur sacri euangeliste, ceterique apostoli, qui scripserunt: quorũ doctrina fulget ecclesia, vt sole luna. Lampades etiã ecclesie fuerunt sequaces sancti doctores, qui nobis elucidauerunt obscuritates scripturarũ. Vñ signanter legitur de beato Augustino, in hymno de eodẽ sic. Frãgis nobis fauos mellis de scripturis differẽs: que obscura prius erant nobis plana faciens. Nã ante ipsum tenebrosa erat aqua scripturarũ in nubibus aeris: sed pre fulgore eius nubes transierunt, quãdoquidem obscura fecit pãdita. Per sonitum buccine possumus intelligere predicationẽ Joannis in deserto. Buccina enim a bucca dicitur: quia est instrumentum hortãs ad bellũ, quod fit cũ bucca. Et Joannes quidẽ Baptista cũ bucca sua reddidit sonum terribilem, quando dixit Phariseis ⁊ Sadduceis veniẽtibus ad predicationẽ eius: O progenies viperarum quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructum dignum penitẽtie: quia aliter supple nõ potestis illam futuram iram euadere. Et nota ꝙ dicit, fructũ dignũ penitẽtie: id est, secundũ peccati modũ: quia scriptũ est Apoca. xviij. Quantũ glorificauit se, ⁊ in delicijs fuit, supple peccator: tantum date ei tor. ⁊c̃. Per montem autẽ fumantẽ intelligitur Christus, qui est mons domus dñi in vertice montiũ: quia excedit omnes homines in dignitate, sanctitate, auctoritate, siue potestate. Iste autẽ mons mirabiliter fumabit cõtra reprobos in extremo iudicio, quando quidem post seueram discussionem operũ misericordie: ei dicet illis illud verbũ Mat. xxv. Ite maledicti in ignẽ ⁊c̃. Et quia tũc durissime ad eos loquetur dñs: ideo desiderabunt vt per aliũ loquatur ad eos, ⁊ non in propria persona: dicentes forsan ad aliquẽ sanctũ: Loquere tu nobis, ⁊ audiemus. Non loquatur nobis dñs: quia grauis est nobis ad videndũ, sed grauior ad audiendũ. Psalm. Tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo cõturbabit eos. Patent ergo quatuor que apparuerunt filijs Israel, quantum ad sensum allegoricum.

¶ Anagogice quatuor predicta possumus referre ad gloriam celestẽ. Nam ibi cunctus populus, i. omnes electi, saltim post generalem resurrectionẽ, videbunt lampades lucẽtes. i. corpora glorificata et lucẽtia, et relucentia glorie animarum illic habitantium. Huiusmodi aũt lampades nunquam extinguẽtur: quia intra se cõtinebunt lumen quod nunquam deficiet. Ibi etiam constituet dñs lucidissima

mas mansiones / in quibus requiescent sanctorũ anime. Et predictis aũt lãpadibus.i. corporibus glorificatis procedẽt dulcissime et suauissime voces etiã corporales: q2 certissimũ est / ꝙ huiusmodi lampades nõ erunt ociose. Vñ in Psal. Exultationes dei in gutture eorũ. Per sonitum autem buccine / possumus intelligere illam spiritualem melodiam / quã corã deo dant angelici spiritus / dicentes ad alterutrũ: Sanctus / sanctus / sanctus dñs de⁹ omnipotẽs / qui erat / ꝛ qui est / ꝛ qui futurus est. Per montẽ autem fumantem / intelligitur Christus: qui instar boni fumi hinc inde diffundit seipsum in celo / ceteros beatificando. Vel dici ꝙ idem Christus dicitur mõs / propter causas prius assignatas: sed qualis mons? certe fumans: quia sicut fumus habet quandã obscuritatem annexã: ita ꝛ Christus in celo / quãuis in se sit clarissimus ꝛ lucidissim⁹ / tamen dicitur quodãmodo obscurus in ordine ad beatos / pro quãto ab eis nõ ita clare videtur / sicut in se visibilis est: quia a nullo intellectu creato cõprehenditur. Quod aũt subdit / ꝙ filij Israel perterriti sunt / referendum est ad timorem illũ reuerentialem / quẽ habẽt beati ad dñm. Unde canit ecclesia: Tremebũt angeli ꝛ archãgeli ꝛc. De timore aũt angelorũ legit Job. xlj. Et in Psal. Timete dñm oẽs sancti ei⁹. Qđ aũt dr de Hebreis / ꝙ steterunt: designat immobilitas et stabilitas beatoꝝ in bono qđ habẽt. Quod aũt addit / procul: designatur / quantũ differãt siue distant p̄dicti beati a dño: q2 infinities. Qđ vero subditur / Loquere tu nobis / ꝛ audiem⁹: nõ loquat nobis dñs. designat significanter in angelis / ꝙ frequenter vnus loquit alteri / et inferior illuminat a superiori: aliquando aũt immediate a deo. Quod aũt Hebrei refugerunt ꝙ ipse dñs loqueretur ad eos: designat ꝙ ipsi beati reputant et humiliare se indignos: vt dñs loquat ad eos. Quod denique Moyses dixit ad Hebreos / Nolite timere: designatur ꝙ benigne consolant ipsi beati a deo / a quibus expellit omnem timorem future perditionis: quia securitas est de essentia beatitudinis: iuxta illđ Joan. xvj. Gaudiũ vestrum nemo tollet a vobis. Per quod verbum illudit opinio Origenis ponentis alternationes inter beatitudinem et miseriam. De hoc vide beatum Augustinũ / de ciuitate dei / lib. xxj. c. xvij. Quod autem finaliter dictum est Moysen accessisse ad caliginem / in qua erat deus: populo ad pedem montis remanente: designat ꝙ in patria est disparitas premiorum / cõformiter ad disparitatem meritorũ. Unde Joan. xiiij. In domo patris mei (inquit Christus) mansiones multe sunt. Item sicut alia est claritas solis / alia claritas lune / ꝛ alia claritas stellarũ. Insup stella a stella differt a claritate: vt dr Apost. j. Cor. xv. ita ꝛ in celo differentia est p̄miorũ. Quis em̃ sane mentis vellet dicere Christũ / q sedet ad dexterã p̄ris / celestib⁹ / nõ superiorẽ

superiorē Petro/aut Paulo? Et similiter de matre eius virgine Maria/ que assumpta est ad ethereum thalamū/ in quo rex regum stellato sedet solio?

¶ Octaua clausula.



Dixitq; preterea dominus ad Moysen: Hec dices filijs Israel: Uos vidistis/ q; de celo locutus sim vobis: Non facietis deos argēteos/ nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: et offeretis super eo holocausta/ et pacifica vestra: oues vestras et boues in omni loco/ in quo memoria fuerit nominis mei. Ueniā ad te/ et benedicam tibi. Qd si altare lapideū feceris mihi/ nō edificabis illud de sectis lapidibus. Si enim leuaueris cultrum super eo/ polluetur. Non ascendes per gradus ad altare meum/ ne reueletur turpitudo tua.

¶ Historialiter postq; in precedenti clausula sanctus et maximus ille propheta dn̄i Moyses locut⁹ est de maximo timore quē incussit dominus filijs Israel post legis dationē: hic consequenter refert aliud p̄ceptum sibi datum ab eodē dn̄o deo/ et signāter circa vitationē idololatrie/ dicens ei: Hec dices filijs Israel. Ideo autē sepe dn̄s sic ad Moysen loqtur: quia hūc populum specialiter diligebat/ quem pre ceteris nationib⁹ elegerat: et eū pre alijs instruere ad specialem cultum volebat: Uos vidistis/ scilicet p experientiā: q; de celo locutus sim vobis. Non quidem in propria persona/ sed per angelum s̄m August. vt superius frequēter dictum est. Et accipitur hic celum pro celo aereo: quia illa vox formabat in cacumine mōtis Sinay: Nō facietis deos argēteos/ nec deos aureos facietis vobis. Quāuis enim dominus in princip. huius. c. prohibuerit idololatriam: hic tamē iterū prohibet eam/ atq; in pluribus alijs locis sacre scripture: vt talis p̄hibitio magis ac magis imprimeretur metibus Hebreorum. Sciebat eīn dn̄s/ qui nihil ignorat/ talem populum valde pronum ad idololatriam: et hoc propter ea que viderat in terra Egypti: Altare de terra facietis mihi. Sed cur hoc/ dicetur in deductione tertij dubij. Et offeretis super eo holocausta et pacifica vr̄a. Quo etiam ista duo differant/ dicet in sequentibus. Sequitur: In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei. Ille locus sacrificij: vt dicit magister Nicolaus de Lyra/ non poterat esse nisi vnus: ad vitandum periculum idololatrie/ ad quā populus Hebreorum erat p̄nus: ad quam de facili declinassent/ si vbique licuisset sacrificare. Si autē aliqui sancti sacrificauerūt alibi/ hoc fuit ex causa speciali/ et diuina reuelatiōe: sicut Dauid in mōte Moria/ anteq; templum ibi fundaretur/ p̄pē apparitionē angeli ibi factā: vt legitur. ij. Reg. xxiiij. Item Helias in monte Carmeli/ ad conuincendū prophetas Baal: vt legitur. iij. Reg. xviij. Locus

autem

autem deputatus diuino sacrificio (post ingressum filiorum Israel in terram promissionis) primo fuit in Sylo: vbi fuit tabernaculum positum: et altare holocaustorum: destructa Sylo translatum est in Nobe: et destructa Nobe per Saulem translatum est in Gabaon. Postea vero in Hierusalem: vbi fuit fundatum templum. Nihilominus in singulis vrbibus erant quedam loca: que dicebantur synagoge: in quibus populus Hebreorum conueniebat ad laudandum deum: et ad audiendum legem omni die sabbati. Et sic patet de loco in quo erat memoria nominis domini. Sequitur: Quod si altare lapideum &c. Regulariter enim altare debebat fieri de terra: vt dictum est. Quod si lapideum in casu fieret (quod non erat simpliciter prohibitum) tunc non debebat fieri de lapidibus sectis siue dolatis: cuius causa postea dicetur. Quod si leuaueris cultrum super eo. i. gladium quo solent animalia sacrificanda occidi: et sacrificata diuidi: polluetur supple dictum altare. Non enim debebat super altare occidi hostia: sed tamen comburi: vt dicit de Pal. Sequitur: Non ascendes per gradus ad altare meum: ne reueletur turpitudo tua. Istud preceptum concernit sacerdotes: qui habebant accedere ad altare domini. Hic tamen dicit de Lyra: allegando Rabi Sal. quod fiebat quidam ascensus absque gradibus: per quem paulatim ascendebant sacerdotes: et presertim quando huiusmodi altare erat ita altum quod sacerdotes sine tali ascensu non poterant ministrare super altare. De illo autem verbo: Ne reueletur turpitudo tua: dicetur sub vltimo dubio.

¶ Circa autem hunc tertium mouentur quedam dubia.

¶ Primum igitur dubium versatur circa illud: Non facietis deos argenteos: nec deos aureos. Queritur ergo cur preponitur: deos argenteos: cum aurum sit preciosius metallum quam argentum? Respondeo: ideo argentum preponitur: quia communius: et non quia preciosius.

¶ Secundum dubium: Quare specialiter prohibet dominus ne fiant dij argentei siue aurei? Nonne sufficienter in principio huius capituli prohibuerat idolatriam: dicens: Non facies tibi sculptile &c. Dicendum quod preter rationem assignatam immediate supra in expositione litere: possumus assignare talem rationem: Superius enim simpliciter prohibitum est sculptile adorari: quia tamen aliqui possent credere quod sculptile ratione preciositatis materie aliquid numinis sortiretur: sicut hodie vetule instantius adorant et colunt imagines preciosiores. Ideo istud remouet dominus per Moysen dicens: Non facietis deos &c.

¶ Tertium dubium: Cur dominus sibi precepit fieri altare de terra: et non potius aureum: vel argenteum? Ad hoc dicit Andreas: ne populus simplex propter fulgorem aureum vel argenteum: crederet deum esse adorandum: et non propter se. Veruntamen altare thimiamatis: fuit aureum: saltim desuper: vt dicetur in seq. xxxvij. c. Non enim de illo altari

altari erat periculum: cum ad illud non intraret populus, sed tantum sacerdotes. Uel dic ꝙ illud precepit dominus, in detestationem idololatrie: quia idololatre faciebant altaria valde solemnia de metallis et marmoribus. Uel dic, ꝙ hoc solum intelligitur de altari holocausti, super quod cremabantur hostie: quia altare incensi fuit de lignis Sethim, opertum etiam auro: vt habetur in seq. xxx. cap. Ideo sequitur: Et offeretis super illud holocausta.

¶ Quartum dubium: Quomodo differunt holocausta, et pacifica, duo genera sacrificiorum? Dicendum, ꝙ larga erat antiquitus inter hec duo differentia. Nam holocausta erant victime que fiebant domino, que totaliter incendebantur ad honorem dei. Pacifica vero erant victime que offerebantur domino pro aliquo beneficio obtento a deo, vel obtinendo. Quorum pacificorum vna pars incendebatur, altera autem pars erat sacerdotis, et altera reddebatur offerenti vel offerentibus, qui simul eam comedebant. Et quia tales comessationes solent homines reconciliare: propter hoc dicebantur pacifica. Proprie tamen secundum dominum Hug. card. pacifica dicebantur, que fiebant pro pace habenda, vel conseruanda.

¶ Quintum dubium oritur propter illud verbum: Quod si altare lapideum feceris mihi non etc. Queritur ergo cur ita precepit dominus? Dicendum, ꝙ ideo ne populus crederet ꝙ propter pulchritudinem altaris ipsum esset colendum, et non propter seipsum dominum: sicut de altari fabricando de terra, iam dictum est. Uel dic ꝙ hoc fiebat in detestationem idololatrie. Nam idololatre fabricabant altaria valde exquisita et ornata: vt dictum est. Ne ergo per talem exquisitam formam et politionem altaris populus Hebreorum induceretur more gentilium ad idololatriam, illud prohibuit dominus. Uel ne induceretur ad sculpendum imagines. Et quod hic dictum est, ꝙ altare holocaustorum debebat esse de terra, vel de lapidibus non sectis: non est contra illud quod dicitur in sequenti. xxvi. c. Ibi enim precipitur, ꝙ altare holocaustorum deberet fieri de lignis Sethim, opertis ere. Quia illud altare similiter fuit de terra quantum ad principale: deinde aliqua ad illud addita sunt: vt dicetur ibidem.

¶ Sextum dubium mouetur propter illud vltimum verbum: ne reueletur turpitudo tua. Queritur ergo cur hoc precipitur, maxime cum dicatur in sequen. xxviij. c. ꝙ sacerdos offerens sacrificium domino, debebat habere feminalia linea, cooperientia carnem turpitudinis sue, a renibus vsque ad femora: et vtentur eis Aaron et filij eius quando ingredientur tabernaculum testimonij. Uel quando appropinquant altari, vt ministrent in sanctuario. Ex quibus verbis patet, ꝙ non poterat videri turpitudo sacerdotis ascendentis ad altare domini. Ad hoc potest dici, ꝙ quando hoc dictum est, vsus feminalium nondum erat introductus. Postea autem fuit iniunctus et introductus sacerdotibus, quan-

do

do ministrarent: ⁊ de hoc intelligitur illud ca. xxviij. Et ut dicunt aliqui, hoc fuit ordinatū in detestationē idololatrie: quia in sacris Priapi sacerdotes idolorum ascendebāt per gradus ad altare illius. Et tūc in alto positi unde poterant a circumstantibus verenda eorum videri, discooperiebant sua verenda: quod erat valde turpe ⁊ inhonestū. hec sunt rescidēda. Priapus autem fuit quidā iuuenis, qui a gētilibus fuit reputatus inter deos, propter insolitā magnitudinem mēbri uiralis. Nā omne quod erat insolitum, reputabant gentiles quoddā diuinum. Dicebatur autem iste Priapus deus hortorum, propter fecunditatem, que designabatur in membro predicto generationis. Iudei autem (ut sepe dictū est) erāt proni ad idololatriā, ⁊ ideo in hoc ⁊ in aliis que pertinent ad cultum dei: ⁊ ad obseruātias cerimoniales, elōgabātur a ritu idololatrarū, per hoc quod contrarii modi illis precipiebantur: ut patet cum dicitur, Nō ascēdes per gradus ad altare meum: ne reueletur ⁊c. Uel dicendum conformiter ad dominum cardi. quod hic prohibet dominus fieri gradus perpetuos, ⁊ altari immobiliter adherentes: sed non prohibet scabellū supponi pedibus sacerdotis uolētis immolare, maxime ubi aliter nō potuisset immolare propter sui paruitatem, et altaris altitudinem. Et de illo scabello forte intelligitur illud quod legitur in seq. xxviij. c. cum dicitur, quod sacerdos quādo immolabat, ascendebat per gradus propter altaris altitudinē. Uel forte (inquit idem Cardin.) non spiritualiter intelligitur hec prohibitio graduum altaris.

¶ Moraliter ⁊ primo: ⁊ cōformiter ad fratrem Petrum Berchoriē. diui ordinis sancti Benedicti: per altare quod erat de terra, uel de lapidibus insectis faciēdum, possumus intelligere uirum ecclesiasticū, ⁊ signāter prelatum. Nam in tali altari debet sacrificium laudis ⁊ iustitie pre ceteris immolari. Altare uero talis debet esse de terra per humilitatem. Itē de lapidibus per constantie firmitatem. Insectus ⁊ impolitus per gestus ⁊ habitus ruditatem, ⁊ per bone fidei simplicitatem: sine gradibus factus, per accessus facilitatem. Ferrum enim crudelitatis non debet istum tangere: nec multi gradus, id est, multi intermedii familiares ianitores uel cubicularii debent accessum ad ipsum impedire, quinimmo semper se debet ad audiendum conquerentes, ⁊ ad subueniendū indigentibus promptum ⁊ facilem exhibere. Nam turpitudo ministrantium, scilicet simonia ⁊ superbia, personarum acceptio quotidie conspicitur, quando multi gradus ianue ⁊ diuerticula sunt ante altare: id est quando ad prelatum uel principem difficilis accessus inuenitur. Quilibet enim istorum solet pro dādo ingressu aliquid extorquere: ⁊ sic solent tales simoniam uel auaritiam cōmittere. Propter que necesse est ministrantium turpitudinem uidere uel apparere.

Mora=

¶ Moraliter & secũdo: ſm eũdem Petrũ Comeſt. per hoc q altare de inſectis & impolitis lapidib⁹ debebat antiquitus fieri: denotatur q deus in electionibus vel aſſumptionibus plaetorum quorumcunq; nõ vult q attendat generis nobilitas: ſiue corporis eleganria: aut diuitiarum copia: ſiue ſanguinis affinitas: aut aliquid ſimile qd nõ confert ad idoneitatẽ pſone. Hec enim omnia pertinent ad acceptionem perſonarũ: q vitioſa eſt in hac materia. Uult ergo deus illos qui ſunt de terra: id eſt de infimo ſtatu & paupere: & q ſunt impoliti: ſiue inſecti. i. rudes: ſimplices: & in magnis non ambulantes: ad altaria ſua: id eſt in prelatos eligi & aſſumi: atq; alijs altiorib⁹ & nobilioribus antepom: dummodo alias ſint idonei. Sicut apparuit in Apoſtolis & in primitiuis fundatoribus eccleſie. Nota de beato Nicolao. Item de beato Martino: qui erat ſatis abiecte figure. Hinc Apoſ. ij. Corint. j. ait: Uidete fratres vocationem veſtram: quia non multi ſapientes ſm carnem: nõ multi potentes: non multi nobiles: ſed que ſtulta ſunt mundi elegit deus: vt cõfundat fortia &c. Nõ vult etiam dominus q tale altare. i. prelat⁹: grad⁹ habeat. i. q gradus conſanguinitatis vel mundane nobilitatis attendat: ſed ſine perſonarum acceptiõe & affectione ad iuſtitiam: & ad eccleſie promotiones omnes idoneos indifferenter admittat. In cuius figuram dicitur Deutero. j. Siue ciuis ſit ille: ſiue peregrinus: nulla erit diſtinctio perſonarum. Hodie tamẽ multis magis placet canticum graduũ: q quodcunq; aliquod aliud diuinum officium.

¶ Moraliter et tertio: Altare eſt mẽs humana: vbi ſacrificiũ laudis: & ſpiritus contribulati domino immolat. Lapides autem qui huiõi altare cõſtituũt: ſunt opera bona. Sectio autẽ ſeu politio: que ad hoc ſolum fiunt vt videatur. In cuius ſignum lapides fundamenti qui videri non habent: nullatenus poliũtur: ſignificat appetitum humane laudis. Uult ergo dominus q altare ſuum: id eſt cõſcientia viri iuſti: lapides ſectos & politos non habeat: id eſt: q opera oculis hominum placentia non requirat: ſed potius de terra & de inſectis lapidib⁹: id eſt: de humilibus ſine curioſa vanitate operibus huiuſmodi ſibi fiat. Unde Mat. vj. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis.

¶ Moraliter & quarto. Altare eſt fides: ad quam non eſt per gradus aſcendendum: q: gradus maioritatis & minoritatis non ſunt ponendi in fide trinitatis: ſicut tales poſuit Arri⁹: qui poſuit patrem deũ: & filiũ creaturam. Cuius ſcilicet turpitudo apparuit: inquãtũ (ſm hiſtoriam tripartitã) apud Cõſtantinopolim in latrina venter eius crepuit. Uel cuius turpitudo: id eſt hereſis nephandiſſima: manifeſtatur: & eius vituperium ꝓprobatur. Hec etiã hereſis proceſſit ex defectu diſcernẽdi diuinitatem ab humanitate

ritate in Christo. Unde Athanasius in symbolo de Christo loquens ait: Equalis patri secundū diuinitatem: minor patre secūdū humanitatem. Ad quem sensum loquitur idem Christus Jo.j. dicēs: Pater maior me est.

¶ Moraliter et quinto, iuxta illud verbū: Nō facietis deos argenteos nec deos aureos facietis vobis. Huius precepti domini contrariū faciunt cupidi et auari qui totam spem suam ponunt in talibus: cū tamē sāctus Job dicat. xxxj.ca. Si putaui aurū robur meū, et si obrizo dixi: fiducia mea etc. Et nota q hic ponitur si pro non.

¶ Moraliter et sexto, iuxta illud: Altare de terra facietis mihi etc. Notandū q per terrā (q est infimū elementū) humilitas designatur: in qua deo facta oblatio acceptatur. Unde Dan.ij. In animo contrito et spiritu hūilitatis suscipiamur a te etc.

¶ Moraliter et septimo, iuxta illud: Qd si altare lapideū feceris mihi non edificabis illud de lapidibus sectis. Notandū cōformiter ad de Lyra q per firmitatem lapidū firmitas fidei designatur. Et quoniam sunt plures articuli fidei: ideo dicitur de lapidibus in plurali. Et quia sunt integre tenendi, sicut tenet ecclesia absq scissiōe heretica vel schismatica: ideo dicitur, Non edificabis illud de sectis lapidibus: cuius contrarium faciunt heretici et schismatici.

¶ Moraliter et octauo, iuxta illud: Non ascendes per gradus ad altare meum: ne etc. Notandum (vt tam in parte dictū est) q illi ascendunt per gradus ad altare domini, qui per gradus consanguinitatis vel affinitatis perueniūt ad ecclesiastica beneficia, contra illud Psalmi. in persona domini: Nō congregabo conuenticula eorum de sanguinibus. Non est ergo sic ascendendum: sed per vocationem dei: et hoc ne reueletur turpitudo tua: id est, peccatum tuum i iudicio. Uel ne defectus tuus, illi quem habeas, alijs reueletur et manifestetur. Defectus enim caude in simia nō bene apparet, neq turpitudo posteriorū eius, nisi quando ascendit in locū altū: ita multi in statu humili reputantur virtuosi et sciētifici: sed quando ascendunt sursum sup alios, de facili apparet eorum defectus. Propterea in prouerbio dicitur, q nescitur de monacho quid sit, nisi postquam est abbas.

¶ Allegorice et primo iuxta illud: Uos vidistis q de celo locutus sim vobis. Notandum q tunc dominus de celo locutus est hominibus, quando descendit de celo in vterum virginis: et deinde in terris conuersatus est cum hominibus: vt dicitur Abacuch. iii. Psal. De celo intonuit dominus, et altissimus dedit vocem suam. Et Aposto. Hebreo.j. Multipharie multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Et Joan.iij. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo, filius

 filius

filius hominis qui est in celo. Uel per celum intelligitur ecclesia militans: in q̃ fuit Christus quandiu ambulauit passibilis ⁊ mortalis in terris. Et de illo celo locutus est ipse Christus: quandiu predicauit in ipso mundo.

¶ Allegorice ⁊ secūdo: istud possumus exponere de die iudicij. Nam tunc Christus apparebit sursum eleuat⁹: scilicet in celo aereo: ⁊ hoc vt possit ab omnib⁹ videri: et de tali celo loquitur bonis ⁊ malis. Nam dicet bonis: Esuriui: et dedistis mihi manducare. Sitiui: ⁊ dedistis mihi bibere ⁊c̃. Econtra autem dicet malis: Esuriui: et non dedistis mihi manducare ⁊c̃. Psalm. Loquetur ad eos in ira sua: ⁊ in furore suo ⁊c̃. Tunc etiam cessabit o͞is materia idololatrie. Ideo subditur: Nō facietis deos argenteos: nec aureos: quia tūc ista metalla finem habebunt. Insuper ⁊ volūtas tales deos fabricandi ⁊ adorandi: quo ad electos: ⁊ facultas: quo ad reprobos. Taceo de praua eorū voluntate.

¶ Allegorice et tertio: iuxta illud: Altare de terra facietis mihi: et offeretis super ⁊c̃. Notandum q̃ altare (quod vno modo interpretatur alta res) designat Christum: qui fuit et est nunc et semper tam in ecclesia militante: q̃ triumphāte: alta res: quia altissimus dei patris filius: vnigenit⁹: cōsubstantialis et coeternus: ratione diuinitatis. Istud altare est factum de terra: per assumptionem carnis humane. Absit tamen a nobis vt dicamus verbum dei simpliciter factū aut incepisse: nisi eo modo quo dicitur Joannis primo: Uerbum caro factum est: et habitauit in nobis. Super huiusmodi altare offerimus holocausta ⁊ pacifica nostra: id est: preces quas dirigimus ad patrem dicentes in fine collectarum. Per dominum nostrum Jesum Christum ⁊c̃. Fuit etiā illud altare lapideum: quia vt dicitur prime Corinthiorum decimo: Petra erat Christus. iste etiam est lapis quē reprobauerunt edificantes: ⁊ qui tādem factus est in caput anguli: cōiungens in vnitatem fidei Judeos ⁊ Gentiles qui crediderunt. Insuper istud altare fuit de insectis lapidib⁹: quia quod semel assumpsit: nunquā dimisit: vt dicit Damic. Quamuis enim realiter fuerit passus: milites tamen venientes ad eum non fregerunt ei⁹ crura: sicut aliorum latronum: et hoc vt scriptura impleretur: que dicit Exodi. xij. Os non comminuetis ex eo. Unus tantum militum latus eius aperuit: vt dicitur Joānis. xix. Ad istud altare nō est ascendendū per gradus: estimando ipsum minorem patre: vt dictum est: et hoc ex parte diuinitatis.

¶ Anagogice: Istud preceptum: Non facietis deos argēteos: neque aureos: optime obseruatur in patria: vbi nulla idololatria potest habere locum: sed ibi solum adoratur ille qui fecit celum et terrā: mare ⁊ omnia que in eis sunt. Unde Apocalypsis. iiij. dicit Joannes:


annes / ꝙ animalia que vidit
in celo (per que intelliguntur
beati) non habebant requiem
die ac nocte / dicētia: Sanct9/
sanctus/sanctus/dominus de9
omnipotēs: qui erat / ⁊ qui est/
et qui venturus est. Et cum da
rent illa animalia gloriam et
honorem et benedictionem se=
denti super thronum/viuenti
in secula seculorum/procede=
bant vigintiquatuor seniores
(per quos intelligitur multitu
do electorum) ante sedentem
in throno/et adorabant viuen
tem in secula seculorum: ⁊ mit=
tebant coronas suas ante thro
num/dicentes: Dignus es do=
mine de9 noster accipere glo=
riam ⁊ honorem / ⁊ virtutem:
quia tu creasti omnia. Hec ibi.
per que omnia sufficienter in=
sinuatur / ꝙ beati in celo non
adorant deos argenteos/ siue
aureos / sed solum vnum verū
deum. Ibi etiam est altare de
terra: id est / Jesus Christus in
forma humana/licet glorifica=
ta. Psalmist. Eleuata est ma=
gnificentia tua: id est/humani=
tas / in qua multipliciter ma=
gnificatus es in mundo: eleua=
ta est (inquā) super celos deus.
Et nota ꝙ Psalm. loquitur in
spiritu ꝓphetico ad Christum
quem preuidebat. Quemadmo
dum ergo altare materiale so=
let sursum erigi/vt populus vi=
deat sacrificium quod super il=
lud offertur: ita ⁊ Christus/ q̄s=
uis de terra formatus ex parte
humanitatis (vt dictum est) ni=
hilominus gloria ⁊ honore co=
ronatur in celis/ ⁊ constituitur
sup omnia opera domini: id est
super angelos ⁊ homines bea=
tos: vt possit ibi ab omnibus vi=
deri in forma gloriosa. Super
hoc etiā altare ceteri beati of=
ferunt holocausta: qr post deū
patrē se dedicant Christo. Jo.
xvij. Hec est vita eterna/vt co=
gnoscāt te verum deū: ⁊ quem
misisti Jesum Christū. Ibi etiā
offerunt pacifica super idem al
tare/gratias agentes Christo/
qui pacē fecit per angelos an=
nunciari in sua natiuitate. Pa
cem predicauit in hoc mundo/
⁊ pacem reliquit cum exiuit de
hoc mundo. Insuper et pacem
eternam ꝓmisit. Unde de his
duobus ait Christus Jo. xiiij.
Pacem relinquo vobis/pacem
meam (scilicet celestem) do vo
bis: scilicet in spe/ ⁊ tandem in
re. Insuper ipse Christus/q est
in celo tanquam altare lapi=
deum/per beatitudinis solidi=
tatem ⁊ stabilitatem: nō est ibi
edificatum de sectis lapidib9:
quia ibi ītegre est corpus eius
et sanguis: quia totus sanguis
ipsius/pertinens ad perfectio=
nem nature/ qui fuerat in cru=
ce effusus / reassumptus est in
resurrectione/atq cum illo as=
cendit in celum in sua ascensio
ne. Nihil ergo ad integritatem
nature pertinens sectum est a
predicto altari. Neq etiam cul
trū potest sup illo leuari: quia
Christus resurgēs ex mortuis/
iam non moritur: vt habet Ro.
vj. Nō deniq ipse Christus as=
cendit in ipsum celum per gra=
dus/motu progressiuo/sed ele=
uatis manib9 ferebat in celū:
⁊ nubes suscepit eum ab ocu=
lis apostolorum qui presentes

 erant:

erant: vt dicitur Act.j. Et ne tūc appareret turpitudo sua.i. mēbra pudenda: apparuit tūc forte indutus veste alba/ sicut & post resurrectionem indutus apparuit/ quādo discipulis aut mulieribus apparuit. Secus autem in celo/ vbi nihil verecūdū existit: sicut nec in statu innocentie &c.

Exodi vicesimoprimo.

Prima clausula.



Ec sunt iudicia q̄ pones eis: Si emeris seruum hebreum/ sex annis seruiet tibi. In septimo egredietur liber gratis. Cum quali veste intrauerit/ cum tali exeat. Si habens vxorem/ et vxor egredietur simul. Si autem dominus dederit illi vxorē/ & peperit filios & filias/ mulier & liberi eius erunt domini sui. Ille vero exibit cū vestitu suo. Qđ si dixerit seruus/ diligo dominū meum & vxorem ac liberos: nō egrediar liber: offerat eū dominus dijs/ & applicabit ad ostium & postes/ perforabit q; aurem eius subula/ & erit ei seruus in seculū. Si quis vēdiderit filiā suam in famulam: non egredietur sicut ancille exire consueuerūt. Si displicuerit oculis domini sui/ cui tradita fuerit dimittet eā: populo aūt alieno vendendi non habebit potestatem si spreuerit eā. Si aūt filio suo desponderit eam: iuxta morem filiarum faciet illi. Quod si alteram ei acceperit/ prouidebit puelle nuptias & vestimenta/ & precium pudicitie non negabit. Si tria ista non fecerit: egredietur gratis absq; pecunia.

Historialiter postq̄ī precedenti ca. actū est de preceptis moralibus/ datis a deo p Moysen populo hebreo: hic consequenter agit de preceptis iudicialibus datis eidem populo/ que multa sunt: & circa diuersas materias. Et primo agitur de seruo emptitio. Item de filia in famulam vendita: ibi/ Si quis vendiderit filiam suam in famulam &c. Dixit ergo dominus ad Moysen loquēs de populo hebreorū. Hec sunt iudicia que propones eis. Non aūt dixit dominus ad Moysen: Hec sunt iudicia que propones populo: sed eis: q2 ista precepta non tangebant totū populum/ sed illos tantū qui habebant seruos. Nec iterū dixit/ q̄ impones eis: q2 imposita sunt a deo authoritatiue/ et per Moysen tanq̄ per ministrū domini proposita populo. Dicit ergo: Si emeris seruū hebreū &c. Pro intellectu huius textus. Notandum q; homo hebreus emēs seruū hebreū: aut huiusmodi seruus volet exire/ aut non. Si non/ tūc signabatur signo perpetue seruitutis. Si sic: aut talis seruus habet vxorē/ aut nō. Si nō/ tūc egredietur liber cū oibus bonis suis. Si aūt habet vxorē: aut hmōi vxor fuit sibi data a dño suo/ aut nō. Si nō/ tunc

tūc exibit liber cū uxore sua ꝛ filijs. Si sic: tūc solꝰ egredietur / ꝛ uxor remanebit domino cū filijs suis. Dixit ergo dominꝰ: Si emeris seruū Hebreū / qui scilicet prius non erat seruus. Sed postea dictꝰ seruus / a seruiture. Uel dictꝰ seruus / a seruitio alteri facto. s. domino cui incipit seruire: sex annis seruiet tibi. Sed quid iuris si interim intra illos sex annos interuenerit ānꝰ iubileꝰ? Ad hoc dicetur in solutione dubiorū. Sex annis ergo seruiet tibi. i. vsqꝫ ad ānū septimū remissionis. Qꝫ si tempꝰ emptionis minus distet a septimo anno / qui est annus remissionis: non seruiet sex annis / qꝛ illo anno debet egredi liber. Cuiꝰ quidem seruitutis sex annorū ratio est / secundū dominum Petrum de Pal. Quia vita hominis nō est apta laboribus seruitutis / nisi lx. annis: vt in pluribus. Cū autem deo sufficiat decima pars: debet etiam homini sufficere. Decima autem pars de. lx. annis / sunt sex anni. Rationabiliter ergo dicit dominus de seruo / ꝙ sex ānis seruiet domino suo. Sequitur: Cū quali veste intrauerit / cū tali exeat. Hoc autem addidit dominus / ne penuria vestis vel viatici cogeretur apud dominū suum in perpetua seruitute remanere / vel statim se alteri seruituti tradere. Est autem sensus predictorum verborum: Cum quali veste intrauerit ꝛc. id est si cū bona intrauerit / etiam cum bona exeat. Si cum mediocri / etiam cum mediocri exeat. De Lyra autem dicit / ꝙ in Hebreo habetur: In panno suo venit / ꝛ in panno suo exibit. Quod exponunt Hebrei sic: id est si venit solus sine uxore: etiam solꝰ sine uxore exibit. Si habēs uxorem / supple intrauerit: ꝛ uxor egredietur simul. Et idem intelligitur de prole: etiam apud dominū generata / qꝛ partus sequitur ventrem: cū corpꝰ fetus formetur de materia ministrata a matre. Ex parte autem corporis: cōpetit seruitus homini. Si autem dominꝰ dederit ei uxorē / ꝛ peperit filios ꝛ filias: mulier ꝛ liberi eiꝰ erūt domini sui: quia vt dictum est / partus sequitur ventrem: donec supple dicta proles tēpore debito seruierit sex annis / qꝛ tūc exibit si voluerit. Uel nisi interim iubileus intrauerit. Quod si dixerit seruus / adueniente supple anno septimo / Diligo dūm meū / uxorem ac liberos: non egrediar liber. i. volo remanere sub seruitute illiꝰ: offerat eū dn̄s dijs. i. sacerdotibꝰ ꝛ iudicibꝰ: secūdū qꝺ dicitur in sequenti ca. Dijs non detrahes: ꝛ applicabitur ad ostium ꝛ postes. s. tabernaculi / secūdū glo. hoc tamen debebat fieri de mandato ipsorū iudicū. Ibi autem dn̄s eiꝰ perforabit aurē eius subula: ꝛ hoc in signū ꝑpetue obedientie ꝛ seruitutis q̄ ei tenebitur / qꝛ etiā subula ad officiū seruile pertinet. Est enim subula instrumentū quo suuntur sotulares / ꝛ dicitur a suo suis. Et nota ꝙ subula non facit vulnꝰ rotundū qꝺ difficile sanatur: sed aliquātulū oblongū: ꝛ ideo erat cōueniens instrumentū ad ꝑforandū aurē predicti serui.

Et erit seru⁹ i sclm.i.quãdiu viuet: vel scdm alios / vsq ad iubileum.

¶ Sequit: Si qs vẽdiderit filiã zc. Habito igit qd faciẽdũ sit de seruo emptitio: cõseqter agit de filia vendita in famulã. Dicit ergo dñs: Si quis vẽdiderit filiã suã. Rabi Sa. dicit / q ista lex intelligit de filia Hebrea z parua: vtpote q nõdũ attigerat.xij.annos. Nã talis famula poterat exire simpliciter domũ dñi. Non sic autem alie ancille / q scilicet erant de gente aliena / q erãt serue simpliciter. Nõ sic aũt ancille Hebree: qz quantũ ad hoc eadem libertate gaudebãt qua z viri / z adhuc maiori / vt videbitur. Ancille aũt q erant de aliena gente / nõ exibant libere / nisi per fractionẽ dẽtis vel erutionẽ oculi: vt postea dicet. Hoc aũt nõ fiebat filiab⁹ Hebreis. Quinimmo in tali casu dominus talis ancille reddidisset oculũ pro oculo / z dentẽ p dẽte: prout iubebat lex / vt dicit postea i hoc capitulo. Ad hoc enim vendebat vt dñs ei⁹ experiret mores illi⁹: z sic postea acciperet eam in vxorem: vel filio suo eam daret: nisi cõtrarios mores in ea inueniret / vt dicit Ra.Sa. ideo subditur: Si displicuerit oculis domini sui: qz scilicet nõ vult eam in vxorem habere: dimittet eã / etiã ante annum septimũ / si velit. Non tamen poterit in illo casu eam alteri vendere: sed libere eam dimittet abire de domo sua: si spreuerit eam.i. quãuis spreuerit eam.i.humiliauerit / concũbendo cum ea: nec vxorem faciendo. Si autem filio suo desponderit eam. Super quo dicit dominus Hugo Cardi. Nota si quis filiã alterius non sibi sed filio suo emisset: eadem lex erat / z idẽ faciẽdũ. Item nota iuxta illud verbũ: Iuxta morem filiarũ faciet illi.i. sicut filie dotem apponet. Infames enim sũt nuptie sine dote. Tribus aũt modis poterat fieri. Prim⁹ modus / si dñs humiliauerit eam in concubinam.i. non factam vxorem: si postea displiceat ei / prouideat ei dotẽ / z vestem / z virũ / propter humiliationẽ / si nec agnominauerit sibi. Secũdus modus: Si eã in vxorem duxit / et postea ei displicet: iuxta legem vxorem faciat ei.i. non poterit eam dimittere: sine libello repudij: sicut fit vxorib⁹ repudiatis: vt legit Deut.xxiiij. Similiter faciendũ est / si filio suo cõiũxerit in vxorem. Et iste est tertius modus. Si autem ista tria non fecerit.i. nec ipse eã humiliauerit / sine agnominatione / nec filio suo eam dederit in vxorem / ancillarũ more gratis egrediat.i. nec dabat / nec accipiebat precium. Uendere eam vel copulare viro nõ Hebreo / nõ poterat dominus qui emerat eam. Si vero seruo Hebreo copulabat eam: ipsa cum marito suo libera gratis egrediebatur septimo anno. Hec dominus Cardinal. Nota etiam iuxta illud verbum / et precium pudicitie non negabit: q per precium pudicitie intelligit vir / dos / z vestes: de quib⁹ oib⁹ puidebat ei p pcio pudicitie ablate. Uide Leuiti-

ei vicesimoquarto.

¶ Dominus autem Petrus de Pal. clarius perstrigit hũc textum, dicens: Si quis vendiderit filiam suam in concubinam vel ancillam: aut emptor eam humiliavit, aut non. Si sic: aut sumpta est in uxorẽ, aut nõ. Si non: tũc in septimo anno egredietur, sicut alie ancille Hebree exire consueverunt. Sed tamẽ dotem. i. vestes, et nuptias. i. virum, providebit ei pro precio pudicitie. Si aũt alium posuit eam in uxorem: tunc iuxta morem uxorũ faciet ei. i. non dimittet eam nisi cũ libello repudij. Si vero non est hũiliata ab ipso emptore: aut despõsavit eam filio suo, aut non. Si sic: tũc eodem modo faciet ei pro filio, sicut pro se. Si aũt nullum triũ predictorũ fecerit: puta quia nec humiliavit eã, nec uxorem accepit, nec filio suo eam desponsavit: tũc more aliarum ancillarũ septimo anno egredietur gratis: id est sine precio ab emptore sibi dato. Nihilominus accipiat in tali casu quod servus Hebreus accipere solet: scilicet viaticum. Insuper cũ qua veste intravit, cũ tali exeat: ad sensum prius datũ. Et hoc intelligitur quãdo erat empta non ut ancilla, sed ut concubina: et hoc in penam sui peccati. Nam consentiendo in peccatũ, non meretur illud quod pudica ancilla meretur. Qui si ante septimũ annum emptori displicuerit: post tamen illius humilitatem: vendendi eam alij potentiam non habebit: nec preciũ pudicitie ei poterit denegare: ut dicit Comestor. Patet ergo, quod sensus predicti textus talis est: Si quis vendiderit filiam suam in famulam. i. in concubinam: vel ad literam in ancillam: non egredietur supple post sex ãnos sicut alie ancille communiter cõsueverũt egredi. Quia si supple fuerit humiliata, et postea displicuerit oculis domini sui cui tradita fuerat. Dabit ei precium pudicitie sue, et sic dimittet eam, scilicet remuneratã tripliciter: scilicet veste, dote, et viro. Nec hoc est iniustum, etiam si fuerit vendita in concubinam: tum quia pater vendidit eam intentione transeundi in uxorem: tum quia dato quod pater vendiderit eam in concubinam: non potuit de iure eam vendere in talem abusum, nec alter eam emere: sicut nec ad mortem corporalẽ, que minor est quam mors spiritualis peccati concubinatus.

¶ Circa autem hanc clausulã moventur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium: Cur magis assignatur tempus redemptionis servo Hebreo, quam de gente aliena: id est, gentili? Dicendum, quod hoc iussit dominus in signum future redemptionis animarum fiende per Christum: que etsi sufficienter facta sit pro omnibus, directius tamen atque immediatius facta est pro populo Iudeorum. Unde et de illo populo descendit Christus secundum carnem. Iuxta illud Matthei. xv. Non sum (inquit Christus) missus nisi ad oves que perierũt domus Israel.

Propter q̄d dicit Aposto. Ro. xv. Dico Christum Jesum ministrum fuisse circuncisionis.i. apostolum Judeorum/propter veritatem dei: ad cōfirmādas promissiones patrū: scz Abraham ꝛ Dauid/ quibus promissus fuerat Christus. Uel dic q̄ hoc fuit/ quia deus redemit filios Jsrael de seruitute Egypti/vt essent eius serui: et ideo noluit q̄ venderentur simpliciter/ sed solum ad tempus: et ideo non erant ꝓprie serui/ sed quasi mercenarij/ locati ad tēpus: vt dicit de Palude.

¶ Secundum dubiū est de numero sex annorū seruitutis/ q̄bus expiratis recedebat seru⁹ Hebreus liber. Huius contrarium videtur posse trahi ex Leuitico. xxv. ca. Jbi eñi habetur de tali/ q̄ debet seruire domino suo vsq̄ ad annum iubileū. Dicendum/ q̄ annus septimus erat etiam annus iubileus particularis/ q̄uis nō vniuersalis et legalis. Ratio autē propter quam dictus annus septimus poterat dici iubile⁹/ hec erat: quia in eo seruus egrediebat liber: vt dictū est. Fiebat ergo in eo remissio seruitutis/ sed nō remissio vendite hereditatis/ sicut in anno iubileo fiebat.

¶ Tertium dubiū oritur propter illud verbum: Jn septimo egredietur seru⁹ liber gratis. Queritur ergo ex parte cui⁹ attenditur huiusmodi libertas/ siue gratitudo: an scz ex parte dn̄i/ vel serui? Dicendum/ q̄ ex parte serui: ita vt sit sensus/ q̄ adueniente anno septimo/ ipse liber egredietur/ nihil dās domino suo. Non autem attendit et parte domini: quia ad nihil⁹ tenebatur dare ei viaticum/ et expensas/ donec posset procurare de alio domino/ aut vnde viuere posset. Unde lex q̄ scribitur Deute. xv. dicit sic: Cūq̄ venditus tibi fuerit frater tu⁹ Hebre⁹/ aut Hebrea/ ꝛ sex annis seruierit tibi/ septimo anno/ supple inchoante/ dimittes eum liberum: ꝛ quem libertate donaueris/ nequaq̄ vacuū abire patieris: sed dabis viaticum de gregibus ꝛ de area ꝛ torculari tuo/ quibus dominus de⁹ tuus benedixerit tibi. Hec ibi.

¶ Quartum dubiū mouet pro pter illud verbum: Sin autem dominus dederit illi vxorem/ et peperit filios ꝛ filias: mulier et liberi eius erunt domini sui. Jlle vero exibit: sed quomodo hoc? nunq̄d mulier tenetur sequi virum suū? Nō enim habet potestatē sui corporis/ sed vir: vt dicit Apost. i. Corin. vij. Uidetur ergo q̄ in illo casu mulier debeat sequi virum suum egredientem a domo dn̄i sui. Dicendum in primis/ q̄ verbū apostoli non potest preiudicare verbo domini. Secundo dicitur/ q̄ quamuis mulier nō habeat potestatem sui corporis/ quantum ad thorum: veruntamen bene potest habere talem potestatem/ quantū ad seruitutem. Si autē talem ille homo acceperit/ que non possit eū sequi/ sibi debet imputare: quia scienti ꝛ cōsentienti non fit iniuria neq̄ dolus: vt dicitur de regulis iuris/ lib. vj.

¶ Quintum dubiū mouet propter illud verbum: Offerat eū domin⁹ dijs.i. iudicibus et sacerdotibus/

cerdotibus: qui ministrant: vt prius expositũ est. Contra. Nã Deuter.xv. vbi hec lex repetit nulla fit mentio de tali adductione: sed tantum de perforatione auricule sue ad ostium domus domini. Dicendũ: ꝙ sicut inter euangelistas interdũ vnus dicit vnũ: quod alius tacet: nullus tamen contrariatur alteri: ita in ꝓposito: quod hic ponitur de adductione predicti serui ad iudices & sacerdotes tacetur in Deuteronomio.

¶ Sextum dubiũ mouet̃ propter illud verbum: Si quis vendiderit filiam suam &c. Querit̃ ergo: cur hic ponitur specialis lex de filia serua? Nunquid sufficiebat precedẽs lex de seruo: maxime cũ femineũ genus cõcipiatur sub masculino. Videt̃ ergo hec lex: de filia vendita in famulam: superflua. Dicẽdum: ꝙ non est superflua. Pro quo notandum: ꝙ filia poterat dupliciter vendi et emi. Primo modo in seruitutẽ: sicut & vir: & quantũ ad hoc simile est de ea sicut de seruo. Secundo modo in concubinam: quod hic honestius dicitur in famulã: & de tali venditione loquit̃ ista lex specialiter. Dicit etiã hic Josephus ꝙ sicut lex de libello repudij permissa fuit: ꝓpter pronitatem Judeorũ ad vxoricidium: ita et lex de concubina hic permittitur: propter ipsorũ immoderatã libidinem. Sed cõtra hoc est: qd̃ dicitur Deutero.xxiij. Nõ erit meretrix de filiabus Jsrael: nec scortator de filijs Jsrael. Non ergo lex permittit cõcubinatũ: que ita expresse ipsum prohibet. Resolutorie ergo dicit dñs Petrus de Pal. ꝙ hic non permittitur venditio filie in concubinã: cũ hoc sit contra vitam spiritualẽ filie: quã pater magis tenetur custodire: ꝙ̃ vitam corporalẽ. Sed lex dicit: quid iuris si cõtingat talis venditio: sicut in sequentibus dicit: quid iuris si quis percutiat patrẽ suũ? Et sic patet: ꝙ ista lex non est superflua: q2 ponitur propter casum qui potest contingere ex parte ancille. Non aũt ex parte serui. Vnde sic debet intelligi: Quid iuris si emptor vel filius eius ancillam humiliauerit. i. carnaliter cognouerit?

¶ Septimum dubium: vtrũ ancilla non cognita posset vendi ante septimũ annũ. Ad hoc dicit Andreas: prout recitat de Pal. ꝙ sic: & similiter concubina et seruus. Hoc tamen (inqt) debet intelligi de venditione facta alicui de populo Jsrael: Non autẽ alicui de populo Gẽtili: ne detur illi filie occasio idololatrãdi: ad quod vitium erant valde proni Jsraelite: vt sepe dictum est.

¶ Octauum dubium mouetur propter illud verbum: Q si alteram ei acceperit: prouidebit puelle nuptias &c. Queritur ergo si mulier in antiqua lege repudiata posset licite alteri viro nubere? Videt̃ ꝙ sic ex istis verbis: et per consequens erit duorum virorum vxor: quod non est licitum. Dicendum: ꝙ istud intelligendum est de repudiata incognita viro: secundum Jsidorum: et ponitur in glo. Alia autem opinio dicit: ꝙ diuina auctoritate repu

diata

dicta poterat alteri viro nubere: et per repudiū erat totaliter liberata a lege viri prioris ex diuina dispensatione: et per consequens non peccabat alteri nubendo: quia mandat dominus ꝙ prouideatur puelle de nuptijs. Nunc autē licuit ꝙ eadē mulier simul esset vxor duorum virorum.

¶ Nonum dubium / vtrum in antiqua lege bono iure posset pater vendere filium suum aut filiam / in seruū aut ancillam? Videtur primum: quia hoc ptinet ad ius principatus / quod habet dominus in seruū suum / sicut dicit philosophus .j. Politic. Dicendū ꝙ sicut iam dictum est / Hebreus nō poterat vendi simpliciter / sed tantum ad tempus: propter rationem assignatam. Permittebat autem lex / vt pater in casu necessitatis posset vendere filium suum / aut filiam in seruitutem ad temp⁹ / sicut etiam seipsum.

¶ Moraliter et primo / p seruū intelligitur peccator: iuxta illud Joan. viij. qui facit peccatum / seru⁹ est peccati. Per hoc autē ꝙ anno septimo exibat liber: denotat ꝙ qui prius subiacuit peccato / tandem mediātibus septē donis spiritussancti disponit ad exitum prioris seruitutis: que formaliter fit p gratiā spūssancti / sed p Christū in genere cause meritorie. Joan. viij. Si filius vos liberauerit / vere liberi eritis.

¶ Moraliter et secundo: iuxta eundē textū. Notandū / ꝙ ista lex que dicit de seruo / ꝙ debet exire liber anno septimo / militat cōtra nonnullos Christianos / q̄ alios Christianos tenēt sub seruitute p totū tēpus vite sue: qđ ad magnā crudelitatē pertinet. Nam et talis seruitus videt adhuc derelicta ex antiquo ritu gentiliū / qui ad Christianitatem trāseuntes noluerunt renunciare predicto iuri: ita vt videant adhuc aliqđ habere de farina Egypti. Et licet hoc multū reprehensibile videatur in dominis laicis / grauius tamen in clericis et ecclesiasticis. Nā omnes tales sunt crudeliores Judeis: vt patet ex dictis. Nihilominus talis seruitus est patienter tolleranda ab ipsis seruis / dicēte Apostolo. Ephe. vj. Serui obedite dominis carnalib⁹ cum timore et tremore / in simplicitate cordis vestri sicut Christo: nō ad oculum seruientes. Item Col. iij. Serui obedite p omnia dominis carnalib⁹ etc. et hoc ideo / ne nomen domini et doctrina blasphemetur.

¶ Moraliter et tertio / et cōformiter ad Petrū de Pal. seruus Hebreus est quilibet deuotus penitēs / emptus pcio magno: q2 precio sanguinis Jesu Christi. Talis autē seruus / q̄diu viuit in hac valle miserie / debet deo seruire: qđ significat p sex annos. Tandē autē septimo anno. i. occurrēte morte / egredietur liber a mūdana seruitute / et hoc gratis: q2 totū gratie dei attribuendū ē. Qđ autē subdit: Cū quali veste intrauerit / cum tali exeat: referendū est ad vestem charitatis / q̄ est vestis nuptialis: et cū qua quilibet Christianus intrat ecclesiā militātem in baptismo: cū tali etiam debet

debet exire i mortis articulo/ et intrare ecclesiã triũphantẽ/ ne forte improperetur ei illud Mat. xxij. Amice quomodo huc intrasti nõ habẽs vestẽ nuptialẽ? quo obmutescẽte dicat rex ministris: Ligatis manib⁹ ꝛ pedib⁹ mittite eũ i tenebras exteriores/ vbi erit fletus/ ꝛ cetera.

¶ Moraliť ꝛ quarto predictũ verbũ: Cũ qua venit ꝛc. Merito potest retorqueri cõtra multos dños ꝛ dñas/ male remunerãtes seruos ꝛ ancillas sibi famulantes/ quos plerũqꝫ emittũt pauperiores ꝙ fuerint ingressi. Et qḋ deteri⁹ est: interdum imponũt eis furta ꝛ latrocinia: vt velent malitiã suam. Quo fit vt tanꝙ infames apud multos iniuste habeanť/ qḋ deterius est: qꝛ vt dicit Anaclet⁹ papa/ et ponit.vj.q.j.deteriores. Deteriores sunt ꝗ vitã moresqꝫ corrũpunt/ his ꝗ substãtias aliorũ/ prediaqꝫ diripiũt. Ipsi eñ ea que extra nos sunt/ (licet nr̃a sint) auferũt. Nostri aũt detractores/ ꝛ morũ corruptores/ proprie nosipsos decipiũt: ꝛ ideo iuste infames sũt/ et merito ab ecclesia extores fiunt. Hec ibi.

¶ Moraliter ꝛ quito/ ꝛ cõformiť ad fratrẽ Petrũ Berchorieñ. per seruũ Hebreũ/ qui occurrente anno septimo sue seruitutis poterat egredi/ si vellet. Qꝫ si diligẽs dñm suũ egredi nollet/ sed magis vellet in seruitute manere: tunc debebat adduci ad ostium tabernaculi coram dijs/ ꝛ debebat perforari auris eius subula: et sic fiebat seruus eius sempitern⁹. Per talem (inꝗ) seruũ intelligiť religiosus/ qui de libertate mundi intrauit seruitutẽ religionis. Qꝫ si talis seruus intra annũ probatiõis velit exire liber: ꝛ in nullo religioni in futurum astrictus: hoc vtiqꝫ potest. Et tunc vestes.i.bona tẽporalia/ si que secũ a principio attulerat/ eadem repetere potest tanꝙ sua: similiter et vxorem.i. libertatẽ/ vel facultatẽ nubendi. Qꝫ si vult manere in tali seruitute/ nec velit ad mũdum redire: tunc debet applicari dijs .i. patribus religiõis/ ꝛ signãter prelato/ ꝗ debet eũ sistere ad ostiũ tabernaculi.i. ad consideratiõnẽ ꝛ affectionẽ tabernaculi celestis inuitare: ꝛ sic voto emisso sctẽ religiõis/ debet perpetuo manere in dei seruitute. Vñ dicit Exod.xxix. Erũt sacerdotes domini in religione perpetua.

¶ Moraliter ꝛ sexto/ per seruũ egredientem de seruitute dñi sui: intelligiť peccator egrediens per verã penitentiã de seruitute diaboli: vt dictum est. Per illũ aũt ꝗ nõ vult egredi: sed dicit/ nõ egrediar liber: designatur peccator obstinat⁹ in malitia sua: cuius vxor est iniquitas/ cum qua semper vult manere: et filij sunt mala opera/ in quibus intendit sine fine perseuerare. Talis ergo merito manet seruus diaboli/ tam in presenti/ ꝙ in futuro. Unde Hiere. xvij. talibus loquens dominus ait: Eijciam vos de terra hac in terram quã ignoratis/ et seruietis ibi dijs alienis/ qui non dabunt vobis requiem die ac nocte.

Moraliter

¶ Moraliter et septimo / vxor que marito recedente poterat manere cum filijs suis in domo domini: et presertim si dict9 dominus dedisset eam seruo ingresso suã seruitutẽ: designat gloriam et laudem consurgentem ex bonis operibus / que totaliter deo dedicanda est / et nõ nobis. Unde Psal. Non nobis domine / nõ nobis / sed nomini tuo da gloriã. Cuius ratio est / quia principalis causa boni operis in nobis / de9 est. Nos autem non sumus nisi conditores / et causa secũda: et breuiter vt dicit Augustinus / in bonis operib9 tota ratio facti / est potentia facientis dei. Per hoc autem / quod vxor serui quandoque sequebatur eũ cum filijs egredientem domum domini sui / et presertim si cũ vxore fuisset ingressus seruitutem illius: designatur quod nobis recedentibus de domo huius mundi per mortem: conscientia quã prius habuimus (que per vxorem significatur) similiter et bona opera que prius egimus sequentur nos pergentes ante conspectũ eterni iudicis: iuxta illud Apocalyps. xiiij. Opera illorum sequuntur illos. Et nota quod Joãnes ibi loquitur de morientibus in domino: id est / in fide Jesu Christi.

¶ Allegorice et primo: Hunc textum exponit dominus Petrus de Pal. de Christo / dicẽs quod hec vox: Si emeris seruum Hebreum etc. est vox dei patris ad filium. Nam dictus filius emit seruum Hebreum / quando humanum genus ad sibi seruiẽdum sumit / et vt transiret ex hoc mundo ad patrem / suo precioso sanguine redemit: de quo Paulus j. Corinthior. vij. Empti estis precio magno. Item. j. Petri. j. redempti estis precioso sanguine agni etc. Itẽ Joannes Apocalyp. v. Redemisti nos domine deus in sanguine tuo ex omni tribu etc. Ecce igitur quomodo Christus / tanquam magnus domin9 / et laudabilis nimis / emit genus humanum in seruum: qui quidem seruus debet illi seruire sex annis: id est / toto decursu vite p̃sentis. Quicunque autem sic sibi seruierit: talis in septimo anno / id est / post huius vite decursum / egredietur de hoc mundo liber / libertatem glorie celestis ingrediẽdo. Ueruntamen vxor eius / id est caro: adhuc poterit manere in domo domini: id est in terra / vsque ad resurrectionem generalem / spiritu alta petente. Unde in figura huius antiquitus fuit Judeis preceptum / vt sex diebus operarentur: septimo autem die ab omni opere cessarent et quiescerent / scilicet die sabbati. Unde et sabbatum requies interpretatur.

¶ Allegorice et secundo / Per seruum Hebreũ possumus intelligere Moysen / qui etiã Hebreus fuit. Iste autem seruus Hebreus factus est quasi sponsus synagoge / sicut et moderni prelati sponsi ecclesiarum suarum dicuntur. Unde et in signũ huius datur eis annulus in ipsorum consecratione / nec possunt spõsam suam dimittere sine dispensatione sedis apostolice. Sed quid est quod talis sponsus Hebreus / post prefixum tẽpus

pus poterat cum vxore et liberis exire domum domini sui: nisi quod adueniente vero sponso Iesu Christo Moyses (quantum ad cerimonialia / que figuralia erant eorum que geruntur in nouo testamento) egressus est de domo domini: id est / de ecclesia: quia talia non solum cessauerunt / verumetiam et mortifera censentur. In cuius figuram dictum est Abrahe Gen. xxi. et recitatur ab Apost. Gal. iiij. Ejice ancillam et filium eius .i. synagogam cum cerimonijs suis.

¶ Allegorice et tertio / et conformiter ad vtramque glossam: ordinariam scilicet et interlinea. Per sex annos seruitutis designatur vita actiua / que debet diu exerceri: quia per totum tempus vite presentis. Qua consummata in bono opere / exit homo de presenti seculo nequam / et intrat celestem gloriam: vbi est maxima libertas / et vbi viuitur in maxima contemplatione que nullo modo impeditur / aut retardatur. Hinc de Magdalena / per quam hec vita designatur / dicitur Luc. decimo: Maria optimam partem elegit / que non auferetur ab ea. De Martha vero / per quam vita actiua significatur / premittitur ibidem a Christo: Martha / Martha / solicita es / et turbaris erga plurima. Ecce seruitus vite actiue / que etiam designatur per Lyam / que lippis erat oculis / vbi tamen Rachel erat pulchra facie. Gen. xxix. per quam designatur dulcedo vite contemplatiue: que possidetur in celo. In presenti autem vita (vt dicit Gregor.) vna harum duarum sororum in necessitate est: scilicet actiua / altera autem in voluntate. Nemo enim cognoscens deum ad eius regnum ingreditur / nisi prius bene operetur. Sine contemplatiua vero ingredi possunt / qui bona que operari possunt / non negligunt. Hec ille.

¶ Allegorice et quarto: iuxta illud verbum: Cum quali veste intrauerit / cum tali exeat: notandum quod per vestem in proposito possumus intelligere humanum corpus / quod est quasi vestis anime. Cum hac autem veste intramus hunc mundum dum nascimur: et cum hac similiter exibimus in finali resurrectione. Unde Job. xix. Scio (inquit) quod redemptor meus viuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum / et in carne mea videbo deum saluatorem meum: quem visurus sum &c. scilicet in forma humana. Item Apost. j. Corint. decimoquinto: Hoc (inquit) corpus mortale et corruptibile induet / scilicet in die generalis resurrectionis / immortalitatem et incorruptionem. Patet ergo quod in eadem veste resurgemus. Unde ad hoc persuadendum Augustinus de verbis Apostoli. sermo. xxxiiij. vtitur similitudine arborum / que tempore hyemis spoliantur folijs / que iterum tempore verno vestiuntur floribus et folijs. Item videmus (inquit) semina que iaciuntur in terra primo putrescere / deinde reuiuiscere: et quod satum est et mortuum / resurgit / atque in eadem genera / et in easdem species reformatur: ita in proposito.

Allego-

¶ Allegorice ꝛ.v. iuxta illud: Si filia displicuerit oculis dñi cui tradita fuerit/ dimittet eã: populo autẽ alieno vendẽdi nõ habebit potestatẽ: notandũ ꝙ ꝑ filiã potest intelligi cura parrochialis/ capellania/ siue canonia. Si autẽ talis filia displicuerit oculis dñi cui tradita fuerit: ita vt cum ea habitare non velit/ nec residẽtiã facere: quia forte oporteret eũ cum rusticis morã facere/ qđ nõ cõsueuit: sed magis habitare inter nobiles/ ꝛ ĩ curijs ꝑncipũ ꝛ magnatũ: in tali casu securꝰ est/ vt libere ꝛ gratis dimittat hmõi filiã inter manus collatoris/ aut eã viro idoneo ꝛ q̃ cũ ea habitare sit paratꝰ. Sup oĩa tñ caueat ne eã vẽdat: q: circa hoc nõ habet potestatẽ: eo ꝙ talis vẽditio est a iure ꝓhibita tãꝗ̃ simoniaca. Cõtra qđ faciũt nõnulli q̃ resignãt alijs sua beneficia post expirationẽ certorũ annorũ/ exigentes ab eis certã summã pecunie ꝓ fructibus q̃ interim accident: ita vt vẽdant qđ non est/ quod valde iniustũ est/ scilicet tempus futurum.

¶ Allegorice ꝛ.vj. Filia nõ dãda alieno/ est episcopatꝰ vel abbatia/ siue quodcũq̃ aliud beneficiũ: qđ nulla via dandũ est alieno. Per alienũ aũt (ꝫ glo. interli.) intelligit̃ hereticꝰ/ q̃ est alienus/ tũ a deo/ tũ ab ecclia/ tũ a populo Christiano. Tali igit̃ alieno nõ dꝫ dari filia ꝑdicta. i. ↄmitti ecclia: q: oĩs talis ꝑcisus est ab vnitate ecclie: vt habet̃. iiij. q. iij. c. j. Est etiã q̃ debet talis excõicatus ipso iure: vt notat̃. xxiiij. q. j. Acacius. et duobus. c. seq. Et per cõsequẽs est incapax cuiuscũq̃ dignitatis ecclesiastice/ siue beneficij.

¶ Anagogice/ Per seruũ emptitiũ intelligit̃ spũs malignꝰ/ quẽ emerat sibi dñs ꝑusq̃ peccare: in seruũ: ꝛ hoc optimo iure/ scꝫ iure creationis. Unde in principio sui esse/ bene ꝛ laudabiliter seruiuit dño suo: sed statim post posuit obicẽ peccãdo/ ne in eternũ ꝑmaneret a ꝑdicto dño. Tãdem cũ quali veste intrauerat/ scꝫ celũ: cũ tali egressus est. Et hoc ꝫm opinionẽ illorum qui dicũt demonẽ fuisse creatũ a deo in puris naturalibꝰ/ ꝛ absq̃ grã. Cũ talibꝰ igit̃ naturalibꝰ ingressus est celũ/ seclusa tamẽ dei visione beatifica/ ꝛ cum talibꝰ egressus est. Unde Dionysiꝰ. iiij. c. de diuinis noibꝰ/ dicit: ꝙ data sũt aliqua dona ipis demonibꝰ a ꝑncipio: q̃ nequaq̃ mutata esse dicimus/ sed sunt integra ꝛ splẽdidissima. Hec autẽ sunt naturalia dona. Exiuit etiã cũ vxore sua ꝛ filijs. i. cũ supbia vel iniquitate/ ꝛ malis operibꝰ. Et q: cõtẽpsit libertatem grẽ ꝛ glorie: ideo vtraq̃ merito ꝑuatus est/ ꝛ manet in perpetua seruitute peccati ꝛ pene. Similr̃ ꝑ filiam vẽditã in famulã/ ꝛ nõ egredientẽ sicut alie ancille exire cõsueuerunt: põt intelligi natura mali angeli/ que exigẽtibꝰ suis peccatis vẽdita est. i. obligata ꝑpetue pene. Nõ tamẽ vt mali hoies: q: q̃ꝑmũ illa peccauit/ tã cito dãnata fuit. Nõ sic autẽ accidit de hominibꝰ malis/ sed illos expectat deꝰ ad penitentiã vsq̃ ad mortẽ. Ideo dicit Dañ. ꝙ id qđ est in angelis casus/ in hoibus est mors.

Secunda

¶ Secunda clausula.



Ui percusserit hominē volens occidere: morte moriatur. Qui autem non est insidiatus/ sed deus tradidit illū in man⁹ eius: constituā tibi locum in q̄ fugere debeat. Si quis per industriam occiderit proximum suum/ et per insidias: ab altari meo euelles eū/ vt moriatur.

¶ Historialiter. Postquam in precedēti clausula famul⁹ domini Moyses egit de primo p̄cepto iudiciali/ quod respicit seruitutem: hic consequenter agit de alio/ quod cōcernit homicidium/ dicens: Qui percusserit hominem ⁊c. Pro intellectu autem huius textus/ notandum ꝙ quis potest proximum suum occidere tribus modis: ⁊ ad hos modos conformiter ponunt tres leges. Primo modo igitur quis potest alium hominem occidere voluntarie/ et ex proposito. Et tunc ponitur prima lex/ que dicit: Qui percusserit hominem/ volens occidere: voluntate supple concomitante actum illū: ne obijciatur cōtra talem ꝙ aliquando habuit odium mortale cōtra occisum/ quem forte a casu occidit/ nec parauit insidias/ vt occideret eum. Qui ergo taliter volens (vt premissum est) hominē occiderit: morte moriatur. Secūdo modo potest quis alium occidere casualiter/ et non data opera. Et de tali subditur in textu: Qui autem non est insidiatus/ supple vite alteri⁹/ sicut patet de proijciēte sagittā in loco per quem homines nō consueuerūt transire: et tamen a casu transit quis qui occiditur. Nam ⁊ si in eo fuerit volūtas proijciendi sagittam: non tamen occidendi transeūtem: sed deus tradidit illum in manus ei⁹. Quod dicitur/ secundū August. in glo. ordi. q2 tantummodo deus hoc facit. Cū enim nolens quis occidit/ vel ministeriū deo prebens sicut iudex/ vel sue iniquitati seruiens: et tunc in eodem facto deus de occulta equitate laudatur/ ⁊ homo de propria iniquitate punitur. Non enim q2 deus proprio filio suo non pepercit/ sed pro nobis omnibus tradidit illum (vt dicit Apost. Roma. viij) ideo Judas iuste tradidit illum. Sequitur: Cōstituam tibi locum/ quo fugere debeas: scilicet ciuitates refugij/ de quibus habetur Nume. xxxv. Itē Deuteronomij. xix. et Josue. xx. Et sic patet de homicidio casuali. Tertio modo potest quis alium occidere voluntate precedente/ et de tali subdit: Si quis per industriā. i. volūtate deliberata/ occiderit proximū suum: ⁊ per insidias: quod additur/ vt monstretur perseuerans malitia illius et occulta: ab altari meo euelles eum vt moriatur/ sicut factum est de Joab. iij. Reg. ij. Et sic patet de expositione literali.

¶ Circa autem hunc textum mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū mouetur

netur propter illud verbum: morte moriatur. Queritur ergo cur cũ duplicitate dr̃ morte moriatur? Sufficiebat enim dicere: vt videtur moriaẗ. Dicendum: q̃ ideo duplicaẗ: vt denotetur q̃ talis moritur dupliciter. s. in corpore & anima: & hoc si nõ peniteat: qꝛ tũc moritur tantũ morte corporali: qꝛ per penitentiam liberatur a morte eternali: dicente domino Ezech. xviij. Si auerterit se impius ab impietate sua &c. Sequitur: Uita viuet & nõ morietur.

¶ Secũdũ dubiũ est de Phinees: qui interfecit in lupanari Madianitẽ: & Hebreũ coeũtem cũ ea: vt legitur Numeri xxv. qui tamen non propterea mortuus est. Dicendum: q̃ ille non fecit contra hanc legẽ iudicialem: qꝛ hoc fecit vt minister legis: & authoritate dei. Nam vt ibidẽ legitur: erat filius Eleazari: filij Aaron sacerdotis: & per consequens habens authoritatem a deo: qꝛ tũc temporis sacerdotes & filij eorum erant iudices. Scd̃o dicit: q̃ hoc fecit zelo dei accensus. Unde postea dicit dñs ad Moysen: Phinees filius Eleazari filij Aarõ sacerdotis: auertit irã meam a filijs Israel: qꝛ zelo meo cõmotus est cõtra eos: vt nõ ipse delerẽ filios Israel in zelo meo. De isto etiam Phinees dixit Mathatias filijs suis: cum appropinquarẽt dies mortis eius: & cõnumerãdo eũ inter viros ꝓbos. j. Machab. ij. Phinees (inq̃t) pater noster zelando zelũ dei accepit testamentũ sacerdotij eterni. Et hoc dictum ad literã refertur ad istud factum.

¶ Tertium dubiũ est de multis regibus & principib⁹: qui liberant homicidas a morte: facientes eis plenariam remissionem. Nunquid ergo faciũt cõtra hanc domini legem? Q̃ si dicatur: q̃ sit reuocata: queriẗ ergo a quo: & quando: & vbi de hoc? Inferior enim iudex non põt reuocare legem superioris: qꝛ in hoc non habet potestatem. De hoc vide in decret. distinct. xxj. inferior. et cap. sequenti. Dicendum in primis: q̃ lex illa fuit specialiter data populo Hebreorum. Propter quod non videtur hodie obligare Christianos: nisi qꝛ fuit postmodum recepta et approbata: tanquam rationabilis. sicut & de ceteris preceptis iudicialibus factum est. Secundo dicitur: q̃ principes catholicĩ possunt hodie epikaisare predictam legẽ: & liberare a morte qui alterum occidit: sed non nisi pro magna causa & vtilitate reipublice. Nullus enim diceret filiũ regis: qui debet patri in regno succedere: pro simplici homicidio hominis rustici plectendũ morte: item cum dicti principes faciunt gratiã alicui homicide: mulctãt eum pena pecuniaria: quã conuertunt in vsus reipublice. Ecce vtilitas inde prouenieus.

¶ Quartũ dubiũ: Cur nõ assignanẗ hodie inter Christianos ciuitates refugij: sicut olim apud Judeos: ad saluãdũ casualiter proximos suos occidentes? Dicendũ: q̃ tunc fuit maior ratio: q̃ nunc. Tunc enĩ nõ

erat

erat nisi vnū templū/in quo ta
les possent saluari: ⁊ ideo pre=
ter huiusmodi templum/ opus
fuit vt essent certe ciuitates.
Hodie aūt apud Christianos
sunt multe ecclesie/ in quibus
possunt saluari/ etiā volūtarij
homicide/ ⁊ alij criminosi: nisi
talia crimina fuerint in eccle-
sia/ aut loco sacro perpetrata:
q2 frustra implorat legis auxi=
liū/ q peccat in legē. Vñ (scdm
Petrū Comest.) qdā dicunt ꝑ
homicidio/ vel furto/ ecclesia
facto/ hominem inde extrahen
dum ⁊ puniendum. Pro huius
materie elucidatiōe/ vide ru-
bricā de immunitate ecclesia-
rum/ in antiquis lib. iij. rubri=
ca. xlix.

¶ Quintū dubiū versaẜ circa
illō verbū: Si q̄s per industriā
occiderit proximū suū/ ⁊ per in
sidias ⁊c̄. Querit quare Dauid
occisus non fuit/ qui insidiose
fecit occidi Vriam suū fidelem
militē. ij. Reg. xi? Modo q fa-
cit ꝑ aliū/ est perinde ac si fa-
ciat ꝑ seipsum: vt dr̄ de regulꝫ
iuris/ lib. vj. Ad hoc dicendū
cōformiter ad Aug. suꝑ Psal.
exponentē illud verbum: Tibi
soli peccaui: ꝙ causa fuit/ quia
superiorem qui eū puniret/ nō
habuit. Et istud est frequenter
occasio magnis personis delin
quendi. Vnde de vnoquoqꝫ ꝓn
cipe nō abutēte libertate sua/
potest dici illō Eccli. xxxj. Po
tuit transgredi/ ⁊ non est trans
gressus: ⁊ facere mala/ ⁊ nō fe-
cit: ideo stabilita sunt bona il-
lius in domino. Qꝫ si obiiciatur
de Absalon q insidiose interfe
cit fratrem suū Amon/ propter
stuprum cum Thamar sorore
sua: vt habetur. ij. Reg. xiij. Ad
hoc dicitur primo/ ꝙ nisi fugis-
set a facie patris/ nesciť quid
in nouitate facti pater de eo fe
cisset. Et q̄uis tandem eo red-
eunte nō occiderit eum pater:
hoc forte fecit/ quia timuit tur
bare populum suū/ eo ꝙ dilige
ret satis ipsum Absalon/ eo ꝙ
esset pulcher valde. Secūdo di
citur/ ꝙ fuit in eo aliquomodo
lex obseruata: quia punitus est
pena exilij/ que est mors inter-
pretatiua ⁊ ciuilis. Quod aūtē
pater eum redeuntē nō occide
rit/ fuit: q2 tunc correctus appa
rebat. Tertio dicit ꝙ etiā Ab
salon habuit magnā occasionē
occidendi fratrem suū/ propter
predictū stuprū. Quod cōside-
rans pater/ q valde prudens ⁊
maturus erat/ non statim ꝓces-
sit ad vindictam mortis.

¶ Sextū dubiū: Vtrū occidēs
proximū suū/ statim (habita op
portunitate) sit plectēdus mor
te? Dicendū/ ꝙ sic: obseruatis
obseruādis: quia scriptū est in
seq. c. Maleficos non patieris
viuere. Potest tamē expectari
tēpus opportunū/ ꝓpter vitā-
dā turbationē in poplo. Vnde
sic egit Dauid erga Joab/ qui
insidiose occiderat Abner/ ꝑ-
cutiēdo eū in inguine. Sic etiā
factum est de Joab/ postꝗ insi
diose occiderat Amasan. iij. Re
gū. xx. Sic etiā ita fit hodie in
curiis/ bene regulatis/ regum
et principum.

¶ Septimū dubiū: Cur hodie
homicide/ etiā volūtarij ⁊ insi
diosi/ non euellūtur ab altaris
quinimmo ibidem conseruan-
tur? Respōsio/ hoc fit in signū/
ꝙ legis austeritas versa est in

suauitatem gratie euāgelice: vt dicit de Pal. Propterea dicebat saluator Matthei vndecimo: Jugū meum suaue est/ et onus meum leue. Nec ecclesia dans immunitatem talib⁹ homicidis/ facit contra diuinum preceptū: qz illud preceptū cōcernebat altare ātique legis: ꝛ non euangelice: vt tactū est in fol. precedētis primi dubij.

¶ Octauū dubiū: Utrum occidens casualiter aliū/ deberet habitare in ciuitate refugij irremissibiliter vsqꝫ ad mortem pontificis? Respondet Petrus Comest. ꝙ sic/ nisi in duob⁹ casib⁹. Prim⁹ aduentus iubilei: secūdus/ qñ reconciliabatur amicis hominis occisi per iudices ciuitatis. Nam tūc securus redibat ad propria.

¶ Moraliter et primo/ homo voluntarie ꝛ insidiose occidēs hominem/ designat vnūquēqꝫ aliū trahētē (quantū in se est) ad peccatū: qđ est mors anime Juxta illđ Ezech. xviij. anima q̄ peccauerit/ ipsa morietur. Et quamuis nullus possit aliū necessitare ad peccatū/ nec etiā diabolus hoc potest: sufficit tamen ꝙ faciat quod in se est/ et ꝙ det alteri occasionem ruine verbo vel facto. Talis ergo sic occidens proximū suū/ punietur morte spirituali: ꝛ tādē eternali. Insuper dans operā rei illicite/ si proxim⁹ inde scādalizetur/ talis est dignus morte eterna. Hinc saluator Matth. xviij. ait: Si quis scādalizauerit vnū ex his pusillis q̄ in me credūt/ expedit illi vt suspendatur mola asinaria ī collo eius ꝛc. Ecce grauitas culpe/ simul cum obligatione pene eterne. Unde Greg. in suo pastorali. c. xxviij. de talib⁹ loquitur dicēs: ꝙ tot mortibus digni sunt: q̇t ad alios perditionis exempla transmittunt.

¶ Moraliter et secūdo/ et conformiter ad dominū patriarcham de Pal. Juxta illđ: Qui nolens occiderit hominē/ saluabitur ī ciuitate refugij. Qui vero per industriam ꝛc. idē est ꝙ alibi dicitur: Qui peccat in patrem et filiū/ remittetur ei: quia peccat ex impitia vel ignorantia. Qui aūt peccat in spiritum sanctū/ non remittetur ei in presēti/ neqꝫ ī futuro: qz talis peccat ex certa malicia et industria.

¶ Moraliter et tertio/ ciuitas refugij/ ad quam (secūdū consiliū domini) est fugiendum post homicidiū casuale/ est penitentia. Nam ad hāc ciuitatem est fugiendū post mortale peccatū commissum/ qđ est homicidiū anime. Alias imminet homini periculū eterne mortis. Unde Luce decimotertio: Nisi (inquit Christ⁹) penitentiam habueritis/ omnes peribitis. Ipsa enim penitentia est secūda tabula post naufragiū/ sine qua nemini peccanti mortaliter patet via salutis: ꝛ cū qua homo secur⁹ est. In cui⁹ figuram in antiquo testamento assignauit domin⁹ ciuitates refugij/ vt dictum est.

¶ Moraliter ꝛ quarto/ ciuitas refugij est stat⁹ religionis/ ad quam conuolandū est de seculo, p maiori securitate: eo ꝙ homo ibi viuit puri⁹/ cadit rari⁹/ surgit velocius/ incedit cauti⁹/ quiescit

quiescit securius / irrorat̃ frequentius / purgatur citius / moritur confidentius / remuneratur copiosius. Hec beat⁹ Antoninus. iij. par. t. xvj. cap. x. Hoc tamen debet intelligi de religione in qua regulariter et non irregulariter viuitur / cum obseruatione votorum et cerimoniarũ / de quibus possumus dicere illud Psalm. In custodiendis illis retributio multa. Et sicut in antiqua lege erant plures ciuitates refugij: ita et plures sunt differentie religionũ: vt cui non placet vna / euolet ad aliam. Ueri itaq3 religiosi habitantes in dictis ciuitatibus refugij / merito dicere possunt cũ Petro ad dominum: Domine bonũ est nos hic esse. Matthei. xvij.

¶ Moraliter et quinto / prosequendo idem propositũ magis particulariter. Notandum q̃ Moyses de domini voluntate assignauit pro homicidis non spontaneis sex ciuitates: vt legitur Numeri. xxxv. et Deuteronomij. xix. atque Josue. xx. tres citra Jordanem / et tres vltra Jordanem / que etiã ibidem exprimũtur. Ubi per tres ciuitates q̃ sunt citra Jordanem / intelligitur tres partes penitentie: q̃ sunt cordis contritio / oris confessio / operis satisfactio. He sunt ciuitates ad quas debent refugere omnes homicide: id est / omnes peccatores: specialr̃ autem seculares. Religiosi aũt qui debent sancti⁹ viuere / et q̃ iam transierũt Jordanem. i. seculi vanitates et delicias: q2 tamen nemo sine crimine viuit / cum hoc q̃ possunt refugere in casu ad dictas ciuitates: habent preter has alias tres / q̃ sunt tria vota essentialia et necessaria in omni religioso: hec sũt paupertas volũtaria / castitas integra / et prompta obedientia. Hoc fac tu religiose / et viues: vita gratie et glorie.

¶ Moraliter et sexto / et cõformiter ad de Lyra super illo v̾bo: Qui percusserit hominẽ / occidere volẽs &c. Hoc (inq̃t) spiritualiter operatur qui proximũ suũ inducit verbo vel facto ad peccatum. Ideo sequitur / morte moriatur: scilicet / spirituali primum / et postmodũ eternali / nisi supple penituerit. Qui autem non est insidiat⁹: sed illũ tradidit &c. Aliquando vero contingit q̃ ex verbo vel facto alicuius male intellecto / alius inde scandalizatur et incidit in mortale peccatum. Ideo dicitur q̃ deus tradidit illum: id est / propter suam maliciam permisit eũ cadere in peccatum: secundũ q̃ vnũ peccatum est aliquando pena alterius: constituam tibi locum quo fugere deberet: scilicet sacramentum penitentie: quia quamuis non sit conscius q̃ fuerit per peccatum suum causa proxima ruine alterius: debet tamen de hoc sibi timere. Sequitur: Si quis per industriam &c. euelles eum ab altari meo: id est a sacra communione / que non debet dari talibus propter horrorem facti. Uel euelles eũ ab altari meo: id est ab ecclesiastica promotiõe / propter eandem causam.

¶ Allegorice et primo / iste

textus potest exponi de heretico et maxime relapso: in hunc
modum: Qui percusserit / supple lingua hominem / volens
occidere / scilicet spiritualiter: eū trahendo ad heresim (quā-
tum in se est) ab altari meo e-
uelletur: q2 talis non debet ab
ecclesia protegi: sed debet tra-
di brachio seculari cremand9:
quod est ab altari euelli. quod
(vt dictū est) debet itelligi de
relapso. Penitens autem here-
ticus non relapsus / qui videt
non per maliciam / sed p igno-
rantiam peccasse: ad ecclesiam
confugiens saluatur / secundū
Petrum de Pal. (sicut inquit
mulier hemorrhoissa apꝫ hēsa
Christi fimbria corporaliter
saluatur. Et sicut antiquitus
malefici apprehendentes pur-
puram imperatoris saluaban-
tur a morte.

¶ Allegorice et secundo / Iu-
dei frequenter inciderunt in
hāc legē: qui attētauerūt toto
studio iniicere manus in Chri-
stū / vt occiderent eum: sed sepe
repulsi sunt timore turbarum:
que eum tanquam prophetam
habebant / vt dicitur Matthei
xxi. Alia etiam vice tulerūt la-
pides vt iacerent in eum. Ipse
aūt exiuit de templo: tum quia
nondum venerat hora eius: q2
non elegerat tale genus mor-
tis: sed potius crucis. Simili-
ter legitur Luce. iiii. q poltq̄
dixisset eis / q nemo propheta
acceptus est in patria sua: per
hoc se excusans quia non fa-
ciebat multa signa in patria
sua / scilicet in ciuitate Naza-
reth: deduxerūt eum in super-
cilium montis / vt precipitarēt
eū: Ipse vero fecit se inuisibi-
lem / et transiens per medium il-
lorum ibat. et sic de alijs.

¶ Allegorice et tertio / iuxta
illud verbum: Et constituam
tibi locum in quo fugere de-
beat. Notandum / q vt dicitur
Numeri. xxxv. Talis profugus
pro homicidio casuali poterat
redire secure in terram suam
post mortem magni pōtificis /
sed non ante. Ubi per mortem
magni pontificis / intelligitur
passio Christi: qui fuit ponti-
fex ille de quo apost. Heb. ix.
Christus assistens pontifex fu-
turorū bonorum etc. Ante mor-
tem ergo huius pontificis nul-
lus poterat intrare celum: sed
tm̄ eo passo. Unde et dixit la-
troni dum penderet cum eo in
cruce. Hodie mecum eris in pa-
radiso. Ante autem eum nul-
lus reperitur / cui facta fuerit
paradisi repromissio: vt dicit
Chrysosto. Locus autem ad
quem antea homicide refugie-
bāt / erat limbus in quo deti-
nebātur sancti patres propter
peccatum Ade / et ibi expecta-
bant mortem predicti pontifi-
cis Christi: qua consummata
illi ascenderunt in celum. Be-
nedicta ergo hora in qua pon-
tifex noster Christus mortu-
us est.

¶ Allegorice et quarto: No-
tandum / q principium huius
textus recte potest exponi de
Antichristo. Ipse enim crude-
litate repletus percutiet ad
mortem Christifideles in odiū
Christi: etiam ipsos dei amicos
et testes / Helyam et Enoch. Hi
enim duo viri sācti feruntur nō-
dum mortui: sed solum transla-
ti in

ti in paradisum terrestrem. Et
de Enoch quidem est textus
manifestus Gen̄. v. Qui dicit
ꝙ in fine dierum suorum tu-
lit eum deus. De Helya vero
legitur. iiij. Regum. ij. ꝙ ascen
dit per turbinem in celum / pre
sente Helyseo: nec vidit eum
amplius. In fine ergo seculi hi
duo viri venturi sunt ad predi-
candū cōtra perfidiam Anti-
xp̄i. Et qd̄ē de Helya est exp̄s-
sus textus Malach. iiij. vbi do
minus sic loquitur: Ecce ego
mittam vobis Helyā prophe-
tam: antequā veniat dies do-
mini magnus ⁊ horribilis ⁊c̄.
De illis etiam duobus testib⁹
domini aduers⁹ Antichristū /
dicit dominus Apoca. xj. Da-
bo duobus testibus meis: et
prophetabunt ⁊c̄. Sequitur:
Hi sunt due oliue / ⁊ duo can-
delabra in conspectu domini
terre stantes. Et cum finierint
testimonium suum / bestia que
ascendet de abysso. i. Antichri
stus faciet aduersus eos bellū /
⁊ vicet illos / ⁊ occidet eos. Et
de hac bestia pleni⁹ loquitur
apost. ij. Thess. ij. de qua dicit
ibidem / ꝙ tandem interficiet
eam dominus Jesus spiritu o-
ris sui. i. potentia sua ⁊ virtu-
te / vel per ministeriū Michae
lis / vt dicit interli. Ecce igitur
quomodo dictus Antichrist⁹
percussur⁹ homines. s. Enoch
⁊ Helyam / atq; ꝯplures alios
Christifideles / tandem et ipse
morte morief. s. triplici: corpo
rali / spirituali ⁊ eternali.

¶ Anagogice: istud possumus
expōere de diabolo / q̄ pcussit
volēs primū hominē ad mortē
spiritualem / ⁊ cōsequenter ad
mortis corporalis reatū: quā-
do traxit eū sua suggestiōe ad
mortale peccatū: propter qd̄
loquēs de eo Christus Joan.
viij. dicit: Ille homicida erat
ab initio. s. nature humane cō-
dite. Possum⁹ etiam ⁊ hoc re-
ferre ad eundem demonem / in
ordine ad alios inferiores de-
mōes: quos occidit / suo malo
exemplo ad peccatum pertra-
hendo: ita vt sua cauda trахe-
rit tertiam partem stellarum
celi secū / vt legitur Apoc. xij.
Nunquid ergo optimo iure di
gnus est morte eterna qui vo-
lens tot angelos et homines
occidit: ⁊ adhuc occidere non
cessat?

¶ Tertia clausula.



Qui percusserit pa
trem suū / aut ma-
trem suam: morte
moriatur. Qui ma
ledixerit p̄ri suo
vel matri / morte
moriatur.

¶ Historialiter postq̄ in p̄ce-
denti clausula Moyses deter-
minauit de scd̄o p̄cepto iudi-
ciali legis antique / qd̄ respicit
homicidiū: p qd̄ impedit mu-
tua cohabitatio hoīm: ⁊ pax in-
ter eos: q̄ est sūme necessaria in-
ter ciues. Impedit etiā per di
ctū homicidiū multiplicatio
generis hūani: hic cōsequenť
agit de alio p̄cepto iudiciali p
qd̄ retrahit fili⁹ ne indecenter
se habeat ad patrē suū et ma-
trē / dicens: Qui pcusserit pa-
trem ⁊c̄. Et qui maledixerit
⁊c̄. Quia ergo ciuiliter potest
quis offendere patrem aut ma
trem: etiam secluse homici-
dio / quod prius prohibitum

 est

est / qđ potest dupliciter fieri: scʒ facto / ꝛ verbo: facto quidē / percutiendo: verbo autē / maledicendo: ideo vtrunq̃ ꝓhibet hic dn̄s sub pena mortis ꝑ Moysen dicens: Qui percusserit ꝛc. Iste text⁹ declarabit̄ in deductiōe ꝛ resolutiōe dubiorū.

¶ Primum igit̄ dubiū: Cū sit duplex percussio / scʒ leuis ꝛ atrox. Utrum hoc preceptū respiciat vtranq̃ percussionē? Dicendum cōformiter ad glo. interli. ꝙ solum respicit atrocē. Alias lex esset multū crudelis ꝛ seuera / si pro leui percussiōe infligere vellet penam mortis. Insuper talis leuis percussio potest de facili ꝛ inaduertēter committi: vt cū quis virga percutit filium / qui recalcitrando percutit patrem pede. Et ita incertum esset in illo casu / si filius percussisset patrem animo eum ledendi / ꝛ iniuriandi / aut se defendendi. Solum ergo intelligit̄ lex de atroci percussione: que fit cum effusione sanguinis / ꝛ cum deliberatione: ꝛ non de leui / vel que fit iocādo et multum casualiter.

¶ Secundum dubium: Quare potius precipit lex filium percutientem patrem vel matrem mori / q̃ aliū hominem percutientem? Lex enim precedens nō dicit ꝑcutientē ꝓximū debere mori / nisi ꝑcutiendo intēderit eum occidere. Respōsio / propter specialem reuerentiā et amorem quem debet habere filius ad patrem: ꝛ idem iudicium est de matre. Insuper ne dicti filij sint faciles ad percutiendum parentes: cum quibus domestice habitant.

¶ Tertium dubium: Cur lex hec non precipit de vxoribus? Responsio: quia iure diuino subsunt potestati virorum suorum: vt dicitur Genesis. iij. Insuper si sic esset / vxores nimis superbirent et insurgerent cōtra viros suos: quia etiam hodie (nonobstante tali subiectione) adhuc multe rebelles sunt viris suis. Debent tamen viri moderate corrigere vxores suas / et secundum exigentiam culparum: dicente Apo. Colo. iij. Uiri diligite vxores vestras / et nolite esse amari ad illas.

¶ Quartum dubium: vtrum hec presens lex sit iusta? Uidetur ꝙ non: quia pro inequalibus peccatis infligit equalem penam. Cum tamen lex diuina Deuteronomij. xxv. dicat: Pro mensura delicti / erit et plagarum modus. Sic est autem ꝙ iniuriās patri facto / magis illi iniuriatur / q̃ qui verbo tantū. Ergo ꝓ vtroq̃ delicto nō debet inferri mors / sicut dicit litera. Ad hoc respondet Petr⁹ de Pal. ꝙ quia vtraq̃ culpa meretur tātam penam / scilicet mortis: ideo iuste pro vtraque infligitur / q̄uis vna culpa sit grauior alia. Qꝫ autē grauior culpa non puniat̄ grauiori pena in presenti / est per accidēs: qꝛ nō est maior pena / q̃ mors. Unde in curia officialis nō soluēs centum: ita bene excōmunicat̄ / sicut nō soluēs mille: qꝛ vterq̃ late sententie est rebellis. Itē vna excōmunicatio maior nō est maior alia / saltim ab codē iudice lata. Priuationes eñ nō recipiūt magis aut min⁹.

Quintum

¶Quintum dubiū: Quid est ꝑ ꝓe maledicere patri vel matri? Pro solutione notandū ꝙ maledicere potest esse duarū partium orationis / quarū vna sit aduerbiū qualitatis / ⁊ altera verbum infinitiui modi: ita vt accipiatur diuisim sic / male dicere / siue malum dicere. Alio modo potest accipi pro vna sola dictione ⁊ cōiunctim / quod idem valet / sicut dicere conuicium vel opprobrium. Et hoc modo accipitur in proposito. Non ergo omnis filius qui dicit malum de patre: est morte dignus: sed ꝗ de eo / siue ei maledicit. i. aliquod magnū conuicium de eo dicit. Et hoc intelligitur non solum de patre carnali / verumetiā de spirituali: vt dicit interli.

¶Sextū dubiū: Qua pena plecti debebat tēpore legis filius leuiter percutiens patrem / ex quo non debebat plecti pena mortis: vt dictū est? Dicendū / ꝙ debebat puniri ad arbitriū boni viri: ⁊ signanter sacerdotis legis qui tūc erat / ⁊ hoc ad incutiendū timorē et cautelā / ne filij faciles essent ad talia / siue grauiora: q2 vt dr Eccli. xix. Qui modica spernit / paulatim decidet.

¶Moraliter et primo / pater cui non est maledicendū / ⁊ qui non est percutiendus / est pater spiritualis: vt prelatus / de quo subditi non habent maledicere / sub pena peccati mortalis: q2 hoc ad detractionem pertinet. Modo lex dicit in sequenti. ca. Dijs non detrahes. De hoc etiā dicit. vj. q. j. sacerdotes. Sacerdotes qui proprio ore corpus dñi conficiunt / ab omnibus sunt obediendi et timendi: non dilacerādi / aut detrahendi: q2 a quibus se domini populus cupit benedici / saluari ⁊ instrui / nullaten⁹ debet eos arguere: nec vulgus in eorum accusatiōe suscipi debet. Hec ibi. Qui ergo malitiose de talibus detrahit / et mala euomit / patres suos spirituales percutit / ⁊ presertim si ei preferātur. Secus autē vbi subditus loqueretur cū dolore ⁊ cōpassione de scandalosa vita sui superioris: ⁊ hoc personis / que in hoc possunt prodesse. Hoc enī ad detractionē non pertinet / sed potius ad zelum dom⁹ domini quo accenditur.

¶Moraliter ⁊ secundo / notādum iuxta illud verbum / Morte morietur: ꝙ talis duplicatio siue geminatio locutionis / designat secūdum glo. interli. duplicem mortem / ad quā talis maledicens patri est obligatus: corporalem scilicet / et spiritualem.

¶Moraliter ⁊ tertio / sub predicta maledictione cōprehenduntur omnes illi qui percutiunt lingua patres suos spirituales / ⁊ ꝗ de illis maledicūt: siue tales patres sint confessores / siue predicatores ⁊ doctores: ⁊ breuiter quotquot operantur ad aliorum salutem / et generationē spiritualem. Sic enim Paulus gloriatur / se habere filios Gala. iiij. dicens: Filioli mei / quos iterum parturio ⁊c. Similiter et Joan. in sua. j. canonica / in pluri b⁹ capitulis. Et sicut sunt plures patres spirituales: ita et matres.

Unde

Unde et apud sanctimoniales bene reformatas/ que alijs pre sunt: vocantur matres carum/ et nō domine. Talis enim modus pertinet ad farinam Egypti. Nam sicut dominus vetat ne discipuli sui vocentur domini Mat. xxiij. ita suo modo debet esse de filiabus eius. scilicet sanctimonialibus.

¶ Allegorice et primo / pater qui non est percutiendus a filijs/ est Christus: qui est pater omnium de iure/ quamuis non de facto/ sed solum deuotorum Christianorum. Deuteronomij xxxij. Nunquid ipse est pater tuus / qui possedit te / et fecit te/ et creauit te? Ipse enim fecit nos/ secundū diuinitatē / in opere creationis. Possedit nos/ in opere redemptionis: et creauit nos/ in opere iustificationis. Nam tunc anima quodāmodo annihilata per peccatū/ recreatur de nouo: ita vt tunc merito possit Christus dicere illud Apoca. xxi. Ecce noua facio omnia: quia nouam animam / nouam gratiam / nouas virtutes infusas. Iste est magnus pater noster: qui est super omnes homines: quia excellentissimus: item super omnes amandus / quia munificentissimus: item super omnes metuendus/ quia iustissimus. Bene etiam scribit de isto patre Malach. ij. Pater est vnus omnium nostrum. Sed prohdolor hic optimus pater Christus( q non cessat generare per ministeriū sacramentorum ecclesie) percutit a multis hereticis et schismaticis viris / atque blasphemis Christianis/ qui nō cessant iugiter nomen sanctū eius blasphemare ore suo polluto / vt ipse pie conqueritur Esa. lij. Ecce quomodo Christus/ qui, propter locorum distantiam/ et statuum varietatem/ non potest a maliciosis hominibus percuti manu/ percutitur lingua. Nam tales videntur dicere illud Iere. xviij. Percutiamus eū lingua. Nunquid ergo tales filij digni sunt morte corporali/ spirituali/ et eternali? Certe vtique etiā pluribus alijs/ si plures essent. Et idem intelligendum de eo qd subditur: Qui maledixerit patri suo/ et cetera.

¶ Allegorice sicut vnū habemus patrem Christū: ita et vnā matrem ecclesiam. Nā ab istis duobus parētibus renascimur in baptismo. Hec autē optima et pia mater ecclesia militans/ valde atrociter pcussa olim fuit a multis hereticis: vt patet. xxiij. q. iiij. quidā autem heretici. Item a multis alijs qui postea surrexerunt: ita vt possit merito cōqueri de talibus filijs: et dicere illud Esa. j. Filios enutriui et exaltaui/ ipsi autē spreuerunt me. Taceo de nephāda et abominabili heresi modernorū Lutheranorū: que proprie non est noua / sed tantum quedam renouatio antiquarū heresum: quā extirpare dignetur dñs cum suis fautoribus: vt merito dicere possim veris fidelibus/ qui a talibus Lutheranis multipliciter conturbātur/ illud Gala. v. Qui conturbat vos / portabit iudiciū dei/ quicunque est ille. Et iterū: Utinam abscindantur qui vos cōturbāt. Quid igitur restat di-

etis obstinatis Lutheranis in psenti nisi ignis: vt de igne trā sitorio transeant ad ignē eternum: vt dictū fuit in preceden ti clausula.

¶ Allegorice et tertio: Iste textus potest congrue exponi de Iudeis, qui percusserunt Christum in passione et morte sua. Ipse nempe erat, secundū diuinitatē (velint nolint) pater eorum. Propter quod grande scelus cōmiserunt. Unde propter hoc scelus, postmodū ciuitas eorum destructa est per Titum et Uespasianū Romanos imperatores. Pars autem populi fame tunc perijt. Alia autē vili precio vendita est, sicut et vili precio emerant Christum a Iuda. Sic enim predixerat ipse Christus Luce.xix. vbi legitur, quod videns ciuitatem super ple Hierusalem, fleuit super illam, dicens: quia si cognouisses, et tu: quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui et cetera.

¶ Anagogice, Iste textus potest exponi de malo angelo, qui percussit mala volūtate sua patrem suum celestem, quādo dixit in corde suo illud Esa.xiiij. In celū conscendā supra astra dei exaltabo solium meū, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendā super altitudinem nubiū, similis ero altissimo. Percussit etiā tunc matrem suā ecclesiā triūphantem, quā tunc quantū in se fuit exturbauit: quia vt dicitur Apoc.xij. factum est preliū magnū in celo. Propter igitur hanc duplicem percussionē patris, scilicet et matris, mortuus est ipse diabolus morte duplici: scilicet spirituali et eternali. Unde dictū est ei a domino (qui mortificat et viuificat: deducit ad inferos, et reducit) illud Esa. vbi supra: Ueruntamen ad infernum detraheris in profundum laci. Et per hunc modum exponitur quod sequitur in presenti clausula: Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur. Secundum quod dicitur demon maledixit facto et opere predicto patri celesti pariter et matri: id est, ecclesie triumphanti.

¶ Quarta clausula.



Qui furatus fuerit hominem, et vendiderit eum: conuictus noxe, morte moriatur.

¶ Historialiter postquam in precedenti clausula tertia actum est de precepto iudiciali legis antique, quod concernit inhonorationem filij ad patrem et matrem: hic consequenter agit Moyses de alio precepto iudiciali, quod concernit proximum: dicens: Qui furatus fuerit hominem, et cetera. Nouum genus furti in antiqua lege. Non enim solent hodie homines furari, quamuis bene occidi. Est autē illud crimen plagij: vt dicit dominus Hugo Cardinalis, quod est facinorosum, et valde graue: quia talis fur vendit rem non suam. Iste textus declarabitur in deductione dubiorū.

Primum

¶ Primum igitur dubium: q̄d erat grauius in lege: furari hominem liberum: et postmodum ipsum vēdere: q̄ de homine seruo idem facere? Respondetur: q̄ primum erat grauius: q̄r primus transibat per medium iniustum in nouam seruitutē indebitam: secundus autem solū transibat de vna seruitute in aliam: q̄uis medium esset iniustum: quia per furtū. Unde sicut hodie grauius est furari calicem consecratum: q̄ non consecratum: quia illud est sacrilegium: secundum autem est tm̄ simplex furtum: ita dicendum est suo modo in proposito.

¶ Secundum dubium: Utrum illa lex esset iusta? Uidetur q̄ non: quia pena excedebat culpam: quod est cōtra illud Deuteronomij: Secundum mensuram delicti: erit ꝛ plagarū modus. Modo mors hominis est deterior q̄ simplex furtum: et q̄ seruitus hominis. Igit̄. Respondendum: q̄ de furto hominis possumꝰ loqui dupliciter: ꝛ similiter de furto cuiuscunq̄ rei temporalis: scilicet s̄m se: aut ratione sequele. Si loquamur p̄mo modo: tūc nec ratione furti rei tēporalis: aut etiā hominis: debet īfligi mors: propter rationem predictam. Sed si loquamur de his q̄ nata sunt sequi ex furto: siue hominis: siue rei tēporalis: tunc licet. Nā et hoc sequitur perturbatio in republica: lites ꝛ contētiones pene infinite: etiā homicidia: vt cum quis volēs tueri rē suā: occidit raptorem: et similia: et tunc licet talem malefactorem occidere. Hoc enim est de mente beati Thome. ij. ij. q. lxvj. arti. vj. in sol. ad secundum dicentis: Pene (inquit) presentis vite magis sūt medicinales: q̄ retributiue. Retributio em̄ reseruat̄ diuino iudicio: quod est s̄m veritatem in peccantes. Et ideo s̄m iudicium presentis vite: nō pro quolibet mortali peccato īfligitur pena mortis: sed solum pro illis que inferunt irreparabile nocumētū: vel etiā pro illis que habēt aliquā horribilem deformitatem. Et ideo p̄ furto quod irreparabile dānum non infert: non infligitur (secundum presens iudiciū) pena mortis: nisi vel furtum aggrauetur per aliquam grauem circunstātiam: sicut patet de sacrilegio: quod est furtum rei sacre: ꝛ de peculatu: quod est furtum rei cōmunis: et de plagio: quod est furtum hominis: pro quo q̄s morte punit̄. Hec beatus Thom̄. vbi supra.

¶ Tertium dubiū: Cur imponitur pena mortis pro furto hominis: ꝛ vēditione illius? Dicēdū: q̄ hoc ideo: quia homo est nobilissima ꝛ dignissima creatura: vtpote ad imaginem dei facta. Et ideo p̄ eius furto (ratione tāte dignitatis) iuste infligitur pena mortis.

¶ Quartum dubium: Utrū furans hominem: ꝛ ipsum non vēdens: sed sibiipsi reseruans: incurrat reatum mortis? Dicendum q̄ non: quia predictum preceptum iudiciale est vna copulatiua: ad cuius veritatem req̄ritur q̄ vtraq̄ ps sit vera. Requirebatur ergo q̄ talis homo esset furatus: ꝛ venditus postmodum alteri.

Quintū

¶ Quintum dubium: Qua pe- na debebat plecti ille qui fura batur hominem / quādo hoc cō periebatur priusꝙ cū vēdidis- set. Dicit magister Nicola⁹ de Lyra / ꝙ pena talis furis erat / vt redderet duos homines ad seruiendum illi a quo predictū hominē fuerat furatus. Et hoc trahitur ex ca. seq. vbi dicitur ꝙ pro furto aliarum rerum re- stituitur duplum. Concludit er go hoc a simili. Rabi autē Sa- lon. dicit ꝙ pro solo furto ho- minis incurritur pena mortis.

¶ Sextum dubium: Quid iuris de multis militib⁹ / qui captos infideles adducunt in terram suam / et eos vendunt Christia- nis? Dicendum / ꝙ illud factum est penitus alienum a priori: q2 supposita equitate belli / quic- quid capiunt predicti milites supra infideles / totum faciunt suū iure belli. Nam cū possint iuste tales occidere: iuste etiā possunt donare illis vitam / et in seruos suos assumere. Quibus suppositis / possunt etiam eos postea plus offerenti vendere / siue Christiano / siue infideli domino.

¶ Moralr et .j. Istud preceptū iudiciale potest exponi de dia- bolo / q̄ indies furatur animas de dominio Christi: quas ven- dit cum facit eas seruire pecca to / cum tamen nullum ius ha- beat in eas / nisi forsan ius vsur patiuum: cum scriptum sit Eze chie. xviij. Omnes anime mee sunt / dicit dominus: sicut ani- ma patris / ita anima filij mea est: scilicet iure creationis / re- demptionis / gubernatiōis et c. Ipse autem diabolus est cōui- ctus de tali furto / et indies con uincitur: cum omnia nuda sint et aperta oculis domini: vt habe tur Heb. iiij. Quid igitur restat talibus criminosis animabus / nisi mors eterna? cum scriptū sit Ezec. vbi. s. anima que pec- cauerit / ipsa morietur: scilicet morte eterna.

¶ Moraliter et secūdo: Iste te- xtus potest exponi de illo q̄ fa- cto / verbo / vel malo exēplo / pri mum inducit ad peccatū. Qui ergo altero illorum modorum furatus fuerit hominem: id est / a via veritatis seduxerit: et ipm vendiderit diabolo / quantum in se est / et hoc cum pecunia ini quitatis / secundum illud Esa. lij. Gratis venundati estis / sci- licet iniquitatibus vestris: ta- lis (inquā) morte morietur: sci- licet morte culpe / et gehēne. Et hoc iuste: quia sicut s̄m leges ciuiles seruitus et mors quasi equiparantur: ita spiritualiter seruitus culpe / et mors gehēne. Unde et ob hoc culpa dicitur mortalis.

¶ Moraliter et tertio / Iste te- xtus potest specialiter exponi de illis nephandis viris ac mu lieribus / qui furātur elegātes filios et filias / vt exponāt tales actui nephario. Et de filiabus quidem abusio que fit per ma- querellas indies / satis vsitata est. vnde ꝓh dolor. Sed de ma- sculorum abusu / quod oēm gra uitatē excedit / scribit Thren. v. Adolescētibus turpiter ab- usi sunt. Et Ioel. iij. Posuerūt puerum in prostibulo. Itē Ro. j. Masculi relicto naturali vsu feminei / exarserūt in desiderijs suis inuicem / masculi in mascu los

los turpitudinē operātes. Sed qui illc furatus fuerit / aut vendiderit tales personas / ad predictos abusus nepharios / et de hoc conuictus fuerit / morte moriatur: quia in aliquibus regionibus tales comburuntur / aut alio genere mortis plectuntur / preter mortem eternam / que illis preparata est in inferno.

¶ Allegorice ꝛ pmo: Istud cō grue pōt exponi de hereticis / qui furantur deuotos catholicos / quando trahūt eos ad sectam ꝛ perfidiam suam. Quos etiam vendunt alijs hereticis / quando assignāt eos talibus / vt fortius seducantur / ꝛ in heresibus pestiferis imbuātur: vt faciant eos in duplo supra eos filios gehēne. Et nota / ꝙ tales heretici merito dicunt fures. Furtum enim dicitur a furuo / qui obscurus est: quia tales nō audēt publice furari homines / eos ad sectam suam trahendo: sed tn̄ in occulto: quia omnis qui male agit / odit lucem. Jo. iij. Tales igitur fures animarum / sunt digni morte corporali. Unde si semel relapsi fuerint / traduntur ignibus: preter mortem eternā / que restat illis in futuro.

¶ Allegorice et. ij. Istud potest exponi de proditore Juda / qui furtum cōmisit erga Christum: tunc enim cōtrectauit rē alienam / ꝛ postmodum furtum suum vendidit / quando ipsum Christum vendidit triginta argenteis. Et postmodum conuictus nore ante conspectum diuine maiestatis / coram quo omnia nuda sunt ꝛ aperta / morte mortuus est / quādo quidem abiens laqueo se suspendit / et crepuit medi⁹: vt habetur Actuum primo.

¶ Allegorice et tertio: Istud potest exponi de tempore primitiue ecclesie. Tūc enim aduersarij fidei Christiane furabantur paruulos Christianorum / quos vendebant illis qui de parte sua et perfidia erant / qui grandcui facti sequebantur mores eorum. Unde quando dicti infideles poterant cōuinci / morte moriebantur: ꝛ presertim in terris et locis illis in quibus Christiani dominabantur / et fortiores erant. Et forte propter hanc causam aliquando in primitiua ecclesia baptismus (extra casum necessitatis) differebatur vsqꝫ ad annos discretionis. Alij dicunt / ꝙ baptizatis dabatur aliquod signum in carne propria / vt perpetuo possent discerni a nō baptizatis. Unde vidi quendam Maurum baptizatum: habentem cicatricem in carne sua / in signum suscepti baptismi flumis / vt dicebat.

¶ Anagogice / Istō potest exponi de malignis spiritibus / qui / secundum aliquos / preuidētes naturam humanam exaltandam vsqꝫ in celum vnde ceciderant: et ex hoc illi inuidentes prorupperunt in tentationem primi hominis: in quo omnes homines erant tanquā in vniuersali pricipio. Ecce igitur furtum hominis. Tunc autem ipsum furtum fuit venditum / quando predicti fures fecerūt hominem seruire iniquitati ad iniquitatē. Merito ergo

go filii conuicti noxe: in diuino iudicio adiudicati sunt morti spirituali et eternali. Hec sunt de mente beati Bernard. ser. j. prime dominice aduentus.

¶ Quinta clausula.

Si rixati fuerint viri: et percusserit alter proximum suũ lapide vel pugno: et ille mortuus nõ fuerit / sꝫ iacuerit in lectulo: si surrexerit et ambulauerit foris super baculũ suũ / innocens erit qui percusserit: ita tamen vt operas eius et impẽsas i medicos restituat. Qui percusserit seruum suũ / vel ancillam virga / et mortui fuerint in manib9 eius: criminis reus erit. Si autem vno die vl' duobus superuixerit / non subiacebit pene: quia pecunia illius est.

¶ Historialiter: Postquam in precedenti clausula quarta egit Moyses de pena que debetur ei / qui furatus fuerit hominem / et ipsum vendiderit: hic consequenter loquitur de alio precepto iudiciali / in quo agitur de pena qua digni sũt qui se inter rixandum percutiũt: dicens: Si rixati fuerint viri etc. Deinde loquitur de alio precepto iudiciali / quod concernit percussionem serui vel ancille: ibi / Qui percusserit seruũ suum vel ancillam etc. Iste textus est satis clarus / ideo transcẽdum est ad dubia.

¶ Primum igit' dubium: Quare predicta lex nõ loquitur de mulieribus rixãtibus / sicut de viris? Ad hoc dicunt aliqui / ꝙ sub viris comprehẽduntur mulieres: quia masculinum genus concipit femineum. Alij dicũt ꝙ viri debent esse maturiores mulieribus: et per consequens minus subiecti rixis et percussionibus. Propter quod lex est rigidior viris rixantib9 / q̃ mulieribus.

¶ Secundum dubium / Cur p̃dicta lex dixit: et percusserit alter proximum suum lapide / vel pugno: potius q̃ gladio: maxime cum atrox percussio poti9 fiat gladio / q̃ lapide / vel pugno? Respõsio conformiter ad glossam interlinea. vt per hoc ostendatur ꝙ non habuit voluntatem occidendi. Propter quod veniam meretur / saltim a tanto.

¶ Tertium dubium mouetur propter illud verbum: Ita tamen vt operas eius et impensas in medicos restituat. Sed quid iuris si sit ita pauper / vt non possit talem restitutionem facere? Dicendum: ꝙ impossibilitas absoluit eum donec veniet ad pinguiorem fortunam / sicut solet dici de illo qui furto abstulit rem alienam qui nõ habet vnde restituat. Nam in tali obligatio restituendi non est simpliciter extincta / sed tantum sopita: scilicet dum peruenerit ad piguiorem fortunam: ita in proposito. Alij autem dicunt / ꝙ talis debet aliquanto tempore seruire in recompensationem.

¶ Quartum dubium mouetur propter illud verbum: Qui percusserit seruum suum vel ancillam virga / et mortui fuerint etc.

Queritur ergo quare potius dixit, virga quam ense vel aliquo gladio? Dicendum quod ista lex procedit a minori ad maius. Si enim percutiens virga reus est mortis in casu in quo seruus incurrit mortem, vel etiam ancilla: a fortiori incurrit talem reatum in casu in quo percutit eos gladio, dummodo sequatur mors ex tali percussione. Tunc enim satis patet quod voluit occidere. Lex autem diuina (vt dicit de Palu.) pro tanto magis restringit: quia percutiens etiam virga debuit considerare illum sicut se seruum dei. Propter quod debuit cum illo mitius agere.

¶ Quintum dubium mouetur propter illud verbum: Si autem vno die vel duobus superuixerit etc. Queritur ergo, vtrum sufficiat quod percussus superuiuat vno die vel duobus? Videtur quod non: quia etiam letaliter percussus potest pluribus diebus superuiuere, et infra nouem dies subiacere periculo mortis, secundum iudicium chirurgicorum. Ad hoc dicendum, quod percussus (qui non est seruus) de quo loquitur principium huius clausule, si moriatur post plures dies, dummodo tamen iudicetur a peritis quod mortuus est ex tali percussione: secus si ex negligentia se diligenter custodiendi, vel ex alia occasione, illo stante in lecto: alter scilicet percussor secundum Rabi Salo. est detinendus a iudicibus quousque videatur si percussus moriatur. Quia si moritur antequam sit restitutus perfecte sanitati percussor debet mori. Et si dicatur hoc esse contra illud verbum: Si surrexerit, et ambulauerit super baculum suum, percussor innocens erit: quod potest fieri priusquam sit restitutus perfecte sanitati. Ad hoc respondet dictus Rabi Salo quod est locutio metaphorica: ita quod per baculum cui homo innititur, plena sanitas et fortitudo atque conualescentia intelligitur. Nam similis modus loquendi, scilicet metaphoricus est in lege in pluribus alijs locis. Et tunc percussor non est condemnandus nisi ad expensas percussi, quas fecit in medicos. Et sic patet de illo qui percussit hominem liberum. Si autem percussus est seruus, et signanter gentilis, vel etiam ancilla: tunc sufficit quod superuiuat post percussionem vno die vel duobus, ad hoc quod dominus eius qui percussit eum, euadat reatum mortis: et hoc in fauorem dominij, quod habet dominus super eum. Secus autem si seruus sit Hebreus: quia talis non est seruus simpliciter, sed ad tempus tantum, vt prius habitum est.

¶ Sextum dubium mouetur propter illud verbum, quo dicitur: quia pecunia illius est. Queritur ergo quid intelligitur per pecuniam in proposito? Dicendum quod intelligitur ipse seruus gentilis, emptus ab Hebreo, quod dicitur pecunia eius, i. possessio simpliciter dicta, empta medio pecunie sue. Vel quia est possessio sua vera et realis, sicut pecunia. Seruus autem Hebreus non erat proprie pecunia, siue possessio emptoris, sed tantum ad tempus. Sed ex hoc videtur sequi quod dominus poterat seruum occidere impune et in omni casu: quia semper erat pecunia, siue possessio sua. Di-


tendum: q hoc non ponit tanquam causa sufficiens occisionis illius. Sed cum hoc requirebatur alia causa inmediata et particularis: vtpote qz forte talis seruus percussus ex indignatione nolebat comedere: sicut de multis seruis et vxoribus accidit. Uel qz post percussionem nolebat se diligenter custodire: et ex hoc incurrebat mortem. Uel etiam quando dominum suum se percutientem causa correctionis repercutiebat: et se reuincebat. Propter quod dictus dominus ad iram prouocatus: grauius ipsum percutiebat: intantum: q sequebatur mors in seruo. In quibus casibus dominus minime tenebatur: vt dicit de Pal.

¶ Moraliter et primo: ista lex iudiciaria potest exponi de hominibus rixantibus: siue contendentibus: ad inuicem. Si enim talis contentio fuerit talis et tam aspera: q sequatur mors spiritualis in altero: vt qz forte inter loquendum diffamat eum: et notabiliter scandalizat: propter quod irascitur vsq ad mortale peccatum: quod est mors anime: tunc taliter percutiens lingua proximum suum: reus est mortis spiritualis et eternalis: etiam grauioris q si tantum iratus fuisset in corde suo contra eum. Et hoc voluit innuere Christus Matt.v. dicens: Qui irascitur fratri suo: reus erit iudicio. Qui autem dixerit: racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit: fatue: reus erit gehenne ignis. Ecce percussio proximi ad mortem. Ubi vero aliquis percussit lingua proximum suum: non multum notabiliter sed leuiter: vt sepe fieri solet inter personas in vnum habitantes: tunc tamen veniale est: qz nec taliter percutiens intendit alium ad iram prouocare mortalem: sicut nec de facto prouocat. Unde Rabanus: et ponit in glo. ordina. satis ad propositum loquitur: dicens: Si quis cum proximo contendens: duricia mentis vel paruitate: spernendo. s. vel non consulando: exasperauerit: et ille infirmatus tristitia a feruore dilectionis languerit: reus per confessionem: opera penitentie: et impensa promisse emendationis in medicos .i. in doctores impendat: qui infirmum baculo consolationis erigant: et fomentis predicationis in pristinum sanitatis statum restituant. Hec ille.

¶ Moraliter et secundo: et conformiter ad glo. interli. istud possumus exponere de duobus sapientibus contendentibus: quorum vnus non querit nisi alium subuertere: et non ad viam veritatis inducere: sicut solent facere heretici: et vani gloriosi: qui volunt in omnibus operibus suis apparere. In tali enim casu is qui videtur preualere: proximum suum occidit: quantum in se est: et ideo reus est mortis spiritualis et eternalis. Secus autem si disputatio fiat causa inuestigande veritatis: quibus interdum se inmiscceat appetitus humane laudis et egregia impugnatione aduersarij: sicut communiter accidit in gymnasijs scholasticorum. Tunc enim possibile est: q opponens non peccet nisi venialiter: nec aduersarium occidit spiritualiter per iram aut impatien-

tiam: sed qr ille similiter peccet tantū venialiter / aut nullo modo.
¶ Moraliter et tertio / iuxta illud: Si surrexerit et ambulauerit foris super baculū suū. Notandū: qr per hominem percussum itelligit homo qui succūbit tentationi carnis vel diaboli: et tūc mouit spiritualiter. Secus aūt vbi aliqualiter delectat in tētatione: citra tamē consensum: tūc enim non moritur / qr tātū peccat venialiter. Sed ex grā dei surgit a tali tētatione / et ambulat super baculum suū: quando recurrit ad memoriam crucis Christi / que est bacul⁹ ille cū quo percussus est demon in hora dominice passionis: sicut baculo materiali solent canes percuti.
¶ Allegorice predictam legē iudicialem possum⁹ exponere de Christo / q̄ fuit secūdū hūanitatem proximus populo Judeorū. Unde Joan. iiij. Salus ex iudeis est. Da exemplum de tyriaca optima medicina / q̄ tamen conficit ex pessimo veneno. Tunc ergo impij Judei percusserūt hunc proximū suū lapide (quātū in eis fuit) quādo quidem tulerūt lapides vt iacerent in eū. Joan. viij. Tūc vero pugno / quando quidē in hora passiōis collaphis eū ceciderūt. Est aūt collaphizare / aliquē pugno vel manu ad collū cedere. Sed ipe benignissim⁹ Christ⁹ dimisit eis norā qñ orauit patrē / dicēs: Pat dimit te eis. Tādē percusserūt ipsum Christū virga (quē reputabāt quasi seruū suū) qñ petierūt a Pilato vt crucifigeret / et Barrabas dimitteret. Uel dici qr eū percusserūt virga / qñ fuit flagellat⁹ in pretorio Pilati. Propter hec igit ipi Judei merito percussi sūt a Tito et Uespasiano tēporaliter et corporaliter / et a deo patre spūaliter et eternaliter: prout pdixerat eis ipe Christus Luce. xix.
¶ Anagogice ista rixa referēda est ad illā pugnā habitā inter angelos / i celo / de q̄ loquit Jo. Apoc. xij. dicēs: Factū est pliū magnū in celo ꝛc. Nā angeli mali percusserūt angelos bonos / q̄ induxerūt eos (quātū in ipsis fuit) ad ruinā / et dei offensam: sed non preualuerunt / nec locus eorū amplius inuentus est in celo / sed tanq̄ rei criminis missi sunt in abyssum inferni / vbi subiacēt pene eterne.

¶ Sexta clausula.



Si rixati fuerint viri / et percusserit quis mulierem pregnātem: et abortiuum quidē fecerit / sed ipsa vixerit: subiacebit damno quantum marit⁹ mulieris expetierit / et arbitri iudicauerint. Si autem mors eius fuerit subsecuta: reddet animam pro anima / oculū pro oculo / dentem pro dente / manum pro manu / pedem pro pede / adustionem pro adustione / vulnus pro vulnere / liuorē pro liuore. Si percusserit quispiā oculum serui sui / aut ancille / et luscos eos fecerit: dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. Dentem quoq̄ si excusserit serui vel ancille sue / similiter dimittet

mitteret eos liberos.

¶ Historialiter postq̃ in precedenti clausula eximius propheta dñi Moyses locutus est de pena q̃ debet ei q̃ inter rixandum percutit proximũ suũ: hic consequẽter loquitur de pena qua plecti debet qui percutit mulierem pregnantẽ: finaliter addẽs de pena qua plecti debet / qui percutiens seruũ suũ eruit sibi oculum vel dentem. Dicit ergo Moyses ex parte dñi / ponens preceptũ iudiciale cõtra percutientes mulierẽ pregnãtem / in hũc modum: Si rixati fuerint viri: quorũ supple rixa est periculosior q̃ rixa mulierum / que nõ solent deferre arma / nec percutere gladio: nisi loquamur de rixa verbali (quantũ ad illam excedunt mulieres sepenumero viros: dicẽte sapiente Eccli. xxv. Non est ira super iram mulieris) et percusserit quis mulierẽ pregnantem &c. Totus iste textus declarabitur in deductione dubiorum.

¶ Primũ igitur dubium: Cũ sit hic questio de viris rixantibus / et nõ de mulieribus: Queritur / quare fit mentio de percussione mulieris pregnantis? Dicẽdũ / ꝙ hoc ideo / quia mulier videns virum suum percuti / nititur eum defendere (si potest) et separare de multitudine rixãtium / aut saltim rixe se interponere: vt dicit Josephus. In illo igitur casu si rixans cõtra virum suum / percutit eam / eo ꝙ defendit virum suum modo predicto / et illa fuerit pregnans: et ex tali percussione illa abortiuum fecerit: talis percutiens subiacebit iudicio / quod ponitur in textu.

¶ Secundum dubium est de abortiuo. Cum enim contingat mulierem pregnantem parere abortiuum dupliciter: scilicet non animatum / et animatum: queritur de quo loquitur presens lex? Dicendum / ꝙ loquitur de non animato. Quia vt dicit Augustinus / si certum erat ꝙ fetus aliquando fuisset animatus / talis percussor puniebat vt homicida: id est / hominem occidẽs. Nam fetus q̃ primũ est animatus / est homo. Si autem fetus non esset animatus / nec mulier ex tali percussione moriebatur: tunc percussor puniebatur ad arbitriũ viri sui bene regulatum. Qui si non poterant concordare: recurrendum erat ad iudices / siue ordinarios / siue arbitros / quorum sententie standũ erat.

¶ Tertium dubiũ: Quare lex non dixit / quãtum petierit mulier que passa est: sicut de viro suo? Dicẽdum / ꝙ propter duo: Primum / quia cum vir sit caput mulieris (vt dicit Apostolus Ephesios quinto) nihil notabile debet petere aut recipere: et presertim in materia subiecta / nisi per manum viri sui. Secundum est: quia persone lese / et presertim mulieres / immoderate petere consueuerunt: vt dicit dominus Petrus de Palude.

¶ Quartum dubium / et quod oritur ex precedenti solutione / tale est: Nunquid et viri possint immoderate petere sicut et mulieres? Certe ita: et ideo vbi in casu viri immode-

ratam recompensam expetebant: lex prouidit de optimo remedio / scilicet de arbitris: qui communiter erant sacerdotes. Poterant etiam esse nō sacerdotes / qui de consensu partium eligebantur / et litem terminabant.

¶ Quintum dubium mouetur propter illud verbum / Si autē mors ei⁹ fuerit subsecuta: reddet animā pro anima etc. Queritur ergo cuius persone relationem faciat ly eius: matris .s. vel filij? Dicēdum / q̄ vtriusque: siue coniūctim / siue separatim. Si si arguatur / q̄ non possit intelligi de abortiuo animato / quia lex dicit q̄ percussor reddet dentem pro dente. Talis aūt abortiuus nō potest ledi in dentibus: eo q̄ dētes non habet. Igitur et per consequens hoc solum referēdum est ad matrē paruuli percussam. Dicēdū / q̄ dens (respectu paruuli) referendus est ad mandibulā / que est sedes dentis: et ideo si comperiatur q̄ percussor notabiliter leserit predictam mandibulā paruuli: ita vt non possit esse sedes dentiū: tantūdē est sibi faciendum. Si vero referatur ad matrem / litera est clara.

¶ Sextū dubiū: Utrum predicta lex sit equa et rationabilis? Uidetur q̄ nō / quia percutiens mulierem pregnantem: non intendit percutere fetum eius: sed q̄ peccat / est omnino inuoluntarium / ex parte eius et casuale: inuoluntariū autem tollit rationem culpe. Igitur. Dicendū / q̄ percussio fetus / et si non fuerit per se intēta / fuit tamen intenta per accidens: inquantum. s. percutiens mulierem pregnātem / dabat operam rei illicite / quam potuit et debuit vitare. Da exemplū de proijciente lapidem vel tegulam per viam cōmunem / et interficiente hominē a casu trāseuntem / sine premonitione generali preuia / verbo vel signo / ne quis illac tali hora trāsiret.

¶ Septimū dubiū / quare hic ponitur pena talionis? Dicendū q̄ ideo / quia multum facit ad propositum / eo q̄ dictū est q̄ interficiens mulierem p̄gnātem / debet mori / et reddere animam pro anima. Nā pena talionis / secūdū Petrū Comest. est / qua aliquis ligatur ad tale patiēdū in corpore suo / quale alteri intulit. Hec igitur lex taliōis debet generaliter intelligi / et non solū in casu mulieris pregnantis percusse.

¶ Octauum dubium: Cur lex ista talionis non dicit / aurem pro aure / nasum pro naso / linguā pro lingua: sicut loquitur de alijs membris? Pōt ad hoc primo dici / q̄ sub membris in lege expressis intelligūtur etiā alia mēbra. Secundo potest dici / q̄ auris et nasus (vt sūt instrumēta sensuum) nō possunt auferri vt ocul⁹: sed tantū inquantū sunt ad decorem: et sic cōprehenditur eorum ablatio sub adustione. Quod autem obijcitur de lingua: dicēdū / q̄ inquantū lingua comestioni seruit / cōprehenditur eius ablatio sub ablatione dentis: inquātū aūt seruit locutioni / sic comprehenditur sub ablatione oculi.

Nonum

¶ Nonum dubiũ: Utrũ hec lex talionis sit rationabilis? Uidetur q̃ non; quia videtur esse cõtra illud priuilegiũ dñi, de q̃ Deuteronomij. xxxij. Mihi vindictã: & ego retribuã. Dicendũ: q̃ lex talionis: dũmodo exerceatur amore iustitie: & nõ liuore vindicte: est iusta & rationabilis: vtpote a deo data in antiqua lege. Unũ tũc licite poterat obseruari absq̃ culpa.

¶ Decimũ dubiũ: Cur tam dura p̃cepta iudicialia dedit dominꝰ in antiqua lege? Dicẽdũ: q̃ ꝓpter duritiã populi Hebreoꝝ domãdã: q̃d erat populꝰ dure ceruicis. Uel dicendum: scdm̃ August. super Exodũ. q. lxxx. q̃ deꝰ talia dura p̃cepta dedit & p̃cepit: vt ostẽderet q̃d vindicte dei debeatur. Nisi enim (inquit) q̃d vindicte dei debetur: quis sciret quid venia relaxaret?

¶ Undecimũ dubiũ: Utꝝ dñs voluerit legẽ istã talionis inter oẽs equaliter debere obseruari? Dicendũ q̃ non: & signãter inter dñm & seruũ: sicut ostẽdit textꝰ presens cũ ait: Si ꝑcusserit quispiã oculũ serui sui aut ancille: & luscos eos fecerit: dimittet eos liberos pro oculo quẽ eruit. Et similiter dicendũ de dente. Talis igitur remissio seruitutis: erat totalis pena legis. Et simile iudicium erat de manu: vel pede.

¶ Duodecimum dubiũ: quare non similis punitio imponitur ꝓ adustione: vulnere: vel liuore? Respondet de Pal. q̃ manus: oculus & pes: sunt de esse hominis: quia homo nõ est ꝑfectꝰ in natura: nisi talia habeat. Adustio autem: & vulnꝰ: cõmuniter non auferunt membrum necessarium ad esse hominis: sed tantum auferãt decentiam quandam & decorem. Non mirum ergo si similis punitio non imponitur.

¶ Decimumtertium dubium: Cur in predictis casibus: scilicet in ablatione nasi: vel oculi &c. non puniebatur dominus pena pecuniaria: & non per priuationem serui sui: qui ab eo recedebat liber? Ratio est: quia cũ quicquid habeat seruus totum sit domini sui: ipse dominus potuisset ab eo repetere dictam pecuniam tanq̃ suam: et sic in nullo fuisset punitꝰ. Itẽ vt dicit Andreas: si pro predictis: pro quibus dabatur libertas: fuisset satisfaciendum per penam pecuniariã: domini (et signanter potẽtes) fuissent ꝓcliuiores ad atrociter percutiendum suos seruos: maxime cum dicat Isidorus: q̃ reus nullam culpã timet quam nũmis redimere existimat. Insuper per hũc modum serui percussi fuissent tardiores ad conquerendum de dominis suis: tum quia pecunia postmodum reuersa fuisset ad eos: vt dictũ est: tum quia remanentes in ipsorum seruitute: fuissentꝰ eis duriores. Puniebantur ergo domini in predictis casibus in hoc quod valde carum habebant: scilicet in amissione seruitutis serui sui: vel ancille: de quibꝰ equaliter loquitur lex: vt patet in textu.

¶ Decimumquartum dubium oritur propter illud verbum: Si percusserit quispiam oculum

lum serui sui vel ancille. &c. Queritur / qua pena puniri debebat dominus / si percussisset vtrumque oculum serui sui vel ancille / reddendo eos cecos? Nunquid sufficiebat eos emittere liberos? Dicit de Pal. post Andream / q non: sed cum hoc tenebatur prouidere de victu et vestitu: maxime cum per casum non potuissent sibi prouidere. Et ad hoc sacerdotes / siue iudices / qui pro tempore erāt / tenebantur eos efficaciter compellere.

¶ Decimumquintum dubium oritur propter illud verbum: & luscos eos fecerit. Queritur ergo / a quo dicitur lusc⁹? Dicēdum q luscus dicitur quasi lucecarens. Uel dicitur quasi lucis custos. i. oculi / non oculoꝝ. Nam luscus dicitur / qui habet vnum oculum / et altero caret.

¶ Moraliter et primo / per mulierem pregnantem / quam homo rixans percutit / intelligit humana conscientia: que tunc est pregnans / quando concipit bonum propositū / & habet desideriū boni. Contingit autem quandoq q talis fetus est viuens / & quandoq non viuēs. Nam tūc est viuēs / quādo habens ipsum viuit vita gratie. Non viuens aūt / quando habetur ab attrito / et q nondū habet gratiam. Percutiens aūt mulierem pregnantē dr / ille q verbo vel malo exemplo scandalizat eū q habet tale ꝓpositū bonū / siue de ingressu religionis / siue de emendatione morū & vite / siue alias. Si igit predictus fetus prius viueret modo predicto in anima: et ex tali percussione moriatur morte spirituali. s. per peccatū: tūc taliter percutiens / id est alterū scandalizans / simili etiam morte morietur. Et hoc voluit innuere Christ⁹ Matth. xviij. cum ait: Si quis scandalizauerit vnum de pusillis qui in me credūt: expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo ei⁹ / & submergatur in mari. s. inferni / nisi supple in presenti submergatur in profundū maris .i. amare penitentie.

¶ Moraliter & secūdo / & cōformiter ad dominum Hug. Car. mulier pregnans. est quelibet anima deuota: quam sepe percutiunt confessores / vel nimis aspere obiurgando eam: vl' nimiam penitentiam imponendo: ita vt sepe penitentiam et morū emēdationem (quā mēte cōceperat) totaliter dimittat: ecce abortiuū: atq ad peccata preterita redeat. Tales enim confessores sunt obstetrices Pharaonis. i. diaboli / qui infantes Judeorū / id est / confitentium proposita bona suo facto necare non metuunt. Tales iurati sunt cū Herode qui paruulos interfecit. Insuper tales non sunt Christi discipuli / quib⁹ ait ipse Christus Jo. xj. Soluite eum. s. Lazarum: et sinite abire. Per Lazarū autē figuratur confitens / qui cū timetur de recidiuo ex grauitate penitentie / leuis penitentia illi est imponenda.

¶ Moralr & tertio / istud possumus exponere de carne & spiritu. Hec enim duo in presenti sunt in rixa ferme cōtinua: qz vt dr Gal. v. Caro concupiscit aduersus

aduersus spiritū: τ spūs aduersus carnē. Hec enī sibi inuicē aduersant. Nā sepe ipsa caro extinguit fetū boni propositi i eia: ita vt sequat abortiuus. Quale igit iudiciū dandū est: nisi vt caro crucifigat: τ mortificet per opera penalia? Qr vt dicit aposto. vbi supra: qui Christi sunt: carnē suā crucifixerūt cū vitijs τ concupiscentijs. Propterea idē apo. Col. iij. clamat dicens: Mortificate corpora vestra q̄ sunt sup terram. Et notanter dicit sup terrā: qr predicta rixa non fit nec durat alibi q̄ sup terram: vbi est locus certaminis: qr vt dicitur Job. vij. Militia ē vita hominis super terram.

¶ Moraliter τ quarto: iuxta illud: reddet animā p aia oculū pro oculo τc̄. Notandum: q illud possim⁹ exponere de illo q̄ malitiose retrahit verbo vel facto aliquem ab ingressu religionis: siue vt damnificet ipsā religionē: siue quia forte reputat ingredi religionē (quāuis approbatā τ bene regulatam) vanū τ inutile. Sec⁹ aūt si bōa intentione hoc faceret: vtpote quia forte habet parētes quibus est necessarius: vel qr est inualidus ad portandū onera religionis: q̄ certe grauia sūt. Nam in talib⁹ casibus: aut similib⁹: nō male agit qui diuertit pro tempore aliquē ab ingressu religionis. Secus si mala intentione: qr tunc tenetur reddere animā p anima: oculū pro oculo: dētem pro dēte: pedē pro pede: id est postea illū quem retraxit inducere ad ingressum religionis: vel eque idoneū. Qꝫ si non possit talem inuenire: ipse in propria tenet ingredi: dūmodo sit vtilis religioni. Et per hunc modū dñs Raimund⁹: quondam penitētiarius pape: ingressus est religionem fratrum predicatorū: vt refert beat⁹ Antoninus in summa sua.

¶ Moraliter τ quīto: sicut cōtingit animā deuotā impgnari per gratiam a deo: et tūc nō licet eā percutere: ne abortiuū faciat: ita τ p oppositū contingit animā peccatricem impregnari per peccatū a diabolo: iuxta illud Luc. xxiij. Ve pregnātibus: τ tūc licet eā pcutere: vt abortiuū faciat: qr meritoriū est vt quis volētē peccare retrahat a malo: qr de hoc deus vnicuiq mādauit de proximo suo: vt dr Eccli. xvij. Vñ ad hunc finem dedit Christus preceptū de correctiōe fraterna. Mat. xviij. dicens: Si peccauerit in te: id est: te sciente: (secūdum vnam expositionē) frater tuus: id est: quilibet Christian⁹: quē debes fraťna liter amare. Uade τ corripe eum inter te τ ipsum solum τc̄. Si te non audierit: adhibe tecum vnū vel duos testes τc̄.

¶ Moraliter et sexto: iuxta illud: oculum pro oculo τc̄. Notandum: q sicut sunt oculi corporales: ita et spirituales qui sunt in anima. Unde Aristot. j. Ethic. dicit: q̄d est (inquit) in corpore visus: hoc est in anima intellectus. Hereticus ergo q̄ nititur auferre oculum intellectus in proximo: meretur vt et ipse perpetuo priuetur tali oculo. Sic enim punietur pena

 talio=

talionis: vel meretur priuari visione diuina: vel dici q sicut in antiqua lege dñs erues oculos serui sui/vel ancille/dimittebat eos liberos pro oculo/ quē eruerat: ita & hodie si dñs curatus cōperiat eruisse oculos intellect⁹ a suis parochianis/ predicando et inducendo eos in pestiferos errores: in tali casu si conuincatur/ debet eos dimittere liberos: per resignationem beneficij: et ad hoc cōpellendus est. Et idem iudiciū est si abstulit ab eis pedē: id est/ affectum bonū: vt q non visitent predicationes / aut alias ecclesias preter suā. Idē dic si abstulit ab eis manū/ retrahendo eos ab executione bone operationis: vt q nō faciant eleemosynas fratribus mendicantibus: dicendo / q sunt nimis diuites: vel q nō declinent ad eos pro missis celebrandis: & q habent capellanos suos/ per quos faciāt illas dici. Item q status religionis/ & signanter mendicantium/ nō est introduct⁹ nisi ad questū: et huiusmodi. Ecce in quibus casibus dominus curatus debet dimittere seruos suos: id est/ perdere beneficium.

¶ Allegorice & primo/ duo viri litigantes/ fuerunt Judei et Gentiles/ conuersi ad fidem in primitiua ecclesia: prout legitur Act. vj. de quibus ibi dicitur / q crescente multitudine discipulorum/ factum est murmur Grecorum aduersus Judeos: eo q despicerētur in ministerio quotidiano vidue eorum. Ex qua quidem rixa occasionaliter/ & de per accidens orta est percussio mulieris pregnantis: id est/ ecclesie Christiane/ habentis paruulum in vtero suo: id est/ Christū per fidem & charitatem. Percutientes autem eam fuerunt heretici/ qui fuerunt in primitiua ecclesia: & q nisi sunt extinguere dictum paruulum in cordibus recte credentium. Quo nō obstante/ dicta mater mortua nō est/ sed semper viuit/ nec morietur ante finē seculi. Unde ipsa per os Dauid / de huiusmodi percussione pie cōqueritur/ dicens: Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: supple/ predicti heretici: dicat nūc Israel: id est/ ecclesia/ que recte dicitur Israel: id est/ videns deum per fidem. Non quidem semel solum: sed frequenter: ideo repetit dicens/ Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea / etenim non potuerunt mihi: supple tantū nocere/ quantū optabant. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. i. predicti heretici: qui tunc fabricauerunt supra dorsum ecclesie/ quando laborauerunt omnino exterminare dorsum ecclesie. i. precipuos ecclesie prelatos et doctores: prolongauerunt iniquitatem suā: q2 persecutio huiusmodi hereticorū diu regnauit/ nec adhuc omnino totaliter extincta est: sicut patet in modernis Lutheranis. Maritus aūt predicte mulieris pregnantis est dñs de⁹/ siue Christus Jesus/ qui desponsauit eā per fidē. Predicti ergo heretici/ q etiā nitant adinuicē/ & cōtra ecclesiā: subiacebunt dāno qō inferūt predicte sponse ecclesie/

ecclesie/quantum dictus maritus mulieris expetierit. Hoc autem erit in fine seculi / quando ipse Christus mittet omnes hereticos ad mille demones/ubi solvent penas eternas / quas pro suis perversis dogmatibus in presenti demeruerunt. Quod autem subditur / Et arbitri iudicaverint: referendum est ad Christi apostolos/qui simul cum eo iudicabunt in die iudicij / scilicet accessorie: iuxta illud Christi verbum Mat.xix. Vos qui secuti estis me / in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue / sedebitis et vos super sedes duodecim / iudicantes duodecim etc. Quod autem sequitur: Si autem mors eius fuerit subsecuta: referendum est ad aliquas particulares ecclesias / in quibus aliquando floruit fides: sicut apud Alexandriam/Antiochiam/Hierusalem/et huiusmodi: nunc autem fides ibi omnino extincta est. Ecce quomodo secuta est mors dictarum ecclesiarum: et ideo heretici et tyranni illi qui huius mortis causa extiterunt / non evadent iudicium domini: sed reddent animam pro anima/sive pro animabus quas subverterunt: et oculum pro oculo / sive pro illis qui erant oculi ecclesie. Pedem pro pede.i.subversione simplicium / et huiusmodi: qui dicuntur pedes ecclesie / eo quod sunt infima pars illius/et minus honorabilis / saltim quo ad iudicium hominum / quamvis non semper quo ad iudicium divinum.

¶ Anagogice / hanc vitam possumus referre ad vitam angelorum: sed quia de hoc superius satis dictum est / ideo sufficit. Tunc etiam mulier pregnans erat: quando multi angeli fuerunt in celo creati / sed predicta mulier: id est / ecclesia triumphans abortivum fecit / quando magna multitudo illorum cecidit de celo in infernum.

¶ Septima clausula.



Si bos cornu percusserit virum aut mulierem / et mortui fuerint: lapidibus obruetur: et non comedentur carnes eius: dominus quoque bovis innocens erit. Quod si bos cornupeta fuerit ab heri et nudiustertius / et contestati sunt dominum eius: occideritque virum aut mulierem: et bos lapidibus obruetur / et dominum eius occident. Quod si precium fuerit ei impositum / dabit pro anima sua quicquid fuerit postulatus: filium quoque et filiam si cornu percusserit: simili sententie subiacebit. Si servum ancillamque invaserit / triginta siclos argenti domino dabit: bos vero lapidibus opprimetur.

¶ Historialiter postquam in precedentibus sufficienter dictum est de pena / qua plecti debet qui virum aut mulierem / sive liberum aut servum percutit: hic consequenter legislator noster Moyses / conformiter ad domini voluntatem / loquitur de pena que debetur bovi occidenti hominem: et dicit / Si bos cornu percusserit virum etc. Ponuntur autem hic quatuor leges iudiciales

cipales per ordinem.
¶ Prima igitur lex est de dño bouis nõ premonito: et dicit q si in tali casu bos percusserit cornu virũ aut mulierem i ante scz dñi contestationẽ: et mortui fuerint i supple ex tali pcussione. Nec in hoc distinguit inter seruũ et liberum i nec inter magnũ et paruũ i nec inter nobilẽ et ignobilẽ: sed equa lex datur de omnib⁹ interfectis a boue. Et similiter quod dictũ est de cornu bouis: idem etiã intelligendum est de pede illius i siue de alio mẽbro: lapidibus obruetur et hoc propter horrorẽ facti i siue effusiõis humani sanguinis. Unde propter eandem causam sequitur: et non comedenk carnes ei⁹ i sed supple relinquenk in cãpo vel loco lapidationis: vt deuorentur tum a canib⁹ tũ ab auibus celi i siue vt ibidẽ putrescant. Sequitur: Dñs quoq bouis innocens erit. Cuius ratio est: quia poterat ignorare bouẽ suũ cornupetam esse. i. suis cornibus homines impetere i siue inuadere. Sunt enim aliqui boues adeo mites i q nunq inuadũt homines i sed ipsos naturaliť timẽt.
¶ Secunda lex est de domino premonito: que dicit i q si dñs bouis fuerit premonit⁹. i. quãdo post contestationem illi factam q bos illius cornupeta esset. i. q haberet consuetudinem homines impetẽdi cornu. ab heri et nudiusterti⁹. i. a nunc est dies tertius. Et nota scdm glo. interli. q hic ponik tẽpus determinatũ p indeterminato: id est p toto tẽpore preterito. Simile habek Gene. xxxi. cum dicik: Animaduertit Jacob faciem Laban i q nõ esset circa se sicut heri et nudiusterti⁹. Sequik: et contestati sunt dominũ eius: id est i illi qui viderunt i dixerunt domino suo: nec tamen recluisse dictũ bouẽ intra stabulũ i sed occiderit virum aut mulierẽ i siue liberos i siue seruos: vt dictũ est: quia in hoc non erat distinctio: et bos lapidibus obruek i scz propter horrorem facti (vt dictũ est) et non pter culpã quam in hoc haberet: et dominum eius occident: quia videk mortem illorũ voluisse i volendo bouẽ hinc inde discurrere i quẽ bene nouerat esse cornupetã: et per cõsequẽs bene poterat probabiliter dubitare q ex hoc mors hominis sequi nata esset. Poterat tamen talis homo seipsum redimere a morte i secundũ legem. Unde sequik: Qd si preciũ fuerit ei i scz domino bouis i in illo casu impositũ. i. si permissum illi fuerit i vt pecunia redimat vitã suã: dabit pro anima sua i scz amicis occisi i qcqd fuerit postulat⁹: et hoc scdm arbitriũ sacerdotũ i q iudices erãt.
¶ Tertia lex erat de libero percusso i que dicebat i q quando post cõtestationem bos ledebat hominem liberum i sed priuatum: quia filium i vel filiã: simile iudiciũ erat de dño talis bouis i sicut pri⁹. i. talis moriebatur i vel soluebat pecuniã postulatam i vel arbitrariam.
¶ Quarta lex erat de seruo percusso: que dicebat i q quando post contestationem bos ledebat seruũ vel ancillã i dñs bouis puniebak in pecunia certa i

cum bos lapidibus opprimebatur. Qui si talis seruus erat seruus filius dñi, cuius bos occiderat eum: tunc pecunia que pro tali morte dabatur, cedebat ad vtilitatem sacerdotis vel sacerdotum. Ubi vero erat seruus alterius dñi: tūc dicta pecunia cedebat ad vtilitatē illius. Et in vtroq casu bos occidebatur, et hoc in detestationē effusionis humani cruoris: vt dictum est, quia bos in hoc nullam haberet culpam, cum non ageret p intellectū et voluntatem, sicut in detestationem certorum casuum non celebratur in ecclesia polluta seu violata, quamuis ipsa ecclesia non sit in culpa.

¶ Circa autem presentē textū possunt moueri aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium: Cū homo possit interfici ab alijs animalibus, sicut a boue: quare fit potius hic mentio de boue, q̄ de alio animali? Dicendum in primis, q per bouem intelligitur etiā omne animal, a quo potest homo pati mortē. Secundo dicendum, q ratio cur potius fit mentio de boue, alijs tacitis et suppressis, hec est: quia in bobus magis Judei abundabant, tanquam ad plura illis necessaria, non tam ad escam, q̄ ad sacrificiū. Itē ad arandum, et huiusmodi.

¶ Secundum dubium, ex quo in primo casu dominus bouis innocens erat: cur ergo puniebatur per ablationem rei sue que occidebatur? Responsio, in detestationem mortis hominis hoc fiebat: vt dictum est. Item ad cautelam: vt habentes boues auferrēt ab eis cornua in illa parte q̄ fere acutior est et periculosior, et presertim vbi verisimiliter timebatur de periculo bouis, circa inuasionē hominis. Nam frequenter ad cautelā multi multa danma patiūtur, etiam seclusa culpa sua.

¶ Tertium dubiū: Quare carnes talis bouis lapidati non comedebātur? Ad hoc respōdet Augustinus in questionibus super exodum. q. viij. q hoc fiebat propter duo: scilicet propter iustitiam, et significationem. Primo quidem propter iustitiam. Ad iustitiā (inquit) pertinebat, vt animal hominibus necessarium occideretur: tum propter horrorem facti, tum in penam negligentie domini sui. Sed ad significationem (inquit) erat, q carnes eius nō comedebantur, sed relinquebantur auibus et canibus. Quidā tamen (inquit) volunt hoc etiam ad iustitiā aliqualiter pertinere. Cum enim boues et cetera animalia data sint homini in adiutoriū, propter qd̄ et iumenta dicuntur: cum ledūt hominē, faciūt quasi cōtra nature sue ordinē. Merito ergo auferri debēt ab ordie nature, et multitudine ceterarū creaturarū, vt cōuertantur, i cibū viliū creaturarū, vel putrefacta in puluerem terre redigantur, ex quibus etiam mortuis homines secundum nature ordinē comedere debuerant.

¶ Quartū dubium, et qd̄ versatur circa secundā legē superius positam, tale est: Quid iuris si vnicus homo plures contestatus fuerit domino bouis, q bos eius esset cornupeta: et post huiusmodi

huiusmodi repetitam contesta tionem: bos hominē occiderit. Nunquid & dominus eius in tali casu mori debebat? Videtur ꝙ non: quia lex alibi dicit: scilicet Deutero. xvij. In ore duorum vel trium testium peribit ꝗ interficietur. Nemo enim occidatur vno contra se dicente testimonium. Item cap. xix. seq. dicitur: Nō stabit testis vnus cōtra aliquē: quicquid illud peccati & facinoris fuerit: sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Relinquitur ergo ꝙ dñs bouis non tenebatur credere vnico testi deponēti: ꝙ bos eius esset cornupeta: id est: impetēs homines cornibus suis. Dicendum: ꝙ non tenebatur simpliciter vnico testi credere: nec ex tali depositiōe debebat adiudicari morti: nisi forsan talis testis adhibuisset plures alios homies: per quos potuisset conuinci: & presertim si damno dato voluisset ꝓ sua defensiōe ignorātiā allegare.

¶ Quintum dubium oritur ꝓpter illud verbum: Dabit pro anima sua quicquid fuerit postulatus. Sed cōtra hoc potest sic insitari: Quia aut talis erat reus mortis: & sic non poterat pro redemptione anime sue pecuniam dare: nec illā iudices recipere. Si non erat reus mortis: ergo iniuste exigebatur pecunia ab eo? Dicēdum: ꝙ talis erat reus mortis: nihilominus in casu poterat cum eo dispensari (ex diuina ordinatione) vt non moreretur: & hoc per ministerium iudicum: siue sacerdotum (qui iudices erāt) & hoc singulariter quādo non poterat occidi sine magno scandalo & turbatione: siue damno reipublice. Sicut patet de Jonatha filio Saul. j. Reg. xiiij. ꝓ quo populus multū rogauit: vt nō moreretur: eo ꝙ fecerat salutē magnam in Israel: ꝗuis esset dignus morte: tanꝗ transgressor legis paterne: comedēdo mel. Propter quod videtur: ꝙ rex possit dispensare cū aliquo reo mortis: vt non moriatur quando vita eius est vtilis reipublice. Vel quādo pro redemptione sua datur pecunia cōuertenda in vsus reipublice: & ad subleuationem tributorum populi. Hec tamē redemptio nō debet fieri assuetis malefacere: sed tm̄ quando presumitur de emēdatione morum et vite delinquentis.

¶ Sextum dubium: vbi filius aut filia occisi a boue: nullos habebat parentes aut amicos: & dñs bouis volebat precio redimere vitam suam: cui in illo casu dāda erat pecunia? Dicit dominus de Pal. ꝙ debebat applicari ad restaurationem & reparationem templi: siue ad sacrificia comparanda: que multorum sumptuū erāt. Vel forte poterat applicari in alios pios vsus: secūdum arbitrium sacerdotis legis.

¶ Septimum dubium: quare lex distinguit inter liberum et seruum: a boue percussum? Ratio huius est: quia lata differentia est inter vtrunque: quamuis vtrique homines: tamen vnus liber & alius seruus. Nam (vt dicit Josephus) maius damnum erat occidere liberū ꝙ seruū: cum esset porior pars cōmunitatis.

tatis. Item quia serui solēt boues custodire. Unde quādo percutiuntur/debet eorum negligentie imputari: magis ꝙ malitie occidētis. Item et tertio: serui custodientes boues/ solēt eos frequenter prouocare/ stimulare/ atq; exasperare: et ideo presumitur seruus interfectus siue ancilla sic fecisse. Non sic autē presumitur de libero. Dicunt autē Hebrei ꝙ ideo .xxx. siclis argenti seruus redimebatur ad designādū ꝙ .xxx. generationes descēderūt de Cham secundo genito Noe/ quem ip̄e Noe in filio eius Chanaā/ addixit perpetue seruituti: vt habetur Gen. ix.

¶ Octauum dubium: Quid iuris quando bos domini percutiebat filium eius/ aut filiā: cū ipse sciret dictum bouē cornupetā ab heri et nudiustertius? Dicendum/ ꝙ poterat se redimere certo precio ad arbitriū sacerdotum bene regulatum: et dictum preciū erat applicādum in vsus sanctuarij/ aut in alios pios vsus. Nam in occisione filij sui respublica fuit iniuste damnificata: ꝛ ideo oportet ꝙ ipse recompenset huiusmodi damnum.

¶ Moraliter ꝛ primo: ꝛ cōformiter ad dominū patriarcham de Pal. Dn̄s habens bouē cornupetam/ est homo habēs vxorem aut filiam cornupetam: id est/ inhoneste ꝛ nimis pōpatice ornatam: ꝛ sic hincinde vagantē/ vt suo vano aspectu alliciat homines: et consequenter eos spiritualiter occidat per turpē cogitationem ꝛ delectationē. Nā quilibet incautus aspectus est quasi percussio/ vna cū cornu mirabili: cum quo fuit atrociter percussus Dauid in aspectu vxoris Urie/ se lauātis: intm̄ ꝙ postea secuta sūt duo magna mala: scilicet adulterium/ ꝛ homicidium. ij. Reg. xi. Taceo de Sichem/ respectu Dyne filie Jacob. Gen. xxxiiij. Itē de Ammon/ cum Thamar sorore sua coeūte. ij. Reg. xiij. Si igitur vir nouit vxorem suā aut filiam sic cornupetam/ et non correxit eam/ reus est mortis eterne: quia videtur implicite consentire turpitudini sue. Da exemplū de illo qui videt ignē prope stipulam/ nec ip̄m extinguit. Ipsa vero bos cornupeta .i. fatua mulier/ aut filia/ lapidibus eterne dānationis obruetur. Ecce periculum domini/ et bouis percutientis alium.

¶ Moraliter et secundo: Bos est malus subditus/ siue discipulus proteruus ꝛ ceruicosus: quem dominus suus/ siue prelatus aut iudex/ debet recludere intra domum/ claustrū/ vel carcerem: secūdum variam illius conditionem: ꝛ hoc ne alijs noceat: alias si suis malis exemplis/ verbis/ aut factis alijs nocuerit/ siue spiritualiter/ siue tēporaliter eos occidendo/ dominus eius/ scilicet iudex vel prelatus/ de peccato tenebitur/ et a deo punietur: quia ipsum nō reclusit/ aut manutenuit. Ipse vero bos cornupeta/ id est/ malus ꝛ dissolutus subditus/ lapidibus obruetur: id est/ eternaliter punietur. De hoc habem⁹ historiā .j. Reg. iiij. de Hely q̄ a deo punitus est morte: eo ꝙ nō correxerat satis aspere insolētiā duorū

duorum filiorum suorum. Unde tali domino videtur dominus deus dicere illud Ezechi. iij. Ipse iniquus si in iniqtatibus suis moriatur, animā eius de manu tua requiram.

¶ Moraliter ⁊ tertio: Bos cornupeta, est minister iustitie ecclesiastice vel secularis: qui interdum plus iusto est dur⁹ populo ⁊ ferit quādoq; grauiter homines ꝓ leui causa, aut etiā sine causa sed pro occasiōe captata. Procuratores, receptores, locumtenentes dominorū terrenorum bene nouerūt que dico. Et ideo ipsi domini habentes tales boues cornupetas, q̄ exequūtur negocia sua, rei sunt mortis eterne: ⁊ presertim si tales boues fuerint cornupete ab heri ⁊ nudiustertius. Et de hoc etiā debēt caute inquirere, ⁊ inuētos tales punire, et a suis officijs deponere. Sic em̄ olim faciebat btūs Ludouicus, Francorum rex incōparabilis.

¶ Moraliter et quarto: Bos cornupeta, est bonus prelatus ecclesie, ⁊ signāter episcopus, qui etiam defert in capite mitram cornutam. Talis nempe merito dicitur bos, ꝓpter labores pastorales, quos assumit. Job. i. boues arabant, ⁊ asine. i. simplices pascebant iuxta eos: id est, reficiebantur de laboribus ⁊ p̄dicationibus eorum. Unde quia multi episcopi olim bene ararunt in campo ecclesie, hinc est q̄ multi eorū in fine sui labori reportauerūt eternam mercedem in celo, sicut sepe legitur in martyrologio sanctorum. Et nota, q̄ tales boni presules non solū fuerunt boues, per mentis constātiam quo ad se, aut per bonam operationem: verumetiam fuerūt cornupete quo ad alios, feriendo malos et rebelles ꝑ sue authoritatis executionē: precipue autem hereticos, per profundam doctrinam, ⁊ validam disputationem: sicut patuit de beato Augusti. aduersus Manicheum, Arium, Donatum, Fortunatū, quē in cōuētu omniū disputans publice superauit, ⁊ sic pene de infinitis alijs. De eo igitur videtur longe ante prophetasse Psal. cum ait: Exaltabuntur cornua iusti, supple, Augustini, exaltabuntur, inquā, feriēdo obstinatos peccatores: ⁊ p̄cipue perfidos hereticos. Nunc vero exaltat̄ cornu eius in gloria: id est, premiatur in celo ꝓ eo q̄ tam bene in presenti exaltauit cornua sua, modo predicto. Utinam moderni episcopi sic exaltarēt cornua sua. Sed quid dicam, nisi q̄ ferme om̄es modica occasione habita, aut forte formidine pene, siue incurrendi indignationem hominum: retrahūt cito more testudinū cornua sua: ita vt non audeant ferire malos, ⁊ signāter hereticos, quos forte vident supportari a magnis ⁊ nobilibus ꝑsonis. Psal. Trepidauerunt timore, vbi nō erat timor.

¶ Moralit' ⁊ .v. et ꝑ oppositū: Bos cornupeta est malus ꝓlatus, inscius, ⁊ dissolut⁹, quem deus nō posuit vt regnaret suꝑ populū suum fidelē. Osee. viij. Ipsi regnauerūt, ⁊ non ex me: nisi forte permissiue. Ipsi principes

tipes extiterunt/ supple anima les. Nemo igit debet talib⁹ pa fci carnib⁹.i.imitari opa hoīs mala: siue talis sit mortu⁹ spirituali: ter siue corporali: q2 putrefiūt corā deo z angelis ei⁹.

rū: z non cognoui.i.non approbaui. Tales boues cornupetei sepe feriunt subditos suos suis cornib⁹/dure eos tractando: z forsan per vias obliquas pecunias ab eis extorquēdo: tñ de tēporalibus soliciti: z spiritualia suis vicariis z officialib⁹cō mittētes. Tales igitur nō vnū tñ virum ac mulierem ferientes in presenti/lapidabūtur in inferno vna cū dñis suis.i.pn:cipibus secularibus: qui vi armata z regia introduxerūt eos z sedere fecerunt in ecclesiasticis dignitatib⁹/ eijciētes legitimos sponsos: ita vt preualeat via regia vie spiritussancti. Nā primum quod in talibus abusibus fieri solet/ est arrestare tēporalia in manu regia: z sic cogitur verus sponsus/ vel mēdicare/ quod statui suo nō incūbit/aut optimo iuri succedere. ¶ Moraliter z sexto: z conformiter ad Rabanū. in glo. ordi. Per bouem cornupetā / potest intelligi superbus motus animi/ quem debet dñs.i.spiritus corrigere. Qđ si non fecerit: z talis motus ingerit animabus interitum/ reatus redundat in custodem. Unde Prouerbi. xvi: Cor hominis erudiet os eius/ z labijs eius addet gratiam. ¶ Moraliter z.vij. iuxta illud verbū: z non comedent carnes eius/ nota ꝯformiter ad glo.interlī. q illi comedūt carnes animalis mortui/ q imitant opera mortua/ siue vitam z mores malos hoīs mortui/ sicut sepe ꝯtingit de filio in ordine ad patrem malū: iuxta illud cōmune Prouerb. Patrē sequitur sua p̄les.

¶ Moralr z.viij. notandū iuxta illud: Qđ si preciū fuerit ei impositū/dabit zc. q istud possumus referre ad opera satisfactoria/q̄ imponunt a sacerdote in sacramētali ꝯfessione/q̄ñ in ꝑciū precedētiū pctōꝝ. Nā cōfitēs dꝫ libēter dare ꝓ aīa sua quicqd fuerit a ꝯfessore suo postulatus/siue illd sit eleemosyna/siue ieiuniū/siue oratio. Nā tūc triginta sicli argēti dātur/ cū iponit eleemosyna sꝫ q Daniel dixit regi Nabuchodonosor: Pctā tua eleemosynis (inqt) redime. Eiusd. iiij. Nec satꝫ est q imponat/ nisi efficacit impleatur: tūc autē bos occidit/ cū corpus p abstinentiā maceratur: dicēte Apost. Coloss. iij. Mortificate mēbra vrā/ q̄ sunt sup terrā. Et Augu. in regu. de cōi vita cleri. Carnē vestrā domate ieiunijs z abstinētia esce z pot⁹/ q̄ntū valitudo pmittit. ¶ Allegorice z pmo: Bos cornupeta/ est populus Judaic⁹: q recte dr bos.ppter onera antiq legis: sed cornupeta/ppter impugnationem noue legis. Dic. aūt bos cornupeta tūc pcussit virū z mulierē: qñ ꝓsumpsit falso z heretice dicere/ Christū ex Joseph femine esse natū: simul impetēs Joseph z Mariā tāq nō fuerint virgines: pariter etc Christū: asserēs eū more aliorum paruulorū fuisse ꝯceptū z natum. Sed hos protegit ecclesia a tali boue cornupeta/ dicēs ad beatā Christi matrem

Gabrielem archangelũ scimus diuinitus te esse affatum: vterum tuũ ꝛc. Quid igitur restat huic boui cornupete: nisi ꝙ lapidib⁹ obruatur per eterne dãnationis duram sententiam.


¶ Allegorice ꝛ secundo: Bos cornupeta fuit malignissimus Christi proditor Judas: qui cõgrue dicitur bos: quia bestialiter in collegio Christi ꝛ Apostolorum conuersatus est. Iste bos fuit cornupeta: id est impetens hominem Christum duobus cornibus. Primũ fuit cornu auaritie: erat enim auarus. Unde ad extinguẽdã sitim sue auaritie: Christus commiserat ei loculos: vt legitur Joan. xij. Secundum cornu: ꝛ quod ortũ est in eo ex ꝑmo: fuit cornu furti. Erat eñ fur (vt dicitur vbi supra) et ea que mittebãtur: scilicet in loculis quos seruabat: mittebat: supple vxori et filijs quos habebat. Et quia in effusione vnguenti preciosi: quod effudit Magdalena sup pedes Christi: arbitrat⁹ est se triginta argẽteos perdidisse: ideo in recompẽsam tantũdem decreuit Christum vendere. Hec fuerunt igit̃ huius bouis duo cornua: quib⁹ aggressus est Christum: ꝛ sine quibus nuꝰ͂ fuisset eum aggressus. Sicque fuit causa primordialis mortis ipsius: propter quod in penã absens laqueo se suspendit: ꝛ crepuit medius: atꝗ diffusa sunt eius viscera: vt dicitur Actuũ j. Nunc vero lapidibus eternorum tormentorũ obruitur bos iste in inferno.

¶ Allegorice ꝛ t̃tio. Bos iste erit Antichristus: qui etiã totus bestialis erit: et dedit⁹ delectationibus venereorũ: atꝗ ciborum ꝛ potuũ. Habebit aũt bos iste duo cornua: quib⁹ percutiet fideles. Primũ erit magna astutia: qua vtetur. Habebit enim secum diabolum: qui reuelabit sibi multa mysteria occulta a constitutione mũdi: ita vt videatur spiritum dei habere: ꝛ loqui in nomine ipsius. Nam vt dicit Apos. ij. Thes. ij. filius ille perditionis extollet supra omne quod dicitur de⁹: aut quod colitur: ita vt in templo dei sedeat: ostẽdẽs se tanꝗ͂ sit deus. Ecce igit̃ primũ cornu huius bouis. Secundũ erit magna potentia siue crudelitas. Nam quos nõ poterit per suam astutiam superare: studebit superare exquisitis tormẽtis ꝛ cruciatibus. Nunꝗ͂ enim sancti dei martyres tot ꝛ tanta passi sunt (licet mirabilia legantur tollerasse tormẽta) sicut electi dei tũc ab eo patiẽtur: adeo vt dicat̃ Mat. xxiiij. ꝙ erit tunc tanta tribulatio: qualis non fuit ab initio mundi: neꝗ fiet. Et nisi breuiarentur dies illi: nõ fieret salua omnis caro: sed ꝓpter electos breuiabuntur dies illi. Sequitur: Tunc surgent pseudochristi: ꝛ pseudoprophete: ꝛ dabũt signa magna et prodigia: ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Hec vbi supra. Ecce secundũ cornu predicti bouis: id est antichristi: q̃ et filius perditionis ab Apo. appellatur: vbi supra. Et quia tanta mala ꝛ neces hominum facturus est: ideo tandem lapidibus obruetur: quia vt dicit ibidem

Ibidem idem Apost. Quē interficiet domin⁹ Jesus spiritu oris sui.i.ministerio alicui⁹ boni angeli ad hoc missi. Domin⁹ aūt hui⁹ bouis erit diabolus possidens eū: ꝛ cuius potestate faciet q̄ dicta sunt: et ideo iusto dei iudicio post hec recludet ī carcerem inferni/ sine fine ibi cruciandus.

¶ Anagogice: ista possunt exponi de malo angelo/ qui cū in primo instāti sui esse / esset pulcherrima et nobilissima creatura: non multo post mutatus est ī bouis similitudinem / per culpam. Et de hoc vide Boetiū de consola. libro.iiij. prosa tertia. Unde scriptura Esaie xiiij. improperat ei priorē pulchritudinem/ dicens: Quomodo cecidisti de celo Lucifer q̄ mane.i.in creatione tua ꝛ principio oriebaris? Sequit̄: Detracta est ad inferos superbia tua. Ecce quare cecidisti. Cū aūt iste bos electus fuisset de celo/ q2 loc⁹ ille debetur angelis ꝛ hominib⁹/ et nō bob⁹: descēdit in hortū paradisi terrestris ꝛ ibi inueniens virum et mulierē: id est / Adam ꝛ Euā: percussit eos atrociter: q2 vsq₃ ad mortem. primo quidē spiritualem / que est per peccatum mortale. Deinde vsq₃ ad mortem corporalē q̄ secuta est et prima. Gen̄.iij. Quacūq₃ hora comederitis ex fructu scientie boni ꝛ mali/ morte moriemini. Merito ergo iste bos lapidib⁹ obruit̄/ per eterni supplicij iustā a deo deputationē. Ita vt q̄ olim dicebat / in celū cōscendā: supra astra dei exaltabo solium meum: modo illi dicatur/ Uerūtamen ad infernum detraheris / in profundum laci.

¶ Octaua clausula.



Si quis aperuerit cisternam/ ꝛ foderit/ ꝛ non operuerit eam: ceciderit q₃ bos aut asinus in eam: reddet dominus cisterne precium iumentorū: quod autē mortuū est / ipsius erit.

¶ Historialiter postq₃ legislator Moyses de imperio domini promulgauit legem iudicialem / de boue cornupeta occidente virū aut mulierem/ ostēdendo q̄d de eo fieri debeat: hic consequenter ponit aliam/ que ostendit quid fieri debeat de eo qui fodit cisternā / in quā postmodū cadit bos vel asin⁹: et dicit/ ꝙ si quis aperuerit cisternam/ et foderit.i. fodiendo aperuerit. Et idē intelligendū est de puteo/ ꝛ quacunq₃ fouea circa quā potest cōtingere casus bruti animalis: ꝛ non operuerit eā / sc₃ ad euitandū pericula: ceciderit q₃ bos aut asin⁹ in eā.i. quodcunq₃ animal vtile. De inutili aūt lex ista nō curat: Pro quo notandū / ꝙ sunt aliq̄ animalia omnino inmunda ꝛ inutilia/ tā in vita/ q̄₃ post mortē: de q̄bus lex ista non loquit̄. Aliqua sūt vtilia/ sed immunda/ sicut asin⁹. Itē porc⁹/ qui est vtilis post mortē / saltē ante prohibitionem legis Judeorū. Alique autē sunt munda ꝛ vtilia/ sicut bos. Reddet dn̄s cisterne preciū iumētor. Ex quo patet / ꝙ intelligitur

de omni & solo mali vitii. Ca= nis aūt (quāuis sit de numero imūdoꝝ) est tñ vtilis a vita. Uñ potest dici aliqō iumētū: q̄ā hoīs iumentum & defensio ab aduersarijs. Quod aūt mortuū est: ipsius erit. s. dñi cisterne / vt faciat de eo quodcunqꝫ voluerit. Et ex hoc textu alij dicūt ꝙ predicta lex nō potest intelligi de cane: tū q2 ad nihil vtilis est post mortē: tū q2 non cōtingit ipsum mori ex casu in foueā: presertim si non sit multū profunda.

¶ Circa autem hunc textum possunt moueri aliqua dubia. ¶ Primū igit̄ dubiū: Nūquid cuilibet in solo suo liceat facere cisternā / siue ad recipiendū aquas & ꝯseruādū: siue ad reponēdū vina vel alia. Quid ergo ad talē virū si iumentū aut bos alteri9 ibi cadat? Dicēdū / ꝙ lex ista intelligitur de cisterna que foditur in loco publico & patenti / sicut solēt facere agricole in agris suis cū extrahūt de terra marnā. Gal. Nō autē intelligit̄ de locis illis in quib9 non solent passim trāsire homines vel iumenta.

¶ Secundū dubiū / quid iuris si ibi cadat puer q̄ non est adhuc illi9 etatis vt possit periculū preuidere? Dicēdū (secūdū aliquos) ꝙ si paruul9 ibi cadat & moriat̄: dñs cisterne / q2 nō cooperuit eā / reus ē mortis. Alij aūt dicūt / ꝙ parētes pueri permittētes eū sic euagari a domo / & nō diligenter custodiētes eū: debent sibijpsis imputare casum paruuli sui. ita dicit de Pal.

¶ Tertiū dubiū: Queritur si bos cornupeta proijceret in cisternā discoopertam bouem alterius / quis deberet restituere bouem: vtrū dñs bouis cornupete / vel dñs cisterne? Dicēdū (inquit) de Pal. sine preiudicio cuiuscunqꝫ / ꝙ si bos sit mortu9 ex tali ictu sic ꝙ similr fuisset mortu9 si fuisset sic percussus remote a cisterna: dñs bouis cornupete debet restituere bouē occisum. Si autem ex solo casu sit mortuus / alias ex ictu non moriturus: dominus cisterne tenetur. Uel forte (inqt) idem de Pal. equalib9 partib9 tenet̄ ad restitutionē.

¶ Moraliter & primo: cisterna profunda / sed nō cooperta: est mulier bene ornata / sed maliuola & vaga / et pparata ad capiendas animas virorum. Propter quod dicit Aposto. j. Corin. xj. Si non velatur mulier / tondeatur: quia sicut dicitur Hiere. vj. sicut frigidam facit cisterna aquam suam: sic fecit malitiam suam / scilicet mala mulier: vt fieret dulcis anime sitienti carnalem voluptatem. In hanc autem cisternā cadit bos vel asinus / cū doctus pariter & indoctus succumbit tētationibus venereis. De hoc habemus historiam (quantum ad doctos & sapiētes) in rege Salomone / qui postq̄ multa locutus est i detestationē mulierꝫ fatue & luxuriose / tandē in eā turpiter cecidit. De indoctis aūt / & qui non faciunt sibi conscientiā magnā de simplici fornicatione / pene infinit9 est numerus: vt testātur prostibula / tam aperta / q̄ occulta. Bene ergo de pdicta cisterna. i. muliere

licere vana et fatua: loquitur Sapiens Prouerbiorum. vij. dicens: quod retinuit iuuenem multis sermonibus: et statim sequitur eam quasi bos ductus ad victimam / et quasi agnus lasciuiens et ignorans / et nescit quod ad vincula stultus trahatur: donec transfigat sagitta iecur eius: velut si auis festinet ad laqueum: et nescit quod de periculo anime illius agitur. Hec ibi.

¶ Moraliter et secundo / et conformiter ad fratrem Petrum Berchorié. cisterna vel fouea est peccatum: quod dato / quod nullus debeat facere / nihilominus postquam factum fuerit / ipsum tamen debet homo abscondere et celare / et a conspectu hominum ne scandalum vel malum exemplum pariat operire: quia si contrarium fecerit / foueamque proprij peccata publice reuelauerit et cisternam alterius delicti diffamando et detrahendo aperuerit / et eius occasione / et sui mali exempli ostensione aliquis bos vel asinus: id est / aliquis simplex ceciderit: id est / eius exemplo deliquerit mortis eius spiritualis / et eternalis reus erit. Nam ille qui foueam apertam dimittit: id est / qui publice peccatum facit non solum tenetur de peccato quod committit / immo etiam de peccato quod exemplo et occasione ipsius alius homo facit / aut fecit. Utile igitur est / non solum peccata non facere: verumetiam si iam facta sunt ipsa a conspectu hominum (ne forte scandalum pariant) operire. Unde Apocalyp. xvj. dicitur: Beatus qui custodit vestimenta sua / ne nudus ambulet. Quod tamen non faciunt multi qui peccata sua non solum non operiunt neque celant / immo ipsa et industria / et quasi pro magna gloria publicant et iactant: iuxta illud Esaie. iij. Peccata sua sicut Sodoma predicauerunt / nec absconderunt. Super quo dicit gloss. interli. quod secunda post naufragium tabula est impietatem et peccatum abscondere.

¶ Moraliter et tertio / cisterna est auris hominis / quam multi aperiunt ad audiendum mala de proximis suis: et non operiunt eam pro loco et tempore / cum tamen natura posuerit ibi clausuram / ut non offendatur deus aut proximus per eam. Tunc autem cadit bos aut asinus in hanc cisternam / cum homo libenter audit mala de proximo suo. In hoc igitur facto magister cisterne / id est homo (qui debet esse diligens custos sensuum suorum / ut non offendat deus per ea) reus erit peccati mortalis: libenter audiendo mala de proximo: sicut et detractor. Nam ut dicit deuotus Bern. Detractori et libens auditori quis horum grauius peccet non facile dixerim. Nam detractor habet diabolum in lingua / et libens auditor in aure. Hec ille.

¶ Allegorice et primo: Cisterna est sacra scriptura / cuius interiora non debent bobus et asinis / id est / simplicibus et indoctis manifestari et aperiri: sed potius per simplicem expositionem aliqualiter operiri. Alias si per scrupulum erroris ibi periclitentur / atque cadant:

 cadant:

cadant: de morte ⁊ damnatione eorū tenebitur qui occasionē delinquendi ipsis dedisse videtur. Predicator igitur / vel doctor / debet (secūdū Psalmistā) operire celū nubibus / ⁊ dare terre pluuiam. Non est enim tutū talibꝰ aperire cisternam sacre scripture / et de secretis illius coram eis disputare: sed simplicia sunt eis predicanda / iuxta morem apostoli dicentis ij. Corinth. iij. Tanꝗ paruulis in Christo lac vobis dedi edere / non escam.

¶ Allegorice et secundo: cisterna in quā cecidit bos / fuit dominicū sepulchrū: in quo (cū honore ⁊ reuerentia loquendo) cecidit bos. i. dn̄icum corpus / quāuis semper vnitū diuinitati / reconditū fuit: et hoc cooperantibꝰ antecedēter Jude proditione / Judeorū inuidia / ⁊ ministrorū Pilati seuitia: sine quibꝰ non fuisset Christus mortuꝰ: et per consequēs non cecidisset bos eiꝰ id (vt supra) in cisternam. Unde in figuram huiꝰ dixit Ruben fratribꝰ suis de fratre suo Joseph: Proiicite eū in cisternam veterem / que est in solitudine. Genesis tricesimoseptimo.

¶ Allegorice et tertio / per cisternam idem intelligitur qḋ per puteū: scilicet sacra scriptura. Nam sicut in cisterna colligitur aqua pluuialis / q̄ descēdit de celo: sic et in sacra pagina reponitur doctrina de celo / et diuinitꝰ reuelata. Qui ergo hāc cisternam effoderit per illiꝰ elucidationem: bene quidem facit: q: ipsa dicit Eccli. xxiiij. Qui elucidant me / vitam eternam habebūt. Caueat tamen talis fossator ne ibi cadat bos aut asinꝰ: id est / ne simplices ⁊ ignari inde sumant occasionē errandi. Unde Matthei. vij. Nolite (inquit Christꝰ) sanctū dare canibꝰ / neqꝫ mittatis margaritas vestras ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus suis / ⁊ canes conuersi dirūpant vos. Qui ergo hanc cisternam effoderit. i. profunditatem sacre scripture aperuerit / ⁊ non operuerit: scilicet eā tegendo coram paruulis: non quidem etate / sed sensu: id est / minus capacibꝰ: et bos vel asinus. i. fidelis vel infidelis / ibi ceciderit. i. per hoc scandalizatus fuerit: domino cisterne / id est tali expositori / seu fossori mors spiritualis imputabitur. Hanc igitur cisternam aperuit optimꝰ fossor Paulꝰ / cum ait j. Corinth. ij. Sapientiam loquimur inter perfectos. Sed eam clausit / vbi ait: Non poterimꝰ vobis loqui. s. quasi spiritualibꝰ: tanꝗ paruulis i Christo / lac vobis potum dedi / non escam. j. Corinth. iij.

¶ Anagogice deꝰ habet duas cisternas: prima est superiꝰ: secūda / inferiꝰ: prima est pro angelis bonis ⁊ hoībus sanctis: secūda / pro demonibꝰ et peccatoribus. Prima est beatitudo eterna / et visio diuine essētie: tam profunda ꝙ nō potest plene aquoquam nisi a solo deo attingi. Unde apost. Rom. xj. O altitudo diuitiarū sapiētie ⁊ scientie dei / ꝙ incomprehensibilia sūt iudicia eiꝰ / ⁊ inuestigabiles vie eiꝰ. Secūda est profunditas ⁊ abyssus multa / pena

pena infernalis: que tanta est vt vix ab humano intellectu excogitari possit. Unde Augustinus ad fratres in eremo, ser. xxvi. sic inquit: O inferne tu latus es: et mensuram nō habes: profundus es: et nullū fundum te habere cognosco. Insatiabilis es: quia omnes tam diuites quam pauperes te libenter suscipere audio: plen⁹ ardore incomparabili, plen⁹ fetore intollerabili, plenus omni dolore innumerabili. Ibi omnis miseria: ibi tenebre: ibi nullus ordo: ibi eternus horror: ibi nulla spes boni: nulla desperatio mali: sed omne malū quod existimari potest: damnatis in eternum erit. Hec Augustin⁹ vbi supra.

¶ Nona clausula.

Si bos alienus bouem alteri⁹ vulnerauerit: et ille mortu⁹ fuerit: vendēt bouem viuū, et diuident preciū: cadauer aūt mortui inter se dispertient. Si aūt sciebat: quod bos cornupeta esset ab heri et nudiustertius: et non custodiuit eū dominus suus: reddet bouem pro boue: et cadauer integrū accipiet.

¶ Historialiter postquam in precedenti clausula actū est de lege iudiciali determināte quid olim fieri debebat de homine fodiente cisternam: intra quā postmodū cadebat bos vel asinus: hic consequenter ponit alia lex iudicialis: ostēdēs quid fieri olim deberet de boue vulnerante aliū bouem: et occidēte eū: et dicit quod si bos alienus bouem alteri⁹ etc. Ista lex et textus exponetur per sequentia dubia.

¶ Primū igitur dubiū: Utrū hec lex intelligi debeat in omni euentu? Dicendū quod nō: sed tantū vbi est equiualentia inter vtrosque boues: occisum sc3 et occidentem. Alias si bos percutiens excederet notabiliter bouē occisū in valore: tūc dñs bouis percussi reportaret inde cōmodū de negligēti custodia bouis sui. Et per oppositum si bos occisus plus valeret notabiliter quam bos percutiens: tunc dñs bouis percutientis reportaret cōmodū de negligentia sua circa custodiā bouis sui. Lex igitur presens intelligit: qn et vbi estimat equiualētia bouis ad bouem: dum adhuc viuerent.

¶ Secūdū dubiū: Quid si bos cornupeta nō occiderit alium bouē: sed tm̄ eū inutilem reddidit ad laborē? Dicit ad hoc de Pal. quod vel secūdū penā talionis similis plaga inferetur boui cornupete: qualem intulit boui leso: vel forte restituetur damnū: iuxta arbitriū boni viri. Et istud secūdū magis mihi placet quam primū: quia in illo casu nulla vtilitas sequit: sed damnū dño additur. Sec⁹ autem in isto casu secūdo.

¶ Tertiū dubiū: Cur ista lex dicit: quod cadauer bouis mortui inter se dispertiūt. s. dñi bouis occidētis et occisi: vt. s. faciant inde profectū suū: siue dictas carnes comedendo: siue alijs vendēdo: quia prior lex septima

dicit/ꝙ si bos cornupeta percus=serit virū aut mulierem: debet lapidibus obrui/ et carnes ei⁹ non comedi. Dicendum/ꝙ iste due leges multū differunt: q2 precedens loquit̄ de boue occidente hominem. Hec aūt de boue occiso ab alio boue. Et ideo in primo casu carnes bo=uis occidētis hominē nō de=bebāt comedi in horrorem fa=cti. In secundo aūt casu pote=rāt comedi/ q2 nō suberat tā=tus horror. Uel dicēdū/ꝙ et si carnes bouis occisi non pote=rant comedi a Judeis: eas ta=men poterant Judei vendere gentilib⁹/quibus nullo modo erant prohibite.

¶ Moraliter et primo/ꝑ bouē percutiētē bouē alteri⁹: designa=tur scandalū vel seductio socij a socio siue equalis ab equali: quod quidē scandalū aliquā=do tale est vt sequatur mors spi=ritualis anime/sui interioris ho=minis. Tūc enim debet vendi bos viu⁹/ et diuidi precium.i. vterq3 debet agere penitētiā/ cōdolendo. Unde apo.ij.Cor.xi. Quis(inquit) infirmatur/ et ego non infirmor? Quis scāda=lizatur/ et ego nō vror. Q3 autē sequit̄: Si aūt sciebat dn̄s/ꝙ bos cornupeta eēt ab heri ꝛc. designat ꝙ ille qui aliū sedu=xit: tenet̄ illū qui decept⁹ fuit reformare et ad viā veritat3 re=ducere: et integrum cadauer.i. oēm penitētiā illi⁹ qui a se de=cept⁹ est i se recipe. In cui⁹ fi=gurā legit̄.iij.Regū.xiij.ꝙ ꝓ=pheta q̄ deceperat ꝓphetā q̄ venerat i sermōe dn̄i cōtra al=tare cōsecratū ꝑ Hieroboā/ tu=lit cadauer ei⁹/ et posuit i sepul=chro suo/ et mādauit se sepeliri iuxta eū: vt dicit̄ vbi supra.

¶ Moraliter et scdo/aliqn̄ cō=tingit ꝙ bos cornupeta bouē alienū vulnerat: sed tn̄ nō ide=morit̄: et tūc talis debet ꝑ sa=cerdotis arbitriū satisfacere: ꝑ qd̄ designat̄/ ꝙ vbi qs(quā=tum in se)aliū seducit: sed tn̄ ꝑ dei gratiā ille nō seducitur: tūc illi seducēti imponēda est penitētia a sacerdote: s3 nō tā=ta quāta illi fuisset imponēda si in effectu illū seduxisset. Ex quo p3/ ꝙ effect⁹ mal⁹ in casu auget peccatū: et ideo cauēd⁹.

¶ Moraliter et tertio/ tūc bos vni⁹ hoīs bouē alteri⁹ ꝑcutit: qn̄ subdit⁹ vni⁹/ subditū alte=ri⁹ offendit: et tūc debēt dn̄i eo=rum sine acceptione ꝑsonarum ad faciēdā iustitiā cōmuniter intēdere: cadauerq3.i. illū qui lesus est/ per cōpassionē inter se diuidere. Illū vero q̄ alte=rū lesit debēt vendere.i. puni=tioni submittere: et etiā de cō=muni cōsensu preciū mortis vl lesionis alteri⁹ inter se partiri/ et in executiōe iustitie cōmuni=ter cōsentire/ q2 reuera duo prin=cipes vel plati vtrūq3 factū.s. comparationem a parte patiē=tis iniuriā/ et punitionē a par=te facientis/ debent communi=ter prosequi: et ad communem executionem iustitie commu=niter inclinari. Illeq3 cui⁹ est bos cornupeta.i. subdit⁹ qui fe=cit iniuriam/ non debet ipsum defendere: sed venditioni et pu=nitioni exponere. Unde et Au=gustinus dicit/ ꝙ iustitia est cō=munis virtus ꝛc.

¶ Allegorice bos/ secundum ꝙ potest in malam partem ac=

cipi

ripi et in bonam/potest signi=ficare Judeos & Christū. Bos nempe est animal durum/qui non nouit diligēter incedere/ nisi cum acriter pungitur: ita etiam olim fuit de populo Judeorū. Propter quod frequēter vocatur in sacra scriptura populus dure ceruicis. Bos etiā olim erat animal immolatiuū. De eo enim in lege fiebat interdū immolatio dño: ita et Christus immolat⁹ est deo patri p nobis. Prouerbiorū.vij. Quasi bos duct⁹ ad victimam. Consequenter dicendum est/ q tunc bos percussit bouē ad mortem: quando Judei petierunt a Pilato vt Christus crucifigeretur. Unde tandem in penam huius percussionis dictus bos: id est / populus Judaicus/vēditus est per Titum & Vespasianum: et hoc quo ad eos qui non crediderunt. Sic enim predixerat Christus Luce.xix. dicens: Uenient dies in te o Hierusalem: & circūdabūt te inimici tui vallo: & ad terrā prosternent te &c. Quo autem ad credētes de populo Judeorum predictus bos Christus dispertitus est quo ad meritū sue passiōis / qui illis impartitus est efficaciter. Nam tales merito dicere potuerunt illud Matthei.xxvij. Sanguis eius super nos: & super filios nros. Uel dic in malam partem / q tunc Judei dispartiti sunt bouem mortuum: quando dixerunt Christum et Joseph feminine esse natum: in hoc attribuentes partem sue generationis eidem Joseph / et partem beate virginis: quod hereticum est. quia quo ad humanitatem totus attribuendus est eidem virgini / vna cum operatione spiritussancti. sicut quo ad diuinitatem totus deo patri attribuendus est.

¶ Allegorice et secundo: per bouem cornupetā possunt intelligi moderni Judei etiā inter Christianos habitantes / q in occulto nō cessant suis cornibus: id est / execrabilib⁹ blasphemijs percutere immortalem bouem Christū et gloriose regnantem in celis cum deo patre: de quo apost. Roma.vj. loquitur / dicens: Christus resurgens ex mortuis / iam non moritur. Quid igitur iuris in hoc facto: nisi q per principes catholicos cogendi sunt reddere bouem pro boue. i. morte sua luere mortem Christi.

¶ Allegorice et tertio: per bouem cornupetam possunt merito intelligi heretici Lutherani & alij / qui cum cornib⁹ suis vulnerant & percutiūt (quātū in se est) alios boues. i. bonos fideles: allicientes eos in occulto ad sectā suā reprobatissimā. Cuius reprobatio & falsitas seipsam prodit per hoc q fere nullus audet se iactare de dicta secta: et presertim si magnus et doctus fuerit: quia vt dicitur Jo.iij. Omnis q male agit / odit lucē / & non venit ad lucem vt non arguantur opera eius. i. nullus hereticus venit ad cōmunē locū & patētē: & maxime vbi nouit esse viros zelosos & doctos / ne arguant opera ei⁹. i. predicatio falsa et heretica: sed supple talis querit angulos / vel indo=

etiam plebẽ quam possit facile subuertere. Qui aũt facit veritatem (quo ad se) ꝛ eam docet alijs, venit ad lucem .i. non timet palam docere etiã coram doctis viris: vt manifestẽt ope ra eius, quia in deo sunt facta: id est ad honorem dei. Predicti itaqꝫ heretici boues bonos interficientes .i. iustos ꝛ veros catholicos spiritualiter interficientes, puniẽtur pena talionis: reddentes bouẽ ꝓ boue .i. sustinẽtes penã eternam in inferno, pro illis quos interfecerunt spiritualiter: vt dictũ est.
¶ Anagogice, ista lex potest exponi de prelio inito inter angelos in celo: de quo legitur Apoca. xij. Sed quia de hoc sepe dictũ est in precedentibꝰ, ideo sufficiat ad presens.

¶ Exodi vigesimosecundo.
¶ Prima clausula.



SI quis furatꝰ fuerit bouem aut ouem, ꝛ occiderit vel vendiderit: quinqꝫ boues ꝓ vno boue restituet, ꝛ q̃tuor oues ꝓ vna oue.
¶ Historialiter postq̃ in precedenti capitulo multe leges posite sunt a dño per manum Moysi, pro pacifica cohabitatione populi Israelitici: cõsequẽter in hoc capitulo alie ponunt, ꝑ quas ordinat vis cõcupiscibilis: sicut ꝑ ꝑcedens ordinata est vis irascibilis. Unũ per primã hic insertã primo reprimit illicita cõtrectatio rei aliene, sibi non cõmisse: cum dicit Si qs furatus fuerit bouẽ aut ouem ꝛc̃. Textus est clarus.
¶ Circa hunc textum possunt moueri aliqua dubia.
¶ Primũ igit dubiũ, cur maior restitutio exigit pro furto bouis, q̃ ouis? Dicẽdũ, ꝙ hoc ideo est ꝙ bos est ad plura vtilis, q̃ ouis. Est enim vtilis ad quinqꝫ. Nã primo immolatur deo, arat terram, pascit homines post mortẽ suam de carnibus suis. Dat lac, ꝛ tandem corium. Ouis tantũ vtilis est ad quatuor. In primis immolat dño, saltim quantũ ad vetꝰ testamentũ, ꝛ ritũ Judeorũ. Itẽ vestiunt homines de lana sua, pascunt de carnibus suis. Insuper lac ministrat. Alij aliam rationẽ assignant: dicentes, ꝙ aliqua peccata puniuntur grauius, nõ solum propter eorum maiorem grauitatem, verumetiam propter reprimendã hominum pronitatẽ ad illa. Res autẽ que in domo custodiunt (vt cõmuniter fit de bobus) nõ ita faciliter possunt per furtũ subtrahi, sicut oues, que pascũtur in campis, ꝛ que interdum de nocte ibi quiescũt. Et quia facilitas accipiendi rem alienam inducit ad committendũ furtum, ideo pro furto bouis imponuntur quinqꝫ restituendi, vbi pro furto ouis impo nunt tñ quatuor restituende.
¶ Secũdum dubium: Cur hec lex potius imponitur pro furto bouis et ouis, q̃ pro alijs animalibus? Dicendum, secũdum Josephum, ꝙ idem iudicium est de alijs animalibus domesticis

domesticis: sed hec duo genera / que sunt ceteris cōmunio- ra / dantur in exemplum. Idem ergo iudicium est de capris / porcis / equis / asinis et huiusmodi: que secundum maiorem vel minorem difficultatem custodiendi reducuntur ad legem istam / que est de boue et oue. Scriptura ergo tantum exprimit et loquitur de eo qđ communius accidit / scilicet de bobus ⁊ ouibus.

¶ Tertium dubium: Quid iuris si predicta animalia inuenta fuissent apud furem / postquam ea occidisset aut vendidisset alijs? Ad hoc dicit de Lyra / ꝙ in tali casu talis fur fuisset tantum punitus in duplum / sicut in alijs rebus: quia presumitur ꝙ tandem fuisset inclinatus ad reddendum / ex quo talia nec vendidisset / nec occidisset. Dubia enim sunt in mitiorem partem interpretanda: vt dicitur de regulis iuris / lib. vi. In predicto ergo casu / vnus bos fuisset loco restitutionis / ⁊ alter loco satisfactionis. Ecce punitio in duplum.

¶ Quartum dubium / quare fures in antiqua lege non mandabātur plecti morte / sicut fit hodie? Nam oportet (vt videt) alterum dicere: vel ꝙ leges diuine tunc non sufficienter puniebāt malefactores / vel ꝙ leges ciuiles moderne sint nimis seuere. Utrunqꝫ autem inconueniens est dicere. Igitur. Dicendum / ꝙ etiam hodie pro simplici furto non imponitur pena mortis / dummodo sit primum: nec sit multum graue: qꝛ tunc pena excederet culpam. Nam vita hominis est prestantior rebus temporalibus. Unde Mat. vi. Nonne anima plus est / ꝙ esca? Item eiusdem. xvi. Quam commutationem dabit homo pro anima sua? Et deuotus Bern. Totus iste mundus in precio vnius anime equiparari non potest. Qꝫ si aliquādo mors infligat pro simplici furto / etiam satis tenui / sicut olim factum est in Normannia tempore ducis Roli / qui iubebat fures suspendi pro quinqꝫ solidis: hoc fiebat non ꝑpter grauitatē delicti in se / sed vt purgaret patriam a pene infinita multitudine furum / ⁊ vt homines secure ⁊ quiete habitarēt in dicta patria. Ubi autem aliquis est assuetus in vitio furti / nec speratur emenda: tunc licite potest tolli de medio / tanquam perniciosus reipublice / sicut carnes putride ab humano corpore / ne totū corpus inficiant. Hinc infra presenti capitulo dicitur: Maleficos non patieris viuere. Ex his ergo patet: ꝙ neque leges antique erant diminute / neqꝫ moderne superflue / aut nimis seuere.

¶ Quintum dubium: vtrū pro equali furto / in quantitate et valore debeat infligi equalis pena? Videt ꝙ sic: quia lex diuina dicit Deute. xxv. Secundum mensuram delicti / erit et plagarū modus. Dicendum ad dubiū / ꝙ non: sed propter aliquam circunstantiam / que est in vno furto / que nō est in alio / vnum furtū potest altero eque graui grauiꝰ puniri. Uñ furtū manifestū grauius punitur / ꝙ occultū. Nam vt dicit de Pal.

pena

pena furti manifesti (secūdum leges ciuiles) est quadruplū ꝓ ter rei consecutionem. Rapine quintuplū. Non manifesti aūt est duplū. Et ad authoritatē ex Deute. dicit᷑ ꝙ debet intelligi vbi cetera sunt paria. Josephus aūt dicit / ꝙ aurū ⁊ argētum reddebat᷑ in duplū. Jumēta vero quecunqꝫ in quadruplum: excepto boue / qui reddebatur in quintuplum.

¶ Sextum dubium / quomodo cū his omnib⁹ potest stare qđ legit᷑ Nume. v. vbi dicit᷑ / ꝙ fur debet reddere caput. i. capitale / insuper ⁊ quintā partē reddere ei in quem peccauit? Item Prouer. vj. dicit᷑ / ꝙ fur deprehensus reddet septuplum. Ad primū dicendū / ꝙ illud intelligitur de re sublata per ignorātiā. Uel quando furtū latebat / et fur spōte restituebat. Ad secūdū dicit dñs Petr⁹ de Pal. ꝙ ꝓcessu tēporis homines magis proni facti sunt ad furādū: ⁊ ideo lex ista tēpore Salomonis fuit artata. Uel potest exponi / reddet septuplū. i. restituet in integrū: qꝛ septenari⁹ est numerus perfectus in sacra scriptura.

¶ Moraliter et primo / ꝑ bouē intelligit᷑ aliquis vir magnus in ecclesia Christi / ⁊ qui est ad opera sancta ⁊ bona sustinēda fortissim⁹. Per ouem aūt designatur bonus ⁊ simplex subditus. Tunc aūt furatur bos / cū predictus vir magnus inducit᷑ ad peccatū: ⁊ similiter ouis / cū inducitur simplex ad peccatū. In quo qdē casu ꝗ inducit virum magnū ad peccatū ⁊ ruinam / grauius peccat / ⁊ est maioris pene re⁹ (ceteris parib⁹) ꝙ̄ qui inducit personā simplicem: qꝛ inde natū est oriri grauius scandalū / ꝙ̄ de persona simplici.

¶ Moraliter ⁊ secūdo / tūc bos vel ouis vulnerat᷑ / sed non ad mortē / cū quis inducit᷑ ad peccatū veniale. Tunc autē occidit᷑ / quotiēs in effectu inducit᷑ vel trahit᷑ ad mortale. In quo casu tenetur talis inducēs reuocare (quantum potest) inductum ad pristinum statum: alias perditio illius sibi imputabitur.

¶ Moraliter illi nephandissimi ⁊ perditissimi viri furantur boues / ꝗ in certis regionibus inducunt iuuenes masculos ad actū nephariū. Et similiter ille vetule furant᷑ oues / ꝙ̄ inducunt puellas ad corruptionē: ⁊ has vocamus focarias / alias vulgo maquerellas. Et ꝙ̄uis vtrunqꝫ sit malum / et maxima pena dignū: primū tamen est secundo multo grauius / ⁊ maiori pena dignum.

¶ Allegorice et primo / furans bouē fuit Judas / ꝗ furtū cōmisit circa Christū: ⁊ ipsum vēdidit impijs Judeis. Quē tenentes petierūt a Pilato vt interficeret. Propter quod tenētur ad maximā satisfactionē / quā nō possunt soluere remanendo in perfidia sua. Et hinc est / ꝙ a tēpore Titi ⁊ Uespasiani continue manēt sub seruitute vbicunqꝫ sint. Nā Christus quem vendiderunt / simul fuit bos et ouis: vt patet ex dictis.

¶ Allegorice ⁊ secūdo / istud possumus exponere de hereticis ꝗ furant᷑ a dñō ⁊ ab ecclesia bo-

uco

nes ꝛ oues. Boues ꝗdē qn̄ epi-
scopos ꝛ viros magnos trahūt
ad sectā suā: sicut hac tēpestac
te patet de nōnullis episcopis/
ꝛ signāter Germanie/ de qui-
bus fert ꝙ in tantā vesaniam
deuenerāt/ vt duxerit vxores.
Nonne igit̄ iuste de talib⁹ bo-
bus cōquerit d̄ñs Esa. j. dicēs:
Filios enutriui/ scꝫ corporalit̄
de bonis ecclesie: et exaltaui/
supple quo ad dignitates ec-
clesiasticas: tandē aūt ipsi spre
uerunt me/ renunciantes cle-
ricatui more Juliani apostate
aui eorum. Sequit̄: Cognouit
(inq̄t) d̄ñs bos possessorē suū.
Israel aūt .i. nōnulli clerici vi
dentes deū p literarū peritiā/
nō me cognouit .i. ad modū nō
me cognoscētis se habuit: ꝛ po
pulus me⁹ .i. ipsi clerici/ q̄ sunt
de sorte mea pre alijs populis:
nō itellexerit/ scꝫ vocationē suā.
Audiāt igit̄ tales boues d̄ñm
dicentē: Ue gēti peccatrici/ po
pulo graui iniquitate/ semini
neq̄ / filijs sceleratis. Sed q̄re
ve tali genti? Quia derelique-
runt d̄ñz/ renūciantes clerica-
tui: blasphemauerunt sanctum
Israel .i. blasphemare fecerūt
per infideles q̄ ꝓpter tam hor
rēdū scelus vituperāt tā Chri
stum q̄ ecclesie statum/ ꝛ fidē
Christianā. Abalienati sūt re-
trorsum: redeuntes ad statum
laicalē/ ꝛ ducentes vxores: sed
nouerint tales boues/ ꝙ non e-
uadent terribile iudicium do
mini. Ideo sequitur: Sup quo
percutiam vos (inquit) domi-
nus ad eos/ vltra addētes pre-
uaricationem? Et breuiter hec
labes Lutherana adeo infecit
Germaniā et alias mundi par-
tes/ ꝙ a planta pedis/ vsq̄ ad
verticem capitis .i. a minorib⁹
vsq̄ ad maiores/ qui deberent
regere populū et ipsum mede-
ri/ non est in eo supple populo
sanitas. Sic autē loquit̄ ꝓphe
ta vniuersaliter/ ꝓpter pauci-
tatem verorū catholicorū/ qui
remanserūt in medio predicte
nationis peruerse. Ecce igitur
quomodo boues furant̄/ tam
passiue q̄ actiue. Uideāt igit̄/
ꝛ corde intelligāt/ tales fures
qualem restitutionē facere po
terunt. Quā si nō fecerint/ per-
petuo redigent̄ in carcerē in-
ferni. Per oues aūt quae pre-
dicti heresiarche/ ꝛ eorū disci-
puli furant̄/ intelliguntur sim-
plices ꝛ deuoti Christiani/ qui
consueuerunt audire veros et
bonos predicatores loquen-
tes in nomine domini: de qui-
bus Joan. x. Oues mee (inq̄t
Christus) vocem meam audi-
unt: et alienum/ id est hereti-
cum non sequuntur: supple sci-
enter: sed quandoq̄ accidit vt
seducantur/ et in errorem la-
bantur post maiores suos pre-
dicantes contra orthodoxam
fidem. Ecce quomodo oues fu
rantur a predictis hereticis.
¶ Allegorice et tertio/ per bo
ues intelliguntur Christi apo-
stoli/ et sancti illi martyres/
qui fuerunt in primitiua eccle-
sia. Hi enim post Christū labo-
rauerūt fortiter i agro d̄ñico/
portātes pondus diei ꝛ estus.
Sed quēadmodū boues post-
quā diu colla submiserunt iu-
go arandi terram/ postmodū
recluduntur in stabulum: vt
impinguantur

impinguantur: ⁊ tandē occidan
tur: ita ⁊ ꝑdicti sancti dei/ post
ꝙ bene et laudabiliter seruie=
rūt in vinea dn̄i/ tandem opti=
me impinguati virtutib⁹ ⁊ me=
ritis/ per tyrannos occisi sunt:
⁊ sic transierunt ad regna cele
stia. Merito ergo dicere pote=
rant illud Actu. xiiij. Per mul
tas tribulationes oportet ⁊c.
Tales nēpe boues furati sunt
a tyrannis/ et de domibus suis
violenter extracti vt venderen
tur in seruos/ vel vt occideren=
tur crudeliter. Unde ⁊ de Pau
lo legitur Actu. ix. ꝙ ante con
uersionem suā (desiderans de=
struere omnino sectā Christia
norum) accessit ad principē sa
cerdotum/ ⁊ petijt ab eo episto
las i Damascū ad synagogas/
vt si quos inuenisset huius vie
viros ac mulieres / vinctos ꝑ=
duceret in Hierusalem. Per o=
ues autem/ simplices catholici
designantur: qui fuerunt in pri
mitiua ecclesia/ q̄ similiter fu=
rati sunt/ ⁊ venditi/ atq̄ occisi.
Unde legit Actuū. viij. ꝙ post
mortem beati Stephani facta
est persecutio magna in eccle=
sia que erat Hierosolymis: et
omnes dispersi sunt per regio=
nes Judee ⁊ Samarie: preter
Apostolos/ qui supple constan
tiores erāt. Sequitur: Saulus
autem deuastabat ecclesiā/ per
domos intrans/ ⁊ trahēs viros
ac mulieres/ tradebat in custo=
diam. Nō enim habebat facul=
tatem eos tradendi ad mortē:
vt dicit glo. interli.

❡ Anagogice: per bouē (que
robustissima est creatura) itel=
liguntur boni angeli/ qui et cō
ditione sue nature sunt poten=
tes ⁊ robusti. Per oues autem/
intelliguntur homines: qui ex
conditione sue nature sunt mi
tes et simplices / sicut oues.
Tunc enim mali angeli volue=
runt furari boues/ quando vo=
luerūt trahere bonos angelos
ad partem suam malam. Simi=
liter ⁊ oues/ quando in effectu
traxerūt primum hominem ad
peccatum. Ecce grauissimum
⁊ damnatissimum furtum. Pro
quo dicti angeli mali nūc luūt
penas in inferno: quia non pos=
sunt satisfacere pro dāno quod
cōmittere voluerunt: nec simi=
liter pro malo quod commise=
runt/ quando primum parentē
ad peccatum traxerunt.

❡ Secunda clausula.

SI effrigēs fur do=
mū/ siue suffodiēs
fuerit inuentus: ⁊
accepto vulnere
mortu⁹ fuerit: ꝑ=
cussor nō erit re⁹
sanguinis. Qd si orto sole hoc
fecerit/ homicidium perpetra=
uit: ⁊ ipse morietur. Si non ha=
buerit quod pro furto reddat/
ipse venundabitur. Si inuentū
fuerit apud eum quod furatus
est viuens/ siue bos/ siue asin⁹/
siue ouis: duplum restituet.

❡ Historialiter: Postq̄ in pre=
cedēti clausula dictū est de le=
ge infligente penā pro simplici
furto: hic consequēter ponitur
alia lex infligens penā pro fur
to facto cum violentia: que di=
cit ꝙ fur effringens domū/ vel
eam effodiēs/ ⁊ in tali facto in=
uentus: si hoc fiat nocturno tē
pore/ ⁊ vulneretur ad mortem/
siue

sive a domino domus: sive a filijs eius vel seruis: percutiens eum non erit reus sanguinis. Cuius ratio est: secundum Augusti. quia percutiens eum nõ potuit discernere vtrum ad furandum vel ad occidendum venerit. Si autẽ orto sole hoc fecerit: homicidiũ perpetrauit: scilicet dictus interficiẽs. Propter quod et ipse mori debet. Hoc tamẽ itelligi debet: quãdo ipse fur non se defendebat: sed captionem suam patienter sustinebat: quia tunc non videbatur venisse ad occidendum. Dicit autem lex humana: ꝙ si defendit se telo: potest impune occidi: quia tunc videtur venisse ad occidendum: et non solum ad furandum. Et est hic argumentum: (vt dicit de Pal.) ꝙ pro simplici furto nullus debet occidi tunc: nisi fuerit alias deprehensus et signatus: vt dicunt aliqui. Tunc enim tanꝙ contẽptor pꝛecepti et pene leuioris: potest occidi a iudice: et capi a furtum passo: non vt puniat eum: sed vt tradat eum iudici. Deinde sequitur declaratio legis: cum dicitur: Si autem non habuerit quod pro furto reddat: ipse venundabitur. textus est clarus.

¶ Circa igitur hãc clausulam mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiũ: vtrũ contra furem nocturnũ: effringentem alterius domũ: vel suffodiẽtẽ: licebat a domino domus destinare canes ad eum mordendum: vel occidendum: vel etiam sibi parare insidias ad mortem? Dicendum: ꝙ licebat tali domino domus omni via possibili tueri rem suam: pariter et vitam. Poterat autẽ rationabiliter dubitare de tali fure nocturno: et signanter si veniebat cum manu armata: ꝙ querebat nedum substantiam eius temporalem: verum et vitam: et ideo poterat eum impune occidere: etiam coram deo: qui dederat talem legem. Ubi autem fuisset certus ꝙ alter nõ venisset ad occidẽdum: sed tñ ad furãdum: non licuisset eum occidere: nisi cum moderamine inculpate tutele: et per accidens: scilicet volendo conseruare rem suam: quod etiam hodie licet.

¶ Secundum dubium: Quare occidens furem nocturnũ magis erat immunis a morte: ꝙ eundem occidens clara luce: siue orto iam sole? Dicendum: ꝙ hoc ideo: quia poterat minus precaueri nocte: ꝙ die. Unde propter hanc causam fures sunt audaciores nocte: ꝙ die: quia vt habetur Joan. iij. Omnis qui male agit: odit lucem: et nõ venit ad lucẽ: id est: non solet malefacere tempore lucis: sicut tẽpore noctis: vt non arguantur opera eius. i. puniant de furto.

¶ Tertium dubiũ mouetur propter illud verbum: Si non habuerit quod pro furto reddat: venundabitur. Sed contra: quia dictum est supra: scz in principio precedẽtis capli: Si emeris seruum hebreũ: sex annis seruiet tibi: in septimo egredietur liber a te. Quod autem venũdatur alicui: efficitur simpliciter suũ: et transit in dominiũ eius. Ad hoc dicendum: ꝙ venũdationes apud hebreos: siue a

grorum/siue domorum/ aut p̄sonarũ/ non erãt perpetue/sed tm̃ ad tempus:scilicet occurrẽte iubileo/ vel anno septimo/ ⁊ tunc redibant ad pristinũ dominum:vt dictũ est. Hoc priuilegio tamen ⁊ redemptione nõ gaudebant gentiles/ qui serui hebreorum erant/sed tantum Judei.

¶ Quartum dubium est de fure diurno/ veniente cum telo/ siue gladio: vtrum impune poterat occidi? Ad hoc dicit dñs Hugo cardi. post August. ꝙ si talis fur diurnus deferat telũ: vel vbi se defendit/ tũc occisor non est reus homicidij. Secus vbi nullum defert gladiũ. Nã tũc occisor reus est homicidij/ et puniri iubetur vt homicida: q̃ꝛ tunc discerni poterat ꝙ tm̃ venerat ad furandum. Nam in primo casu est plusq̃ fur.

¶ Quintũ dubium: Cur furãs bouem/vel ouem/siue asinũ: iubebatur quãdo deprehẽdebat᷑ restituere duplũ? Dicẽdum/ ꝙ hoc fiebat propter duplex malum ab eo cõmissum. Primũ q̃dem erat peccatũ in legẽ hoc prohibentem/quã trãsgrediebatur. Secundũ/propter malũ commissum in proximum/ quẽ defraudauerat.

¶ Sextũ dubium: quõ poterat fieri ꝙ fur diurn⁹ occisus fuisset a dño domus/quã depdat⁹ fuerat:⁊ nihilomin⁹ ꝙ cũ hoc debuisset restituere duplũ eidem? Dicendum/ꝙ hoc intelligit᷑ vbi nõ fuisset occisus. Predicta ergo lex intelligit᷑ in omni euentu in quo non interficiebatur a magistro domus p̄dictus fur.

¶ Septimũ dubiũ: quare non dicit ista lex/ ꝙ talis fur restituat quatuor oues .p̄ vna oue: et quinq̃ boues .p̄ vno boue: vt dicit alia lex p̄cedens/ q̃ est secunda? Respõsio: q̃ꝛ (vt dictum est) non erat furatus tũc ouem aut bouẽ ad interficiendũ/ vel ad vendendũ: vt dicit p̄dicta lex. Sed ex quo illa animalia nõ distraxerat/ sed adhuc apud se inuenta sunt/ p̄sumitur nõ ea furto accepisse ad vendẽdũ vel interficiendum.

¶ Moralit᷑ et primo/effringẽs domũ/vehemẽtem luxuriosum significat/ ⁊ qui aggreditur domum alienã/ vt impleat desideria sua carnalia. Dũ igitur talis fur qui nititur depredari alienam castitatẽ/que est infinitus thesaurus: quia vt d᷑: Eccli. xxvj. Non est digna põderatio continentis anime: tunc si accipiat vuln⁹ letale/ siue ab hoĩe/ siue a deo/aut a casu ex quo sequatur mors repẽtina ⁊ impremeditata: tunc multũ p̄sumitur ꝙ talis moritur spiritualiter ⁊ eternaliter/ maxime cum mortuus sit/dando operam rei omnino illicite/ ⁊ cum volunta te male agendi.

¶ Moraliter ⁊ secũdo: Per furem nocturnum/ potest intelligi tẽtatio que est a carne/ q̃ nititur furari debitã anime ⁊ carnis castitatẽ: ⁊ que tunc d᷑ effringẽs/quãdo est nimium valida ⁊ fortis. Hic ergo furi (cũ sentit᷑) debet infligi vulnus debite correctionis/ ne nimiũ insolescat ⁊ efficiatur mortalis. Unde ad hunc finem orandus est deus ab eo qui tentatur: dicendo illud Psalm. Preueni

ni eũ / et supplanta eũ: eripe animam meam ab impio / scilicet motu carnis. Et alibi: Persequar inimicos meos / id est motus carnis insurgentes / secundũ q Apostolus Galatas quinto dicebat: Caro concupiscit adversus spiritum: ut non quecunq vultis / illa faciatis. Et Romanos septimo: Video (inquit idem Aposto.) aliam legem in mẽbris meis / repugnãtem legi mentis mee. Ecce igit fur nocturnus / q accepto vulnere impune interficiẽdus est. Per furem autem diurnum / et qui non est adeo periculosus / eo q potest ꝓvideri: potest intelligi tentatio / que est a mundo / que etiã fit clara luce / et per consequens potest divertti. Unde propter cum non est tãta penitentia infligẽda / nec caro adeo debet vulnerari / sicut pro primo casu.

¶ Moralr et .iij. Per effringentẽ domũ possumus recte intelligere violẽter corrũpentem et seducentẽ virginẽ: q̃d ad opus tenebrerũ ptinet: ut habet Roma. xiij. Qd si talis infringens violẽter claustra pudoris virginis cuiuspiam / ut furetur castitatem suam / ꝓperiatur actu in furto suo nocturno: tũc ſm leges humanas / licite potest et impune occidi a ꝓpinquis parentibus filie. Vel etiam filia priusq̃ permittat se corrumpi ipudice a lenone. Maxime cũ referat Augusti. de nonnullis sanctis virginibus / que seipsas necaverunt ne violarentur.

¶ Allegorice et primo: et conformiter ad glossam interlin. Illud possumus exponere de hereticis. Fures igitur sunt heretici / qui quantum possunt nituntur auferre rectam fidem de cordibus / recte credẽtium: ad quos veniunt nocturnis tẽporibus / sive ad literam / sive sub obscuritate verborum / ut facilius eos seducant et subvertant. Unde Joan. decimo: Fur non venit / nisi ut furetur et mactet / et perdat. Quandoq autẽ contingit ut dicti fures .i. heretici inveniantur / suffodientes: id est convincãtur fideles subvertere / sive suis falsis dogmatibus / sive vanis ꝓmissionibꝰ / et huiusmodi: et tunc forte accipiũt vulnus / id est / validam ab aliquo ꝓfundo theologo disputationẽ: ita ut sentiãt se graviter vulneratos / adeo ut non possint ad rationes eorũ respõdere: sed efficientur muti velut canes / non valẽtes latrare: ita ut sola ꝑfidia in eis remaneat. In hũc quoq modum efficiũtur spiritualit' mortui. Et post predictam mortem / quandoq transeunt ad mortẽ corporalẽ / que fit per ignẽ: et demum ad eternalẽ / nisi ex dei misericordia resipiscant. Non autem solet pro multis aliis peccatis pena ignis inferri sicut pro heresi. Et hoc insinuatur per hoc quod subditur in ꝑsenti textu. Qd si orto sole hoc fecerit / homicidium perpetravit: et ipse morietur. Tunc autem homo orto iam sole committit heresim / quando indoctus dogmatizat ꝓpositionem hereticam coram viris doctis. Tunc enim nõ est tm̃ periculũ sicut si simile faceret corã indoctis / qui facilius possunt scandalizari. Et

ideo


Ideo talis non est cito condemnandus ad mortē: sed gratiose admonendus per doctos/ qui presentes sunt/ et qui querunt eius salutem/ et fidē synceram.

¶ Allegorice et secundo: Illi infringunt domum nocte/ qui turbant electiones ecclesiasticas: et qui etiam via regia et armata intrant ecclesias cathedrales/ siue abbatiales/ vt furētur patrimonium crucifixi: et de ecclesia faciant propriam hereditatem .i. de prouentib⁹ illius disponant tanq̄ essent iure hereditario sui. Tales igitur nocturni infractores et raptores inuenti .i. conuicti/ possunt licite occidi .i. excōicari: ecce vulnus quo percutiendi sunt: nec percussor incurrit quemcunq̄ reatum coram deo. Si autē p̄dicti fures veniant orto iam sole .i. cum iure pretenso/ et signāter cum literis apostolicis: tūc non sunt predicto modo occidendi/ sed benigne (pro reuerētia sedis apostolice) audiendi/ et suscipiendi: nisi aliud obstet iuri suo.

¶ Allegorice et tertio: iuxta illud: Si nō habuerit quod pro furto reddat/ venūdabitur. Notandum q̄ Adam cōmisit furtum/ quando trāsgressus est diuinum preceptum. Non autem habuit quod pro furto redderet: quia non habuit vnde satisfaceret. Filius igitur dei/ misertus illius/ factus homo/ tandem venundatus est: ita vt diceret illud Ps. Que non rapui tūc exoluebam. In cuius figura legitur Leuit. xxv. q̄ si aliquis Judeus vendidisset hereditatem suam/ frater eius poterat eā redimere. Applicatio est facilis.

¶ Anagogice: Istud possum⁹ exponere de Lucifero/ qui quodammodo nisus est effringere domum celi/ quando voluit eā possidere virtute naturalium/ non conferendo de gratia dei. Tūc ergo accepit vulnus/ quādo in penam sue superbie deiectus est a deo in abyssum: et dictum est ei/ ad inferna detraheris/ cum &c. Sic ergo mortuus est spiritualiter et eternaliter/ q̄ immortalis est naturaliter.

¶ Tertia clausula.



Si leserit quispiam agrum/ vel vineā: et dimiserit iumētum suū/ vt depascatur aliena: q̄cquid optimū habuerit in agro suo/ vel in vinea/ pro dāni estimatiōe restituet. Si egressus ignis inuenerit spicas/ et comprehēderit aceruos frugum/ siue stantes segetes in agris: reddet dānnū qui ignē succenderit.

¶ Historialiter postq̄ in precedenti clausula Moyses de volūtate dn̄i determinauit de lege que loquitur de fure violento/ q̄ scilicet effringit et suffodit domos/ vt furetur: simul determinans de pena/ qua talis plectendus est: hic consequenter loquitur de alia lege positiua/ determināte qua pena plectēdus sit ille/ cuius iumentum leserit agrum vel vineam/ alterius: vt ibi pascatur: et dicit/ q̄ talis debet restituere damnum de meliori qd̄ habet

bet i horto suo iuxta estimatio
nem damni. Et similis lex sta-
tuitur hic de igne egresso / et
deuastante segetem proximi.
Nam in tali casu ille qui succē
dit ignem debet de omni dāno
secuto satisfacere: q2 non custo
diuit suum ignem vt debuit.
¶ Circa hanc clausulam (mo-
re solito) mouētur aliq̄ dubia.
¶ Primū igit̄ dubiū est de illo
qui non habet agrū vel vineā /
qui tamen lesit medio iumenti
sui agrū vł vineā alteri⁹: quid
iuris? Dicendum / ꝙ ista lex lo
quitur ex suppositiōe. Ubi aūt
suppositio modo impletur / nec
potest per aliam viā satisface-
re: restat vt luat in corpore / q̄
non habet vnde.
¶ Secūdū dubiū: Quid si ta-
le iumentum. i. bos vel asinus
modicam lesionē fecerit in a-
gro aut vinea alterius: q2 in-
de statim exiuit? Dicendum / ꝙ
leges positiue non loquuntur
de modico: sed tn̄ de damno
notabili: et de quo merito de-
beāt homines querimoniā co-
ram iudice proponere.
¶ Tertiū dubium: Utrum hec
lex sit iusta? Videt̄ ꝙ non / q2
pena est grauior culpa. Potest
enim stare / ꝙ iumentum de-
pascens aliena: non depascat
nisi deteriora. Et tamen resti-
tutio precipitur fieri de melio-
ri: igitur non est iusta. Dicen-
dum / ꝙ ille cuius iumentum
lesit agrum vel vineam alte-
rius: intulit sibi dānum ⁊ iniu
riam. Quanuis ergo ratione
damni non teneatur satisfa-
cere de meliori quod habet
in suo agro vel vinea: ad hoc
tamen tenetur ratione iniurie
quam intulit proximo. Uel dic
ꝙ quanuis talis debeat face-
re restitutionem de meliori
hoc tamen est secundū iustam
estimationem. Insuper leges
humane dantur de his que cō-
muniter accidunt: et quia cō-
muniter accidit / ꝙ animalia
intrātia hortos pascant et de-
uorent meliora: ideo ⁊c̄. Et
ideo videtur ꝙ si non esset ali-
qua negligentia in eo / non te-
neretur ad restitutionē / vtpote
si aliquod animal (vt canis vł
cat⁹) portaret ignem. Dicitur
autem de optimo / vt per hoc
tam ipse q̄ alii corrigantur a
talibus. Et quod dictum est de
agro vel vinea / similiter intel-
ligendum est de oliueto ⁊ hor
to / et huiusmodi / si modo fiat
ibi damnum.
¶ Quartum dubium: Unde est
ꝙ hec lex est tam rigorosa? Di-
cendum / ꝙ hoc fit ad punien-
dum malam voluntatem illius
cuius est iumentum: quod per-
misit scienter intrare agrū al-
terius vel vineam: ⁊ hoc expri
mitur / cum dicitur: ⁊ dimiserit
iumentum suum: vt depascatur
aliena.
¶ Quintum dubium: cur talis
alium damnificans non iube-
tur a domino restituere duplū /
ad minus / sicut in legibus pre-
cedentibus? Dicendum cōfor-
miter ad de Pal. ꝙ ratio hui⁹
est: quia dominus non adhuc
habebat fructus depastos per
animalia vicini sui i plena pos-
sessione sua ⁊ dominio: sed ad-
huc poterat multipliciter per-
dere: siue grandine / siue aliis.
¶ Sextum dubium / quare iu-
bet talis restituere de meliori?

Ratio huius est: quia alter non solum amittit rem suam / verũ etiam anxiatus est pro illius amissione: ideo qui damnum intulit / de meliori restituere dz. ❡ Moraliter et primo / ista lex potest congrue applicari contra nobiles et potẽtes / habentes garenas ferarum: que nocte egredientes de siluis / dissipant vineas et blada pauperũ agricolarum et viticolarum: q̃ vix inde audent huiusmodi animalia siluestria eijcere de possessione sua. Qꝫ si vim intulerint / et hoc fuerit scitum a famulis dominorum: necesse est pauperib⁹ relinquere patriã / aut multam tribulationem et forte mortẽ pati. Et quod valde iniquum est / oportet dictos agricolas his non obstantib⁹ soluere annuos cẽsus et tributa magna absq; vlla relaxatione de modicis possessionibus suis. Alij autem habent magnos columbanos / quorũ etiã columbe deuastant grana circumadiacentia. etiam distantia / que etiam pedibus extrahunt cum iam seminata sunt / vt fideliter referunt agricole. Omnes enim tales ad restitutionem tenentur / secundũ dominum Petrum de Palu. nisi forsan compertum esset dictis agricolis / quando susceperunt terras de manibus dictorum dominorum / q̃ ipsi habebant tale ius: vel nisi talem subiectionem de nouo terris suis imponebant. Sed quia columbe eque bene volant ad terras que nunquam fuerunt sub dominio predictorum nobilium / sicut econtra: ideo talis vsus columbinorum a multis reputatur verus abusus. De cuniculis autem non est tantus abusus / quia possunt nutriri in proprio solo: nec contingit eos longe euagari. Licet igitur / secundum eundem de Pal. damnificatis capere animalia damnificantia in actu / et ad hunc finem tendere laqueos: dummodo hoc fiat ĩ agris suis / vt si veniant capiãtur. Hoc em̃ licet iure poli / et si non iure fori.

❡ Moraliter et secundo / et aliter / iumentum hominis / est eius appetitus sensualis. Tũc autem istud iumentum dimittitur: vt depascatur aliena / cũ ratio non refrenat illicitos motus sensuales / siue sint circa venerẽ / siue circa cibos et pot⁹: sed pmittit talẽ appetitũ ferri in omne quod vult: et tunc facile est vt predictum iumẽtum ledat agrum vel vineam alterius. Tunc enim ledit homo vadens post concupiscentias suas agrum alterius / cum capit rem alienam: vt satisfaciat suis prauis desiderijs. Sꝫ tunc ledit notabilit᷑ vineã alteri⁹ / cũ solicitat vxorem .ꝑximi de actu nephario / vel filiã aut ancillã ipsi⁹. Ecce damnũ illatũ ꝑ iumentũ hominis: sed qualiter poterit reparare tale damnũ? Certe necesse est cum pro tali damno restituere quicq̃d optimum habuerit ĩ agro suo / siue vinea / secundum veram estimationem. Illud autem nihil aliud est q̃ spiritus / non qualiscunque / sed spiritus contribulatus: quia teste Psalmista: Sacrificium deo / supple acceptissimum /

ceptissimum: est spiritus cōtri bulatus: cor contritum et hu miliatum deus non despicies.
¶ Moraliter et tertio, ille le dit agrum vel vineam proris misit: atque dimittit iumentum suū vt depascatur aliena: qui alium scandalizat, et qui suo verbo aut facto minus recto per accidens, aufert ab eo fructum conscientie sue. Talis igitur sicut fuit occasio ruine illius suo verbo aut exemplo: ita etiam debet esse occasio reparationis illius, tam verbo, quam exemplo: et hoc vt plene et pfecte restituat omne damnū quod occasione ipsius factū est.
¶ Moraliter et quarto, iuxta illud: Si ignis egressus inuenerit spicas etc. Notandum, quod per spicas possunt intelligi vitia, que si quis comburere et euellere cupit cum igne correctionis: summopere cauere debet ne correctionis terminos excedat: alias segetem virtutum in eo quem corrigit posset per desperationem comburere: et sic dominus eius: id est, deus damnificationis sue dānum ab eo repetere: et sic o porteret eum de damnatione sua per excessum correctionis illius facte, in die iudicii respōdere. Quinimmo melius esset aliqua vitia in homine dimittere quam ipsum nimis aspere corrigēdo ad deteriora puocare.
¶ Moraliter et quinto: Istum textū possumus exponere specialiter de prelato vel iudice vtriusque curie. Si ergo talis velit comburere spinas: id est peccatores: summopere cauere debet ne ignis correctionis me tas iustitie transcendat. Item quod segetes cum spinis: id est, iustos cum peccatoribus inuoluat. Melius est enim malis parcere ad tempus, quam bonos cum malis inuoluere, ne forte colligētes zizania eradicetur simul et triticum: vt habetur Matth. xiij. et iste sensus satis cōcordat cum precedenti.
¶ Moraliter et sexto. Per egressionem ignis, intelligitur zelus hominis indiscretus. Si igitur talis ignis inuenerit spicas, id est singulares personas: et comprehenderit aceruos, id est, cōgregationes, et per suum zelum indiscretum tales scandalizauerit, punietur a domino, secundum quantitatem delicti sui.
¶ Moraliter et septimo, Per ignem egressum, potest intelligi tentatio carnis, que egreditur a muliere cōpta: vel ab ore polluti hominis et lubrici, secundum illud j. Corinth. xv. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Contingit autem quandoque, quod talis ignis non inuenit spicas, nec aceruos frugum ad comburendum: id est hominem qui libenter talia videat, siue audiat de actu nephario loqui, siue propter etatem, siue propter vite perfectionem: et tūc talis ignis lasciuie nemini nocet preterquam proprio authori. Quandoque autē (et vt in pluribus) inuenit materiam combustibilem: et quod statim inflammatur ad tētationē, etiā segetes stātes. i. hominem, qui stare videbātur in bono virtutis. In quo casu reddet dānū corā deo qui ignē succēdit. i. qui ad tentationē vel illecebra alium induxerit: quia vt habetur

de regulis iuris lib. vi. Qui oc casionem damni dat: damnum quoque dedisse videtur.

¶ Allegorice et primo / per ledentem agrū vel vineam alterius: possunt recte intelligi tyranni principes qui fuerunt tēpore primitiue ecclesie: qui notabiliter leserunt agrum / siue vineam. i. ipsam ecclesiā: prout ipsamet pie conqueritur / dicēs illud Psalmi. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: vsque ibi / prolōgauerūt iniquitatem suam. Hi etiam domini / siue principes tyranni et infideles: cū subiecissent aliquas partes Christianitatis suo imperio: redeūtes ad propria eas regēdas commiserūt iumentis suis. i. militibus qui depasti sunt eas / siue multipliciter deuastati. Cū autem dominus deus ad iudiciū venerit / tales principes quicquid optimū habuerint in agro suo aut vinea / pro damni estimatione reddent. Et quia melius quod tūc habebūt erit anima eorū: que est tanti valoris vt pro ea dederit filius dei suam: ideo velint nolint dabunt animas suas nulle demonibus / sine fine in inferno arsuras. Iuxta illam domini sententiam Matth. xxv. Ite maledicti in ignem eternum.

¶ Allegorice et secūdo / et conformiter ad glo. interli. ager vel vinea aliena est episcopatus vel aliena parochia. Tunc ergo vnus ledit agrum vel vineam alterius: et dimittit iumentum suum vt depascatur aliena / cū vnus episcopus / vel curatus per suos subiectos mediate vel immediate inuadit fundum alterius: et trahit subditos suos ad forum suum. Talis autem abusus / siue violentia / est omnino per superiorē rescindenda pro futuro: et de iā commissa iniuria plene et integre satisfaciendum. Non enim licet trāsgredi terminos quos nobis posuerūt patres nostri.

¶ Allegorice et tertio / quāuis prima pars presentis clausule possit non inepte intelligi de hereticis / qui tāque bestie et nō creature rationales ledunt agrū et vineam ecclesie militātis / iuxta illud Psalmi. Singularis ferus depastus est eam. s. vineam ecclesie. Nihilominus congruentius ad eundem sensum potest exponi: secūda pars que loquitur de euagatiōe ignis deuorantis segetes in campis. Iste igitur ignis est aliquis hereticus / qui inflammatus pessimo igne (qui Grecus vulgo dicitur) vix extingui potest / cum habeat pertinaciam adiūctā: sed hinc inde euagatus cōburit nunc spicas / nūc aceruos. i. tam priuatas personas / quam cōmunitates / collegia. s. et ciuitates: etiam et magnas regiones: sicut patet de Grecia circa processionem spiritussancti / atque formam et materiam sacramēti baptismi. Contingit etiam sepe vt dictus ignis comburat segetes / tam in horreis quam in agris. i. deuotos fideles / siue habitent in villis / siue in locis campestribus: ita vt felix sit qui se potest hodie abscondere a calore eius. O domine deus qualiter poterunt heresiarche reddere omne damnum quod attulit et intulit dictus ignis

Profe-

Profecto istud deberet terrere Lutherum cũ complicibus suis et fautoribus vniuersis: tã manifestis q̃ occultis: quorũ non est numerus. Istud etiam deberet terrere ecclesie prelatos et doctores: similiter et catholicos principes circa extinctionem dicti ignis negligentes et remissos: qui circa temporalia sunt adeo solliciti more Caiphe: q̄ postponunt spiritualia: cũ tamen scriptũ sit ex ore domini. Matt.vj. Querite primum regnum dei: et iustitiam eius. Audiant queso p̄dicti diuum Hieronymum dicentem.xxiiij.q.iij.resecande. Resecande (inquit) sunt putride carnes: et scabiosa ouis a caulis repellenda: ne tota domus: massa: corpus: et pecora ardeant: corrũpantur: putrescant: intereant. Deinde subdit multũ ad propositum: dicens: Arrius in Alexandria vna scintilla fuit: sed quoniam non statim oppressus est: per totum orbem eius flamma populata est. Hec ille ibidem. Et vt dicit glo. ibidem super illo verbo: p totum orbem. Hoc factum est medio discipulorum suorum: qui circuierunt et diffusi sunt per totũ orbem. Et reuera hodie dicere idem possumus de pessimo heresiarcha Luthero Germano.

¶ Anagogice: ista possumus exponere de primo angelo Lucifero: qui tunc lesit agrum siue vineam celi: quando peccauit: et alios angelos (quãtum in se fuit) ad peccatũ induxit. Et quia tunc peccatum grande peccauit: nec in se postmodum habuit vnde leso domino deo satisfacere posset: ideo turpiter et perpetuo de dicto agro eiectus est. Postmodũ autem descendens in hunc aerẽ caliginosum: et vsq ad paradisum terrestrem: egressus est ab eo ignis dure tentationis: qui inueniens duas modicas spicas: Adam.s. et Euam cõbussit eas: quando ad peccatũ traxit eos. Postmodum autem dictus ignis vlterius euagatus: videlicet in hanc vallem miserie: nõ cessauit nec cessat comburere nũc aceruos frugum.i. sanctas congregationes et collegia: nunc etiam stantes segetes in agris.i. sanctos solitarios: qui fugiũt mundum: vt cõsequenter fugiant peccatũ: dicentes sigillatim illud Psalm. Ecce elongaui fugiens: et mãsi in solitudine. Sed dictus ignis diabolice tentationis bene non uit eos inuenire. Ibi enim inuenit olim sãctos illos patres Antonium: Machariũ: Paulum primum eremitam: Benedictũ: quãdo proiecit se intra spinas vt extingueret in corpore suo ignem carnalis tẽtationis etc.

¶ Quarta clausula.



Si quis cõmendauerit amico pecuniam: aut vas in custodiam: et ab eo qui susceperat furto ablata fuerint: si inuenitur fur: duplũ reddet. Si latet fur: dñs domus applicabit ad deos: et iurabit q̄ nõ extendit manũ in rem proximi sui: ad perpetrãdũ fraudẽ: tam in boue q̃ asino et oue ac ve-

stimento: ꝛ quicquid dānū inferre potest ad deos vtriusqꝫ causa perueniet. Et si illi iudicauerit / duplum restituet proximo suo. Si quis commederit proximo suo bouem / asinum / ouem / ꝛ omne iumentum ad custodiam: ꝛ mortuum fuerit / aut debilitatum / vel captum ab hostibus: nullusqꝫ hoc viderit: iusiurandū erit in medio ꝙ non extenderit manum ad rē proximi sui / suscipietqꝫ dominus iuramentum / ꝛ ille reddere non cogetur. Qḋ si furto ablatum fuerit / restituet dānū domino. Si comestū a bestia: deferat ad eum quod occisum est / ꝛ non restituet. Qui a proximo suo quicquid horū mutuo postulauerit: ꝛ debilitatū aut mortuum fuerit domino non presente / reddere cōpellitur. Qḋ si in presentiarum domin⁹ fuerit: non restituet: maxime si conductum venerat pro mercede operis sui.

¶ Historialiter postq̄ in precedenti clausula legifer noster Moyses determinauit de lege positiua / ostendente qua pena plecti debeat ille per cuius negligentiam iumentum lesit agrum vel vineam proximi sui. Et similiter de pena illius cuius ignis ab eo accensus euagatus combussit segetes et alias res proximi sui. Hic consequenter in hac lege reprimitur contractio indebita rei aliene sibi commisse. Et hoc multipliciter.

¶ Primo quidem quātum ad rem inanimatam / cum ait: Si quis commendauerit amico pecuniam / aut vas ī custodiā / per que duo intelliguntur cetera inanimata / q̄ solent amico commendari in custodiam. Textus est clarus vsqꝫ ibi: Si latet fur / dominus domus cui scilicet talia fuerant commissa in custodiam / applicabitur ad deos: id est / ad sacerdotes. Tunc enim temporis / vt dicit de Pal. omnis causa (etiam sanguinis) erat ecclesiastica. Hoc autem fiebat vt ex hoc induceretur populus a deo elongat⁹ ad timorem ꝛ reuerentiam diuinorum: et iurabit ꝙ non extendit manum in rem proximi sui ad perpetrandum fraudem .i. ꝙ fraudulenter non accepit huiusmodi rem / siue sit bos / siue asinus / et sic de alijs. Sic autem exigebatur iuramentū istud / tum ad veritatem sciendam: tum ad suspitionem tollēdam. Et ne crederetur ꝙ ad aliquem alium iudicem hoc pertineret / subdit dicens: ad deos vtriusqꝫ causa perueniet. Vtriusqꝫ (inquam) scilicet commendantis et recipientis. Et si illi iudicauerint / duplum restituet proximo suo: scilicet recipiens commendanti.

¶ Postq̄ posita est lex de re inanimata apud proximū deposita: et postmodum ab eo furto sublata: Hic consequenter ponitur alia lex de re animate similiter apud alium deposita / cum dicitur: Si quis cōmēdauerit proximo suo bouē / asinū / ꝛ breuiter omne iumentum ad custodiam pro mercede / sicut animal pastori: ꝛ mortuum fuerit. s. morte naturali / aut debilitatū. s. infirmitate / aut captum ab hostib⁹: supple publicis.

publicis. Secus autem si ab hostibus priuatis illius cui fuerat commendatum: a quibus sibi debuit et potuit cauere: si tamen illis potuit per se vel per alium resistere. Uel si non potuerit/nisi deponenti predixerit se habere inimicos quos timet ne defraudent bona apud eum deposita cum suis proprijs. Propter quod maluisset quod deposuisset bona sua apud alium pacificum: non videtur alias omnino excusandus a domino. Sequitur: Nullusque hoc viderit.s.predicta. Iusiurandum erit in medio.s.cause. Uel dicceret/quod in decursu cause/ si non potest probare antequam condemnetur/ occurret medium iuramentum: quia vt inquit de Pal. in iudicio quando est semiplena presumptio pro actore/ tunc iudex debet iuramentum deferre / secundum iura: Uel in medio commendantis et recipientis rem commendatam. Iuramentum autem est: quod non extendit manum ad rem proximi sui.s.eam ledendo/vel occasionem ablationis prestando. Suscipietque dominus/supple animalis iuramentum. Quo suscepto / alter reddere non cogetur: supple rem sibi commendatam. Quod si furto ablatum fuerit/ restituet damnum domino/ quia furtum est casus euitabilis. Precedentes autem casus erant ineuitabiles. Nam mors et infirmitates sunt casus qui naturaliter accidunt. Similiter publica hostilitas/ cum sit violenta/est ineuitabilis. Sequitur: Si comestum a bestia/ deferat ad eum: scilicet ad dominum animalis / quod occisum est.i. residuum de occiso quod comestum non est/ et non restituet / quia etiam est casus quasi ineuitabilis/ propter violentiam. Sed nunquid circa hoc potest committi fraus Ad hoc postea dicetur.

¶ Sequitur: Qui a proximo suo etc. Postquam supra immediate posita est lex de re animata apud proximum deposita: hic consequenter ponitur alia lex de re animata proximo commissa per accommodationem. Dicit ergo: Qui a proximo suo quicquid horum postulauerit.s. animalium predictorum: et debilitatum/interl.i.parte/aut mortuum fuerit in toto: domino non presente/ qui supple mutuum suscepit: sed negligente. nihilominus glo.ord. innuit hoc debere intelligi de domino rem commodante. Sed primum melius est/ secundum de Pal. reddere compellitur: scilicet ei a quo mutuauit. Quod si impresentiarum dominus fuerit: id est prius in loco: non restituet/ quia videtur diligentiam quam potuit et debuit adhibuisse: et animal debilitatum vel morbosum de domo mutuantis attulisse/ aut illi naturaliter euenisse: et per consequens ita bene potuisset euenisse ei in domo mutuantis. Et si aliquam emendam consequentur/iam lucrum reportaret ex mutuo: et sic non esset mutuum gratuitum/ sed saperet naturam vsure: maxime/ supple non restituet: si conductum venerat pro mercede operis sui: id est/ si illud animal conduxerat pro mercede habenda pro opere animalis. Licet enim animal non vendatur/ nec ematur quando conducitur: labor tamen et seruitium operis sui

vendit et emitur precio cõdu=
ctionis: remanente tamen do=
minio substãtie animalis apud
illũ q tradidit ipsum animal.
Et nota q hic sub eadẽ clau=
sula inferuntur plures leges/
ppter materiarũ connexionẽ.
¶ Circa hanc clausulam pos=
sunt moueri aliqua dubia.
¶ Primũ igit dubiũ / vtrũ iu=
dices.i.sacerdotes ad quos de
uoluebat questio de re cõmen=
data amico / et ab eo furto sub=
lata poterant cũ bona equita=
te et ratiõe iudicare q ipse ab=
stulisset huiusmodi rẽ? Uidet
q non: qz ex quo nominat in
textu amicus cõmendantis/nõ
est verisimile q voluisset in re
sibi cõmendata fraudẽ facere.
Dicendum in primis/ q potuit
esse fictus ei9 amicus/ et per cõ
sequens fraudẽ facere. Secũ=
do/dato q tempore cõmenda=
tionis esset verus eius amic9/
potuit tamẽ postea mutare a=
micitiã verã in fictã et falsam.
Dicit tertio / q predicti iudi=
ces poterant decipi per falsos
testes. Et cũ tenerent iudicare
secundũ allegata et pbata/ma
xime vbi dicti falsi testes non
poterãt per viã iuris repudia=
ri: sequit: q innocens poterat
per eos adiudicari et condẽna=
ri ad restituendũ furtũ / cuius
tamen non erat conscius.
¶ Secundũ dubiũ: Quid iu=
ris si dicti testes cõuincebant
de mendatio? Dicendũ secun=
dũ de Lyra / q cogendi erant
ad restituendũ duplũ ipsi de=
positario. Si aũt cõperiebant
veraces: tũc adiudicãdus erat
depositarius ad restituendum
duplum proximo suo.

¶ Tertiũ dubiũ: Cur ille cui
animalia cõmittunt in custo=
diam p mercede/non est liberi
cũ furto auferunt de custodia
eius/sicut depositarius/cũ res
deposita furto ab eo aufertur.
Respondet: q nõ est simile de
custode / et de depositario: qz
prim9 habet mercedẽ p custo=
dia sua / nõ autẽ depositarius:
et ideo debet restituere qd est
ablatũ furto: nec est liber per
suũ iuramentũ/sicut deposita=
rius qui gratis seruat rem a=
pud eum depositam.
¶ Quartũ dubiũ mouet pro=
pter illud verbum: Et si illi scz
dij iudicauerint: duplũ resti=
tuet proximo suo: scz rem com=
mẽdati. Querit ergo cur hoc/
cũ iam iuramento se super hoc
purgauerit? Dicendũ scdz Pe=
trũ de Pal. q lex loquit i casu
in quo adhuc aliqua suspitio
pbabilis habet/ q ipse furtum
fecerit/vel si p incuriã suã cõ=
missum fuerit furtũ/si lata fue=
rit culpa ei9. Si vero leuis fue
rit culpa eius/ reddet simplũ.
Si vero omnimodo innocẽtiã
ostẽdere poterit: vt q diligen=
tiã quã debuit adhibuit/ nihil
reddet. Hoc aũt stabat in arbi
trio iudicũ predictorũ. Scdm
aũt iura moderna depositari9
nõ tenet solũ/nisi de dolo et la
ta culpa/non de leui/ nec de le
uissima. Nec tenet pbare suã
bonã fidẽ / nec suã diligentiã/
sed solum amissionẽ. Deponẽs
vero qui dolũ vel culpã illius
allegat/ipsam habet probare.
Hec de Pal.
¶ Quintũ dubiũ mouet ppter
illud verbũ: Qd si ablatũ fur=
to fuerit/restituet damnũ dño:

Queritur ergo cur nō patet ei purgatio p iuramentū/sicut in precedēti lege? Ratio est: quia vas et pecunia/ et huiusmodi/ possunt de facili abscōdi a fure. Non aūt bestia: propter qd potest facili9 abscōdi z celari/ z p consequens furto tolli vas vel pecunia/ q̄ aliqd animal/ quod etiā suo balatu vel mugitu seipsum manifestat z prodit. Unde licet facili9 animal seruetur in cāpis: q̄ parua res inanimata domi/ tamē ecōtra facilius z frequentius inuenit animal furatū si diligēter queratur/ q̄ res parua inanimata intra domū. Et ideo magis apparet ei custodis negligētia: q̄ in vase vel pecunia. Propter qd talis magis tenet ad restitutionē: z sic patet ad quesitum.

¶ Sextū dubiū mouetur propter illud verbū: Si comestū a bestia zc. Querit ergo de animali comesto a bestia cui pastor potuit facile resistere: nunquid tenetur illud restituere? Ad hoc dicit Rabi Sa. q si esset occisum ab animali paruo/ cui custos poterat resistere/ vt a cato vel vulpe/ vel huiusmodi/ tenebatur restituere/ nec valebat sibi testimoniū. Si autem a leone/ vel a serpente/ vel huiusmodi/ sibi valebat. Et si esset in loco deserto vbi nō poterat habere testimoniū hominum/ debebat esse liber per iuramētum suū: nisi forsan ex indiscretione sua posuisset gregē in tali loco periculoso/ sine cōsensu domini animalium predictorum.

¶ Septimum dubium mouet propter illud verbum: Deferat ad dominū suū quod occisum est. Sed nūquid poterat ad eū deferre vnū frustum animalis ab eo occisi: bene laceratum/ z quasi a bestia corrosum? Dicēdum q in tali casu vbi non poterat probare q fuerat captū a bestia z sine negligentia sua: stabatur iuramento ei9: sicut z quando erat per violentiā hostium captū: qz simile est quantum ad hoc/ si tamen non sit persona suspecta. Et q̄uis hec lex contineat naturalem equitatem/ tamen Jacob nō seruauit eam apud Laban auunculum suū/ quinimo dixit ei Gen. xxxi. Captū a bestia non ostendi tibi. Omne damnū ego reddam. Ad quod dicendū/ q Jacob ad hoc non tenebatur/ et ideo fecit opus supererogationis. Uel forte talis pactio inter Laban z Jacob fuerat posita z interiecta.

¶ Octauum dubium: Unde est quod magis iubent reddi mutua q̄ deposita vel cōmendata? Ad quod dicendum/ q hoc ideo/ quia mutuum traditur in vtilitatem ei9 cui traditur: Depositum autē traditur in vtilitatem deponētis. Propter qd de maiori negligentia tenebatur ille qui mutuū acceperat/ (cū teneretur reddere/ quāuis debilitatū vel mortuū fuisset in ei9 absentia) q̄ depositari9 qui non tenebatur nisi de furto tantum.

¶ Moraliter z primo/ tunc cōmendam9 amico pecuniā aut vas in custodiam/ cum facim9 eleemosynam veris indigentibus. Nō enim perdimus quod porrigimus in sinu pauperis/ sed

sed refundetur nobis multipliciter/tam in presenti/ quam in futuro/dicente Christo Luce.vj. Date/ et dabitur vobis. Deinde sequitur: Mensuram bonam et confertam et coagitatam/ et superefluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis/ remetietur vobis:id est/si parum dederitis in presenti/ parum etiam dabitur vobis a deo in futuro. Si vero multum dederitis/ etiam multum dabit vobis dominus. Unde Thobias.iiij.ca. ait filio suo: Si multum tibi fuerit/ abundanter tribue: Si exiguum tibi fuerit/etiam exiguum libenter impartiri stude. De tali autem commendatione refert historiam Ualerius Maximus lib.ij.ca.j. de Gallis dicens: quod olim apud eos talis erat consuetudo/ vt indigentibus mutuarent pecunias/ illis in alio seculo restituendas: eo(inquit Ualerius) quod persuasum habebant animas hominum immortales esse. Dicebat enim egens ad diuitem: Tu mihi tantum vel tantum mutuare digneris: et cum in alio seculo fuerimus/ tantundem tibi refundam. Applicatio est facilis.

¶ Moraliter et secundo/per hanc legem datur intelligi/ quod si quis dederit eleemosynam pia et bona intentione/illi quem credit esse verum diuitem et deuotum/ talis non perdet mercedem suam/ etiam dato quod ille non sit talis: quia deus intuetur cor facientis eleemosynam. Unde Gene.iiij. Respexit deus ad Abel/ scilicet primum/ deinde ad munera eius.

¶ Moraliter et tertio/et conformiter ad fratrem Petrum Bricien. homo accommodans rem suam proximo suo: est deus qui accommodat rem suam/ scilicet hominem subditum cuilibet prelato sub tali pacto/ quod debeat eam custodire: et de anima ipsius respondere: iuxta illud.iij.Reg. xx. Custodi virum istum/ qui si lapsus fuerit/ erit anima tua pro anima illius. Ueruntamen si iste comodatarius: id est/prelatus facit tantum quod dominus sit presens: vt pote quia timorem domini incutit in cor ipsius peccatoris/ et annunciat ei vitia et virtutes/ et etiam ipsum admonet ne vlterius peccet/ si tunc contingit ipsum subditum deteriorari per vitia/non tenebitur talis prelatus isti presenti domino: id est/ ipsi deo sic melo subdito presentato de anima ipsius non tenebitur respondere. Si vero ista res sic commissa: id est/subditi anima periclitatur per vitia domino non presente: id est/deo per ipsum prelatum subdito non presentato/ vel timore ipsius non incusso: vt pote quia prelatus eum non redarguit nec correxit/ tunc restituera tenebitur.

¶ Moraliter et quarto commendans est dominus deus/ qui commendat vnicuique nostrum animam suam/ cum infundit eam corpori/ et presertim cum peruenit homo ad annos discretionis vsque ad mortem/ dicens ei illud Deuteronomij.iiij. Custodi temetipsum/ et animam tuam sollicite. Tunc autem huiusmodi res nobis commendata furto subtrahitur/cum

homo

homo a diabolo ad peccatum latēter et occulte prouocatur. Et quia nunquam sic latenter trahitur ad peccatum vt cogatur / et non sit aliquid de consensu suo: ideo debet applicari ad deos in sacramentali confessione / et ibi dicere omnimodam veritatem / se accusando / secundum ꝙ sentit in conscientia. Quo audito / dicti dij debent proferre sententiam / secundum ꝙ eis bonū visum fuerit: claue tamen non errante / quantum fuerit possibile. Ecce quomodo omnia in figuris cōtingebant illis / scilicet patribus antiquis: vt dicit Apostolus. j. Corin. x.

¶ Moraliter et quinto / iuxta illud: Si quis commendauerit proximo suo bouem / asinū ꝛc. Notandum / ꝙ per ista varia genera animalium / possunt designari varie conditiones personarum existentium sub vna domo claustrali / que cōmittūtur siue commendantur vni et eidem prelato. Unde per bouem cornutum / designātur superbi / et presertim qui superbiunt de generis nobilitate / et qui dicunt semen Abrahe sumus / et nemini seruiuimus vnquam Joan. viij. Per asinum autem qui piger est / et tardus ad ambulandum / intelliguntur illi qui in claustro nolunt pro loco et tempore vacare exercitio corporali. Cum tamen Apost. dicat. ij. Thessalo. iij. Qui non vult operari / non mā-ducet. Per ouem vero que est tota simplex / et que se permittit tractari obmutescendo: intelligitur boni et veri religiosi / qui in omnibus parent suis prelatis / et qui in auditu auris obediunt eis. Patet ergo ꝙ non omnes habitantes in vna domo claustrali sunt oues / sed multi sunt boues per superbiam / et alij asini per pigritiā. Sed summopere caueat prelatus ne in hoc habeat culpam per tarditatem punitionis / et rigoris discipline regularis. Nam per hanc negligentiam multa monasteria lapsa sunt / et prelati ad inferna cum suis gregibus descenderunt. Quia vt dicit philosophus in thopicis: Facilius est destruere / ꝙ construere.

¶ Moraliter et sexto: iuxta illud: domino non presente reddere compellitur. Notandum / ꝙ istud possumus exponere de vicarijs curatorum / et aliorum prelatorum ecclesie / qui in absentia eorum videntur suscipere curam animarum / tanquam sibi adiuncti: propter quod videtur ponere animas suas pro animabus sibi commissis: non tamen sic ꝙ dicti principales prelati non maneant principaliter obligati. Nō enim potest fieri / vt ipsi percipiant fructus temporales beneficij / et non teneantur illis a quibus percipiunt fructus: maxime cum beneficium detur propter officium. Unde prima questione secunda / clerici. dicitur sic: Clerici omnes qui fideliter vigilanterque ecclesie deseruiunt / stipendia sanctis laborib⁹ debita / secūdum seruitij sui meritū ꝑ ordinationē

canonum

canonum a sacerdotibus cōsequantur. Et idem habetur dist. lxxxvj. nō satis. Dicit etiā regula iuris. li. vj. ꝙ qui sentit onus/ sentire debet ⁊ commodū. Illi igitur vicarij/ qui portant pōdus diei ⁊ estus/ potius debent percipere fructus beneficiorum/ ꝙ̄ curati/ qui non deseruiunt/ sed resident in ciuitatibus/ vt epulenť quotidie splēdide/ preter id quod intrīsecus latet. Sed qꝛ dicti curati quicquid committant suis vicarijs/ in se tamen semꝑ retinent principalem curam/ ideo tām in articulo mortis/ ꝙ̄ i districto dei vniuersali iudicio habebūt de ouibus sibi creditis personaliter respondere/ et non per vicarios.

¶ Allegorice ⁊ primo: ⁊ cōformiter ad glo. iterli. Fures sunt heretici/ qui latenter auferunt a Christifidelibus thesaurū vere fidei: quo qui vsi sunt in presenti/ tandem participes facti sunt amicitie dei: vt habeť Sapien. viij. Ubi autem inuenitur talis fur. i. vbi quis cōuincitur de relapsu in heresim semel ab eo abiuratā/ cogitur duplum reddēdo: quia punitur temporaliter et eternaliť/ nisi forsan in fine resipiscat: quia tunc nō punitur nisi temporaliter/ deo sibi parcente ab igne inferni/ sed non forsan ab igne purgatorij. Uel dic ꝙ talis hereticus post generalem corporum resurrectionem/ cogetur duplū reddere: quia tunc punietur in corpore ⁊ anima in inferno. Et ꝙ̄uis dictꝰ fur possit latere homines qui tm̄ vident que exterius patent/ non tamen dominum deū q̄ intuetur cor: ⁊ per cōsequens non potest euitare penas in foro eius debitas.

¶ Allegorice ⁊. ij. ⁊ conformiter ad predictam glo. interliā. Istud possumꝰ exponere de studio sacre scripture. Nam tunc doctor cōmendat amico pecuniā/ aut vas in custodiā/ quando discipulo committit secreta mysteria et sensus occultos sacre scripture/ vel notitiā librorum antiquorum patrum/ qui sunt vasa dei: vt dicit eadē glo. Tunc autem ab eo qui susceperat furto auferuntur/ cum discipuli veritatis postmodum fraudulentia hereticorum subuertuntur. Qui tandem cōuicti in conspectu dei/ de furto suo duplum reddēt/ quod exponitur vt prius.

¶ Allegorice ⁊. iij. istud possumus exponere de potestate iurisdictionis/ que commēdatur amico tanꝙ̄ pecunia/ aut tanꝙ̄ vas in custodiam/ quādo papa preficit aliquem super vnam totam diocesim/ aut episcopus aliquem sacerdotem super vnā parochiam. Tunc autem talis pecunia/ siue vas furto ab eo q̄ susceperat aufertur/ cū per viā regiam ⁊ manum fortem q̄s nititur auferre iam collatum beneficium ab eo qui potuit ⁊ debuit de manu veri pastoris. Hoc enim nuper vidimus accidisse circa quandam abbatiam non mediocrem.

¶ Allegorice et quarto: iuxta illud: Si quis commendauerit proximo suo bouem/ asinum/ ouē ⁊c. notādum ꝙ per bouem intelligitur pingue beneficiū: vt est archidiaconatꝰ/ vel alia

digni

dignitas in ecclesia cathedrali: per asinum autem aut ouem: beneficiũ minus pingue. Tunc ergo aliquis episcopus: siue archiepiscopus commendat proximo suo bouem: quãdo cõfert consanguineo suo vtpote nepoti: quia consanguineus est: maiorem dignitatem ecclesie sue: cum tamẽ nõdum sit in sacris: sed adhuc puerulus. Cũ tamen dicat Ps. in psona domini: Nõ congregabo conuenticula eorum de sanguinibus. Plerũq; autem accidit vt prouentus talium beneficiorum ab ipsis beneficiatis furto auferant. Hoc autem maxime fit cum ab his sub quorum cura degunt et cõmittuntur: depredantur: ita vt de bonis que transeunt per manus illorũ: diuites fiant. Et nota: q notanter dicitur in principio textus: Si quis commẽdauerit amico: siue ppinquo etc. quia ecclesiastica beneficia (q̃cunq; sint illa) nõ assignantur alicui tanq; propria: sed tñ a collatore assignantur illi vt cõmendata. Unde prouentus inde sequentes tenetur pie et discrete distribuere.

¶ Allegorice et v. futta illud: Dominus domus applicabitur ad deos: et iurabit etc. notandũ quasi continuando precedens propositũ: q dominus domus est pater alicui⁹ iuuenis: cui cõmittitur pingue beneficiũ. Et quia adeo inexpert⁹ est q nescit differentiam monetarũ: pater eius constituit se frequẽter tanq; illius receptorem: et disponit de tali beneficio: tanq; de propria hereditate: cum tamẽ talis dispositio deberet fieri iuxta discretionem deorũ: id est: prelatorum ecclesie. Caueant ergo predicti patres aut tutores dictorum iuuenum: quib⁹ cum dispensatione datur beneficium in commendam: ne extẽdant manũ in rem proximi sui: ad perpetrandum fraudem.


¶ Allegorice et sexto: notãdũ q tunc cõmendatur amico pecunia: aut vas in custodiã: cum alicui prelato cõmittuntur plures anime regende. Sed tunc furto rapiũtur: cum paterfamilias dormit: id est: cum prelat⁹ deses est et negligens circa curam gregis sibi commissi. Unde Matth. xiij. Cum dormirẽt homines: venit inimic⁹ homo: qui superseminauit zizania in medio tritici: quia ex prelatorum negligentia insurgunt hereses et schismata in ecclesia. Bon⁹ autem prelatus peruigilat: q̃si redditurus rationẽ deo de cõmissis sibi animab⁹. In cuius figurã legitur Luc. ij. q in nocte natiuitatis dominice: pastores custodiebãt vigilias noctis supra gregem suum. Tunc aũt comedũtur a bestia quando rapiuntur a diabolo: qui bene bestia dicitur: quia tot⁹ brutalis et sine vlla ratione est. Et tunc si non habeat super hoc prelatus culpam: siue per desidiam: siue huiusmodi: nõ habebit de hoc respondere coram deo.

¶ Anagogice: Hec omnia possumus exponere de angelis in sua creatione. Erant enim tũc omnes dei amici: quia constituti in gratia: quib⁹ etiam dederat dominus pecuniam: id est: gratiam et merẽdi facultatem: vt possent mereri vitã eternã.

Insuper

Insup dederat illis vasa in cu=
stodiam/id est scipsos sibi com
mendādo vt non peccarēt. Ni=
hilominus p̄dicta bona ab eis
quasi furtim sublata sunt/dum
sub pretextu cuiusdam singula
ritatis ad persuasionem primi
angeli inter coseteri pecca=
uerunt. Nec deinceps p̄dictus
fur inuentus est amplius in ce
lo:sed reclusus est in teterrimū
carcerem inferni. Dominus au
tem domus paradisi post domi
num deū / est Michael/ qui est
prepositus paradisi/ quem ho=
norant angelorum ciues. Hic
igitur dn̄s post ruinam maloꝝ
angelorum/ pariter ꝛ primorū
parētum/ venit coram domino
deo:et compertum est de eo et
alijs sibi adherentibus ꝙ non
extendissent manum in rem p=
ximi sibi/id est/ Ade ꝛ Eue: et
hoc ad perpetrandum fraudē/
id est/ad procurādum eius pec
catum et ruinā. Propter quod
cognita eorum innocentia con
firmati sunt in gratia diuina/ꝛ
gloria eterna. Quod superest
de p̄senti textu pertransco/bre
uitatis causa.

¶ Quinta clausula.



I quis seduxerit vir
ginem/ needū de=
sponsatā/dormie=
ritq̄ cū ea: dota=
bit eā/et habebit
eam vxorē. Si pa
ter virginis dare noluerit/ red
det pecuniam iuxta modū do=
tis quam virgines accipere cō
sueuerunt.
¶ Historialiter. Postq̄ in p̄ce
dēti clausula ex ore dn̄i repssa
est īdebita ꝯtrectactio rei alie
ne sibi cōmisse:hic consequen=
ter ponit alia lex/que regulat
concupiscentiā carnis in luxu=
ria naturali/ quātum ad mulie
rem seductam promissionibus:
ꝛ huiusmodi. Unde dicit: Si se
duxerit quis / id est/ seorsum a
rectitudine duxerit: virginem/
necdum desponsatam. Cur au=
tē hec lex loquitur specialiter
de virgine/ dicet sub primo du
bio sequenti: dormieritq̄ cum
ea:dotabit eam/ et habebit eā
vxorē/si supple pater puelle cō
senserit. Si autem pater virgi=
nis dare eā noluerit/dabit pe=
cuniam iuxta modū dotis quā
virgines accipere cōsueuerūt/
ꝛ hoc ad arbitriū iudicum/ vel
patris puelle:vt dicit Hiero.
¶ Circa hāc clausulam mouē=
tur aliqua dubia.
¶ Primū igitur dubiū: Quare
hec lex specialiter loquitur de
virgine/ꝛ nō eque bene de de=
sponsata? Huius ratio est:quia
de desponsata datur lex Deute
ronomij.xxij.que dicit/ ꝙ q̄ eā
cognouerit/ morte moriat̄: si=
militer et adultera/ vt auferat̄
malum de Israel.
¶ Secundum dubium: quare
hec lex dicit: Si pater virginis
dare noluerit? Responsio/quia
corruptor virginis posset es=
se longe inferioris conditionis
ea. Nec contra hanc legem fa=
cit alia lex/que inseritur vbi su
pra/scʒ Deutero.xxij.que dicit
ꝙ si vir inuenerit puellam vir=
ginem/que nō habet sponsum:
et apprehendens ꝯcubuerit cū
ea/ꝛ res ad iudiciū venerit/ da=
bit q̄ dormiuit cū ea patri puel
le quinquaginta siclos argēti/
ꝛ habebit eam vxorem:et quia
huius

humiliauit eam/ non poterit dimittere eam omnibus diebꝰ vite sue. Quia ꝙ dicit/ simpliciter habebit eam vxorem: intelligitur si modo pater virginis voluerit: et hoc innuitur per hoc ꝙ premittit: et res ad iudicium venerit. Per quod etiam patet ꝙ lex illa in casu in quo puella non cōsentit/ intelligitur. Hec autem in casu in quo puella cōsensit quauis seducta. Propter quod in primo casu plus punitur/ scilicet multitudine pecunie/ et perpetua vxoris retētione. Uel dicendum et melius/ ꝙ siue consensit puella/ siue non: lex ista suppletur per illā quātum ad ista duo: quia talis homo facit iniuriam patri puelle/ sub cuius potestate erat: in cuius etiam satisfactione dat patri quinquaginta siclos/ et puella restituitur patrie potestati. vt si non vult/ non det eam illi. Facit etiam iniuriam puelle/ quam et si non corrumpat per violentiā: eam tamen seducit/ propter quod eam dotat. Insuper si pater voluerit: ducet eā velit/ nolit. Nec poterit eā repudiare cunctis diebꝰ vite sue: et hoc ne videatur magis fecisse ludibrium: quā cōtraxisse matrimonium si statim posset eam repudiare: vt dicit August.

¶ Sed ista lex videtur contraria determinationi cōcilij Meldeñ. Sic enim ibi legitur: Placuit/ vt hi qui rapiūt feminas/ vel furantur/ vel seducunt eas: nullatenus habeāt vxores/ quāuis eas postmodum nuptialiter cum consensu parentū suorum susceperint.

¶ Dicēdum/ ꝙ illud cōcilium loquitur de feminis/ que alijs viris sunt desponsate: et hoc per verba de p̄senti. Uel dic/ ꝙ ita loquitur dictū cōcilium in detestationem criminis: et hoc cōformiter ad ius ciuile/ quo raptor prohibetur ducere raptā. Sed in fauorem rapte et matrimonij statutum est vltimo/ ꝙ de cōsensu rapte/ potest raptor et debet raptam ducere/ vel religionem intrare. extra de rap. cap. vltimo.

¶ Tertium dubium: Utrū quis in antiquo testamēto potuerit licite habere plures vxores? Uidetur ꝙ sic/ et signanter ad legem presentem/ que dicit ꝙ vir seducens virginem nondum despōsatam (supple alteri) dormieritqꝫ cum ea: habebit eam vxorem/ si voluerit pater eius. Poterat autem stare/ ꝙ huiusmodi vir habebat aliā vxorē. Igitur licite poterat simul habere duas vxores? Dicēdum/ ꝙ dominus condēs predictam legem/ simul dispensabat cū eo vt duas haberet vxores: et hoc in penā sue seductionis. Uel dic/ ꝙ lex illa forsan loquitur de seducente soluto/ et non antea ligato: et per consequens habebat vnam.

¶ Moraliter et p̄mo/ Per virginem intelligitur mens intacta ab omni mortali vitio. Tūc autem seducitur/ cum ab alio verbo male doctrine/ vel exemplo peruerse vite ad peccatum trahitur. Qꝫ autem talis seducens teneatur reddere dicte virgini pecuniam/ casu quo pater nolit eam eidem tradere in sponsam/ designat ꝙ qui aliquem scandalizauit p̄dicto mo-

do

do/ debet postmodum labora re ad illi⁹ reedificationem: vt sicut eũ posuit in via perditio nis/ postea studeat eum retra here ꝛ ponere ĩ via saluatiõis/ quãtum in eo possibile est/tam per se ꝙ per interpositas perso nas: qđ tamen pauci attẽdũt.

¶ Moraliter et secundo / hoc idem possum⁹ exponere de dia bolo/qui per suas illusiones et tẽtationes corrumpit multas deuotas animas/in cõtumeliã sui patris/ q̃ deus est. Et quia dictus pater nõ vult vt dictus corruptor ducat eas in vxores per eternam damnationem/eo ꝙ non est voluntatis sue mors impij/ vt dicitur Ezechi. xviij. ideo de rigore iustitie tenetur ipse diabolus satisfacere de ta li iniuria. Et quia hoc non po test: ideo iusto dei iudicio ma net ligatus perpetuo in re tertrimis carceribꝰ inferni. Sicut videmus aliquos propter defe ctum solutionis denariorũ re giorum tenere perpetuos car ceres.

¶ Moraliter ꝛ tertio: Uirgo q̃ seducitur/est aliqs iuuenis bo ne indolis/qui a parentibꝰ tra ditur alicui viro docto erudiẽ dus in literis ꝛ bonis moribꝰ: sicut nobiles et potentes com muniter facere solent. Sed in mala hora quandoque talis virgo et peccati nescius sedu citur per horrendum et inno minabile vitium: ita vt forsan acquirat habitum malum qui erit in posterum in eo de diffi cili mobilis. Nunquid igit̃ ta lis corruptor virginis multum tenetur ei/ scꝫ ipsum trahendo ad morum honestatem. Etiam ad literam talis tenetur in fo ro cõsciẽtie reddere patri par uuli pecuniam quam ab eo ac cepit ꝓ bona eruditione illiꝰ: maxime cum fecerit totum cõ trarium.

¶ Allegorice ꝛ primo: ꝛ cõfor miter ad vtranꝗ glo. ordi. sci licet ꝛ interli. Istud exponitur de illis qui allegorizant de ca pite suo: ꝛ ad sensum suũ nitun tur trahere scripturam sacram forte repugnãtem sue tortuose expositioni/ ꝛ ad ea que nõ cõ gruunt fidei dictã scripturam trahentes. Dominus autẽ Pe trus de Pal. dat exemplum de abbate Joachim/qui quasi ꝓ phetando multa ꝓdixit de sta tu ecclesie non consona fidei. Nos autem possumus dare ex emplũ de heresiarcha moder no Luthero teutonico/qui pe ne infinitas hereses antiquas renouauit/ꝛ euomere non eru buit / trahendo magnã partẽ stellarũ .i. catholicorum post se. Nam adeo impudice locut⁹ est de Romana ecclesia: vt vo cet eam meretricem ꝛ congre gationem sathane/et multa si milia heretica ꝛ blasphema: in quibus seducit virginẽ : id est/ sacre scripture incorrupte im ponit multiplicem falsitatem/ non tam eam seducens / ꝙ vi opprimens.

¶ Allegorice ꝛ secundo/ ꝛ cõ formiter ad dominum Petrum de Pal. ꝛ ad priorem expositio nẽ: virgo hec est sacra scriptu ra/vt dictũ est : que debet esse incorrupta / ꝛ sine falsitatꝭ at ꝗ prauit dogmatis admixtio ne. Hanc virginem si quis se duxerit ; id est / seorsum duxe rit:

rit.i.preter veritatem eã expo- fuerit: et cum ea dormierit.i. in tali tortuosa expositione dele ctatus fuerit / cõsequenter do tabit eam: scilicet ipsam ca- tholice exponendo. Alioquin non esset suscipienda / sed abij- cienda: et habebit eam vxorẽ: id est / fructum ei9 copula. Si au tem pater.i. sensus historicus repugnet allegorice vel tropo logice expositioni: reddet pe- cuniam iuxta modũ dotis etc. id est: talis sensus est relinquẽ dus et abijciendus. Debet eñ talis interpretatio allegorica- lis siue moralis pariter et anago gicalis esse pia / nec debet de facili abijci: quamuis non be- ne videatur interdum sensui historico adaptari. Sicut Gre gori9 p Dauid intelligit Chri- stũ / et per Uriam diabolum.

¶ Allegorice et tertio illa pos sum9 exponere de fide catholi ca / quã multi heretici conati sunt seducere. Huius virginis pater est deus omnipotens / q̃ non vult eam dare seu cõmit- tere dictis nephandis heretici- cis / ne eam corrumpãt: sed eñ eam committit veris catholi- cis: apud quos solum viget ve ra fides catholica. Sic eñ vult deus pater dicte virginis.

¶ Anagogice / virgo est beati- tudo celestis. Hãc voluit sedu cere malus angel9 / et quodam- modo opprimere: quãdo virtu te naturaliũ voluit eã dor- mire / et possidere eã. Sed quia non potuit eã dotare: eo q͏ na- turalia sua non equipollebant ipsi beatitudini: ideo eam per- petuo amisit. Nam pater dicte virginis / id est dominus deus / sibi eam dare noluit / qui solis humilibus eam dare decreuit Luce.j. Deposuit potentes / id est superbos / de sede.i. de ce- lo: et illic supple exaltauit hu- miles.

¶ Sexta clausula.



Maleficos non pa- tieris viuere. Qui coierit cum iumẽ- to / morte moria- tur. Qui immolat dijs / occidet: pre- ter domino soli.

¶ Historialiter postq̃ in pre- cedenti clausula posuit domi- nus legem regulantem concu- piscentiã carnis in luxuria na- turali / quantum ad mulierem seductam: hic consequenter ponit aliam legem regulantẽ eandem cõcupiscentiam in lu- xuria innaturali / dicens: Qui coierit cum iumẽto / morte mo riatur. Et quia hec lex facit mentionem de morte infligen- da pro crimine in ea cõtento / ideo simul iunguntur alie due leges / pro quibus similiter in- fligitur mors: scilicet pro cri- minibus in ea contentis / quã- uis ipse tres leges nullam in- ter se habeant habitudinem. Dicit ergo dominus ad Moy- sen / et per consequens per eum alijs iudicibus: Maleficos nõ patieris viuere. Et q̃uis gene raliter possit intelligi de omni malefico: id est / qui malefacit in detrimentum reipublice / si- ue talis sit fur / siue homicida / et sic de alijs qui perturbant notabiliter rempublicam. Un de maleficus dicitur ille qui

Et male

male facit. Specialiter tamen restringitur hec lex ad sortilegos. Unde dominus Hugo Cardinalis dicit sic: Maleficos vocat non quoslibet intentos criminibus: sed prestigiatores/ hariolos/ magos/ inspectores peluis vel gladij: inuersores psalterij/ carminatores: qui scilicet carminibus diabolicis vtuntur. Omnia enim ista fiũt contradicente domino et sacra Romana ecclesia/ et sacris canonibus: vt patet Leuitici decimonono: Ne declinetis ad magos etc. Item Deuteronomij decimooctauo: Caue ne inueniatur in te qui lustret filiũ etc. Hac igitur lege posita: consequenter ponitur alia lex/ et que est ad propositum: per quã scilicet prohibetur concupiscẽtia carnis: quantum ad luxuriam innaturalem/ cum dicitur: Qui coierit cum iumento/ id est cum quocunque bruto: morte moriatur: scilicet corporali/ spirituali et eternali. Deinde ponitur alia lex et tertia/ per quam regulatur pars rationalis hominis/ cum dicit: Qui immolat dijs. glo. interl. id est demonibus/ de quibus in Psalm. Omnes dij gentium demonia. Uel dijs/ id est idolis/ qui reputantur dij ab idolatris. Unde per immolationem hic prohibitam sub pena mortis: intelligitur prohibita libatio/ oblatio/ thurificatio/ et talia que fiebant in templo ipsi deo directe: vt dicit Ra. Sa. Et hoc notatur/ cum subditur: preter domino soli. Hic Samuel. primi Regũ septimo sit ad vniuersam domum Israel: Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum/ auferte deos alienos de medio vestri: Baalym et Astaroth: et preparate corda vestra domino/ et seruite ei soli/ et eruet vos de manu Philistijm. Istud autem est contra Azotitas q̃ arcam domini posuerunt iuxta Dagon: vtrumq; venerantes/ vt legitur primi Regum quinto. Item contra Samaritanos/ qui cum domino adorabãt deos suos. Propter quod inmisit dominus in eis leones/ q̃ grauiter affligebãt eos.

¶ Circa autem hanc clausulã mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiũ: Quare ista prima lex/ que est de maleficis/ ponitur inter eas que exprimunt et reprimunt concupiscentiam carnalem? Dicẽdum/ q̃ ratio est/ eo q̃ sortilegia frequenter fiunt in his que pertinent ad actum carnis: vt dicit de Lyra.

¶ Secundum dubium: cur potius fit hic mentio de sortilegio/ quo ad sexum virilem/ q̃ quo ad sexum muliebrem? Nõ enim dicitur: Maleficas non patieris viuere: sed/ maleficos: cum tamen maleficium siue sortilegium potius regnet in sexu muliebri/ q̃ virili. Ad hoc in primis dicit predictus de Lyra/ q̃ etiam in Hebreo habetur/ sortilegam non patieris viuere. Et licet litera Hebraica exprimat mulierem tãtum/ tamen intelligitur etiam de viro/ sicut nostra translatio exprimit. Litera autem Hebraica exprimit id quod communius accidit. Et quia commu-

nius

nius accidit ꝙ mulieres sint sortilege ꝗ̃ viri: ideo loquitur de mulieribus. Nostra autem translatio / ꝗuis loquatur de viris sortilegis / intelligit nihilominus etiam de mulieribus.

¶ Tertium dubium: Unde ortum habuit maleficium / sive sortilegium? Dicendum / ꝙ ex vana curiositate hominum ac mulierum / volentium cognoscere occulta etiã futura. Unde sors proprie est illud quod a casu vel fortuna provenit / ⁊ quod dispositioni hominis nõ subsistit: sed quod solũ a dispositione quadam occulta accidit. Vel dicit ꝙ sors generaliter dicitur / quicquid extra humanã dispositionẽ hominibus accidere cõprobatur. Antiqui enim philosophi frequenter utebãtur sorte / ⁊ signanter in investigatione secretorum et futurorum. Unde etiam scientias divinatorias habuerunt / que solum super sorte fundate fuerunt: et secundum ꝙ sorte signa esse videbant / secundum hoc de suis interrogationibus iudicabant.

¶ Quartum dubium: Quid intelligitur per coeuntem cũ iumento? Dicendum / ꝙ intelligitur omnis coitus innaturalis: sive cum iumento / idest bruto: sive cũ masculo: quod dicimus peccatum contra naturam. Et idem dicendum est de femella cum femella ⁊c. Nam omnes tales peccantes / rei sunt mortis corporalis: ut p⁊ Levit. xvii.

¶ Quintum dubiũ: Cur iumentum / cum quo quis coiit / comburitur (more aliquarũ patriarum) sicut ⁊ homo coiens? Respondetur / ꝙ hoc fit in detestationem facinoris. Nam in tali casu iumẽtum punitur sine culpa / sed non absq; causa.

¶ Sextum dubiũ movetur iuxta illud ultimum verbum: Qui immolat diis ⁊c. Queritur ergo si Iudei ex hoc solo verbo poterant occidere omnes idololatras? Distinguẽdũ est: ꝗm ꝙ idololatre poterant esse de populo Iudeorum: utpote apostatantes a lege ⁊ ritu eorum. Vel de alieno populo / scilicet gentili. Qui ergo prius fuerãt de ritu Iudeorum / ⁊ postmodũ convertebant se ad ritum idololatrarum / ⁊ de facto immolabãt diis: ipso facto per iudices populi erant plectendi morte: tum propter apostasiam: tũ ꝑpter idololatriam. Gẽtiles autem / in eo ꝙ gentiles / nõ erant occidendi: nisi forsan propter domini ꝑceptum: vel quia iniuste occupabant terras debitas populo Iudeorum. Sed in eo ꝙ idololatre / ⁊ propter contumeliam factam in patrẽ suũ celestem / licite poterant occidi.

¶ Septimum dubiũ: Cur peccatum cõtra naturam punitur morte / cõformiter ad legẽ presentem? Huius ratio est: quia peccans cõtra naturã / est homicida / vel saltem reputatur talis. Quia sicut homicida subtrahit homini vitã quam iam habet: sic peccans cum iumento / subtrahit ab homine vitam quam esset habiturus si talis exerceret actum humane generationis eo modo ꝗ exerceri debet. Et ideo ꝙ hõ ex actu suo nephando nõ generetur / sibi merito imputari debet.

¶ Octauum dubiū ꝛ quod incidentaliter mouetur: tale est: Quot modis contingit peccare contra naturam? Respondetur ꝙ quatuor modis. Primo si absq; omni concubitu causa venereę delectationis solū pollutio procuretur. Et hoc vocatur peccatū inmundicie in sacra scriptura: vt patet Rom. i. Uel secundū alios: peccatum mollicici. Secūdo p cōcubitū ad rem non eiusdem speciei: qd proprie vocatur peccatum bestialitatis. Tertio: per cōcubitum ad non debitū sexum: quanuis cū re eiusdē speciei. Et hoc proprie vocatur peccatū Sodomiticū: vt cū contingit masculum commisceri cum masculo: vel feminam cū femina: de quo loquitur apost. Ro. primo. Quarto: quādo nō obseruatur modus debitus commiscendi: vt quantū ad instrumentū indebitū: vel quantum ad alios monstruosos modos concūbendi.

¶ Nonū dubium: Cū tot sint species luxurie cōtra naturā: queritur ergo cur specialiter et expresse bestialitas hic nominatur poti⁹ ꝙ alia? Ad hoc respondet domin⁹ Petrus de Pal. ꝙ hoc ideo: q2 est grau⁹ peccatū: vt patet Gen. xxxvij. vbi dicit ꝙ Joseph accusauit fratres suos apud patrē crimine pessimo. Hoc aūt cōmuniter exponit de peccato Sodomitico: vt ibidē dictū est. Sub hac specie prohibent alie tres species: sicut nis⁹ principale intelligit ꝑ ꝓhibitionē magis principalis.

¶ Decimū dubiū: Utrū om̄is peccās cōtra naturā: scd'm aliquem predictorū modorū: plectendus sit morte? Respondet predict⁹ de Pal. probabiliter ꝙ non. Pene (inqt) sunt restrigende: ꝛ non ampliande: cum sint odiose. Modo vt dicit regula iuris lib. vj. Odia restringi deberet: ꝛ fauores conuenit ampliare. Non videt ergo peccans contra naturam plectendus morte: nisi i duob⁹ casib⁹ contentis in sacra scriptura. Prim⁹ est: de coeūte cū iumento: vt hic. Secūdus est: de coeūte cum masculo coitu femineo. Leuitic. xx.

¶ Moraliter ꝛ primo: iuxta illud: Maleficos non pa. vi. Notandū: ꝙ illud possum⁹ referre ad dei iustitiā. Nam etsi ad temp⁹ immensa ei⁹ bonitas patiat ipsos maleficos. i. pctōres viuere: tū vt peniteāt: tū vt bonos ad ipsorū salutē affligāt: tādem tamen non patit eos viuere: ꝛ signanter in alio seculo: dicēte scriptura Ezechiel. xviij. Anima que peccauerit ipsa morietur.

¶ Moraliter ꝛ secūdo: ꝛ conformiter ad glo. iterli. p maleficos intelligūtur conditores ꝛ cooperatores diaboli: quos non patit dominus viuere vita gratie in presenti: neq; glorie in futuro: sed tandē morient i futuro morte eterna sine spe vite: vt iam dictū est. Sepeliētur enim in inferno cū diuite epulone.

¶ Moraliter ꝛ tertio: iuxta illud: Qui coierit cum iumento ꝛc. Notandum conformiter ad predictam glo. ꝙ per illū qui coit cū iumento: intelligitur ille:

ille q cũ reputet se sapientem: nihilominꝰ miscet se vitijs stulti ꝛ insensati hominis. Cuius societas a deo separat: et diabulo sociat. Et hec est fornicatio pessima. Et talis morietur morte eterna. Hec i dicta glo.

¶ Moraliter et quarto: per iumentũ intelligit̃ omnis peccator: dicente Psalm. in persona peccatoris: Ut iumentũ factꝰ sum apud te. Unde Boetiꝰ de consolatione lib. iiij. prosa. iij. ostendit quomodo diuersa genera peccatorũ comparantur diuersis generibꝰ bestiarum: dicens: Euenit vt quem transformatũ vitijs videas: hominem estimare non possis ꝛc̃. Ille igitur coit cũ iumento: qui se sociat cum homine peccatore: et signanter dedito lubricitati. Unde Psalm. Cũ peruerso peruerteris. Unde Dina filia Jacob: cõuersans cum mulieribus regionis Sichem: oppressa fuit a Sichem. Geñ. tricesimoquarto. Et Thamar filia Dauid ingressa thalamum fratris sui impudicissimi: cui nomẽ Ammon: oppressa est ab eo. ij. Regũ. xiij. Taceo de Lucretia: ꝛ multis alijs. Hic Hieroñ. tertia pte epl'arũ suarũ: epistola. lxxxv. Plusq̃ (inquit) impossibile puto virum diutiꝰ in bonis permanere operibus: qui malorũ assiduus conuersatione vtitur. Et sapiens Eccli decimotertio: Qui (inquit) tetigerit picem: inquinabitur ab ea: et qui communicauerit superbo: induet superbiam.

¶ Moraliter et q̃nto: ꝛ circa idem: illi coeunt cum iumento: qui abutũtur vxoribꝰ suis: quod potest fieri multipliciter. Unde Raphael Tobiam iuniorem instruens: qualiter deberet vti matrimonio cum Sara: ait illi: Audi me: ꝛ ostẽdam tibi qui sunt quibus preualere potest demonium. Hi namque qui coniugium ita suscipiunt vt deum a se ꝛ a sua mente excutiant: et sue libidini ita vacẽt sicut equus ꝛ mulus: quibus non est intellectꝰ: habet potestatem demonium super eos. Sequitur: Tu autẽ cum acceperis eam: ingressus cubiculum per tres dies continens esto ab ea: et nihil aliud nisi orationi vacabis cũ ea. Hec ille. Bene ergo et salubriter hortatur Psalm. existẽtes in matrimonio: dicens: Nolite fieri sicut equus et mulus: quibus non est intellectus. Et apost. j. Thess. iiij. loquens illis qui sunt ligati matrimonialiter: ait: Hec est voluntas dei sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione: vt sciat vnusquisq̧ vestrum vas suũ: id est vxorem (que est vas in quo concipitur et formatur proles) possidere in sanctificatione ꝛ honore: scilicet eo vtẽdo tempore et loco honeste: et cum timore domini: quantum fieri potest: non in passione desiderij: sicut gentes que ignorant deum. Hec apost.

¶ Moraliter et sexto: iuxta illud vltimum verbum: Qui immolat dijs ꝛc̃. Notandum: q̧ ille immolat dijs: qui prelatis aut principibus adulatur: et complacet plusq̃ debeat ꝛ deceat: sicut in curijs principum plerumque fieri solet: iuxta id quod

quod scriptū est Matthei vndecimo: Ecce qui mollib⁹ vestiuntur in domib⁹ regū sunt. Et in psalm. Dedit terra eorum ranas / in penetralibus regum ipsorum. Adulatio enim (secūdum Augustinum homilia vicesima) non est aliud ꝙ̄ fallaci laude seductio. O ꝙ̄ bene nouerunt curiales laudare principes et dominos suos laude fallaci. Ecce immolatio que fit dijs alienis / q2 huiusmodi principes in sacra scriptura dij participatiue dicuntur. Hanc tamen immolationem noluit facere Mardocheus Judeus Aman / qui erat primus in omni regno regis Assueri / vt dicitur Hester secundo. Unde propter hoc voluit eum perdere. Sed statim euenit totum oppositum. Itē rex Herodes acceptans diuinas laudes / que illi adulatorie offerebantur: statim consumpt⁹ a vermibus miserabiliter expirauit. Actuū duodecimo. Nō licet ergo immolare dijs / et hoc sub pena mortis eterne / sed soli domino.

¶ Allegorice et primo / iuxta primam partem presentis clausule. Notandum / ꝙ sicut principi seculari mandat a domino vt non patiatur maleficos viuere vita nature: sic et principi ecclesiastico et spirituali precipit / vt nō permittat tales viuere vita gratie: sed supple eos excommunicet / vt patet xxvj. quest. ij. qui sine. Un̄ diebus dominicis in missis parochialibus solent excommunicari omnes sortilegi. Et vt dicit. xxvj. q. iiij. igit. Item. q. v. si quis episcopus. Malefici / et magi / et incantatores / ꝛ diuinatores pro eodem accipiuntur. Idem dic de sortilegis. Unde secūdo dialogorū Gregori⁹ refert de quodam mago qui incantauerat quādam monialem: cuius etiam cellam in aera suspendebat frequenter / quam sanctus Benedictus curauit. Tandem autem dictus Magus Rome ignibus traditus est.

¶ Allegorice ꝛ secūdo / iuxta secūdā partem presentis clausule / in qua dicitur: Qui coierit cū iumēto ꝛc. Notandū / ꝙ ille coit cū iumēto / qui seruat legem cū euangelio: sicut facere volebant nonnulli in primitiua ecclesia. Tales enim delectari erant in sensu Judaico literali / brutali ꝛ asinino. Hi ergo digni erant morte eternali / quia vt inquit apost. Galat. quinto. Si circuncidimini / Christ⁹ nihil vobis proderit.

¶ Allegorice et tertio / iuxta eundem textum: Notandū / ꝙ per iumentum intelligitur populus infidelis. Tūc ergo coit quis cū iumento / quando fidelis habitat et conuersatur cum infideli: quod valde periculosum est: quia de facili posset eū trahere ad infidelitatem suā: ꝛ signanter vbi fidelis est infirmus in fide / et indoctus: alter autem doctus. Potest aute fidelis firmus et doctus conuersari cū infideli / propter illi⁹ cōuersionem ꝛ salutem. Et eadē cōuersatio cū Judeis prohibita est: vt patet. xxviij. q. j. nullus. vbi specialiter interdicit fidelibus

fidelib⁹ conuersatio cū Judeis in cōuiuijs ꝛ balneis: ꝛ hoc tā laicis ꝙ clericis. Prohibet etiā eisdē fidelib⁹ ne recipiāt medicos eorū: ꝗuis interdum fiat oppositū/sed non sine graui scandalo ecclesie. Maxime cū talis conuersatio sit adeo periculosa/ꝛ tam rigide prohibita/ vt dicat (vbi supra) ca. si infidelis. ꝙ etiam cū parentibus vel propinquis conuersari non debem⁹: si per ipsos fidē Christi perdere timem⁹: Et huius ratio est/q2 malorū cōuersatio corrūpit facile bonorum fidem ꝛ mores. De hoc vide beatum Thomam secūda secūde. q. x. arti. vij. vbi querit: Utrū liceat disputare cū infidelib⁹ de fide. Ubi tamen infidelis consentit habitare cū fideli sub vinculo matrimonij/ sine cōtumelia creatoris: possunt simul licite in vnū habitare. Sic enim dicit apost. prime Corint. vij. sub his verbis: Si quis frater/Christian⁹ suple/vxorem habet infidelem: ꝛ hec consentit habitare cū illo: supple sine contumelia creatoris/ nō dimittat illam. Et simile iudiciū est de vxore fideli/ viro existente infideli: q2 quātū ad hoc ad paria iudicantur. Unde sequitur: Etsi qua mulier fidelis habet virum infidelem / ꝛ hic consentit habitare cū illa: supple sicut prius. i. sine contumelia creatoris / non dimittat virū. Et hui⁹ rationē assignat apost. cū ait: Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem: et sanctificata est mulier infidelis per virū fidelem. Ecce quid est core cum iumento.

¶ Allegorice ꝛ quarto / iuxta illud vltimum verbū: Qui immolat dijs / occidet: ꝑter ꝛc. Notandū ꝙ merito taliter immolans occidi debet: q2 sicut non sunt plures dij in rerum natura: sed vnus solus/ trinus tamen in personis: ita taliter immolans meretur priuari esse quod habet: quia scriptū est Sap. vndecimo: Per que quis peccat/ per hec ꝛ torquetur. s. de iure. etsi nō semꝑ de facto.

¶ Allegorice et quinto/ circa idem. Notandū/ ꝙ preter penam corporalem hic tangit pena spiritualis/ qua occidēdus est omnis idololatra qui immolat dijs alienis. i. demonibus. Illa aūt est excōmunicatio/ scdm glo. interli. per quam morit spiritualiter hō/ quia ꝓuatur vita gratie in ꝓsenti omnis rite excommunicatus/ ꝛ vita glorie in futuro: eo ꝙ priuatur consortio ecclesie militantis ꝛ triumphantis.

¶ Anagogice maligni spirit⁹ fecerūt totum contrariū. Nam fuerūt malefici. i. de bonis angelis facti mali. Itē coierūt cū iumento/ qñ relicta dei gr̄a adheserūt immobiliter pctō. Psal. Mutauerūt gl'am suā i similitudinē vituli. Uñ solēt frequēter apparere i specieb⁹ aīaliū viliū. Itē imolauerūt dijs alienis: qū maluerūt ꝙ minores erāt inter eos subijci superioribus malis āgelis ꝙ deo. Sed qd postea illis acciderit audiam⁹. Nā ꝓdictos maleficos nō est passus deus viuere. Nec quidem vita gratie/quam semel habuerūt: nec vita glorie / quā habituri

erant i ſi primam vitam perſe-
uerranter tenuiſſent. Quinimo
mortui ſunt morte culpe ⁊ ge-
henne. Item qui coierunt cum
iumento: id eſt / cum peccato/
nunc coeunt cum tormento.
Et qui noluerūt immolare do
mino per debitam ſubiectio-
nem/ nunc immolant principi
demoniorū / per coactam ſub-
iectionem. Ecce quomodo mu
tatus eſt ordo diuinitus ⁊ pri-
mitus ordinatus.

¶ Septima clauſula.


Aduenam non cō-
triſtabis / neque
affliges eū. Ad-
uene enim ⁊ ipſi
fuiſtis i terra E-
gypti. Uiduę et
pupillo non no-
cebitis: ſi leſeritis eos/ vociſe-
rabuntur ad me/ et ego audiā
clamorem eorum/ ⁊ indignabi-
tur furor meus: percutiamque
vos gladio/ ⁊ erunt vxores ve-
ſtre viduę/ ⁊ filij veſtri pupilli.
Si pecuniam mutuā dederis
populo meo pauperi qui habi-
tat tecum/ nō vrgebis eū quaſi
exactor/ nec vſuris opprimes.
Si pignus a ꝓximo tuo acce-
peris veſtimentū/ ante ſolis oc
caſum reddes ei: ipſum enī eſt
ſolum quo operitur/ indumen-
tū carnis eius/ nec habet aliud
in quo dormiat. Si clamaue-
rit ad me/ exaudiam eum: quia
miſericors ſum.

¶ Hiſtorialiter poſtq̄ in pre-
cedenti clauſula poſita eſt lex
a domino/ regulans cōcupiſcē
tiam carnis in luxuria innatu-
rali: hic conſequenter. ponit
idem deus ⁊ dominus alias le
ges/ regulātes vim rationabi-
lem quo ad proximum. Et iſte
leges ſunt precipue quatuor.
Prima enī eſt regulatiua vis
rationalis / quo ad proximum
aduenam/ que dicit: Aduenā
non contriſtabis. Aduena enī
dicitur ille qui eſt aliunde na-
tus. Unde aduena dicit̄ quaſi
aduenions/ ſcilicet aliunde. Di
cit ergo: Aduenam non cōtri-
ſtabis/ ſupple verbo: neq̄ affli-
ges eū/ ſcilicet facto. Quinimo
conſolaberis eum/ contra pri-
mum: ⁊ ſupportabis eū / cōtra
ſecundum. Cuius ratio ſubdi-
tur/ cum dicitur: Aduene enim
et ipſi ⁊c̄. Propter qđ magis
experti / ⁊ ſic minus per igno-
rantiam excuſati eſtis. Secun-
da lex eſt regulatiua vis ratio
nalis/ quo ad proximū indige-
nam. Unde dicit: Uiduę: id eſt/
mulieri deſtitute auxilio viri: ⁊
pupillo: id eſt/ exiſtēti in debi-
li etate et fragili/ ac deſtituto
humano auxilio: non nocebi-
tis: ſcilicet nec verbis/ nec fa-
ctis. Unde de his tribus gene-
ribus perſonarum deſolatarū
ſcribitur Zacha. vij. Aduenā/
viduam/ ⁊ pupillum nolite ca-
lumniari. Ratio huius prohi-
bitionis aſſignatur/ cū ſubdi-
tur: Si leſeritis eos/ vociferā-
buntur ad me: qui ſupple/ ſum
defenſor eorum/ ⁊ ego audiam
clamorem eorū: ſcilicet in effe-
ctu. Unde Pſalm. Pupillum ⁊
viduam ſuſcipiet: ſupple dñs/
quaſi protector ⁊ defenſor eo-
rum exiſtens. Et idē alibi/ Pu-
pillo tu eris adiutor: ⁊ idigna-
bitur furor meus: id eſt/ puniā
vos vehementer: vt ſolet face-
re

te furibundus: percutiamque vos gladio scilicet inimicorum: et erunt uxores vestre vidue per mortem vestram quam alijs modis infligam vobis. Vel uxores vestre vidue erunt eo quod et vos afflixistis alias viduas: et filij vestri pupilli quia supple afflixistis alios pupillos: ut sic pena correspondeat culpe. Itē ut per que quis peccat per hec et torqueatur. Unde in Psalm. Fiant filij eius orphani et uxor eius vidua. Tertia lex est regulatiua vis rationalis quo ad personas miseras et indigētes quibus facta est aliqua gratia cum ait: Si mutuam pecuniam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum: id est in eadem ciuitate: vel qui habitat tecum scilicet in unitate fidei vel legis tecū: non urgebis eū quasi exactor: id est nō nimis festinanter coges eum ut reddat: nec usuris opprimes. Ex hac autem lege videtur dominus dedisse licentiam Iudeis accipiendi usuras ab extraneis. Hoc etiam confirmatur per illud Deuterono. xxiij. Fenerabis gentibus multis. Sed dicetur statim ad hoc sub tertio dubio. Quarta lex est regulatiua vis rationalis quo ad personas quibus facta est aliqua gratia cum dicitur: Si pignus a proximo tuo acceperis vestimentum: id est si pro pignore acceperis a proximo tuo vestimentum cum scilicet ei mutuas pecuniam: ante solis occasum reddes ei. Ubi notandum secundum beatū Augustinū et ponitur hic in glo. quod cum dicitur vestimentū ponitur genus pro specie. Nō enim intelligitur de omni vestimento sed tantū de necessario ad transeundū illam noctem. Unde subdit: Ipsum est enim solū quo operitur indumentū carnis eius: nec habet aliud in quo dormiat. Et idem iudicium est de alio vestimento necessario ad vitam. Unde ex hoc passu potest sumi argumentū quod nullus debet deficere proximo suo in necessitate constituto: Si clamauerint ad me scilicet vociferando vel gemendo propter oppressionem: exaudiam eum scilicet ipsum liberando: quia misericors sum. interli. nolens mortem peccatoris.

¶ Circa autem hanc clausulā mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium est de aduena peccante. Videtur enim ex prima lege que hic inscritur quod non debeat quis puniri alias contristabitur et affligetur. Et idem argumentū currit de vidua et pupillo. Dicendum quod ista lex debet intelligi quod tales persone nō debēt iniuste et absque causa contristari aut affligi. Si autē pro culpa aut pro causa contristentur seu affligantur iam non iniuste contristantur aut affliguntur. Unde dato quod aliquis contristetur ex eo quod iuste affligitur nō est tamen propter hoc postponenda omnino correctio maxime cum dicat dominus sequenti ca. in principio. Pauperis non misereberis in iudicio: scilicet quia pauper. Bona est enim misericordia que scilicet non est contra equitatē: quia ut dicit philosophus. j. ethico. Sanctū est

est honorare veritatem.
¶ Secundū dubium mouetur propter illud verbū: Et erunt vxores vestre vidue / et filij vestri pupilli. Querit ergo vtrū iusta lege vnus puniatur pro alio? Dicendum: q si loquendo de pena temporali / siue corporali / siue a deo / siue ab homine. Et quidem de pena temporali a deo inflicta / patuit in diluuio: in quo perierunt paruuli propter peccata parentū. De pena etiam inflicta ab homine / patet de filio qui perdit hereditatem patris / propter crimen lese maiestatis commissum ab eo. Si autē sit questio de pena spirituali / et potissime eterna / nullus punitur pro alio / sed vnusquisqz onus suū portabit / quia vt dicitur Ezechielis xviij. filius non portabit iniquitatem patris / nec econuerso: sed vnusquisqz onus suum portabit.
¶ Tertium dubiū: vtrum Judei licite poterāt exercere vsuras cum alienis a gēte sua? Dicendū: q non. Et quamuis per presentem legem non prohibeantur nisi Judei / qui habitant cum alijs Judeis / alibi tamen prohibentur omnes vniuersaliter. Lex em̄ domini ad tempus propter malitiam populi Judeorum non interdixit aperte nisi dictū populum Judeorum / tanqz grauius malū. Grauius em̄ malū erat Judeis exercere vsuras cum alijs Judeis: qz cū gentibus. Vn̄ Deutero. xxiij. sic habet: Non fenerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam / nec fruges / nec quodlibet aliam rem / sed alieno. Fratri autē tuo absqz vsura id quo indiget cōmodabis: vt benedicat tibi dominus etc. Quod ergo dicitur / sed alieno: additū est forte a Judeis. Vel est promissio solū / sicut de libello repudij vxoris cōmuniter dicit. Postmodū autem hec permissio reuocata est per prophetas. Unde propheta Dauid / cū quesiuisset a domino / dicens: Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? quasi diuinitus respōsum est ei / q ille ibi habitabit qui ingreditur sine macula / et qui pecuniam suam non dedit ad vsurā. Item Ezechie. xviij. ad vsuram nō commodauerit / et amplius nō acceperit: qz supple dederit: hic vita viuet: scilicet gratie in presenti / et glorie in futuro. Nihilominus beatus Ambrosius dicit: q ab illo potest recipi vsura / a quo potest auferri propria substātia: scilicet ab illo contra quem geritur iustum bellum.
¶ Quartum dubiū mouet propter illud verbum: Si pignus a proximo tuo acceperis vestimentum etc. Querit ergo si gratis esset restituendū huiusmodi vestimentum datum in pignus? Distinguēdum est de restitutione: aut de illa que fiebat simpliciter / aut que fiebat ad tempus solum. Si de prima loquamur / tunc nō fiebat nisi quando pecunia pignorata restituebatur. Nō licebat tamen tali vestimento impignorato vti ad sui vtilitatem: quia talis vsus fuisset symoniacus. Si autem loquamur de restitutione que fiebat ad tempus / scilicet omni nocte / supposita necessitate

cessitate et indigētia impignorātis vestimētū nō fiebat gratis: sed tenebatur omni nocte querere vestimentum in domo illius cui erat impignoratū: et similiter mane facto ipsum ibidem reportare: et hoc supposito: q per noctem ipsam vellet habere vsum illius ad se cooperiendum. Sed talis labor erat ad vtilitatem ei9. Et si dicatur q frustra talis quolibet mane afferebat predictum vestimentum ad illū cui erat impignoratū: ex quo quolibet sero ipm repetebat ad se cooperiendū. Dicendum: q non faciebat hoc frustra: sed ex rationabili causa: scilicet vt debitor debitum obliuioni nō traderet: et esset q magis sollicit9 satisfacere mutuanti pecuniam: et creditor propterea nō misericordiam impēderet.

¶ Quintum dubium: cur vestimētum impignoratum magis iubetur a domino restitui impignoranti: sero q̄ mane: quādo ille habebat prodire in publicum: quod nō decebat fieri absq vestimento? Dicendum: q noctes sunt communiter frigidiores diebus: et ideo homo habet tunc magis cooperire carnem suam: q̄ de die: quando corporaliter operando eandem carnem per exercitium et motum calefacit. Vnde philosophus dicit: q motus localis est causa calefactionis. Et hoc etiam experimentaliter videmus.

¶ Sextum dubium: Vtrum in predicta necessitate teneretur diues mutuare pecuniam pauperi gratis: et absque pignore? Videtur q sic: quia per casum legis non habebat aliud qd posset impignorare preter indumentum necessariū sibi. In casu autē necessitatis diues tenetur sub pena peccati mortalis: et ex debito iustitie gratis subuenire pauperi. Igitur. Dicēdū: q si pauper equaliter īdiguisset indumento de die: sicut de nocte: indubie gratis debuisset illi mutuare pecuniam sibi necessariam: vel sibi subuenire de necessariis ad vitam: propter que mutuo acceperat pecuniam ab ipso diuite. Dicente beato Ambrosio in libro de officiis: et recitatur in decretis distin. lxxxvi. pasce. Pasce (inquit) fame morientem. Quisquis enim pascendo hominem seruare poteris: si nō paueris: fame occidisti. Vbi dicit glo. q tēpore necessitatis cibaria communia sunt. Insuper eadē glo. dicit: q occidit quia aliū per subtractionem panis corporalis. Idem etiam ponitur xiiij. q. v. immolans. Ibi enim dicit Augustinus: q panis egentium: vita pauperis est: qui defraudat illum: homo sanguinis est. Qui effundit sanguinē: et qui fraudē facit: necessario fratres sunt. Hec ille.

¶ Moraliter et primo: et cōformiter ad dominū Petrum de Pal. iuxta illud primum verbum: Aduenam non contristabis. Notandum: q per aduenā intelligi potest pauper peccator: qui est aduena et alienus a deo: quia teste Psalmi. Longe a peccatoribus salus. Et Apostolus Ephesio. ij. econtra de iustis loquens ait: Jam non-

estis

estis hospites et aduene / sed estis ciues sanctorū / ⁊ domestici dei. Dominus itaqꝫ de tali aduena loquens cuilibet confessori / dicit: Aduenā .i. peccatorem / ad me per cōfessionem redire volētem / tanqꝫ ad sinū misericordie / non cōtristabis: id est / non nimis seuere ⁊ dure increpabis: sed pones oleum cum vino tuo / more Samaritani / de quo legitur Luce. x. Duo tamen sunt genera huiusmodi aduenarū: id est / peccatorum confitentiū. Quidam enī sunt qui peccauerunt multum grauiter / ⁊ grauiter postmodū penitent: ita vt ꝓ mensura delicti sit in eis plagarū modus: vt dicit lex diuina Deute. xxv. Alij autem sunt / qui quanuis grauiter peccauerunt / vix tamen induci possunt ad veram penitentiam. Primi sunt benigne suscipiendi ⁊ consolandi a confessoribus / quemadmodū benigne suscipiuntur a deo / dicente Psal. in persona siue ꝓpria / siue veri penitētis ⁊ amare deflentis peccata sua. Secundum multitudinem dolorū meorū in corde meo / consolationes tue letificauerūt animā meam. Secūdi autem sunt dure ⁊ amare arguendi: vt sic resipiscant timore et increpatione / qui benigne redire per penitentiam nolunt. Nam ꝙ primi sint dulciter admonendi ⁊ suscipiendi a suis confessoribus / facit illud quod hic figuratiue dicitur: Aduene etenim ipsi fuistis in terra Egypti: ac si diceret dominus ipsis cōfessoribꝰ / Animaduertite ꝙ aliquādo lōge fuistis a deo per peccatum: et ideo alijs peccatoribus ad deum redire volentibus compati debetis. Sicut in suo simili dicit beatus Gregoriꝰ / de apostolorum principe Petro: prout recitatur distinct. l. considerādum. ꝙ ideo permisit cū dominus cadere / vt is qui futurus erat pastor / in sua culpa disceret qualiter alijs misereri debuisset: et vt ex sua infirmitate cognosceret ꝙ misericorditer alienas infirmitates toleraret. Hec ille. Insuper per hoc quod additur de aduena / ꝙ non erat affligendus: insinuatur ꝙ predictis peccatoribus bono corde ad deū redeuntibus / non sunt graues penitentie imponende / sed leues ⁊c. Uel non affliges .i. nō despicies / sicut phariseꝰ publicanū / ⁊ Simō peccatricem Magdalenam. Aduene enim ⁊ ipi fuistis in terra Egypti. Omnes enī peccauerūt / et egēt gratia dei: vt dicit Apost. Ro. iij. Uidue / supple anime / que perdidit spōsum suum Christum / peccādo: ⁊ pupillo / supple spiritui / cui scilicet Christus mortuus est / nec in eiꝰ corde adhuc resurrexit: non nocebitis. Ac si aperte diceret: Peccatoribus vobis cōfitentibus / nolite esse molesti: sed corripite eos in spiritu lenitatis / considerātes ne ⁊ vos tēptemini. Galat. vj. Debent enim patres confessores considerare / vel se similia fecisse / vel in similia posse decidere. Unde Joan. viij. legitur / ꝙ cum adultera oblata esset Christo vt lapidaretur: digito scripsit ī terra / ⁊ postea se erigens / ait: Qui vestrum sine peccato est / primꝰ in

cam

eam lapidem mittat. Sic cum peccatrix anima cadit ad pedes confessoris / vt cōfiteatur: tūc ipse digito discretionis debet terram cordis sui exarare / et infirmitatem suā discutere / atq̄ se humiliare: post vero eā alloqui / et sibi cōdignam penitētiam cum lenitate iniūgere.

¶ Moraliter et secundo: et conformiter ad glo. interli. per aduenam / pupillum / et viduam / q̄ sunt miserabiles psone quo ad mundū: intelligūtur boni et iusti / qui communiter reputātur miserabiles q̄ ad iudiciū mundanorum. Mali aūt et peccatores / qui abundant diuitijs / reputantur felices. Ps. Beatum dixerūt cui hec sunt. Sed a parte rei / Beatus populus cuius dominus deus eius. Clamat ergo dominus et imperat / vt boni pre ceteris supportētur et subleuētur / dicens: Aduenam / id est iustum / qui tendit toto corde ad patriam celestē: et qui dicit ad dnm illud verbum Dauiticum: Aduena ego sum apud te et peregrinus / sicut omnes patres mei: id est / sicut omnes iusti qui me precesserunt: non contristabis / tu supple iudex / aut inique homo: neq̄ affliges eum. Similiter vidue / q̄ in die iudicij expectat sponsum suum Christū: et quem modo presentem nō habet: et pupillos cui mortuus est mundus / non nocebitis. Cetera expone / vt prius.

¶ Moraliter et tertio: iuxta illud: Si pecuniam mutuum etc. notandum q̄ per mutuantē pecuniā / potest recte intelligi predicator / q̄ mutuat auditoribus diuini verbi bonam pecuniā / quando illis pdicat verbū salutis. In mutuatione tamē hmōi pecunie vnus plus accipit q̄ alius / sm q̄ dns dat vni maiorē gratiā doctrine et verbi / q̄ alteri: sm q̄ innuitur in illa parabola Matt. xxv. de talētis / que inequaliter tradidit dns seruis suis. Et signanter dicit in textu / dederis poplo meo pauperi: quia cōiter pauperes sunt auidiores ad audiēdum predicationē / q̄ diuites. Unde Augustinus: Surgūt indocti / et rapiūt celos etc. Et Christus Mat. xi. Pauperes euangelizantur. Nō autē hoc dicit de diuitibus / qui occupantur in negocijs secularibus. Pro mutuatione autem hmōi pecunie / absq̄ vsura possunt sumptus necessarij recipi ab his qui dant eam: quia iuxta domini sententiā / dignus est operarius mercede sua. Luce. x. Cauere tamē debet predictam pecuniā mutuantes / ne vrgeant populū quasi exactores: id est / ne sint nimis solliciti circa temporalia: q̄r sic de facili possent amittere eterna. Nō debent ergo querere temporalia / nisi ad necessitatem / et non ad voluptatem siue superfluitatem. Unde Apost. i. Timot. vi. habentes victum / et quibus tegamur / his contenti simus. Ibi enim reprobat inhonestum questum Apostolus.

¶ Moraliter et quarto: iuxta predictum verbum: Si pecuniā mutuā dederis etc. notandū q̄ hic dominus non solum condēnat vsurarios / qui vltra sortem exigūt: nec solum dominos / q̄ exactionibus extorquent subditos: verumetiam tam q̄ creditores

res auaros/id debitores nõ valentes soluere vrgẽt ad bonorum suorum cessionem/ distractionem/ excõicationẽ. In hoc simules seruo nequã: qui tenẽs suffocabat alium/ dicens: Redde qđ debes. Qui rogabat eũ dicens: Patientiã habe in me/ dando terminos solutionis: et omnia reddam tibi. Et ille noluit: sed misit illum in carcerẽ. Per quod designatur/ ꝙ talis alijs immisericors nõ habebit a deo spatium penitendi. Mathei. xviij.

¶ Moraliter ꝛ quinto: iuxta illud: Si pignus a proximo tuo ꝛc. notãdum ꝙ istud est contra creditores auaros/ in pignora necessaria debitoribus nõ reddẽdo: ꝛ multo magis impignorãdo modo illicito ꝛ nimis grauando: vt predam captẽdo: vel vnum pro alio pignorãdo: que pignoratio in clericum per latam sententiam a canone condemnatur: secundum Petrum de Palude.

¶ Moraliter ꝛ. vi. Notandum: ꝙ tũc pignus a proximo nostro accipimus/ quando irrogat nobis aliquam iniuriã. Quod autem precipitur pignus acceptũ reddendũ danti ante solis occasum/ designat statim iniurias acceptas reddendas: ita vt sol non occidat super iracundiam nostram: vt habetur Ephe. iiij. Et istud est contra nolentẽ dare veniam petenti/ aut tardũ ꝛ difficilem ad remittẽdum. Qui enim aliũ offendit/ debet aliũ preuenire in petendo veniam: iuxta illud Matt. v. Vade prius reconciliari fratri tuo. Et Augus. in regula de communi vita clericorum: Melior (inquit) est qui quãuis ira sepe tẽtetur/ tamen impetrare festinat vt sibi dimittat cui se fecisse agnoscit iniuriam: ꝙ qui tardius irascitur/ ꝛ ad veniam petendam tardius inclinatur. Hec ille. Sed caueat ille cui irrogata est iniuria/ ne sit implacabilis/ aut nimium durus ꝛ difficilis ad remittendum irrogatam sibi iniuriam: ne similiter deus agat cum eo/ ꝛ de festuca faciat trabem. Unde in oratione dominica precaniur dominum/ dicẽtes: Dimitte nobis debita nostra sicut ꝛ nos dimittimus debitoribus nostris.

¶ Allegorice ꝛ primo/ Per aduenam non contristandum: intelligitur populus gentilis vel Judaicus nouiter cõuersus ad fidem Christi/ qui non est contristandus aut iniuste molestãdus verbo aut facto a populo Christiano: quinimo benigne et charitatiue suscipiendus/ et tractãdus: dicendo illud Ps. Uenite filij audite me/ timorẽ domini docebo vos: id est/ instruam vos libenter ppter deũ in his q̃ sunt religionis Christiane. Huius autem cõtrariũ faciunt multi/ qui se fideles dicunt (sed vtinam boni) qui tales cõuersos ad baptismi gratiam/ vocant improprie marranos. Hoc etiam nimium operãtur ꝛ eis principes catholici/ ꝙ si prius degebant in terris eorum sub tributo/ sicut cõmuniter fit extra regnum Frãcie: tunc cum baptizantur/ sibi consistentia bona aufert: vt fertur. Unde vidi quendam huius generis lamentabiliter illa desicientem/

tem: ⁊ dicentem ꝙ hac de causa multi retardantur a baptismo. Causa autem cur tales aduene non sunt contristandi aut affligendi / tangitur cum subditur: Aduene enim ⁊ ipsi fuistis in terra Egypti: id est / in statu gentilitatis ⁊ infidelitatis. Nunquid enim ecclesia catholica in exordio suo primitiuo sumpta est ex Gentilibus et Judeis? vt patet Actuum. vi. Sumus igitur in eadem condemnatione cum predictis: quamuis nō immediate. Et ideo qui eos irrident aut abominantur: irridet seipsos. Hinc Psalm. ait: Gladius eorum intret in corda ipsorum. Timendum est igitur quod sequitur: Si leseritis eos / vociferabuntur ad me: ⁊ ego audiam clamorem eorum: ⁊ indignabitur furor meus / percutiamq; vos gladio. i. bello ⁊c.

¶ Allegorice et secundo: Ista possumus referre ad prelatos ecclesie / qui tunc dant pecuniā populo fideli / quando illi administrant spiritualia: ⁊ signanter sacramenta ad salutem necessaria. Pro quorum tamē administratione nō debent vrgere populum dei / quasi exactores. Nec episcopi pro administratione ordinum / aut tonsure: nec curati / aut eorum vicarii pro sepulturis: et huiusmodi: quamuis a diuitibus laudabiles consuetudines sint obseruande. Sed a pauperibus ⁊ egenis pro quibus vix potest solui minime / relaxande. Unde de illis qui oppositum faciunt: vt communiter sunt vicarij / qui pro iustificatione sua solent dicere ꝙ necesse habent soluere duos suos curatos / conqueritur dominus Esaie. iij. dicens: Populum meū exactores spoliauerunt. Hoc autem glos. interli. exponit de sacerdotibus / veteris legis: qui nimis auare exigebāt decimas et primitias a populo. Sed hodie illud possumus congrue exponere de sacerdotibus noue legis / per simile.

¶ Allegorice et tertio: iuxta illud: Si pignus a proximo tuo acceperis ⁊c. Notādum ꝙ per pignus recte possunt intelligi sacramenta veteris legis / que dederat Moyses de mandato domini populo Judeorū: qualia erant circuncisio / immolatio agni paschalis: et similia. Hec autem sacramenta veteris legis data sūt a domino populo Judeorū / quasi in pignus ⁊ figuram sacramentorum noue legis. Sed qd est ꝙ pignus vestimenti iubetur reddi ante solis occasum? nisi ꝙ antedicta sacramenta ceperunt cessare ante Christi mortem: ex quo scilicet ceperunt regnare sacramenta noue legis / et signanter ex quo Christus baptizatus est. Precipue autem ex quo ipse in cruce pendens / dixit: Consummatum est. Tunc enim fuerunt sepedicta sacramenta mortua. Mortifera autem post sufficientem promulgationem noue legis. Notanter autem dicitur in textu: Ipsum enim est solum quo operitur ⁊c. quia dicta sacramenta legis antique data fuerant soli populo Judeorum: et per ea differebat huiusmodi populus a ceteris nationibus.

Alle-

¶ Allegorice et quarto: iuxta illud: Vidue ⁊ pupillo non nocebitis. Si leseritis eos ⁊c. notandum ꝙ istud potest referri ad primitiuã ecclesiam/ q̃ erat vidua: quia non habebat p̄sentiam corporalem et visibilẽ sui sponsi Christi/ sicut nec modo: quis nõ deesset ab ea ẜm presentiam spiritualem aut sacramentalem/ ẜm illud Matt. vlt. Ecce ego vobiscũ sum vsq ad consummationẽ seculi. Precepit itaq dominus imperatoribus/ regibus/ atq principibus huius seculi/ ne nocerẽt predicte vidue. i. primitiue ecclesie/ aut etiã moderne/ aut pupillo/ id est nouo poplo Christiano/ dicens illud Ps. Nolite tangere Christos meos/ ⁊ in prophetis meis nolite malignari. Itẽ illud Zacha. ij. Quicunq tetigerit vos/ tanget pupillã oculi mei. i. quicquid fiet vobis/ fiet mihi. Item Matth. xxv. Quod vni ex minimis meis fecistis/ mihi fecistis. Quod quidem verbum potest in bonam ⁊ in malam partem exponi. Sequitur: Si leseritis eos/ supple corporaliter/ sicut olim fecerunt tyranni: vociferẽtur ad me/ ⁊ ego audiam. i. exaudiam clamorem eorum. Ps. Clamauerũt iusti/ ⁊ dñs exaudiuit eos. Itẽ idem alibi: Clamauerũt ad dominũ/ cum tribularẽtur: ⁊ de necessitatibus eorum liberauit eos: ⁊ indignabit furor meus/ supple aduersum vos tyrannos/ ⁊ oppressores predictarũ viduarũ/ ac pupillorũ: percutiamq vos gladio ⁊c. Unde frequenter cõpertũ est ꝙ hmõi tyranni dura ⁊ miserabili morte interierũt.

¶ Allegorice et quinto: iuxta illud: Si pecuniam mutuã dederis populo meo pauperi ⁊c. notandum/ ꝙ per pecuniã mutuo dandã pauperi/ possumus intelligere beneficiũ ecclesiasticum/ quod mutuo debet dari. i. gratis/ ⁊ sine recõpensa: quia sicut dñi episcopi facientes tales collationes clericis/ gratis acceperunt: aut saltim de iure accipere debuerunt hmõi potestatem dignitati pastorali annexam: ita etiam gratis debẽt dare beneficia ecclesiastica/ dicente Christo Matt. x. Gratis accepistis/ gratis date. Iura tamen non ꝓhibent quin gratiosum munus/ moderatũ tamen/ ⁊ gratis oblatum/ non possit licite recipi/ ⁊ laudabiles cõsuetudines obseruari: Ve autẽ illis simoniacis/ q̃ hmõi consuetudines honestas volunt conuertere in legẽ/ dicentes ꝙ ista sunt iura pontificalia: vt sunt multi clerici tenẽtes dioceses ad firmam: ⁊ qui libenter ꝯuerterẽt lapides in nummos/ tum ad satisfaciendum dñis suis: tũ ad replẽdum marsupia sua. Q3 autem huiusmodi pecunia. i. ecclesiastica bñficia debeãt gratis ⁊ libere dari/ manifeste insinuatur cum subditur: Non vrgebis eum quasi exactor.

¶ Allegorice et sexto: iuxta illud: Si pignus a proximo tuo. ⁊c. notandum ꝙ illi clerici curati dãt pignus proximis suis consistens in vestimento/ q̃ ab aliis clericis prediuitibus accipiunt multam pecuniã/ quantum forte valet beneficium ad decẽ annos/ sub colore firme: ⁊ nihilominus resignãt illis dictum

ctū beneficiū/quod ad apertā simoniam pertinet: quia facta resignatione resignans nō manet amplius curatus: quamuis possit retinere pensionem/que non debet ascendere vltra tertiam partem valoris fructuum beneficij. Quid igitur iuris? Profecto ille qui recipit predictum pign⁹ a proximo suo/ modo predicto: debet ipsum restituere ante solis occasum: id est quantocyus. Non quidem illi a quo habuit/ quia vterqʒ commisit simoniam: sed ipsum debet resignare inter manus superioris.


¶ Anagogice/per aduenā significatur ecclesia triūphans/ ex hominibus cōgregata: que recte dicitur aduena.i.de hoc mūdo misero ad celi palatium veniens. Hec aduena nūqʒ cōtristat/ sed semper leta manet. Joan.xvj. Tristitia vestra vertetur in gaudiū: et gaudiū vestrum nemo tollet a vobis. Similiter per viduā et pupillum/ quib⁹ non est nocendū: intelligitur multitudo beatorū/ quibus nemo nocere potest. Unde apost. Rom.viij. Si de⁹ pro nobis/quis contra nos? Item Apocalyp.xxj. Non esurient neqʒ sitient amplius: neqʒ cadet super illos sol/ neqʒ vllus estus. Per pecuniam autē mutuatam/ intelligit gratia quā mutuauit dominus omnibus angelis quando primū conditi sunt: vt per bonū vsum illius possent acquirere et emere regnū celeste sicut fecerūt omnes pmo. Sed statim mali peccando posuerūt obicem ne premiū consequerent celeste: qd boni perseuerando in grā adepti sunt. Et si dicatur/ qꝫ deus cū gratia sua est fortior qꝫ dinbolus cum malicia sua/siue cū malo vsu sui liberi arbitrij. Hoc gratis conceditur/ tanqʒ indubitanter verū: nihilominus ipse deus non viget arbitriū: sed ipsum dimittit et dimisit in plena libertate sua: sicut fecit de homine cōdito. Juxta illud Eccli.xv. Deus ab initio constituit hominem/et reliquit eū in manu consilij sui. Patet ergo/ qꝫ nec āgel⁹/ neqʒ homo vigetur a deo ad bene operandum. Ecce quomodo due prime partes precedētis clausule exponi possunt anagogice de angelis.

¶ Allegorice et secūdo/ tertia pars eiusdē clausule potest exponi de eadem ecclesia triumphante que cōsistit ex hominibus beatis: in hūc modū: Per pignus qd quis accipit a proximo suo vestimētū/ et qd ante solis occasum mādat restitui: potest recte intelligi corp⁹ humanū/qd in morte(spiritu volante in celū)accipit dñs in pignus/ propter offensam primi parentis: qd quidem pignus dominus reponit sub terra vsque ad generalem omnium resurrectionem. Per solis autem occasum/ intelligitur finis mūdi huius. Aduenientc igitur et occurrente huius solis naturalis occasu/ ipse idem deus et dñs noster Jesus Christus reddet vnicuiqʒ spiritui beato suū vestimentū.i. corpus propriū/ quod est vestimentū anime: vt possit cū illo dormire.i. eternum quiescere/ et vt perpetuo

 beatificet

beatificetur in anima et corpore. Nam predictum vestimentum tunc mirabiliter immutabitur: prout pulchre insinuat / prime Corinthiorum decimoquinto / dicens: Seminatur in corruptione: surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate / surget ī virtute. Seminatur corpus animale / surget corpus spirituale. Ista tamen tantum intelligenda sunt de corporibus electorum. Quia sicut subdit / ibidem apost. omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. Nam teste Psalm. non resurgūt impij in iudicio: scilicet per predictam immutationem. Per hoc autē quod subdit: Si clamauerit ad me / exaudiam eum: quia misericors sum. Intelligitur desiderium animarū beatarū / quod habent de reunione cum corporibus suis: quod tunc complebitur / iuxta illud Psalm. Desiderium anime eius tribuisti ei domine ⁊c.

¶ Octaua clausula.



Dijs nō detrahes / et principi populi tui non maledices.

¶ Historialiter / postquam in precedenti clausula posite sunt quatuor regule ex parte domini / regulantes eum rationalem in ordine ad proximum inferiorem: hic consequenter ponūtur alie due regule regulantes eādem vim rationalem in ordine ad proximum superiorem cum dicitur: Dijs nō detrahes: et pricipi populi ⁊c. Ponuntur ergo hic due regule: Nam per primam prohibet dominus inferioribus / ne detrahant de suis superioribus / dicens: Dijs non detrahes: scilicet / in occulto: vel dijs non detrahes: id est / iudicibus te punientibus propter peccatū tuum: quia in hoc tenent locū dei / qui te per eorum manus punit: ⁊ principi populi tui nō maledices: scilicet / imprecando ei penam.

¶ Circa autem hunc breuem textum mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū / quid intelligitur per deos / quibus non est detrahendum? Respondetur secundum glo. interli. q̄ intelliguntur per eos sacerdotes / qui etiam tunc temporis erant iudices populi. Nā q̄uis omnis detractio sit mala / perniciosior tamē ⁊ damnabilior est illa que fit de dijs .i. de sacerdotibus ⁊ iudicibus: vt dicit predicta glo. Unde ⁊ de sacerdotibus euangelicis specialiter prohibetur / ne fiat detractio: prout habetur sexta questione prima / sacerdotes. vbi Thelesphorus papa ait: Sacerdotes qui proprio ore corpus domini conficiunt / ab omnibus sunt obediendi ⁊ timendi: non dilacerandi / aut detrahendi.

¶ Secundum dubium: vtrum omnis subditus maledicens: id est: malū dicens de principe populi sui / male agat? Dicēdū q̄ quis potest dupliciter loqui

in

in malam partem de principe populi sui. Primo quidem modo per modum compassionis/ siue per modum correctionis: et signanter illis qui possunt et volunt prodesse et non obesse: et hoc de se bonū est/ et ad correctionem fraternā pertinens. Secundo modo per modū diffamationis et scādalizationis: et hoc nō procedit ex charitate/ sed ex zelo inuidie aut vindicte: et hoc grande peccatum est/ dicente maxima thopica: Cuius finis malus est/ ipsum quoq; malum est.

¶ Tertium dubium: Cur specialiter prohibetur/ vt nemo maledicat principi populi sui? Responsio: quia et si omnis inordinata maledictio de principe sit mala/ peior tamen (ceteris paribus) est illa que fit de principe suo. Maxime cum talis maiori sit fauore prosequēdus a subditis/ quam ab alienis. Et quia Semei fecit totum contrarium erga Dauid regē/ cui etiā maledixit: ideo a Salomone filio eius interfectus est. iij. Reg. ij. Hic Eccle. x. dicitur: In cogitatione tua regi non detrahas/ et in secreto cubiculi tui nō maledixeris diuiti: quia et aues celi portabunt vocem tuam.

¶ Quartum dubium: quare sacra scriptura vtitur hoc modo loquendi/ dicens: Dijs non detrahes? Nā per hoc possunt heretici sumere fundamētum sui erroris/ dicendo plures esse deos: cum tamen dicat Christus Joā. x. Ego et pater/ vnum sumus. Et Athanasius in symbolo: Et tamē non tres dij/ sed vnus est deus. Pro solutione huius questionis notandum ꝙ deus potest sumi tripliciter: scilicet proprie/ participatiue/ abusiue/ siue vsurpatiue. De primo modo sepe loquitur scriptura. De secundo modo loquitur in Psal. Ego dixi dij estis/ et filij etc. Participat enim homo de diuinitate per hoc ꝙ est intelligens/ volens/ memorās. De tertio modo loquitur similiter scriptura in Psal. dicens: Omnes dij gētium/ demonia. Ad propositum igitur descēdentes dicimus/ ꝙ litera presens ex circunstantia et modo loquēdi satis innuit ꝙ loquitur de dijs sic dictis per participationem: et non per essentiam.

¶ Quintum dubiū: Cum multe sint species peccati lingue/ per que offendi possunt dij: cur tamen hic exprimitur detractio/ cū dicitur: Dijs nō detrahes? Dicēdū/ ꝙ propter grauitatē delicti. Unde Aposto. Ro. j. vbi exprimit multa genera peccatorū/ solū de detractione ait: Susurrones/ et detractores/ deo odibiles. Et Salomon Prouerbiorū sexto: Sex sunt que deus odit: et septimum/ quod detestatur anima eius: scilicet quādo quis seminat inter fratres discordias. Et precipue dominus detestatur illum qui detrahit de superioribus suis/ quibus debet reuerentiam. Unde Cham qui derisit pudenda patris/ maledictus est. Et Oza/ tangens irreuerenter archam/ percussus est a domino. ij. Regum. vj.

¶ Moraliter et primo / iuxta primam partem dicentem: Dijs non detrahes. Notandum quod dij participatiue dicuntur sancti cum deo regnantes. Talibus autem dijs (saltim aliquibus) nonnulli detrahunt / qui eorum gloriam et honorem (quantum in ipsis est) diminuunt: saltim in estimatione hominum: vt alios quibus specialiter afficiuntur / siue ratione status / siue ratione nominis / supra ceteros extollant. Dic historiam de duobus doctoribus / quorum vnus vocabatur Jo. alter Petrus / qui sepe contendebant quis esset maior in celo / sanctus scilicet Joan. vel Petrus. Quibus tandem apparuerunt / monentes eos ne de hoc contenderent in presenti / quia in pace conregnabant in celo. Ferme etiam in eadem condemnatione sunt illi scholastici / qui inordinate contendunt de pce ceptoribus suis: etiam vsque ad graues inuectiuas et libellos famosos. Sic enim vidimus interdum Parisius accidere.

¶ Moraliter et secundo / iuxta eandem sententiam: Notandum / quod per deos possunt intelligi demones / qui dicuntur dij a gentibus: et sic nuncupantur in sacra scriptura: dicente propheta Dauid: Omnes dij gentium demonia. Illi ergo homines talibus dijs detrahunt / quamuis in se sint omni vituperio digni / qui illis attribuunt in confessione omnia peccata que fecerunt: dicentes / Diabolus decepit me. Diabolus sic vel sic voluit: tanquam ipsi nullum haberent peccatum: sed tantum diabolus. Sed vt dicitur Prouerbiorum decimooctauo: Justus in principio accusator est sui. Nam vt dicit Augustinus super Psal. Diabolus potest suadere et sollicitare peccatum: sed cogere non potest. Et est hic notandum / quod hec detractio valde placet diabolo / quod est contra naturam aliorum / de quibus detrahitur: Nam vt dicit idem Augustinus vbi supra / quando ipse diabolus audit / quod sibi attribuitur peccatum quod quis fecit: tunc plane intelligit quod se non accusat: sed ipsum diabolum. Dum autem peccata sua talis confiteri dissimulat / indulgentiam non meretur accipere. Hec August. Dijs ergo predictis predicto modo non detrahes. Quia vt ait Ambrosius: Non est / quod cuiquam nostram ascribamus erumnam: id est / culpam: nisi nostre voluntati.

¶ Moraliter et tertio / iuxta illam secundam partem predicte clausule: Et principi populi tui non maledices: scilicet illi imprecando penam. Notandum / quod etsi nulli sit absolute maledicendum: minus tamen principi. Juxta illud Ecclesiastes decimo: In secreto cordis tui noli maledicere regi. Quinimmo pro eo est orandum / et signanter a subditis. Unde apostolus prime Timoth. ij. Obsecro (inquit) primum omnium fieri obsecrationes / orationes / postulationes / gratiarum actiones pro omnibus hominibus: pro regibus / et omnibus qui in sublimitate constituti sunt: vt sunt duces et comites / vt dicit

est glosa, vt quietam ⁊ tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. Cuius ratio subditur, cum dicitur: Hoc enim bonum est et acceptum coram saluatore nostro deo, qui omnes homines vult saluos fieri, et ad agnitionem veritatis peruenire.

¶ Moraliter et quarto, iuxta idem propositum. Notandum, ꝙ non solum pro principe fideli est orandum, et non maledicendum: verumetiam pro principe infideli: et hoc signāter ab illis fidelibus qui sunt de dominio eius: et hoc vt possint quietius deseruire Christo. Sic enim informabat Hieremias Iudeos in captiuitate Babylonica degentes: dicens ex parte domini: Querite pacem ciuitatis ad quam vos transmigrare feci: et orate pro ea dominum: quia in pace illius erit pax vestra. Item ex bona dispositione regis, aut principis depēdet bonum subditorum. Unde non solum monet idem Hieremias Iudeos predictos vt orarent pro ciuitate Babylonica, verum etiam pro vita Nabuchodonosor et filiorum eius: vt patet Hieremie vicesimonono. Scripsit autem Hieremias hāc epistolam ab Hierusalem in Babyloniam ad Iudeos, qui erant ibi in captiuitate.

¶ Allegorice et primo, iuxta illud verbum: Diis non detrahes. Notandum, ꝙ huius contrarium faciunt nonnulli male sentientes de fide et de potestate sedis apostolice, siue ecclesie Romane, ꝙ dicunt ꝙ a tempore Siluestri pape nullus sanctus fuit rite canonizatus.

¶ Allegorice ⁊ secundo, quātum ad illud quod sequitur: et principi populi tui non maledices. Notandum conformiter ad glos. interlinia. ꝙ illud exponitur de Christo: cuius principatus factus est super humerum eius: vt dicitur Esa. nono. At vero huic principi populi fidelis grauiter maledixerunt et multipliciter impii Iudei, vt cum dixerunt ꝙ in Beelzebub principe demoniorum eiiciebat demonia, vt legitur Luce vndecimo. Item quando vocauerunt eum Samaritanum, et demonium habentem. Ioan. octauo. Item quando vocauerunt eum hominem peccatorem. Ioannis quinto. Item potatorem vini. Unde Matthei vndecimo dicebant: Uenit Ioannes non manducans neq; bibens: ⁊ dicunt demonium habet. Uenit filius hominis manducans et bibens: et dicunt: Ecce homo vorax ⁊ potator vini, publicanorum ⁊ peccatorum amicus. ⁊ cetera.

¶ Allegorice et tertio, per principem populi cui non est maledicendum (inquantum huiusmodi) designatur ecclesie prelatus, cui non est maledicendum. Unde legitur Actuum vicesimotertio, ꝙ cum diceretur Paulo ꝙ malediceret summo sacerdoti: Respondit, nesciebam fratres quia princeps sacerdotum esset. Scriptū est enim. s. Exodi. xxii. Principem populi tui non maledices.

¶ Anagogice/ diabolꝰ statim post creationem suam egit cõtra hec duo precepta. Et primo contra primum/ dum dixit in corde suo de bonis angelis (qui participatiue dicunt dij) ꝙ frustra et inaniter volebant subesse deo per obedientiam: & ꝙ ipse volebat esse similis altissimo. Esaie decimoquarto. Secũdo egit contra secundum preceptum/ & indies agere nõ cessat dum principi populi maledicere non cessat: dicens ꝙ iniuste agit cum eo: priuando eum perpetuo gloria celesti/ atq cruciando igne inferni. Nam tanta est in eo superbia/ ꝙ non vult recognoscere propriam culpã: sed increpat atq inculpat suum iustissimum punitorem. Ecce quomodo principi populi maledicit. Hinc Psalm. ait: Superbia eorum qui te oderũt ascendit semper.

¶ Nona clausula.

DEcimas et primitias tuas non tardabis offerre. Primogenitum filiorum tuorũ dabis mihi. De bobus quoq & ouibus similiter facies. Septem diebus sit cũ matre sua. Die octauo reddes eũ mihi.

¶ Historialiter postq̃ in precedentibus posite sunt regule a domino/ regulantes vim rationalem in ordine ad proximum superiorem: hic consequenter ponuntur alie regule regulantes eandẽ vim in ordine ad deum: et signãter in offerẽdo illi decimas/ primitias/ & primogenita boum & ouium. i. animalium mundorum. Dicit ergo dominus sic: Decimas et primitias tuas non tardabis offerre: supple mihi. Differunt autem decime et primitie: qr decime fiunt de omnibus bonis: scilicet tam de animalibꝰ/ q̃ de his que gignit terra: prout mandat dominus Deuteronomij decimoquarto: Decimã (inquit) partem separabis de cunctis fructibus tuis/ qui nascuntur in terra per annos singulos: scilicet frumenti/ vini et olei: et generaliter omnium bonorum que gignit humus. Primitie autem erant primi fructus/ qui offerebantur domino. Hec autem duo genera oblationum dabantur domino in recognitionem/ ꝙ ipse erat initium et consummatio omnium bonorũ illo anno collectorum. Et hec omnia erant pro ministris templi: eo ꝙ sacerdotes erant in his que ad deum pertinebant. Mãdabat autem dominus vt talia cito & sine magna dilatione offerrentur: quia ex quo erant deputata ad vsus ministrorum templi: et non liceat detinere rem alienam inuito domino: patet ꝙ debebãt statim offerri: preter hedum vel agnum: qui debebant septem diebus dimitti cum matre/ et die octauo offerri: vt dicitur in textu. Nam talia erãt nimis tenera ãte octauum diem. Sequitur: Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. Cuius ratio postea dicetur. De bobus quoq et ouibus/ per que intelliguntur animalia

animalia munda: similiter facies. hoc supple excepto/ quod sint cum matre sua septe diebus/ vt dictum est.

¶ Circa autem hunc textum possunt moueri aliqua dubia.

¶ Primu igitur dubiu: Quis plus grauatur multitudine oblationum offerendarum domino: populus Hebreus/ vel Christianus? Respondetur/ quod primus populus/ scilicet Hebreus. Nam vt notat dominus Petrus de Pal. super huc passum: lex antiqua tres decimas instituit. Prima fuit pro leuitis deputata. Leuite enim no acceperant possessionem inter fratres suos: sed solu sustentabantur decimis/ que illis dabantur. Et de tali decima dicit Leuitic dabant decimam sacerdotibus: vt patet Numeri. xviij. vbi vtrumque ordinatur a domino. Secundam decimam leuabant Hebrei de illis noue partibus que remanebant: et de ista faciebant expensas suas/ eundo in templum quod erat in Hierusalem/ vel inde redeundo in tribus festis principalibus: videlicet in Pascha/ Pentecoste/ et scenophegia. Et istam decimam leuabant singulis annis: vt patet Deuteronomij decimoquarto/ vbi sic ait dominus: Decimam parte separabis de cunctis fructibus tuis qui nascutur in terra per annos singulos &c. Deinde tertio anno de nouem partibus/ post secundam decimationem remanentibus/ leuabatur tertia decima in vsus pauperum: prout habetur Deuteronomij vicesimosexto. Ecce igitur triplex decima/ ad quam tenebantur Hebrei antiquitus: et hoc absque remissione plenaria cunctorum terre nascentium: que fiebat anno septimo/ iuxta illud Deuteronomij septimo: Septimo anno facies remissionem. Taceo de primitijs et primogenitis et alijs ad que obligabatur populus Hebreus/ ad que minime tenetur hodie populus Christianus. Ex quibus omnibus patet/ quod multo plus grauabatur multitudine et qualitate oblationum populus Hebreus/ quam no grauetur populus Christianus. Bene ergo merito et lex antiqua vocabatur lex oneris/ moderna autem lex honoris.

¶ Secundum dubium: Quid sunt primitie? Dicendum secundum eunde de Pal. quod primitie erant primi fructus quos offerebant Hebrei in predictis tribus solemnitatibus. Nam in pascha offerebant spicas: vt patet Deuter. iij. In pentecoste vero offerebant nouos panes. Leuit. xxiij. Propter quod dicebat festum nouorum. In scenophegia vero offerebant annonam in cartallo. Deuteronomij vicesimosexto. Et dicebantur primitie/ quicquid de aridis et liquidis inter quadragesimam partem et sexagesimam dabatur vltro/ secundum Hieronymum ex maiorum traditione magis quam ex lege determinata: quia dabantur per modum oblationis: vt patet Deuteronomij vicesimosexto/ vbi sic ait dominus: Cumque intraueris terram quam dominus deus tuus daturus

 est tibi

est tibi possidendā / et obtinueris eā / atq3 habitaueris ī illa: tolles de cūctis frugibus tuis primitias / et panes in cartallo / pergesq3 ad locum quem dñs deus tuus elegerit / vt ibi inuocetur nomen eius: accedesq3 ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis / et dices ad eū: Profiteor hodie coram domino deo tuo / q ingressus sum in terrā / pro qua iurauit patribus nostris / vt daret eā nobis. Suscipiēsq3 sacerdos cartallum de manu tua: ponet ante altare dñi dei tui / et loqueris in conspectu domini dei tui: Syrus persequebatur patrem meū / qui descendit in Egypto / et ibi peregrinatus est in paucissimo numero / creuitq3 in gentem magnā ac robustā etc. Et nota q cartallum idem est qd canistrū / siue cophinus / vel vas.

¶ Tertium dubiū: Cur dominus mandauit in antiqua lege primogenitum sibi offerri? Dicendū / q hoc fecit in recognitionem beneficij liberationis primogenitorum Hebreorum / ab angelo percutiente primogenita Egyptiorū: vt habetur supra. xiij. ca.

¶ Quartum dubiū: Cur hodie primogenita nō offerunt dño? Dicendū / q cū huiusmodi preceptum fuerit iudiciale / nō ligat modo / nisi per ecclesiā vniuersalem statueretur. Itē quia Christus pro omnibus primogenitis se obtulit deo patri in templo. Luce. ij. Item in crucis patibulo: iuxta illud Esaie liij. Oblatus est: qz ipse voluit: et ipse p omnibus alijs primogenitis satisfecit / et sufficit plenissime: ipse enim fuit veritas / qua adueniēte figure cessauerunt.

¶ Quintum dubiū: Utrum primogenita hominū poterāt redimi? Ad hoc distinguedū est: qz aut hmōi primogenita erāt de tribu Leui / aut de alia tribu. Si de tribu Leui / sic nō poterāt redimi: eo q tota illa tribus erat dño dedicata. Si aūt de alia tribu / sic poterāt redimi: scz. quinq3 siclis argenti.

¶ Sextum dubiū: Quantū valet siclus argēti? Ad hoc dicit Ra. Sa. q quilibet siclus valet quinq3 solidos. Non tñ specificat cuius monete. Et ideo videtur melius dicendū / conformiter ad de Lyra / q valor determinatus est nobis incertus: quia monete et pondera auri et argenti multum et frequenter variantur / secundum tempora et varias regiones.

¶ Moraliter et primo / per decimas et primitias intelligunt iura ecclesie / in quacunq3 materia cōsistant: que quantocius soluenda sunt. Nam talia retinere inuita ecclesia / sacrilegiū est / et crimen par crimini Jude traditoris et furis. Talia etiā bona in parte sunt bona pauperū: et ideo fures sunt qui illa iniuste detinent. Et notanter dicitur / non tardabis offerre: id est / sponte et pleno corde illa solues. Qui enim inuite et coacte talia soluit / dicit tarde soluere. Scriptū est enī de vtroq3 Eccli. xxxv. Bono animo gloriam redde deo / et non minuas primitias manuū tuarum. In omni dato hilarem fac vultum tuum / et in exultatione sanctifica decimas tuas. Quia vt dicit

est Apost.ij.Corin.ix. Hilarē datorē diligit deus. Soluēde igit sunt decime hilariter / & nō ex tristitia / aut ex necessitate.

¶ Moraliter & secundo: & conformiter ad Isido. numerus denarius perfectionē designat. Unde & numeri ipsum sequentes per ipsum multiplicant. Nonarius aūt / siue nouenarius / significat imperfectionē. Quid est ergo quod iubemur soluere & reddere dño decimā / nobis retinendo nouē partes: nisi quod deo debemus attribuere omne qd perfectionis est in nobis. Nobis aūt omne qd imperfectionis est: deo gloriam / nobis autem confusionem.

¶ Moraliter & tertio / iuxta illud: Non tardabis offerre. Notandum / quod circa solutionē decimarum se habent homines multipliciter. Quidam enim eas soluunt cito & integre: vt boni. Alij cito / sed nō integre: et isti sunt mali. Alij autē tarde / & hi sunt peiores. Alij nunquam: et isti sunt pessimi.

¶ Moraliter & quarto / per primitias quas tenebant Iudei offerre domino / intelligit inchoatio boni operis: que deo est attribuenda & consecrāda. Precipit aūt Leui.iij. vt caput hostie & cauda simul dño offerantur / per qd designat quod non solū inchoatio boni operis debet deo attribui / verūetiam finis & cōsummatio: quia (vt inquit Apost. Philip.ij.) deus est qui operat in nobis et velle & proficere pro bona voluntate sua. Et Roma.ix. Non est volentis neque currentis / sed dei miserantis. Itē.ij.Corin.iij. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis / quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Et breuiter / vt dicit Esaie xxvj. omnia opera nostra operatus es in nobis dñe / scz principaliter & primarie: sed minus principaliter & secundarie homo est causa effectiua suorum bonorū operū / et nō mere passiue se habens: vt opināturheretici Lutheriani.

¶ Moraliter & quinto: Notandum / quod quidā heretici / vt Pelagiani attribuūt homini initium bonorū operū / cōsummationē vero soli deo: sed huius contrariū sufficienter patet ex predictis. Itē per hoc quod olim offerebat caput bestie q̄ immolabat / cum cauda (vt dictū est) per quod designatur / quod principium & finis boni operis / debent deo principaliter attribui. Alij aūt illi attribuūt principiū boni operis: sed cōtinuationē illius atque finē ipsi homini. Sufficit (inquiunt) vt deus disponat voluntatē humanā ad bonum / qua disposita potest ex se in bono perseuerare. Et dāt exēplum de horologio / qd indiget dirigente in principio. Sed postmodū mouet cū instrumētis suis sine hūano auxilio: sed hoc ē similiter hereticū / & cōtra pdicta. Alij aūt grauius errauerūt / dicētes quod cū homo habeat liberū arbitrium / & sit dñs suorū actuū / potest seipso inchoare bonū & ipsum cōsummare / sicut & malū. Et illi non plus dicūt requiri ad bene agendū quam ad malū: qd est manifestissime falsum & hereticū. Nos autē catholici ponimus

vtrunque

vtrunq̄ specialiter dependere a deo: initium scȝ boni operis / quinimo primā voluntatem ad bonū: ⁊ continuationē atq̄ cō summationē illi⁹: vt omnia opera nostra bona merito dicātur operari in nobis: vt dicit Esa. vbi supra.

¶ Moraliter ⁊ sexto / ⁊ cōformiter ad fratrē Petrū Berchorien. p primogenita hominū / ⁊ animaliū mundorūq̄ iubebat dn̄s in lege sibi offerri: intelligūtur initia bonorū operū / que ideo dicunt̄ primogenita: quia sunt initia sequentiū operum. Vel q̄r hereditas eterne glorie talib⁹ operibus / sicut veris et primogenitis heredib⁹ / debet̄. Talia ergo primogenita .i. bona opera nostra debēt deo offerri .i. ad dei laudē gloriam et honorē referri ⁊ ordinari. Si aūt cōtigerit / q̄ habeam⁹ primogenitū asini .i. aliqđ bonū op⁹ qđ habet aliquā asinitatē vel stoliditatē admixtā: vt pote q̄r factum est indiscrete / vel cū intētione alicui⁹ vane glorie: proculdubio nos tenemur ipsum cū oue .i. cū bono ⁊ simplici opere cōmutare / et bonā diuinam ⁊ simplicē intentionē sibi apponere: ⁊ sic poterit illđ qđ pri⁹ asininū fuerat / dn̄o cōplacere. Si vero ipm̄ cōmutare noluerim⁹ / ipsum pro certo interficere .i. penitus submouere debemus. Verbi gratia: Si q̄s ieiunat / vel aliud bonū opus facit / ad vanā gloriā: illud est primogenitū asininū. Si vero mala ⁊ inanis intētio submouet̄ / tunc asini primogenitū cū oue spiritualiter cōmutat̄. Si vero malā intentionē tollere renuit: tunc suū asinū primogenitū .i. bonū opus stolide ⁊ inaniter factum redimere nō dignatur. Q̄r propter istud opus tanq̄ in nullo meritoriū / ⁊ penitus nihil valēs / debet interfici .i. destrui ⁊ cōfundi: ⁊ apud deū ⁊ homines cōdemnari: q̄r reuera asin⁹ nō est offerendus dn̄o / nisi fuerit cōmutatus cū oue. Nec bonū opus mala intētione / vel sine discretione factū deo placere dignoscit̄ / nisi fulciat̄ bona ⁊ simplici voluntate: q̄ scȝ per ouē in sacra pagina designat̄. Hec dict⁹ Petr⁹.

¶ Moraliter ⁊ septimo / ⁊ conformiter ad eundē Petrū. Dn̄i plati ecclesie habēt primogenitos suos. Illi aūt sunt hi q̄ se debēt per bona exēpla / opera / ⁊ documēta deo offerre. Si vero habēt aliqđ primogenitū asini .i. aliquē malū subditū: ipsi pro certo debēt eū p viribus / p oue mutare .i. bonū ⁊ simplicē efficere. Q̄ si nequeāt / debent eū interficere .i. dure corrigere ⁊ punire / vel carceri mancipare. Nam dign⁹ est de medio tolli / q̄ sua stultitia et malitia noluerit cōmutari: vt posset spiritualiter domino immolari / et digne ad ipsius seruitiū applicari.

¶ Moraliter ⁊ octauo: Istud potest exponi de paruis prioratibus / in quibus sunt pauci fratres. Si vero aliquis presidēs in talibus prioratibus habeat aliquod primogenitū asini .i. aliquem malum subditum vel sociū / debet si potest ipsum mutare cū oue .i. cum aliquo simplici ⁊ honesto fratre. Q̄ si prelatus superior noluerit facere / tunc

tunc potest ad eius interfectionem. i. ad ipsius rigorosam punitionē et correctionē operam dare: vt sic suam affinitatem et stoliditatem effugiat.

¶ Moraliter et nono, iuxta illud: Primogenitū filiorū tuorū dabis mihi. Notandū q nonnulli in matrimonio degentes vouēt primā prolē (quā habituri sunt) religiosi. Accidit autē frequēter vt parētes sint magis affecti ad primā prolem q ad sequētes, et hoc ppter nouitatē et paucitatē. Propter qd magis delicate et sollicite eam nutriūt: et p consequens efficitur minus habilis in posterū ad religionē, ppter austeritates illius. Unde bonū est q hi qui intraturi sunt religionem, primo discāt in seculo dure viuere: sicut fert fecisse mater btī. Bernardi de septē filijs suis. Hinc scriptum est Threno. iij. Bonum erit viro, cum portauerit iugum domini ab ad. s. Laudamus igitur zelum predictorū parentum, afferentium primogenita sua Domino deo in religione, in qua bene viuit. Sed modum reprobamus: vtpote q delicate primum eos enutriant. Aut sine ipsorum primogenitorum pleno assensu: quia constat q votum ipsorū parentum eos non ligat, nisi postmodum illud approbent.

¶ Moraliter et decimo: iuxta oblationem faciendam domino de primogenitis boum et ouium. Notandū q illi offerunt domino primogenita boum, qui suam iuuentutem (que fortis est) dedicant domino: dicētes cum regio propheta ad dominum: Fortitudinem meā ad te custodiam. Illi autem offerunt primogenita ouium, qui parū volunt operari in vinea domini in diebus sue iuuētutis, sed volūt supportari plus debito: et istud cōmuniter inuenitur in claustro. In cuius figurā legitur Job. j. boues arabant, et asine pascebantur iuxta eos.

¶ Moraliter et vndecimo, per primogenitū boum aut ouiū, atq aliorū animaliū, quod debebat esse cū matre sua p dies septē, et die octauo reddi domino: designatur fetus boni operis, qui debet in septenario virtutum cū matre sua. i. cū diuina gratia nutriri: vt perfectum opus possit deo gratius offerri. Unde etiam in figura huius legitur Leuiti. xxij. Septē diebus erit sub vbere matris et c.

¶ Allegorice et primo per decimas domino offerendas possunt intelligi viri et mulieres, qui in celo constituent decimū ordinē, secundū Grego.. Nouē autē partes, nouē sunt ordines angelorū, iam in celo regnantium. Uult ergo dns deus: vt decime integret fideli sibi soluant: qz vult oēs homines saluos fieri, et ad veritatis superne celestis agnitionē puenire: vt dicit Apost. j. Thimo. ij. et hoc voluntate antecedente, quicqd sit de voluntate cōsequēte.

¶ Moraliter et secundo, per primitias deo offerēdas intelligi possunt primi parētes: qui quasi primum conditi sunt, se ipsos mediante gratia dei obtulerūt dño, se et sua in ipm referētes. Sed in tali pposito parū ꝑstiterūt a serpēte decepti

qui

qui fecit vt amorem sui preferret amori dei.

¶ Allegorice et tertio primitie fuerunt sancti innocentes: qui oblati sunt deo quando pro Christo primi mortui sūt. Qui enim ante eos mortui sunt non propter Christū mortui sunt sed pro defendēda dei lege: vt Machabei. vel pro iustitia et veritate: vt Esaias et Hieremias. Sed hi directe passi sunt propter Christū quandoquidem in ipsis querebatur Christus. Hinc Mat. ij. dicitur: Videns Herodes quoniā illusus esset a magis: quia scilicet non redierunt ad eum Christo adorato quem querebat occidere iratus est valde. Et mittēs supple satellites suos occidit oēs pueros qui erāt in Bethleē et in omnibus finibus eius etc. Unde de talibus innocentibus scribit Apoca. xiiij. vbi sic dicitur: Hi empti sunt primitie deo et agno: id est ad honorem dei patris et filij sui Jesu Christi. Vñ sicut primitie fructuum delectabiliores sunt et gratātius recipiuntur quam sequentes fructus: ita dicendū est de istis sanctis innocentibus suo modo. Ecce quid significatur per primitias.

¶ Allegorice et quarto potest dici quod primitie fidei Christiane fuerūt Christi apostoli: qui omnes (dempto Juda) fuerūt per Christū oblati deo patri et signanter in eorum mortis articulo. Nam omnes Jo. dēpto volauerunt ad celos per coronam martyrij. Joan. xv. Si me (inquit ille Christus) persecuti sunt supple impij Judei: et vos persequentur. Nec adhuc ipse Joa. fuit omnino immunis a martyrio: quia et multa propter Christum passus est: quāuis in pace vitam finierit.

¶ Allegorice et v. Per primogenitum filiorum dei designatur Christus. Quāuis enim ipse deus pater habeat multos filios per adoptionem: primus tamen filius eius est ipse Christus: iuxta id quod scriptum est Ro. viij. Primogenitus in multis fratribus. Non tamen est dei patris filius sicut et ceteri scilicet per adoptionem illuc per gratiam: sed naturalis et consubstātialis. Iste igitur primogenitus filiorum dei datus est ipsi patri in cruce: id est oblatus: et hoc in redēptionem ceterorum filiorum eius qui aliter redimi non poterant. Et vt dicit August. de verbis domini. ser. xxxvij. multos filios dei fecit vnicus filius dei. Emit sibi fratres sanguine suo probauit reprobatos redemit vēditos honorauit iniuriatos vivificauit occisos. Dubitas quod dabit tibi bona sua qui nō est dedignatus suscipere mala tua? Nec ille.

¶ Allegorice et sexto: iuxta illud: De bobus quoque et ouibus similiter facies: Septem diebus sit etc. notandum quod hic prefiguratur generalis corporū resurrectio: que fiet die octauo id est in octaua etate. Nā per septem dies id est per septē etates quibus ducitur vita presens pulli boum et ouium id est humana corpora sunt cum matre sua scilicet terra. Eccles. iij. De terra facta sunt omnia et in terrā pariter reuertuntur. At vero die

octauo

octauo reddentur huiusmodi corpa creatori suo. Unde Job xix. dicebat: Scio q redēptor meus viuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum. Sequitur: Reposita est hec spes mea in sinu meo. Et de hoc aliquādo posita est similitudo/ quā ponit Chrysost. in tract. de reparatione lapsi/ vcȝ de filio regis/ qui primum vilib⁹ induit. Deinum occurrente etate preciosis/ abiectis vilibus. De hoc figura legitur Gen. xli. de Joseph/ quem rex Pharao fecit educi de carcere/ z preciosis indui. Applicatio est facilis.

¶ Anagogice/ Beati i celo nō solum soluūt domino decimas z primitias/ verumetiam quicquid habent z sunt/ totum offerunt z dedicāt factori suo. Ibi etiam super omes est primogenitus dei patris/ id est Christ⁹: q ratione diuinitatis recte dicitur primogenitus ante om̄ni creaturam/ tam angelicā q̄ humanam: quia ab eterno. Dicit etiam recte primogenitus/ ratione humanitatis: z si non tēpore/ tamen dignitate. Unde Apost. Ro. viij. vocat eum primogenitum in multis fratrib⁹. Item Coloss. j. Et Heb. j. Similiter z Joānes Apoc. j. Hic igitur primogenitus postq̄ dedit et obtulit se deo patri in cruce pro nobis: nūc totaliter offert se eidē in celis: vt sit ibi aduocatus noster. Per boues autē z oues/ intelliguntur homines et angeli: quorū similiter p̄mogeniti. i. q digniores z sanctiores fuerunt/ z sunt/ deo offerūtur in celis. Prius nempe fuerunt septem dieb⁹ cum matre sua: id est/ cum ecclesia militāte/ q̄diu viatores fuerunt: sed nūc postq̄ occurrit dies octauus: id est/ stat⁹ beatitudinis: redduntur totaliter dn̄o deo/ nunq̄ ab eo recessuri aut separandi. Hinc Christus Joā. vj. ait: Eum qui venerit ad me/ nō eijciam foras.

## ¶ Decima clausula.



Viri sācti eritis mihi. Carnem que a bestijs fuerit pregustata/ non comedetis: sed proijcietis canibus.

¶ Historialiter: Postq̄ in precedēti clausula posite sunt certe regule/ dirigētes hominem in ordine ad deum quo ad oblationes sibi offerēdas: hic cōsequenter ponūtur alie due leges/ dirigētes hominem ad se ipsum/ scȝ de ipsius sanctificatione. Prima est de sanctificatione interiori. Secunda autē de sanctificatiōe exteriori: ibi/ Carnē que a bestijs zc. Quantum igitur ad primā sanctificationē dicit dominus: Uiri sancti eritis mihi. Ad quos autē viros loquatur dn̄s/ statim dicetur in solutione ad primū dubium. Similiter de sensu illius precepti iudicialis: Carnē que a bestijs zc. dicetur in solut. ad secundum dubium.

¶ Primum igitur dubium: ad quos dirigitur dictum verbū domini/ dicētis: Uiri sācti zc. Quidam dicūt q dirigitur generaliter ad omnem populum Judaicum. Et q̄uis solum fiat mentio de viris in textu/ tamē

sub

sub viris comprehenduntur et mulieres. Et secūdum hoc sensus est: Uiri sancti eritis mihi: id est a communi vita gentiliū separati. Sicut illa dicunt̄ sancta que sunt separata a cōmuni vsu aliorū: sicut patet de calice consecrato. Alij dicunt ꝙ dirigitur ad solos viros. Unde soli nominantur in textu. Nam sicut illi maiori discretione vigēt: ita ꝛ maiori sanctitate pollere debent. Alij autē dicūt ꝙ dirigitur solum ad sacerdotes: de quibus etiam specialiter dicitur supra. xix. Sacerdotes q̄ accedunt ad dñm sanctificentur: ne percutiat eos. Item Leuiti. xix. Sācti estote: quia ego sanctus sum. Itē ꝙ specialiter ipsi sacerdotes debeant pollere sanctitate: testatur dñs non solum per Leuiticū: verū etiā per Psal. dicentem: Sacerdotes eius induam salutari. Itē alibi: Sacerdotes tui induant̄ iustitiam: et sic de multis alijs passibus sacre scripture.

¶ Secundum dubium: Utrum illud preceptum: Carnem que a bestijs ꝛc. sit preceptū morale: vel iudiciale? Ad hoc dicit Hieron. ꝙ est morale. Duplex tamē est preceptū morale: ſm dñm Petrū de Pal. scʒ morale nature: ꝛ morale disciplie. Preceptum quidē morale nature: vt illud: Non facias alij: qđ tibi fieri nō vis. Tho. iiij. Preceptum autē discipline: ꝛ tale est predictum preceptum: propter quod inter iudicialia est incertum. Modo autē non tenet: qꝛ ſm Augusti. contra Faustum: reuocatum fuit per illud verbū Apost. j. Timo. iiij. Omnis creatura dei bona est: ꝛ nihil reiiciendum quod cum gratiarumactione percipitur.

¶ Tertium dubium: Utrū Iudeis licebat vesci carnib⁹ alias mūdis ex lege: q̄uis suffocatis a bestia siluestri: q̄uis nō pregustatis: sed integris manentibus? Ad hoc dicit de Lyra: ꝙ non. Unde dicit ꝙ ita Hebrea habet: Carnē que a bestijs fuerit dilacerata vel dissipata. Nō solum (inquit) erat Iudeis ꝓhibitum comedere carnes: quaꝝ vnam partē bestie comederāt: sed etiam carnes animalis occisi a quacūq; bestia siluestri: vel domestica: etiam dato ꝙ nihil comedisset de occiso: vt supra dictum est de boue occiso ab alio boue cornupeta.

¶ Quartum dubium: Nūquid huiusmodi carnes poterāt vendi gentilibus? Uidetur ꝙ non: quia dicitur in presenti textu: ꝙ proiiciēde erant canib⁹. Igitur. Dicendū: ꝙ vt aliquando dictum est supra: poterāt vēdi vel gratis dari gentilibus conuersantib⁹ inter Iudeos. Ipsi enim non erant obligati ad tale preceptū: nec ꝓhibebat̄ Iudeis talis vēditio seu gratuita donatio. Igit̄. ꝛc. Et ꝙ dicitur Iudeis: ꝙ hmōi carnes debebant proiicere canibus: subintelligendum est: vbi nulli gētiles comparebāt: quia nō vbiq; inueniebant̄. Rursum: dicti gētiles quodāmodo canes erāt: dicente Christo mulieri Chananee. Matth. xv. Non est bonum sumere panem filiorum: ꝛ mittere canibus.

¶ Quintum dubium: Utrū moderni Christiani teneant̄ abstinere

nere a suffocato: ⁊ signanter q transierunt de gentilitate ad baptismū. Uidetur ꝙ sic: quia ita precepit ⁊ declarauit beat⁹ Jacobus minor, Hierosolymitanus epūs: vt legit Actuū. xv. dicit enim sic: Uisum est enim spiritui sancto ⁊ nobis: nihil vltra imponere vobis oneris ꝙ hec necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorū, ⁊ sanguine, ⁊ suffocato, ⁊ fornicatione: a quibus custodiētes vos bene agetis. Ad hoc dicit dn̄s Hugo Cardi. ꝙ dictū beati Jacobi fuit postmodū reuocatum per beatum Paulū scribentem Tit. j. ⁊ dicētem: Omnia munda mundis. Predictū igitur preceptum Jacobi non durauit nisi ad tēpus, scilicet quousqꝫ gētiles ⁊ Judei ceperunt simul pacifice invnū cohabitare. In principio autem Judei abhorrebāt gētiles, cū videbant eos vesci suffocatis a bestia, quod erat eis īterdictū a lege: vt patet hic. Cessāte autem scandalo, cessauit prohibitio Jacobi.

¶ Moraliter ⁊ primo: iuxta illam primam partem: Uiri sancti eritis mihi. Notandū ꝙ ⁊ si ad omnes homines videatur se extendere predictum verbum, vt dictū est: et ita etiam nobis precipitur Luce. j. Seruiamus illi in sanctitate ⁊ iustitia corā ipso, omnibus diebus nostris: specialiter tamē videtur debere dirigi ad predicatores veritatis. Pro quo notādum ꝙ sanctus latine, dicitur agyos Grece: id est, sine terra: ab a, quod est sine, ⁊ gyos: quod est terra. Uerbum igitur domini dicitur sanctus: id est, sine terra: siue, sine terrestreitate, secundū illud Psal. Purgatum septuplū. Predicatores ergo diuini verbi debent esse sancti: id est, sine terreno affectu: non querentes lanā, sed animas. Et talis erat magn⁹ ille p̄dicator Paulus, qui dicebat Corinthijs quibus predicabat. ij. Corint. xij. Non quero (inquit) que vestra sunt, sed vos. Et Phil. iiij. Nō quero datum, sed requiro fructum. Item talis erat Christi vicarius Petrus, q dixit paralytico sedenti in porta tēpli Actu. iiij. Argentum ⁊ aurum non est mihi. Itē quādo Christus vocauit Petrū ⁊ Andreā fratrem eius. Matth. iiij. dixit eis: Uenite post me, faciā vos fieri piscatores hominū. Nō autem dixit, Faciam vos fieri piscatores pecuniarum, vel ranarum. Modo autem rete predicationis proijcitur non ad pisces, sed ad ranes: quia predicatio non fit hodie ad hominū salutem: sed ad propriam laudem: quod significatur per ranas loquaces. Et nota, ꝙ moderni predicatores quasi omnes videntur fecisse fedus cum morte: id est cum diabolo: ⁊ pactum cum inferno: tale scilicet, ꝙ diabolus habeat animas, et ipsi pecunias. Quasi ipse diabolus videatur dicere predicatori illud Gene. decimoquarto: Da mihi animas, cetera tolle tibi.

¶ Moraliter ⁊ secūdo: iuxta illam secundam partem qua dr̄: Carnē que a bestijs fuerit pregustata ⁊c̄. notandū ꝙ illud recte potest exponi de illis de quib⁹

detrahitur: in hũc modũ: Carnem / id eſt hominis vitam: que a beſtijs / id eſt / a detractoribꝰ fuerit preguſtata .i. morſibꝰ venenoſe detractionis dilacerata: non comedetis .i. non vobis incorporabitis per imitationẽ: ſed proijcietis canibꝰ .i. tanq̃ abominabilẽ longe a vobis pelletis. Nã viri honeſti / ſiue etiã mulieres / cum audiunt de aliq̃ detrahi / et ſignanter a magnis perſonis / quas credunt verum dicere / facile credunt ita eſſe: ⁊ q̃ nunq̃ talia dicerent / niſi ita eſſet: propter quod ſpernũt cõſortium taliũ qui a beſtijs fuerunt preguſtati: id eſt / a detractoribus dilacerati: q̃uis forte iniuſte / ſicut ſepe compertũ eſt. Non eſt ergo cito de proximo malum credẽdum: quia vt habetur Eccleſia. xix. qui cito credit / leuis eſt corde. Unde Eua / que cito credidit ſerpenti / vituperatur.

¶ Moraliter ⁊ tertio: ⁊ conformiter ad fratrum Petrum Berchoriũ. Per comedere / in ſcriptura intelligitur imitatio. Ille enim aliũ comedere dicit̃ / qui vitam et exempla eius ſibi mẽtaliter incorporat: et q̃ etiã mores ipſius imitatur. Per beſtias autem / intelliguntur motus brutales et carnales. Per carnẽ vero / intelligitur perſona luxurioſa. Igit̃ caro / id eſt / carnalis vł luxurioſa perſona / quam beſtia .i. motus carnales per luxuriam ſuffocauerunt et ſpiritualiter occiderũt / nõ debet a nobis comedi: id eſt / per imitationem recipi et aſſumi: quinimmo talis perſona debet canibus .i. alijs peccatoribꝰ commedenda ⁊ imitanda relinqui: ⁊ canibꝰ etiam / id eſt / demonibus inferni condemnari. Et re vera illud eſt verũ / q̃ tales ſic carnales et immundi non ſunt digni manducari .i. amari vel imitari ab hominibus: ſed potius a beſtijs ⁊ a canibus: quia ſcilicet mores eorum non ſunt rationabiles aut hũani: ſed potius beſtiales / inutiles ⁊ canini. In cuius figura dicitur. iiij. Reg. xxj. Canes comedent Jezabel in agro Jeſrael.

¶ Allegorice ⁊ primo: iuxta illud: Uiri ſancti eritis mihi: notandum q̃ illa verba domini / que dirigebãtur ad Judeos / q̃ erant populi peculiares domini / hodie dirigũtur ad populũ Chriſtianum: qui debet pollere (pre ceteris nationibꝰ) vite ſanctitate: q2 nõ fecit dñs talr̃ omni nationi / ſicut illi: et iudicia ſua .i. precepta et ſacramenta ſua nõ manifeſtauit eis. Nec eſt alia natio tam grãdis q̃ habeat deos appropinquantes ſibi / ſicut deꝰ noſter adeſt nobis: ſcilicet tam ſpiritualiter q̃ ſacramẽtaliter. Sed proh dolor (ſcelus'a infidelitete) non eſt alia natio tam mala et peruerſa / quo ad multa / ſicut eſt natio malorum Chriſtianorũ. Nam generatio infideliũ eſt mala: ſed generatio Judeorum eſt peior: generatio autem malorum Chriſtianorum / ceteris paribus / eſt peſſima: quia tanq̃ igratiſſima deũ (qui eam genuit per ſacramentum baptiſmi) dereliquit / et oblita eſt dñi creatoris ſui.

¶ Allegorice ⁊ .ij. iuxta illud: Carnem que a beſtijs ⁊c̃. Notandum conformiter ad gloſſ. interli.

interlinia. q istud possumus exponere de hereticis: qui sunt magis bestie quam rationales creature. Caro igitur que pregustata fuerit ab huiusmodi bestijs: id est homo qui deceptus ab huiusmodi hereticis fuerit et pertinax fuerit in suo errore: non comedatur: id est non permittatur habitare cum ceteris fidelibus ne decipiat eos. Fertur enim q lana ouis occise a lupo si inde fiat pannus q generat vermes: ita et hereticus suffocatus a lupo. i. deceptus ab alio heretico: de facili generat vermes et pediculos. i. alios hereticos. Quia vnumquodq natum est facere alterum tale quale ipsum est.

¶ Allegorice et tertio possumus eandem literam exponere de eisdem hereticis in hunc modum: Carnem id est doctrinam: que a bestijs: id est ab hereticis fuerit pregustata: id est inuenta et dogmatizata: non comedetis: id est vobis non incorporabitis eam tenendo imitando defensando: sed eam proijcietis canibus: id est eam reprobabitis cum suis heresiarchis et fautoribus atq imitatoribus. Quia etsi talis doctrina interdum aliqua vera contineat: est tamen tota suspecta: et per consequens reijcienda propter falsa et erronea atque veritati contraria que immiscet. Da exemplum de potione amara aut dolo cui immisceatur aliquid dulce vt possit sumi. Hinc dicitur in iure distinctione decimaquinta in primis. Item ca. Montanus. q sicut heretici damnati sunt ab ecclesia: ita et scripture eorum. Similiter consortium et communio eorum sunt fugienda: vicesimaquarta questione prima aduocauit. Ecce quomodo proijciendi sunt canibus.

¶ Allegorice et quarto: Carnem que a bestijs fuerit pregustata non comederis. i. legalia et cerimonie legis veteris que vsq hodie obseruantur a bestijs. i. a Judeis: non recipietis nec acceptabitis vos suple Christiani. Alias iudaizaretis. Unde expresse dicitur de consecrat. distinctione. iij. peruenit. q diem sabbati seruare nec illum festiuare debemus ne iudaizare videamur. Sed omnia ista proijcienda sunt canibus: id est Judeis relinquenda quamuis ad eorum perditionem.

¶ Anagogice prima pars presentis clausule optime obseruatur in celo: tam ab angelis bonis quam ab hominibus iustis. Ibi enim omnes sunt sancti: id est sine terreno affectu sed cor suum totaliter eleuantes in deum per amorem et contemplationem. Similiter ibi plene obseruatur ab ipsis sanctis. Secunda pars eiusdem clausule: quia non comedunt carnem a bestijs pregustatam: id est nullo modo delectantur in rebus carnalibus et vitiosis: neq etiam ex mutuo visu corporeo post generalem resurrectionem etiam minus quam primi parentes in statu innocentie. Sed omnes tales abominationes relinquent canibus: id est damnatis in quibus tamen nulla erit delectatio etiam immunda.

¶ Exodi vicesimotertio.
¶ Prima clausula.



Non susci-pies vocem mendacij / nec iunges manum tuam vt pro impio dicas falsum testimonium. Non sequeris turbā ad faciēdū malū: nec in iudicio plurimoꝝ acquiesces sententie / vt a vero devies. Pauperis quoque non misereberis in iudicio.

¶ Postꝙ in precedenti capitulo posite sūt multe leges regulantes / nūc vim cōcupiscibilē / nūc irascibilē / nūc etiā rationalem / secundū varietatē materiarū: hic consequenter ponunt alie leges a dño / ordinātes ⁊ regulantes eandem vim rationalem / quantū ad ꝑsonas diversoꝝ statuū. Et pmo / quātum ad aliquas ꝑsonas requisitas in iudicio. Et qꝛ in iudicio primo ⁊ principaliter requirit iudex: ideo primo loquit ad iudicē dñs / dicens: Tu supple iudex / qualiscunꝙ sis / non suscipies: supple in iudicio vocem mendacij / supple scienter. Uel tu iudex ante omnia observa hāc regulam / quātū ad partes que debent aliquid proponere in iudicio corā te: vt nunꝙ audias vnā partē sine alia: qꝛ qñ vna pars audit in absentia alterius / potest multa mendacia immiscere ad iustificationē sue cause. Unū ergo subticet dñs: ⁊ aliud aperte loquitur / dicēs: Nō suscipies vocē mēdacij. Et nota / ꝙ hic est q̄stio de mēdacio pernicioso: quia omne mendaciū quod scienter fit coram iudice / est mortale peccatum. Secūdo loquitur dñs ad testē qui adducitur in iudicio / cum subditur: Nec iūges manū tuā vt pro impio dicas falsum testimoniū .i. alicui non promittas. Unde quidā glo. dicit: ꝙ manū iungere / est ad dicendū falsum testimoniū alicui firmiter se obligare. Et nota / ꝙ hic modus loquēdi est sumpt⁹ ab his qui obligationes faciēdo manū manu se tangūt. Dicit autē quidam / nescio si truphatorie / Nec vnges: ⁊ non iunges .i. munera nō accipies / vt dicas falsum testimonium. Et istud est sumptū ex communi modo loquendi multorū: quo dicūt aliquē vnxisse manus ei / cui dedit munera. Tertio loquitur dñs cōtra morem multoꝝ / qui quantū ad actionē que ventilat in iudicio / aliquando plus petunt ꝙ debeāt / vel etiā plus negant ꝙ alij teneant: in hoc gravātes adversariū suū: ideo dicit: Nō sequeris turbam / ad faciendū malum .i. non imiteris plurimos dolose agētes in iudicio / sive sint actores / sive defensores. Dicit ergo: Nō sequeris turbam ad faciendum malum .i. propter societatē nō facias malum: vt multi dicunt esse faciendū. Quarto loquit domin⁹ iterum ad ipsum iudicē / dicens: Nec in iudicio. glo. interli. id est dñ iudex residens / plurimorum acquiesces sentētie: si supple sit iniusta et iniqua. Unde subdit: Ut a vero devies. Unde Deuteronomij

xvi. Iuste quod iustum est exe-queris. Quinto iterum loquit dñs ad iudicem / rectificãs ei⁹ iudicium / quantum ad actum / dicens: Pauperis non misere-beris in iudicio: intuitu scili-cet paupertatis. in iudicio em̃ requiritur equitas et veritas. Que autẽ equitas esset / si tol-leretur ius a diuite / quia diues est / z habens aliunde viuere: z assignaret pauperi: quia pau-per est? Nõ enim ibi esset equi tas / sed impietas. Non em̃ sunt facienda mala; vt inde eueni-ant bona.

¶ Circa autem hanc clausulã mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium est de teste falso / qui non potest per viam iuris conuinci de fal-sitate seu mendacio: et quem iudex (vt priuata psona) scit ꝙ deponit falsum. Et pro ma-iori aggrauatione casus: sunt duo vel tres qui ita falso depo nunt contra innocentem. Nũ-quid in illo casu dictus iudex debet suscipere voces eorum? Istud dubium est graue: circa quam sunt contrarie opinio-nes / quod etiam monet beat⁹ Thomas. ii. ii. q. lxvij. artic. ij. Unde vt plenius z clarius in-notescat veritas / conformiter ad eundem doctorem / tria fa-ciemus in presenti. Nam

Primo .p opinione beati Tho me / z Thomistarum.

Secũdo arguetur pro opinio-ne aduersa.

Tertio soluentur rationes ad-uersariorum.

¶ Primo igitur beatus Tho-mas tuetur suam partem z opi nionem multipliciter. Et simi-liter post eum magister Tho-mas Caietanus / quondã gene ralis ordinis predicatorũ / nũc autẽ cardi. tituli sancti Sixti. Hi ergo et eorum sequaces di-cunt / ꝙ bonus iudex / tã eccle-siasticus ꝙ̃ laicus / debet iudi-care ſm allegata z probata: et ꝓsertim si sit supremus / nec pos sit alteri committere iudiciũ. In primis em̃ dicit beat⁹ Am bro. super Psal. Beati immacu lati. Et recitatur. iij. q. vij. iudi cat. ꝙ bonus iudex nihil ex ar bitrio suo facit: sed ſm leges z iura pronũciat. Hoc autem est iudicare secundum ea que in iudicio proponuntur. Igitur. Item extra / de officio ordina-rij. c. si sacerdos. dicit / ꝙ iudex debet iudicare ſm allegata et probata. Idem etiam dicitur: ff. in antiquis. de officio pre-sidis. l. illicitas. Ratione etiam sic arguit beat⁹ Thomas: Iu-dicare (inquit) pertinet ad iudi cem / secundum ꝙ fungitur pu-blica potestate: et idẽo debet in-formari in iudicando / non se-cundum ꝙ ipse nouit tanꝙ̃ pri uata persona / sed ſm ꝙ sibi in-notescit tanꝙ̃ persone publice. Ubi ergo sibi innotescit tanꝙ̃ persone publice per testes vel accusatores falsos (quos non potest conuincere de falsitate: nec potest casui aliunde pro-uidere) potest et debet ad con-demnationem innocẽtis pro-cedere. Nec in hoc habet cul-pam / sed falsi testes / siue accu-satores. Debet autem conscien tiam quam habet vt priuata persona deponere / et in domo relinquere / et aliam cum ve-nit ad iudicium sibi assumere:

scilicet hanc: Omnis mihi ac-
cusatus tanq̃ reus mortis ab
accusatoribus quos non pos-
sum per viam iuris repellere,
nec aliter prouidere: est a me
cōdēnandus. Iste innocēs est
huiusmodi. igitur.

¶ Secundo adducende sunt
rationes aduersariorum: que
quanuis multe sint, nihilomi-
nus tantum tres adducemus.
Prima igitur talis est: Si sem-
per liceat iudicare secundum
allegata et probata: sequitur,
q̄ in casu liceat iudicare inno-
centem: etiam scitum innocen
tem. Hoc autem est contra ius
naturale: et similiter cōtra ius
diuinum. de quo dictum est in
principio presentis clausule:
Non suscipies vocem menda-
cij. igitur. Insup subditur po-
stea in presenti ca. Innocentē
et iustū non occides. Igitur.
Insuper extra de regulis iuris
ca. qui scandalizauerit. sic di-
citur: Utilius scandalum na-
sci permittitur, q̃ veritas dese-
ratur. Patet ergo, q̄ vtilius
est permittere vt scandalizen-
tur actor et ciues ex negata sē
tentia a iudice contra verita-
tem, q̃ veritatē deserere. Se-
cunda ratio talis est: Testes p
quos contra veritatem inno-
cens conuictus condemnan-
dus est, veniūt in vestimentis
ouiū, intrinsecus autem sunt
lupi rapaces rerū alienarū, vl
vite. Et ideo si iudex certus de
innocentia alterius, iuxta co-
rū dicta iudicat, minister est
homicidarum. Tertia ratio ta
lis est: Homo in iudicando de-
bet cōformari diuino iudicio:
q2 dei iudicium est, vt dicitur
Deuter. j. Sed dei iudiciū est
secūdū veritatem: q2 vt dicit
Esaie. xj. de Christo, et simili-
ter ponitur Rom. secūdo: Non
secundū visionē oculorū iudi-
cabit, neq3 secūdū auditū au-
rium arguet: sed iudicabit in
iustitia pauperes, ⁊ arguet in
equitate pro mansuetis terre.
Ergo iudex non debet scdm
ea que coram ipso probantur
ferre sententiam, cōtra ea que
ipse optime nouit. Sic eñ fa-
ceret contra cōscientiam. Con
scientia autem edificat ad ge-
hennam, quādo scilicet fit con
tra eam. Igitur ⁊c̃.

¶ Tertio, predicte rationes
sunt soluende. Ad primam igi
tur dicitur cōformiter ad Ca-
ietanum, q̄ occidere per se in-
nocentem: sic q̄ per se intenda
tur occisio innocētis, est de se
malū ⁊ contra omne ius et eq-
tatem. Sed occidere innocen
tē p accidēs: dādo. s. operā rei
licite ⁊ necessarie: vt facit vtēs
publico officio: non est contra
ius naturale aut diuinum, vel
etiā scriptū. Et ad regulam iu
ris dicit predict9 Caietanus,
q̄ iudex i casu isto nullā dese-
rit veritatē quā amplecti de-
beat: q2 dat operam rei licite:
quanuis per accidēs, in detri-
mentū veritatis cōsistentis nō
quidē in iure, sed in facto ver-
satur actio sua. Ad secūdā ra-
tionem dicitur, q̄ licet testes
iniqui deponentes sciēter con
tra innocētē, veniāt intrinse-
cus vt lupi: iudex tamen non
est minister eoꝝ; sed iuris. Nec
potest ostendere iuridice eos
esse tales. Et ideo nō incurrit
reatū, sequēdo eos. Nec p ipm

venit scãdalũ: sed ꝙ falsos testes qui abutũtur iure testiũ. Ad tertiã rationẽ dicitur, ꝙ iudex humanꝰ nõ semper tenetur iudicare sicut iudicat deꝰ: sed sicut vult deꝰ ꝙ homo iudicet. Statuit aũt deꝰ vt homo iudicet scd̃m veritatẽ publicã: vt patet ex eo ꝙ statuit ꝙ in ore duorũ vel triũ testiũ stet omne verbũ. Et cũ dicitur in minore ꝙ dei iudiciũ, ⁊ similiter Christi est scd̃m veritatẽ. Hoc conceditur gratis: sed hoc ideo est quia ipse intuetur oīa nude ⁊ aperte nec accipit sciẽtiam a rebꝰ. Similiter testibꝰ non indiget. Secꝰ aũt de iudice humano. Patet ergo ꝙ bonus iudex debꝫ iudicare scd̃m allegata ⁊ ꝓbata iuridice: quantumcũꝙ false deponãt testes, sed nõ potest eos cõuicere de falsitate. Nec (vt dicit dñs Caietanus) tenetur remittere iudiciũ ad superiorẽ: presertim vbi pars aduersa instãter petit sententiã, quã cõmode differre nõ potest. Preterea potest cõtingere ꝙ ipse iudex non habeat superiorẽ, sed sit imperator: in quo casu nõ possit inuenire cui subdelegare possit. Nec etiam tenetur renunciare officio. Et si fiat instãtia de Pilato, qui ꝓcessit contra Christũ secundũ allegata ⁊ ꝓbata. Falsum est, quia si bene discussisset accusationes Iudeorũ: vtiꝗ inuenire potuisset ꝙ testimonia eorũ fuissent falsa. Hoc aũt non fecit: quia (vt dicũt euãgeliste) sciret ꝙ per inuidiã Christum tradidissent. Principalis igitur causa sentẽtie mortis in Christũ, fuit timor perdẽdi officiũ ꝓfecture in ipso Pilato, aut incurrẽdi mortẽ. Quẽ quidẽ timorem mũdanum tũc habuit, quando Iudei dixerũt ei: Si hũc dimittis, non es amicus Cesaris. Patet igitur diffuse quid dicendũ ad primũ dubium.

¶ Secũdũ dubiũ: Quot modis cõtingit mentiri mortaliter in iudicio? Responsio, quatuor modis. Primo quidẽ consentiendo, vt in assessore vel aduocato. Scd̃o loquendo, et hoc tripliciter. Primo quidẽ iniquã sententiã scienter proferẽdo: vt in iudice. Secũdo, accusando: vt i actore. tertio, defendendo: vt in reo, qui si scienter negat veritatem iuridice interrogatus, mortaliter peccat: et decipit iudicem cui interroganti secũdũ formã iuris tenetur veraciter respõdere. Forma aũt iuris est, vt fiat interrogatio de re plene nota, aut seminota. De re aũt omnino occulta respõdere nõ tenetur. Et in hoc multi etiã clerici et religiosi decipiuntur: putantes ꝙ nisi casus de quo interrogatur per superiorem, possit per multos ꝓbari: nõ tenentur fateri veritatẽ, sed aut eã scienter negant, aut tacent.

¶ Tertiũ dubiũ: Utrũ omne mẽdaciũ sit mortale peccatũ: ita ꝙ nullũ sit veniale? Uidetur ꝙ sic, quia omne tale prohibetur Eccli. vij. Noli velle mentiri omne mendacium. Igitur. Item omne mendaciũ est contra preceptum decalogi, vbi dicitur: Nõ falsum testimoniũ dices cõtra ꝓximũ tuũ: supra xx. ca. Idẽ etiam hic prohibetur. Igitur ⁊c. In oppositũ est beatꝰ

 August.

August.sup Psal. 2 recitatur xxij.q.ij.primum.vbi describit aliqua mendacia mortalia/ et aliqua venialia.Dicendum/ q non omne mendaciũ est mortale:sed aliquod sic/ 2 aliquid veniale.Illud aũt est mortale/ qd est cõtra charitatẽ dei aut proximi.Et de tali mendacio loquitur Psal.cũ ait ad dñm: Perdes omnes q loquũtur mendacium.s.pernitiosum.Quia nullus perdit supple eternaliter/ nisi pro mortali peccato. Itẽ Sap.j.Os qd mentitur/ supple pnitiose:occidit animã:videlz mucrone peccati:vt dicit iterli.Itẽ Apoca.xxj.inter peccatores quib9 debetur pena in stagno ardẽti igne 2 sulphure: quod est mors secũda: specialiter numerantur mendaces. Omnes ille igitur authoritates 2 similes intelligende sũt de mendacio pernitioso/ quod est cõtra charitatẽ dei aut proximi:et nõ de quolibet. Est igitur aliquod mendacium/ qd est veniale tñ/ vt est mendacium officiosum aut iocosum:quorũ neutrũ est cõtra charitatẽ dei aut proximi/ quãuis sit preter dictam charitatem.

¶ Quartũ dubiũ:Quot modis contigit falsum testimoniũ de proximo dicere? Uide solutionem hui9 dubij supra ca.xx.huius /sub sexta clausula/dubio tertio.

¶ Quintũ dubiũ mouet propter illud verbũ: Pauperis nõ misereberis in iudicio. Querit ergo cur additũ est a dño/ in iudicio? Ad hoc dicit August. q.lxxxviij. sup Exod. q huius causa est/ ne recte facere videamur si cõtra iustitiam pauperi faueamus/ causa misericordie. Deinde subdit/ dicens: Bona est misericordia / sed nõ debet esse contra iudiciũ. Iudicium illd sane appellat scriptura qd iustũ est. Nõ phibet ergo dñs facere proximo misericordiã: q ait: Si obuiaueris boui inimici tui/ aut subiugali ei9 errãtib9:reducẽs reddes ei:vt scias non te phibitũ facere misericordiã. Hec ille. Solũ ergo phibet hic dñs misericordiã pauperi ipendi qr pauper est.

¶ Sextũ dubiũ est de coherentia hui9 sentẽtie/ cũ illa Eccli iiij.vbi dicit:In iudicãdo esto pupillis misericors / vt pater. Dicendũ/ q hec duo aduersantur/ si sane intelligant. Nã sapiẽs p dictũ suũ nõ vult aliud nisi vt pauperes 2 pupilli dulciter et charitatiue tractẽtur in iudicio/ 2 diligẽter atq fideliter expediant cause eorũ iuste.Ubi autẽ cause eorũ sunt iniuste / nõ est illis miserandũ in iudicio: vt hic dicit: Nõ est ergo parcendũ pauperi quia pauper est/ dũmodo inueniat reus 2 culpabilis.

¶ Moraliter et primo/ iuxta illud primũ verbũ psentis clausule: Nõ suscipies vocẽ mendacij. Notãdũ q si illud specialiter tãgit principes 2 plãtos/ atq personas in officio publico cõstitutas. Tales eñi summopere cauere debẽt ne facile prebeant aures vocib9 mendacij: videlicz falsis relatorib9/ adulatorib9/ 2 detractorib9. Quia vt dr Prouerb.xxix. Princeps q libenter audit verba mendacij/ omẽs ministros habet impios

plos: videlicet adulatores/ detractores/ et huiusmodi. Et de hoc habemus historiam de Saule/ qui adulationibus et detractionibus Doech et aliorum similium/ persequebatur Dauid iustum. Et vt dicit de Pal. conuenienter homo mouetur ne suscipiat vocem mendacij: quia mentiri non inest homini a natura/ cum naturaliter voces sint signa conceptuum mentis/ dicente Philosopho .j. Perihermenias. quod voces sunt note earum que sunt in anima passionum. Homo autem mentiendo assumit huiusmodi voces ad aliud significandum quam habeat in corde. Patet ergo: quod agit contra naturam. Propter quod opprobriosum est mentiri. Propter quod Eccli.xx. dicitur: Opprobrium nequam in homine mendacium. Et dicit significanter nequam .i. non equum: quia veritas verbi/ est adequatio eius ad mentem.

¶ Moraliter et secundo/ iuxta illud: Nec iunges manum tuam etc. Notandum/ quod ille dicitur manum suam ad manum alterius iungere/ qui alteri prebet auxilium/ et fauorem ad male operandum: vel qui se alijs sociat ad malum. Manuum enim coniunctio societatem designat/ siue in bonum/ siue in malum. Sed in presenti capitur in malam partem: et hanc coniunctionem tanquam perniciosissimam/ atque periculosam prohibet dominus: quia vt inquit Psal. cum peruerso peruerteris. Et Eccli.xiij. Qui communicauerit superbo/ induet superbiam. Et ibi datur exemplum de pice: quam qui tangit/ inquinatur ab ea. Et vt dicit Hieronymus tertia parte epistolarum suarum/ epistola.lxxxv. Nihil magis nocet homini/ quam mala societas. Talis enim efficitur homo/ qualium societate fruitur. Nunquam cum agno lupus habitat. Vir certe castus luxuriosi societatem fugit. Demum concludit/ dicens: Plusquam impossibile puto hominem diutius posse permanere in bonis operibus: qui malorum assidua conuersatione vtitur: dicente Psalmista. Cum sancto sanctus eris/ et cum peruerso peruerteris. Hec ille.

¶ Moraliter et tertio/ hic prohibet dominus ne faciamus alicui malam promissionem/ et que nata est vergere in deteriorem exitum dum adimpletur. Solent enim homines facientes promissiones/ siue bonas/ siue malas/ iungere manum ad manum: quod licitum est/ et tenendum in bonis promissionibus et licitis. Secus autem in malis. Propterea dicit Isidorus/ et ponitur vicesimasecunda quest. iiij. in malis. quod in malis promissis rescindenda est fides: et in turpi voto mutandum decretum. Quinimmo peius est tenere illicitum promissum/ quam peierare: vt dicitur vbi supra: capitulo vnusquisque. Et ibi datur exemplum de Herode et saltatrice. Idem etiam dicitur/ distinc.xiij. duo. Non est ergo iungenda manus in faciendo malam promissionem.

¶ Moraliter et quarto/ et conformiter ad dominum Petrum de Palu. iuxta illud: Non sequeris turbam etc. Notandum/ quod per turbam/ que a turbando dicitur: quia faciliter turbatur/ et difficulter placatur: potest intelligi

humana conscientia / que frequenter turbatur per remorsum. Aliquando etiam cotingit eã turbari per errorẽ: et tunc non est sequenda: vt notum est. Nec etiam agendum est tunc contra eam: quia edificat ad gehẽnam: sed deponenda est / et loco illius sumẽda bona et recta cõscientia / que sequenda est. Cõmuniter enim dicitur / quod non cõtingit meli9 piscari / quam in aqua turbida: quia tunc pisces non vident rethe / propter quod facilius capiuntur. Sic nunquam diabolus melius et facilius piscatur animas / quam vbi conscientia est turbata per errorẽ iudicij. Tunc enim nõ recte videt homo que agenda sunt / aut fugienda: et ideo recedendũ est ab ea. In cuius figurã legitur Mar. vij. quod cum dominus voluisset sanare hominẽ cecum et mutum / apprehendit eum de turba seorsum / et misit digitos suos in auriculas eius etc. Applicatio est facilis.

¶ Moraliter et quinto / iuxta idem verbũ: Notandũ / quod multi pro defensiõe sui peccati allegant multitudinẽ taliter operantium / cũ tamen hic dicat dñs: Non sequeris turbam / ad faciendũ malũ. Sup quo glo. interli. Non te defendas / quasi cũ multis peccas: vel ideo nõ esse peccatũ dicas. Non enim minus ardebunt / qui cum multis ardebunt: vt dicit Augustinus homel. v. Nõ ergo querãt peccatores sibi comites ad supplicium: nec gaudeant quia plures inuenerunt. Deinde subdit predictum verbum / dicens: Nõ enim propterea minus ardebunt / quia cum multis ardebunt. Non enim hoc est sanitatis certum consilium / sed maliuolentie malum solatiũ. Hec ille. De hoc etiam loquens Eccli. xxj. ait: Stupa collecta synagoga peccantium / et cõsummatio illorum flamma ignis. Sicut ergo vbi plus est de stupis / ibi fit maior flãma ignis: ita et vbi erunt plures damnati / ibi erit maior cruciatus.

¶ Moraliter et sexto / iuxta illud verbum: Nec plurimorum aquiesces sententie: vt a vero devies. Notandum / quod istud est contra aliquos pusillanimes / qui querentes pacem suam / quamuis in reliquo habeant bonam doctrinam / et salubre consiliũ / non desit etiam illis interdum auctoritas: negligunt tamen se opponere murum pro domo domini / siue i materia electionis de futuro pastore / siue consilij dandi in materia ardua / siue alias. Sed innituntur de facili maiori parti / quanuis nõ saniori. Quanuis iura faueant saniori parti / et presertim vbi fit comparatio meriti ad meritum. Quanuis dicatur extra de electio. c. dudum. quod in electione preualet numerus dignitati eligẽtium. Hoc tamen secundum glo. fallit in duobus casibus. Primus est / quando vterque numerus est par. Secũdus est / quãdo vnus numerus modicum excedit alium. Nullus ergo in materia electionis de futuro pastore / siue in materia consilij / debet sequi maiorem partem / sed saniorẽ. Et quanuis non preualeat talis pars: ipse tamen faciẽdo quod debet /

debet animam suam liberari etiam quamuis esset solus de parte sua. Unde nostris temporibus accidit vt in ecclesia Remensi, cum celebraretur electio de futuro archiepiscopo, quidam canonicus elegit quendam honestum doctorem Parisiensem, cui cognomentum erat Stãdon, virum toti' sanctitatis, et nullum beneficium habẽtẽ aut cupiẽs: quãuis non preualuerit, obstantibus armatis precibus. Qui tamen tunc electus fuit a pluribus, cito de medio sublat' est: cuius causam remitto dei iudicio. Et quãuis Aristoteles dicat, ꝙ loquendum est vt plures: subdit tamen, ꝙ sentiendũ est vt pauci. Quamuis ergo sapientes et doctores sint paucíores respectu turbe, sunt tamen sanioris consilij: ⁊ ideo sequendi. Si ergo cum aliqd petitur in consilijs, et videtur tibi secundum deum et conscientiam oppositum eius qđ ab alijs sentitur: quantumcũque sint tui amici, non debes illis acquiescere: quia secundum Tullium cõtrarietas opinionum non soluit veram amicitiam. Unde Prouerbiorũ xxviij. dicitur: Qui cognoscit in iudicio faciem, scilicet amici: nõ bene facit. Iste pro buccella panis deserit veritatem. Item Aristoteles .j. Ethicorũ ait: Duobus existẽtibus amicis, sanctum est prehonorare veritatem. Itẽ legitur de Boetio, ꝙ cum resideret in aula imperatoris, contra omnes alios sustinebat iustitiam. Et ꝑ hac re habuit multa pati. Unde ⁊ finaliter in exilium missus est.

¶ Allegorice et primo: Notandum iuxta illud primum verbum: Non suscipies vocem mẽdacij. ꝙ contrarium hui' egit Pilatus. Nam cũ audisset Iudeos accusantes Christum de tribus: dicẽtes, Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, prohibentem tributum dari Cesari, ⁊ dicentem se regem Christum esse: omissis duabus primis accusationib', quia de prima non curauit, qꝛ Gentilis erat: Nec similiter de secunda, eo ꝙ audisset ipsum Christum dixisse Iudeis: Reddite que sunt Cesaris Cesari, et que sunt dei deo. Mat. xxij. tantum interrogauit Christũ de tertia accusatione, dicens: Unde es tu? Tanquam diceret: Est verũ ꝙ dicas te Christum regem esse? Finaliter cũ audisset Iudeos dicentes: Omnis qui se regem facit, cõtradicit Cesari: magis timuit: supple ꝙ̃ prius. Uel magis timuit homines ꝙ̃ deum: ⁊ magis perdere officium prepositure, vel vitam corporalem, ꝙ̃ vitam eternam. Unde propter hanc solam causam tulit in Christum mortis sententiam. Ecce igitur quomodo ipse Pilatus suscepit vocem mẽdacij contra Christum: quia falsum erat et mendosum, ꝙ ipse Christus dixisset aliquando se regem terrenum: supple, esse. Nõ tamen negauerat se regem celi esse. Sed tale regnum nullum preiudicium afferebat imperatori Romano, qui solum dominabatur in terris. Et hoc est quod

quod ait ipse Christus Pilato querenti an verum esset quod rex esset ut Judei dicebant? Rex (inquit) sum ego / sed regnum meum non est de hoc mundo: si regnum meum esset de hoc mundo / ministri mei utique decertarent: ut non traderer Judeis.

¶ Allegorice et secundo / iuxta idem verbum: Notandum quod per vocem mendacij non suscipiendam / potest recte intelligi vox heretici vel Judei: quia quilibet eorum est mendax. Hereticus quidem / sentiendo opposituum catholice veritatis. Judeus autem / dicendo nouum testamentum falsum / et Christum non venisse. Sed talibus mendacijs non est adhibenda fides: quia ut ait Athanasius: Hec est fides catholica / quam suppleue tenet ecclesia Christiana: quam nisi quisque integram inuiolatamque seruauerit / absque dubio ineternum peribit. Et Aposto. Gala. i. Si quis vobis euangelizauerit preter id quod accepistis / anathema sit.

¶ Allegorice et tertio / iuxta illud verbum: Non iunges manum tuam etc. Notandum / quod per hec verba non solum prohibetur nobis / ne iungamus manum: ut pro impio dicamus falsum testimonium: verumetiam ne faciamus falsas amicitias / et que cedant in detrimentum alterius. Contra quod fecerunt Herodes et Pilatus / qui facti sunt amici: ut fortius nocerent Christo.

¶ Allegorice et quarto / possumus hec eadem verba referre ad hereticos / quibus illi iungunt manus / qui eis fauent verbo vel facto. Vel licet non faueant eorum dictis / fauent tamen eorum personis. Et de quolibet tali merito potest dici illud. ij. Paralipomenon. xix. Impio prebes auxilium / et his qui oderunt dominum amicitia iungeris: idcirco iram domini merebaris. Hoc autem est ferme commune malum in materia heresis / quod heretici habent semper fautores. Qui quanto fuerint grauiores et periculosiores / tanto habent maiores fautores: ita ut de quolibet tali heretico possit veraciter dici illud Psal. Montes in circuitu eius. Quod autem sequitur: et dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc etc. refertur ad populum fidelem.

¶ Allegorice et quinto / iuxta illud: Non sequeris turbam ad faciendum malum. Notandum / quod illud potest rationabiliter referri ad statum primitiue ecclesie: quando quidem erant pauci fideles / et multi infideles et idololatre / qui etiam attrocissime et crudelissime persequebantur fideles / sicut specialiter patuit de apostolis. Beatus ergo erat / qui tunc non sequebatur turbam ad persequendum Christifideles. Et talis fuit Nichodemus / qui venerat ad Jesum nocte. Joan. iij. Item Gamaliel: ut patuit in concilio inito contra apostolos post Christi passionem. Actuum. v. Talis etiam fuit Joseph decurio / de quo dicitur Luce. xxiij. quod non consenserat consilio et actibus Judeorum contra Christum. Similiter in fine seculi / quando

erit tanta tribulatio: vt si fieri possit moueātur et electi: vt dicitur Mat.xxiiij. Ille valde felix erit, qui non sequetur Antichristum ad faciendū malū. Hic enim post se omnem hominem trahet, et ante se innumerabiles: vt dicitur Job.xxj. Talis etiam non sequens turbam ad faciēdum malum, fuit ille sanctus Thobias, de quo legitur eiusdem.j.ca. quod cum ceteri adorarent idola, ipse solus fugiebat cōsortia eorū: et ibat sol' adorare dñm in Hierusalē.

¶ Allegorice et sexto, iuxta illud idē verbum, et sequens notandum, quod Pilatus totum cōtrarium fecit: Ipse enim sequutus est turbam: vt faceret malum, quando ad instantiam et importunitatem turbarū tradidit voluntati eorū Christū. Nam cum inualescerent voces populi contra ipsum Christū, ipse Pilatus adiudicauit fieri petitionē eorum: vt dī Luc.xxiij.

¶ Allegorice et septimo, iuxta illud: Pauperis non miserebe ris in iudicio. Notandū, quod istō est contra iudices illos, q̄ parcunt hereticis simulantibus paupertatē. Et dat de Pal. exēplum de illis qui vocant pauperes de Lugduno: q̄ condēnant diuites a tempore beati Siluestri, qui recepit nomine ecclesie diuitias a Cōstantino īperatore sibi assignatas. Hec enī est nequissima paupertas, de qua potest intelligi illō Ec cli.xiij. Nequissima paupertas in ore impij.i.heretici, qui diuitias condemnat, de quibus implent opera pietatis, et que sunt instrumenta virtutum.

¶ Anagogice in nullo loco melius implent q̄ in p̄senti clausula continentur, sc̄ in celo. Ibi enī nō auditur vox mendacij, sed veritatis. Nec eam suscipit ibi ille equissimus iudex Christus, q̄ nec fallere, aut falli potest. Non est etiam qui ibi dicat falsum testimoniū, cū etiā ipse supremus iudex testimonio nostro non indigeat: quia omnia nuda sunt et aperta oculis ei'. Itē nullus potest ibi sequi turbā ad faciendū malū: tum q2 ibi nullū potest haberi exemplū peruerse imitatiōis: tum quia nullū potest ibi haberi desideriū male actionis. Pauperis denique nullus in celo miserebitur: q2 de facto nullus pauper ibi aderit, sed oēs diuites erunt per abundantiā bonorū glorie. Prouer.x. Benedictio dñi, supple illa, de qua Mat.xxv. Uenite benedicti etc. diuites facit. Merito ergo de ipsis beatis tandē dici poterit illō.j.Corin.j. In omnib' diuites facti estis in illo.s. p illū, scz Jesum Christū. Itē Psalm. Gloria et diuitie in domo eius: id est: in celo.

¶ Secunda clausula.

Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eū. Si videris asinum odiētis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo.

¶ Historialiter postq̄ in precedēti clausula dedit dñs certas regulas, quibus regulantur certe persone requisite ad humanum iudicium: hic cōsequenter

quenter ponit idem deus et dominus alias regulas: siue leges: regulantes homines erga inimicos suos non reddendo illis malum pro sua inimicitia: sed magis quod bonum est: scilicet beneficium. Hinc .j. Petri. iij. dicitur: Non reddentes malum pro malo: scilicet in factis iniuriosis: neque maledictum pro maledicto: scilicet in verbis contumeliosis: sed econtrario benedicentes: scilicet reddendo bonum pro malo. Unde Hiere. xviij. Nunquid redditur pro bono malum? Hoc enim tantum perfectorum est: sic enim fecit Christus Judeis. Dominus igitur volens inducere quemlibet Judeum ad vite perfectionem ait: Si occurreris boui inimici tui / aut asino erranti: reduc etc. Hec enim verba tam per se nota sunt: vt expositione obscurentur: vt dicit glo. interli.

¶ Circa hunc textum mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium: vtrum idem beneficium debeamus amico / quale et inimico: scilicet reductionem bouis sui aut asini errantis? Uidetur quod non: quia nullum preceptum de hoc datur / sicut de animali inimici. Dicendum quod sic: quia ex vno sequitur reliquum: maxime cum pluribus rationibus teneamur diligere et benefacere amico / quam inimico. In dilectione igitur inimici / sufficienter precipitur nobis dilectio amici: et similiter beneficium sibi exhibendum. Sed quia natura sufficienter monet nos ad benefaciendum amico et benefactori. (Unde et canis naturaliter mouetur ad protegendum magistrum suum. Sola autem gratia mouet hominem ad benefaciendum inimico) ideo solum fuit opus dare preceptum de auxilio prestando boui aut asino inimici et non amici.

¶ Secundum dubium: Quid intelligitur in presenti per bouem / aut asinum inimici? Dicendum quod dominus hic pauca dicit: et multa intelligit atque comprehendit: scilicet omne animal pertinens inimico: quod reducendum precipitur: nisi a feris deuoretur. Judei enim erant crudeles: et ideo lex induxit eos ad pietatem etiam circa animalia bruta domestica: vt per hoc ad maiorem pietatem circa homines inducerentur.

¶ Tertium dubium: Cur hic ponuntur presentes leges? Dicendum quod ponuntur incidentaliter. Quia enim ex litigijs et controuersijs / que solent oriri ex humano iudicio / consequenter solent frequenter homines concipere odia et inimicitias inter se: ideo ne et talibus odijs denegent sibi mutuo pietatis beneficia / ponuntur a domino predicte leges de boue et asino errantibus reducendis: et de animali iacente sub onere suo releuando: ita autem precipitur a domino / vt per tale beneficium exhibitum inducerentur Judei ad mutuam amiciciam.

¶ Quartum dubium: Quomodo possunt ista stare cum illo verbo Mat. v. Audistis quia dictum est antiquis: Diliges amicum tuum et odio habebis inimicum tuum? Nam reducere asinum / aut bouem errantem inimici ad eum / est diligere inimicum / et illi opere et facto benefacere. Dicendum quod

Quia olim apud Judeos commune prouerbium esset: quod diligendi essent amici: et odiendi inimici: non tamen hoc habebatur ex lege: sed ex falsa traditione hominum: qui reputabant licitum odire inimicum: et tamen amicum esse diligendum. Quam quidem humanam traditionem tanquam vanam et damnabilem reprobauit Christus Matt.v. dicens: Audistis quia dictum est antiquis: Diliges amicum tuum: et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros etc. scilicet corde: ore: et opere: vt ibi dicitur. Illa igitur glos. Aurelian. Et odio habebis inimicum tuum: addita fuerat ab aliquibus antiquis male intelligentibus legem: quasi arguentes a contrario sensu: quia secundum Tullium: eiusdem moris est amicis benefacere: et inimicis male. Sed decipiebantur tam illi quam Tullius: quia in amico et inimico: est natura communis: que diligibilis est. Uel dicendum: quod inimicus non est diligendus: inquantum inimicus et malus. Quia si diligeretur inquantum inimicus: hoc peruersum esset: sicut si odiret amicus: quia amicus est. Unde exprobrando dixit Joab regi Dauid ij. Reg. xix. Diligis odientes te: et odio habes diligentes te.

¶ Quintum dubium: Utrum teneamur benefacere inimico nostro? Uidetur quod non: quia hoc ad perfectionem vite pertinet: vt dicit gloss. super illo verbo Matt.v. Benefacite his qui oderunt vos. Igitur. Homo autem de communi lege non tenetur esse perfectus: quia quilibet et signanter religiosus teneatur tendere ad perfectionem. Dicendum: quod benefacere inimicis extra casum necessitatis: est perfectionis: et tamen cadens sub consilio. In articulo autem et casu necessitatis non est perfectionis: sed necessitatis: et cadit sub precepto. Hoc autem intelligitur quando non habet ille qui est in necessitate: qui iuuet eum. In proposito igitur: inimicus cuius bos vel asinus errans occurrit tibi: vel est alius qui potest eum reducere ad dominum suum: et paratus est hoc facere: et tunc non teneris. Uel non est alius: et tunc teneris. Et idem dicendum est de asino iacente sub onere: suo modo.

¶ Sextum dubium: Utrum sint eadem opera consilij in nouo et veteri testamento? Istud dubium incidentaliter mouetur: propter solutionem ad precedens. Ad quod respondetur: quod non. In antiquo enim testamento virginitas erat vituperabilis. Hinc Judic. xj. legitur: quod filia Jepte intelligens se immolandam a patre: impetrauit ab eodem patre spatium duorum mensium: vt defleret cum sodalibus suis suam virginitatem. Maledicebatur etiam in antiquo testamento: qui non relinquebat semen sup terram. Et tamen hodie est opus magni consilij: youere virginitatem: dicente Apost. j. Corint. vij. De virginibus preceptum non habeo: consilium autem do. Item non legitur quod in veteri testamento paupertatis status cadere[t] sub consilio: qui tamen hodie cadit: dicente Christo Matt. xix. Si vis perfectus esse

se/vade & vende omnia que ha bes/& da pauperibus &c. Multa igitur sunt cõsilia tempore Euangelij/que olim nõ fuerũt consilia.

¶ Septimum dubiũ: Quomodo ista possunt simul stare i veritate / q olim mãdauerit dñs bouem aut asinum inimici errãtem / ad eum debere reduci: et similiter asinum lapsum sub onere debere releuari: & nihilo minus incundum bellum contra Chananeos/occupãtes terram promissionis/quã dederat dominus filijs Israel possidendam: vt habetur infra hoc capitulo: vbi etiam mandat ipse dominus q dicti filij Israel destruant eos/nec ineant cum eis fedus. Et idem repetit domin9 Deuter. vij. vbi adiungit: Nec misereberis earum/ scilicet septem gentiũ/que ibi describũtur. Et post pauca: Deuorabis omnes populos quos dominus deus daturus est tibi. Non parcet eis oculus tuus/ et cetera. Similiter legitur Josue. vij. q filij Israel/ de mandato domini/percusserũt in ore gladij boues/& oues/et asinos/ciuitatis Hierico in introitu illi9. Hoc autem valde aduersatur his q̃ supra dicta sunt. Igit. Pro solutione huius dubij/ notãdum q inimici Judeoꝝ erant in duplici differẽtie. Quidam enim de gente sua erant/alij autẽ de gente aliena. Quo ad primum/ notandum q inter Judeos poterant esse odia et inimicitie/ sicut nunc inter multos Christianos. Et de talib9 inimicis specialiter intelligit q̃ hic dicitur/ scilicet de reductione animalis errantis. Unde tũc poterat dominus dicere id quod hodie clamat p Apost. Roma. xij. dicentem: Si esurierit inimicus tuus/ ciba illũ. Si sitit/ potũ da illi. Hoc enim faciẽs/ carbones ignis cõgeres super caput eius: id est/ prouocabis eum ad mutuam charitatẽ. De alijs autem inimicis Judeoꝝ/ qui erant de gẽte aliena: id est de numero et secta gentilium/ isti erant similiter in duplici differentia. Quidam enim passiue se habuerunt quando filij Israel applicuerunt in terram illam pmissionis. Alij autem illis restiterunt quantũ potuerunt: loquendo igitur de primis/potest intelligi q hic dicitur. Erãt enim inimici Judeorum/quãtum ad fidem & ritũ/ sed non quantum ad mutuam conuersationem. Unde quãdo filij Israel veniebãt ad aliquã ciuitatem Chananeorum/ primum offerebant eis pacem. Et si eam recipiebant/ permittebãt eos inter se viuere/nec eos occidebant: sicut patuit de Gabaonitis: Josue. ix. Uñ de hoc loquitur dominus/ Deuterono mij. xx. dicens: Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem/ offeres ei primum pacem. Si receperit/& aperuerit tibi portas/ cũctus populus qui in ea est/ saluabitur: et seruiet tibi sub tributo. Qui autem foedus inire noluerit / et ceperit contra te bellum/ oppugnabis eam. Cum q; tradiderit dominus deus tuus illam in manu tua: percuties omne quod generis masculini est in ea in ore gladij/ absq; mulieribus et in-

fan-

fratribus inuētis: ꝛ ceteris que in ciuitate sunt. Omnem predam exercitui diuides: ꝛ comedes de spolijs hostium tuorū: que dominus deus tuus dederit tibi. Sic facies cunctis ciuitatibus: que a te procul valde sunt. Et non sunt de his vrbibꝰ quas in possessionem accepturus es. De his autem ciuitatibus que dabuntur tibi: nullum omnino permittes viuere: sed interficies I ore gladij: Ethcū videlicet ꝛ Amorreum ꝛc. hec vbi. s. Et sic patet ad questiū.

¶ Octauum dubiū: Quid persequendū est in inimico? Istud dubium incidentaliter mouetur ꝑpter ea que dicta sunt in solutione ad precedēs dubiū. Ad quod respōdetur: ꝙ id qꝺ licite ꝛ meritorie oditur in ꝓximo: est eius peccatum. Unde Psalm. Iniquos (inquit) odio habui: et legem tuam dilexi: id est: in hoc contra legem tuam nō egi. Quinimmo deus ꝗuis diligat omnia que fecit: ꝛ nihil odiat eorum que fecit: vt habetur Sapień. xi. nihilominus odio habet peccatores: scilicet in hoc ꝙ peccatores: vt dicitur Eccli. xij. Nam in hoc ꝙ dico: homo peccator: duo dico. Primum: quia homo est: et hoc est quod deus diligit: tanꝗ opus suum. Secundum: quia peccator: ꝛ hoc odit deus: et persequitur tanꝗ alienū ab eo. Et hoc est quod punit de ꝑ se deus in damnatis. Qꝫ autem puniat ibi hominem: est de peraccidens: quia scilicet inuenit in eo peccatum: quod odit deus. Ecce igitur quid principaliter odiēdum est in homine peccatore ꝛ persequendum. Secundo: persequendum est in homine peccatore corpus ꝑ salute anime. Tertio: persequēde sunt in eo res exteriores: propter eādem causam: sed semper diligenda est anima: vtpote ad imaginem dei facta: Christi sanguine redempta: ꝛ capax celestis hereditatis.

¶ Moraliter ꝛ primo: notādū ꝙ sex sunt differentie retributionum humanarum: quas tāgit Augusti. super illud Psalmiste: Pro eo vt me diligerēt: detrahebant mihi. Et idem recitatur. xxiij. q. iij. sex differentie. Sed de his oībus tantū tangemus tres. Prima igitur differentia est eorum qui reddunt mala ꝑ bonis: et isti sunt pessimi. Secūda est eorum qui reddunt bona pro bonis. Et talis retributio est cōis: bonis et malis. Tertia est eorum ꝗ reddunt bona pro malis: ꝛ hec est retributio perfectorū. Sic eīm egit Christus: quando pendēs in cruce orauit patrem ꝑ suis crucifixoribꝰ. Similiter ꝛ Stephanus pro suis lapidatoribꝰ. Actuum. vij. Ad quam perfectionem hortatus est dominus olim Judeos: ꝛ nos hodie ī ipsis: dicens: Si occurreris boui inimici tui ꝛc.

¶ Moraliter ꝛ secundo: ꝛ conformiter ad fratrē Petrū Berchoreń. Bos: vel asinus: significat peccatorem: qui scꝫ quandoꝗ dr errere: quādoꝗ pigrotātiā peccare: quādoꝗ etiā dr esse in fouea: quādo scꝫ per profundā oblstinationē peccat. Si quē ergo talē bouē vel asinum: id est: si quē diaboli seruum:

uum/vel peccatorem errãtem/ vel in vitijs profundatum vide rimus: ipsum pro certo expedi te subleuare/ a vitijs liberare debemus: qz scilicet exemplis/ monitionibus et inductionib⁹/ ipsum debemus de fouea vitio rũ eruere/et adiuuare monitis et inductionibus/ et ad viã veri tatis reducere.

¶ Moraliter et tertio: Ista ver ba possunt dirigi ad quẽlibet pastorem animarum/ vel predi catorem veritatis. Per bouem autem errantẽ/intelligitur ma gnus pctõr. Magnus/ inquã/ ẽm seculi fastũ. Similiter per asinum errantẽ / intelligit̃ im becillis peccator/vel qui ex fra gilitate peccat. Per asinũ autẽ iacentẽ sub onere/ intelligitur ille quem peccata deprimunt/ siue pre multitudine/ siue pre sui enormitate. Quid ergo di cat dñs prelato/vel predicato ri/audiamus: Si(inquit)occur reris boui inimici tui/ vl' asino erranti: id est/si inueneris pec catores magnos vel paruos/ doctos vel indoctos/ nobiles vel ignobiles/reduc eos ad do minum tuo officio: vel salubri doctrina/ atqz exẽplo bone vi te: qz vt habet̃ Eccli. xvij. Uni cuiqz mandauit deus de proxi mo suo. Hec aũt reductio quã ti sit meriti/ ostẽditur Jaco. v. cum dicitur: Fratres mei/si qs ex vobis errauerit a veritate/et conuerterit quis eum/ scire de bet quoniam qui conuerti fece rit peccatorem ab errore vi te sue/ saluabit animam eius a morte.

¶ Moraliter et quarto: per bo uem vel asinum inimici/intelli gitur eius corpus: quod tũc er rat quando infirmatur aut mo lestiam sustinet: et tunc ex cha ritate debemus ipsum ꝑ posse reducere ad pristinum statum/ eius sanitati consulendo et co operando. Tunc autem dictus asinus iacet sub onere: quãdo infirmitas preualet/et cõstituit in extrema necessitate. Et tunc non debemus pertrãsire absqz operib⁹ misericordie/ si sit ne cesse: quia tunc cadũt sub pre cepto.

¶ Moraliter et quinto: Per bo uem errantẽ/et asinum iacentẽ sub onere: possunt intelligi no biles et agricole: vel laici et cle rici. Nam hi duo status homi num tanta molestia in plerisqz locis hodie premũtur/ qꝫ pene deficiũt. Et hoc instantib⁹ bel lis et querelis principum/et pe ne deficientibus illis rebus se cundis. Quod vidẽtes/aut sal tim intelligẽtes principes/de berent merito cessare a bellis: et intendere paci: vt sic subditi possent inopem defendere vi tam: vt sic aliquantulum suble uentur/quivbiqz succumbunt: ita vt dicere videantur/ qꝫ me lius est illis mors qꝫ vita. Un de Eccl's. iiij. Laudaui magis mortuos/qꝫ viuentes: et felicio rem vtrorumqz iudicaui q nec dum natus est/ nec vidit mala que sub sole fiunt.

¶ Moraliter et sexto: et con for miter ad magistrũ Nicolaũ de Lyra: per bouem et asinũ errã tes/ possunt intelligi archidia coni/decani/et curati/ q suppor tant onera episcoporum. Ille igitur qui videt aliquem de il lis oppressum onere cure sibi impo

impossibile: sciens quod ipsum potest subleuare: non debet hoc dimittere propter odium prelati ergo se. Hec ille.

¶ Uel sic secundum eundē de Lyra: Si occurreris boui inimici tui / aut asino erranti: reduc eum. i. si videris aliquem de subditis prelati vel curati odientis te / ab eius obediētia irrationabiliter recedentem: debes eum reducere per bonū consilium et exhortationē ad debitam obedientiam: nō obstante odio dicti prelati vel curati contra te.

¶ Allegorice et primo / per inimicū intelligitur populus infidelis / qui est inimicus populi fidelis: de quo potest dicere ipse populus fidelis illud Christi verbū Luce. xj. Qui non est mecum. s. fide et charitate / contra me est. Per bouem autē errantem / intelligūtur Iudei / qui olim fuerunt sub onere legis: nunc aūt errantes a via veritatis. Per asinum vero designātur heretici. Nos igitur tam Iudeos quam hereticos debemus predicationibus / bonis monitionibus / orationibus et sanctis exemplis reducere ad viā veritatis et eterne salutis: quia vnicuique mādauit deus de proximo suo: vt. s. procuret eius salutē / prout scit et potest. Non enī possunt ex seipsis surgere: quia Iudei sunt prostrati in terrā sub onere legis. Et heretici similiter succumbunt grauissimo oneri heresis sue. Orandum est ergo pro ipsis / vt dominus dignetur eorum / corda illuminare / et de suis iniquitatibus subleuare.

¶ Allegorice et secundo / ante Christi aduentum eramus omnes ferme errantes a via iustitie: et veritatis eterne. iuxta illud Esa. liij. Omnes nos quasi oues errauimus: vnusquisque in viam suam declinauit: et posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrū. Itē eramus iacentes sub onere peccatorū: sed Christus i suo benedicto aduentu reduxit nos ad viā salutis / dicēs illud Io. viij. Ego sum lux mundi: qui sequitur me nō ābulat i tenebris / sed habebit lumen vite. Item subleuauit nos de terra / vt appeteremus celestia: vel subleuauit nos ab onere peccati / vt post eum ascenderemus in celum.

¶ Allegorice et tertio / in precedenti textu notatur differētia inter legem veterem et nouā. Uetus enī valde onerabat: vnde et lex oneris dicebat. Nam prosternebat obseruatores suos. vsque in terrā / dū promittebat mercedē tēporalē illis / dicens illud: Si me audieritis / et mandata mea seruaueritis / bona terre comedetis. Promittebat etiam terram fluentem lacte et melle. At vero lex gratie subleuat obseruatores suos / dum promittit eis celestia: dicens Mat. xix. Si vis ad vitam ingredi / serua mandata. Propterea idem saluator de dicta lege gratie loquens ait Mat. xj. Iugum meum suaue est / et onus meum leue. Nos igitur catholici non amplius iacemus sub onere legis antique: quia ab eius onere liberauit nos Christus per gratiā suā: et sursum subleuauit nos per spem.

¶ Anagogice istud preceptū de reductione bouis aut asini errantis/valde bene impletur ab his qui sunt i ecclesia triūphante i respectu aliquorū qui sunt in ecclesia militante: dum ciues celi orant pro viatoribus errantibus/siue in fide/siue in via morum: vt mediantibus suis precibus dignetur dominus reducere eos ad viā salutis. Itē subleuant predicto modo illos qui iacent sub onere peccati. Propter quod orat ecclesia dicens: Adiuuent nos eorum merita/quos ppria impediunt scelera: excuset intercessio/accusat quos actio: et qui eis tribuisti celestis palmam triumphi: nobis non deneges veniā peccati/vt ad eorum peruenire mereamur societatem. Dicit igitur sancti non dedignātur nos peccatores/nec nos ptranseunt: sed benigne et charitatiue suis sanctis precibus subleuant nobiscum sarcinam peccatorum nostrorum. Rogemus igitur eos deuote/dicentes: Orate pro nobis omnes sācti dei ꝛc.

¶ Tertia clausula.

Non declinabis in iudicium pauperis. Mendacium fugies: insontē et iustum non occides. Quia auersor impium. Nec accipies munera/que etiam excecant prudentes/ꝛ subuertunt verba iustorum. Peregrino molestus non eris. Scitis enim aduenarum animas/ quia et ipsi peregrini fuistis in terra Egypti.

¶ Historialiter / postquam in precedenti clausula posita est lex a domino/per quam regulatur homo in ordine ad inimicum suum: reddendo ei bonum pro malo quoad subuentionem bouis/aut asini illius: hic consequenter ponuntur alie leges per quas iterum informantur a domino iudices. In his igitur verbis iterum reuertitur dominus ad quemlibet iudicem informandum: ꝛ hoc iterum multipliciter. Primo dicendo: Non declinabis in iudicium pauperis. Ac si diceret: Sicut non debes tu iudex declinare in iudicio pro parte pauperis / quia pauper est: opprimendo diuitem: ita nec debes fauere in causa iniusta diuiti contra pauperem: quia sic agendo effice accepror personarum / quod magnum vitium est in iudice. Debes em̄ tu iudex imitari q̄tū potes iudicem illum supremum: de quo Act. x. dicit Petrus: In veritate cōperi / quia non est personarum acceptor deus: sed in omni gente qui timet eum / ꝛ operatur iustitiā / acceptus est illi. Hinc Psalmista ait: Recte iudicate filij hominum. Et glo. interlinea. Non declinabis acceptando personam in iudicio. Sequitur alia regula: Mendacium fugies. Quamuis enim in quolibet homine mendacium sit vituperabile / maxime tamen in iudice/a quo omnis veritas debet

debet audiri et procedere: qz est in officio et statu obseruan de veritatis. Sequitur alia regula: Insontem et iustum non occides. Dicit ergo insontem: id est innocentem et iustum non occides: quia teste Psalmista: Sanguinem sanctorum suorum vlciscetur dominus: et vindictam retribuet in hostes eorum. Huius autem contrarium egit Joab: qui interfecit duos viros meliores se: vt legitur .iij. Regum .j. Sed quid dicendum de iudice qui scit innocentiam eius quem iudicaturus est? De hoc satis dictum est in solutione ad primum dubium prime clausule huius .xxiij. capituli. Ibi enim dictum est resolutorie: q si iudex non possit ad alium materiam remittere: quia forte superiorem non habet: non peccat iudicando insontem (secundum allegata et probata) ad supplicium mortis: secundum exigentiam casus de quo falso accusatur. Non enim iudex interficit ipsum: sed illi qui falso accusant eum: qui tamen non possunt conuinci de mendacio. Sequitur alia regula: Nec accipies munera: etiam pro iudicio vero. Non enim debet iudex vendere veritatem sine iustitiam suam. Si enim sit iudex inferior debet esse contentus stipendiis suis: alias resignet officio: quia sicut nemo cogitur propriis stipendiis militare: vt dicit Apostol. j. Corinthiorum nono: ita nemo tenetur exercere officium iudicature sub alio propriis stipendiis. Et sicut dicit beatus Joannes Baptista militibus venientibus ad eum: et ipsum interrogantibus: et dicentibus: Quid faciemus et nos? Contenti (inquit) estote stipendiis vestris. Lu. iij. Ita posset dici de minis iudicibus. Si autem talis iudex sit superior: tunc debet esse contentus redditibus suis: quos recipit a communitate pro obseruatione iustitie: que excecant prudentes: quia si acceptat iudex munera pro iustitia deferenda: et tali assuefactione inclinabitur ad accipiendum pro iustitia sustinenda: et sic excecabitur: Eccli vigesimo: Exenia et dona excecant oculos iudicum: et quasi mutus in ore auertit correctiones eorum: id est talia dona faciunt iudices mutos: sicut os proiectum in ore canis: facit ipsum obmutescere. Nec solum simple dona excecant prudentes: verumetiam subuertunt verba iustorum: vt hic dicit dominus: quia qui prius loquebantur veritatem iustitie: postea loquuntur ad contrarium. Et qui promiserant quando fuerunt primum facti iudices: defendere veritatem: quandoque postea propter munera defendunt falsitatem. Idem etiam quandoque faciunt aduocati testes: et ceteri ministri iustitie. Unde Esaie quinto: Ue q iustificatis impium pro muneribus: et iustitiam iusti aufertis ab eo. Et breuiter: beatus est qui excutit manus suas ab omni munere: vt dicit idem Esaie xxxiij. Unde Moyses: Samu

el: et Paulus/ gloriantur se a suis subditis nihil accepisse. Sequitur: Peregrino molest⁹ non eris. Ut aūt dicit de Lyra/ peregrinus hic/ dicitur homo trāsiens terrā alienā: quē iudex nō debet molestare/ retardando: facere sibi iudiciū/ de iniuria sibi facta/ vt iter suū possit quātocyus exequi. Job xxxj. Si despexi pereūtē &c. Patent ergo plures regule posite pro iudicibus.

¶ Circa aūt hunc textū possunt moueri aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū/ iuxta illam primam regulā: Non declinabis in iudiciū pauperis. Queritur quid facere debet iudex: et ad quam partem declinare in casu in quo sunt eque fortes rationes et testes pro paupere/ sicut pro diuite? Dicendum/ ꝙ iudex tunc debet suspendere iudiciū: et interim perampli⁹ perscrutari veritatem/ iuxta illud Job. xxix. Causam quam nesciebam/ diligentissime inuestigabam. Sic enim egit Salomon in iudicio inito inter duas meretrices/ recurrendo ad cōiecturas. iij. Regum tertio.

¶ Secūdū dubiū: Quis grauius peccat iudex pronūciās iniquam sententiam scienter/ vel testis scienter ferens falsū testimoniū? Dicēdū ꝙ iudex/ eo ꝙ est persona magis solennis in iudicio/ a que debet veritas elucescere & palam fieri. Testis aūt non requiritur/ nisi vbi res est dubia. Item ad iudicem spectat dirigere testes quantū fieri potest/ vt veraciter deponant. Insuper maius scandalū natū est sequi ex mendacio iudicis/ ꝙ testis: et ideo grauius est mendaciū in iudice (ceteris paribus) ꝙ in testibus.

¶ Tertiū dubiū mouet̄ ꝓpter illud verbū: Mēdaciū fugies. Queritur ergo quomodo ista lex differt ab illa que prius posita est: scilicet in prima clausula hui⁹ capituli/ in qua dicitur: Non suscipies vocem mendacij? Dicendum/ ꝙ multū differt. Illa enim respicit iudicij discussionem tantum/ hoc aūt respicit cause discussionē. Uel dic/ ꝙ illa respicit testē/ hec autem iudicem. Ab vtroqꝫ enim procul debet esse mendacium/ qꝛ deus teste Psalm. perdet omnes qui loquuntur mendaciū. Uel dic/ ꝙ sic differunt: qꝛ plus est mendaciū fugere (qđ hic precipitur) ꝙ non suscipere/ quod ibi precipiebatur.

¶ Quartū dubiū oritur circa illud: Insontem et iustum non occides. Queritur ergo de muliere pregnante que optime meruit mortem/ que si occidatur paruulus insons occidit̄. Ad hoc dicendū secūdū iura/ et ita practica habet/ ꝙ debet expectari partus mulieris pregnantis usquequo tradatur ad suppliciū mortis: etiam quantumcunqꝫ culpa illius requirat accelerationem. Et quamuis in iminente feroci bello tradantur mulieres pregnantes/ similiter et paruuli/ morti: hoc tamen est de per accidens: qꝛ aliter non possunt quādoqꝫ nocentes puniri. Quātū tamē fieri potest/

parcendū

parcendū est talibus personis que non dederūt causā bello.

¶ Quintum dubium: Quare addit dominus dicens: q2 aduersor impium. Ratio hui9 est: Prius enim immediate premiserat dicens: Insontem et iustū non occides. Ad insinuandū ergo grauitatem culpe occisionis innocentis: mox subiungit dominus: q2 auersor impiū.i. talem iudicem impiū (qui sciēter occidit insontem) auersor .i. impunitum non relinquam: quamuis effugiat frequenter iudicium hominum. Unde Saguin9 in chronica sua refert de quodam preside Parisieñ. cui cognomētum erat Lanaquerie: q cum rex Francie mādasset sibi vt ferret sententiam: q̄ sibi non videbatur equa: aut q cederet officio presidis: maluit perdere officiū: q̄ iniustū ferre iudiciū. Unde pro tempore priuat9 fuit officio: sed postmodum restitutus est: intellecta eius constantia et equitate bona.

¶ Sextum dubiū mouetur propter illud verbū: Nec accipies mūnera: que etc. Queritur ergo si domini presides et consiliarij supremarū curiarum peccent accipientes species post latam sententiam: ab illa parte pro qua ferunt sententiam? Distinguendum est de huiusmodi speciebus: quia aut sunt moderate: et ex quadam gratuitate oblate ab eo qui hoc bene potest: aut exiguntur: q̄si ex debito. Si primū: sic nō peccant recipientes et percipientes huiusmodi species: q2 gratis offeruntur etiā in recognitionem laborū assumptorū in expeditione cause. Hoc tamen intelligitur quando offerūtur post latam sententiā: quia ante nō licet: ne videatur ex hoc iustitia corrumpi. Ubi autē huiusmodi species sunt immoderate: et exiguntur quasi ex debito: hoc non licet. Unde ad hoc euitandum dantur stipendia dñis supreme curie de erario publico: etiam sufficientia ad decentem manutentionem sui status. Alias possunt resignare officio.

¶ Septimum dubiū mouetur propter illud verbum: Peregrino molestus non eris. In peregrino enim possunt reperiri defectus: sicut et in alijs: cur ergo bonus iudex non faciet de eo iudicium et iustitiā: sicut et de indigena: vel ciue? Dicendum: q sicut pauperis non est miserādum in iudicio: vt pro eo feratur sententia iniusta contra diuitem: vt dictū est: sed vnicuiq3 reddenda est iustitia sibi debita: non habito respectu ad persone statum: ita in proposito iudex debet facere peregrino in causa iusta contra indigenam: et nō alias. Et hoc etiam importat hoc nomen molestus.

¶ Octauū dubiū mouet propter illud verbū: Nec accipies munera. Querit ergo vnde viuere poterāt tūc tēporis dñi iudices: maxime cū nulli redditus essent illis assignati a republica? Dicēdū: q tūc tēporis sacerdotes habebāt primitias: decimas: et oblatiōes. Principes aūt alijq3 assumerentur de toto populo: habebāt pro-

 prias

prias possessiões, sicut alii: ex q̄b⁹ poterant viuere. Quia ꝓ principat⁹, siue officiū iudicature, est opus laboriosū ⁊ sollicitudinib⁹ atq̄ sarcinis plenū: et cū hoc in tēporalib⁹ infructuosum: nō multū affectabat̄ a popularib⁹: ⁊ per consequēs seductionis materia tollebat̄. Uel dic, ⁊ forte veri⁹, ꝙ dabat̄ huiusmodi iudicib⁹ salariū de erario publico: licet nō exprimat̄. Quia cū bonū cōmune sit meli⁹ q̄ bonū vnius: laudabili⁹ est seruire reipublice, q̄ priuate ꝑsone. Cū ergo q̄ seruit priuate ꝑsone debeat cito habere mercedē, iuxta illud Leuitici. xix. Nō morabit̄ opus mercenarii tui vsq̄ mane. Et similiter idem repetitur Deuter. xxiiii. Et Tobie. iiii. cōsequēs est, ꝙ seruiens reipublice debeat habere mercedē a republica. Iudex aūt seruit reipublice. Igit̄. Nimiū tamen merces erat moderata, ne officiū nimiū appeteret̄. Itē apo. j. Cori. ix. dicit, ꝙ q̄ altari deseruit: de altario viuere debet: ⁊ q̄ euāgelio, de euāgelio: ita ⁊ q̄ seruit reipublice, de repu. viuere debet. Itē bon⁹ iudex est magis necessari⁹ reipub. et pl⁹ illi seruit, q̄ miles. Cū igitur militi dentur stipēdia, q̄ nemo militat suis stipēdiis: vt dicit idē apost. Et Io. Baptista dicit militib⁹ venientibus ad eum, ꝙ debebāt esse cōtēti suis stipēdiis Mat. iij. Igit̄ et iudici debēt̄ stipēdia a repub.

¶ Nonū dubiū, q̄ō differunt aduena ⁊ peregrin⁹? Istō dubiū mouet̄ ꝓpter illud vltimū ꝟbū: Scitis aduenarū animas, q̄ et ipsi peregrini fuistis. Dicēdū, ꝙ sic differūt, q̄ aduena d̄r q̄ aliūde venit ad aliquē locū manēdi causa. Peregrinus autem dicitur, qui transit per terrā alienā, nec intendit in ea morā facere. Hic tū nō accipiūtur hec duo vt cōdiuiduntur: sed scd̄m ꝙ in hoc cōueniunt, ꝙ vterq̄ nō est idigena. Alias vt dicit de Pal. nulla esset rationis assignatio, cū d̄r: Scitis eni̅ aduenarū aīas, q̄ ⁊ ipsi peregrini fuistis ⁊c̄. Et est sensus, scd̄m glo. interl. Vos Iudei q̄ aliq̄n fuistis peregrini in terra Egypti: scitis experimēto q̄ō aduene ⁊ peregrini facile contristantur, cū non habeant vn̄ consolentur.

¶ Decimū dubiū, q̄ō ista lex differt ab illa supra posita: scʒ ca. precedēti, sub. vij. clausula, vbi d̄r: Aduenā nō ꝯtristabis ⁊c̄. Dicēdū, ꝙ multū differūt, q̄ illa lex fuit gn̄aliter oīb⁹ data. Hec aūt tm̄ specialiter datur iudicib⁹: vt patet intuēti textū.

¶ Moraliter ⁊ primo, ꝑ hoc ꝙ dn̄s prohibet iudici ne faueat pauperi intuitu paupertatis, ⁊ ī causa iniusta: dat̄ intelligi ꝙ nō sunt faciēda mala ꝓpter bonū finē, vel ꝓpter aliquā circūstantiā q̄ videt̄ de se bona: Nā etsi dare elemosynā pauperi, sit de se bonū: nō licet tn̄ furari ad hūc finem. Bonū eni̅ (secūdū Dionysiū) ꝯsistit ex integra causa. Bonū est ergo fauere pauperi, in materia iusta: sed nō in materia iniusta. Nec sunt faciēda mala, vt inde eueniant bona.

¶ Moraliter ⁊ secūdo, iuxta illud verbū: Mendaciū fugies.

Notan-

Notandū / q̃ nō solum fugere debem⁹ mendaciū oris: verum etiā mendaciū operis. Nā teste Ambro. ₇ recitat̃. xxij. q. v. cauete. Mendaciū non solū ī falsis verbis cōsistit: verū etiam ī simulatis operib⁹. Mendaciū nāq₃ est se Christianū dicere: ₇ opera Christi nō facere. Mēdaciū est episcopum sacerdotem vel clericū se profiteri / et cōtraria huic ordini operari. Patz ergo q̃ factis mētimur / sicut verbis: ₇ factis negamus Christū / sicut v̄bis. Itē Hier. ₇ recitat̃. xj. q. iij. c. Nimiāt. dicit q̃ nō solū negat̃ Christ⁹ voce in tormētis: verū etiā negatur malis operib⁹. Ipse nēpe Christus est sapiētia / iusticia / veritas / sanctitas / fortitudo. Negatur igit̃ p̄ insipiētiā sapiētia: p̄ iniquitatē iusticia / p̄ mēdaciū veritas / p̄ turpitudinē sanctitas: p̄ imbecillitatē animi / fortitudo. Et breuiter quotiēs vincimur a vitijs / deū negam⁹. E contrario aūt quotiēs bene q̄d agim⁹ / deū cōfitemur. Nec arbitrādum est in die iudicij illos tātum a filio dei denegandos / q̄ in martyrio Christum negauerūt: sed ₇ illos oēs q̄s opere vel sermone / vel cogitatione Christ⁹ neq at⁹ negat / vel cōfessus cō iret. Hec Hierony. Patet ergo q̄mō facto ₇ opere quidā agūt cōtra illā legē / Mēdacium fugies.

¶ Moraliter et tertio / iuxta illam legē sequentē: Insontem et iustū non occides. Notandum per oppositum ad precedentem legem / q̃ hec lex non solum transgreditur facto et opere: verum etiam verbo et lingua: quia qui detrahit fratri suo / aut iniuste eū odit / homicida est. Unde Clemens in quadam epistola / et ponitur de pe. di. j. homicidiorum. Homicidiorum (inquit) tria genera dicebat esse beatus Petr⁹ / ₇ penā eorum parilem fore dicebat. Ubi glo. i. similem quo ad deū: alias asperior penitētia imponit̃ interfectori. Sequitur vbi supra: Sicut enim homicidas interfectores fratrū / ita detractores quoq₃ eorum / eosq₃ odientes homicidas esse manifestabat: ₇ q̄ occiderit / et qui odit fratrem suū / ₇ qui detrahit / pariter homicida esse demonstratur. Hec ibi.

¶ Moraliter et quarto / iuxta illud v̄bū: Nec accipies munera ₇c̄. Notandum / q̃ dominus non solum interdicit dominis iudicib⁹ munera a manu: que scilicet consistunt in auro vel argento: verum etiam munera a lingua vel ab obsequio: ne scilicet principaliter ferāt sententiam propter preces vel obsequia prestita vel prestanda: ideo Esa. notanter dicit / vniuersaliter loquendo / illum iudicem esse beatum qui man⁹ suas excutit ab omni munere. Esaie. xxxiij. qui nec etiam pro causa iusta accipit munera / quia iudicium debet libere dari ₇ pronunciari: vt dictum est. Unde Job. xv. Ignis deuorabit tabernacula eorū q̄ munera libenter accipiunt. Circa quod notandum: secundū dominū Petrū de Pal. q̃ triplex est mun⁹. Primū a corde qd̄ q̄rit hypocrisis: scd̄m a ligua qd̄ q̄rit vanis gl̄ia: tertiū a manu /

quod querit auaritia. Dicit ergo dñs vniuersaliter cuilibet iudici: Non accipies munera, quecunq sint illa.

¶ Moraliter et quinto, iuxta illud: que etiã excecãt prudẽtes. Notandũ, q munera excecant prudẽtes, sicut puluis posita ante oculos visũ ipsos excecat. Itẽ sicut stercora calida cadentia super humanos oculos, ipsos excecãt: sicut patuit de Tobia. ij. ca. Bona aũt tẽporalia sunt tanq stercora: vt dicit Apost. Phili. iij. Omnia (inquit) tẽporalia arbitratus sum tanq stercora: vt Christũ lucrifacerem.

¶ Moraliter et sexto, notandũ iuxta illud, Peregrino molestus non eris: q quilibet in p̄senti cõstitutus est tanq peregrinus: quia sicut peregrinus dicitur ille qui sine magna mora trãsit p terrã aliquã: ita et homo in presenti nõ facit nisi trãsire versus celũ: iuxta illud verbum Apost. Hebre. xiij. Nõ habemus hic manentem ciuitatem, sed futurã inquirimus. Et ideo Petrus sic alloquit homines viatores in sua prima canonica. ij. c. Obsecro vos tanq aduenas et peregrinos etc. Ad modũ eñ peregrini non cessam⁹ discurrere, et nunq in codẽ statu sistere, quousq ad domũ nostrã, scz in celũ valeam⁹ peruenire: dicẽtes terre cum Seneca in epitaphio: Nãq animã celo reddim⁹, ossa tibi. Et breuiter verũ est qđ dicit Apost. ij. Corin. v. Quãdiu sum⁹ in corpore, peregrinamur a dño. Nã vt dt Senec. natura dedit nobis hic nõ habitandi, domicilijs ꝑ peregrinãdi diuersoriũ.

¶ Allegorice et primo, notandũ, q in passione Christi factũ est totũ oppositũ his que hic dicunt a dño. In primis nãq Pilatus declinauit a vera iustitia pauperis Christi, q adiudicauit satisfieri petitioni Iudeorũ, petentiũ vt ipse Christ⁹ crucifigeret, et Barrabas dimitteret. Itẽ mendaciũ nõ fugit, sed audiuit: quando Iudei dixerunt coram eo de Christo: Hunc inuenim⁹ subuertentem gentẽ nostrã, et prohibentẽ tributũ dari Cesari, et dicentẽ se regem Christũ esse. qđ reputabant falsum: qđ tamen verum erat, quia regnũ suũ non esset de hoc mundo: vt ipsemet ait. Itẽ ipse Pilat⁹ directe egit cõtra illud, Insontem et iustũ nõ occides: quando adiudicauit Christũ innocentissimũ morti crucis. Similiter egit cõtra illud: Nõ accipies munera: quãdo propter munus a lingua et parte Iudeorum, adiudicauit Christũ morti: vt dictũ est. Denicq peregrino Christo idẽ Pilatus (tanq iudex iniqu⁹) valde molestus fuit, etiã vsq ad mortẽ: cũ tamen prius dixisset ei: Nescis q potestatẽ habeo dimittere te, et crucifigere te? Mat. xxvij.

¶ Allegorice et scḋo, oĩa ista possunt exponi de heretico, q agit omnia contraria. Omnis eñ heretic⁹ pauper est, q non habet deũ secũ: et cũ hoc declinat in iudiciũ pauperis: fauẽdo (quãtũ potest) alteri heretico. Itẽ nõ fugit mendaciũ, sed ipsum sequit: dũ heresim, q est falsũ dogma, et veritati catho-

lice

Nec aduersariū pertinaciter inse quitur et amplectitur. Item hereticus si potest viribus preualere insontem et iustum .i. deuotum et sincerum catholicum occidit: quia si non semper manu et facto / saltim ore / vel spiritualiter trahendo eum (si potest) ad sectam suam: et sic ipsum corrumpendo. Item hereticus contra morem iniquorum iudicum / dat frequenter alijs prius iustis munera: vt eos corrumpat. Item commune est omni heretico / vt peregrino molestus sit: vbi per peregrinum potest intelligi ille qui recedit a priori heresi / et redire disponit ad gremium matris sue ecclesie. Huic ergo pio peregrino molestus est hereticus / dum retrahit eum (quantum potest) ne perficiat quod bene cepit.

¶ Allegorice et tertio / et signanter circa illud verbum Innocentem et iustum non occides. Notandum quod impij Iudei totiens contra hanc legem fecerunt / quotiens sanctos dei prophetas occiderunt / sicut patuit de Esaia / Hieremia / Michea et huiusmodi. Et hoc est quod improperabat illis Christus Mat. xxiij. dicens. Hierusalem Hierusalem / que occidis prophetas / et lapidas eos qui ad te missi sunt: sicut patuit in antiquis prophetis. Unde legitur .iiij. Re. xxj. quod tempore regis Manasse effusus est sanguis innocens in Hierusalem: vt impleretur hec sanguine vsque ad os. Propterea dixit illis Stephanus Act. vij. Quem(inquit) prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Occiderunt enim eos qui prenunciabant eis de aduentu Christi / cuius proditores et homicide fuistis. Hec ibi.

¶ Allegorice et quarto / omnia ista iuste exponi possunt de iudice Christo / qui in die iudicij non declinabit tunc supple a iustitia in iudicium pauperis: sed in fauorem diuitis: sed faciet tunc iudicium et iustitiam in terra: Hiere. xxiij. sed in valle Iosaphat. Nec erit tunc in eo acceptio personarum. Item cum ipse sit veritas per essentiam / restat vt mendacium procul sit ab eo. Ipse enim Ioan. xiiij. ait: Ego sum via / veritas et vita. Item tunc dicere poterit: quod olim dixit Pilato. Ioan. xviij. Ego ad hoc veni in mundum / vt testimonium perhibeam veritati. Similiter tunc insontem et iustum non occidet: supple eternaliter: sed potius viuificabit in celesti gloria / quando dicet his qui a dextris eius erunt: Uenite benedicti et ce. E contra autem aduersabitur impijs / dicens: Ite maledicti in ignem et ce. Tunc etiam non accipiet munera. Prouer. vj. Zelus et furor viri .i. Christi non parcet in die vindicte .i. in die iudicij: nec acquiescet cuiusque precibus: nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Item Sopho. j. Argentum eorum / sed reproborum / et aurum eorum non poterit eos liberare in die ire domini. Tunc denique idem iudex Christus peregrino molestus non erit .i. electo / qui in presenti peregrinatus est versus celum: quia et ipse peregrinatus est in terra Egypti .i. in presenti mundo tenebroso / respectu celi / quamdiu in eo mansit mortalis et passibilis.

¶ Anagogice per pauperem potest intelligi malus angelus / circa quem non declinauit dominus in fauorem diuitis .i. boni angeli ipsum persequendo / et de celo eijciendo / sed quicquid circa eum fecit / in vero iudicio fecit. Ipse enim aduersatus est tunc impio .i. ipsum

ipsum malignū angelū. Econtra autē insontē ꝛ iustū.i. ipm bonū angelū non occides: supple nec spiritualiter nec eternaliter. Qđ aūt dicit: Non accipies munera. referendū est ad meritū angeli: propter qđ principaliter nō est salutem eternā consecutus: sed et misericordia dei: ita vt ipsi boni angeli merito dicere possint illō verbū Apost. Tit. iij. Non ex operibus iustitie que fecimus nos: sed secundū suā misericordiam saluos nos fecit. Qđ aūt finaliter subdit: Scitis enim aduenarū animas: qꝛ ꝛ ipsi peregrini fuistis in terra Egypti. Hoc totū potest referri ad dictos bonos angelos: qui sunt custodes nostri: ꝛ qui cōpatiūtur animabus nostris quādiu sumꝰ aduene et peregrini in p̄senti seculo. Cuius ratio est: qꝛ ꝛ ipsi peregrini fuerunt. i. viatores in terra Egypti. i. priusq̄ peruenirēt ad clarā dei visionē: siue cognitionē matutinā. Nā prima eoꝝ cognitio vespertina fuit que p terrā Egypti designat. Egyptꝰ enī interpretat tenebra: qꝛ ꝛ hmōi cognitio quodammodo tenebrosa fuit. i. obscura: respectu cognitionis matutine: ꝛ clare dei visionis. Et sic patet de expositione anagogica: circa quā si nō dixi vt debui: ignoscāt mihi benigni ꝛ studiosi lectores.

¶ Quarta clausula.

Sex annis seminabis terram tuam: ꝛ cōgregabis fruges eiꝰ. Anno autē septimo dimittes eam: ꝛ requiescere facies: vt comedant pauperes populi tui: et quicquid reliquū fuerit: edant bestie agri: ita facies in vinea: ꝛ in oliueto tuo. Sex diebus operaberis: septima die cessabis: vt requiescat bos ꝛ asinus tuus: ꝛ refrigeret filiꝰ ancille tue: ꝛ aduena. Omnia que dixi vobis custodite: ꝛ per nomen externoꝝ deorum nō iurabitis: neq3 audietur ex ore vestro.

¶ Historialiter postq̄ in precedenti clausula dn̄s informauit quēlibet iudicē: ostendens quomodo ꝛ qualiter debeat se habere in iudicio circa diuersas personas: hic consequēter informat agricolas et viticolas: ostendens qualiter se debeāt habere circa cultū terre: dicens: Sex annis ꝛc̄. Deinde docet omnes quodāmodo vitare cultū falsoꝝ deoꝝ: cū addit: Et per nomen externorum deorū non iurabitis. Dicit ergo dn̄s vel Moyses in persona dn̄i: Sex annis seminabis terrā tuā. in quo notat fertilitas terre promissionis: que per sex annos cōtinue seminabat: ꝛ afferebat fructū: vbi tamen alie non tā sepe fructificāt: sed frequenter dimittunt inculte: vt quiescant ꝛ impinguent. p anno sequenti. Congregabantur aūt per ānos sex fruges terre: ꝛ reponebant intra horreum. Anno aūt septimo dimittebā tur in vsus pauperū. Qualiter aūt hoc fieret: dicet in sol. ad primū dubium. Consequenter idem deus ꝛ dominus instruit agricolas qualiter debeāt occupari circa cultū terre: q̄tum ad tēpus nō annoꝝ (vt supra immediate) sed dierū dicens: Sex diebus operaberis. Unde

instruit

instruit populũ de faciẽdis in religione: quantũ ad duo precepta legis: scʒ tertium ⁊ secũdum. Unde quantũ ad tertiũ preceptũ dicit: Sex dieb⁹ operaberis: septima aũt die cessabis: scʒ a seruili opere: ⁊ vacabis cultui diuino: vt requiescat bos ⁊ asinus tuus: vacãdo dei: ⁊ refrigeretur (data scilicet quiete) filius ancille tue: ⁊ aduena. Loquitur autem specialiter de illis duobus generibus personarum: quia per sex dies quib⁹ operari licet: plus ceteris occupant̄ in exercitio ⁊ labore: ⁊ minus datur eis requies: Omnia quecũq̧ dixi vobis: custodite. Hoc specialiter intelligit̄ de pertinentibus ad obseruantiã sabbati: que sunt plura. Ra. Sa. aũt dicit: ꝙ hoc dicit̄ ad subintelligendũ vasa Hebreorũ: de quoꝝ requie nõ fecerat mentionẽ: que tamen etiã debent quiescere die sabbati: nec licitũ est eis ea locare vel accommodare gentilibus ad faciendum opera sua: vt securi ad scindendum ligna ⁊ huiusmodi.

¶ Postquam dominus instruxit agricolas dupliciter quomodo se debeãt regere: consequenter instruit omnes ad eũdem finem dicens: Et per nomen externorum deorum non iurabitis. Licitum est ergo interdum iurare: scilicet ad cõfirmationem veritatis super aliqua re: de qua poterat dubitari: inquantum scilicet per iuramentum inuocatur deus testis illius rei de qua iuratur. Propter quod iurans profitetur deum esse infallibilis veritatis. Et quia dij externi siue extranei: seu idola: non sunt infallibilis veritatis: sed pleni falsitate ⁊ mendacio: secundũ ꝙ dicit Christus de diabolo Joan. viij. ꝙ mendax est ⁊ pater eius. Restat ꝙ actus latrie nõ est eis exhibendus: scilicet iurando per nomen eorum. Sequitur: Neq̧ audietur ex ore vestro. Hoc autem exponit dictus Ra. Sa. dicens: ꝙ nõ est licitum Judeis dicere vel facere aliqua cum Gentilibus: propter que ipsi iurent per nomina idolorum suorum. Est ergo sensus: Neque audietur ex ore vestro: id est: ex ore vestro non exibit verbũ: per quod audiatur iuramentum per idola: etiam factum a gentilibus. Quantum ergo ad secundum preceptũ dicit: Et per nomen externorum siue extraneorum deorum non iurabitis: scilicet nec in occulto: nec in publico: neq̧ audiet̄ ex ore vestro: supple tale iuramẽtum. Rationẽ autẽ huius legis assignat glo. ordina. dicens: ꝙ deus permittit per nomen suum iurare. Nõ quia bonum sit iurare absolute: et quasi per se appetibile: sed quia sciebat homines ad iurandum esse pronos: ideo nõ vult vt iurẽtur per nomina externorum deorum: ne scilicet ex frequenti iuramento inducantur ad cultum eorum: sicut hostias non approbat deus: quantũ scʒ ad opus operatum: mauult tamen deus sibi sacrificari q̃ idolis. Ita in proposito.

¶ Circa autem hanc quartam clausulam possunt moueri aliqua dubia.

Primum

¶ Primum igitur dubiū: Utrum hodie terra promissionis sit adeo fertilis: sicut tēpore Moysi: ita vt possit per sex annos cōtinuos seminari et colligi? Dicēdum ꝙ non: et hoc absq; sui notabili sterilitate: que singulariter orta est in penā passionis Christi: et prophetarum atq; apostolorū eius. Unde Psal. Dedit terram eorum fructiferā in salsuginem: a malitia inhabitātium in ea: id est: posuit dñs ex magno cōsilio suo terram promissionis (que olim proferebat fructus vberes) in salsuginem: id est: in sterilitatem. Sal enim sterilitatē generat. Et hoc totum a malitia inhabitantium in ea: primo quidem Judeorū: persequentium Christū: secundo vero idololatrarū gentiliū: q̄ inde partim electis ipsis Judeis: et partim occisis per Titū et Uespasianum ibi dominati sunt. Sicut enim tempore diluuij: terra prius fertilis valde deteriorata est: ita et terra promissionis in penam effusionis sanguinis Christi super eam: valde deteriorata est.

¶ Secūdum dubium mouetur propter illud verbū: Anno autem septimo dimittes eā. Queritur ergo: vtrum aduenīēte dicto anno septimo: Judei totaliter relinquerēt terram inculta: et absq; seminatione? Ad hoc dicūt aliqui: ꝙ sic. Nec tamē erat anno illo septimo omnino sterilis: quia cum colligerētur fruges in fine anni sexti: poterant multa grana hinc inde cadere in terram: et eam replere sufficienti semine pro anno septimo: ita vt non esset opus alia seminatione pro vsu pauperū. Circa hoc est duplex opinio. Prima quidem Augu. super Exod. q. lxxxix. Et similiter ponitur in glos. ordi. Dicit enim ꝙ anno septimo bene erat seminandū ab agricola: sed nō colligendum a dicto agricola: siue seminatore: sed totum erat dimittendū pauperibus. Ideo sequitur: vt comedant pauperes. Secunda autem est opinio Josephi et aliorum Hebreorū: dicentium ꝙ anno septimo nō erat seminandum: nec colligendum a dominis terre: sed debebant dimittere illa que sponte nascebant pauperibus. In cuius rei testimonium dictus annus dicebatur ann⁹ requietionis. Et vt dicit Petrus Comestor: si quid i eo anno ex preteritis frugibus succrescebat in campo: pauperes populi illud comedebant. Quod autem residuum erat pauperib⁹: comedebant bestie agri.

¶ Tertium dubium: Videt ex precedenti solutione sequi: ꝙ pauperes parum percipebant: quia tm̄ illā segetem quam humus se solo afferebat: vna forte cum aliquibus paucis granis: que tempore messis cadebant de spicis in terrā. Ad hoc respondet Josephus: et post eum Petrus Comestor: ꝙ q̄diu predicta lex domini bene et fideliter obseruata est: tunc in anno sexto intantum abundabāt fruges: ꝙ sufficiebant ad vsum septimi anni: atq; octaui: etiam ad sementem: quod valde magnum erat: et magna dei retributio pro exhibitione operum pietatis.

Quartū

¶ Quartum dubium: vtrum in anno septimo: qui dicebat annus requietionis (vt dictū est) dicebatur etiam annus remissionis: eo q non licebat in eo repetere debita: fieret i eo plenaria remissio omnium debitorum: sicut in anno iubileo? Dicendum: q non: sed tn̄ hoc verum est q in illo anno non licebat repetere hmōi debita. Nā solutio eorum sopiebatur ad tēpus: sed non plene extinguebatur sicut in anno iubileo.

¶ Quintum dubiū: Quare terra potius dimittebatur incolis lecta anno septimo: q̄ alio? Dicēdum: q ideo vt vniformitas obseruaretur. Unde Josephus: Non est (inquit) modicum vniformitatem seruare. Septimo enim die quiescebāt. Septimū mēsem habebant solennē: quasi ex toto: z septimo anno quiescebat terra equaliter z vniuersaliter: z non citius in vno loco q̄ in alio.

¶ Sextum dubiū est de vinea: que requirit specialem cultū: vt debite fructificet. Alias silvestris efficitur: et fructum silvestrem affert. Queritur ergo si dominus illius: anno septimo eam more solito cultiuaret: vt bonum fructum pauperibus afferret? Dicendum: q boni ita faciebant: etiam suis sumptibus: et hoc vsq ad vindemiationem illius quam relinquebant ex toto pauperibus colligendam. Si enim tunc agros suos seminabant: quos colligendos et metendos pauperibus dimittebant: vt dicit Augustinus: ita suo modo dicendum est de vineis: z alijs rebus requirentibus specialem cultum. Qui autem inter eos mali erant: forsan tunc pauperes defraudabant: tum in congregatione meliorum frugū: tum in mala cultiuatione vinee sue. In quo quidem facto sibiipsis nocebant: quia per negligētiā debiti cultus vinea sterilis aut siluestris efficitur.

¶ Septimum dubiū: Quomodo pauperes poterant pacifice z cōcorditer occupare segetes diuitum in anno illo septimo? Ad hoc potest mltipliciter respondere. Primo quidem q licitum erat cuilibet diuiti ponere quem pauperem vellet in possessione sua: et tunc nullus alius pauper poterat inde aliquid tangere absq consensu illius. Scdo potest dici q dicte segetes: vites: z oliueta erant primi occupātis. Tertio potest dici q plures pauperes simul poterāt intrare segetem vel vineam diuitis: z inde colligere quātū volebāt: z poterāt neie impediente. Qui autē aliter fecisset: per iudices legis: siue sacerdotes punitus fuisset. et ita concorditer z pacifice cuncta fiebant.

¶ Octauum dubium: Quomodo potest stare q diuites tenerētur in lege Moysi facere remissionem pauperibus populi sui: et q nullus esset egenus inter eos: vt habetur Deuterono mij. xv. Sic enī ibi dicit textus: Omnino indigens z mendicus non erit inter vos? Dicendum: q pauperes sunt in duplici differentia. Primi sunt pauperes qui publice et ostiatim mendicant. Et quia hoc verecūdum est:

est: ideo Judei tales abhorrebant: nec permittebant inter se habitare: et de talibus loquitur dominus vbi supra. Secundi autẽ pauperes sunt illi: qui in occulto interdum magnam patiuntur indigentiam: ita vt frequenter cogantur a diuitibus mutuũ accipere. Et tales etiã pauperes fuerũt inter Judeos. Unde vbi supra sic ait dominus: Non deerunt pauperes in terra habitationis tue. Jdcirco ego precipio tibi: vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi: qui tecũ versatur in terra. Tales etiam pauperes vsqꝫ nũc regnãt in terris: Christo dicente Matth.xxvj. Jtem Joan.xij. pauperes semper habebitis vobiscum: me autẽ &c.

¶ Nonum dubium: Unde pauperes populi Judeorum viuere poterant: exspirato anno septimo: in quo fiebat remissio: vt dictũ est? Ad hoc dicũt aliqui: ꝙ tunc colligebant annonam illis sufficientem vsqꝫ ad annum septimum sequentem. Sed illud est satis voluntarie dictum. Jnsuper ipsi pauperes non fuissent veraciter pauperes. Deniqꝫ fuissẽt melioris cõditionis simpliciter: ꝙ̃ diuites: qui per annos singulos habebant arare terram: & seminare atqꝫ colligere: que omnia laboriosa erãt. Hec autem non tenebantur facere pauperes: nisi ꝙ anno septimo tenebãtur colligere segetes que erant in cãpis. Dicẽdum est igitur: ꝙ annona quam tunc colligebant: ad minus infra annum consumebatur. Et post hoc sustentabant vitam suam: et suorũ: cum labore manuum suarum: sicut nunc facere solẽt multi manoperarij. Erant enim industriosi: et per industriam suam multa lucrabantur: tam a fratrib⁹ suis Judeis diuitibus: ꝙ̃ a gẽtilibus inter eos cõmorãtib⁹.

¶ Decimum dubium mouetur circa illud verbum: vt requiescant bos & asinus tuus. Queritur ergo vtrum animalia bruta in die festo teneantur quiescere ab operibus suis: quibus subseruiunt hominibus? Dicendũ: ꝙ ad hoc non tenentur de per se: sed tantũ homo qui agit per intellectum et voluntatem: et qui similiter potest deum laudare: cessando ob eius honorẽ ab operib⁹ exterioribus: vt possit amplius vacare operib⁹ interioribus et spiritualibus. Quia tamen bos vel asinus nõ habet qui ipsum dirigat in die festo: ideo necesse est ipm quiescere: sed hoc est de per accidens tm̃. Jnsuper quies corporalis talium animaliũ inducit (aut saltim inducere debet) hominem ad quietem spiritualem: et ad vacandum diuinis: ideo satis expedit vt quiescant.

¶ Undecimum dubium: Utrũ predicta remissio segetũ in anno septimo esset cõmunis omnibus pauperibus: tam de genere Judeorum: ꝙ̃ gentilium: inter eos habitantium? Dicendum: ꝙ non. Jn cuius rei testimonium: dicitur in textu: vt comedant pauperes populi tui. Et idem iudiciũ est de bestiis agri: quo ad consumptionẽ reliquiarum: que remanserant in agro. Et generaliter quoties cunqꝫ dominus voluit facere aliquã

aliquam gratiam populo Iudeorum: illa nõ fuit communis gentili populo: sicut patuit de manna in deserto: et huiõi.

¶ Duodecimum dubiũ mouetur propter illud verbum: Per nomen externorum deorum nõ iurabitis. Queritur ergo vtrũ liceat Christiano recipere iuramẽtum ab infideli alias licitum: qd fit per idolũ? Ad hoc respondet August. scribens ad Publicolam: dicens q̄ et si nõ sit licitum Christiano inducere gentilem ad iurandum per idolum suum: quia sic iurando veneratur idolum suum: quod non licet: si tamen gentilis habeat aliqua pacta cũ Christiano: et offerat se ad cõfirmandũ illa iurando per idolum: licitũ est Christiano illud iuramentum recipere. Idem dicit post Augustinum beatus Tho. ij.ij. q.lxxx. arti.iiij. in sol. ad.iiij.

¶ Moraliter et p̄mo: Per terram seminandam sex annis: intelligitur humana consciẽtia: que vt debite germinet: et fructum bonorum operũ afferat: debet in primis impinguari gratia spiritussancti. Itẽ debet diligenter arari: atq; hinc inde verti et reuolui per debitã cõtritionem. Tertio debet seminari per boni propositi assumptionem: siue bonorum operũ adinuentionem. Hoc autem debet fieri sex annis.i. toto tẽpore vite nostre. Unde Eccle.xj. Mane.i. in iuuẽtute: semina semen tuum: et vespere.i. in senectute ne cesset manus tua: quia nescis qd magis oriatur: hoc aut illud: et si vtrũq; simul: melius erit. Ante etiã scilicet ex. ix. sic dicitur: Quodcunq; facere potest manus tua: instanter operare: quia nec opus: nec ratio: nec sapientia: nec scientia erũt apud inferos: quo tu p̄peras. Preterea ad debite et diligenter seminandum: nos admonet optimus ille sator Christus Luc.viij. dicẽs: Exijt qui seminat: seminere semen suũ. Et qd cadit in terrã bonam: id est: in bonam conscientiam: affert fructum cẽtuplum. Ad idẽ etiam semen bonum pertinet qd subditur in presenti clausula: Sex diebus operaberis: id est: toto tempore vite tue. Hinc Galat. vj. dicit Apostolus: Dum tempus habemus: operemur bonũ ad omnes.

¶ Moraliter et secundo: Dominus Petrus de Palu. exponit hunc textum de diuitibus huius seculi: qui sex diebus.i. vita comite: toto studio congregãt fruges.i. diuitias: quas anno septimo: id est: in morte necesse habẽt dimittere. Sed q̄bus debent eas dimittere? certe pauperibus: et pijs locis: atq; in pios vsus: sine tamen defraudatione et spoliatione suorum heredum. Unde leges humane statuerunt vt nemo in lecto mortis cõstitutus posset disponere de bonis suis vltra q̄ntam partem. Propterea Augusti. et ponitur. xvij. q.j. c. vlti. qd incip. quicũq;. ait: Si q̄s exheredato filio heredẽ vult facere ecclesiam: querat alterum: nõ Augusti. immo deo p̄picio neminem inueniet. Unde ibi refertur de quodam: qui cum filios non haberet: nec speraret se geniturum: res suas omnes: at

vetento sibi vsufructu/donauit ecclie. Nati sūt autē ei postmodū filij: nec opinanti reddidit ep̄us ea que donauerat. In potestate habet episcopus nō reddere/ sed iure fori/ non iure poli. Hec ibi. Idem etiam ponit idem August. sermo. ij. de vita clericorum. Et ponitur. xiij. q. ij. si quis irascitur. Nō sunt ergo totaliter defraudandi heredes/ ꝛ signant' absq; culpa sua. Nihilominus pater moriēs nō debet tantum ad eos afficiꝭ/ vt postponat benefacere ꝓ remedio anime sue: ꝛ signant' si multa mobilia per se acquisita habet. Unde cum quidā cauidicus relinqueret multam pecuniam: ꝛ de hoc videret heredes suos iā inter se litigare/ ait: Lingua lucrata est hec bona/ ꝛ lingua etiam ea habebit: ꝛ sic totam illam pecuniam dimisit ecclesiasticis promissis soluēdis. Quicquid ergo vltra necessitatem/ ꝛ elecmosynas pauperum de bonis temporalibus remanserit post mortem: bestie/ id est amici carnales deuorabūt. Hic Eccli. x. dicitur: Cū morief homo hereditabit serpētes/ ꝛ bestias/ ꝛ vermes. Serpētes quidem: id est demones/ quantum ad animam: bestias autē/ quantum ad crudeles parentes: crudeles autem/ quantum ad temporalia: et vermes/ quātum ad corpus.

¶ Moral'r ꝛ tertio/ Hanc clausulam possumus exponere de illis qui vacant studio sacrarum literarum. Tales nēpe debent primum per sex annos. i. in iuuentute sua haurire scientiam abunde/ ꝛ congregare fruges/ quos postea effundant abūde. Non est ergo satis/ ꝙ homo cōgreget scientiam pro se/ verum etiam debet seminare pro pauperibus: id est/ pro illis qui nō habent sufficiētes literas/ quales hodie multi sunt.

¶ Uel per pauperes intelligi possunt heretici. Unde et quidam eorū dicti sunt pauperes de Lugduno. Tales enim vere pauperes sunt: eo ꝙ non habēt secum thesauros spirituales vere fidei ꝛ gratie dei. Huiusmodi ergo pauperes deberēt merito comedere de frugibus derelictis a diuitibus: id est/ suscipere puram ꝛ sanam doctrinā/ quam professores veritatis seminant/ et hincinde spargunt. Sed quia huiusmodi pauperes heretici habent semꝑ magnas personas/ secundū secul. fastum sibi fauentes: ideo negligunt seu cōtemnunt recolligere predictos fructus derelictos a diuitibus: id est/ a doctoribus veritatis.

¶ Moraliter ꝛ quarto/ notandum ꝙ hodie multi sunt similes Iudeis diuitibus/ qui anno sexto arabant terram atq; seminabant: sed nō colligebāt segetem illius. Similiter putabant ꝛ excolebant eodē anno vites ꝛ arbores/ quamuis non colligerent inde fructus: ita ꝛ principes multi (modica occasione habita) faciunt perdere vitam officiarijs suis/ confiscātes bona eorum mobilia ꝛ immobilia vsib⁹ suis/ sicut factū est olim de Aman. Hester. viij. Propter quod dicit Psal. Uidi impium superexaltatum et eleuatū sicut cedros Libani.

Transiui/id est post modicum tempus consideraui: et ecce nō erat: quesiui eum / et non &c. Et alibi/ Deiecisti eas dum alleuarentur: subito defecerunt/ perierunt &c. Uel dic/ quod multi agricole seminant agros / putant vineas/ et excolunt arbores / qui tamen non colligunt inde fructum : quia tempore segetum aut vindemiarum venit diues/ qui totū rapit. Unde talibus potest cum opprobrio dici illud Joan. quarto: Alij laborauerunt / et vos in labores eorum introistis. Itē Hierem. decimoseptimo: Perdix fouit que non peperit. Fecit diuitias/et non in iudicio. Acsi diceret: Auarus congregauit aliena bona cum multiplici dolo et iniustitia.

¶ Moraliter et quinto/ et iterum: iuxta illud principiū presentis clausule: Sex annis seminabis terram tuam/et congregabis fruges eius. Notandum/ quod sicut dominus dat nobis interdum diem pro anno: vt dicitur Ezech .iiij. ita etiā hebdomadam pro anno. Per sex igitur annos in quibus seminandum est : sex possunt intelligi hebdomade sancte obseruantie quadragesimalis: incipiendo tamen a secunda feria post primam dominicam. Unde tunc incipiunt multe ecclesie dicere vesperas ante prādium. Per huiusmodi igitur sex hebdomadas debēt catholici debite etatis / tūc seminare terram corporis sui/debitis ieiunijs et abstinentijs :et terram cordis sui/ debitis virtutibus: atque congregare fruges bonorum operum/ et sanctorū meritorum. Anno autem septimo/ id est in hebdomada vltima que sancta dicitur : opus est facere remissionem pauperibus et pijs locis: et hoc propter Christum / qui tunc fecit nobis misericordiā maximā / moriendo pro nobis. Tunc etiam licitum est operari corporaliter sex diebus: quamuis in primitiua ecclesia tota hebdomada sancta festiuaretur: vt dicit Petrus Comestor. Septima autem die cessandum est ab omni opere seruili et manuali: et hoc propter reuerentiā sacratissime diei pasche. Tūc etiam requiescere debent animalia/ serui/ et ancille &c.

¶ Moraliter et sexto/ per diuites Judeos qui olim relinquebant certis temporibus agros suos/ hortos et vites/ vna cū arboribus/ colendos per pauperes ad eorū sustentationem: aperte monstratur quod tunc tēporis homines erāt magis pij ad pauperes/ quam nunc: cum tamen militemus sub perfectiori lege quam illi : sicut lux perfectior est tenebra/ et veritas figura/ atque euangeliū prophetia. Unde Apo. j. Corin. xij. de lege gratie loquens dicebat: Adhuc viā excellentiorem vobis demōstro. Tenentur ergo Christiani plus abūdare in operibus pietatis: quam Judei: iuxta illud Christi verbū Mat. v. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum et Phariseorum/ nō intrabitis in regnum celorum.

¶ Allegorice et primo sex anni / sex sunt etates mūdi/ in quibus congregande sunt fruges

bonorum operum. Septimus
autem annus designat statum
qui sequitur mortem/et prece=
dit resurrectionem generalē:
tanq̄ inter hec duo medians.
In tali igitur anno septimo
requiescit terra humani corpo
ris / expectans resurrectionis
diem. Hinc dicitur Apocaly.
xiiij. Amodo iam dicit spiri=
tus/vt requiescant a laborib⁹
suis: scilicet mortui illi qui in
domino mortui sunt: id est/in
fide domini. Unde legitur
de sancto Germano episcopo
Altissiodorensi. q̄ cū semel in=
tueretur quoddam corpus in
sepulchro/qđ fuerat aliquādo
corpus cuiusdam sancti episco
pi amici sui: sic ipsum allocut⁹
est: Quid hic facis frater cha=
rissime? Cui ait: Hic expecto i
pace futuram resurrectionem.
Sed qđ est qđ sequit: vt come
dant pauperes populi tui ⁊c.
nisi q̄ illi pauperes/ de quib⁹
dicit Christ⁹ Matthei. v. Bea
ti pauperes spiritu / quoniam
ipsorū ⁊c. in futura predicta
resurrectione edent et satura=
būtur: et laudabūt dominum
qui requirūt eum ⁊c. Tūc etiā
saturabūtur bestie agri: id est/
illi qui propter deū vitam so=
litariam duxerūt/aut qui pro=
pter eū peregre profecti sunt
peregrinationis causa.

¶ Allegorice et secundo/ hic
perpulchre prefigurat duplex
vita: actiua. s. ⁊ cōtemplatiua.
Sed primū actiua/per laborē
sex annorū. Deinde cōtempla=
tiua/per requiē terre anno se=
ptimo: q2 reuera vita actiua
debet precedere contemplati
uam: q2 via generatiōis vide=
mus/q̄ imperfectū precedit p=
fectū ⁊ dispositio habitū. Un
Grego. super Ezech. homil. iij.
Actiua (inquit) vita prior est
tēpore q̄ contēplatiua/ q2 ex
bono opere tendit ad contem
plationē. Has duas vitas duc
ille mulieres designāt / Mar=
tha scilicet ⁊ Maria. Martha
enim satagebat circa frequens
ministeriū. Maria aūt sedebat
ad domini pedes/audiēs ꝟba
illi⁹. Una ergo intenta erat o=
peri: altera cōtemplationi. Et
quāuis actiua bona sit/melior
est tamen cōtēplatiua: q2 acti=
ua cū ista mortali vita deficit:
contēplatiua vero immortalē
vita plenius crescit. Un̄ Luce
x. dicit: Maria optimā partē
elegit/que nō auferetur ab ea.
Hec ille. In presenti ergo per
opera vite actiue congregant
fruges bonorum meritorum:
pro quibus anima in celo eter
naliter pascitur.

¶ Allegorice ⁊ tertio/paupe=
res (qui tēpore legis sustenta=
bantur) ex his que derelicta
erāt in agro/vite/et horto a di
uitibus: designāt pauperes a=
nimas existentes in purgato=
rio/que releuant ex bonis ope
ribus viuorū: scilicet eleemo=
synis/ieiunijs/ orationibus/⁊
oblationibus sacerdotū: vt di=
cit Grego. ⁊ ponitur. xiij. q. ij.
anime defunctorum. Propter=
ea nos hortatur scriptura Ne=
emie. viij. dicens: Mittite par=
tes his qui non parauerunt si=
bi. In cuius etiam figura legi=
tur Danielis. xiiij. q̄ Abachuc
medio angeli tulit prandium
qđ parauerat messoribus suis/
ad Danielem existentē in fossa
leonum.

leonis. Applicatio est facilis.
¶ Allegorice et quarto / per diuites (qui colligebant pinguiores fruges / relinquentes reliquias anni serti pauperibus populi sui: et iterum reliquie pauperum relinquebantur bestijs agri) intelliguntur viri docti et literati / qui pascuntur ex medulla sacre scripture. Post quos reficiuntur mediocriter docti: qui bene per pauperes designantur / quia non habent illam eminentem literaturam quam priores habent. Quod autem bestie agri sustentabantur ex his que relinquebantur a pauperibus: designat quod rudis populus debet pasci et erudiri de necessarijs ad salutem a suo curato / alias illi imminet periculum eterne damnationis. Unde in creatione cuiuslibet curati videtur virtualiter dicere collator beneficij illud. iij. Reg. xx. Custodi virum istum / scilicet parochianum tuum: qui si lapsus fuerit / supple in errorem aut culpam per tuam negligentiam: erit anima tua pro anima illius.
¶ Anagogice predicti diuites / sunt sancti dei angeli / qui habent triplices diuitias: scilicet nature / gratie / et glorie. Prime bone: secunde meliores: tertie optime. Prime magne: secunde maiores: tertie maxime. Prime / communes bonis et malis / dempta vulneratione naturalium quo ad malos. Secunde autem et tertie / speciales tantum bonis. Pauperes autem / homines designant / qui habent nascendi formam pauperem: vt bene ostenditur Eccles. ix. In paupere loco nutriuntur: quia in presenti cum brutis. Item pauperes moriuntur: quia nihil deferunt de omni substantia sua. Unde Aposto. j. Timo. vj. Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium quia nec auferre quid possumus. Quid est ergo quod diuites de populo Judeorum alijs pauperibus fratribus suis relinquebant certis temporibus segetes suas colligendas / et alia terre nascentia / nisi quod illi beati angeli / qui sunt fratres nostri: quia ab eodem patre producti: simili gratia educati / et ad eandem hereditatem celestem vocati / nobis hominibus relinquunt partem siderearum mansionum. Non enim eas totaliter occupant: sed optant nos esse participes cum eis dictarum bonorum celestium / et illarum mansionum / de quibus Jo. xiiij. ait Christus: In domo patris mei mansiones multe sunt. Et quid est quod postea sequitur in textu: Sex diebus operaberis / septima die cessabis etc. nisi quod in presenti laborandum est / vacando bonis operibus / etiam laboriosis et penosis pro loco et tempore: et in futuro quiescendum per eternam requiem. Unde Apocalypsis decimoquarto: Amodo iam dicit spiritus / vt (supple beati mortui) requiescant a laboribus suis. Et Ecclesiastes. iij. Tempus flendi / et tempus ridendi. Tempus belli / et tempus pacis. Tunc etiam requiescet bos / siue asinus noster / id est corpus nostrum: et signanter post generalem resurrectionem: quod tamen in presenti multa patitur.

¶ Quinta clausula.



Tribus vicibus per singulos ãnos mihi festa celebrabitis. Solẽnitatem quoque azimorũ custodies. Septẽ diebus comedetis azima: sicut p̃cepi tibi tempore mensis novorum, quando egressus es de Egypto. Non apparebis in cõspectu meo vacuus. Et solẽnitatem mensis primitivorũ operis tui, quecunque seminaveris in agro. Solẽnitatẽ quoque in exitu anni, quando cõgregaveris omnes fruges tuas de agro. Ter in anno apparebit omne masculũ tuũ corã domino deo tuo. Non immolabis super fermento sanguinem victime tue: nec remanebit adeps solẽnitatis mee usque mane. Primitias frugum terre tue deferes in domũ domini dei tui.

¶ Historialiter, postq̃ in precedenti clausula dominus per legislatorem suũ Moysen informavit agricolas et viticolas de populo Hebreorũ, ostẽdens illis qualiter se deberẽt habere circa cultũ terre: hic consequenter agit de cultu divino, ostẽdens qualiter se deberent habere circa huiusmodi cultum, et hoc dupliciter: scilicet circa tempus, et circa modum: primum, in principio clausule: secundum ibi, solẽnitatem quoque azimorum &c.

¶ Primo igitur tangitur tempus cult⁹ divini, cum dicitur a domino populo Hebreorum per Moysen: Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Et est hic questio de festis magis notabilib⁹, que fiebant per singulos annos preter sabbata. Et ut tangitur in glo. interliniari, huiusmodi festa erant hec: pascha, pentecoste, scenophegia. Primum celebrabatur in Aprili: secundum in Iunio: tertiũ in Septembri. Primum festũ colebatur decimaquarta die lunari mensis Aprilis. Secundum, quinquagenario die post pascha. tertiũ autem, decimaquinta die Septẽbris. De his tribus festis habes Levit. vicesimotertio. Et Nũeri xxviij. et xxix. Itẽ Deuteronomij. xvj.

¶ Secũdo tangitur mod⁹ quo celebrari debebant predicte tres solẽnitates, cũ subditur: Solẽnitatem quoque azimorum custodies. Istud est festum pasche: in quo Iudei utebantur panibus azimis: et similiter per octavas illius: ut dictum est supra. xij. cap. sicut precepi tibi tempore mensis novorũ. Quis autem sit iste mensis novorũ, statim dicet: videlicet sub primo dubio. Non apparebis in conspectu meo: id est, in loco sacrificij, vacuus. i. sine oblatione vel sacrificio. Sequitur: Et solẽnitatem mensis primitivorum. Similiter que sit hec solẽnitas, postea dicetur. Itẽ de solẽnitate in exitu anni: id est, que fiebat immediate post exitum anni. Sequitur: Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram domino deo tuo: scilicet, in paschate, pentecoste, et in festo tabernaculorum .i. dedicationis. Quod autem sequitur: Non immolabis super

fermento

fermento victime tue: sic optime exponit de Lyra. Hoc (inquit) intelligitur de victima agni paschalis/ que non debebat immolari domino donec fermentum fuisset totaliter amotum de domibus Judeorũ: vt ipse dominus iusserat supra xij.cap. Et hoc est quod dicitur hic: Non immolabis super fermento: id est/ fermento existente in domo tua. Non remanebit adeps solennitatis mee vsq3 mane: id est/ diei sequentis. Poterat tñ cremari super altare tota nocte: vt dicit idẽ de Lyra. Primitias frugũ terre tue deferes in domum domini dei tui: scilicet ad expensas tuas. Iste autem primitie/ erant primitiarij siue primitiui fructus agrorum aut arborum/ siue etiam vinearũ: qui debebant domino offerri/ ad sustentandum seruos illius/ sicut et decime: vt dicitur Malachie tertio: Inferte omnem decimam in horreum meum: et sit cibus in domo mea.

¶ Circa autem hanc clausulam textus mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium: Quid intelligitur per mensem nouorum/ de quo in textu? Dicendum/ ꝙ mensis nouorum/ secundum glo. interlinia. erat mensis Aprilis/ qui sic dicebatur/ quia tunc secundũ Josephum colligebantur spice a Judeis/ quas igne cremantes siue torrentes/ atq3 manibus confricantes offerebant primitias domino/ de quibus parum imponebant sacrificio: reliquum erat sacerdotis. Quo facto cuique licebat metere. Hec ibi. Dictus ergo mensis Aprilis dicebatur nouorum: quia tunc noui manipuli spicarum offerebantur domino. In isto autem mense nouorum celebrabat pascha/ decimaquinta die illius. In crastino autem eiusdẽ diei fiebat oblatio de nouis fructibus: qui scilicet maturescebãt ante alios: vt si homo intrans campũ/ vel hortum suum/ videret ibi aliquas spicas/ vel ficum in ficulnea appropinquantes ad maturationem ante alias: debebat illas colligere/ et in templum apportare in solennitate paschali/ que durabat septem diebus.

¶ Secundum dubium/ quid intelligitur per mensem primitiuorum/ de quo loquitur textus? Dicendum/ ꝙ per illum intelligitur mensis Junij/ in quo colebatur festum pentecostes in memoriam dationis legis. Et dicebat solẽnitas mẽsis primitiuorum/ quia in illa offerebant Judei domino panes de nouis frugibus/ sicut in solennitate paschali offerebant primitias in spicis/ vt dictum est. Spice tamen ille torrebantur/ et excutiebantur grana/ et sic fiebat sacrificium: vt dicitur Leuitici vicesimotertio. Istud etiam est de mente domini Hugo. Cardinalis.

¶ Tertium dubium: Quid intelligitur per solennitatem celebrandam in exitu anni/ de qua in textu? Dicendum/ ꝙ per huiusmodi festum intelligitur festum tabernaculorũ/

quod celebrabatur mense septimo / scilicet Septembri: eo q dominus habitare fecit filios Israel in tabernaculis in deserto: et consequenter de loco illo deduxit illos in terram delitiosam. Et ideo in dicto festo debebant habere Judei ramos virides: et fructus arborum pulcherrimos / et plene maturos. Uocabatur autem hoc festum solennitas post exitum anni: eo q fiebat immediate post exitum anni: quia September est primus mensis simpliciter in anno / secundum Judeos: vt dicit de Lyra: licet Martius sit primus / quātum ad festa. Dominus autem Cardinal. super illo verbo / in exitu anni. dicit sic: Non quia September vltimus mensis sit anni: sed qr vltimus est in collectione fructuum. Dicit etiam / q dictus mensis est fere totus ferialis apud Judeos. Nam primo die est festum tubarum. Decima die festum propiciationis / expiationis / afflictionis. decimaquinta die festum scenophegie / quod durabat septem diebus: de quo Leuitici vicesimotertio / item Numeri vicesimooctauo: et Deuteronomij decimosexto.

¶ Quartum dubium mouetur propter illud verbū: Ter in anno apparebit omne masculinum tuum &c. Queritur ergo vtrum in hoc precepto caderet dispensatio? Dicunt communiter doctores / q sic: et signanter quantum ad festum pentecostes et scenophegie: et hoc quo ad illos qui erant remoti a Hierusalem. Secus autem de festo pasche. Propter quod Pilatus scripsit titulum passionis Christi Hebraice / Grece et Latine: vt omnes Judei dispersi per vniuersam terram: et qui conuenerant ad diem festum: item qui periti erāt in lingua nationis in qua morabantur / siue in Grecia / siue in lingua Latina / possent huiusmodi titulum legere.

¶ Quintum dubium: Quid intelligitur per adipem: de qua dicitur in textu: Nec remanebit adeps? Dicit dominus Hugo / q adeps est pinguedo interior circa intestina / inter carnem et ossa. Aruina autem est pinguedo que est inter carnem et cutem / que in porco dicitur lardus. Ex quo patet / q adeps et aruina differunt.

¶ Sextum dubium: Utrū moderni agricole teneantur deferre decimas in horreum curati / siue illius cui debentur? Uidetur q sic / et presenti textu in quo dicitur: Primitias frugum terre tue deferes i domū domini dei tui. Item Malach. tertio dominus ait: Inferte decimas omniū rerum in horreum meum. Item agricole magis obligantur deo et ecclesie / q dominis temporalibus. Sed communiter videmus / q deferunt ea que iure tenentur dictis dominis temporalibus ratione possessionū suarū / vsq in domum eorum. Igitur a fortiori i proposito. Dicendum in primis / q primitie et decime multū differūt: vt satis patet. Et quamuis populus Christianus hodie teneatur

neatur soluere decimas: non tamen primitias sub nomine primitiarum. Secūdo dicitur, quod in solutione decimarū tempore legis antique erat aliquid morale: scilicet quod leuite (qui deputabant cultui diuino) sustētarent a fratribus suis: et hoc durat vsque hodie: dicente apostolo, quod qui altario deseruit, de altario viuere debz. Itē in dicta solutione erat aliquid iudiciale: scilicet quod deferrent huiusmodi decime vsque in domū domini: et istud hodie non obligat vniuersaliter: sed stādū est consuetudini patriarū, quātū ad hoc: et similiter quātū ad solutionem vere decime. Sufficit enim ecclesie in aliquibus regionibus et locis vt habeat vnde sufficienter sustentētur ministri sui. Et quia in plerisque locis ecclesia habet multas possessiones et redditus annuales et certas: hinc est quod non exigit semper in talibus locis veram decimā. Ubi tamē exigeret: laici ad hoc tenerentur sub pena peccati. Leuite autem non habebant possessiones: ideo populus tunc strictius tenebatur ad veram decimam, quam nunc. Item multi eorum (forsan propter inopiā) carebant equis et bobus, atque quadrigis et curribus: ideo precepit dominus vt primitie et decime deferrentur vsque ad eos.

¶ Moraliter et primo, tunc tribus vicibus in anno in cordibus nostris festa celebramus domino: quando eum colimus contritione cordis, confessione oris, et satisfactione operis. Et hec est sanctissima et saluberrima trinitas: de qua figuratiue dixerunt Moyses et Aarō ad Pharaonem: Deus Hebreorum vocauit nos, vt eamus viā triū dierum in solitudinē: vt sacrificemus domino deo nostro. Et sicut in die pasche et per dies sequentes populus vescebatur panibus azimis: ita et populus Christianus debet in paschate sanctius et purius viuere, quam aliis partibus anni: quamuis semper pure viuere debeat: et hoc propter reuerentiam sacre communionis. Item sicut in penthecoste populus vtebatur panibus primitiuis: ita et deuoti catholici habent obseruare ieiunia quatuor temporum, que occurrunt in dicta hebdomada. Isti enim sunt panes anime. Item sicut populus Hebreus celebrabat festum dedicationis: ita et nos debemus dedicare animas nostras deo, per deuotionem et penitentiam.

¶ Moraliter et secundo, et conformiter ad glosam ordinariā: tunc tribus vicibus per singulos annos festa celebramus domino, hoc est omni tempore presentis vite: quando in confessione sanctissime trinitatis, per fidem, spem, et charitatem obsequia bonorum operum exhibemus deo creatori nostro.

¶ Moraliter et tertio, tunc tribus vicibus per singulos annos festa celebramus domino: quādo colimus eum tribus partibus vere satisfactionis: que sunt oratio deuota, perfectū ieiunium, et pia eleemosyna. Isti sunt tres dies in quibus de-

benius ambulare versus terrā pmisse hereditatis celestis. Et vere beat⁹ est (supple i spe) et tandē in re) qui sic ambulat ¶ Moraliter et quarto: iuxta illud: Septem diebus comedetis azima. Notandū: q per azima (quod est panis factus sine fermento: qui consueuit coqui sub cinere: vel etiam in furno) intelligitur status penitentie. Hic eni panis decoquitur sub cinere: id est: apprehendit per recordationem mortis: q nō sumus aliud q̄ cinis et puluis: iuxta illud domini verbum ad primū parētem Gene. iij. Puluis es et in puluerē reuerteris. Unde et sacerdos in die cinerū imponens cinerē in fronte hominis: dicit: Memēto o homo quia cinis es: et in cinerem reuerteris. Septem autem dies: septem sunt etates mūdi. Tūc ergo septem diebus comedim⁹ azima: quando in toto decursu vite presentis: ex quo incipimus attingere annos discretionis: comedimus panem penitētie: siue in actu: siue in habitu: de quo in Psal. Surgite postq̄ sederitis: qui māducatis panē doloris. Hic enim panis: et si sit insipidus et amarus ori: est tamen valde sapidus cordi. Propter hoc igitur nos admonet Apost. j. Corin. v. dicens: Epulemur non in fermēto veteri: neq̄ in fermento malitie et nequitie: sed in azimis sinceritatis et veritatis. Dicitur etiam Leuiti. xiij. Comedetis azima septem dieb⁹: id est: toto tempore vite vestre seruabitis puritatē cōscientie. Nā scd̄m Gregoriū per septenariū vniuersitas designatur. ¶ Moraliter et quinto: iuxta illud verbum: Non apparebis in conspectu meo vacuus. Notandum: q hic non solum est questio de vacuatione burse: aut manus: sed potius cordis. Ille ergo apparet in cōspectu dn̄i vacuus: qui habet cor vacuum: gratia dei sine virtute: aut pia affectione. Natura enī abhorret vacuum: et ideo vas quod dicit ventosa: per actionem ignis aere vacuatū: solet de mēbris hominū sanguinem attrahere: vt vacuitatem suam possit replere: ita in proposito cor hominis per actionē ignis spiritussancti debet attrahere gratiā et virtutes: quibus mediantibus debet offerre domino piam affectionē et bonā voluntatem: que in casu suff.cit ad salutem. Nam vt dicit Ambrosius de officijs lib. j. ca. xxx. Affect⁹ diuitē collationē aut pauperē facit: et preciū rebus imponit. Deniq̄ duo era illi⁹ vidue: de qua Luce. xxj. diuitū muneribus pretulit Christus: q: totum illa quod habuit obtulit. Illi autē ex abundantia partem exiguam contulerunt. Hec ille. Itē Grego. super illo verbo Mat. iiij. At illi relictis retibus et naui secuti sunt eum: querit sic: Ad vocē dn̄i vterq̄ piscator qd aut quantū dimisit: qui pene nihil habuit? Deinde soluit dicens: Sed hac in re (fratres charissimi) affectū debem⁹ potius pensare: q̄ cēsum. Multū reliquit: qui quātumlibet paruū totum deserit. Multum ergo Petrus et Andreas deseruit: quando vterq̄ etiam

etiam desideria habendi derelinquit. Hec ille.

¶ Moraliter et sexto / iuxta illud verbum sequens: Solennitatem primitiuorum operis tui etc. Solennitatem quoque in exitu anni etc. Notandum / quod tunc celebramus solennitatem primitiuorum operis nostri / quando referimus gratiarum actiones deo pro initio bone voluntatis / aut etiam boni operis / deprecantes eum vt bonum quod incepit in nobis / dignetur perficere et consummare. Non enim sufficit ad salutem incipere bonum opus / aut habere bonum affectum / nisi etiam sequatur perseuerantia vsque in finem: quia sola perseuerantia coronat hominem in celis / dicente Christo Mat. x. Qui perseuerauerit vsque in finem / hic saluus erit. Super quo Grego. et ponitur de pen. distin. iij. incassum. Incassum (inquit) bonum opus agitur / si ante vite terminum deseratur. Frustra erit etc. Multi enim filiorum Israel intrauerunt desertum / qui tamen ad terram promissionis non peruenerunt / sed in dicto deserto mortui sunt: vt dicit Augustinus ad fratres in eremo / ser. viij. qui intitulatur de perseuerantia. Item ibi concludit dicens: Si cepisti edificare / perfice: si non incepisti / incipe. Si obtulisti florem tue iuuentutis diabolo / saltem fecem tue senectutis immolare non differas Christo. Hec ille. Tu vero adde / quod qui non fecit solennitatem primitiuorum operis sui deo et angelis eius / saltim faciat solennitatem in exitu anni: id est / offerat solennitatem in exitu anni: id est / bonum opus vnde letantur angeli: quia gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Mat. xv.

¶ Moraliter et septimo / iuxta illud: Non immolabis super fermento sanguinem victime tue. Notandum / quod illi sacerdotes immolant super fermento sanguinem victime sue / qui celebrant cum fermento peccati / quod ante talem immolationem expurgandum est: iuxta illud .j. Corin. v. Expurgate vetus fermentum. Et in precedentibus. xix. Sacerdotes qui accedunt ad dominum sanctificentur / ne percutiat eos. Uel generalius istud possumus exponere de omni bono opere / quod non est immolandum domino cum fermento: id est / in statu peccati.

¶ Allegorice et primo / tribus vicibus per singulos annos festiuitatem celebrant domino illi catholici / qui ter in anno deuote communicant / scilicet in paschate / penthecoste / et natiuitate domini / sicut antiquitus fiebat: vt dicit Fabianus papa / et recitatur de consecra. distin. ij. et si non frequentius.

¶ Allegorice et secundo / per tres solennitates celebrandas domino / intelliguntur tres status ecclesie / qui referuntur ad dominum: scilicet status iustorum / penitentium / et beatorum. Nam status iustorum designatur per pascha / quando immolabatur agnus / et comedebantur panes azimi / qui erant sine fermento. Iusti autem sunt mundi et puri / sicut panes azimi: vt dicit Apost. j. Corin. v. Status autem penitentium / designatur per pentecosten

ften/quando populus suscepit
legē/que propter transgressos
res posita est: vt dicit Aposto.
Gala. iij. vt scilicet resipiscant
a peccatis suis/per verā peni=
tentiam. Justo autē non est po
sita lex: vt dicit idē Aposto. j.
Tit. j. Status vero beatorum
designatur per tertiā solenni=
tatem/scz dedicationis: in qua
Judei comedebāt sub vmbra=
culis / eo ꝙ ipsi beati abscon=
dunt a nobis: iuxta illud Esa.
lxiiij. Oculus non vidit deus
absqꝫ te / que preparasti expe=
ctantibus tc. Et Apost. j. Co=
rin. ij. Oculus nō vidit/nec au=
ris audiuit/ nec ī cor hominis
ascendit tc̄. Hec aūt tertia so=
lennitas celebraī in exitu an=
ni. i. vite huius / postꝙ scilicet
homo congregauit omnes fru
ges suas de agro: id est/merita
ꝛ bona opera sua de agro hu⁹
mundi. Unde Psal. loquēs de
veris penitentibus ait: Eūtes
ibant ꝛ flebant / mittentes se=
mina sua. Uenientes autē ve=
nient cum exultatione/portan
tes manipulos suos. Hoc au=
tem pertinet ad statum glorie.
¶ Allegorice et tertio/ꝛ con=
formiter ad dominum patriar=
cham de Pal. predicte tres so
lennitates pertinent ad tres
personas in diuinis. Pascha
quidem ad filium/qui est pa=
scha nostrū: seu qui pascha no=
strum immolatus est: vt dicit
Apost. j. Corin. v. Festum pen=
tecostes / ad spiritum sanctū.
Scenophegia autē ad patrē:
non quia pater habitauerit a=
liquando sub vmbraculo/sicut
filius: quando incarnatus est:
sed quia ipse misit filium suum
in mundum: vt dicitur Joan=
nis. iij. Uel dic/ꝙ scenophegia
cui successit in nouo testamen=
to natiuitas/refertur ad pa=
trem: non quia ipse incarnat⁹
sit aut nat⁹ (vt dictum est) sed
quia ipse misit filium suū na=
tum ex muliere / factum sub le=
ge: vt dicit Aposto. Gala. iiij.
Nos autem Christiani obser=
uamus istas tres festiuitates/
tanquā principales totius an=
ni. Unde in primitiua ecclesia
populus tunc confitebatur et
communicabat: vt dictum est.
Sed potest queri circa hoc et
quo tota trinitas misit filium
in terris / cur ergo dictum fe=
stum natiuitatis magis attri=
buitur patri/ꝙ filio aut spiri=
tui sancto? Responsio: ideo qꝛ
apparuit ibi potentia/ cum fi=
lius debellauit aereas potesta
tes. Uel quia generatio de ma
tre actiua magis assimilaī ꝓ=
prio patris/quod est generare:
ideo sibi appropriatur. Bene
etiam competit natiuitati in=
terpretatio hui⁹ nominis sce=
nophegia: quia tunc pater po=
suit tabernaculum filio suo: id
est/corpus humanum. Unde
Psalmista: In sole posuit ta=
bernaculum suum: id est/solem
scilicet diuinitatem filij posuit
in humano corpore/per incar=
nationem et vnionem.
¶ Allegorice et quarto / tunc
tribus vicibus in anno festiui=
tatem celebramus/ quādo de=
bite tenem⁹ tres virtutes theo
logicas: scilicet/ fidem / spem/
charitatem. Fidem quidem de
dominica resurrectiōe/que fa=
cta est in paschate. Spem aūt/
de peccatorum remissiōe / que
attribui=

attribuit spiritui sancto. Charitatem autem/que quasi sub vmbraculis manet / eo ꝙ nos latet pro presenti / dum deum super omnia diligimus/ ⁊ proximos nostros sicut nosipsos.
¶ Allegorice ⁊ quinto/ ⁊ conformiter ad magistrum Nicolaum de Lyra. Tribus vicibus per singulos annos ⁊c. Primum festum celebratur propter beneficium exitus de Egypto. Et istud fuit figura resurrectionis domini nostri Jesu Christi/ per quem eximus de tenebris culpe ⁊ ignorantie. Secundum festum celebratur propter beneficium legis date/ quod notatur cum dicitur: Et solennitatem mensis primitiuorum. Tunc enim fiebat oblatio domino de nouis panibus vt dictum est. Et istud festum fuit figura dationis spiritussancti/ quinquagesimo die a domini resurrectione. Tertium fuit festum tabernaculorum/ quod celebrabatur in memoriam ꝙ dominus fecit habitare filios Israel sub tabernaculis in deserto. Et istud festum notatur cum dicitur: Solennitatem quoqꝫ in exitu anni: quia celebrabatur quintadecima die septimi mensis / secundum ordinem festorum. ⁊ erat vltimus mensis/ secundum acta hominum. Et istud festum fuit figura solennitatis sanctorum omnium. Et iste tres solennitates/ scꝫ resurrectionis / pentecostes/ ⁊ omnium sanctorum sunt in ecclesia multum solennes. Hec de Lyra.
¶ Allegorice ⁊ sexto/ iuxta illud vltimum verbum: Primitias frugum terre tue deferes in domum domini dei tui. Notandum ꝙ per huiusmodi primitias potest recte intelligi Christus/ qui est primitie frugum. i. electorum: quia est primogenitus in multis fratribus: vt dicit Aposto. Roma. viij. Unde deus pater de eo loquens per os prophete Dauid/ ait: Et ego primogenitum ponam illum/ excelsum pre regibus terre. Tunc ergo huiusmodi primitie delate sunt in domum domini/ quando postquam impleti sunt dies purgationis Marie/ secundum legem Moysi tulerunt parentes Jesu illum in Hierusalem: vt sisterent eum domino: vt legitur Luce. ij.
¶ Uel primitie frugum terre. i. primi fructus ecclesie catholice fuerunt sancti innocentes. Unde Joan. Apoc. xiiij. de illis loquens ait: Hi empti sunt ex omnibus primitie deo ⁊ agno: ⁊ in ore eorum non est inuentum mendacium. Huiusmodi ergo primitie delate sunt in domum domini/ quando Christo celum ascendente/ pariter cum eo ascenderunt. Ideo subdit Joan. vbi supra de ipsis innocentibus / ꝙ nunc sine macula sunt ante thronum dei.
¶ Anagogice/ predicte tres solennitates prefigurabant maximam illam solennitatem ecclesie triumphantis. Et quia veritas perfectior est figura / sicut claritas solis prestantior est vmbra: ideo solennitas predicta ecclesie triumphantis/ vnica est ⁊ continua: vbi ille treserant/ ⁊ discrete. De hac igitur solennitate loquens ecclesia sic ait: Filie Hierusalem. i. anime deuote / venite gressibus non corporeis sed affectibus mentis: et videte oculis interioribus per fidem: martyrem: id est / quemlibet

quemlibet beatū: qui per mul-
tas tribulationes introiuit in
celū: cum corona qua corona-
uit eum dominus: supple tanq̄
victorem: et hoc in die solenni-
tatis et leticie. Non autē dixit /
in diebus solēnitatum: quia vt
dictum est / in celo vnica est so-
lēnitas / in qua letantur anime
beate: similiter et vnicum gau-
diū essentiale quod consurgit
ex visione diuine essentie: de q̄
Joan. xvj. Gaudium vestrū ne-
mo tollet a vobis. Itē eiusdem
xvij. Hec est vita eterna / vt co-
gnoscāt te verum deum / et quē
misisti Jesum Christum. Item
ibi omnes electi comedunt pa-
nes azimos: quia gaudium eo-
rum est purum et sanctū. Simi-
liter nullus elect9 apparet ibi
vacuus: quia gaudium eorum
plenum est: vt predixit Christ9
vbi supra. Psal. Saciabor / cum
apparuerit gloria tua. Itē ibi
agitur solennitas primitiuorꝫ:
similiter et solennitas in exitu
anni / videlicet post congrega-
tionem frugū: quia dicti electi
agunt gratias deo de inchoa-
tione bonorum operum: simili-
ter et de continuatione atq̄ fe-
lici cōsummatione ipsorꝫ. Rur-
sum ibi specialiter apparēt ma-
sculi / siue viri: id est / illi qui in
presenti viriliter decertarunt
contra carnem / mūdum / et dia-
bolum. Nulla etiam fit ibi im-
molatio / siue oblatio cū fermē-
to: quia nullum peccatū ibi re-
peritur / nec adeps delectatio-
nis mundane. Deniq̄ ibi san-
cti angeli deferunt primitias
frugū et ce. id est / animas electo-
rum / quando moriuntur. Unde
Luc. xvj. dicit de paupere men-
dico / q̄ in morte ei9 anima ip-
sius delata est ab angelis in si-
num Abrahe.

¶ Sexta clausula.



Non coques hedū
in lacte matris sue.
¶ Historialiter:
Postq̄ in precedē-
ti clausula Moy-
ses ex voluntate
domini posuit plura precepta or-
dinantia populum Hebreū ad
cultum diuinum: hic cōsequen-
ter agit quasi incidētaliter de
immolatiōe hedi / quod specia-
liter immolabatur domino tā-
q̄ pertinens ad cultum illius.
Dixit ergo: Nō coques hedum
in lacte matris sue: scilicet ad-
huc existēte: id est / dum tantū
vescitur lacte illi9. Vel sic / s̄m
glos. interli. Non coques hedū
in lacte matris sue / scilicet tā-
q̄ in aqua: ita vt lac suppleat
vicem aque in tali decoctione:
et hoc siue decoquetur ad sacri-
ficium / siue ad esum: cuius ra-
tio assignabitur in solu. ad pri-
mum dubium / Josephus autē
sic exponit illud preceptū: Nō
coques hedum in lacte matris
sue: id est / non comedes eū in-
fra octauum diem: quia adhuc
non differt a lacte. Hebrei au-
tem sic exponunt: prout refert
Petrus Comest. Non coques
hedum separatum in lacte ma-
tris sue: et est sensus: Separatū
a carne parentum: id est / quod
per carnalem generationē con-
ceptum et editum est: non come-
des cum lacte coctum / vel cum
aliquo lacteo caseo / scilicet vl'
butyro: quod dictum est ꝑpter

aues

aues/ que non de carne/ sed de ouis separantur/ quas in lacte coctas/ vel cū lacte comedunt. Nec ideo de lacte matris prohibitum dicūt/ quasi in alio lacte liceat coquere: sed quia lac illud paratius possit inueniri cū animali/ per hoc prohibuit de omni lacte. Quidam tamen de his que domino offeruntur dictum intelligunt/ quasi non offeras agnum vel hedum infra octauum diem: quia nondū est edibilis/ nec differt a lacte matris. Hec Petrus in forma. Dominus autem Hugo Cardi. generalius dicit/ ꝙ hedus aut etiā agnus/ ꝗ̄diu nutriebatur solo lacte matris/ non licebat offerre ipm domino/ nec inde sacrificium facere: sed tm̄ quādo pascebatur herba. Hoc autē non fit statim post octauum diē/ sed longe post/ scz donec ablactet͛.

¶ Circa predictū textum mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū: Quare dominus ꝓhibuit ne hedus coqueretur in lacte matris sue? Dicendum/ ꝙ propter duplicē causam. Prima fuit/ ad vitādā crudelitatem. Nam et si hedus occisus nō sentiat qualiter carnes eius coquentur: in animo tamen decoquentis ad quandam crudelitatem pertinere videtur/ si lac matris (qđ datum est pro nutrimēto) adhibeatur hedo ad consumptionem carnium eius. Secunda causa/ est idololatrie vitatio: quia gentiles in solēnitatibus idolorum taliter coquebāt carnes hedi/ siue ad immolandum/ siue ad comedendum. Propter quod ponitur ista prohibitio post- quam predictum fuerat de solennitatibus.

¶ Secundum dubium: Quare hic magis ꝓhibetur de hedo/ ne carnes eius coquantur in lacte matris sue/ ꝗ̄ de alio animali iuueni: vtpote de agno/ vel vitulo? Dicēdum/ ꝙ per prohibitionem hedi/ intelligitur prohibitio omnis alterius animalis edibilis. Vel dicendum/ ꝙ magis in speciali exprimit͛ hedus/ ꝗ̄ aliud animal: q2 citius edibilis est. Nam carnes eius magis cito veniebant ad temperatam complexionem a superflua humiditate.

¶ Tertium dubium: Utrum licebat Judeis coquere aues captas in nido/ adhuc degentes sub alis matris? Videt͛ ꝙ non: quia quod facit lac ī hedo: hoc facit nidus in aue. Si ergo primum prohibetur/ videtur similiter secundū prohiberi. Dicendum/ ꝙ non est simile: quia lex prohibet vnum hic: et permittit secundum: vt patet Deuteron. xxij. vbi sic dicit͛: Si ambulans per viam inueneris in arbore vel in terra nidū auis/ et matrē pullis vel ouis desuper incubantem/ non tenebis eam cum filijs: sed abire patieris/ captos tenens filios. Quod intelligēdū erat/ quando ipsi pulli erāt apti ad escam. Nam carnes eorum cito veniebant ad temperatam complexionem a superflua humiditate. Ratio autem cur non licebat tūc capere matrem cum pullis/ erat tum propter vitandam crudelitatem/ tum: q2 tūc macra est et minus apta ad esum. Hodie autē hoc preceptum legale non ligat: q2 iudi-

iudiciale et partim cerimoniale erat.

¶ Moraliter et primo: et conformiter ad de Pal. Lac est mundus vel carnis voluptas: a qua donec quis separetur, non est aptus vt deo offeratur. In cuius figuram legitur. j. Reg. j. quod Anna dixit Helcane viro suo, de filio suo Samuele: Non vadam, supple in templum: donec ablactetur puer.

¶ Moraliter et secundo: Hedus (animal fetidum) est peccator, qui per culpam fetet coram deo et angelis eius. Unde Mat. xxv. dicitur, quod in die iudicij dominus constituet hedos, id est reprobos a sinistris. Tunc autem iste hedus decoquitur in lacte, quando laudatur ab alijs in desiderijs anime sue: videlicet ab adulatoribus, quod non est faciendum: iuxta illud Prouerbi. j. Si te lactauerit peccatores, non acquiescas eis. Hec enim est maledicta et diabolica lactatio, quia venenosa est et mortifera: quia inducit mortem spiritualem et eternalem. Non est ergo peccator tali lacte lactandus in peccatis suis: sed dure increpandus, prout docet dominus Matt. xviij. dicens: Si peccauerit in te frater tuus, vade et corripe eum etc.

¶ Moraliter et tertio: Hedus est paruulus filius. Tunc ergo hedus coquitur in lacte matris, quando paruulus nimis delicate educatur quamdiu est sub tutela et cura matris: et quando nimis indulgetur libertatibus et voluptatibus suis. Nam postquam fuerit sic enutritus et assuefactus, postquam venerit ad etatem virilem vix resiliet a tali consuetudine et assuefactione. Propter quod legitur in legenda diui Bernardi, quod cum essent septem fratres in domo matris nobilis, ipsa non delicatis cibis, sed duris et asperis eos educauit, tanquam futuros eremitas. Unde factum est vt singuli religionem Cisterc. tunc nouiter institutam et asperam intrauerint: et sancte vixerint: quia vt dicitur Prouerbio. xxij. Adolescens ambulans iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea. Et Thren. iij. Bonum erit viro cum portauerit iugum domini ab adolescentia sua. Et vt dicit Senec. de verborum copia: Difficulter recedunt, que nobiscum creuerunt. Et Augusti. lib. de spiritu et anima. c. lvij. Peccata si in longam consuetudinem fuerint obseruata: cum mens ab illis exurgere voluerit, non poterit, mole male consuetudinis pressa. Hec ille. Dicit etiam Isidor. lib. ij. de synonimis, quod vsus vincitur difficulter: et consuetudo vix superatur. Et quod inoleuerit non facile tollitur: sepe natura consuetudine superatur. Assiduitas mores facit iugis: vsus in naturam se conuertit. Hec ille.

¶ Allegorice et primo: et conformiter ad magistrum historiarum, Petrum scilicet Comest. sancti exponunt hunc textum de Christo sic: Ne occidas Christum in die conceptionis sue. Quod tamen Iudei transgressi sunt. Dies vero conceptionis vocatur lac matris: quia et tunc in matre paratur materia lactis.

¶ Vel dic, quod erat prophetia quod

Herodes nō occideret christū infantē: quanq̄ ad hoc multū laborauerit. Unde Matt.ij. legitur q̄ angelus domini apparuit Joseph in somnis dicens: Surge et accipe puerum et matrem eius: et fuge in Egyptum. Futurum est enim vt Herodes querat puerum ad perdendum eū. Unde ob hanc causam ipse Herodes prius dixerat Magis: q̄ Christo inuento et adorato: redirent ad eū. Non debuit ergo hedus Christus decoqui: id est pati in lacte matris sue: sed voluit expectare tempus virilis et perfecte etatis. Propter quod dicit Joan. vij. Tempus meum nondum venit. Cum igitur Herodes Christum in carne similē carni peccatrici natum: et pro peccatis oblatum: in lacte matris id est: dū adhuc puer: querens eum occidere: non inuenisti.

Allegorice et secundo: et conformiter ad dictum Petri Comestor. Per hoc q̄ hedus non erat occidēdus in lacte matris sue: prefigurabatur q̄ Apostoli non erāt passuri pressuras in mundo isto: nisi prius roborati: scilicet per aduentum spiritussancti: qui dicit per Psalm. Ego confirmaui colūnas eius.

Allegorice et tertio: hoc potest exponi de iuuenibus intrātibus religionem. Cum ergo hedus non erat coquendus in lacte matris sue: significat q̄ seculares nō debent nimis iuuenes ad religionem adduci: sed quousq̄ habeāt discretionem: Unde frequenter qui sub tenerīs annis ingrediūtur religionem vt forte aliquādo sint abbates: vel priores: habent malum exitum: quia vix bono peraguntur fine: que malo inchoata sunt principio. Tales etiam postq̄ peruenerint ad virilem etatem: solent frequēter male dicere illis q̄ primo locuti sunt de eorū ingressu ad religionē. Alij autem petunt dispēsationem: quo ad egressum religionis: dicentes q̄ ignorantes ingressi sunt: in quorū dispēsatione solet cōiter summus pontifex cōscientiā eorum onerare.

Anagogice: Hedus q̄ fetidus est: designat peccatorē: q̄ post presentem vitam non gustabit lac dulcedinis matris sue ecclesie scz triumphantis: propter quā finaliter fecerat eū deus. Propter quod dicit mater eius: sed pars eius in stagno ardenti igne et sulphure: qđ est mors secunda: vt habetur Apoc.xxi. Hunc ergo hedum.i.hominem peccatorem et reprobum nō coquet deus finaliter in lacte matris sue: id est: non sinet gustare illam ineffabilem dulcedinē ecclesie triūphantis: quam gustāt beati in celo regnātes. De qua in Ps. Quā magna multitudo dulcedinis tue dñe: quā abscōdisti timētibus te? Nam teste Apostolo .j. Corinth.ij. et sumit ex Esaia: Oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec i cor etc. Et Eccli.xxiiij. Hereditas mea (inq̄t dñs) sup mel et fauū. Et breuiter: terra illa celestis: est vera terra pmissionis: que reuera lacte et melle manat: quam soli iusti possidebūt: qui per oues designātur. Nō autē reprobi et peccatores: quos hedus designat: vt dictum est.

Septi-

¶ Septima clausula.



Ecce ego mittã angelũ meũ qui precedat te: et custodiat in via: et introducat in locũ quem preparaui tibi. Obserua eum: et audi vocem eius: nec contemnendum putes: quia non dimittet te cũ peccaueris: et est nomẽ meũ in illo. Si au dieris vocem eius: et feceris omnia que loquor: inimicus ero inimicis tuis: et affligam affligentes te. Precedetq; te ange lus meus: et introducet te ad Ammorreũ: et Ethcum: et Phe reseum: Chananeũq; et Eueũ: et Jebuseum: quos ego cõterã. Non adorabis deos eorũ: neq; coles eos. Nõ facies opera eorum: sed destrues eos: et cõfrin ges statuas eorũ. Seruietisq; domino deo vestro: vt benedicam panib9 tuis et aquis: et auferam infirmitatem de medio tui. Non erit infecunda nec ste rilis in terra tua. Numerũ dierum tuorum implebo. Terrorẽ meum mittam in precursum tuũ: et occidam omnem populũ quẽ ingredieris. Cunctorũq; inimi corum tuorum coram te terga vertam: emittens scabrones prius qui fugabunt Eueum: et Chananeũ: et Ethcum: anteq̃ introeas. Non eijciam eos a fa cie tua anno vno: ne terra in so litudinem redigatur: et crescãt contra te bestie. Paulatim expellam eos de conspectu tuo: donec augearis: et possideas ter ram. Ponam autem terminos tuos a mari rubro vsq; ad mare Palestinorum: et a deserto vsq; ad fluuium. Tradam in manibus vestris habitatores terre: et eijciam eos de conspectu ve stro. Nõ inibis cum eis fedus: nec cum dijs eorum. Non habi tẽt in terra tua: ne forte te peccare faciant in me: si seruieris dijs eorũ: quod tibi certe erit in scandalum.

¶ Historialiter: Postq̃ in precedẽtib9 dominus deus plura et varia precepta per Moysen legiferum suum dedit: consequenter in fine presentis capituli pollicetur multiplicem remunerationẽ his qui obseruabunt dicta precepta: et signanter promittit necessaria pgredientibus ad terrã promissionis: dicens: Ecce ego mittã an gelum meũ &c. Hec igitur remuneratio est duplex in sũma. Prima: collatio boni in principio. Secũda: amotio mali: ibi: et auferam &c.

¶ Prima igitur remuneratio cõsistit in collatione boni: cũ ait: Ecce ego mittã angelum meum: qui precedat te: supple ostendendo viam: et custodiat in via: id est: qui te pregar ab hostibus: et introducat in locũ quem preparaui tibi: scilicet in terram promissionis. Ecce igitur triplex beneficium collatum populo Jsraeli a domino: per angelum suũ: scilz precessio: id est antecessio: custoditio: introductio. Sed quia huiusmodi triplex beneficiũ promittitur ex suppositione obedientie ad deũ: scilicet quo ad legis diuine obseruationem: ideo subditur: Obserua et audi &c. Dicit ergo: obserua eũ &c. scilicet precepta eius reueren

ter suscipiendo: ⁊ audi vocem ei⁹/scilicet humiliter obediē-do. Nec contemnendum pu-tes/scilicet opere non adimplē-do: quia non dimittet te: quin scilicet fideliter custodiat/ cū peccaueris. Deinde subdit ra-tio cur sit dicto angelo obe-diendū: cū subdit: ⁊ est nomen meū in illo: id est/ qui illi obe-dit/ mihi obedit: ⁊ econtra qui illū spernit/ me spernit: vt dici-tur Luce.x. Quantū autē pro-sit obedire illi: ostenditur cum subdit: Qꝫ si audieris vocē ei⁹/ ⁊ feceris omnia que loquor: i-micus ero ⁊c. Text⁹ est clarus.

¶ Secūda remuneratio eorū qui obseruāt pcepta domini/ consistit in amotione/ siue in preseruatione mali: que tan-gitur ibi/ Seruieritis domino deo vestro/ et auferam infirmi-tatem de medio tui: conferen-do tibi bonam dispositionem interiorem. Nō erit/ supple mu-lier: sterilis/ nec infecūda i ter-ra tua. Dicitur autem mulier infecūda/ q̄ paruam prolē ha-bet: et que est modici aut nul-lius valoris. Sterilis aūt/ que nullam prolem habet. Unde ꝑ hec verba domin⁹ designauit multiplicationem populi Is-raelitici/ atqꝫ fortitudinem il-lius. Numerū dierū tuorū im-plebo: id est/ vita tua non bre-uiabitur peste/ fame/ infirmita-te/ aut gladio: sed conseruabo naturalem cursum vite tue: vt scilicet moriaris senex: secūdū illud Psalm. Et dies pleni in-uenient in eis. Deinde cum di-cit: Terrorem meū ⁊c. redit ad promissionem bonoꝝ/ quā-tū ad ingressum terre promis-sionis: ostendens expulsionem omnium habitatorum/ dicens: Terrorē meū mittā in precur-sum tuū. i. ante te/ ad terrendū populum: vt dicit interli. Hec aūt fuit impletū Josue. v. vbi legitur: Dissolutū est cor eoꝝ/ nec remansit in eis spiritus. Sequitur/ emittēs scabrones pri⁹/ qui fugabūt ⁊c. Notādū aūt/ secundū Petrū Co. et de Pal. q̄ scabrones sunt vespe. Vespe aūt sunt musce veneno-se/ q̄ in estate insidiantur aiali-bus/ q̄ gallice dicūtur guies-pez. Uñ scabro/ deriuat a sca-ber/ bra/ brum/ quod est asper. Deinde cū dicit dominus: Nō eijciam eos ⁊c. ponit modum ⁊ formam eijciendi habitato-res. Dicit ergo: Nō eijciā eos a facie tua anno vno: id est/ ci-to ⁊ velociter. Ponitur tamen hic tempus determinatum/ ꝑ indeterminato: vt ibi Gene. xxx. Cras respondebit mihi iu-stitia mea: id est/ in futurū. Itē Mat. xviij. Non dico tibi (di-cit Christ⁹ Petro) vsqꝫ septies/ sed vsqꝫ septuagesies septies. Cui⁹ ratio assignat/ cum sub-ditur: ne terra in solitudinē re-digatur/ et crescant contra te bestie. Ecce duplex ratio: pri-ma/ ne bonum amittatur: secū-da/ ne malum multiplicetur. Cetera autem facile patent.

¶ Circa hunc textum mouen-tur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū: Quid intelligitur per angelum do-mini/ de quo ipse loquitur in principio presentis textus et clausule? Dicēdum/ q̄ diuersi doctores diuersimode hoc ex-ponunt. Nam Rabanus/ secun-

 dum

dum q tangitur in glo. ordin. hūc passum exponit de Josue: q precessit populum Hebreum versus terrā promissionis: ostēdens ei viam ne erraret: et custodiens ipsum in via ne preualerent hostes contra eū. Item ne molestaretur a feris et serpentibus: et vt tandem introduceret eum in terrā quā preparauerat illi dominus: vt dicitur in textu. i. in terram promissionis. Ecce consummatio totius itineris dictorum filiorum Israel: ex quo ceperūt exire de Egypto. Alij autem ad literam exponūt hunc textum de Michaele: q tunc erat princeps synagoge: vt patet Dan. x. sicut nunc est princeps ecclesie: qui prestitit ipsis Judeis omnia predicta beneficia. Alij autem exponunt hoc de colūna nubis: que precedebat Hebreos in deserto: ostēdēdo eis viā: et similiter custodiendo eos per diē ab ardore et estu solis: et custodiendo eosdē per noctem: similiter et viam ostēdendo in specie ignis lucentis vt illuminaret eis: vt scz possēt sibi cauere a malis bestijs. Nec defuit illis vsqz ad introitum terre promissionis.

¶ Secūdū dubium oritur ppter illud verbū: Et introducā in locū quem preparaui tibi. Contra hec promissio nō fuit a parte rei īpleta: quia multi sunt mortui in desertis: vt constat. Dicendū: q hec promissio conditionalis erat: scilz si popul⁹ perfecte obediret deo. Et qz fecit cōtrariū: ideo non mirū si promissio nō fuit impleta. Uel dicēdū: q quantū fuit ex parte dei, pmissio impleta fuit: a parte tamen rei impleta non fuit: exigentib⁹ culpis populi: et ingratitudine illius.

¶ Tertiū dubium oritur propter illud verbū: Nō dimittet te cū peccaueris. Queritur ergo: quō istud potest verificari: exponendo de angelo: qui custos erat synagoge: quam dimisit in passione Christi: et trāsiuit ad ecclesiam Christianorū. Unde tūc audite sūt voces in aere multorū angelorū dicētium illud Hiere. lj. Curauimus Babylonem: et nō est curata. Derelinquamus eā: et eamus vnusquisqz in terrā suam. Igitur. Dicendū: q dictus angelus custos synagoge nō dimisit Judeos peccantes custodire quocūqz peccato: quādiu synagoga durauit: vt patet Daniel. xi. vbi fit mentio de tēpore: in quo propter idololatriā fuerunt in Babylonica captiuitate reducti. Nec etiā tunc totaliter dereliqt angelus synagogā: sed tantū in passione Christi: quādo impij Judei dixerunt: Non habem⁹ regē nisi Cesarē: abrenunciātes regno Christi: et se submittentes regno hominis terreni. Qz ergo tunc grande peccatū cōmiserunt: ideo dimisit angelus eos et synagogā ipsorū. Uel nō dimittet te cū peccaueris: scilicet priori peccato grādi cōtra christū: qz etsi tunc reliquerit eos angelus ad tēpus: in fine tū seculi ad eos reuertet: quādo scz reliqe Israel salue fiēt: vt dr Esa. x. Et quādo fiet vnū ouile: et vnus pastor. Joan. x.

¶ Quartū dubiū oritur de septē populis

populis habitantibus in terra promissionis, hic non ponitur nisi sex: nã hic nulla fit mẽtio de Gergeseo. Dicẽdum ad hoc cõformiter ad Petrum de Pal. q ideo de eo non fit hic mẽtio, eo q nõ multũ restitit, sed statim cessit. Aliã rationẽ assignat, cõformiter ad sensum moralẽ, dicens q per illos populos designant peccata mortalia, que deus cõterit in illis, qui sibi obediunt: iuxta illud Roma. xvi. Conterat dñs sathan sub pedibus vestris. Nisi aũt vnũ ipsorum peccatorũ, scz superbia, potest cõsiderari, vel vt est initiũ omniũ aliorũ: iuxta illud Eccli. x. Initiũ om̃is pctĩ superbia: & sic nõ cõnumeratur aliis: sed tñ sunt sex pctã. vel vt est speciale pctm̃ habẽs pprĩã materiã, & pprĩã deformitatẽ: & sic est speciale pctm̃ capitale: ita vt sint septẽ peccata capitalia.

¶ Quintũ dubiũ orit iuxta illud verbũ: emittẽs scabrones prius &c. Querit ergo vtrũ dñs a parte rei emiserit tales bestias ante conspectũ Hebreorũ, ad fugãdũ idololatras de terra promissionis? Videt q sic: qz Sapiẽ. xii. dr q misit antecessores exercitus sui vespas, gal. guiespes, vt illos paulatim exterminarent. Igit in effectu ita factũ est. Ad hoc dt Augusti. & ponit in gloss. ordi. q hoc forsan nõ ita factum est in effectu: qz nec sub Moyse, nec sub Josue, nec sub aliquo iudicum aut regũ legitur tpibus adimpletũ: sz dicit q p scabrones, siue scrabones (vt dicit alia litera) intelligitur terrores inimicorũ, q quidẽ terrores de inimũda cõsciẽtia eorũ oriebant, sicut talia aialia ex cadaueribus pcreari solẽt. Et loqtur sz eũdẽ Augu. dño metaphorice, et nõ pprie. Sed cũ pmissum sit s tertiũ: Terrorẽ meum mittã in pcursum tuũ: videt q si p missionẽ scrabonũ intelligant terrores, q tunc sit nugatio. Ad qd dicendũ, q p terrorẽ suprapositũ pmittit dñs terrorẽ vt timorẽ simpliciter dictũ, q est sine inuasiõe. Hic aũt pmittit dñs terrorẽ vehemẽtẽ, qui est cũ inuasiõe timoris, & cũ fuga.

¶ Sextũ dubiũ: quare hic potius fit mẽtio de tribus gẽtibus, siue nationibus infideliũ, cũ dr: emittẽs scrabones, q fugabũt Eueũ, & Chananeũ, et Etheũ, qz de aliis qtuor? Dicẽdũ q iste tres nationes erãt pmo in introitu terre pmissiõis, et acriores ad pugnã ꝯ filios Israel: ideo specialr hic noiantur. Uel dici q p has tres natiões alie etiã intelligunt: sed tñ he tres breuitatis gratia hic nominãtur.

¶ Septimũ dubiũ mouet ppt illud verbũ: Ponãqz terminos tuos a mari rubro &c. Querit g vtrũ istud sit mare rubrũ p qd trãsierũt filii Israel, ascẽdẽtes de Egypto? Ad hoc dicũt qdã (vt refert d Pal.) q fuit aliud mare qd adiacebat terre pmissiõis ex pte Oriẽtali. Hoc etiã videt approbare glo. interl. Mare aũt Palestinorũ, de q loqtur textus pñs, est illd mare qd nos vocamus mediterraneũ, qd adiacet t're pmissiõis ab Occidẽte.

¶ Octauũ dubiũ orit ppt illd verbũ: Tradã in manibus vris habitatores terre. Queritur g quo fuerit ipleta dei pmissio, maxime cum Judei nunqz pos-

sederint totam illã terrã prius inhabitatã ab infidelibus. Dicẽdũ sicut dictũ est ad secundũ dubiũ precedẽs, q huiusmodi pmissio fuit facta sub conditione: videlicet si populus hebreorũ custodiret precepta domini. quam conditionẽ minime seruauerũt. Non mirũ ergo si dei promissio non fuit erga eos impleta.

¶ Moraliter et primo per angelũ (qui interpretatur nuncius) designat conceptionẽ vel desideriũ boni. Tũc ergo dominus deus mittit angelũ suũ ad nos: quotiens inspirat in cordibus nostris bonũ propositum vel desideriũ boni: iuxta illud Esa. xxvj. A facie tua domine concepimus et peperimus spiritũ salutis. Et talis dei nũcius precedit nos, qr preuenit nostrã volũtatem: quinimmo ipse est qui mouet intellectũ ad cogitandũ de bono: et volũtatem ad desiderandũ et volendũ bonum: dicente apost. ij. Corint. iij. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Item Phil. ij. Deus est qui operatur in nobis et velle et perficere, pro bona voluntate sua. Non ergo pro nostris meritis. Et breuiter ipse dominus omnia opera nostra operatur in nobis: vt dicitur Esa. xxvj. Et hoc totũ mediante angelo suo predicto. i. mediante bona motione sua et voluntate: que custodit nos in presenti, et tãdem introducet in locũ quem preparauit nobis: scilicet in celum. Hinc Psalm. ait: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam etc. Nonne igitur obseruare debemus tm ac talem dei angelum: et audire vocem eius, et non ipsum contẽnere? Nõ enim dimittit nos postquã peccauimus, totaliter: quinimmo quandiu sumus in peccato, nõ cessat nos monere vt resurgamus et ad ipsum reuertamur. Unde Ezechie. xviij. clamat, dicens: Nolo mortem peccatoris: sed vt magis conuertatur et viuat. Itẽ Hiere. tertio: Reuertere ad me Sunamitis, et ego suscipiam te. Insuper si audierimus predictũ angelũ et fecerimus omnia q per ipsum loquitur nobis dominus: ipse dominus inimicus erit inimicis nostris: scilicet demonibus et vitijs vniuersis: nos defendẽdo et protegẽdo ab eis, tam in vita, q̃ in mortis articulo: et affligentes nos affliget. Denique precedet nos, et tandem introducet nos in terrã Amorrei, Ethei etc. i. in celũ vnde ceciderunt mali angeli. Ecce quid operatur in nobis angelus dominus: id est, motio et inspiratio ad bonum: si modo diligenter audierimus dictum angelum.

¶ Moraliter et secundo, ista possumus exponere de bono angelo custode nostro: quẽ cõtẽnere non debemus: sed debitam reuerentiam illi exhibere, etiam in quocunq loco sumus: nec eo presente facere qd presente mortali homine facere nõ vellemus. Ipse nempe operatur in nobis multiplex beneficiũ, prout in presenti declaratur. Et similiter Augu. ad fratres in eremo. ser. xlvj. q intitulatur de

angelis

angelis ꝛ hospitalitate: vbi sic
ait/ Ipsi sancti angeli pro no=
bis contra demones pugnant/
ꝛ victoriã obtinent. Ipsi sunt
per quos ad fletũ cõtritionis/
penitentie ꝛ orationis induci=
mur. Ipsi sũt per quos nostra
facta/vel cogitata/ad celũ hi=
lariter portantur. Ipsi sunt fra
tres nostri/qui valde nos dili=
gũt/nos vbiq̃ instruũt/in cun
ctis nos protegũt/nostrũ aduē
tum expectantes ad celũ: ꝛ se=
des paradisi per nos repleri
affectant. Isti sunt sanctissimi
spiritꝰ/q̃ nobis dormientibꝰ cu
stodes assunt/ nobis orãtibus
tripudiantes assistũt. Quis er
go fratres charissimi eos non
diliget? Quis non veneretur?
maxime cum in conspectu dei
semper assistant. Et post pau=
ca: Ipsi sancti angeli sunt per
quos sustentamur: per quos in
mari/ ꝛ in terra uiuamur: per
quos mente et corpore illumi=
namur: per quos in tribulatio=
nibus ꝛ angustijs consolamur:
per quos ab infirmitatibꝰ fre=
quenter liberamur: per quos ꝛ
ꝛ a quibꝰ ĩ extremis cõtēpla=
mur: ꝑ quos in fide solidamur:
ꝑ quos a maligno spiritu defē
samur: ꝛ obtẽta victoria/ad pa
radisum/ vl' purgatoriũ/ꝑ eos=
dē deportamur. Et dũ ibi pur=
gamur/ab ipsis sepe visitari et
cõsolari nõ dubitamꝰ: promit=
tẽtes celestē Hierusalē ciuita
tē nos ingressuros. Hec ille.

¶ Moraliter ꝛ tertio/ꝑ illa ꝟ=
ba/Angelꝰ meꝰ ꝓcedet te/ꝛ cu
stodiet in via / ꝛ introducet in
locũ quē ꝑparaui tibi: notatur
triplex gratia/q̃ necessaria est
homini cupiẽti ꝑuenire ad ter
ram promissionis. s. inchoans/
cooperans ꝛ cõsummans. Nã
per hanc triplicē gratiã prepa
ratur nobis ille locus/ de quo
apostolus ait: q2 dominus pa=
rat illis ciuitatem/ q̃ nõ habēt
hic manētem/ sed futuram in=
quirunt.

¶ Moraliter et quarto/per se=
ptem gentes expellendas de
terra promissionis vt filij Is=
rael possint in ea pacifice habi
tare: septē designanẽ peccata
capitalia/q̃ expellēda sunt de
anima peccatrice. In cuius fi=
gurã Christꝰ eiecit septem de=
monia a Maria Magdalena:
vt legiẽ Marci vlt. ꝛ Luc. viij.
Hec aũt eiectio ad hoc neces=
saria est/vt virtutes ꝛ dona spi
ritus sancti habitēt ĩ dicta con
sciētia. Nã vt dicit hic glo. or=
di. non possunt virtutes cũ vi=
tijs morari. Hoc autē prolixe
ibi declaratur. Vide ibi.

¶ Moraliter et quinto/et con
formiter ad fratrē Petrũ Ber
chorieñ. ꝑ hostes filiorũ Isrl'
intelligũtur tribulatiões que
cõtinue nos molestant. Et si=
militer per bestias contra eos
multiplicatas/ motus carna=
les designantur/ q̃ brutaliter
nos infestant. Illud est ergo
verũ/q̃ deꝰ de terra nostra/scʒ
de nostro corpore/hostes no=
stros. s. mũdi tribulationes/pe
nitus et subito nõ euellit: qui=
nimmo ipsas nobiscũ viuere et
manere permittit. Hoc autem
faciẽte bestie carnaliũ motuũ
ꝛ tētationũ cõtra nos crescãt:
et ne virtutũ solitudo ꝛ caren=
tia/in terra nostri corporis in=
ualescãt. Cõstat enim/q̃ cũ q̃s
sine tribulatione in ꝓsperitate

viuit: terra sua. i. persona sua| ad solitudinem et sterilitatem virtutū faciliter tendit: et bestia deuorans. i. carnis tentatio| ipsum faciliter corrumpit et inundit: ita vt diabolus dicat illud Deute. xxxij. Dentes bestiarū immittam in eos: cū furore trahentiū super terrā| atq serpentiū. Utile est ergo viro iusto habere tales mundi tribulationes ꝛ aduersitates| vt in eis exerceaẜ: et ne peiores hostes. s. bestie: id est| carnis bestialitates| ꝛ immūditie contra eū augeantur. Merito ergo dicitur in Psalmi. Multe tribulationes iustorum.

¶ Uel dic ad literam| ꝙ diuina prouidentia nunꝙ dimittit hominē sine hoste: vt semꝑ habeat quod timeat: ꝛ exercitatior atq cautior inde fiat. Sicut enim videmus de altis regnis ꝛ dominijs| ꝗ vt cōmuniter semꝑ habent aliquos ꝑpetuos hostes: cū quib⁹ quasi ꝑpetua gerūt bella: sicut facile potest dari multiplex exēplū: ita etiam in proposito. Uidet enim diuina ꝓuidentia ꝙ virtus torpesceret: si popul⁹ hostes| contra quos vires exercitat| non haberet. Quapropter hostes hominib⁹ occulte suscitat: et iā regnis et prouincijs forte| tāꝙ illis bonū ꝛ vtile. Sicut ponit Oros⁹ de Carthaginie vrbe Romanis infestissima ꝛ rebellissima. Nā cū hanc vrbē Romani post infinitas cedes ꝛ clades vicissent ꝛ cepissent: diu deliberatū est a senatu Romanorū: vtrū illa vrbs deleri deberet. Asserentibus plurimis nō esse vtile ꝙ deleretur| vt in vrbe rebellionibus dedita| virt⁹ Romana in bellis exercitareẜ: q2 alias si sine hoste ꝛ timore viueret| per torporem ꝛ desidiā faciliter lassaretur. Quia sicut dicit Uegetius| sine exercitio ingenia in artibus| ꝛ brachia in hūanis corporibus irrigescunt. Patet ergo cur diuina prouidentia permittit homines vnius prouincie| aut regni| impugnari ab hostibus suis.

¶ Moraliter et sexto| per hoc ꝙ dn̄s precepit populo Israelitico| ꝙ cū Chananeis populis fedus nō iniret. Item ꝙ in terra sua eos nullatenus manere sineret: Non habitēt (inquit) in terra tua: ne forte peccare te faciāt in me| si seruieris dijs eorū. Per hoc (inquā) designaẜ| ꝙ cū peccatoribus ꝛ iniquis| siue Judeis| sarracenis vel hereticis confederari| siue amicitias contrahere| vel nobiscū morari permittere| nō debemus: ne forte contingat simplices erroribus eorū decipi: et ad adorandū deos eorū .i. ad credendum eorum perfidiam inclinari. Idem dic de vsurarijs| ꝛ alijs publicis peccatoribus. Unde Psalm. Non habitabit in medio dom⁹ mee| qui facit superbiam. Et simile est de alijs peccatis| per ꝗ ali⁹ potest coinquinari| dicente Psalm. Cum peruerso peruerteris. Item Hierony. iij. parte epistolarum suarū. epist. lxxxv. Nihil (inquit) tam nocet homini| ꝙ mala societas. Talis eñ efficitur homo| qualium societate fruitur. Nunꝙ cum agno lup⁹ pascitur| aut pacifice habitat.

distat. Uir certe casti luxuriosi societatem aufugit. Plusq͂ im possibile puto virum diuti⁹ in bonis operibus permanere: q̃ malorū assidua conuersatione vtitur. Hec ille.

¶ Moraliter et septimo: Notandū q̄ per filios Israel (qui interpretant̄ videntes) significantur contemplatiui et viri iusti: qui tunc vadunt ad occupandum terram suam quando student in effectu domare carnem suam et eā spiritui (quātū patitur status presens) subiugare. Dominus autē hostes eorū. i. carnis tentationes nō statim vult delere: vt sic eos i humilitate conseruet. Itē vt virtutem sue constantie cōtra huiusmodi tentationes valeāt exercere: q2 nulla virtus sine hoste regnat. Ipsos tamen hostes. i. carnis tēcationes vult cum eis sub tributo et subiectione viuere et manere. Unde dicit̄ Gen. iiij. Subter te erit appetitus tuus: et tu dominaberis illius. Quia alias bestie .i. peccata spiritualia: sicut est superbia/elatio/inanis gloria/ contra tales multiplicarent̄: et sic in solitudinem spiritualem redigerentur/ atq͂ virtutum opulentia priuarentur. Quia reuera sepe fit/ q̄ illi qui carnis tentationes non sentiunt/ de sua castitate superbiunt: et sic multiplicatis in eis bestijs: id est/ spiritualibus vitijs: nouissima eorū fiunt peiora prioribus. Utile ergo est hostes: id est/ tribulationes et tentationes sentire: vt discamus humiles fieri: et nullatenus de nostra iustitia superbire. aut presumere: iuxta illud Hebreorū quinto: Didicit ex his que passus est obedientiam. Item prime Corinth. v. dicit apost. de quibusdam: Quos tradidi Sathane in interitum carnis fuci vt spiritus saluus fiat.

¶ Moraliter et octauo/ notādum super illō verbū: Nō inibis cum eis fedus. Quinimmo preceptū est eisdem filijs Israel/ q̄ deos ipsorum gentiliū non colerent postq͂ habitarēt in terra ipsorum: sed q̄ lucos/ deos/ et statuas ipsorū Chananeorū infideliū destruerent et delerent. Notandū (inquā) q̄ per hec omnia designatur/ q̄ cū filij Isrl. i. bōi religiosi destinant̄ p obediētiā ad terras Chananeoꝝ. i. ad monasteria/ in quib⁹ dissolute viuit̄ reformationis gratia: sūme cauere debēt ne deos taliū. i. vitia et malos mores colāt. i. sequant̄: et cū eis federa male societatis inire. Quinimmo isti nouiter introducti debēt deos aliorū .i. vitia destruere: sitr et prauas eoꝝ cōsuetudines inueteratas. Insuper si opus fuerit de dicto monasterio submouere: et ad aliud transmittere. Nā arbor aut vinea que non fructificat in vna terra: transplantata in aliam terram/ frequēter fructificat. Applicatio est facilis.

¶ Moraliter et nono/ eundem textum possumus exponere de multis curatis et predicatoribus/ qui debent acriter increpare vitia: et non inire fedus cum malis: qui tamen sepe deos eorum adorant. i. vitia eoꝝ dissimulāt: et quādoq͂ eorum opera

opera mala faciunt: vtpote quãdoq potãdo cum eis vsq ad Hebreos/ vel ludẽdo ad ludos interdictos/ et huiusmodi: ita vt quãdoq ipsis secularib9 deteriores fiant. Taceo de illis prelatis / aut p̃dicatorib9/ siue cõfessoribus/ qui habitãt in curijs principũ/ qui non debite increpãt vitia eorum. De numero autẽ talium non erat ille cõfessor cuiusdam principis (quẽ optime noui) de quo intellexi/ q semel noluerit absoluere dictum principem: eo q nollet obtemperare eius consilio/ vbi obtemperandum et obediendum erat.

¶ Moraliter et decimo/ iuxta illud verbum primũ: Ecce ego mittam angelum etc. Notandũ conformiter ad magistrum Nicolaum de Lyra/ q per angelũ domini/ intelligit bonus prelatus: secularis/ vel religiosus: iuxta illd Malachie.ij. Labia sacerdotis custodiũt scientiã/ et legem ex eius ore requirẽt: supple/ subditi: angelus enim domini exercituum est. Talis autem angelus debet precedere subditos suos in via morũ/ verbo et exemplo: et quantũ in se est/ finaliter eos introducere in locum quem preparauit illis deus/ scilicet in celum.

¶ Moraliter et vndecimo/ iuxta illud: Non erit infecunda etc. Notandum conformiter ad eundẽ de Lyra/ q per hoc designatur / q in congregatione religiosorum / seu aliorũ bene viuentium / non debet aliquis sterilis inueniri: id est/ qui careat bono opere/ aut laudabili exercitio. Nullum em̃ vult dominus ociosum esse in presenti/ sed vnicuiq adulto dicit illud Mat.xx. Uade in vineam meã: et quod iustũ fuerit/ dabo tibi.

¶ Moraliter et duodecimo/ iuxta idem propositũ. Notandũ conformiter ad glo. interli. q ꝓpter peccata hominũ sepe cõtingit sterilitas mulierũ et animaliũ/ necnõ et ipsi9 terre. De primo et scd̃o legitur Gen.xij. Itẽ.xxvj. q ꝓpt̃ vxores Abrahe/ et Isaac filij sui/ facte sũt steriles mulieres et animalia i domo Pharaonis et Abimelech. Et Michol nõ est natus fili9/ qr derisit Dauid: vt legitur.ij. Reg.vj. Unñ Deuter.xxviij. inter dei maledictiones q̃ danẽ ꝓpter peccata hominũ/ sic dr̃: Maledict9 fructus vẽtris tui: qd̃ refert ad mulierẽ. et maledictus fructus terre tue/ armẽta boum tuorũ/ et greges ouiũ tuarũ / sint supple maledicta. Unñ Osee.ix. de his q̃ profunde peccauerũt/ dicit: Da eis dñe vuluã sine liberis/ et vbera arẽtia. De tertio dicit i Psal. Dedit terrã eorũ fructiferã in salsuginẽ/ a malitia inhabitantiũ in ea. Itẽ Gen.iij. Maledicta terra i opere tuo. Sed spiritualiter istud exponẽtes/ Non erit infecũda/ neq sterilis in terra tua: per hoc voluit dicere dominus/ q nulla mulier. i. nulla humana cõscientia debet esse infecũda aut sterilis. i. sine bono proposito/ aut bono opere/ nec etiã sine gratia dei. Aliq tñ sunt fecũdi in cõcipiẽdo bonũ ꝓpositũ/ q tñ sunt steriles in pariendo: qr non exequunt efficaciter suũ bonũ ꝓpositũ/ sed permittunt ipsum extingui et perire:

et perire: cõtra quos loquitur Apost.j.Thessa.v.dicẽs: Spiritum nolite extinguere.

¶ Moraliter et decimotertio: iuxta illud: Nõ eijciã eos a facie tua anno vno. Notandũ cõformiter ad glo.ordi. q̃ gẽtes iste vitia significãt: que nec simul nec vno tẽpore in sanctis extinguuntur: ne mõstra terre multiplicent.i. ne in superbiã erigant: et vanã gloriã: et huius modi. Ex hac autẽ glo. potest sic obijci (secũdum Hugonem Cardi.) Nõ ergo dñs simul omnia peccata dimittit. Ad qđ respondet dicẽs: Quãdoq̃ pura tenenda est historia: quandoq̃ allegoria cum historia. Et si ad literã dñs gẽtes illas a facie filiorũ Israel paulatim eiecerit: p̃ q̃s vitia designant: nõ tamen moraliter dicendũ: q̃ dñs ideo dimittat oẽa peccata mortalia paulatim: sed simul. Uel dic aliter: q̃ dñs vitia paulatim dimittit.i. reliq̃as peccatorũ: siue pronitates. quia in bonis operibus assuescẽdo: debilitatur fomes et p̃nitas ad peccandum.

¶ Moralit' et decimoquarto: iuxta illud verbũ: Emittã scabrones et cẽ. Notandũ conformiter ad dominũ Petrũ de Pal. q̃ p̃ scabrões intelligit timor dñi seruilis: qui introducit timorẽ dñi filialẽ et charitatiuũ: sicut seta introducit filũ. Uel per scabrones (qui de cadaueribus nascunt) significant aculei timoris de peccatis cõscientiam pungentes: qui frequenter fugant demones. Vñ Deutero.vij. Insuper et scabrones mittet dñs deus tuus in eos: donec deleat omnes atq̃ disperdat.

¶ Moraliter et decimoquito: Notandum q̃ totus iste text' potest exponi de deuoto catholico ab humanis decedẽte. Nã tunc dñs specialiter mittit angelum suũ bonũ: qui precedat eum versus celum: et custodiat ipsum a malignis spiritib': et maxime tali decedenti insultantib'. Psal. Insidiat quasi leo in spelunca sua: insidiatur vt rapiat pauperẽ: supple vicinum morti. Itẽ Abac.iij Ibi abscondita est fortitudo eius: supple ab oculis assistẽtiũ: sed non ab oculis ipsius moriẽtis: sicut patuit de beato Martino: qui tunc cũ vidit in forma cruente bestie. Itẽ mittit tunc dñs angelũ suũ: vt tandem introducat spiritũ in locũ quem illi preparauit de': per eternã predestinationẽ: scʒ in celum. Vñ Luc.xvj. legit de mendico Lazaro sic: Factũ est vt moreretur mendicus: et portaret ab angelis in sinũ Abrahe. Tunc etiã: scʒ in morte iusti: dñs inimicus efficitur inimicis illius: et affligentes eũ: supple demones: af.ligit: eos repellẽdo et p̃pulsando: ne tñ noceant morienti: quantũ nocere vellent. Insup dictus angelus introducet dictũ morientẽ: tanq̃ ministerdñi: in terrã Amm. zreor. Etheorum et cẽ.i. ad sidereas mãsiones: vñ ceciderunt mali angeli. Deniq̃ tũc idẽ deus et dñs terrorẽ suũ mittet in precursum ipsi' fidelis decedẽtis: similiter tunc cunctorũ inimicorũ suorũ: supple spiritualiũ: corã eo terga vertet: emittens

scabrones.i.bonos angelos/q
fugabūt pdictos Chananeos/
Etheos rc.i.malignos spiri=
tus. Vñ Psal. ad propositū lo=
quit/dicēs: Sicut deficit fum⁹
deficiant: sicut fluit cera a fa=
cie ignis/ sic pereant peccato=
res a facie dei.i. demones qui
antonomatice dicunt peccato
res. Sed quomodo pereunt a
facie dei / quā nunꝙ viderūt/
nec visuri sunt in perpetuū? Di
cendū/ꝙ per faciē dei intelli=
git ei⁹ presentia / quā exhibet
iustis morientibus: que terret
et fugat ipsos demones / sicut
lux tenebras/ et dies noctem.

¶ Allegorice et primo/ et cōfor
miter ad glo. interli. p angelū
quē promisit dñs filijs Israel
ingressuris terrā pmissionis:
intelligit Christ⁹/qui fuit ma=
gni cōsilij angelus. Angelus
eñ est nomen officij. Nā idem
est qḋ nūcius: ipse aūt Christ⁹
venit in hūc mundū nobis nū=
ciatur⁹ dei patris voluntatē.
Itē hic est angelus/ quē alius
angelus / scz Gabriel prenun=
ciauit venturū ad virginē Ma
riā: vt dicit Luc.j. Et Malac.
iij. Ecce ego mitto angelum
meū/ et pparabit viā ante faciē
meā: et statim veniet ad tēplū
suum dominator quē vos que
ritis: et angelus testamenti/
quem vos vultis. Hic est Chri
stus qui fuit angelus: id est nū
cius noui testamenti. Hunc
itaꝙ āgelū misit de⁹ pater ad
nos/ ppter tria summe necessa
ria. Primo quidē vt precederet
nos in via/ qua itur ad celū/ si=
cut portitor luminis precedit
alios. Ipse aūt ait Joan. viij.
Ego sum lux mūdi: q sequitur
me/ nō ambulat i tenebris/ sed
habebit lumen vite. Scdo vt
custodiret nos in eadē via ab
hoste maligno. Joā. vj. Hec est
voluntas ei⁹ qui misit me pa=
tris: vt omne qḋ dedit mihi nō
perdā ex eo. Item eiusdē. xvij.
Quos (inqt Christ⁹ ad patrē)
dedisti mihi ego custodiui / et
nemo ex eis perijt nisi filius p=
ditiōis. Tertio/ vt nos in celū
introduceret. Joā. xiiij. Vado
vobis parare locum. Hic itaꝙ
angelus testamēti nō est con=
temnendus/ sed in sacro euan=
gelio loquēs audiendus et ob=
seruandus: qui nō dimittit nos
omnino postꝙ peccauim⁹: sed
expectat nos vt misereat no=
stri: vt dicit Esa. xxx. Insup no
men patris est i illo.i. essentia:
ita vt sint vnū. Joā. x. Ego et
pater vnū sumus. Deniꝙ ipse
de⁹ pater promittit nobis spe
cialē protectionē casu quo ef=
ficaciter audierim⁹ dictū an=
gelū/ dicēs: Qz si audieris vo=
cem ei⁹/ inimicus ero inimicis
tuis/ et affligam affligentes te.
Precedetꝙ te angelus meus/
id est/ Christus/ vel bonus an=
gelus. Et tūc expone/ vt prius
in vltima expositione morali
dictum est.

¶ Allegorice et secundo/ et cō=
formiter ad dñm Petrum de
Pal. Iste angelus est Christ⁹/
qui est magni cōsilij angelus/
missus a deo patre in hūc mū=
dum. Joā. iij. Sic de⁹ dilexit
mundū: vt filiū suū vnigenitū
daret/ vt omnis q credit in eū
non pereat/ sed habeat vitā e=
ternā. Et iterū ibidē: Non eni
de⁹ misit filiū suū in mundū/
vt iudicet mūdū: sed vt saluet
mundus

mundus p ipsum. Hic igit angelus est diligēter audiēdus: et obseruādus: et nō contēnendus. Cui⁹ tñ cōtrariū fecerunt Judei qui dixerūt: Uidim⁹ eum nō habētē speciē neq3 decorē. Nos putauim⁹ eū quasi leprosū: et pcussum a deo et humiliatū Esa. liij. At vero q eū sic contēpserunt non dimittet impunitos: sed iam puniuit p Titū et Uespasianū: atq3 durius increpabit in die iudicij. Fuit etiā nomen patris in eo. i. virt⁹. Unde Philip. ij. d:r: q ipse dedit ei nomen: qd est sup omne nomen. Qd aūt hic pmittit dñs se psecuturū Chananeos inhabitātes terrā pmissionis: et paulatim expulsurū: illucq3 introducturū dictos filios Israel: designat fideles Christianos occupaturos terras prius occupatas ab infidelib⁹ et idololatris: atq3 Judeis. Hoc tñ nō plene fiet cito: sed paulatiue: cōplete aūt et integraliter versus finē mundi: quandoquidē reliquie Israel salue fiēt Esa. x. et fiet vnū ouile: et vn⁹ pastor Joan. x. Tunc etiā ponet dñs terminos ecclesie Christiane a mari vsq3 ad mare: et a flumine vsq3 ad terminos orbis terrarū. Et sicut Josue paulatiue destruxit idololatriā de terra Chanaan: ita et Christ⁹ qui et Josue. i. mundi saluator dict⁹ est: predicās tam per se: q̄ per apostolos suos: atq3 corū successores: expulit et expellet omnem idololatriā de mūdo isto. Qua eiecta: totus mūdus adorabit vnum solum verum deū: vt dictum est.

¶ Allegorice et tertio p Chananeos et ceteras nationes infideliū: de quibus precepit dominus filijs Israel vt paulatim eas eijcerēt de terra promissionis: designant Judei qui nequaq3 sunt tollerādi in terra inhabitata a filijs Israel. i. a Christianis: qui vident deū p fidē: et q sunt specialiter filij dei: qr regenerati sacro fonte baptismatis. de quibus Joā. j. Dedit eis potestatē filios dei fieri: sed quib⁹? Certe his qui credunt in nomine eius: et qui ex deo nati sunt: scz modo predicto. Sunt igit tales Chananei. i. Judei: p principes Christianos: qui habent manū fortem eijciēdi de terra: et de medio Christianoꝝ: ne modicum fermentū totā massam: aut saltim multā corrumpat: vt dicit Apost. j. Corin. v. Expurgate (inquit) vetus fermentū. i. Judeos inueteratos ab antiquo in perfidia sua. Cuius causam subdit: cum ait: Ut sitis vos supple Christiani noua cōspersio: id est: vt sitis synceres in fide. Unde propter talem expurgationem rex Francie ex priuilegio apostolico vocatur rex Christianissimus. Et nuper propter eandem causam rex Hispanie dicitur rex Catholicus. Unde princeps qui facit talem expurgationē: merito potest dicere illud verbū Psalmiste: De⁹ ostendit mihi super inimicos meos: scilicet Judeos: q sunt inimici nominis Christi et Christiani: ne occidas eos: nequando obliuiscātur populi mei: id est: Christiani: qui tunc ad memoriam reducūt dominicā passionem: et mortem:

⁊ morte nimicū vident filios eorum qui occiderunt eū: sicut filius memorat mortis patris / quando videt eum qui ipsum occidit. Nihilominus quia dicti Judei infesti sunt Christianis / vbi possunt preualere: contemnentes ritum eorū / ⁊ simplices seducentes atq̧ imperfectos vbi possunt: Insup quia sepe compertū est q̧ iniuriati sunt sacramento altaris: ideo optimo iure possunt eos de finib⁹ suis eijcere. Unde ⁊ subditur: Disperge illos in virtute tua / ⁊ depone eos: supple de habitationibus suis. Nullatenus tamen cogendi sunt ad fidem: nec eoꝝ paruuli / ipsis inuitis / baptizādi. Sed vtrunq̧ relinquendum est diuino iudicio ⁊ voluntati: quia cui vult deus miseretur / et quē vult indurat: vt dicit̄ in decretis / distin. xlv. de Judeis quia vt dicit ibi glo. et pontif. xxiij. q. iij. vides. nemo inuitus fit bonus. Hoc etiā prohibetur / ne fictos catholicos haberet ecclesia: vt dicitur vbi supra / ⁊ sunt verba Augustini.

¶ Allegorice ⁊. iiij. iuxta illđ: Benedicam panibus tuis ⁊ aquis. Istud pōt referri ad duo precipua sacramēta: scilicet altaris / et baptismi: quorū vnum est maxime necessitatis / scilicet baptism⁹: quia nisi quis renatus fuerit denuo / non potest videre regnum dei. Joan. iij. Alterum autem / scʒ sacramentum altaris / est maxime dignitatis: tanq̄ continens realiter ipsum Christum / ⁊ non solum effectū ipsius. Joā. vj. Ego sum panis viuus / qui de ⁊c̄. Tūc ergo benedicit deus panib⁹ nostris et aquis / cū benedicit per specialem gratiam vtriq̧ sacramento: scilicet altaris / cuius materia est panis: ⁊ similiter baptismi / cui⁹ materia est aqua. Pluraliter autem dicit dominus de sacramēto altaris / benedicam panibus tuis: propter frequentationem ⁊ reiteratione ipsius sacramēti. Idem etiam potest dici de benedictione aquarū. Non tamen sic intelligendo q̧ ipse baptismus reiteretur circa eundem / sed circa diuersos: q2 character baptismalis ē indelebilis / nec perditur ex quocūq̧ peccato: vt patet. j. q. j. qđ quidem. ante medium. Item xxxij. q. vij. vnde licite.

¶ Allegorice ⁊ quito: p Chananeos / ceterosq̧ infideles existentes in terra promissionis: ⁊ quos non deleuerunt filij Israel vno āno / sed pauletiue: intelligūtur heretici / qui sunt in ecclesia in medio tritici: id est fidelium: et qui non possunt de facili et cito extirpari / vt scilicet habeant deuoti catholici ⁊ signāter docti ⁊ literati / materiā boni ⁊ laudabilis exercitij. Hinc Apost. j. Corinth. xj. ait: Oportet (inquit) hereses esse: vt qui probati sunt / manifesti fiant in vobis. Super quo dicit glo. interl. q̧ Apostolus nō vult nec optat hereses esse: sed scit futuras. Itē quia hoc vtile est: vt qui probati sunt / manifesti fiant. Item glos. ordi. dicit / q̧ heretici prosunt suo malo ecclesie. Omnes (inquit) inimici ecclesie / vel errore cecati / vel malitia deprauati / prosunt ecclesie: q2 si accipiunt potestatē

corpo-

corporaliter affligendi/ exercent eius patientiam. Si vero male faciendo aduersantur ei: exercent eius sapientiam. Ab aduersario enim mota questio/ discendi existit occasio. Sicut patet i gymnasio Sorbonico Paris. Non est ergo necesse/ nec bonū simpliciter/ hereses esse: aut per se/ aut ex parte hominū: sed ex parte dei elicientis ex hoc bonum. Quia sicut dicit August. in Enchiridiō: Deus adeo omnipotens est ⁊ bonus/ ꝙ non sineret mala fieri/ nisi ex eis eliceret maiora bona. Sicut ex ꝑsecutione tyrannorum/ ipse elicuit patientiam martyrū. Quēadmodum ergo aurum probat i fornace/ sic ⁊ fideles inter hereticos. Practica de modernis hereticis Lutheranis. Et breuiter (vt dicit Augusti. lib. vij. confessionum) Improbatio hereticorū facit eminere quid ecclesia Christi sentiat: ⁊ quid sana doctrina habeat. Hec ille.

¶ Allegorice ⁊. vj. iuxta principiū presentis clausule: notādum ꝙ per angelum potest intelligi bonus ⁊ deuotus prelatus/ angelicam ducens vitam: qui scȝ a deo datur ⁊ mittitur/ vt per ipsum populus exemplariter ꝓcedatur: virtualiter custodiatur: et ad locum paratū/ id est/ ad paradisum finaliter introducatur. Quia reuera talis prelatus debet esse a deo missus ⁊ datus: non affectione inordinata/ vel per simoniā ꝓcreatus. Debet etiam populū precedere in omni virtuoso et laudabili opere: atqȝ exemplariter anteire/ vt possit cum effectu dicere subditis cum Christo: Exemplū dedi vobis. Luc. xiij. Insuper debet popl'm suū ab aduersarijs. i. a demonib9/ hereticis/ ⁊ tyrannis defendere: ⁊ viā salutis poplo suo preparare: ⁊ sic ipsum (quātum in se est) in paradisum introducere. Et de tali angelo scriptum est Malac. iij. Ecce ego mitto angelum meū/ qui preparabit viam ante faciem tuam.

¶ Allegorice ⁊. vij. ista verba possūt recte exponi de sanctis patriarchis/ qui fuerūt tempore legis naturalis/ aut scripte: quales fuerunt Noe/ Abrahā/ Joseph/ Moyses/ ⁊ similes: qui tanqȝ angeli fuerūt a deo missi: ⁊ hoc ideo vt precederēt verbo ⁊ facto/ sue exemplo/ populum sue gentis: ⁊ introducerēt (quantū in eis fuit) dictum populum in locum quem preparauit illi dñs: scȝ in limbum/ vsqȝ ad celi aperitionem fiendā per Christū. Et breuiter (vt dicit Gregor. in prologo suorū moral. ca. x.) quemadmodū astra suis vicibus in faciem celi veniunt: quousqȝ sol in finem noctis oriatur: sic ad illuminādū noctem ꝑsentis vite/ misit de9 varios sanctos et patres/ quousqȝ venit in hūc mundum verus sol/ illuminaturus omnem hominē venientē in hunc mundum. Nam ad ostēdendā innocentiam/ venit Abel: ad ostendendam longanimitatem spei/ venit Noe. Ad insinuandā obedientiam/ venit Abraham. Ad ostendendam castitatem/ venit Joseph. Ad insinuandam vite sanctimoniam/ venit Moyses. Ad ostendendam inter flagella patientiam/ venit Job. Hec ille.

Me. Tu vero adde, ꝙ ad ostendendam totius vite perfectionem ꝛ consummationem, tandem venit Christus. Ad cuius imitationē hortatur nos Apostolus, Ephe. v. dicens: Estote imitatores dei, sicut ꝛ filij charissimi. Postremo, versus finē seculi, misit illos angelicos viros ꝛ euāgelicos, Dominicum scilicet ꝛ Franciscum, qui nunciarent mūdo penitentiā, principaliter super tribus sceleribus: de quibus .j. Joan. ij. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, ꝛ concupiscētia oculorum, ꝛ superbia vite. Hi itaqꝫ angelici viri precesserunt vna cum suis sequacibus secundū domini aduentum: sicut ꝛ Joan. Baptista precessit primum. Et quicunqꝫ efficaciter audierit vocem eorum, penitentiam agēdo, et a peccatis cessando, atqꝫ bonis operibus insistēdo: dominꝰ defendet eū in vita pariter ꝛ in morte ab inimicis suis spiritualibꝰ. Et illud est quod promittit dominus in figura huius populo Israeli, dicens: Inimicus ero inimicis tuis: ꝛ affligentes te, affligam. Insuper introducet eum in illam terram viuentium, de qua olim ceciderunt infideles spiritus, Michaele cum suis cōtra eos preliante: iuxta illud Apocaly. xij. Factum est preliū magnum in celo, Michael ꝛc.

¶ Anagogice: Istud possumꝰ exponere de animabꝰ beatis, que ex dei ordinatione in fine seculi descendent in hanc vallem miserie, non quidem vt iterum patiantur, sed vt suis corporibus reuniātur: sicqꝫ totus homo in celo premietur, in corpore scilicet, et aia. Occurrente igit dicta resurrectiōe, Dominus mittet suum angelum, qui precedet descensum dictarum animarum: vt clamet, et dicat: Surgite mortui, venite ad iudicium. Itē vt cooperet Christo, qui tūc reformabit corpus humilitatis nostre, configuratū corpori claritatis sue: vt habetur Philip. iij. Deinde vt custodiat ipsum hominem gloriosum in via qua itur ad celū: iuxta illud Psal. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam. Et tādem introducet dictum hominem electum in locum quem preparauit ab eterno illi deus: de quo Joā. xiiij. In domo patris mei māsiones multe sunt. Precedet igitur angelus bonus quemlibet beatū ascendentē in celum, in spiritu et corpore: ꝛ introducet eū ad Ammorreū, ꝛ Ethceum, ꝛ Pheresceum ꝛc. id est, ad sidereas illas māsiones, ad quas peruenissent mali angeli si in bono gratie (in quo cōditi sunt) perstitissent.

¶ Exodi. xxiiij.
¶ Prima clausula.



Moysi quoque dixit: Ascēde ad dñm, tu et Aarō, Nadab, et Abiu, et septuaginta senes ex Israel: ꝛ adorabitis procul. Solusqꝫ Moyses ascendet ad dominum: ꝛ illi non appropinquabunt,

bunt/nec populus ascendet cū eo. Venit ergo Moyses/ et narrauit plebi oīa verba dñi/ atq; iudicia. Respōditq; omnis populus vna voce: Omnia verba dñi/ que locutus est/ faciemus. Scripsit autē Moyses vniuersos sermones domini.

¶ Historialiter: Postq̃ in p̄cedenti caplo dñs locutus est de multiplici p̄cepto iudiciali/ pariter et de quiete septimi anni/ et septimi diei. Itē de tribus solennitatibus/ de hedo non coquēdo/ de angelo p̄cedēte/ de hostib⁹ eijciēdis paulatim: Itē q filii Israel essent possessuri terras infideliū/ nō tamē deos eorū colerent/ nec fedus cū illis inirent: hic consequēter incipit loqui de ascensu ad dñm. Itē de volumine federis/ de tabulis lapideis/ et de mora Moysi in mōte. Refert ergo Moyses famul⁹ dñi/ qualiter dñs dixit ei: Ascēde ad dñm. Hic est igit questio de ascensu Moysi ad dñm/ pro lege decalogi suscipienda. Nā in precedētibus ipse dñs locut⁹ est de multiplici differentia p̄ceptorū iudicialium. Hic vero incipit loq̃ de p̄ceptis moralib⁹/ ad que ordinātur p̄cepta iudicialia. Finis autē et si sit primus in intētione: est tamē vltimus in execucione: vt habet. ii. Phy: l. Nihilominus est q̄stio q̄ p̄cepta primo data sint: Judicialia scz/ vel decalogi? Sed de hoc dicet in solu. ad. j. dub. Dicit ergo text⁹ p̄sens: Moysi quoq; dixit. Intellige non dñs/ sed angelus in p̄sona dñi: et q̄ in figura loquebatur: Ascēde ad dñm. Postq̃ supple descēderis/ et populo p̄dicta p̄cepta iudicialia tradideris/ et ipsa cōfirmaueris: tu et Aaron/ Nadab et Abiu/ et. lxx. seniores ex Israel. Sz cur istos pre ceteris iubet dñs ascendere? Dicēdum/ q ad ostēdēdum q tā sacerdotes q̃ iudices debent esse medij inter deū et populum: et adorabitis p̄cul/ supple simul/ omnes genua flectētes: Solus autē Moyses ascēdet ad dñm. i. ad illā caliginē in qua dñs apparebit: et illi/ q̄ scz secū ascēdent/ nō appropinquabūt: q̃uis supple sint in mōte. Nec populus ascēdet cū eo/ scz cū Moyse/ sicut seniores p̄dicti. Ptz ergo q fuerunt tres gradus. Prim⁹ eni grad⁹ fuit cōmunitas populi/ q̄ stetit ad radicē mōtis. Secūdus grad⁹ fuerūt Aarō/ Nadab/ et Abiu/ et lxx. senes q̄ ascēderūt cū Moyse: sed non vsq; ad caliginē. In tertio autē gradu ascēdit et sedit solus Moyses. Sequitur: Venit q̄ Moyses. hic ponit legū iudicialiū ɔfirmatio/ et acceptatio a p̄plo. Nā cū Moyses descendisset de mōte/ et narrasset plebi oīa verba et iudicia dñi: ait p̄pl̄us vna voce/ dicēs: Oīa verba dñi q̄ locut⁹ est/ faciem⁹: supple ope/ et facto. Et vt dicit Pet. Comes. signauit Moyses eos futuros trāsgressores: et in hoc v̄bo mēdaces: q2 nō sic fecerūt. Et sic ptz de sensu lrāli.

¶ Circa hanc clausulam/ mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igit dubiū: Que p̄cepta p̄mo data sunt a dño: iudicialia. s. en decalogi? Ad hoc ē duplex opinio. Prima est Hebreoꝝ/ dicētiū q illō qd hf. c. isto/ vsq; ad illū locū: Dixit dominus

minus ad Moysen/ Ascēde ad me in montem: factum fuit antequā dominus loqueretur decē precepta decalogi: de quibus dictum fuit prius/ videlicet.xx.c. (trā ꝙ quarta die tertij mensis ab exitu filiorū Israel de Egypto (capiēdo tamen partē pro toto) dominus dixit Moysi/ ꝙ descēderet ad populum/ ad denunciādum illis precepta eius de preparatione populi ad recipiendum legem ore dei promulgādam. Item ad hoc ꝙ poneret terminos circa montem: de quibus dictum est prius/ videlicet.xix.c. Item ad denunciandum predicta precepta iudicialia populo/ que ipse Moyses receperat a domino. Et cōsequenter quinto die predicti mensis Moyses edificauit altare/ et aspersit sanguinē victime super populum/ in signū professionis legis: et Moyses cum Aaron et senioribus ascendit ad dominū/ ad facti confirmationem. Et consequenter sexta die/ que erat quinquagesima a die exitus de Egypto/ dñs adueniēte populo/ locutus est decē precepta: licet scribantur prius data: vez.x.c. Et si dicatur/ ꝙ scribuntur post iudicialia: dicunt ꝙ in sacra scriptura aliquā prius facta/ frequenter scribuntur posterius. Secunda/ est opinio catholicorum/ qui cōmuniter dicunt (vt dicit de Lyra) ꝙ illud quod cōtinetur in.c. isto/ fuit factū postquā dominus dederat ore proprio decem precepta. Nam cum populus non posset sustinere loquentem dñm/ rogauit Moysen vt ipse acciperet legē a domino/ et eis referret: vt dictum est prius/ videlicet.xx.c. Et tūc populo redeunte ad castra/ ipse Moyses ascēdit ad dñm/ et accepit ab eo iudicialia precepta: quibus acceptis/ descendit ad populum ad denunciandum: et tunc facta sunt ista que scribuntur in hoc.c. Et hoc dictū (inquit de Lyra) videtur magis cōcordare litere.

¶ Secundum dubium mouetur propter illud verbum: Omnia verba dñi/ que locutus est/ faciemus. Queritur ergo vtrum populus sit mentitus? Videtur ꝙ sic: quia non sic fecit sicut promisit. Dicendū/ ꝙ non est tunc mentitus populus: quia sic habebat in mente/ sicut promittebat ore. Mētiri autem/ est contra mentem ire/ vel loqui. Unde magister sen. distin.xxxviij. tertij dicit/ ꝙ mēdaciū ē falsa vocis significatio/ cum intētione fallendi. Unde Psalm. loquēs de peccatoribus ait: Labia dolosa in corde et corde locuti sunt. Ubi gloss. Ubi est duplex cor/ ita ꝙ aliud dicitur/ et aliud intenditur/ ibi est mendaciū.

¶ Tertium dubium mouetur propter illud verbum: Scripsit autem Moyses et c. Queritur ergo de quibus sermonibus intelligitur? Dicēdum/ ꝙ de sermonibus iudicialibus: quos ipse Moyses scripsit ad perpetuā rei memoriam. Non autē intelligitur de decē preceptis decalogi/ que a domino scripta et tradita sūt in tabulis lapideis: vt dicit glos. interli.

¶ Moraliter et primo: notādū ꝙ Moyses (qui interpretatur sumptus de aquis) et Aaron (qui interpretatur mōtaneus.) Nadab/

dab, qui interpretatur mansuetus: et Abiu, qui interpretatur spontaneus. Per .lxx. vero, qui numerus constat ex septenario decies ducto. Vel ex denario septies multiplicato, qui omnes ascenderunt ad dominum, significatur, secundum dominum Petrum de Pal. quod quicunque vult ascendere ad dominum, sive ad divinorum contemplationem: debet has omnes interpretationes habere. In primis nempe debet esse Moyses: id est sumptus de aquis per mundiciem puritatem. Item Aaron: id est montaneus, per fortitudinem. Nadab .i. mansuetus, per tranquillitatem. Abiu .i. spontaneus, per promptam voluntatem. Item debet adimplere denarium legis divine, adiutus septiformi gratia spiritussancti. In hunc igitur modum talis homo tendet et perveniet ad contemplationem conditoris.
¶ Moraliter et secundo, per Moysen, qui solus ascendit ad dominum, et qui fuit vir totius perfectionis: designatur quod soli perfecti .i. qui sunt sine peccato celum conscendunt. Et tales sunt in triplici differentia. Primi sunt qui baptismum susceperunt, et cum tali gratia decedunt. In cuius figuram ipse Moyses, qui fuerat assumptus de aquis ascendit ad dominum: ut hic dicitur. Secundi sunt martyres. Unde et de Stephano legitur Actuum septimo quod cum lapidaretur, elevans oculos sursum, vidit celum apertum. Tertii sunt viri illi qui non peccaverunt: aut si aliquando peccaverunt, postea tamen condignam penitentiam egerunt. In cuius figuram dixit Christus latroni pendenti in cruce Luce .xxiij. Hodie mecum eris in paradiso. Et Matthei .iij. Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum.
¶ Moraliter et tertio, per predictos viros, qui associaverunt et comitatum prebuerunt Moysi usque ad certam distantiam: denotatur quod episcopi et ceteri ecclesie prelati (qui per Moysen significantur) debent habere honestam et religiosam comitivam .i. viros morigeratos et scientificos domesticos, et non viros discolos et pravos. Sic enim di. lj. q. vij. cum pastoris. Item duobus .c. sequentibus. Unde ibi reprehendit quidam episcopus Massiliensis, quod in domo sua pravos homines secum habebat, et signanter quendam presbyterum lubricum. Item ibidem .c. episcopi. sic dicit Paschalis papa: Episcopi lectioni et orationi vacent, et semper secum presbyteros et diaconos, aut alios boni testimonij clericos habeant: ut secundum apostolum et sanctorum patrum instituta possint irreprehensibiles inveniri. Item de conse. dist. i. episcopus. sic dicitur: Episcopus deo sacrificans testes secum habeat, in solennioribus quippe diebus aut .vij. aut .v. aut iij. diaconos (qui oculi eius dicuntur) et subdiaconos atque ceteros ministros secum habeat, qui sacris induti vestimentis etc. Nota etiam .c. sequens quod incipit Iuben.. Hec igitur notare debent episcopi, qui more nobilium laicorum habent dissolutam familiam. Olim enim dicebat Christus Mat. xj. quod qui mollibus vestiuntur in domi-

in domib⁹ regū sūt. Sed hodie potest dici / ꝙ in domib⁹ epi= scoporū ꝛ prelatorum sunt.

¶ Moraliter et quarto / ꝑ hoc ꝙ solus Moyses (ꝗ purus erat ꝛ cast⁹) iussus est ascēdere ad dn̄z: significatur ꝙ casti apti sūt ascendere in celū ad dn̄m. Un̄ qꝛ beat⁹ Jo. euāgelista fuit ca stissim⁹: vtpote quē dn̄s de nu ptijs (volētē nubere) vocauit / vt dicit Hiero. in prologo sup euangeliū eiusdē: ideo cū alijs duob⁹ apostolis vocat⁹ a Chri sto interfuit ei⁹ trāsfiguratio= ni: Matt. xvij. Corpus eñi ele mētale quāto purius / tāto na= turaliter pl⁹ ascendit: sicut pz ĩ igne / respectu terre / vl' aque. Applicatio est facilis.

¶ Moraliter ꝛ quinto / Moy= ses ꝗ (vt dictū ē) sūpt⁹ de aqs īterpretat': ꝛ cui dictū ē / Ascē de ad dn̄m: designat verū peni tētē: ꝗ habitat ĩ aquis lachry marū ĩ p̄senti: q̄s effundere nō cessat tā ꝓ cōmissis peccatis / q̄ ꝓ incolatu vite p̄sentis / q̄ etiā ꝓ miserijs alienis: deniqꜫ ꝓ cōpassione dn̄ice passionis. Hic igit' Moyses cum venerit ad horā mortis: assumet' ꝑ ma nus sui boni angeli / ꝛ deducet' cum ingēti iubilo ad dn̄m: vbi habebit perpetuam leticiā et cōsolationē. Hinc Mat. v. dz: Beati ꝗ lugent / qm̄ ipsi cōsola buntur. Et Jo. xvj. Plorabitis ꝛ flebitis vos: mūdus. i. homo mūdan⁹ gaudebit: vos aūt sup ple veri penitētes: tristabimi= ni. Sed tristitia vestra vertet' ĩ gaudiū: supple supnū / eternū / ꝛ pfectū. Un̄ cū Salomon pre= misisset Eccl'a. iij. dicēs: oīa tēp⁹ habēt: deinde subiūxisset / tēp⁹ flendi: mox subiūxit / ꝛ tē= pus ridēdi: primū tēp⁹ referēs ad statū p̄sentē: secūdū ve= ro ad statū future beatitudi= nis. Itē in Psal: Qui seminant in lachrymis: in p̄senti supple: in exultatione metēt. s. in futu ro. Eūtes supple ĩ presenti sta= tu: ibāt ꝛ flebāt: mittētes semĩ na sua. Ueniētes aūt ad statū glorie / veniēt cū exultatione / portantes manipulos suos. i. gaudiū pro luctu / preciū ꝓ me rito / ꝛ quietē eternā ꝓ breui ꝛ momentaneo labore.

¶ Moraliter et sexto / iuxta il= lud ꝟbū: Solus Moyses ascē= det in montē. Notandū / ꝙ vt dicit Rabanus / ꝛ ponit' in glo. ordi. pri⁹ precipit' vt Moyses ꝛ Aaron / Nadab ꝛ Abiu / atqꜫ lxx. seniores ascendāt ad dn̄z: ꝛ statim subiūgit' ꝙ sol⁹ Moy= ses ascendit ad dn̄m. Ceteri nō appropinquēt / sed adorēt pro= cul: moraliter istruimur vires nostras perpendere: nec vltra posse nostrū arcē cōtemplatio= nis attingere. Sed quantū di= uina clementia vocat / et regu= la scripture ꝓuocat / que dicit supple Eccli. iij. Altiora te ne quesieris / ꝛ fortiora te ne scru tat⁹ fueris: sed ꝗ precepit tibi de⁹ illa cogita semꝑ / ꝛ in plu= ribus operibus eius ne fueris curiosus. Itē Prouer. xxv. Si= cut qui mel multū comedit / nō est bonū ei: sic ꝗ scrutator est maiestatis / opprimet' a gloria. Non igit' omnib⁹ datū est ascē dere ad dn̄m in mōte cū Moy se / per indagationē altorū my sterio rum eius / sed ꝗbus datū est ab eo. Quibus ergo datum est / gratias de hoc agāt / ꝛ in= de

de ne superbiāt: et quibus nō est datum / patiēter ferant. Qr nouit dñs quid magis expediat saluti vniuscuiusq;. Hoc etiam significat per hoc / ꝙ quatuor viri / itē.lxx. ascenderunt vsq; ad mediū mōtis cum Moyse: alijs remanentibus in radice montis. Nā per hoc significatur ꝙ vnusquisq; vires suas debet metiri / ꝛ non transcēdere. In cui⁹ etiā figura iussi sunt filij Israel colligere de manna / quantum sibi sufficiebat: vt dictum est prius.xvj.ca.

¶ Moraliter ꝛ septimo / iuxta illud: Solus aūt Moyses ascēdet ad dñm. Notādum cōformiter ad beatū Grego. ꝛ ponitur in glo.ordi.ꝙ Moyses / vt sublimia dei precepta perciperet / alta cōscēdit: ꝛ vt interna penetraret / ab externis tumultibus se occultauit: qr sancti viri (q̄ exteriorib⁹ deseruire officijs necessitate cogūtur) studiose semp / quātū possunt: ad cordis secreta cōfugiūt: ibiq; cogitationis intime cacumen ascendunt / ꝛ legē quasi in mōte percipiunt: dum postpositis tumultibus actionum temporalium / in cōtemplationis sue vertice superne voluntatis sententiam perscrutātur.

¶ Moraliter ꝛ.viij.et conformiter ad dñm Pet.de Pal. iuxta illud verbū: Uenit ergo Moyses: ꝛ narrauit filijs ꝛc. notādū ꝙ per hoc designat ordo cōuenienS / vt scꝫ prelatus primo ascendat ad dñm in montē / p cōtemplationē / ꝛ eminentē cōuersationem: deinde veniens ꝛ descendens per affectum compassionis / narret popꝫ verba dñi. Tali enim prelato statim populus respondet / dicens: Omnia verba dñi q̄ locut⁹ est faciem⁹. Propter quod dicitur Esa.xl. Super montē excelsum ascēde tu qui euangelizas Sion.

¶ Moraliter ꝛ.ix. iuxta illud: Omnia verba domini que locutus est / faciemus: notandū ꝙ per istos Iudeos multa ꝑmittentes / ꝛ pauca faciētes / significari possunt illi Christiani / qui in confessione promittūt se velle abijcere a peccato ꝑ posse suo. Item velle efficaciter restituere aliena / atq; iniurias remittere: ꝛ velle reconciliari suis inimicis / ꝛ similia: sed de toto nihil / aut saltim parum faciunt. Item dñs dicit in Psal. Uouete ꝛ reddite. Ipsi autem multa vouent / que male reddunt domino: et sic de alijs. Tales eīn ad tempus credūt / ꝛ in tempore tentationis recedunt: et sic non faciunt fructum.

¶ Allegorice ꝛ.j. Per illā triplicē differentiā hoīm / quorū aliq̄ ascenderunt ad eminentē locū / vt Moyses: alij autē ad mediocrē / vt illi q̄ primo ascenderāt cū Moyse: alij vero māserunt in infimo loco / vt populus q̄ remāsit in radice mōtis: designatur triplex differentia animarum ab hoc seculo decedentium. Nam alique volāt ad celū: ꝛ tales significant p Moysen / qui puenit vsq; ad visionem dei: alie autem manent saltim pro tempore in loco medio / videlicet ille que descendūt in purgatorium: quod mediat inter celum et infernum. alie autem descendunt in inferiores partes terre / siue sub

 terra /

terra.s.ille que cum grauitate
peccatorū suorum descendunt
in infernū. Et sicut plures de
bre remāserunt ad radicē mō
tis/ q̄ ascēderint cum Moyse:
ita plures descendūt in infer=
num/ q̄ in purgatoriū. Et si=
cut solus Moyses ascendit ad
cacumen mōtis/alijs remanē=
tib⁹ circa medium montis: ita
pauciores saluantur/ q̄ descen
dant in purgatorium:⁊ hoc sal
tim de adultis. In cuius figu=
ram de omnibus Judeis/ qui
in egressu de Egypto erāt. xx.
annorum et supra:tantum duo/
videlicz Josue ⁊ Caleph igres
si sunt terram promissionis:vt
patet Numeri.xiiij. Item Deu
teronomij.j. Et illud deberet
nos valde terrere. Unde Gre=
gorius homil.xxxviij. Terrere
(inquit) nos debet q̄ in eccle
sia multi mali sunt/et pauci bo
ni:qz archa in vndis diluuij(q̄
huius ecclesie typum gessit)⁊
ampla in inferioribus/et angu
sta in superioribus fuit : ita vt
ad vnius cubiti mensuram ex=
creuerit. Inferi⁹ quippe qua=
drupedia/atqz reptilia. Supe=
rius vero aues ⁊ homines ha=
bebat:ibi lata extitit/vbi ani=
malia quadrupedia et besti=
as habuit : ibi vero angusta/
vbi homines seruauit. Quia ni
mirum sancta ecclesia in car=
nalibus ampla est/in spirituali=
bus vero angusta. Ubi enī be=
stiales hominum mores tolle=
rat / illic latius sinum laxat.
Ubi autē eos habet qui spiri=
tali ratione sublimi sunt/illic
quidem ad summum ducitur.
Unde Christus Matthei.vij.
Lata(inquit) est via que ducit
ad perditionem/et multi sunt
qui vadunt per eam: et angu=
sta est que ducit ad vitam / et
pauci ⁊c. Hec Gregorius. Pa=
tet ergo quid significetur per
hoc q̄. solus Moyses ascēdit
ad cacumen montis Sinay.

¶ Allegorice et secundo/ ⁊ cō
formiter ad dominū Petrum
de Pal.per presentem historiā
possunt notari tres status ec=
clesie ⁊ hominum. Quidā enī
remanserūt in campestribus/
vt populi. Quidam in lat⁹ mō=
tis ascenderunt: vt Aaron: et
Nadab/et Abiu/insup ⁊ lxx.
seniores. Solus autem Moy=
ses in vertice montis ascēdit.
Sic ⁊ in intelligentia et stu=
dio sacre scripture quidam ma
nent/et sunt in radice montis
inferius:sicut simplices. Qui=
dam autem ad latus ascēdūt:
vt mediocres et sapientiores.
Quidā vero in summo: vt per=
fectiores ⁊ eminentiores : vt
Paulus raptus vsqz ad tertiū
celum. Itē Augu. Hiero. Am
brosius/ Gregorius/ Chrysost.
Quib⁹ non immerito cōnume
randus est beat⁹ Thomas de
Aquino/qui (vt habet i bul=
la canonizationis sue)suā sciē
tiam magis per diuinā reuela
tionem:q̄ p humanū exercitiū
accepit. Unde de eo sic canit
ecclesia/ dicens: Collaudetur
Christus rex glorie / qui per
Thomā / lumen ecclesie/ mun
dum replet doctrina gratie.

¶ Allegorice ⁊ tertio/⁊ cōfor
miter ad Strabū/prout ponit
in glo.ordi.p quatuor viros q̄
ad montē iubetur a dn̄o ascē=
dere:intelligūtur quatuor euā=
geliste. Nā Abiu/ q̄ interpre=
tatur

tatur pater me⁹; Mattheũ signi̇ficat: qui agit in principio sui libri de humanitate Christi. Unde similiter in Psal. dicitur: Homo natus est in ea.s. in virgine Maria: et ipse fũdauit eã altissimus: id est: creauit secũdum diuinitatem. Sẽper enim fit mentio trinitatis: siue diuinitatis cum humanitate: ne ideo q: Christ⁹ homo est: credatur minus deus esse. Nadab: q spõtane⁹ vel votiu⁹ interpretatur: Lucã designat: qui de passione Christi loquitur: in qua ipse oblat⁹ est quia ipse voluit: vt dicit Esaie.liij. Aaron q mõtanus interpretatur: Marcum designat: q agit de resurrectione Christi: i qua ipse sublimat⁹ est q: vsq ad paradisum: quantum ad gloriam corporis: et quantũ ad locum sublimatus est illic in sua ascẽsione. Hi ergo tres euangeliste ascenderũt tantũ ad latus mõtis. Solus aũt Moyses: q fuit saluatus ab aquis.i. Joannes euangelista: liberatus ab aquis carnalis cõcupiscentie: et vocatus de nuptijs: item a martyrio corporis alienus: in cacumen diuinitatis ascẽdit: cũ dixit Joan.j. In principio erat verbũ. Per.lxx. aũt seniores: intelliguntur.lxx. Christi discipuli. Uel significant illos qui per septiformẽ gratiã spiritussancti adimplẽt opera decalogi. Septuagenari⁹ enĩ numerus componitur ex denario et septenario.

¶ Allegorice et quarto: sup illo verbo: Uenit ergo Moyses etc. Notãdũ: q p Moysen intelligit Christ⁹: q fuit pmulgator noui testamenti: sicut et Moyses veteris testamẽti. Ipse igitur Christ⁹ exiens a patre venit in mũdũ: ad annunciãdum hominib⁹ sanctũ euãgeliũ: qđ tñ non omnes receperũt: et signãter Judei. Jo.j. In ppria venit et sui eũ non receperunt. Illi aũt q libẽter ipsum receperũt.s. Gentiles: significãtur per illos qui dixerunt Moysi: Omnia verba dñi q locut⁹ est faciemus.s. libẽter et ex corde. Unde Psalm. in persona Christi ait: Populus supple Gentiliũ: quẽ non cognoui.i. ad modũ nõ cognoscẽtis me habui: q: iudicia mea nõ manifestaui ei: sicut populo Hebreorũ: seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni.i. Judei: qui olim erant filij per debitã obedientiã et reuerentiã ad deũ patrem: sed nũc alieni effecti per irreuerẽtiã: mẽtiti sunt mihi: q: olim dixerãt: ois verba q dominus locut⁹ est faciemus. qđ tñ non fecerunt.

¶ Allegorice et quinto: et conformiter ad fratrẽ Petrũ Berchoriẽ. per pdictã historiam notatur: q sunt tres principales gradus et status ecclesie.s. supremus: medius: et infimus. Supremus est prelatorum: qui figuratur in Moyse sursũ ascẽdente. Medius est clericorum et religiosorũ: qui figurat⁹ est per Aaron cum suis in latere montis remanentem. Infimus est laicorũ: qui figuratus est i populo inferi⁹ residẽte. Unusquisq enim scdm exigẽtiã sue et facultatẽ debet deo appropinquare: et mõtẽ pfectionis ascẽdere: atq scdm magis et min⁹

 visionẽ

missionē dei Israel participare. Insuper et legis diuine noticiā acquirere ꝛ habere. Perfecti enim sursum ad verticē contemplationis nouerunt ascendere: mediocribus ꝟo sufficit lateraliter circuire. Infimis vero secularibꝰ necesse est inferiꝰ circa tēporalia et terrena residere: parū tamē de ipsis tēporalibꝰ degustare. Unusquisque tñ secūdū gradū suū solet consolationē suā a dño percipere: ꝛ fidei notitiā possidere: qꝛ teste apost. j. Corint. xij. Diuisiones gratiarum sunt.

¶ Allegorice ꝛ aliter ꝛ sexto: Possumꝰ istud exponere de sacra scriptura. Nā sūmū apicem illiꝰ soli sciētifici i ipsa caligine mysterioꝝ intrant: alij aūt i latere. i. literaliter circa corticē historiarū immorant: alij ꝟo (sicut seculares) de lōge remanēt ꝛ versant: oēs tñ exinde cōsolationes plurimas consequūtur. Idē dic de monte ecclesiasticarū dignitatū: in quibꝰ aliqui sūt superiores, vt sūmus pōtifex: alij medij, vt epi: alij vero inferiores.

¶ Anagogice istud possumus congrue exponere de triplici hierarchia angelorum: videlicet suprema, media, inferiori. Itē de triplici ordine angelorū, qui reperit in qualibet hierarchia. Jo. xiiij. In domo patris mei (inquit Christꝰ) mansiones multe sūt. Itē de triplici differētia sanctorū, quibus correspondet triplex aureola. Hi sūt martyres, qui altiores sunt. Deinde doctores, qui sūt velut medij. Consequēter virgines, quasi infime.

¶ Secunda clausula.


Oyses mane consurgēs edificauit altare dño ad radices montis: et duodecim titulos per duodecim tribus Israel. Misitqꝫ iuuenes de filijs Israel: ꝛ obtulerūt holocausta, immolaueruntqꝫ victimas pacificas domino, vitulos duodecim. Tulitqꝫ Moyses dimidiam partem sanguinis, et misit in crateras: partē autem residuam fudit sup altare. Assumensqꝫ volumen federis, legit audiente populo. Qui dixerunt: Omnia que locutus est dominus faciemus, ꝛ erimus obedientes. Ille vero sumptum sanguinem respersit in populū. Et ait: Hic est sanguis federis, qđ pepigit dñs vobiscū super cunctis sermonibus his. Ascēderūtqꝫ Moyses ꝛ Aaron, Nadab ꝛ Abiu ꝛ. lxx. de seniorībꝰ Israel: ꝛ viderunt deū Israel. Sub pedibus eius, quasi opus lapidis saphirini, et quasi celū cū serenum est. Necnon super eos qui procul recesserant de filijs Israel, misit manū suam. Videruntqꝫ deum, ꝛ comederūt ac biberunt.

¶ Historialiter postquam in precedenti clausula egregius dei famulus Moyses locutus est de ascensu quorundam filiorum Israel ad dominū, qui erant numero quatuor: item septuaginta: hic consequenter agit de constructione altaris: et de sacrificio super ipsum oblato. Refert ergo presens textus

textus, ꝙ post ea q̄ dicta sunt in pcedēti clausula, Moyses mane consurgens. In quo notatur tempus, edificauit altare domino ad radices montis: ecce locus: et. xij. titulos per. xij. tribus Israel. Ecce (secūdum aliquos) numerū altariū. Dicunt enim quidam, ꝙ ex. xij. lapidibus constructa fuerūt. xij. altaria in circuitu et pede mōtis Sinay. Secundum autem alios fuit vnum tantum altare constructum ex. xij. lapidibus quorum singuli habebāt tanquam titulos nomen vnius tribus inscriptum. Primā opinionē videtur approbare glo. interlinia. nihilominus postea dicit eadem glo. ꝙ in alia trāslatione legitur, ꝙ ex. xij. lapidibus vnicum altare constructum fuerit. Sequitur: Misitque iuuenes. Non ergo pueros, in quibus est leuitas: non similiter senes, in quibus est debilitas. De filiis Israel: interlinia. de leuitica tribu. et obtulerunt holocausta, q̄ supple totaliter ad honorem dei consumebantur: in signum ꝙ populus ex toto supponebat se dei obedientie. Immolaueruntq; victimas pacificas domino: in signum ꝙ pactū pacis cum domino pacis faciebant. Vitulos. xij. qui pro. xij. tribubus offerebantur. Propter quod etiam erant. xij. altaria. Deinde Moyses ponit confirmationem preceptorum iudicialiū, factam per sanguinis aspersionem, dicens: Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis: scilicet predictorum duodecim vitulorū, et misit in crateras: scilicet ad reseruandum: partem autem residuam fudit sup altare: scilicet in sacrificium pro populo. Et hoc in signū, ꝙ sanguis illius hominis funderetur qui infringeret hāc cōfirmationē. Et vt dt de Pal. crater, crateris, masculini generis: vel cratera, re, feminini gn̄is: est vas vinarium, cum duabus ansis, contextum ex viminibus. Et sic nomine talis vasis significatur connexio hominum confederatorum adinuicem. Sequitur: Assumensq; volumen federis, legit audiete populo: id est, vt audirēt non alia ipsū Moysen sensisse, nisi que dominus mandauerat: et ipsi promiserāt se facturos, qui dixerāt: omnia que locutus est dominus faciemus, et erimus obedientes. Quasi dicerent: Spontanee, et nō ex tristitia, faciemus ea. Ille vero, scilicet Moyses, sumptum sanguinem, prius reseruatum in crateribus: respersit in populum: id est super populum et ait: quasi verbo exponendo, quod opere et facto fecerat: Hic est sanguis federis: id est, confirmatiuus federis: id est, pacti inter vos et deum initi, quod pepigit dominus vobiscum super etc. Per hoc autem opus ostendebatur, vt dictum est, ꝙ quicunq; de populo hoc opus infringeret: sanguis eius effunderetur. Sciendū autem, ꝙ vt dicit apost. Heb. ix. aspsio ista facta super populum, et super librum: fuit facta aspersio cum hyssopo, ligato cum filo coccineo: licet hic non legat.

Dicit autem Augusti. in. q. super Exodū. 1 ponit hic in glo. ordi. φ hic primū sacrificasse dño Moysen scriptura euidēter cōmemorat: et φ populꝰ hebreorū egressꝰ est de Egypto. ¶ Sequitur: Ascēderuntque Moyses et Aaron: Nadab et Abiu (qui erāt filij Aaron sacerdotes futuri) 7. lxx. de senioribus Israel: 7 viderunt deum Israel: id est gloriosam nubē: vel speciem humanā: in qua loquebatur dominus: 7 sub pedibus eius quasi opus 7c. Per hoc autē φ dicitur: Et sub pedibus eiꝰ: apparet φ in specie humana loquebatur dominꝰ: non quidē naturali sed assumpta ad horam: vt dicit Augu. in glo. ordi. Et in hoc prefigurabatur color futuri tabernaculi: quod fuit quasi scabellū dei: 7 fuit huius coloris a parte superiori: vtpote pellibus coopertū iacinthinis. Sequitur: Nec non super eos qui procul recesserāt de filijs Israel: misit manū suā. i. non se abscōdit ab eis. Ponere eñ manū: est se abscōdere: ne videaf ab eis: sicut dr in sequētibꝰ: videlicet. xxxiij. c. Moysi. Protegā te dextera mea donec transeā: tollāq; manum meā: 7 videbis posteriora mea. Ex quo patet: φ positio dei sup aliquē: designat hic occultationem sui: et ecōtra subtractio manus designat illius reuelationem. Ideo sequif: Et viderūt deū: 7 comederunt ac biberunt: scʒ pre leticia magna ex tali visione. Patet ergo predicte cōfirmationis authorizatio: scʒ per diuine presentie ostensionem.

¶ Circa autem hūc textū mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū: Cur potius Moyses edificauit altare domino ad radices montis: φ superius in mōte: vbi erat ascensurus? Respōsio propter presentiam populi qui ibi erat. Sic eñ volebat pruocare populū ad dei cultū: 7 simul retrahere ipsum ab idololatria. Animaduertens φ ad ipsam pronꝰ esset: forsan pͥpter permixtionem promiscui serui φ cū hebreis ascēderat de Egypto. Unde psal. Cōmixti sunt inter gentes: didicerunt opera eorum: 7 seruierunt sculptilibus eorum: et factum est illis in scandalum.

¶ Secundum dubium: vtrum ad maius fuerint ibi tantum duodecim altaria? Uidetur φ fuerint multo plura: qr. xij. nō poterāt sufficere tante multitudini: vt videf. Dicendum: φ tantū erāt duodecim ad plus. Nec est intelligendū: φ singuli de vnaquaq; tribu tenerenf videre proprijs oculis hostiā que offerebatur sup altare tribus sue: sicut hodie tenent catholici diebus dñicis interesse misse parochiali: 7 intueri corpus Christi inter manꝰ presbyteri: vt dr de cōse. di. i. missas. Nec sufficit interesse ecclesie: in qua celebraf missa: verum etiā oportet eā audire: 7 intueri ipsum sacramētū: si sit possibile. Secꝰ de hostia siue sacrificio: qd olim offerebaf. Nā sacerdos offerēs satisfaciebat pro tota tribu vna. Uel dicēdū: φ sacerdotes non distinguebanf loco 7 situ: scdʒ tribꝰ: sed erāt

seorsum

seorsum diuisi ab alijs tribub⁹: & in loco sue trib⁹: scʒ leuitarū offerebāt dño sacrificiū. Quis etiā scit si in eminēti loco habitabant: vt possent ab alijs videri dum sacrificabant?

¶ Tertiū dubiū: Qui fuerunt illi iuuenes: quos misit Moyses vt offerrēt holocausta sup altare? Dicendū scd'm Petrū Comest. ꝙ fuerūt filij Aaron: Nadab & Abiu: de qbus dictū est in p̄cedenti clausula. Erat eñ Aaron de tribu Leui: que erat dedicata dño: & sacrificia illi offerebat. Et ideo cōuenienter Moyses misit duos predictos iuuenes: ad offerendū sacrificium domino.

¶ Quartū dubiū mouet̄ propter illud verbū: Ille vero sum ptum sanguinem respersit &c. Querit̄ ergo vn̄ ortum habuit talis ritus fundēdi sanguinem in signū federis? Dicendū cōformiter ad p̄dictū Pet. Com. ꝙ ortū habuit a Gentilibus et paganis: q̄ porcā federis sede lamiātes sic cōfirmabant fede laniandum federis violatorem. A talibus igit̄ Gentilib⁹ sumpserunt exordiū Iudei respergendi sanguinē: quotiens fedus inire volebāt. Nihilominus & aliud terribilius signum federis habuerunt Iudei: scd'ʒ eundē Petrū: scʒ effusionē aq̄: qd' fecit Iosue et Samuel: q2 sicut aqua tota funditur: ita ꝙ nil ex ea remanet i vase: qd' nō cōtingit de alijs liquorib⁹: insup ipsa perit fusa in terrā: sic penit⁹ cū stirpe sua periret: q̄ solueret fedus. Hec Pet. Co.

¶ Quintū dubiū mouet̄ ꝓpt̄ illud verbū: & viderunt deum. Querit̄ ergo vtrū plures viderint deū p essentiā? Et videt̄ ꝙ nō: q2 vt dr̄. j. Ioā. iiij. deū nemo vidit vnq̄. Itē īfra. xxxiij. c. nō videbit me homo & viuet. Ad hoc respōdet August. sup Exodū. q. centesima prima: dicens: ꝙ nō viderunt eum scd'm substantiā: siue scd'm essentiā (q̄ est ipse de⁹) sed scd'ʒ aliquā speciē creatā: q2 vt inq̄t ibidē idē August. assumptio formarū visibiliū: dei omnipotētie subiacet. Vn̄ dñs Hugo Card. sup illo verbo p̄dicto: Viderūt deū: dicit sic. i. illā nubem gloriosam: vel speciē humanā: in qua loquebat̄. Qd' ergo signis corporaliter expressit dñs: vt dicit hic glo. ordi. nō substātia dei apparet: que est quod ipse est: sed assumptio formarum visibiliū eius omnipotentie subiacet: vt dictum est.

¶ Sextū dubiū orit̄ ꝓpter vltimū verbū p̄cedentis clausule: Videruntq3 deū: & comederunt ac biberunt. Querit̄ ergo qd' comederunt aut biberunt: maxime cū essent in deserto: in quo nō habebāt aliud q̄ mānā: qd' de celo descēdebat omni die: p̄ter sabbatū? Ad hoc dicunt aliqui: ꝙ tūc pluit dñs de celo abundātius & copiosi⁹ q̄ prius: etiā escas peculiares & insolitas. Sed istud eadē facile cōtemnit̄ qua nō probat̄. Et ideo alij dicunt: ꝙ postq̄ populus vidit deū modo p̄dicto: vel soli illi: q̄ cum Moyse ascēderunt in montē: tūc inde letiores effecti comederūt de manna cibo illis ordinario: et habēre saporē omnis alterius cibi: q̄ttum illis sufficeret: cū gra

tiarum

tiarum actione/ q etiã tunc illis seruiunt in potũ. Nisi forte dicatur/ ꝙ aqua quã tunc habere potuerunt/ quasi ex speciali dei munere prestitit illis insolitam delectationem.

¶ Moralit' et primo Moyses qui hic primo legit' aperte sacrificasse dño/ postꝗ eduxerat populum de Egypto: vt dicit Augusti. sup Exodũ/ altareq illi construxisse/ per quẽ modũ maxime placuit deo: nobis insinuauit quantũ placeat dño deo edificare ecclesias/ siue loca sacra ꝛ religiosa ob dei honorem: illiq sacrificare sacrificium altaris/ quod est maximũ sacrificiorũ omniũ. Unde Salomon de hoc multum laudatur in sacra scriptura. Similiter ꝛ Zorobabel qui restaurauit templum antea destructũ. Item etiã Judas Machabe9/ qui purgauit ꝛ instaurauit idẽ tẽplum ab idololatris ꝓphanatũ. Quantũ etiam ad nouũ testamentũ/ legit' de rege Dagoberto/ qui fuit rex Francie/ ꝙ fecerit cõstrui tres insignes ecclesias/ scȝ sancti Mauricij Andegaũ. sancti Martini ꝓpe ciuitatẽ Turonẽ. atq beati Dionysij/ nõ lõge a ciuitate Parisien. Cũ ergo tandẽ peruenisset ad extremũ vite/ affuit multitudo demonũ volentiũ rapere spiritũ eius. Sed mox affuerunt predicti tres sancti/ qui fugarunt totã illã multitudinẽ demonũ. Sicq anima Dagoberti liberata a periculo eterne dãnationis fuit: vt pie creditur. De hoc etiam extant multe alie historie.

¶ Moraliter ꝛ secũdo/ Moyses/ qui mane cõsurgens edificauit altare dño ad radicẽ mõtis/ significat verum penitentem: qui debet mane. i. cito surgere a peccato/ si velit inuenire deum misericordem: qꝛ scriptum est Prouer. viij. Qui mane vigilauerit ad me/ inueniẽt me. Debet etiã edificare dño altare. i. illi offerre cor suũ per veram cõtritionẽ de peccatis suis. Nam sicut olim sacrificia offerebant' dño super altare/ ꝛ cõsumebant' ibi mediãte igne: ita ꝛ peccata consumuntur in corde mediante cõtritione inflammata igne spiritussancti. Hoc tamen totum debet fieri ad radicem montis. i. cũ vera humilitate. Propter qđ orat sacerdos in missa dicẽs: In spiritu humilitatꝭ ꝛ in animo cõtrito suscipiamur a te: ꝛ placeat tibi dñe deus/ supple sacrificium nostrũ. Debet etiã huiusmodi penitens habere. xij. titulos. i. firmiter tenere duodecim articulos fidei. Et tũc valde placebit deo suũ sacrificiũ.

¶ Moraliter ꝛ tertio/ iuxta illud: Misitq iuuenes ꝛc. Notãdum cõformiter ad dominum Petrũ de Pal. ꝙ per iuuenes intelliguntur homines fortes corpore. Nã tales debent mitti. i. induci ad offerendum dño sacrificiũ sui corporis per ieiunia et debitas abstinentias: dicentes illud Psal. Fortitudinem meã ad te/ supple dñe deus custodiã. Quia em̃ corp9 humanũ in iuuentute solet insolescere/ ꝛ contra spiritũ effrenate insurgere: ideo maxime in huiusmodi etate domandũ est/ et cum freno discipline coercendum.

ercendum. Nam vt dicit bea-
tus Hierony. prima parte epi-
stolarum suarū epistola. vj. sen
sus corporis sunt quasi sine ra
tione currētes / anima vero in
aurige modum retinet frena
currētium. Et quomodo equi
absque rectore / precipites ru-
unt: ita corpus sine ratione et
imperio anime in suum fer-
tur interitum. Alia quoq; cō-
paratio anime ad corp⁹ a phi-
losophis ponitur / corpus pue-
rum / animā pedagogum dicen
tibus. Igitur nisi vitia adole-
scentis ⁊ pueri / prudētia peda-
gogi repererit / omnis conatus
eius ⁊ impetus ad lasciuiā ꝓ-
perāt. Hec ille. Bonū est ergo
vt iuuenes inducantur ad of-
ferendū seipsos per carnis ma
cerationē dn̄o. Propter qđ. j.
Joan. ij. dicitur: Scribo vobis
iuuenes: quia fortes estis ⁊c̄.
¶ Moraliter et quarto / iuxta
illud verbū: Immolauerūtq;
victimas pacificas. Notandū /
ꝙ illi immolant dn̄o victimas
pacificas / qui in paschate susci
piunt sacramentum altaris cū
pace ⁊ recōciliatione cum ad-
uersarijs et inimicis suis. Sic
enim precipit esse faciendum
Christus Mat. v. dicēs: Si of-
fers munus tuum ad altare: et
ibi recordat⁹ fueris q2 frater
tuus habet aliquid aduersum
te: relinque ibi munus tuū an-
te altare: ⁊ vade prius recōci-
liari fratri tuo: ⁊ tunc veniens
offeres munus tuū. Cum enim
ipse Christus descenderit ad
terras: vt poneret pacem inter
deū patrem ⁊ homines / dicēte
Apo. Ephe. ij. Ipse est pax no-
stra. i. causa pacis nostre cum
deo patre / q̄ fecit vtraq; vnū /
videlicet deū et hominē. Ipse
summe diligit pacem / ⁊ nō nisi
cū pacē mutuo habentib⁹ vult
spiritualiter per gratiā habi-
tare / aut sacramētaliter veni-
re / dicente Psal. In pace fact⁹
est locus eius. Ecce igitur q̄d
significant victime pacifice.
¶ Moraliter et quinto / iuxta
illud verbū sequēs: et vitulos
duodecim / supple immolaue-
runt predicti iuuenes. Notan-
dū / ꝙ per vitulos possunt me-
rito designari viri iusti. Nā ta-
les deo per oblationē / ⁊ obe-
dientie dedicationē dn̄o peni-
tus immolant / ⁊ sibi in ara cor-
dis per deuotionē offeruntur.
Sed quid est / ꝙ predicti iuue-
nes obtulerūt vitulos duodē-
cim numero: nisi ꝙ tenēda est
in omni sacrificio ⁊ bono ope-
re recta fides duodecim arti-
culorum fidei? Unde Athana-
sius in symbolo fidei: Hec est
(inquit) fides catholica / quam
nisi quisq; fideliter firmiterq;
crediderit / saluus esse non po-
terit. Uel dictus numerus vitu
lorū / qui offerebant dn̄o / desi-
gnāt numerū duodenariū vir
tutū offerēdarū dn̄o / q̄rū sunt
tres theologales / q̄tuor mo-
rales / ⁊ quinq; intellectuales.
¶ Moraliter ⁊ sexto / iuxta il-
lud: Tulitq; Moyses dimidiā
partem sanguinis / ⁊ posuit ⁊c̄.
Notandū / ꝙ per Moysen (qui
tulit dimidiā partē sanguinis
vitulorū / quā posuit in crate-
ras / alterā aūt partē sup alta-
re fudit) significātur illi boni
laici / qui dant vnam partem
bonorū suorum domino / siue
pauperib⁹ / ꝓpter dn̄z: reliquā
partem

partē proprijs necessitatibus ꝛ familie sue reseruantes. Per illos autē duodecim iuuenes qui obtulerunt holocaustum domino: quod totum comburebatur: significantur veri religiosi: qui per ingressum religionis totaliter abrenunciant rebus huius seculi: illas abdicando: vt sic nudi nudū Christum sequanť: et qui ait Luce xiiij. Nisi qͥs renūciauerit omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Et talibus dabitur magna merces in celo: dicēte Christo Mat. xix. Uos qui reliquistis omnia: et secuti estis me: centuplum accipietis: ꝛ vitam eternam ꝛc.

¶ Moraliter et septimo iuxta illud: Assumēs volumē legit. Notandum: ꝙ non sufficit clericis et literatis habere multos libros bonos ꝛ bene politos: ꝛ in talibus gloriari: verū oportet tēpore ꝛ loco illos reuoluere ꝛ legere: tum propter vitandum ocium: tum propter recreādum spiritum: tum propter inflammandum affectum circa salutaria ꝛ eterna. Unde ad studium sacre scripture nos admonet diuus Hiero. iij. parte epistolarum suarū. epist. vij. dicens: Diuinas scripturas sepius lege: imo nunꝗ de manu tua sacra lectio deponať. Semper in manu tua sacra sit lectio. Hec ille. Item Chrysost. super Jo. homil. xxxj. dicit sic: Quis inquit: nostrū scripturarū sensus perscrutať? Nemo sane: sed sacculos ꝛ talos. ꝛ taxillos frequenter inuenimus apud nullos: libros autē ꝙ rarissimos: quos si habent: ac si non haberent: clausos in scrinijs seruāt: vel omne suum studium in mēbranarum tenuitate: in literarum characteribꝰ ꝙ pulcherrimis consumunt: non vt legant: non vt vsum inde aliquem consequātur: sed vt diuitias: vt ambitionem ostentent: in his student. Tanta est inanis gloria. Nullum ambitiosum audio: ꝙ librū intelligat: sed aureas tñ literas admiratur. Quid ꝙso hoc lucri? Non propterea scripture nobis date sunt: vt in libris duntaxat habeamus: sed cordi insculpam⁹. Itaqꝫ hec librorum possessio Judaice ambitionis est: qbꝰ in literis ꝑcepta data sunt. Nobis non ita: sed ī tabulis carneis cordis nostri. Non prohibeo libros cōparari: sꝫ admoneo ꝛ rogo vt eos comparemus: ita tamē vt literas ꝛ sensus frequenter animo reperamus. Hec ille.

¶ Moraliter ꝛ. viij. iuxta illud verbum: Omnia que locut⁹ est dominus: faciemus: ꝛ erimus obedientes. Notandum ꝙ cōmuniter duo genera hominum similia verba dicunt: scꝫ confitentes et profitentes: sed sicut Judei male obseruauerunt ꝓmissum: sicut rei probauit euētus: ita ꝛ plerīqꝫ cōfessi ꝛ professi totum oppositum faciūt illius quod ꝓmiserant ꝛ spoponderāt. Nam multi eorum deteriores postmodum fiunt: ita vt de vnoquoqꝫ tali ad deteriora se conuertente recte possit dici illud verbum Luc. xi. Fiūt nouissima hominis illius peiora prioribus.

¶ Moraliter ꝛ. ix. iuxta illud: Ille vero sumptum sanguinem respers-

respersit in populum: notandū q̄ cōtingit sanguinem Christi respergi in populū dupliciter: vel super memoriam/ vel super conscientiam. Primus modus est moralis/ secūdus autem allegoricus. Reseruantes igitur secūdum modum pro loco suo/ dicendum est de respersione illius super memoriam. Tunc ergo dominus respergit sanguinem sue piissime passionis/ cum facit nos deuote reminisci illius. Unde Heb.xij. Recogitate eum qui talē sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsū contradictionem ⁊c. Hec autē respersio predicte passionis super memoriā hominis/ multū valet ad reprimēdas turpes et immundas cogitationes: ita vt dicat Augu. in suo manuali. c. xxij. Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio/ recurro ad vulnera Christi. Cum me premit caro mea/ recordatione vulnerū domini mei resurgo. Cum diabolus parat mihi insidias/ fugio ad viscera misericordie domini mei/ ⁊ recedet a me. Si ardor libidinis moueat membra mea/ recordatione vulnerū domini mei Jesu Christi extinguitur. Et breuiter in omnib⁹ aduersitatibus meis/ non inueni tam efficax remediū/ q̄ vulnera Christi. Tota ergo spes mea in morte dn̄i Jesu posita est. Hec ille. Merito ergo spargere debemus Christi sanguinē super memoriam nostram/ per iugem recordationem ⁊ deuotionem ad ipsum.

¶ Moraliter et decimo: iuxta illud verbum: Ascenderuntq̄ Moyses ⁊ Aaron ⁊c. notandū q̄ per Moysen ⁊ Aaron intelligūtur superiores/ qui sunt in ecclesia. Per Nadab autem et Abiu/ atq̄ .lxx. alios seniores/ qui omnes ascenderunt sursum in mōtem (sed Moyses altius multo) significant clerici ⁊ religiosi/ qui omnes debent sursum ascēdere per contemptum terrenorum/ ⁊ desiderium celestium: ita vt non infigantur pedes affectionū eorum circa tēporalia et caduca: sed versent cum Apostolo Paulo circa celestia ⁊ eterna/ vt possint cū eo dicere: Nostra conuersatio/ in celis est. Philip. iij. Et quanto sunt altioris aut eminentioris dignitatis/ tanto debēt altius ascendere per mentis contēplationem. Da exemplum de aquila/ rege auium/ que etiā volat ceteris auibus altius. Sed ꝓh dolor: hodie valde rari tales ꝑlati inueniuntur in ecclesia sic eleuati: sed quāto altiores gradu ⁊ dignitate/ tāto ꝓfundius descendunt per sollicitudinē et curam temporalium: de quib⁹ apud eos est precipua cura/ et de spiritualibus et eternis minor/ ponentes celum deorsum/ ⁊ terram sursum/ contra dei ordinationē. Sȝ de hoc hacten⁹.

¶ Allegorice ⁊ primo: ⁊ cōformiter ad fratrem Pet. Berchoriē. Moyses qui sed⁹ inter deū ⁊ populum inire voluit/ ꝓpter quod .xij. vitulos immolari fecit/ eorumq̄ sanguine populū aspersit: Christum significat/ q̄ volens legem a patre acceptā/ dare populo fideli: sedus q̄ cū eo facere .xij. vitulos .i. xij. apostolos occidi/ ⁊ per martyrium immolari voluit. Sic ergo factum

etum est q populus Christianus perfusus sanguine illorum vitulorum.i.apostolorum et martyrum morte et passione firmatus, sed et fidelitatem accepit, legem et fidelitatem credidit, et suscepit: et voluntati dñi obediuit. Maximum enim fidei fundamentum post Christum, fuit sanguis Apostolorum et martyrum: quia reuera ex hoc populus firmatur in fide, et deo federatur, quando videt et considerat q talium, tot et tantorum sanguis (pro fide) dño immolatur: inquantum scz nõ est verisimile, immo nec possibile q tot homines pro fide voluntarie morerentur: nisi ipsa fides, et lex Christi super veritatem solidã fundarentur.

¶ Allegorice et.ij. et satis conformiter ad precedentem expositionem: Moyses (q edificauit altare dño) Christum significat, qui edificauit altare.i. seipsum in cruce: quia ipse est altare nostrum, et hostia: et in fide eius offerimus omnia: et.xij. titulos.i. Apostolos q post ipsum dicuntur ecclesie fundamenta: vt habetur Apoc.xxi. Per.xij. autem iuuenes, quos misit Moyses, intelliguntur martyres, qui dicuntur iuuenes propter eorum animositatem ad consequendum martyrij palmam. Hi autem obtulerunt holocausta: quia totaliter se obtulerunt dño, nihil sibi reseruantes. Sed qualia holocausta? Profecto holocausta medullata. Et bene medullata: quia talia holocausta sunt cum plenitudine gratie, scilicet remissione totius culpe et pene debite. Per hoc autem q sanguinis quem effudit Moyses, fuit partim fusus super altare, et partim super populum respersus: significatur q sanguis sanctorum martyrum fuit dupliciter effusus, partim quidem propter honorem et amorem Christi, q est altare nostrum, partim autem ad sanctificationem populi Christiani. Per hoc autem qd finaliter subditur in textu: Et viderunt deum Israel, significatur q visio dei clara et perfecta per Christi sanguinem et martyrum eius nobis donatur.

¶ Allegorice et.iij. Moyses (q assumptus de aquis interpretatur) Christum prefigurauit, ei qui assumptus fuit secundum carnem de virgine Maria, que fuit repleta aquis gratiarum et virtutum. Iste igitur Moyses tunc mane surrexit, quando carnem assumpsit, et hoc mane.i. in principio legis gratie: et quando sol iustitie cepit oriri super nos. Tunc autem edificauit noster Moyses altare dño, quando obtulit se deo patri pro omnibus nobis. Istud est altare illud super quo fundimus preces nostras quas dirigimus ad deum patrem cum in fine collectarum petimus, dicentes: Per dñm nostrum Iesum Christum filium tuum, qui &c. Hoc autem altare primum edificatum est ad radicem montis, et non in ipso monte: quia Christi incarnatio facta est in isto mundo, et non in celo: vel in statu humili, scz preuaricationis et culpe, et nõ in monte primi status scz innocentie, aut originalis iustitie. Item non assumpsit naturam humanam dei filius ex muliere pomposa et alta per superbiam: sed ex virgine valde humili per gratiam. Altare igitur edificatum ad radicem

tem mortis/ est dei filius incarnatus in humili virgine. Duodecim tituli/ sunt. xij. nomina Aplorum/ que exprimunt singillatim Matt. x. Tunc aut noster Moyses misit iuuenes de filijs Israel/ q offerrent holocausta/ quando Christus primu destinauit. xij. aplos per mundu vniuersum. Hoc autem fecit bina vice. Primo quidem ante passionem suam: vt dr vbi s. Itez Luce. ix. Item post passionem Mar. vlti. dicens: Euntes in mundu vniuersum/ predicate rc. Et post hanc missionem obtulerut dicti Apostoli holocaustu dno: id est/ seipsos cu effectu ad mortem: in hoc imitantes magistru suu: qui fuit vitulus saginatus/ id est/ pinguis per gratiam r totius meriti abundantiam/ prefiguratus per illu vitulu saginatum/ quem pater iussit occidi I aduentu filij sui iunioris. Luc. xv. Quia vt dicit Apost. Rom. viij. Proprio filio suo non pepcit deus: sed pro omnibus nobis tradidit illum. Sed quid est q Moyses tulit mediam partem sanguinis dictorum vitulorum/ r misit in crateras/ et partem residuam fudit super altare? nisi q Christi Apostoli pariter et martyres non solum meruerut pro se vitam eternam: veru etiam multipliciter supererogauerut vltra debitum. Et tale meritu supererogationis repositu est in thesauro ecclesie: quod principaliter resultat ex merito Christi: r de huiusmodi thesauro sumitur valor r efficacia indulgentiaru/ quas solet ecclesia distribuere Christifidelibus. Quid etiam sibi vult q Moyses sumptum sanguinem respersit in populum/ dicens: Hic est sanguis federis qd rc. Nisi q piissimus Jesus/ pendens in cruce/ respersit suu preciosissimum sanguinem super terram pro salute populi/ qui crediturus erat in eu. Sic enim predixerat in vltima cena/ quando instituit venerabile sacramentum altaris/ dicens: Hic est sanguis meus noui testamenti/ qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Matth. xxvj. Tandem sepe dictus Moyses/ id est/ Christus/ postq resurrexit a mortuis/ die quadragesimo ascendit in montem paradisi/ cum plerisque alijs quos prius de limbo eduxerat. Ibique sedet ad dexteram patris. Quod autem finaliter dicitur in textu/ q illi qui viderunt deum/ comederunt r biberunt: potest recte referri ad illam comestionem quam fecerunt Apostoli cum Christo postqua resurrexit a mortuis: r hoc ad maiorem pbationem dicte resurrectionis/ secudum q legitur Actu. x. vbi introducuntur verba Petri/ dicentis: Manducauimus et bibimus cum illo postq resurrexit a mortuis. ¶ Anagogice: Moyses (vt sepe dictum est) Christum significat: qui tunc mane consurrexit/ quando primum secundum formam humanam gloriosam celum introiuit. Edificauit autem tunc ibi altare domino: id est/ ibi elegit ad dei honorem perpetuo manere/ q r altare dicitur. Non tamen in supficie montis/ id est ad equalitatem dei patris/ secudum q homo: sed ad radicem montis/

id est

id est/infinities bassi⁹ q̃ sit di=
uinitas. Et q̃uis dicatur sede=
re ad dexterā patris/tamē hoc
non est intelligendū per equa=
litatem: sed quia in potioribus
bonis/q̄ possūt dari pure crea=
ture: siue angelice/siue huma=
ne. Duodecim autē tituli. xij.
fuut tribus Israel: de q̄bus in=
telligitur sumptus numer⁹ ele
ctorum. Non tamen sic/ quin ꝛ
multi alij qui non fuerunt ad li
teram de illis tribub⁹/ sint ele
cti et assumpti in celū. Sed qꝛ
scriptum est Apocaly. vij. Au
diui (inquit Joan.) numerū si=
gnatorum centum quadragin=
ta q̃tuor milia signati / ex om=
ni tribu filioꝝ Israel. Per. xij.
autē iuuenes: quos misit Mo=
yses/ qui offerrent holocausta
dño/ vcz. xij. vitulos: intelligū=
tur. xij. Apostoli/ quos premi=
sit dominus per mortem in ce=
lum: vbi nunc seipsos offerunt
in modum holocausti domino:
id est/ totaliter: nihil sibi reser=
uantes sicut nec de. xij. vitulis
aliq̄d reseruabat. Recte etiam
dicunt vituli/ propter abundā=
tiam pinguedinis gratie ꝛ glo
rie/ vel propter perfectam obe=
dientiam. Quod autem Moy=
ses tulerit mediam partem san
guinis dictorum vitulorum/ ꝛ
miserit in crateras: reliquā au
tem partem fuderit super alta=
re. Quid hoc significet iam di=
ctum est in p̄cedēti expositio=
ne allegoricali. Recte etiā p̄di
cti beati dicere possunt verbū
illud quod seq̄tur: Omnia que
locutus est dñs/ faciem⁹: ꝛ eri=
mus obediētes: quia teste Ps̄.
Omnia quecunq̄ voluit domi
nus/ fecit in celo. Sup eos etiā
respergit sanguis vituli: id est/
memoria dominice passiōis: p
qua perpetuas gratias agunt
domino. Quod deniq̄ seq̄tur:
Ascenderūtq̄ Moyses ꝛ Aa=
ron/ Nadab ꝛ Abiu/ et. lxx. se=
niores: referendum est ad cele=
stes māsiones/ que multe sunt:
ꝛ ad quas dispariter assumun=
tur homines/ iuxta disparitatē
meritorum: iuxta illud Joānis
xiiij. In domo patris mei (inq̄t
Christ⁹) māsiones multe sunt:
ibiq̄ dicti beati vident deum
clare ꝛ nude/ atq̄ intuitiue.

¶ Tertia clausula.



Dixit autem domi=
nus ad Moysen:
Ascende ad me in
mōtem: ꝛ esto ibi.
Daboq̄ tibi tabu=
las lapideas / legē
et mādata/ q̄ scripsi vt doceas
filios Israel. Surrexerūt Mo=
yses ꝛ Josue minister eius. A=
scendēsq̄ Moyses in montem
dei/ senioribus ait: Expectate
hic donec reuertamur ad vos.
Habetis Aaron et Hur vobi=
scum: ꝛ si quid natum fuerit q̄=
stionis/ referetis ad eos. Cūq̄
ascēdisset Moyses/ operuit nu
bes montem/ ꝛ habitauit glo=
ria domini super Sinay tegēs
illum nube sex diebus. Septi=
mo autem die/ vocauit eū dñs
de medio caliginis. Erat autē
species glorie dñi quasi ignis
ardens super verticē mōtis/ in
conspectu filiorum Israel. In=
gressusq̄ Moyses mediū nebu
le/ ascendit in montem. Et fuit
ibi quadraginta dieb⁹/ ꝛ qua=
draginta noctibus.

Visto

¶ Historialiter, postq̃ i precedenti clausula Moyses legisfer egit de constructione altaris, et de sacrificio super ipsum oblato, necnon et de ascensu Moysi et nonnullorũ aliorum in montem, quousq; viderunt deum: hic consequenter agit de verbis domini ad eum: et de ascensu ipsius vsq; ad eminentiorem locum: in quo mansit cum domino quadraginta diebus, et totidem noctibus. Refert ergo Moyses, loquens de seipso q̃si de quodã alio ꝙ dominus dixerit ad eũ: Ascende ad me in montem: Dicit autẽ hic Andreas, vt refert dominus Petrus de Pal. ꝙ dominus precepit Moysi, vt de colle, vbi cũ alijs erat, ascendat in montem: nõ tamen vsq; ad fastigiũ montis: quod factũ fuit septima die. Alij aũt remãserũt in colle, vnde possent frequenter et faciliter ad castra descendere: vt necessariũ erat, ad lites populi dirimendas. Sequitur, et esto ibi: id est persceuera in eodem loco. Per predictũ igit̃ verbũ designabatur ꝙ ipse Moyses deberet in dicto monte diu manere: quamuis non expresserit dominꝰ quanto tempore. Daboq; tibi tabulas lapideas: q̃ vt dicit glo. interlinia. a fortibus lex erat fixa intẽtione custodienda. Et nota, ꝙ Hebrei non habent, duas: Nihilominus vbicũq; ponit̃ numerꝰ pluralis, ad minꝰ intelligit̃ numerus binarius. In presenti autẽ textu ponitur numerus pluralis: cũ dicitur, tabulas. ꝑpter qđ subintelligit̃, duas. Nã pluralis locutio duorum numero est cõtenta. Itẽ lex ciuilis dicit, ꝙ vbi nũerꝰ testiũ nõ exprimit̃, duo sufficiũt. Legẽ. s. decalogi: ac mandata. i. iudicialia, q̃ scripsi: nõ homo nec angelꝰ. Ut doceas filios Israel: nõ ergo vt ea abscõdas, vel reserues tibi. Et nota iuxta illud, legẽ ac mãdata: ꝙ lex refert̃ ad legalia, q̃ erãt in dupli ci differẽtia: Nã q̃dã erant cerimonialia: alia autẽ iudicialia: mãdata vero ad decalogũ, (quod erat totũ morale) sunt referenda.

¶ Sequit̃: Surrexerũt Moyses, tanq̃ principalis dux populi, et Iosue minister eiꝰ. vbi glo. interli. dicit sic: Per hoc certũ est Iosue interfuisse illis qui montẽ ascẽderunt, de quibus dictum est: Ascendensq; Moyses. i. ad ascendendum se preparans in montẽ dei. i. vltra collẽ, in qua reliqt seniores Aaron et duos filios eius, ait illis: Expectate hic, donec reuertamur ad vos. Prohibet ergo Moyses illis ascẽsum ad videndũ deũ. Sed nõ ꝓhibet illis descensum ad populũ: q̃ hoc necesse erat, nõ autẽ primum. Unde subdit: Habetis Aaron et Ur vobiscũ. Ubi nota ꝙ Ur fuit vnꝰ ex. lxx. viris assumptis a Moyse, quẽ reliqt i colle: vt dictũ est cũ Aaron fratre suo tanq̃ vicarios suos. Et si qđ natũ fuerit q̃stionis. i. difficultatis, refferetis ad eos: tanq̃ ad superiores. Iste Ur fuit maritꝰ Marie, sororis Moysi et Aaron quẽ reliqt Moyses vna cũ Aaron, tanq̃ vicarios suos ad soluendũ et terminandum

dū dubia si q̄ orirenł in populo: acsi esset presens. Et est hic argumentū: vt dicit de Pal. q̄ prelati debēt ponere vicarios: cum agūt in remotis. Deinde ponił Moysi ascendentis progressus: cū dr: Cūq̄ ascēdisset Moyses. s. ad ampliorē mōtis sublimitatē: alijs dimissis: operuit nubes montē. Hoc autem ideo dicił: quia habuit nubes obscuritatem in parte inferiori: et claritatem ex parte superiori. Nam ex illa parte videbał q̄si ignis superi⁹ ascendere. Erat aūt huiusmodi nubes signum diuine presentie. Unde sequił: Et habitauit gloria domini. s. gloriosa illustratio super Sinay: tegēs illū nube sex dieb⁹. Et nota: q̄ ly eū: potest referri tā ad montē Sinay: q̄ ad Moysen. Hoc autem factū est: vt ostenderetur: q̄ lex est obscura quo ad literā: sed clara quo ad spiritualem intelligentiam. Unde in Psal. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Septimo aut ē die vocauit eū: scilicet dominus Moysen: de medio caliginis. Erat autem species glorie domini. s. gloriose lucis: cum qua apparebat: quasi ignis ardens super verticem montis: in conspectu filiorum Israel: et hoc ad significandū: q̄ ipse esset transgressores legis grauissime punitus. Unde de eo dicitur Malachie tertio: Ipse enim quasi ignis conflans. Uel quia lex dabatur ad illuminandum intellectum: ad cognoscendam veritatem. Item ad accendendum affectū: ad desiderandā bonitatem. Hinc Deut. xxxiij. dicitur: In dextera illi⁹ ignea lex. Ingressusq̄ Moyses medium nebule. s. ad locum: in quo de⁹ apparebat: ascendit in mōtem. s. ad montis cacumen: et fuit ibi quadraginta diebus: et quadraginta noctibus: supple absq̄ cibo et potu. quod fuit magnum miraculum in corpore passibili et mortali.

¶ Circa autem hanc clausulā mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū: Cur precepit dominus Moysi: vt ascenderet in montem: legem dei ibi suscepturus? Respōdeo: ad insinuandū: q̄ ipsa perducit obseruatores suos in montē sanctū dei: iuxta illud Christi verbū Mat. xix. Si vis ad vitam ingredi: serua mandata dei. In cui⁹ etiam figurā ipse Christus ascendit in montem Thabor: quando voluit transfigurari ante tres de discipulis suis Mat. xvij. Super quo dicit glo. interli. q̄ hoc ideo fecit: vt discant homines gloriā non in profundo huius seculi: sed in regno celesti esse querendam.

¶ Secundū dubiū: Cur dominus potius voluit dare legem decalogi in lapideis tabulis: q̄ ligneis? Responsio vt permanentiores essent. Lapis enim permanētior est q̄ lignum: qđ potest putresieri. Lex aūt siue decalogus dabał a deo perpetuo. s. vsq̄ in finē seculi. Secūdo: hoc factū est ad significandum q̄ debemus scribere huiusmodi decalogū in viua pelle cordiū nostrorū indelebilit: iuxta illud: Audi Israel precepta dn̄i dei tui: et ea in corde

tuo

tuo quasi in libro scribe: et dabo tibi terrã fluentẽ lac et mel .i.plenã omni dulcedine: et nihil amarum habens.

¶ Tertium dubium: Cum sint multa genera lapidũ: queritur de quo genere erant predicte tabule? Hebrei dicũt (vt refert de Lyra) q̃ erant de saphyro. Et hoc satis probabile est. Est enim saphyrus lapis preciosus: qui percussus radijs solis ardentem emittit fulgorẽ: vt dicit Catholicon. Conuenienter ergo precepta decalogi in lapide saphyrico scripta sunt a deo: quia ardentem et se emittunt fulgorem: secundum illud Psal. Ignitum eloquium tuũ vehementer.

¶ Quartũ dubium: vtrum huiusmodi tabule saphyrice fuerint de nouo create: vel a constitutione mundi formate: vel intra viscera terre genite? Responsio de hoc nihil certũ habemus. Nihilominus sicut ex quadam singularitate: ratione scʒ dignitatis ipsorũ mãdatorum decalogi: voluit dñs vt essẽt saphyrice: sic etiã ꝓbabile est q̃ fuerint de nouo a deo create.

¶ Quintum dubium: Quid sibi vult q̃ Jesus Naue subito cum Moyse apparuit: et cum illo ascendit in mõtem: et subito rursus tacetur: et cum Moyses accepisset legem: cum eo iterũ apparet? Ad hoc respõdet Augusti. in questionibus sup Exodum. q. ciij. q̃ per hoc significatur nouũ testamẽtum nomine Jesu: et absconditum esse in lege: et aliquando apparere intelligentibus. Hec ille.

¶ Sextum dubium: Quare potius nunc nominatur Josue q̃ in precedenti clausula. Ibi enim de eo nulla fit expressa mentio sicut facta est de Aaron: Nadab: et Abiu? Responsio. Ideo in precedenti clausula penultima nulla fit de eo expressa mẽtio: quia erat seru⁹ Moysi: seruus autem in eo q̃ seruus: non solet nominari cũ domino suo. In hac autem clausula exprimitur quia erat authoritatem populi accepturus: et regimen post mortem Moysi. Ideo hic honoratur per expressionẽ nominis sui.

¶ Septimum dubiũ mouetur propter illud verbum: Cumq̃ ascẽdisset Moyses ꝛc. Querit̃ ergo qd operabatur Moyses in illis sex diebus primis? Dicit dominus Hugo: q̃ contemplabatur in caligine: veruntamen non fuit admissus ad colloquium dei ante septimũ diẽ: vt habetur in textu.

¶ Octauum dubium mouetur propter illud verbũ: Et fuit ibi xl. dieb⁹ ꝛc. Queritur ergo cur potius. xl. dieb⁹: q̃ plurib⁹ aut paucioribus? Respõsio: hoc factum est ad ostendendum virtutem legis et finem: scilicet q̃ lex dabat̃ a deo ad peccata delenda: sicut diluuium factũ est xl. diebus. Gen. vij. Non tamen intelligẽdum est q̃ lex illa antiqua: siue sacramẽta legalia: delerent peccata ex opere operato: sed tm̃ ex opere operãte.

¶ Nonũ dubiũ: Cur addit̃. xl. noctib⁹? Dicendũ: ne crederet̃ q̃ ipse Moyses de nocte descẽderet ad illos septuaginta seniores: quos reliq̃rat in colle:

siue ad Josue / quem similiter reliquerat in quadam planicie / siue etiam ad castra: ad q̄ frequenter descendebant Aaron et Ur / quia prope erant vt dictum est.

¶ Decimū dubiū: Quomodo potest stare / q̄ Moyses tātum steterit .xl. diebus ꝛ noctib⁹ cū domino / post egressum a populo: cū tamen dicat in presenti textu / q̄ primū tetigit eum nubes sex dieb⁹ / ꝛ q̄ die septimo vocauerit eū domin⁹ de medio caliginis. Qui ascendens i mōtem / stetit ibi quadraginta diebus ꝛc. Dicendū / conformiter ad textū / ꝛ dominū Petrū de Pal. q̄ isti sex dies precedentes non sunt de numero quadraginta dierū / per quos stetit in mōte cū domino: sed faciūt quadraginta septem a recessu eius a castris filiorum Israel / vsq ad regressum eius ad eos cū tabulis lapideis.

¶ Moraliter et primo: Notādum iuxta illud primū domini verbū ad Moysen: Ascēde ad me in mōtem / ꝛ esto ibi: q̄ mōs in quo ascendendū est / dicitur mons contēplationis. Ad hūc autem montē pauci ascendūt / quod figuratū est ꝑ hoc q̄ solus Moyses ibidem ascendit. Et adhuc pauciores stant ꝛ ꝑseuerant in dicto mōte: sed maior pars inde descendit per desidiam. Et hoc etiam signatū est per hoc q̄ Jacob vidit i somnis scalam stātē super terrā: cuius summitas celū tāgebat / et angelos domini ascendentes et descendentes ꝑ eā / Geū. xxviij. Et bene dictū est / q̄ hec visio i somnis facta est: q̄ viri mūdani reputāt huiusmodi contemplationem / somniū ꝛ puram phātasiā. Reputāt etiam viros contēplationi deditos amētes ꝛ fatuos. Dat aūt dominus ascendentib⁹ dictū montem cōtemplationis / duas tabulas lapideas: q̄ dat eis gratiam obseruandi mandata vtriusq tabule: quod nō omnibus communiter datur.

¶ Moraliter et secūdo ꝛ conformiter ad venerabilem Bedam. Notādū circa idem / q̄ ꝑ hoc q̄ dominus iussit Moysen sursum ascendere / vt ei legem daret: significatū est qualis sit lex domini / et quales sūt illi q̄ in lege domini conuersātur per meditationem. Recte igitur in mōte lex datur / quia vera intelligentia legis nō est campestris: id est / carnalis: sed sublimis et spiritualis. Itē dicit / q̄ qui vult legē accipere: debet triplicem montem ascendere. Primo quidem debet ad eminentiam vite ascendere / vt bene viuat. Secundo vero debet in sublimitate intelligētie habitare / vt illam ad vitā eternam referat. Tertio autem debet esse remot⁹ a tumultu turbe / sicut Moyses: ne a sua contemplatione et salute impediatur. Nam tumultus terrenus ꝛ mundanus multū impedit contemplationem: in cuius figurā legitur Luce decimooctauo / q̄ turba increpabat cecū clamantem: Jesu fili Dauid / miserere mei: vt taceret. Et ideo expedit homini contemplari volēti celestia et eterna / vt sequestret se a tumultu populi.

¶ Moraliter et tertio / quāuis

bonū

bonum sit omnibus se dedicare contemplationi: hoc tamen maxime expedit prelatis/ et his qui maiores sunt in ecclesia. Hoc autē designatur p Moysen: qui dux erat populi et prelatus/ et qui ascendit in montē ad dominum. Debēt etiam ad hoc inducere et secum ducere subditos suos/ tā verbo q̄ exemplo. Qui etsi nō possint ad illam eminentem contemplationem ad quam ascendunt pervenire/ debēt tamen ad hoc canari pro posse suo. In cuius figuram Moyses duxit secū servum suum Josue/ qui tamē mā sit in colle. Per illos autem q̄ manserūt in radice mōtis / designantur activi/ qui occupantur circa terrena et temporalia/ quibus etiam non est data gratia contemplari celestia. Qui si bene se habuerint in actione sua: salui esse poterunt. In cuius figuram Magdalena et Martha sorores finaliter pvenerunt ad gloriam celestē.

¶ Moraliter et quarto / iuxta illud: Dabo tibi tabulas lapideas ꝛc. Notandū q̄ tunc dominus in tabulis cordis nostri imprimit et scribit mandata sua/ cum facit ea naturaliter apparere et dictare / etiā sine aliis tabulis exterioribus et materialib9. Propter quod Deuterono.vj. clamat ad nos dominus/ dicens: Audi Israel: id est/ popule Christiane: q̄ vides in presenti deum per fidem: audi (inquam) precepta dei tui: et ea in corde tuo quasi in libro scribe. Deinde sequitur: Erunt verba hec que ego precipio tibi hodie/ in corde tuo: et narrabis ea filiis tuis: et meditaberis sedens in domo tua: et ambulans in itinere: dormiens atq̧ consurgens. Hec ibi. Item eiusdem Deuteronomii tricesimo sic dicitur: Mādatum quod ego precipio tibi hodie/ non supra te est: neque procul positum: nec in celo situm: vt possis dicere/ quis nostrum valet ad celum ascendere/ vt deferat illud ad nos: vt audiamus/ atq̧ opere compleamus: neq̧ trans mare positū/ vt causeris et dicas/ quis ex nobis poterit mare transfretare/ et illud ad nos vsque deferre: vt possimus audire/ et facere quod preceptū est: sed iuxta te est: quia in corde tuo/ vt facias illud. Patet ergo q̄ huiusmodi dei precepta scribēda sunt in viua pelle cordis nostri/ per iugem memoriam.

¶ Moraliter et quinto: Notādum super illo verbo/ vt doceas filios Israel: q̄ non satis est vt quis sciat diuina precepta / verum etiam debet alios de huiusmodi instruere: vt prelatus populum subditum/ predicator populum / pater filium. Quia vt dicitur Ecclesiastici decimoseptimo/ Unicuiq̧ mādauit deus de proximo suo: et precipue sibi specialiter commisso. Parentes autem volentes filios suos in literis erudiri (propter quā causam destināt eos ad publica studia) debent esse solliciti vt prouideant eis de bonis et honestis gymnasiis/ in quibus vna cum literis discant bonos mores/ et cum bonis conuersari: quia qualem societatem quis in iu-

uentute sequitur/talis efficie-
tur. Da exemplum de tenera ⁊
nouella arbore tortuosa/ cui
adiungitur aliquod grossum
lignum rectum/ut sursum diri-
gatur ⁊ rectificetur. Applica-
tio est facilis. Unde in Psalm.
Cũ sancto sanctus eris ⁊c.

¶ Moraliter et sexto: notan-
dum iuxta illud verbum/Ascẽ
derũt Moyses et Josue mini
ster eius: ꝙ per Moysen intel
ligitur prelatꝰ religionis. Per
Josue autem subditus illius.
Tũc ergo p̃mo ascẽdit Moy-
ses/deinde sequitur Josue mi-
nister eius: quando qui preest
dignitate et officio/ preest etiã
labore et sancto exercitio. In
cuius figura legitur Job pri-
mo/ꝙ boues arabant/ ⁊ asine
pascebantur iuxta eos. Asine
enim in proposito sunt iuue-
nes nouitij/qui propter tene-
ritudinem sũt supportãdi/ sal
tim a tanto. Sed profecto in
plerisq; domibꝰ claustralibus
officiũ (saltim matutinũ) sepe
remaneret insolutum/ si non
a predictis asinis araretur:
iuxta quas boues.i.fortes/ et
prelati laute pascuntur: parũ
curantes de diuinis. Unde cũ
semel predicarem quadragesi
mam in quodam honesto op-
pido/essemq; itra monasteriũ
loci illiꝰ hospitatꝰ: venit qua-
dam nocte media quidam de-
uotus religiosus ad cameram
nostram/rogans vt sociꝰ meus
surgeret: eũq; iuuaret ad sol-
uendũ officium matutinũ/cum
nullos alios haberet/ preter
duos iuuenes nouitios nõ va-
lentes legere nocturnũ quod
erat legendũ. Quod et factum
est. Ecce quomodo vbi Moy-
ses negligit ascendere ad di-
uina: consequenter hoc idẽ ne-
gligit Josue minister eiꝰ. Ubi
vero ascendit: tunc trahit secũ
ministrũ suũ/saltim quantũ in
se est. Qui vbi hoc negligit fa-
cere/ꝯpellat cũ dictꝰ Moyses.

¶ Moraliter ⁊ septimo/ iuxta
illud: Ascendens Moyses in
montem dei/ senioribꝰ ait: Ha
betis Aaron ⁊ Ur vobiscũ. No
tandũ/ꝙ ex hoc passu sufficiẽ-
ter trahi potest ꝙ prelati pos-
sunt sibi substituere vicarios/
quantum expedit/ quando a-
scendunt ad deũ per contẽpla-
tionem: siue quando se transfe
rũt causa studij ad aliquã vni-
uersitatem: siue quando profi
ciscũtur longe propter hone-
stam et laudabilẽ causam. Nõ
autem quando ascendunt ad
curias principũ/ vt ibi mũda-
niter viuant/ vel etiam ad pa-
rentũ negocium. Non quidem
ꝙ vicarium non dimittant quã-
docũq; se absentãt: sed quia a-
mor mundi non est causa suffi-
ciens se absentandi et subtra
hendi ab ouibus suis. Ubi aũt
pro causa rationabili se absen
tant: debent substituere in vi-
carium Aaron: id est virũ mõ-
tanum/ per mentis contempla
tionem/ qui sit eorum vicarius
in his que dei sunt: et Hur/ id
est: virum ignitum igne chari-
tatis quo ad proximum. Et de
istis/duobus dictum est supra
decimooctauo cap. ꝙ Aaron
et Hur sustentabant manus
Moysi: q2 tales vicarij (qua-
les descripti sunt) debent iu-
uare predictos prelatos/ ⁊ por
tare partem sarcine eorum.

Mora-

¶ Moraliter et octauo, iuxta illud verbū quod dicit Moyses senioribus: Expectate hic, donec reuertamur ad vos ⁊c̄. Notandum, q̄ ista verba possunt recte dirigi ad senes etate et senio: ad quos venit dominꝰ per gratiam. Nā etsi veniat ad omnes laudabiliter viuentes, tam senes q̄ iuuenes: frequētius tamen venit ad senes q̄ ad iuuenes: quia iuuenes propter feruorem caloris naturalis multa patiūtur, que retrahūt eos a sua salute. Senes autem, et signanter boni, non querunt nisi sursum tendere: dicentes cū illo sanctissimo Simeone: Nunc dimittis seruum tuum domine: secundum verbum tuum in pace. Luc. ij. Item Phil. j. Desiderium habens dissolui: et eē cum Christo. Et Job. x. Tedet animam meam vite mee. Interim tamē consolatur eos dominus, dicens: Expectate hic donec veniam ad vos: supple in hora mortis: ⁊ assumam vos ad meipsum. Sic enim dicit Christꝰ seruo suo Joan. euangeliste. Sed prohdolor ly donec, apud aliq̄s tales bonos senes multum durat, ⁊ tedio eos afficit.

¶ Moraliter et nono, iuxta illud: Et si quid natum fuerit questionis, referetis ad eos. Notandum, q̄ non mirum si in tanta populi multitudine interdum questiōnes et iurgia oriebantur, et potissime propter castra que sepe mouebantur: cum etiam legamus inter pastores Abrahe ⁊ Loth iurgia accidisse, ratiōe pascuarū Gen. decimotertio: ita vt diceret Abraham ad Loth nepotem suum: Ne queso sit iurgium inter me et te, et inter pastores meos ⁊ pastores tuos: fratres enim sumus. s. cognatiōe, vt dicit interli. q2 Arā pater Loth, erat frater Abrahe. Legitur etiā Act. vj. q̄ in primitiua ecclesia ortū est iurgiū Grecorū aduersus Hebreos, eo q̄ vidue eorū despicerent̄ i ministerio cotidiano. Similiter legitur Luce. xxij. q̄ facta est contētio inter apostolos, quis eorū esset maior. Quid dicā? nōne etiā aliquādo facta est aliqualis altercatio inter illos sanctissimos Christi apostolos Petrū ⁊ Paulū, ratione obseruatiōis legaliū? Quia ergo commune malū est vt inter homines oriant̄ questiōes ⁊ iurgia: ideo expedit vt statuantur aliqui qui deputētur pro eliminandis talibꝰ cōtrouersijs. Quod bene aduertens famulus dei Moyses: et habēs ad aliquod tempꝰ recedere a populo, et ascendere in montē ad dominū ait: Habetis Aaron ⁊ Ur vobiscū. i. prope vos: si quid natum fuerit questionis ⁊c̄.

¶ Moralr̄ ⁊ decio, iuxͣ illud: Cūq3 ascēdisset Moyses, operuit nubes mōtē ⁊ habitauit glīa dn̄i ⁊c̄. Notādū, q̄ p Moysen designat̄ hō cōtēplatiuꝰ: q̄ tūc ascēdit i mōtē, qn̄ ɔtēplat̄ celestia ⁊ eterna. Tūc aūt nubes operit mōtē, qn̄ fides diuidit nos a deo, ⁊ abscōdit nos ab eo, pro presenti statu. Et hoc respicit ptē iferiorē mōtis. In pte aūt supiori ipiꝰ mōtis apparet gloria dn̄i. i. visio diuine essentie.

Uel dic, ꝙ gloria domini: id est gloriosa illustratio, nõ est aliud ꝙ̃ recta fides: q̃ illustrat humanã mentem de credẽdis: tegens Moysen, id est, quemlibet fidelem: sex dieb⁹: id est, quandiu viuit in hac mortali vita. Tandem vocat eum dñs die septimo: id est, in mortis articulo de medio caliginis: id est, tribulationum ⁊ tenebrarum vite presentis: ⁊ tunc ascendit spiritus humanus in montem sanctum dei: ibi visurus deum clare ⁊ intuitiue sine fine.

¶ Moraliter et vndecimo, iuxta illud vltimum verbum presentis clausule: Et fuit ibi quadraginta dieb⁹, ⁊ quadraginta noctibus. Notandum, ꝙ per dies possunt intelligi mundi prosperitates: per noctes aũt, illius aduersitates. Multi ergo sunt qui bene volunt seruire deo, ⁊ manere in eius seruitio in die prosperitatis, dũmodo bene illis sit: quod tamen valde difficile est, sed minime volũt cum eo manere in nocte aduersitatis. Unde tres Christi discipuli, Petrus scilicet et Jacobus ⁊ Joan. in nocte cene vocati ⁊ inuitati a Christo, ad orandum in horto, non potuerunt vna hora vigilare cũ eo in oratione. Luce. xxij. Et tamen (ceteris parib⁹) rarius offenditur dominus in nocte aduersitatis, ꝙ̃ in die prosperitatis, dicente Psal. Cadent a latere tuo mille, ⁊ decem milia. ⁊ cetera.

¶ Moralit' ⁊ duodecimo, Notandum, ꝙ fideles qui sunt ad hoc potentes, debent cũ domino: id est, ꝓpter dominũ, ascẽdere in montem cõtemplationis et deuotionis, ieiunando quadraginta diebus et totidẽ noctibus. Non quidem instar Moysi simpliciter abstinendo a cibo ⁊ potu, sed sumẽdo vnicam refectionem in die artificiali, qui cõstat ex vigintiquatuor horis, secundum traditionem ecclesie. Pro quo notandum, ꝙ hominum triplex est differentia. Quidã enim illuc minime ascendunt: vt gulosi. Quidam autẽ illuc ascẽdunt, sed statim descendunt: vt fragiles ⁊ inconstantes. Alij vero illuc ascendunt, sed inde nõ descendunt ante finẽ quadragesime: ⁊ tales sũt ꝑseuerãtes, de q̃b⁹ Christus Mat. x. Qui ꝑseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Pro quo etiã notandum, ꝙ conuenienter boni ieiunant per totam quadragesimam: quia ipsa quadragesima habet multas pulchras et bonas conditiones ⁊ proprietates. Primo enim est tempus deuotionis. Uidemus enim ꝙ tempore quadragesime humores terre, arborum atq; vinearum, incipiũt abundare: adeo ꝙ vinee tunc solẽt lachrymare: sic spiritualiter tempore illo debet in nobis abũdare humor deuotionis, etiam compunctionis ⁊ compassionis, similiter ⁊ lachrymarũ pro peccatis. Secundo est tẽpus orationis. Hoc enim tempore incipiunt aues suauiter modulari in campis et nemoribus. Sic et homines eodem tempore debent specialiter decãtare domino deuotas orationes: quia bona est oratio cum ieiunio:

ieiunio: vt dicitur Thobie.xij. Unde Deuterono. ix. dicebat Moyses: Procidi ante dominum quadraginta diebus / et quadraginta noctibus. Tertio est tempus afflictiōis. Hoc enim tēpore cōmuniter Christiani patiuntur maiores labores & afflictiōes / q̄ ceteris partibus anni / per exercitiū agriculture / quod maxime exercetur tempore quadragesimali. Sic spiritualiter isto tempore debem⁹ specialiter colere terram corporis nostri per penitentiam / & per exercitium bonorum operum. Et hoc figuratur per desertum / in quo populus Israel quadraginta annis peragrauit: vt veniret in terrā promissionis / que designat terram illam viuentium / ad quā peruenitur per debitum ieiunium quadragesimale. Quarto / predictū tempus / est tempus quietionis. Nam tali tempore solet terra quiescere a frigoribus et tempestatibus hyemalibus. Sic homo debet tūc cessare a vitijs et criminibus / que inquietant interiorem hominē: iuxta illud Esaie. xlviij. Non est pax impijs / dicit dominus. Hoc autem figuratur Iudic.iij. vbi dicitur / q terra supple Iude quieuit a prelijs quadraginta annis. Quinto / est tēpus pugne et belli. Tūc enim solent reges ad bella procedere. Tunc etiam solent animalia et volatilia amore stimulata / pro femellis suis contendere / et inuicem preliari. Sic et nos hoc tempore debem⁹ contra spiritales hostes bella gerere: et hoc exemplo Christi / de quo dicitur Luce iiij. q agebatur a spiritu in deserto / et tentabatur. Sexto et vltimo / est tempus peregrinationis. Tunc enim solent homines peregrinari / eo q tempus est satis temperatum: vtpote nec nimis calidum / nec nimus frigidum. Sic & nos tēpore quadragesimali debem⁹ facere peregrinationes nr̄as: scilicet abdicando mentaliter patriam huius mundi / & ambulando secundum spiritum ad patriam nostram celestem / in qua sumus ciues decreti. In cuius figuram legimus. iij. Regum. xix. q Helias in fortitudine cibi sumpti ambulauit quadraginta diebus / et quadraginta noctibus vsque ad montem dei. Patet ergo quid moraliter significent predicti quadraginta dies & noctes / per quos Moyses stetit in monte.

¶ Allegorice et primo / per Moysen (cui precepit domin⁹ vt ascenderet ad eum in montem / et q daret illi duas tabulas &c.) intelligitur bonus prelatus / qui habet aliquem subditum bonorum morum / et literarum capacem. Quod ille animaduertens precipit illi vt se trāsferat ad aliquod studiū generale. Sic enim factū est de beato Thoma Aquinēsi. Non debet ergo talis subditus se ingerere arroganter ad huiusmodi studium vel gradum magistralem. Unde sexto decretalium / rubrica: Ne clerici vel monachi secularibus negocijs se immisceant. ca. vt periculosa. prohibet papa Bonifacius

nifacius octauus: ne monachi vel religiosi accedant ad studia generalia: nisi de licentia suorum prelatorum cum consilio sui conuentus / vel saltim maioris partis eiusdem. Et postquam ibi fuerint / prohibet illis ne temerarie habitum sui ordinis dimittant: statuens penam excommunicationis late sententie / contra eos qui contrauenerint vtriq statuto. Qui autem per debitam obedientiam ascendit ad predictum montē studij theologici / simul ascendit ad dominum / qui latet in eo. Unde theologia est scientia que habetur de deo eo modo quo haberi potest in presenti. Qd autem domin9 promittit Moysi tabulas lapideas / legem et mādata: vt doceat filios Israel: designat q postquam talis subditus bene et egregie studuerit in aliqua famosa vniuersitate / et bene impresserit sanam doctrinā in tabulis cordis sui: tunc ad reuocationem prelati sui debet ad propria redire / et alios instruere: effundens abunde quod hausit auide. Cuius contrariū faciunt multi / qui postquam lauream magistralem susceperūt / dant se inertie / abscondentes talentum domini sui in sudario: qd tandē valde stricte repetetur ab eis / vel qualiter ipsum exposuerunt.

¶ Allegorice et secundo: iuxta illud: Surrexerunt Moyses et Josue minister eius. Notādum q per Moysen (qui interpretatur sumptus de aquis) intelligitur Christus / qui tunc fuit sumptus de aquis / quando baptizatus est. Per Josue autem designatur ipse Moyses / qui fuit minister et precursor ipsius Christi. Uterq ergo iam surrexit / sed diuersimode: quia Christus surrexit simpliciter ad vitam immortalem / dicente Apostolo. Roma. vj. Christus resurgēs ex mortuis / iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. De Moysi autem corpore / quamuis post mortem translatum fuerit in locum mortalibus incognitū / ne circa ipsū Judei crimen idolatrie committerent: Unde et Deuteronomij. xxxiiij. dicitur: q non cognouit homo sepulchrum eius / vsq in presentem diem: et hoc modo surrexisse dicitur: non tamen simpliciter resurrexit / sed tātum surrexit predicto modo. Quamuis nonnulli opinentur ipsum simpliciter resurrexisse cum Christo / et cum illis qui cum eo surrexerunt: de qbus Mat. xxvij. Multa corpora sanctorū / qui dormierant / surrexerunt et cetera.

¶ Allegorice et tertio / iuxta illud: Ascendensq Moyses cum senioribus in mōtem dei / ait: Expectate hic etc. Notandum / q per Moysen et seniores intelliguntur viri perfecti / et qui sunt alte contemplationis: vt Paulus / qui fuit raptus vsque ad tertium celum. Per illos autē quibus iussit Moyses vt inferius expectarent: intelliguntur viri actiui / qui adhuc occupantur circa terrena et inferiora. Et tales debēt expectare dominum per spem / interim

interim tamen viriliter agendo: iuxta illud verbum Psalmist. Expecta dominum/viriliter age:confortetur cor tuū/ et sustine dominum. Et est sensus: Tu qui occuparis circa actiuam vitam/expecta dominum omnium bonorum operum retributorem. Quia(vt inquit Gregorius) Spes premij minuit vim flagelli. Interim autem viriliter age:id est/ fortiter: cōtra pusillanimitatem: cōfortetur cor tuum / ne lasseris sub malis presentis vite/ si quandoque occurrant: et sustine dominum / te flagellantem patientiam in omnibus habēdo/et non ad horam/vel circa vnam materiam tantum. In omnibus (inquit Apostolus) exhibeam⁹ nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia.&c.

¶ Allegorice et quarto/iuxta illud verbum: Ascende ad me in montem/ et dabo tibi duas &c. Notandum secundum venerabilem Bedam/et ponitur in glo. ordi. q per hoc datur intelligi qualis sit lex domini/ et quales debent esse / qui in lege domini conuersantur. Nā ideo in monte lex datur: quia intelligentia legis non est cāpestris:id est:carnalis sed sublimis:id est/spiritualis. Item ipsa lex est secreta/ et sensibus humilis / et celestem sensum desiderat: quia eius doctrina est celestis. Item quantum ad secundum notandum / q qui legem vult accipere in triplicem montem debet ascendere. Debet enim esse in eminētia vite/vt bene viuat:in sublimitate intelligentie/ vt illam ad eternam vitam referat. Itē debet esse remotus a tumultu populi/sicut Moyses seorsum ab alijs legem accepit. Turba enim/i tumult⁹ populi/impedit hominem ne veniat ad dominum per notitiam legis: in cuius figurā legitur Luce xviij. q turba increpabat cecum clamantem et dicentem: Jesu fili Dauid/ miserere mei: vt taceret. Uel ista turba est turba desideriorū malorum/ que similiter impedit ne quis veniat ad dominū per notitiā legis diuine / et deuotam meditationem illius.

¶ Allegorice et quinto/Moyses qui ascendens in montem legem antiquam accepit / habitans ibi cum domino: prefigurauit Christi apostolos / quos ipse secum duxit in montem seorsum a turba / quando illis dare voluit legem gratie/ et octo beatitudines illis proposuit. Unde Matthei. v. Uidens Jesus turbas / ascendit in montem. Et cum sedisset/ accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum/docebat eos dicens: Beati &c. Et nota q veterem legem solus Moyses accepit pro toto populo. Legem vero nouam omnes apostoli acceperunt ex equo: in quo apparet / q lex gratie copiosior est lege veteri / et gratia illius abundantior.

¶ Allegorice et sexto / mons designat sacram scripturam/ que in se continet veram et perfectā notitiā mandatorū dei. Quicūq ergo cupit in talibus

erudiri:

erudiri: quantum patitur vita
presens, debet in predictū mō-
tem ascendere, et ibi per mul-
tos dies immorari more Moy-
si: et signanter hoc cōpetit pre-
dicatoribus veritatis. Hinc do
minus Esa. xl. Super montem
excelsum ascende tu qui euan-
lizas Syon: id est, sacram scri-
pturam, que recte dicit Syon:
quia in ea speculatur dñs. Ibi
enim quesiuit Augustinus do
minū, et inuenit. Sunt autem
nonnulli qui ascendunt predi-
ctum montem, qui tamen mi-
nime ibi inueniunt dominum:
quia nō querunt eum perseue-
ranter per dies multos, sed qua-
si ad horam tantum. Hi sunt
qui eligunt studium theologi-
cum, tanquam salubrius omni
alio: sed quāprimum masticāt
corticē ipsius, inuenientes eā
duram et amaram, totū dimit-
tunt, et se transferunt cōmuni-
ter ad sciētias, que sunt de pa-
ne lucrando. Et nota quod in di-
cto monte tradit dñs duas ta-
bulas lapideas: id est, aperit per
studiū sacre scripture verā in-
telligentiam et sensum vtriusque
testamenti: veteris, scz et noui:
fm quod dictum est de Christo et
Apostolis, postquam resurrexit a
mortuis. Luc. xxiiij. quod aperuit
illis sensum, vt intelligerēt scri
pturas. Non tamē cum illa lim
piditate et pfunditate, fm quā
intelliguntur a beatis. In cuius
figurā dicit in presenti, quod glo-
ria domini tāgebat partem su-
periorē montis. Hec est theolo
gia beatorum. Partem autem
inferiorē tetigit nubes sex die-
bus. Hec est theologia viato-
rum, que obscuritatem habet an-
nexā inseparabiliter, quādiu du
rat vita presens. Septimo aūt
die. i. in fine dicte vite, vocat do
minus electos suos de medio
caliginis, et collocat eos in pa-
tria eterne claritatis: vbi inha
bitat lux inaccessibilis et inter-
minabilis.

¶ Anagogice, et partim alle-
gorice. Moyses, qui (vt sepe di
ctum est) interpretatur assum-
ptus de aquis: designat quēli-
bet deuotum fidelē, qui per mor
tem ascendit in illum montem
qui est in vertice montium: de
quo Ps. Quis ascendet in mō-
tem domini, aut quis stabit in
loco sancto eius? Cui respon-
det spiritussanctus, dicēs: In-
nocens manibus et mūdo cor-
de: supple, illuc ascendet. Ta-
li autem fideli cum illuc perue
nerit, dicetur: Esto ibi, scilicet
permanenter. Joannis. xvj.
Gaudium vestrum nemo tollet
a vobis. Tunc autem dñs dat
tali Moysi duas tabulas lapi-
deas, cū dat duplicem stolam:
anime quidem primū, deinde
corporis: quod fiet in resurrectio
ne generali. Et dicuntur huius-
modi stole lapidee, propter fir-
mitatem et stabilitatem dicte
glorie. Unde ad maiorem rei
veritatem et firmitatem, iam
ibi ascenderunt cum dicta du-
plici stola aliqui, Moyses sci-
licet et Josue, id est, Christus,
cum nonnullis alijs: vt iam di-
ctum est. Et quia oculus nō vi-
dit, nec auris audiuit, et in cor
hominis non ascēdit, que pre-
parauit deus diligentibus se: vt
habetur Esa. lxiiij. et recitatur
ab Apostolo. j. Corint. ij. Et in
Psalm. Quāmagna multitudo
dulce-

dulcedinis tue domine: quam abscōdisti timentibus te? ideo subditur: Cūq̧ ascēdisset Moyses: id est, Christus: supple in celum: operuit nubes mōtem: ne scilicet posset videri: et apparuit gloria domini .i. visio diuine essentie: super Sinay: id est, in celo empyreo: quod est celū beatorum. Ad idem etiā pertinet quod sequitur: Erat autem species glorie domini quasi ignis ardens super verticē montis: in conspectu filiorū Israel: id est, ipsorum beatorum: deū clare videntium. Quod autem finaliter subditur: q̄ erat Moyses in predicto mōte quadraginta dieb⁹ et quadraginta noctibus: ad eternitatem beatitudinis referendum est. Et ponitur ibi numerus finitus pro infinito: sicut sepe fit ī sacra scriptura.

¶ Exodi .xxv.
¶ Prima clausula.



Locutusq̧ ē dominus ad Moysē: dicens: Loq̄re filijs Israel: vt tollant mihi p̄mitias. Ab omni homine q̄ offert vltroneus: accipietis eas. Hec sunt autē que accipere debetis. Aurum et argentum: et es: et hiacinthum: et purpuram: coccumq̧ bis tinctum: et byssum: et pilos caprarum: et pelles arietum rubricatas: pellesq̧ hiacithinas: et ligna Sethim: oleū ad luminaria cōcinnanda: aromata in vnguentū: et thimiamata boni odorī: lapides onychinos: et gēmas ad ornandum Ephot: et rationale. Facientq̧ mihi sanctuarium: et habitabo in medio eorū: iuxta omnem similitudinē tabernaculi quod ostendam tibi: et omniū vasorū: in cultū eius. Sicq̧ facietis illud: Arcam de lignis Sethim compigite: cuius lōgitudo habeat duos et semis cubitos: latitudo: cubitū et dimidium: altitudo: cubitū similiter ac semissem: et deaurabis eam auro mundissimo: intus et foris. Faciesq̧ supra coronam auream per circuitum: et quatuor circulos aureos: quos pones per quatuor arce angulos. Duo circuli sint in latere vno: et duo in altero. Facies quoq̧ vectes de lignis Sethim: et operies eos auro: inducesq̧ per circulos: que sunt in arce lateribus: vt portentur in eis. Qui semp crūt in circulis: nec vnq̄ extrahētur ab eis. Ponesq̧ in arca testificationem quam dabo tibi. Facies et propiciatoriū de auro mundissimo. Duos cubitos et dimidium tenebit longitudo eius: et cubitū ac semissem latitudo. Duos q̧ Cherubin aureos et productiles facies ex vtraque parte oraculi. Cherubyn⁹ sit in latere vno: et alter in altero. Vtrūq̧ latus propiciatorij tegant expandentes alas: et operiētes oraculū: respiciātq̧ se mutuo versis vultibus in ꝓpiciatoriū quo operiēda est arca: in qua pones testimoniū quod dabo tibi. Inde precipiam et loquar ad te supra propiciatoriū scʒ ac de medio duorum Cherubin q̄ erunt super

super arcam testimonij: cuncta que mādabo p te filijs Israel. Facies & mēsam de lignis Sethim: habētē duos cubitos lōgitudinis: & in latitudine cubitum: et in altitudine cubitū ac semissem: & inaurabis eā auro purissimo. Faciesq illi labium aureum per circuitum: & ipsi labio coronam interrasilem: altam quatuor digitis: & sup illā alteram coronā aureolā. Quatuor quoq circulos aureos pparabis: et pones eos in quatuor angulis eiusdē mense: per singulos pedes. Subter coronam erunt circuli aurei: vt mittantur vectes per eos: et possit mensa portari. Ipsos quoq vectes facies de lignis Sethim: et circundabis auro ad subuehendam mensam. Parabis et acetabula ac phialas: thuribula & cyathos: in quibus offerēda sunt libamina ex auro purissimo: & pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. Facies & candelabrum ductile de auro mūdissimo: hastile eius & calamos: scyphos et spherulas ac lilia ex ipso procedentia. Sex calami egredientur de lateribus: tres ex vno latere: & tres ex altero. Tres scyphi quasi i nucis modū per calamos singulos: sphaerulaeq simul & lilia: & tres similiter scyphi instar nucis i calamo altero: spherulaeq simul et lilia. Hoc erit opus sex calamorum: qui producēdi sunt de hastili. In ipo autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum: spherulaeq per singulos et lilia. Spherule sub duobus calamis per tria loca: q simul sex fiunt: pcedentes de hastili vno. Et spherule igitur et calami ex ipso erunt vniuersa ductilia ex auro purissimo. Facies et lucernas septem: et pones eas super candelabrum: vt luceant ex aduerso. Emunctoria quoq: & vbi ea que emūcta sunt extinguantur: fiant de auro purissimo. Oe pondus cādelabri: cum vniuersis vasis suis habebit talentum auri purissimi.

¶ Historaliter: Postq̄ in pcedētib⁹: legislator Moyses determinauit de legis susceptione quantum ad precepta: tam in ordine ad deum: q̄ ad proximum: consequēter determinat de ea quantum ad locum diuino cultui dedicatum: et quantum ad fabricationem tabernaculi & vtensilium eius. De his ergo determinat in presenti capitulo: quantum ad duplex genus cause: scilicet materialis & principio capituli: et formalis ibi: Sicq facies illud. De causa autem efficienti et finali: dicetur in sequentibus: videlicet xxxj. cap.

¶ Primo igitur determinat de causa materiali tabernaculi domini: dicēs: Locutusq est dominus ad Moysen: dicens: Loquere filijs Israel: vt tollāt &c. Et nota q ipse Moyses ex humilitate loquitur de seipso quasi de quodam alio: sicut et euangeliste interdum loquuntur: sicut patet expresse de beato Luca: qui credit fuisse vnus ex illis duobus discipulis: quibus euntibus in Emaus: apparuit dominus. Luc. xxiiij. Sed quia scripsit ipsum euāgeliū: ideo

ideo se nominare noluit/ sicut nominauit socium suum/ cui nomen Cleophas. Locutus est ergo dñs ad Moysen (videlicet in monte Sinay/ secum existentem) dicens: Loquere filijs Israel/ vt tollant. i. separent: mihi/ anthori omniũ: primitias/ vbi glo. interli. i. initia/ siue primitiua: sicut dicit quedã glo. (que est Andree) id est/ q̃cq̃ preciosa in auro ꝛ argento et serico/ atq̃ rebus ceteris/ quib⁹ vasa tabernaculi fiũt. Concordat autem hec glo. cum glo. interl. quia communiter initia rerũ/ siue principia/ cõsueuerũt esse precipua ab omni homine qui offert aliqd. Ultroneus: id est/ sponte. Accipies ea: qꝛ vt dicit Apost. j. Cor. ix. Hilarẽ datorẽ diligit deus: nõ ex tristitia/ aut ex necessitate. Sequitur: Hec sunt autem que accipere debetis/ scilicet pro operibus fiendis: Aurum ꝛ argentũ ꝛc̃. Dicitur aũt aurum/ ab aurora: qꝛ in aurora/ siue aere lucido positũ rutilat. Argentum autem etymologizatur/ quasi ardor gentium. Hiacinthum. i. lanam et sericum: talis coloris sicut est hiacĩthus lapis/ cuius color assimulatur saphyro. Unde Pet. Comestor dicit/ ꝙ hic accipit hiacinthus pro serico: ꝛ purpuram. i. sericum purpureum. Et dicitur purpura a puritate lucis: coccum quoq̃ bis tinctũ. i. lanam ꝛ sericum rubei coloris: quod dicitur bis tinctum: quia bis tingebatur/ vt color illius esset intensior. Unde ꝑpter binam illius tinctionem talis color rubeus tendit ad nigredinẽ. Et byssum. Est autẽ byssus genus lini candidissimi. Unde Luc. xvj. dicitur de diuite epulone/ ꝙ induebat purpura/ scilicet exterius/ ad maiorẽ fastũ: et bysso interius/ ad maiorem corporis delectationẽ. Et pilos caprarũ/ de quib⁹ facta sunt saga ad cooperiendũ ipsũ tabernaculũ. Et pelles arietũ rubricatas. i. rubras. Et vt dicit Josephus/ lana pelliũ erat tincta colore rubeo: Pellesq̃ hiacinthinas. i. illo colore tictas. Et ligna Sethim. Josephus dicit ꝙ Sethim tria significat/ ſm ꝙ est nomen regionis/ mõtis/ ꝛ arboris: que quidem arbor similis est spine albe in folijs. et sic accipitur hic. Est aũt lignũ ipsum leuissimũ ꝛ imputribile: ꝛ ſm aliquos/ scremabile. i. difficulter cremabile. Ex tali aũt ligno facte sunt tabule tabernaculi/ ꝛ arce/ ꝛ mẽse/ ꝛ aliqua alia: vt dicet postea. Oleũ ad luminaria cõcinnanda. i. cõponẽda vel disponẽda/ vt possint ardere. Aromata in vnguẽtũ/ id est ad vngendũ siue vnguentum. Sũt autem aromata/ ſm Isidorum Ety. lib. xvij. c. viij. quecunq̃ sunt fragrantis odoris. Conficiebatur autem illud vnguentum ex quatuor speciebus aromaticis. Erat autẽ huiusmodi vnguentum ad vngendum tabernaculũ/ vasa ꝛ sacerdotes. Et thimiamata boni odoris. Thimiama aũt (secũdũ Isido.) sic dicitur Greco/ ꝙ sit odorabile etiam valde. Cõficitur autẽ thimiama a thimo herba/ que dicitur capefoliũ/ quam comedunt apes. Est autẽ talis herba valde redolens. Cremabatur autem hmõi thimiama

miama super altare incensi/ vt
suo odore allicerct homies ad
loci venerationē: lapides ony=
chinos / ⁊ gemmas ad ornādū
Ephot: in quo requirebantur
duo lapides onychini. Ephot
autem dicitur ab epi/ quod idē
est quod supra/ ⁊ est indeclina=
bile. Est autem ephot proprie/
idē quod superhumerale. Su=
mitur tamen quandoq̧ ꝓ quo=
cunq̧ indumēto sacerdotali: ⁊
rationale/ in quo requirebātur
xij. lapides/ quorum vnus erat
Onychinus. Et nota ſm dñm
Petrum de Pal. ꝙ omnia ꝑdi
cta dicebantur primitie: id est/
preciosa: sed differenter. Nam
quedam eorum erāt preciosa/
nō in se/ sed in ordine ad aliud:
vt pili caprarū/ pelles et oleū/
quod scilicet omnia alia illumi
nabat. Quedam autem absolu
te ⁊ in se ꝓciosa: vt lapides O=
nychini/ ⁊ alie gemme/ thimia=
ma/ ligna Sethim: et huiusmo=
di. Et sic patet de primo.
¶ Secundo determinat Moy
ses ī hoc capitulo de causa for=
mali tabernaculi dñi / dicens:
Facientq̧ mihi/ supple filij Is=
rael/ de ꝑdictis primitijs: san=
ctuarium/ id est tabernaculum
in quo monstrabo me sanctum:
quod quidem tabernaculū pos
sit portari de loco ad locum: et
habitabo in medio eorū: vt sic
facilius possint recurrere ad me
.i. ad mea ꝯsilia requirēda: ita vt
non oporteat eos ꝓ sacrificijs
redire ad montē istū: iuxta o=
mnem similitudinem taberna=
culi ⁊c. Nam vt dicit de Lyra/
ostēdit dominus Moysi visio=
ne imaginaria tabernaculū fa=
bricandum cum oibus ad ipm
pertinentibus. Et ſm hāc simi
litudinē Moyses ipsum expla=
nauit et descripsit artificibus/
vna cum vniuersis vasis requi
sitis ad cultum illius: vt habet
in textu. Deinde cum dicit do=
minus: Sic facietis illud: arcā
⁊c. determinat ⁊ agit de forma
tione tabernaculi/ quātum ad
particularia per ordinem.
¶ Primo quidem de arca/ tan=
q̄ de digniori ⁊ nobiliori par=
te/ que intra hmōi tabernacu=
lum reponēda erat. Dixit ergo
dominus: Sic facietis illud: id
est/ cum tali ordine: Arcam de
lignis Sethim cōpingite. i. cō=
paginate ⁊ formate. Sunt au
tem ligna Sethim imputribi=
lia: vt dictum est. Hoc etiā di=
cit Josephus. Cuius/ scilȝ arce
longitudo habebit duos et se=
mis cubitos. Est aūt semis no=
men mensure/ id est dimidium:
est autem indeclinabile nomē/
⁊ adiectiuum ſm de Pal. sicut
dimidius/ dia/ dium. Qȝ si obij
ciatur per textū immediate se=
quentem/ in quo dicitur: Alti=
tudo cubitū similiter ac semis=
sem: vbi declinat̄ semis. respon
det de Pal. ꝙ vel non seruatur
ars/ sed vsus: vel ꝙ accipitur
pro mensura / scȝ vnius palmi.
Deinde describit ornatū predi
cte arce dominus/ dicēs Moy=
si: Et deaurabis eam auro mū
dissimo intus ⁊ foris: id est/ co=
operies eā laminis aureis intus
⁊ foris: faciesq̧ supra coronam
auream per circuitū. hec tamē
corona non erat rotunda/ sed
quadrata. Erat enim quoddā
labiū in superiori parte arce / i
circuitu eleuatū/ quasi spaciū
duorum digitorū vel quatuor/
super

super operculū arce: sicut fit in marginibus scacariorū: ita enim dicit de Lyra: Dicitur tamen corona / quia erat per totū circuitum arce. Ideo sequitur / et facies supple quatuor circulos aureos / quos pones per quatuor arce āgulos. Et nota (secundū Josephū) quod isti circuli sic erant dispositi quatuor angulis / quod erant versus partē superiorem arce sub corona / et quod vectes intrātes per circulos / irent sub longitudine arce. Et in hoc videtur cōcordare textus / quia ibi dicitur: Duo circuli erunt in latere vno / et duo in altero. Josephus aūt videtur dicere / quod predicta corōa nō fuit aliud quam ligatura arce vndique ipsam cōstringens: que in aliquo arcā non superexcedebat. Secundū autem Bedam / aliquātulum supereminebat per modū labij / quod in mensis et scacarijs fieri solet / ne supposita inde cadāt. Sequitur: Facies quoque vectes de lignis Sethim / que scilicet sint leuia et fortia. Uectis aūt (quod est nomē masculini generis) dicitur a veho vehis. Est autem vectis proprie ferrū quod in sarratura ostij vehitur huc et illuc / causa res seruandi. Aliquādo etiam capitur pro barra / apta ad aliquid portādū: et sic capitur hic. Et operies eos auro. s. ad maiorē ornatum. Erant itaque conuenienter duo circuli in latere vno / scilicet dextro dicte arce: et duo in latere sinistro: vt sic commodius dicta arca portaretur a sacerdotibus / quando castra mouebantur. Oportebat enim quod sacerdotes portarent eā proprijs humeris. Unde propter pondus ipsius arce et contentorū in ea / requirebantur ad minus quatuor homines. Duo quidem ante / et duo retro. Sed quia iudico paruum profectū terere tempus circa talia: ideo transeamus ad secūdum / quod concernit ipsum tabernaculum.

¶ Secūdo igitur fit mētio de tabulis lapideis / in quibus scriptus erat decalogus: que erāt ibi reponēde. Et hoc est quod subditur in textu: Ponesque in arca testificationem quā dabo tibi. i. tabulas duas scriptas digito dei / que erant testes inter deū et populū / quod ipse Moyses recepisset talia precepta a deo. Uel dicuntur testificatiōes: quia erant testimoniū diuine bonitatis erga populū Hebreū. Omnia etiā ibi posita poterāt dici testificationes / siue testimonia / dei. Nā vrna cū māna erāt testimoniū diuine bonitatis panē de celo prestātis eidē populo. Unde supra. xvj. ca. dicit dñs: Imple Gomor ex eo / et custodiatur in futuras retro generatiōes: vt nouerint quibus vos alui in solitudine. Tabule vero legis erāt testimoniū diuine sapiētie / que legē naturalē sopitā in cordibus hominum scripto suscitare voluit. Uirga vero Aaron / testimoniū diuine potētie / rebellionē super sacerdotio ipsius Aaron reprimentis: vt dr Nume. xvij. Nā ibi ait dñs ad Moysen: Refer virgā Aaron in tabernaculum testimonij: vt seruetur ibi in testimoniū rebellionis filiorum Israel. Insuper ibi erat Deuteronomiū / in signū

obligationis populi ad totam legē seruandā. Vñ Deut. xxxj. Moyses pcepit leuitis i. q̄ portabāt arcā dñi dicēs: Tollite librum istū: et ponite eū in latere arce federis dñi: vt sit ibi cōtra te in testimoniū etc. Propter hec igit̄ pdicta arca hic dr arca testimonij et tabernaculū testimonij. Insup dicebatur etiā arca testamēti: qz oīa predicta erant testimonia diuine mentis. i. volūtatis. Nam testamētū dr q̄si testatio mētis. ¶ Tertio fit in hoc capitulo mentio de ppiciatorio: cū dr: Facies et ppiciatoriū de auro mūdissimo. Ra. Sa. et Hebrei dicūt q ppiciatoriū nō erat aliud q̄ opculū arce. In cui9 rei testimoniū describit eius dē longitudinis et latitudinis sicut arca. Alij aūt dicunt: q nō erat operculū arce: sed erat tabula aurea superi9 eleuata: quasi portaret ab ipsis Cherubin: q erant in extremitatibus arce: ita q ppiciatoriū eēt q̄si sedile dñi: et arce opculū eēt q̄ scabellū illi9 sedis: secūdū illō Psalm. Qui sedes sup Cherubin. i. sup ppiciatoriū ab ipsis cherubī sustentatū. Dicebatur aūt ppiciatoriū: qz ab illo loco audiebant respōsa diuine pietatis. Scdm aūt Ra. Sa. opculū arce erat q̄si sedes dei: et pauimentū tabernaculi qd erat añ arcā: erat quasi scabellū sedētis. Dicit etiā Hugo: q nihil aliud intelligit per propiciatoriū q̄ illius arce operculum. Dicit etiā: q corona illa aurea: q̄ arce supremā ambiebat: intra se totū ppiciatoriū includebat. Propiciatoriū autem secundū de Ly. dicitur a propiciādo: qz singulis annis in festo propiciationis apparebat quidam fulgor gloriosus: vel secūdū aliquos angelus loquēs summo sacerdoti tūc tantū intranti: quando scilicet dñs erat eis propicius et de eis cōtentus. Unde ppiciatoriū dicit: quasi loc9 ppiciandi: vel dei propicij. Idem etiam propiciatoriū aliquādo dicitur oraculum: qz scilicet de illo loco dominus respōdebat: et diuinum responsum dicitur oraculum: eo q ore petitur et ore dat. Sequit: Duos cubitos et dimidiū tenebit longitudo eius: cubitū et semissem latitudo. Sed queritur: cur nō fit mētio de spissitudine: sicut de longitudine et latitudine? Dicendū: q ideo: qz ppiciatorium fuit factū: vt tegendo arcā quasi eā cōseruaret: et ideo necessariū fuit ipsum cōmensurari arce: secundū longitudinem et latitudinē. Non aūt secundū profunditatem: que ad hoc nō erat necessaria. Quod autē subditur de formatione duorum cherubin: pertransco remittēs lectorem ad postillatores: cum intentionis mee sit potius prosequi tres sequētes sensus: scz moralē: allegoricū: et angogicum: q̄ historialem..

¶ Quarto in hoc capitulo fit mentio de erectione mēse ponende in tabernaculo domini: cum subdit: Facies tu supple Moyses: et mensam de lignis sethim. De formatiōe aūt huiusmodi arce Hugo dicit sic: Videt mihi q arca fuerit sine fundo: ita vt superior superficies

cies intelligatur plana: et infe rioribus inmobiliter affixa.i. ad modū arce sine pedibus: et sine operculo euersate. Habe= bat autē quandā crecturā au= ream superiora ambientē: quā author ipse scz Moyses propter similitudinē labiū vocat: cui et corona quatuor digitorū ad= herebat varijs celaturis or= nata: et propter celature varietas exigebat: varijs intercisioni= bus perforata erat: ideo intrā fibulis dicit. Hec etiā mensa: si= ue tabula: in longitudine ha= bebat duos cubitos: in latitu= dine cubitū vnū: de spissitudi= ne autē eius nō fit mētio. Dicūt tamē aliqui: quod erat quatuor di= gitorū. Altitudo autē eius erat cubiti et dimidij. Quod est sic in= telligendū: quod per quatuor pe= des impositos in quatuor an= gulis predicte tabule: eleuaba= tur in altum per cubitū et dimi dium. Et inaurabis eam: non in pictura: sicut solent hodie imagines in ecclesia inaurari: sed laminis aureis vndique eam circumtegendo. Et sic intelli= gendum est quotiens fit men= tio de inauratione in quacunque materia fiat. De hac autē men sa et ad quid deseruiebat: osten ditur: cum dicitur post multa: et pones super mensam panes pro= positionis in conspectu meo sem per. Tales autem panes propositionis: dicebātur panes sacer dotales: vel quia solis sacerdo tibus licebat eos comedere: vt habetur Matt.xij. vel quia (vt dicit Josephus) dominus pre= ceperat vt soli sacerdotes illos formarent et coquerent: atque il los comederēt: et nullus alius preter eos. Et vt dicit de Pal. dicebantur panes propositio= nis: quia positi erant corā dño in memoriā sempiternā. xij. tri buum filiorum Israel. Nō qui= dem sic quod iidē numero panes perpetuo seruarētur: quia po= tuissent sic corrūpi et putrefie= ri. Sed quia omni sabbato co= medebantur a sacerdotibus et ab eisdem alij.xij. conficieban tur: qui similiter custodiebantur vsque ad aliud sabbatum: et con ficiebātur ex simila. Est autem simila farina electa.

¶ Quinto in hoc cap. fit mētio de formatione cādelabri: cum dicitur: Facies et candelabrum du= ctile.i. cum martello: et nō ope= re fusorio. Et nota (secundum Isidorum) quod candelabrum dicitur a candela: quia candelā sustentat. Istud tamen cādelabrum non susten tabat cādelas: sed lampades. Et quamuis Josephus de eo dicat quod fuerit fusile: hic tamen dicitur quod fuerit ductile. Et ne videatur in hoc contradictio: sciendum quod omnia que fiebant tunc arte ductili.i. cū martello: primo fie= bant arte fusoria. gall. a la fon te: deinde malleis poliebātur et formabantur magis distincte. Et quia hic sepe fit mentio de calamo: ideo notandum quod per calamum in proposito trāsump tiue intelligitur calamus scri ptoris: siue penna eius. Diceba tur ergo calamus canna conca uata.i. vas sic formatū. Tandē autē de huiusmodi candelabro sub= ditur: Facies et lucernas septē: id est: lāpades septē: in quibus oleū imponebatur: deinde ac= cendebantur et lucebāt coram tabernaculo domini die ac nocte.

Nn ij Nota

Nota iuxta illud: Emunctoria quoque rc. quod emunctoria sunt instrumenta cum quibus amouebatur illud quod erat combustum de lychno: et residuum lychni aptabatur ad incendendum rc.

¶ Circa hanc clausulam possunt moueri aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium est, de magnitudine tabernaculi, siue sanctuarij. Ad hoc dicit Josephus quod in longum erat. xxx. cubitorum in latus vero. x. cubitorum. Diuidebatur autem in duas partes inequales. Nam pars occidentalis illius continebat. x. cubitos per quadrum: et dicebatur sanctum sanctorum, siue tabernaculum interius. Alia autem pars versus Orientem continebat. xx. cubitos in longum, et. x. in latus: vt esset equalitas inter vtramque partem in latitudine: et dicebatur sanctum vel sancta: siue tabernaculum exterius. Distinguebantur autem iste due partes ab inuicem vno velo intermedio.

¶ Secundum dubium: Cur dominus voluerit et iusserit sibi fieri tabernaculum in terris tam mirificum, et tam curiosum, atque laboriosum? Responsio ad hoc potest dari quadruplex ratio, secundum quadruplicem sensum sacre scripture: vt dicetur in locis suis. Unde quantum ad sensum literalem possumus assignare pro presenti hanc rationem, vt per considerationem et admirationem tantorum sensibilium induceretur populus Hebreus (qui pronus erat ad idololatriam) ad adorandum et colendum vnum verum deum. Inuisibilia enim dei per ea que facta sunt, a creatura mundi intellecta conspiciuntur: vt dicitur Rom. j. Item Psalm. Delectasti me domine in factura tua, et in operibus manuum tuarum exultabo. Deus ergo non iussit fieri tabernaculum propter se: quia vt dicit Paulus Act. xvij. Deus cum sit celi et terre dominus: non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo. Opus tamen fuit, propter homines deum colentes, qui corporales sunt, vt ita fieret. Patet ergo vesania cordis Judeorum ad idola se conuertentium et adorantium serpentes et bestias superuacuas: vt dicitur Sap. xj. Item eiusdem. xvij. et derelinquentes cultum illius, qui in se totus formosus est: et formosum fecit tabernaculum. i. iussit fieri. Nam vt de idololatris loquitur Apo. vbi supra, ipsi mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum et quadrupedum et serpentium. Propter quod tradidit illos deus in reprobum sensum.

¶ Tertium dubium: Quomodo potuit fieri quod populus ille Hebreus (totus cupidus et auarus) tam spontanee obtulerit Moysi aurum et argentum, et reliquam materiam, ex qua fabricatum est tabernaculum? Dicendum in primis, quod a domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris: propter causam predictam. Nam dominus qui exterius hoc iubebat: etiam interius eos ad hoc mouebat. Da exemplum de vocatione apostolorum a Christo. Psalm. Dabit voci sue vocem virtutis: secundo dicendum quod populus

pulus Hebre⁹ iā pluries expertus fuerat magnalia dei: tū in trāsitu maris rubri: tū ī aquarū ꝛ manne datione: tū in inimicorū expugnatione: propter que alliciebatur in amorē domini. Libenter igitur obtulerūt ex corde materiam / ex qua fabricaretur tabernaculū domino: vt sic quasi eū presentem haberent / ꝛ ad ipsum illuc in omni necessitate recurrerent. Nec his obstat populi tenacitas: quia tenax vbi se dilatat / quodammodo prodigus efficitur: vt vulgo dicitur: Nescit enim tenere medium / propter inexperientiam.

¶ Quartum dubiū: Unde habuit populus ligna Sethim in deserto / quod nihil gignit. Ad hoc Rab. Sal. respondet dicens / ꝙ Jacob vidit in spiritu sancto. s. ꝙ filij sui facturi essent abernaculum domino in deserto / post exitum de Egypto: ideo secum portauit in Egyptum semina et radices arborū / et plantauit eas ibi / atꝙ nutriuit: precipiens filijs suis vt exeuntes de Egypto secum portarent. Aurum autem ꝛ argentum et multa similia habuerunt ab Egypto quam spoliauerunt / quando inde exire debuerunt: et hoc de mandato domini / vt dictum est.

¶ Quintū dubiū mouet propter mensurā siue quantitatē arce / que legitur fuisse duorum cubitorum ꝛ semis in longitudine? Queritur ergo de quibus cubitis intelligit vel geometralibus / vel humanis? Ad hoc respondet Petr⁹ Co. ꝙ de humanis. Hoc autē probat per experientiam altaris lateranen̄ in vrbe: intra quod dicitur esse arca. Probat etiā hoc idem per Josephū / qui in presenti vocat cubitum duos palmos. Josephus autem dicit / ꝙ arca in longū fuit quinque palmorum. In latitudine triū / in altitudine autem triū similiter. Ex quo patet / ꝙ hic non accipitur cubit⁹ geometricalis / qui continet sex cubitos humanos: sed cubitus humanus / qui habet duos palmos / vel pedem cum medio.

¶ Sextum dubiū: qui fuerunt fabricatores tabernaculi? Responsio / de hoc nihil dicit scriptura in presenti. Nihilominus Josephus in antiquitatib⁹ dicit / ꝙ postꝙ̄ materia ex qua cōstrui deberet / fuit copiose a populo oblata Moysi: ita vt ipse diceret ea que data fuerāt sufficere (hoc etiam artifices iā predixerant abundare) architecti mandato dei in his constituūtur operibus / quos populus elegerat / sibi potestate collata: quorum nomina hec sunt que sacris inscripta libris inueniuntur: videlicet sequenti cap. xxxi. Beseleel / Ur filius de tribu Juda / ꝛ Marie sororis Moyseos / Helyphas Isamath filius de tribu Dan. Accedebant ergo ad opus tabernaculi faciendum: et Moyses eos singulā quanꝙ mēsuram / secūdū ostensionem dei simul magnitudinem / quanta oportet fieri vasa sacrificijs ministratura / diuinis edocebat. Mulieres aūt largitatem suā circa sacra velamina / ꝛ circa ꝗcunꝙ alia ꝗ̄ hmōi operib⁹ erāt necessaria

faria / propter deũ i ornamẽto ⁊ preciosis lapidibus offere= bant. Hec Josephus.

¶ Septimũ dubiũ est de Che= rubin / quos iussit dñs apponi intra sanctuariũ: de quib⁹ po= test argui / ꝙ non licuerit eos ibi apponi: q₂ ex aspectu eorũ poterat populus induci ad ido lolatriã / videlicet ad eos colẽ= dũ pro dijs. Nã ⁊ populus ille Hebreus valde ad hoc pron⁹ erat: nõ licuit ergo illi dare oc casionem idololatrandi. Ad hoc dicendũ (secũdũ aliquos) ꝙ huiusmodi Cherubin intra tabernaculum existentes non respiciebant ad exteri⁹ taber= naculũ / propter causam predi= ctã: ne scilicet Judei / ad ido= lolatriã proni / videntes vult⁹ eorũ / adorarent eos pro dijs. Sed illud nõ videtur bene di= ctũ: q₂ a parte rei facies Che= rubin verse erant ad exterius templũ: vt habetur. ij. Paral. iij. Nec tamen ex hoc erat peri culũ idololatrie vt obijcieba= tur / quia ipsos nunꝙ vidit po pulus: sed tantũ sacerdotes / q̃ tanꝙ docti erant ab idolola= tria elongati.

¶ Octauũ dubium est de oleo qḋ reponebat̃ intra septẽ lam pades iugiter lucẽtes intra sã ctuariũ. Cũ em̃ sint multe spe= cies olei: q̃rit̃ / q̃le oleũ debe= bat ibi reponi? Dicẽdũ ꝓbabi liter qḋ meli⁹ quod poterat i= ueniri. Cũ em̃ oĩa fecerit dñs / iustũ est vt de meliorib⁹ seruia tur ei. Vñ Deute. xvij. ait dñs: Nõ imolabis dño bouẽ et ouẽ in q̃ est macula. Sicut em̃ prin cipes terreni volunt sibi solui census cũ bona moneta / ⁊ q̃ non sit reprobata / nec in substãtia / nec in quãtitate / aut qualitate: sic etiã iustũ ẽ vt de meliorib⁹ seruiat̃ dño. Hinc Malach. j. dr̃: Si offeratis cecũ ad immo lãdũ: nonne malũ est? Et si of= feratis claudũ ⁊ lãguidũ / non= ne malum est? Offer illud duci tuo / si placuerit ei. Deide post pauca sequit̃: Maledict⁹ do= losus / q̃ habet in grege suo ma sculũ / supple perfectũ in gene= re suo: ⁊ votũ faciens immolat debile dño. Quia rex magnus ego sũ / dicit dñs exercituũ. Ex oĩbus istis potest ꝓbari suffi= cienter / ꝙ in predictis lãpadi bus infundebat̃ optimũ oleũ / cuiuscũꝗ speciei esset: dũ mo= do esset aptũ ad cõburendũ / et bene redoleret. Oleũ autẽ qḋ conficit̃ ex nucib⁹ / habet odo= rẽ fortẽ / ⁊ parũ delectabilẽ ol= factui. Unde etiã in signũ hu ius hic dr̃ / ꝙ ea q̃ iussa sunt fie ri in tabernaculo ex auro: non nisi ex auro purissimo iussa sũt fieri. Et similiter que ex ligno / non nisi ex fortissimo ligno et imputribili: videlicet ex ligno sethim ⁊c̃. Et vt dr̃ in sequẽti= bus. cap. xxvij. istud erat oleũ oliuarum.

¶ Nonum dubium mouetur propter illud verbũ: Omne põ= dus candelabri habebit talẽ= tum auri purissimi. Queritur ergo de pondere talenti: ne p= cedamus per ignota. Dicendũ ergo conformiter ad dominũ Petrũ de Pal. allegãtẽ Raba nũ doctorem Grecũ / ꝙ talẽtũ apud Grecos erat summũ pon dus: ita ꝙ apud eos talento nihil grauius inter pondera. Apud autem Romanos talẽ= tum

tum min⁹ / est.lxxij.librarum. Maius autem / centum viginti librarum. Isid. aut. xvj. Ethymologiarum distinguit tria genera talentorum apud Hebreos esse / vel saltim olim fuisse: scilicet minus quod erat quinquaginta librarum institorum .i. mercatorum. Mai⁹ / quod erat septuaginta librarum / quod erat ciuium siue publicum / de quo habetur .ij. Reg .xiiij. Maximum / quod erat centum viginti librarum. Et talis talenti vsus obseruabatur in sanctuario: quantum scilicet ad ea que in eo ponderanda erant. De quo fit hic mentio.

¶ Decimum dubium: Quid tandem factum est de sanctuario / siue tabernaculo quod edificatum fuerat tam insigniter et curiose atque preciose? Dicendum / quod populus Hebreus vsus est tabernaculo quousque iusserit dominus sibi templum construi in Hierosolymis sub Salomone .iij. Regum .viij. In quo quidem templo postquam fuit consummatum / reposita fuit arca: vt expresse ibi dicitur. Ibi etiam dicitur / quod sacerdotes vna cum arca tulerunt tabernaculum federis: et omnia vasa sanctuarij que erant in tabernaculo / tulerunt in templum. Quid autem tandem de talibus vasis et ceteris factum sit / non legi. Verisimile enim est quod multa talia vasa translata sunt in vsum templi. Cetera autem que lignea erant aut pellicea: tandem vetustate perierunt preter arcam / de qua iam dictum est. Hic Psalm. ait: Omnis consummationis vidi finem.

¶ Moraliter et primo / per tabernaculum materiale / intelligitur tabernaculum spirituale: quod est tabernaculum anime. Nam sicut in illo tabernaculo materiali multa concurrebant et requirebantur: ita ad spiritualem edificationem tabernaculi anime / siue conscientie (in quo spiritualiter vult deus habitare) necesse est plura concurrere: scilicet plures virtutes / quas ipsi deo vltro et voluntarie debemus offerre et spiritualiter dedicare. Ipse igitur dominus deus in huiusmodi edificio spirituali petit a nobis aurum charitatis et dilectionis. Nam sicut aurum precellit omnia metalla in preciositate et valore: ita et charitas ceteras virtutes: dicente apostolo .j. Corint. xiij. Maior horum est charitas. Item petit a nobis argentum puritatis / quo ad animam et castitatis / quo ad corpus. Quia non est condigna ponderatio continentis anime: vt dicitur Eccli. xxvj. Item petit a nobis es sonorose et deuote orationis. Item hyacinthum: id est celestem conuersationem. Purpuram .i. honestam conuersationem. Coccum bis tinctum .i. duplicem dei et proximi charitatem. Byssum retortam .i. cordis et corporis munditiam. Item pilos caprarum .i. exempla bonorum et iustorum bene viuentium. Pelles rubricatas arietum .i. exempla passionum Christi / et beatorum martyrum / pro fide Christi occisorum. Pelles hyacinthinas / que scilicet sunt coloris celestis .i. exempla beatorum confessorum

quorū cōuersatio in celis fuit. Item debemus habere ligna Sethim: que erant imputribilia / et incremabilia. i. perseuerātie stabilitatē. Oleum oliuarū. i. suauitatem pietatis et clemētie. Thimiamata / bene redolentia per bonam famam: lapides onichinos / qui respectu faciunt oculos tremere. i. consideratione mortis et iudicij diuini. His enim rebus et virtutibus tabernaculum federis. i. sancta et munda cōscientia debite et honeste cōstituitur / dūmodo ista dño voluntarie et spontanee offerant. Ideo Dauid dicebat: Voluntarie sacrificabo tibi: quia teste Grego. Nō sunt deo grata coacta seruitia.

¶ Moraliter et secūdo / ista possumus sic exponere: ita vt per aurum / quod debemus deo offerre / intelligatur aurum contritionis. Hoc enim auro rediminuntur peccata. Vñ Magdalene flenti pre dolore peccatorū ad pedes Christi dictū est ab eodem: Remittuntur tibi peccata. Luc. vij. De quo quidē auro figuratiue dicit Gen. ij. φ aurū terre Euilath optimum est. Habet em̄ instar optimi auri confortare cor penitētis / mediante gratia / que confertur in cōtritione. Per argētum vero / qđ debemus deo offerre / et qđ sonorosum est: intelligit peccatorū confessio / que debet clare sonare: qz clare et non obscure confitendum est. Vñ Prouer. x. Argentū electū lingua iusti. Ex clara em̄ et vera cōfessione iustificat homo. Secundū illud Esa. xliij. Dic peccata tua / vt iustificeris. Itē oportet eidem dño offerre es satisfactionis. Nam peccator proprio ere satisfaciendo redimit seipsum / secundū φ dictū est regi Nabuchodonosor Daniel. iiij. Peccata tua eleemosynis redime. Per hiacinthum intelligit fides. Est em̄ hiacinthus (vt hic sumit) sericū subtile. Fides aūt est adeo subtilis / φ penetrat celos: qz facit nos credere q̄ nunq̄ vidimus / et que in celis sunt. Per purpuram autē (que est optimi coloris) intelligitur charitas / que precellit ceteras virtutes / secū dum illud. j. Corin. xiij. Maior hoꝝ est charitas. Per coccum vero bis tinctū / intelligit similiter ipsa charitas: que debet bis tingi / vt meli⁹ retineat colorem suū. i. haberi ad deū / et ad proximū. Purpura em̄ est regū et magnatū. Et charitas indumētū est quo soli filij dei induunt. Per byssum autē (qđ est linum delicatū qđ adiacet carni / qz ex eo fiūt camisie regum) intelligit gratia gratum faciēs / que adiacet immediate in essentia anime subiectiue / et que pulchrā eam reddit corā deo et angelis eius. Per pilos caprarū / intelligit austeritas penitentie / que sumenda est cō formiter ad grauitatē delicti: secundum illud Deutero. xxv. Secundū mensurā delicti / erit et plagarū modus. Per pelles rubricatas intelligit meritum passionis Christi / et sanctorum martyrū / qđ quidē meritū debem⁹ offerre deo patri pro remissione peccatorū nostrorū: qz ex nobis non possumus plene

ne satisfacere. Idem etiã potest itelligi per pelles hiacinthinas. Uel dicitur ꝙ p huiusmodi pelles intelligitur memoria mortis/ q̃ habẽda est ab omni penitẽte: vt sic retrahatur a peccato ⁊ recidiuo: qꝛ scriptũ est Eccli.vij. Memorare nouissima tua: ⁊ in eternũ non peccabis. Preterea debemus in penitentia eidem dño offerre ligna Sethim/ q̃ sunt imputribilia.i.debitã castitatem/ anime scȝ ⁊ corporis/ siue perseuerantiam in bono penitentie. Item oleũ boni exẽpli ad proximos nostros illuminandũ. Uel per oleũ intelligunt opera pietatis/ que tẽpore et loco sunt effundenda in proximos indigẽtes. Ecce oleũ qđ applicandũ est ad luminaria/ ⁊ lucernas cõcinnãdas. Et bene dicitur ad luminaria cõcinnãda: qꝛ ceteris paribus in datione elẽmosyne iustus preferẽdus est peccatori. Uñ poeta: Cui des videto. Per aromata aũt intelligitur bona fama/ q̃ procuranda est a viro penitente/ dicẽte sapiente Eccli.xlj. Curam habe de bono nomine. Per thimiama aũt boni odoris/ idem possumus intelligere. Per lapides aũt onichinos ⁊ gẽmas/ debemus itelligere opera magnarum virtutum/ que necessaria sunt ad ornandũ ephot.i.superhumerale et rationale: qꝛ rationabile debet esse obsequiũ nostrũ: vt dicit Apo.Rom.xij. Ecce igitur quid significat sanctuariũ fabricatũ sub Moyse/ et quomodo mediãte grã dei debemus edificare dño deo sanctuarium de nobisipsis. Uñ in Psal. Sanctuariũ tuũ dñe/ qđ firmauerunt manus tue.

¶ Moraliter ⁊ tertio/ iuxta illud qđ habetur in principio presentis capituli/ vbi dicitur: Loquere filijs Israel: vt tollant mihi primitias. Notandum: qꝛ vt dicit hic glo. ordi. tunc primitias bonorũ deo offerimus/ cũ bonũ qđ agimus totũ diuine gratie tribuẽtes/ ⁊ toto corde profitentes/ ꝙ nec initium bone actionis vel cogitatiõis: nisi a dño possumus habere: mala vero semꝑ a nobis diabolo instigante ⁊ cepta ⁊ consummata: nec nisi dño donãte laxanda. Huius aũt contrariũ faciũt Pelagiani/ qui vt dicitur hic in glo.interl. primitias bonorũ deo non offerunt: sed sibi imputantes/ aliquid boni se habere dicũt absq; grã dei.

¶ Moraliter et quarto/ iuxta illud: Ab omni homine qui offert vltroneus/ accipietis ea. Notandũ/ vt iam tactum est in expositiõe literali/ ꝙ deus valde acceptat id qđ quis sibi voluntarie et ex corde offert: dicente Apost.j.Corin.ix. Hilarem datorem diligit deus: nõ ex tristitia/ que ex necessitate. Propter qđ Psal. dicebat ad dñm: Uoluntarie sacrificabo tibi. Non enĩ deus tantũ respicit quid sibi offeratur/ quantũ ad affectũ quo sibi offertur: qꝛ potius ponderat affectũ q̃ censum. Genesis.iiij. Respexit deus ad Abel/ et ad munera eius. Dicit etiam Apostolo.Rom.xij. Qui miseretur in hilaritate. Et sapiens Eccli. xxxv. In omni dato hilarem fac vultũ tuum.

¶ Moraliter ⁊ quinto/ ⁊ conformiter

formiter ad fratrem Petrum Berchorié. et ad propositũ de arca/ de qua hic legit. Notandum/ q per arcam significatur anima devota / sive quecunq bona persona / et signanter in prelatura constituta. Nã talis homo debet esse sethineus vel imputribilis/ p cõstantiã et patientiã. Itẽ debet esse aureus intus per divinã charitatem/ sive per divinã sapientiã/ et extra per bonã exemplaritatem et honestatem. Ista arca debet habere quatuor angulos: quia talis debet habere quatuor bonas affectiones: scz dolorẽ de malis cõmissis/ gaudium in spiritusancto de presentib9 bonis factis/ spem in deo de futuris premijs / timorẽ de futuris penis. Unde dicit Eccli. xxxvij. Ex corde quatuor oriũtur/ scz bonũ et malũ/ vita et mors. Itẽ talis debet habere quatuor circulos.i. quadruplicẽ virtutem cardinalem. Item debet habere duos vectes deauratos.i. duplicẽ fortitudinẽ et firmitatẽ: scz in corde contra tentationes/ et in corpore contra tribulatiões. Itẽ debet habere labiũ aureũ.i. verbũ continens munditiam et veritatẽ. Similiter debet habere propiciatorium aureum: id est clementiam et pietatem. Itẽ debet habere cherubin aurea: id est / virorum sapientum et bonorum societatem / vel scientiam rectam et subtilem: quia cherubin interpretatur plenitudo sciẽtie. Hec enim omnia pertinent ad prelatum bonũ/ sive etiam ad quemlibet virũ ecclesiasticum/ sive quemlibet iustum: videlicet q penitentibus faciliter propicietur/ ut de eo merito possit dici illud verbum Psal. Apud te propiciatio est. Et cherubin.i. viris cõtemplativis et scientificis concomitetur: iuxta illud Eccli. ix. Cum sapientibus ambula. Et a quatuor virtutib9 cardinalibus dotet. Ezech.j. Quatuor facies uni. Et duobus vectibus.i. duobus lateribus fortitudinis: scz a dextris et a sinistris.i. in prosperis et in adversis roboret. Item ista arca: id est/ bonus prelatus debet continere tria / scz tabulas legis cũ libro.i. divine legis eruditionẽ: manna dulce.i. eleemosynam et subvẽtionem/ vel benignitatem/ et consolationẽ/ et cõpassionem: virgã floridã: id est/ iustitiam et correctionẽ: iuxta illud verbum Apostoli. j. Thessalo. v. Corripite inquietos/ cõsolamini pusillanimes/ suscipite infirmos: quia prelatus debet rudes informare/ inquietos corripere / pusillanimes consolari et afflictis misereri. Itẽ debet habere tres dimẽsiones: scz in longum/ latũ/ et altum: id est / tres virtutes theologicas/ scz lõgitudinẽ fidei/ altitudinẽ spei/ et latitudinẽ charitatis: qz sicut dicit Apo. j. Corin. xiij. Nunc manẽt tria hec: scz fides/ spes charitas.

¶ Moraliter et sexto / per hoc q intra tabernaculum reposite erãt tabule lapidee/ in quibus scriptus erat decalogus preceptorum dei: ut innuitur in textu: designatur q in tabernaculo cordis humani/ qd est tabernaculum dei: iuxta illud

lud Apoca.xxi. Ecce tabernaculum dei cum hominibus / et habitabit cum eis: scilicet / per fidem & gratiam: debẽt ibi reponi dei mãdata in tabulis lapideis: id est / indelebiliter: q2 sunt de lege nature / que indelebiliter est impressa cordibus nostris: vt nullus possit circa eorum notitiã pretẽdere ignorantiam. Hinc dominus Deutero.vi. loquitur dicens: Audi Israel precepta domini tui / et ea in corde tuo quasi in libro scribe: sc3 quasi in viua pelle. Per hoc autem ꝙ ait dominus ad Moysen: ꝙ faceret coronã aureã super arcam per circuitum: denotatur ꝙ dabitur corona glorie in celis / his ꝗ debite obseruant dicta mãdata reposita intra arcã cordis humani: iuxta illud Mat.xix. Si vis ad vitã ingredi / serua mãdata. Et in Psal. In custodiẽdis illis retributio multa.

¶ Moraliter & septimo / per propiciatorium: de quo postea legitur in textu / quod erat quedam tabula aurea / que erat super ipsam arcam: in quo et de quo propiciatorio dominus populo loquebatur / & a quo propiciationẽ et veniam populus consequebatur a domino per sacerdotum suffragium: designatur cor humanũ / quod debet esse propiciũ & pium ad indulgendũ inimicis / secundum ꝙ Christus ait Mat.vj. Diligite inimicos vestros &c. Et Luce.xj. Dimittite / & dimittemini. Ue ergo illis duri cordis / ꝗ non habent intra arcam cordis sui tale propiciatoriũ / quia nec ipsis finaliter propiciabitur dominus: sed sine propiciatione descẽdent in infernum cum mille demonibus. Et notanter dicitur ꝙ huiusmodi propiciatoriũ debebat fieri ex auro purissimo: q2 predicta propiciatio erga inimicum nõ nisi ex profunda & vera charitate (ꝗ per aurũ designatur) fieri potest. De tali igitur homine dici potest illud Psal. Apud te propiciatio est. Et ꝗd est ꝙ in dicto propiciatorio iussit dñs vt apponerentur duo cherubin: qui se mutuo respicerẽt versis vultibus in propiciatoriũ / nisi ꝙ mediãte charitate & dilectiõe homines mutuo se respiciũt / dũ diligũt alios sicut seipsos: & hoc totũ propter deũ summe dilectum.

¶ Moraliter & octauo / per mensam / super quã reponi debebant xij. panes propositionis / potest etiã designari predictũ cor humanũ. Per panes autẽ propositionis possunt intelligi .xij. articuli fidei / ꝗ reficiũt spũaliter hoiẽ3 viatorẽ / ꝗ reponẽdi sunt super predictã mensam per iugẽ memoriã / & fidei rectitudinẽ.

¶ Moraliter & nono / per candelabrũ aureũ / in ꝗ ponẽda erãt luminaria / intelligitur humanus intellectus / super quẽ reponẽdũ est lumẽ fidei formate per charitatẽ. Uel dic / ꝙ per septẽ lucernas / siue lãpades / ponẽdas super dictũ cãdelabrũ: intelligi possunt septẽ dona spũssancti / ꝗbus illuminatur homo interius. Et de predictis lucernis bene dictũ est / vt luceãt ex aduerso: q2 predicta dona illuminãt iteriorẽ hominẽ aduersus insidias diaboli: siue contra septem peccata mortalia.

Moraliter

¶ Moraliter ꝛ decimo iuxta illud verbum: de auro purissimo. Notãdum ꝙ hoc sepe hic repetitur ꝛ nõ sine causa. Pro quo notandũ ꝙ homines contendunt ꝛ volunt edificare spirituale tabernaculũ ex multiplici metallo: videlicet ex ere, argento ꝛ auro. Primo em̃ ex ere. Hi sunt qui faciũt opera sua de genere bonorum in peccato mortali: siue sint ieiunia, siue elemosyne, siue orationes, peregrinationes ꝛ huiusmodi. Quia enim tales non habẽt charitatem, ideo talia eis non prosunt pro tunc ad vitam eternam: dicẽte Aposto. i. Corin. xiij. Si linguis hominũ loquar ꝛ angelorũ, charitatẽ autem nõ habeã, factus sum velut es sonans, aut cymbalum tinniens. Sequit̃: Et si distribuero in cibos pauperũ om̃es facultates meas: et si tradidero corpus meũ (supple ad martyrium) : charitatem autem nõ habuero, nihil mihi prodest. Secundo, aliqui volunt edificare spirituale tabernaculum ex argento. Hi sunt qui faciũt opera sua bona, id est de genere bonorũ, vt videãtur ab hominibus: de quibus dicit Christus. Mat. vi. ꝙ receperũt mercedem suam. Tertio, aliq̃ edificãt ex auro purissimo. Hi sũt qui faciunt opera sua solũ propter deum summe dilectũ. Unde Christus vbi supra, ait: Cũ facis elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: id est caue ne appetit⁹ humane laudis se immisceat operi tuo: ꝛ per consequens corrũpat opus tuum.

¶ Allegorice et primo: iuxta id quod dicitur in principio hui⁹ de primitijs vltro offerẽdis: notandum ꝙ per primitias ipsas intelligunt̃ ecclesiastica sacramẽta, que vltro ꝛ gratis debẽt dari ꝛ ministrari, cessante om̃i pacto. Si autem pro talium primitiarum administratione aliquid gratis offeratur, potest illud licite recipi. Ingratus etiã existit, q̃ penas ministri nõ recognoscit. Dign⁹ enim est operarius mercede sua: vt habet̃ Luc. x. Principalis tamen merces ministrorum ecclesie expectanda est in celis.

¶ Allegorice ꝛ secũdo: notandum ꝙ sicut Moyses fecit tabernaculum in valle, adinstar tabernaculi sibi monstrati in mõte: sic (si volum⁹ esse tabernaculum dei in hac vita ꝛ valle miserie) debemus nos conformare pro posse nostro vite angelorum ꝛ omnium beatorum: dicentes domino illud Matt. vj. Fiat volũtas tua sicut in celo ꝛ in terra. Unde vnicuiq; cupienti saluari, dicitur id quod dicitur in fine presentis capituli: et fuerunt verba domini ad Moysen: Inspice ꝛ fac secũdũ exemplar quod tibi in monte monstratum est. Nam ecclesia militans debet ꝯformari (quãtum potest) ecclesie triumphãti tanquã filia matri. Practica quomodo debemus imitari ecclesiam triumphãtem in puritate, in contemplatione, in deuota decantatione diuine laudis, in feruẽti dilectione dei et proximi, in gratiarumactione, ꝛ hmõi. Uasa autẽ tabernaculi huius mundi, id est, ecclesie militan-

ritantis/que est tabernaculum illud de quo Apocalyp.xxj. loquitur Joā. dicēs: Ecce tabernaculum dei cum hominib⁹: et habitabit in eis. Hmōi (inq̄) vasa sunt omnes iusti et quotquot predestinati sunt ad vitā eternam. Que quidem vasa adhuc purgantur in fornace multiplicis tribulationis vite presentis: ꝛ tandem tanq̄ bene et conuenienter polita presentabūtur corā rege regū in celis.

¶ Allegorice ꝛ tertio: ꝛ cōformiter ad dominum Petrum de Pal. iuxta illō: Arcā de lignis Sethim compingite: notandū ꝙ per arcam istam potest recte Christus intelligi: ꝛ hoc etiam dicit Beda. In arca nāq̄ tria erāt valde preciosa: scilicet tabule legis/ māna celeste/ ꝛ virga Moysi. Et de Christo dicit Apost. Col. ij. ꝙ in eo sunt oēs thesauri sapientie ꝛ sciētie dei absconditi. Hec arca de lignis Sethim compingitur/ que leuia ꝛ imputribilia parū a qualitate albe spine distant: qr corpus Christi cōstat ex membris ab omni vitio mundis. Hec ligna sunt similia spinis: qr non in carne peccati: sed i similitudinē carnis peccati venit Christus. Longitudo autem huius arce (que Christus est) longitudinem Christi patientie/ ꝛ perseuerantie ipsius/ vsq̄ in finem insinuat. Latitudo autem/ amplitudinē ingentis charitatis/ (qua ad nos venire dignat⁹ ē/ et nobiscū habitare) insinuat. Altitudo vero/ spem future sublimitatis/ qua se post passionē glorificandum/ vel nos glorificaturos esse preuidit. Deinde multa dicit de hmōi arca/ que ratione prolixitatis ptrāseo.

¶ Allegorice et quarto: circa idem ppositum: dic ꝙ arca est Christus/ qui constat ex auro/ ꝛ ligno. i. ex deitate/ ꝛ humanitate: qui secum habet Cherubim. i. angelos/ quib⁹ dominatur. Unde Luc. ij. dicit: Facta est cum eo multitudo celestis exercitus. Item Matt. iiij. dr/ ꝙ cum reliquisset Satan Christum in deserto: accesserunt ad eum angeli/ ꝛ ministrabant ei. Fuit etiam in eo ppiciatoriū pietatis/ cū dixit mulieri adultere: Dimittuntur tibi peccata tua. Joan. viij. Quatuor circuli/ sunt q̄tuor euangeliste. Duo vectes/ duo sunt populi ad fidē conuersi: Judei scilicet ꝛ Gentiles: sicut legitur Actu. vj. Cetera pertranseo.

¶ Allegorice ꝛ quinto/ Arca est beata virgo Maria: de qua in Ps. Surge dn̄e in requiem tuam/ tu ꝛ arca sanctificatiōis tue: quia communiter tenetur ꝙ ipsa beata virgo iam surrexerit (ad vitā immortalem) cum filio suo Christo. In hac arca fuerunt tria. Primum/ manna de celo veniens. i. deitas. Secundum/ tabula legem ꝯtinēs: id est/ anima. Tertiū/ virga de terra nascēs: id est corpus. Huiusmodi autem arca fuit aurea intus ꝛ extra: id est/ sancta in corpore ꝛ anima. Fuit etiam fabricata de lignis Sethim: qr fuit imputribilis per integram virginitatem/ quo ad corpus. Item per omnimodam peccati carentiam/ quo ad animam. Hec arca fuit deaurata auro purissimo: id est/ repleta feruore cha-

re charitatis ad deum et ad proximum. Facta est etiam corona aurea supra hanc arcam. Ceteri enim sancti (etiam supremi angeli) sunt in celis sicut dei ministri. Ipsa vero sicut regina celi. Sic enim vocat eam ecclesia, et sumpsit a beato Gregor. Ipsa etiam recte designatur per propiciatorium: quia ipsa suis meritis et precibus facit nobis deum propicium. Et hoc est quod canit illi ecclesia dicens: Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos etc. Fuerunt etiam in ea duo Cherubin, per quos designatur assistentia angelorum huic sanctissime matri dei famulantium. Potest etiam dici mensa super quam positum est nouem mensium spatio illud vinum et panis: de quibus Ioan. vj. Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Ipsa etiam fuit candelabrum aureum, super quod posita fuit lucerna fidei tempore tridui. Et vt de predictis nihil ei desit: in ea fuerunt tabule lapidee, per indelebilem memoriam mandatorum dei. Luc. ij. Maria conseruabat omnia verba hec, conferens etc. Item in ea fuit manna diuinitatis filij dei: de quo Eccli. xxiiij. Spiritus meus super mel dulcis. Similiter et virga eiusdem diuinitatis, que in die iudicij et in inferno erit valde dura malis. Ps. Reges eos in virga ferrea.

¶ Allegorice et sexto: Arca est domus claustralis, in qua religiose viuitur. Hec arca fabricatur de lignis Sethim, in quibus sunt tria. Sunt enim leuia, imputribilia, icremabilia. Quantum ad primum, significant veram obedientiam, que reddit religiosum leuem et promptum ad parandum iussioni prelati: ita vt merito possit dicere cum Apostolo Paulo: Domine, quid me vis facere? Actu. ix. Quantum ad secundum, significat votum castitatis, que reddit hominem coram deo et angelis incorruptibilem. Et talis incorruptio proximum facit deo: vt habetur Sapien. vj. Unde de his qui bene obseruant votum castitatis, dicitur Apocalyp. xiiij. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum, quocunque ierit. Quantum ad tertium, significat votum paupertatis, que impedit ne religiosus vratur ardore cupiditatis terrene, siue igne auaritie, quo vruntur communiter existentes in seculo. Hec autem arca debet esse intus deaurata per plenitudinem charitatis, quo ad deum: similiter et foris, per bonam exemplaritatem quo ad proximum. Preterea in hec arca debent esse tabule cognitionis et studij sacrarum literarum, manna sincere deuotionis et contemplationis. Item virga correctionis et discipline. Et ad vltimum, Deuteronomium diuine legis, quo ad illos signanter qui profitentur religionem ad hoc institutam: vt est religio fratrum predicatorum (prout nomen insinuat.) Psalm. Secundum nomen tuum, sic et laus tua in fines terre: id est, vsque ad fines terre. Hodie tamen ad idem officium assumuntur alie

tres religiones fratrum mendicantium. Unde quatuor predicte religiones possunt recte designari p quatuor circulos aureos: qui poni debebãt per circuitum arce: quia ambiunt hodie ecclesiam: et eam protegũt. Uel dici q predicti quatuor circuli designant quatuor loca que successiue habent visitare fratres: videlicet chorum: per diuine laudis decantationem: capitulum: per discipline susceptionem: dormitorium: per quietem et tranquillitatem: refectorium: per sobriam corporis refectionem. Talia autem loca bene possunt vocari circuli: qr de vno trãsitur ad aliud. Nam de choro transitur ad capitulum: de capitulo: ad dormitorium: de dormitorio: ad refectorium: et iterum: de refectorio ad chorum. Hec sunt exercitia bone religionis. Preterea in hac arca desuper est propiciatorium: quod cooperit eã: per quod intelligitur diuina misericordia: quia teste Psalm. Dominus in seruis suis miserebitur: et propicius erit terre populi sui: quem eduxit de Egypto mundi ad desertum claustri. Cherubin ptegẽtes alis suis hanc arcã: sunt diligentes prelati: qui inuigilant die ac nocte supra gregem sibi commissum. Et nota q isti Cherubin debent esse aurei: per charitatem: siue per sapientiã: et mutuo se respicientes: quia debẽt se mutuo iuuare: et pacem inter se habere. Psalm. Ecce q bonum: et q iocundum: habitare fratres in vnum. Item Prouer biorum decimooctauo. Frater qui iuuatur a fratre: quasi ciuitas firma. Debẽt etiam hi Cherubin respicere versus ppiciatoriũ: quia prelati debent principaliter respicere ad honorẽ dei: et ad spiritualia. Min⁹ autem principaliter ad temporalia. Cuius oppositum plerique prelati moderni faciunt: premittentes accessoriũ ante principale. Ceterũ in hac arca debet esse mensa: per quam intelligitur studium sacrarum scripturarũ: et bibliotheca in qua reficitur spiritualiter deuotus religiosus: quia non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei: quia ad literã: debet claustralibus interdum proponi verbũ dei. Et de hac mensa scribitur in Ps. in persona boni religiosi: Parasti in cõspectu meo mẽsam. Hec mensa debet habere duos cubitos lõgitudinis: per bonam perseuerantiam: vnum cubitum latitudinis: per mutuam charitatem. Cubitum ac semissem altitudinis: per spem future beatitudinis. Denique predicta mensa debet habere labium aureũ per circuitum: quia ex labijs veri religiosi nihil mundanum: nihil vitiosum debet pcedere: aut superfluũ: sed solum verbum aureum: qd scilicet sit ad dei laudem: vel proximi edificationem: siue ad propriam necessitatem exprimendam: vt in confessione: aut necessariorum procuratione. Item ibi debent esse panes propositionis: qui omni sabbato debent manducari a sacerdo-

cerdotibus/ et alij substitui: per quod denotatur frequentatio sacramenti altaris: nedum quo ad sacerdotes/ verumetiã quo ad iuuenes et laicos fres. Huius autem contrariũ agitur in plerisqꝫ monasterijs/ etiam reddituatis per multa milia/ in qbus plerunqꝫ sole misse ordinarie soluũtur: nec forsan tales plene soluũtur. Ecce quomodo p predictam arcam quam iussit dominus fieri/ et intra tabernaculum reponi: designatur domus claustralis.

¶ Anagogice. Tabernaculũ/ siue sanctuariũ/ est ecclia triũphans/ in qua omnimoda sanctitas resplẽduit: ex quo semel inde electa est caterua malignorum spirituum. Tunc enim sanctificauit tabernaculũ suũ altissimus. In hoc itaqꝫ tabernaculo celesti inueniuntur enim nentissime/ que inuenta sunt in tabernaculo Moysi. Ibi nẽpe reposita est arca illa dignissima/ que Christus est: et hoc in eius ascensione. Et sicut arca dei olim fuit introducta cũ ingenti iubilo de Sion intra tẽplum recenter a Salomone cõstructum et consummatũ: vt. iij. Reg. viij. ita et Christus ẽm humanitatem/ quivbiqꝫ est ẽm diuinitatem/ translatus est in celum: iuxta illud Ps. Ascendit deus in iubilatione: scꝫ sanctorum angelorũ/ et illorum patrũ quos eduxerat ipse de limbo. Recte autẽ ad propositum dicitur/ qꝫ arca de lignis Sethim/ que sunt imputribilia edificata est: quia Christi corpus/ qđ ante passionem corruptibile erat/ nũc in celo omnino incorruptibile est: iuxta illud Rom. vj. Christus resurgẽs ex mortuis/ iam nõ moritur: mors illi vltra non dominabitur. Item intra dictum tabernaculũ celi est illud magnum et admirabile ꝓpiciatoriũ/ per quod idẽ Christus designatur: de quo in Ps. Apud te/ supple deus pater: ꝓpiciatio est. Ipse enim ibi propiciatur ꝓ peccatis nostris: et nõ pro nostris tñ/ sed etiam ꝓ totius mundi: vt habetur. j. Ioã. ij. Circa autem hmõi propiciatorium sunt multi Cherubim: quia tota illa celestis curia et angelorum militia non cessat die ac nocte dicere Christo: sãctus/ sanctus/ sanctus dñs deus omnipotẽs: qui erat/ et qui est/ et qui venturus est: vt habetur Esa. vj. Item Apoc. iiij. Dicti etiam Cherubim versis adinuicem vultibus propiciatoriũ respiciunt: quia illam beatitudinẽ angelici illi spiritus se habere dei gratia intelligũt. Uel quia mediatorẽ dei et hominũ/ Iesum Christum/ inter se positum vident. Intra etiam dictũ tabernaculum celi/ est mẽsa/ super quam ponũtur panes ꝓpositionis. Per quã intelligitur idem Christus regnans glorio se in celis. Per panes aũt propositionis intelligũtur preces et vota hominum adhuc in terris militantiũ/ que diriguntur ad deum patrem per Christũ. Unde in fine collectarũ ecclesie concludimus cõmuniter dicentes: Per dominũ nostrũ Iesum Christum rc. Finaliter autem: per candelabrum quod dicitur

citur a candela / ⁊ qđ est intra predictū tabernaculū celi: intelligit idem Christus / qui secundum ꝙ deus / est principalis candela curie celestis. Minus autem principalis / secundū ꝙ homo. Et hoc est qđ dicit beatus Jo. Apoc. xxi. Ciuitas / supple celestis non eget sole / neqꝫ luna vt luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit eam: et lucerna eius est agnus. Possumus etiam omnia ista applicare ad Christiferam Mariam. Cuius vterus fuit tabernaculū in quo requieuit Christus / iuxta illud Eccli. xxiiij. Qui creauit me / requieuit ī tabernaculo meo. Nunc aūt ipsa requiescit in tabernaculo filij sui. Item ipsa est propiciatoriū nostrum.

¶ Secunda clausula.



Inspice / et fac secūdum exemplar quod tibi in monte mōstratum est. ¶ Historialiter / postꝙ in precedēti clausulā locutus est dominus deus seruo suo Moysi de futuri tabernaculi cōstructione in particulari: hic consequenter concludit in generali / dicens: Inspice ⁊ fac ⁊c. Ac si diceret dñs / Inspice. s. attente: ⁊ fac / supple solicite / scđm exēplar. s. eternū / quod tibi in monte. s. Sinay monstratum est.

¶ Circa hūc breuē textū mouentur aliqua breuia dubia.

¶ Primū / cur potius soli Moysi mōstratū est exēplar in monte / ꝙ in societate aliorū ? Sic eñ fuisset fidelius testimoniū eius: maxime cū dicat Deut. xvij. et similiter Matt. xviij. ꝙ in ore duorū vel triū testiū stat omne vbū ? Dicendū / ꝙ cōuenienter soli Moysi mōstratū est exemplar in mōte Sinay: vt p hoc ostēderet paucitas eorū / quibus in celo aperte mōstratur visio dei. Nec tñ minus sibi credi debuit: qz aliūde pbauit Judeis / qñ ad eos descēdit / ꝙ sibi locutus fuisset dñs: tū p ostēsionē tabularū lapidearum scriptarū digito dei: tū per ostensionē faciei sue cornute / resplēdenti ex consortio sermonis dñi: vt dicit in sequētibus ca. xxxiiij.

¶ Secundū dubiū: Quomodo potuit Moyses facere secundum exēplar sibi monstratū in monte / maxime cum Paulus post raptū nō plene recordatus fuerit eorū que in huiusmodi raptu viderat: vt ipse dicit. ij. Corin. xij ? Dicendū / ꝙ nō fuit simile de Moyse ⁊ Paulo. Nā Paulus fuit raptus vsqꝫ ad cōtemplationem diuine essentie. Hoc eñ testatur Augusti. ad Paulinū / in libro de videndo deū. Secus aūt de Moyse / cui non dñs clare visus / sed angelus in persona dñi loquebat: vt dicit idē Augu. in questionibus sup exodum. Ipse igitur in monte Syna vidit aliqua imaginaria visione / de quibus sibi dictum est predictum verbum: Inspice / ⁊ fac ⁊c̄.

¶ Tertiū dubium: Quomodo Moyses potuit omnia ⁊ singula sibi in mōte ostensa / quo ad edificationem tabernaculi / et pertinentiū ad ipsum / memoriter retinere ? Dicēdum / ꝙ dñs

q̄ loquebat ad eum exterius: operabat etiā interi⁹ imprimendo ⁊ infundendo certas ⁊ determinatas species imaginarias: quas non pdidit ante rei cōsummationē. Postea autē de hmōi speciebus fecit dominus prout voluit: siue illas cōseruando in vi imaginaria ipsi⁹ Moysi / siue eas annihilando.

¶ Moraliter mōs est altitudo sanctitatis: ⁊ vite alicui⁹ sācti viri: ⁊ signanter alicui⁹ patriarche primi institutoris alicu ius sancte religionis: vtpote beati Benedicti / Augustini / Dñici / aut Frācisci / qui p laudabilia ⁊ egregia opa ꝑuenit ad regna celestia. Vnicuiq3 ergo viro profitēti statū alicui⁹ pdictorū / recte potest dici verbū ppositum: Inspice ⁊ fac secundum exēplar quod tibi in monte mōstratum est. Qui eñi filia fecerit / q̄lia ⁊ ipsi in dieb⁹ suis operati sunt: pariter similia recipiet. Camelcon eñi est animal ethiopicum / q̄ð talis est cōditionis vt dicit Isido. ꝙ ad formā / figurā / ⁊ colorē rerū exteriorū dicit̄ propriū colorē vertere ⁊ mutare: siue fuerit paries alb⁹, siue color rubeus / siue fuerit arbor viridis. Sic ad propositum exteriora opera ⁊ exemplaiā in viris bonis ⁊ sanctis existunt / debent ab eorū sequacib⁹ p imitationem recipi ⁊ exēplariter imitari: vt merito dicere possint illud Prouerb. xxiiij. Q̄ cū vidissē posui i corde meo: ⁊ exēplo didici disciplinā. Medic⁹ eñi perit⁹ solet bonas herbas colligere / ⁊ de malis ac inutilibus non curare. Sic ⁊ columba bona grana solet colligere ⁊ de malis aūt nō curare. Idem dic de apib⁹ / quo ad bonos flores / vt inde possint mel cōficere ⁊ generare. Vñ Plini⁹ dicit ꝙ apes / q̄ frequētant amaros flores: sicut est flos absinthij: solēt etiā amari⁹ mel pducere ⁊ facere. Applicatio ē facilis. Nota de bto Dñico / q̄liter i iuuētute sua studuit in libro / qui collatiōes patrū inscribit̄: in q̄ multū pfecit. Silr ⁊ de beato Vincentio Ferrarieñ. ordinis pdicatoꝝ legit̄ / ꝙ cū ingressus fuisset dictū ordinem / singularissime legere cepit eiusdē patris dominici gesta: vt illa in primus intelligeret / in quibus suū ducem esset imitaturus.

¶ Allegorice mons est Christus / de quo predixerat longe ante aduentū illi⁹ Esaia. ij. c. dicēs: Erit i nouissimis dieb⁹ mons dom⁹ dñi in vertice mōtium: ⁊ eleuabit̄ sup colles / et fluent ad eum omnes gentes. Cuilibet ergo fideli catholico merito dici potest: Inspice et fac secundū exemplar / q̄ð tibi in mōte monstratū est. Et hoc est quod dicit̄. j. Pet. ij. Christus passus est p nobis / vobis relinquens exemplū: vt sequamini vestigia eius. Si eñi teste Seneca ad Luciliū episto. xi. opus est aliquo ad quē mores nostri se erigāt: q2 (vt inquit) nisi ad regulam praua nō corriges: hoc permaxime habet locū in Christo / q̄ imitād⁹ est.

¶ Anagogice / mons est ecclesia triūphans / que est in vertice omniū montiū. In hūc igit̄ montem debemus inspicere ⁊ oculos

oculos cordis nostrorum dirigere. Unde Psal. Ad te leuaui oculos meos/ qui habitas in celis. Debemus etiã facere secũdum q in hoc mõte monstrat nobis. Inde aũt nob monstrat multiplex exẽplũ sancte vite/ et cõuersationis honeste. Hinc Iaco.j. dicitur: Omne datum optimum/ et omne donum perfectum desursum est.

¶ Exodi vicesimosexto.
¶ Unica clausula.



Tabernaculum ita facies. Decẽ cortinas de bysso retorta/ et hiacintho/ ac purpura/ coccoque bis tincto/ et variatos opere plumario facies. Longitudo cortine vni9 habebit vigintiocto cubitos. Latitudo quatuor cubitorũ erit. Unius mensure fient vniuersa tẽtoria. Quinqz cortine sibi iungent mutuo/ et alie quinqz nexu simili coherebũt. Ansulas hiacinthinas in laterib9 ac summitatib9 facies cortinarum/ vt possint inuicem copulari. Quinquagenas ansulas cortina habebit in vtraque parte/ ita insertas/ vt ansa contra ansam veniat: et altera alteri possit adaptari. Facies et quinquagita circulos aureos/ quibus cortinarum vela iungenda sunt/ vt vnum tabernaculũ fiat. Facies et saga cilicina vndecim/ ad operiendum tectum tabernaculi. Longitudo sagi vni9 habebit trigita cubitos/ et latitudo quatuor. Equa erit mensura sagorum omnium. E quib9 quinqz iunges seorsum/ et sex sibi mutuo copulabis: ita vt sextum sagum in fronte tecti duplices. Facies et quiquaginta ansas in ora sagi vni9/ vt cõiungi cum altero queant: et quinquagita ansas in ora sagi alterius vt cum altero copuletur. Facies et quinquagita fibulas eneas/ quibus iungãtur anse: vt vnum ex omnibus operimẽtum fiat. Quod autẽ supfuerit in sagis que parantur tecto/ id est/ vnum sagũ/ quod amplius est/ ex medietate eius operies tabernaculi posteriora: et cubitus ex vna parte pẽdebit/ et alter ex altera qui plus est in sagorum longitudine/ vtrunqz latus tabernaculi protegẽs. Facies et operimẽtum aliud tecto de pellib9 arietum rubricatis. Et super hoc rursum aliud operimentum de hiacinthinis pellibus. Facies et tabulas stãtes tabernaculi de lignis Sethim que singule denos cubitos in longitudine habeant/ et in latitudine singulos ac semissem. In lateribus tabule due incastrature fiẽt/ quibus tabula alteri tabule connectatur/ atqz in hunc modum cuncte tabule parabuntur. Quarum viginti erunt in latere meridiano/ qd vergit ad Austrum: in quibus quadraginta bases argenteas fundes: vt bine bases singulis tabulis per duos angulos subijciantur. In latere qqz secũdo tabernaculi/ qd vergit ad aqlonẽ/ viginti tabule erũt/ qdragita habẽtes bases argẽ-

teas. Bine bases singulis tabulis supponētur. Ad occidentalem vero plagam tabernaculi facies sex tabulas: et rursum alias duas/ que in angulis erigantur post tergū tabernaculi. Eruntq; sibi coniuncte / ac deorsum vsq; sursū: et vna omnes compago retinebit. Duabus quoq; tabulis/ que in angulis ponende sunt / similis iūctura seruabitur. Et erūt simul tabule octo / bases eorū argentee sexdecim / duab⁹ basib⁹ per vnam tabulam supputatis. Facies et vectes / de lignis sethi / quinq; ad continendas tabulas in vno latere tabernaculi: et quinq; alios in altero / et eiusdē numeri ad occidentalē plagam / qui mittent per medias tabulas a summo vsq; ad summū. Ipsasq; tabulas deaurabis / et fūdes in eis annulos aureos / p quos vectes tabulata contineant: quos operies laminis aureis. Et eriges tabernaculū iuxta exemplar quod tibi in monte monstratum est. Facies et velum de hiacintho et purpura / coccoq; bis tincto / et byssio retorta / opere plumario et pulchra varietate cōstructum: qđ appendes ante quatuor colūnas de lignis Sethi: que ipse quidē deaurate erūt: et habebūt capita aurea / et bases argenteas. Inseretur autē velū per circulos: intra quod pones arcam testimonij / quo et sanctuarium / et sanctuarij sanctuaria diuidentur. Pones et propitiatoriū super arcā testimonij in sancta sanctorum: / mensamq; extra velum / et contra mensam candelabrū in latere tabernaculi meridiano. Mensa enim stabit in parte Aquilonis. Facies et tentoriū in introitu tabernaculi de hiacintho et purpura: coccoq; bis tincto / et bysso retorta ope plumario: et quinq; columnas deaurabis lignorū Sethim: ante quas ducetur tētorium: quarū erunt capita aurea / et bases enee.

¶ Historialiter: postq̃ in precedenti capitulo actum est de materia tabernaculi satis generaliter: consequenter in hoc capitulo magis particulariter fit mentio de materia eiusdē tabernaculi / siue corio⁹ de partibus eius: vtpote de quatuor operimentis illius. Itē de parietibus. Similiter de duobus velis. Item de basibus / et quibusque columnis ipsius. Uel dic / q̃ postq̃ sanctus Moyses egit de contentis in tabernaculo: hic ɔsequēter agit de tabernaculo ipso. Sʒ qꝛ iste text⁹ eget prolixa expositione / quam vitare volo: ideo remitto deuotū lectorē ad priores et antiquos postillatores. Sed tñ more solito mouēda sūt aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū: Cur dominus quasi premittendo proemium ad totum opus tabernaculi / dicit secundū vnam literam. Tabernaculū ita fiet. Cum tamen in precedenti capitulo tenuerit alium modum loquendi / vtpote dicens: Facies arcam: facies mensam: facies et propiciatorium / et huiusmodi? Dicēdum / q̃ ratio huius varietatis hec est: materia enim principalis / de qua constructum est tabernaculū / erat solida

solida materia: cuiusmodi erāt ligna Sethim: que erant imputribilia: Nam talia durauerūt vsque ad tempus Salomonis: et constructionem templi. Cortine autem: que ordinate sunt in vsum ipsius tabernaculi: de facili poterant corrumpi: vnde indigebant frequenti reparatione: ideo melius dictum est: fieri ꝗ facies.

¶ Secundum dubium: Quare dominus cum tanta curiositate: et cum tantis penis et laboribus voluit tabernaculū sibi fieri in terris. Ad hoc dictum est supra: videlicet sub prima clausula precedentis cap. in solutione ad secundum dubium.

¶ Tertium dubiū oritur propter illud verbum: opere plumario. Queritur ergo quid intelligitur per opus plumariū: de quo Moyses sepe loquitur in presenti libro. Dicendum ꝙ opus plumarium est opus qđ fit cum acu. Nam vt dicit dominus Hugo Cardina. pluma syriace: acus dicitur Latine. Tūc enim temporis primo fiebat tela: postea autem cū acu et opere manuali diuerse picturatiões superfiebātur. Unde opus huiusmodi dicit͛ bustratum: quasi bis strati. Uel dicitur secundū eundem doctorem opus plumarium: id est: varium a similitudine auium: quibus pluma superaddita est. Alij autem dicunt: ꝙ opus plumarium dicitur: quando super pannū vnius coloris fit aliud opus: ac si pannus esset plumatus: siue plumosus: vel propter supereminentiā filorū: vel ꝓpter varietatē opis.

¶ Quartū dubiū similiter orit͛ propter illud verbū: decē cortinas: querit͛ ergo vnde dicitur cortina? Respondet Isidorus libro. xix. Etymologiarū: ꝙ dicta a corio: quia prius ex corio et pellib⁹ fuit facta. Uel cortina (secūdū Hug.) dicitur ille loc⁹ in templo: ex quo dabant͛ respōsa a deo: vel dicebatur cortina mensa in templo Apollinis: super quā stās sacerdotissa Phebi dicebat oracula. Et dicebatur cortina: quia corio Phitonis serpentis erat tecta. Item dicit͛ cortina: quasi corda tenēs: quia ibi tenebātur corda audientiū. Uel dicitur cortina: quasi chorū tenens: quia ad modū chori circuibat parietes tabernaculi: et postea templi.

¶ Quintū dubiū: Cur domin⁹ iussit fieri decem cortinas in tabernaculo: et quatuor coloribus? Respōdet de Pal. dicēs: ꝙ hoc fecit vt destrueret errorem gentiliū ponentiū plures deos: quos dicebant necessarios ad regimina diuersarū rerū. Dicebāt enim deū Cererē potentem producere terre nascentia pertinentia ad cibum. Item Bachum pertinentia ad potū: et sic de alijs: Uolens ergo Moyses ostēdere in tabernaculo: ad cultū vni⁹ veri dei constructo: deū esse datorem et gubernatorē oim rerū et elementorū: has decē cortinas fecit fieri de bysso: per quā intelligit͛ terra: quia byssus de terra sumit͛. Item de hiacintho: per quē intelligit͛ aer: eo ꝙ est aerei coloris. Itē de purpura: per quam intelligit͛ aqua: quia purpura tingit͛ de sanguine concharū marinarū.

rinarum. Item de cocco bis tincto: per quod intelligitur ignis: eo quod habet colorem flammeum. Quia vero predicta non ordinabantur secundum ordinem elementorum: ostendit Moyses ex ipsa ordinis confusione: quod ipse deus super elementa plenariam obtinet potestatem. Unde et Christus Mat. vlt. dicebat: Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Et eiusdem. viij. dixerunt Judei: Quis est hic: quia venti et mare obediunt ei?

¶ Sextum dubium: Que fuit ratio literalis omnium et singulorum operimentorum: cortinarum: et similium rerum que iussit dominus apponi in constructione tabernaculi? Dicendum: quod ex parte dei nulla alia ratio ad hoc potest dari: nisi quia ita voluit: Nam vt dicit Psalm. Omnia quecunque voluit dominus: fecit in celo et in terra: in mari et in omnibus abyssis. Ex parte autem ipsorum Judeorum ratio generalis omnium istorum in communi hec fuit: vt scilicet ipsum tabernaculum in maiori reuerentia haberetur. Ratio autem in speciali: secundum quosdam: hec fuit. Nam per cortinas designabatur celum sydereum: quod est diuersis stellis variatum. Per saga vero celum cristallinum: siue aquarum: que sunt super firmamentum: secundum vnam expositionem. Per pelles autem rubricatas: celum empyreum: quod est celum beatorum. Per pelles autem hyacithinas: celum sanctissime trinitatis designatur.

¶ Septimum dubium: Cur in constructione tabernaculi: et contentorum in eo: Moyses vsus est lignis Sethim: vt sepe repetitur: tam in hoc capitulo: quam in precedenti? Dicendum: quod ex dei ordinatione hoc factum est: vt dictum tabernaculum esset magis portatile: quia dicta ligna leuissima sunt. Item vt esset magis durabile: quia dicta ligna imputribilia sunt: id est: difficulter putribilia. Item vt esset magis honorabile: quia illa ligna sunt optimi odoris: etiam plusquam cypressus. Et nota: quod huiusmodi ligna difficulter inueniuntur: nisi in terris Arabie: vbi factum est tabernaculum. In terris autem Latinorum nullo modo reperiuntur dicta ligna. De hoc etiam vide quod de hoc dictum est in precedenti cap. sub prima clausula. in fol. ad quartum dubium.

¶ Octauum dubium: Quid intelligitur per velum: de quo habetur in textu: cum dicitur: Facies et velum etc. Dicendum: quod velum erat quedam cortina que ideo dicebatur velum: eo quod velaret interiora templi: ne populus posset ea videre: vel quia dicta cortina erat facta ad modum veli: quod exponitur vento: sicut patet in nauibus.

¶ Moraliter et primo: per tabernaculum exterius: circa cuius constructionem multum elaboratum est: designatur tabernaculum interius: quod est: quilibet iustus: iuxta illud Apoca. xxj. Ecce tabernaculum dei cum hominibus: et habitabit cum eis: scilicet per fidem: gratiam: et charitatem. Circa ergo constructionem

ectionem spiritualem huius tabernaculi / debet homo multũ et diu laborare / quia toto tempore vite sue: etiam si p milia multa annorũ hic viueret / dicente apl'o Gal.vj. Dũ tẽpus habem9 operemur bonũ. Hoc tabernaculũ iacit per fidem.j. Corin.iij. Fundamentũ aliud nemo potest ponere preter id qđ positũ est / quod est Christ9 Jesus. Interl.i. fides Christi. Erectio hui9 tabernaculi fit p spem / que eleuat hominẽ ad celestia. Charitas aũt / que operit multitudinem peccatorum: operimentũ est huius edificij. Longitudo illius attendit per perseuerantiam finalem in bono virtutis. Latitudo / per bonam famam. Altitudo vero / p eterne vite remunerationem / et sic de aliis.

¶ Moraliter et secundo / et quasi prosequendo predictum sensum. Notandum / q sicut tabernaculum materiale sursum eleuatur / ornatur / et depingitur / atq firmiter clauditur: sic et homo cupiens fieri spirituale: tabernaculũ dei / debet in primis sursum leuari per sublimem cõtemplationẽ et affectionem in deum / et ad celestia bona. Ad quod etiam nos admonet figure nostre cõditio. Homo enim figuram habet non ad modum brutorum pressam: sed sursum respicientem. Unde Boeti9 libro quinto / metro quinto. Unica gens hominum celsam / leuat altius cacumen: id est caput / atque leuis recto stat corpore despicitque terras. Hec nisi terrenus male desipis / admonet figura. Qui recto celum vultu petis / exerisque frontem: id est / erigis in sublime feras animam et cetera. Hoc autẽ fecit author nature deus / ad denotandum / q si figura corporis erigitur: multomagis debemus mentem ad deum erigere et leuare. Sed profecto plerique sunt / qui ita per vitia oculos suos statuerunt declinare in terram: et signanter per luxuriam et terrenam cupiditatem / q valde rari inueniuntur qui dictos oculos ad deum / et ad celestia erigant. Secundo / istud tabernaculum spirituale debet decenter depingi et ornari. Uidemus enim / q tabernacula in quibus intra ecclesiam reponitur sacramentum altaris / communiter sunt ornata decenter et depicta. Et hoc quidem ad denotandum / q si tabernaculum Christi esse volumus: necesse est / q picturam virtutum / intra nos habeamus. Et tunc dici poterit de vnoquoque nostrum illud Numeri vicesimoquarto. Quam pulchra sunt tabernacula tua Jacob? Tertio / istud tabernaculum spirituale / quod sumus nos: si modo boni sumus: debet firmiter claudi per virtutum occultationem. Tabernaculum enim materiale diligenter clauditur / ne reliquie / calices et cetera localia auferantur et perdantur: ita et nos debemus per diligentem custodiam nos ipsos claudere / ne reliquias virtutum /

 et me-

et meritorum per inanem gloriam perdamus. In cuius figuram legitur in sequētibus / scz xl. ca. q nubes operuit tabernaculum testimonij / et gloria domini operuit illud. Dicitur etiam in sequētibus / videlicet xxxvj. ca. q tabernaculū federis tribus operimentis erat opertum / scilicet operimento sagorum / pellium rubricatarū / et pellium hiacinthinarū. Saga enim que erāt de pellibus caprarū / que sunt valde pungentes / significant timorem mortis: qui valde pungit hominē interius. Pelles rubee significant timorem inferni / vbi scilicet est rubor igneus. Pelles vero hiacinthine / que colorē habent celestem / significāt amorē paradisi / qui in celo speratur. Hec autē tria / que sunt timor mortis / horror inferni / et amor paradisi: debent nos claudere et velare intra nosipsos / et a cunctis exterioribus vagationibus arcere.

¶ Moraliter et tertio / et cōformiter ad fratrem Petrū Berchorien. predictū tabernaculum significat animam virtuosam / vel generaliter quēlibet iustū: ita vt merito possit dici illud Apoc. xxj. Ecce tabernaculum dei cum hominibus / et habitabit cum eis: scilicet per fidem et gratiā / et ipsi populus eius erunt. Debet autē huiusmodi tabernaculū interioris hominis esse longū p patiētie longanimitatem. Item luminosum / per fidem charitate formatam / et hoc a parte orientali: id est / quo ad deū et eterna. Et ex hac parte apertum / quo ad eleemosynarū largitiones que sunt principaliter fiende propter deum. Itē debet esse aliūde vndiq clausum / per discretā custodiā / vel per humane laudis vitationem: vt supra immediate dictum est. Nam a meridie: id est / a parte camaralium amicorū: ab Aquilone: id est / a parte tēporalium bonorum: et ab Occidēte: id est / a parte carnaliū vitiorum / se debet claudere per cōtemptum. A parte vero Oriētis: id est / ad bona spiritualia et eterna / debet aperiri per desideriū et affectū. Psal. Os meū aperui et attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabā. Coopertum etiam debet esse quadruplici cooperimēto. Primo cortinis byssinis: id est / castitatis candore. Secūdo pellibus rubricatis: id est / charitatis ardore: quia scilicet charitas operit multitudinē peccatorū: vt dicitur. j. Petri. iiij. Tertio pellibus celestis coloris / scilicet pellib9 hiacinthinis: id est / honeste conuersationis splendoribus. Unde Hiere. x. Hiacinthus et purpura indumentum eorū. Quarto / sagis de pellis caprarū seu cilicinis: id est / penitentie duritia vel rigore. Tali ergo quadruplici operimēto / scilicet castitatis / honestatis / charitatis / et asperitatis / se debet homo tegere: ne scilicet ventus elationis / puluis terrene affectionis / et pluuia carnalis delectatiōis possit in eum subintrare. Ad constitutionem ergo moralis tabernaculi: id est / conscientie viri iusti / multa debēt cōcurrere: videlicet

delicet aurum: id est, sapientie
limpitudo: ligna sethim impu-
tribilia: id est, patiētie fortitu-
do: tabule sursū erecte: id est,
contemplationis altitudo: ve-
ctes recti, fortes et lōgi: id est,
iustitie rectitudo, velum byssi-
num interius: id est, innocen-
tie puritas et sanctitudo: cor-
tine seu tentoria variata exte-
rius: id est, continentie mūdi-
cia ⁊ pulchritudo, que debet
esse quatuor colorū: id est, in-
quantum debet ibi apparere
quatuor virtutū cardinalium
multitudo. Et anime sic cōpo-
site potest dici illud in perso-
na domini Ezechi. xvj. Indui
te bysso, calciaui te hiacitho,
indui te subtilib⁹, vestiui te dis-
colorib⁹, similam ⁊ mel ⁊ oleū
comedisti, et decora facta es
vehementer. Itē intus in cor-
de suo debet esse arca cū che-
rubin: id est, dei, angelorū, spe-
cies, memoria ⁊ deuotio, alta-
re incensi: id est, feruens apud
deū oratio: candelabrum lumi-
nis: id est, scientia ⁊ discretio:
mensa cum panibus: id est, pie-
tas, elemosyna ⁊ cōpassio: vt
sic de deo ⁊ de tali tabernacu-
lo dicatur illud quod dicitur
supra. iiij. ca. Cū intulisset ar-
cam in tabernaculum, appēdit
ante ipsam velum, posuit ⁊ mē-
sam ⁊ candelabrum, et altare
aureum sub tecto. Hec dictus
Petrus Berchorien.

¶ Moraliter ⁊ quarto: Taber-
naculum est bonus diues, qui
quantū ad duas partes: id est,
ad duos status potest conside-
rari: videlicet quantū ad me-
ridiem prosperitatis, vel quā-
tum ad Aquilonē aduersita-
tis. Istud ergo tabernaculū:
id est, bon⁹ diues debet habe-
re ad meridiem: id est, quando
viget tempus prosperitatis et
opulentie: cādelabrum: id est,
virtutē prudentie. Ad Aqui-
lonem vero, quando viget fri-
gus paupertatis communis, ⁊
caristie tempus: debet habere
mensam cū panibus: id est, vir-
tutem pietatis ⁊ clementie: vt
sic ipse per prudentiam regat
in prosperis. Per clementiam
vero sustentet alios tempore
aduersitatis: vt sic de pietate
talis boni diuitis possit paup
recte dicere illud Psal. Para-
sti in cōspectu meo mensam ⁊c.

¶ Moraliter ⁊ quinto, velum
qd erat appēsum inter sancta
sanctorum ⁊ sancta, factum de
quatuor preciosis coloribus:
significat virū sanctū et iustū,
⁊ maxime prelatum ecclesiasti-
cum, qui debet esse composit⁹
et ornatus quatuor virtutib⁹
cardinalibus: tanq̄ quatuor
coloribus: videlicet bysso tem-
perantie, purpura iustitie, coc-
co bis tincto fortitudinis, et
hiacintho prudētie. Debet au-
tem huiusmodi velū: id est, bo-
nus prelatus esse suspēsus in-
ter celum et terrā, per celestiū
contemplationem: ⁊ hoc inter
sanctuarium et sancta: id est,
inter ecclesiam triumphātem
et militantem. Vel quia debet
esse medius inter deum et po-
pulum: quia licet talis corpo-
raliter sit in terris, tamen mē-
taliter est in celis: iuxta illud
qd de bonis dicit Philip. iij.
Nostra cōuersatio in celis est.

¶ Moraliter ⁊ sexto, p byssum
candidā intelligitur castitas:
per

per coccū bis tinctum charitas / que debet esse bis tincta / inquantū se extendit ad deū et ad proximū. Purpura rosea cea est patiētia: que (more rose)quanto plus terit tanto magis fragrat. Hiacinthus celestis coloris / est celestis cōuersatio / seu honesta apparentia. Cortine aūt / siue tentoria / que erant in templo / designant viros virtuosos et perfectos / qui sunt i tabernaculo ecclesie militantis. Saga aūt que similiter ibidē erant / significant imperfectos / quos habet et tollerat eadem ecclesia: vel cortine significant contemplatiuos / et illos qui spiritualiter dediti sunt cultui diuino: vt sunt clerici et religiosi. Saga aūt cilicina et dura / significāt actiuos et laicos: quia sicut saga exponebantur ventis et pluuijs: ita et tales cōmuniter exponuntur agriculturis et laboribus corporis. Utrique tamen (si boni sunt) pertinent ad tabernaculum domini / et tandē salui esse poterunt.

¶ Allegorice et primo / et conformiter ad fratrem Petrum Berchoriē. per tabernaculum in deserto intelligitur ecclesia que militat in hoc mūdo. Cuius scilicet longitudo habet triginta cubitos / propter fidē sanctissime trinitatis / quam tenet et credit. Latitudo illius est decem cubitorum propter decem mādata legis / que perficit charitas / que debet esse latissima: quia omnes amplectitur / etiam inimicos. Psal. Latum mandatum tuū nimis. Altitudo spei decē cubitorū / ppter premia pro complemēto decem preceptorum que expectat in celo. Illud etiā tabernaculum debet esse clausum et obstructū a parte Austri / Aquilonari et occidentali: id est / contra omnes hereses / que sunt in vniuerso mundo. Apertum autem a parte orientis: id est / ad diuinas gratias et virtutes / et ad affectandas eterne glorie firmitates. Uel dic q huiusmodi tabernaculum ecclesie debet esse apertum a parte orientali: quia debet attendere ad fidem apostolorum / et sanctorum illorum patrum / qui fuerūt in primitiua ecclesia. Unde Ezech. xliiij. Uidi portā in domo domini clausam: id est / in ecclesia / et hoc ne intraret in ea error / quamuis de hoc fuerit valde tunc sollicita. Unde Psalmista in persona ipsius ecclesie primitiue loquitur dicens: Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea / scilicet heretici / dicat nunc Israel: id est / ecclesia que videt deum per fidem: sepe expugnauerunt me / et eciā non potuerūt mihi: supple tātum nocere quantum affectabant / scilicet vsque ad meum exterminium. Nihilominꝰ sancta mater ecclesia / que fuit clausa contra vniuersas hereses / fuit aperta ad diuinas illuminationes et reuelationes / et ad deum solum. Ideo sequitur in Ezechiele: Porta hec aperta erit pricipi / et vir pollutus: id est / hereticus non intrabit per eam: quia nullum talem pollutum potest immaculata ecclesia sustinere. Quinimo

ſmo vnum quemq̄ talem pollutum / et ſcitum eſſe pertinaciter talem / tradit iudici ſeculari comburendum. Cuius ratio eſt: quia huiuſmodi tabernaculum eccleſie debet cōſtitui de tabulis ſethineis et imputribilib⁹: id eſt / de perſonis vere catholicis. Debet etiam hoc ſanctiſſimum domini tabernaculum deaurari / ꝓpter claritatem ſapientie virorum / qui ſunt in eo. Surſum erigi / per bonam ſpem eternorum: ⁊ ſic ſtare ſemper / per perſeuerantiam continuam. Debent etiam partes eius optime iūgi in vnum / per ligamen charitatis: et vere amicitie. Unde in figuram huius dicitur Ezechielis.j. ꝙ due penne ſingulorum iungebantur. Et Apoſtol. Roman.xij. dicit / ꝙ multa membra vnum corpus ſumus in Chriſto.

¶ Allegorice ⁊ ſecundo / predictum tabernaculum Moyſi recte prefigurauit ſanctam eccleſiam. Pro quo notandum / ꝙ in compoſitione huiuſmodi tabernaculi / debent concurrere multa genera rerum: id eſt / ſpiritualium perſonarum: ſcilicet tabule / plane / recte / et deaurate. Iſti ſunt qui in rectitudine iuſtitie / ⁊ in fulgore ſapientie ſunt ſplendentes. Item velum de byſſo retorta. Iſti ſunt illi qui honeſta conuerſatione et exemplis ſunt alijs placentes. Item coopertorium de pellibus rubricatis. Iſti ſunt martyres ſeipſos tradentes ad mortem / propter Chriſti fidem / et proprio ſanguine rubricātes. Item aliud coopertorium de pellibus hiacinthinis. Iſti ſunt ſancti confeſſores / celeſtia tantummodo appetentes. Item aliud coopertorium de ſagis: id eſt / de pilis caprinis. Iſti ſunt illi q̄ de fetore ſuorum peccatorum ſunt vere penitentes. Item debent eſſe arca: id eſt / viri celeſtis gratie contentiui. Itē cherubin: id eſt / viri celeſtium cōtemplatiui. Item altare incēſi: id eſt / viri deuotarum orationum emiſſiui. Item candelabrum aureum: id eſt / viri lucentes / et aliorum eruditiui. Item menſa propoſitionis: id eſt / viri pij et aliorum meritiui. Huiuſmodi ergo res: id eſt / tales perſone / debent tabernaculum eccleſie conſtituere / et in eo habitare. Unde Pſalmiſta. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Cui reſpondet ſpiritus ſanctus dicens: Qui ingreditur ſine macula ⁊c. Soli enim illi qui ibi deſcribuntur / proprie pertinent ad eccleſiam militantem.

¶ Allegorice et tertio / tabernaculum eſt virgo Maria: iuxta eiuſdem teſtimonium Eccli.xxiiij. vbi ait: Qui creauit me / requieuit in tabernaculo meo: id eſt / in vtero meo. In hoc autem tabernaculo / prima fuit arca: id eſt / Chriſtus. Item candelabrum cum ſeptē lucernis: id eſt / recta fides / cū ſeptem donis ſpiritusſancti. Item altare ſancte deuotionis. Itē menſa propoſitiōis: q̄ in ea requieuit nouem menſiū ſpatio ille qui dicit Ioā. viij.

Ego

Ego sum panis viuus. Huiusmodi tabernaculum fuit longum: per patientiam: siue sanctam perseuerantiam: latum: per charitatem ad deum et ad proximum. Altum: per spem futurorum bonorum. Cortine autem de bysso huius tabernaculi: significant interiores virtutes: que fuerunt in hac beata virgine. Unde Ezechie. xvij. de ea dicit dominus: Cinxi te bysso. Que autem de hiacintho: significant illius honestam conuersationem. Que vero de purpura: designant illius bonam famam. Unde Hiere. x. Hiacinthus et purpura vestimentum eius. Que vero de cocco bis tincto: binam illius charitatem: videlicet ad deum et proximum. Saga autem que fiebant de pilis caprarum: quibus in parte tegebatur ipsum tabernaculum: designant ad literam humile indumentum huius virginis. Uel. asperitatem vite eius corporalis. Uerisimile enim michi est: quod nec mollibus: nec delicatis induebatur: aut pascebatur: sicut nec filius eius Christus: qui petijt aquam pro potu a muliere Samaritana. Joan. iiij. Et multa alia possent dici de hoc tabernaculo virgineo: que relinquo discutienda per benignos lectores: volens vitare prolixitatem. ¶ Allegorice xxiiij. Tabernaculum fuit synagoga: cortine variorum colorum: designant varietatem virtutum et meritorum sanctorum prophetarum: qui tunc vixerunt. Saga ciliciua: que plura erant: et que operiebant ipsum tabernaculum: designant multitudinem preceptorum iudicialium et cerimonialium: et huiusmodi que dura erant et difficilia ad obseruandum: ita vt diceret beatus Petrus: increpans quosdam qui in primitiua ecclesia dicebant eos qui ad fidem conuertebantur: debere circuncidi: debere etiam obseruare legem Moysi. Quid (inquit) tentatis deum: imponere iugum super ceruices discipulorum: quod neque nos: neque patres nostri portare potuimus? Actu. xv. Unde glo. ordi. super illo verbo: non potuimus: scilicet pre intollerabili grauitate: loquitur tamen de iudicialibus preceptis et cerimonialibus que in antiqua lege fuit valde difficile obseruare: et hoc propter ipsorum iudicialium seueritatem: et cerimonialium multitudinem. Moralia autem: que etiam hucusque remanserunt: non erat tam difficile obseruare sicut alia. Nec tamen fuit simpliciter impossibile obseruare iudicialia aut cerimonialia: maxime cum vtraque dederit deus. Modo anathema reputatur: qui dicit deum aliquid impossibile precepisse: vt dicit Hierony. in expositione fidei catholice. Patet ergo quid significent saga cilicina: que operiebant tabernaculum. ¶ Allegorice xxv. et conformiter ad magistrum Nicolaum de Lyra: Per tabernaculum significatur ecclesia: que est tabernaculum dei. Huius autem tabernaculi primo describuntur operimenta: que fuerunt quatuor: scilicet cortine: saga: pelles rubricate: et desuper pelles hiacinthine. Per hec autem operimenta que protegebant interiora taberna-

bernaculi ab intẽperie aeris/ significantur defensores ecclesie: qui sunt in quadruplici genere. Primo enim ecclesia contra hereticos defendit per doctores (qui p cortinas significãtur) que facte fuerũt de quatuor coloribus. Primo de bysso retorta. Per byssum/ que est gen⁹ lini candidissimi/ castitas figuratur. Per hoc autem q͛ dicitur retorta / repressio carnis intelligitur. Propter qđ Paulus/ doctor gẽtium/ dicebat. j. Corit. ix. Castigo corpus meũ et in seruitutem redigo: ne forte cum aliis predicauerim/ ipse reprobus efficiar. Secundo de hiacintho/ que est coloris celestis/ propter qđ significat meditationem celestium. Philip. iij. Nostra conuersatio in celis est. Tertio/ de purpura/ p quã significatur desiderium martyrii/ vel saltem meditatio passionis Christi. Vñ Apost. j. Cori. ij. Non iudicaui me aliquid scire inter vos/ nisi x̄pm̄ Jesum/ et hunc crucifixũ. Quarto/ de cocco bis tincto/ per quam significatur gemina charitas: scilicet dei ⁊ proximi. Unde Gregori⁹ homel. xxxix. Qui charitatẽ erga alterum non habet/ pred:cationis officiũ nullatenus suscipere debet. Hec igit̃ quatuor debẽt esse in doctoribus ecclesie / q̃ sunt cõtra hereticos defensores. Secundo/ ecclesia cõtra tyrannos defenditur p martyres/ quorum aliqui sustinent mortem corporalem: ⁊ tales figurãtur per pelles rubricatas. Aliqui vero sustinẽt seruitutẽ/ que est mors ciuilis/ ⁊ isti figurantur per saga cilicina/ q̃ sunt aspera: ⁊ per hoc significat̃ duritia seruitutis. Aliqui vero patiuntur exiliũ: ⁊ isti figurantur per pelles hiacinthinas/ q̃ sunt coloris celestis. Nam q̃ de terrena patria sunt expulsi: debẽt celestẽ patriam querere/ ⁊ meditari.

¶ Allegorice ⁊ sexto: iuxta illud verbum: Facies ⁊ velũ ⁊c. Notandum q͛ per velum/ quod erat ante sanctum sanctorũ/ figuratur Christi humanitas/ q̃ fuit velamentum sue diuinitatis. Non enim aliter poterat videri ab humanis oculis. Abacuc. iij. Ibi abscõdita est fortitudo eius. Et Esa. xlv. Vere tu es deus abscõditus. Et de hoc velamine loquitur Apo. Heb. x. dicens: Initiauit nobis viam nouam/ ⁊ viuentẽ/ per velamẽcum. i. carnem suam. Qđ autem dicitur in textu/ q͛ predictũ velũ debebat esse pulchra varietate contextũ: per hoc designatur varietas omniũ charismatum ⁊ donorum que fuerunt in Christo homine. Per quatuor autem colũnas/ ante quas debebat appẽdi dictum velũ/ intelliguntur quatuor euangeliste: qui Christi vitam ⁊ opera descripserunt. Per tentoriũ autẽ quod fuit in introitu tabernaculi/ põt iuste designari beatus Joan. Baptista/ qui preuenit primum domini aduẽtum: qui fuit verum tabernaculum/ vt ostensum est superius. Unde ipse Joannes fuit finis veteris testamenti/ ⁊ initium noui. Unde Matt. xj. de eo dicitur: Lex ⁊ prophete vsq͛ ad Joannem.

¶ Allegorice ⁊ septimo/ notãdum q͛ quatuor opertoria tabers

bernaculi/ scilicet cortine/ saga/ pelles rubee/ pelles hiacinthine/ significāt quatuor fidelīū status. Cortine enim/ significant virgines et innocentes. Saga/ designant penitentes/ et eremiticam vitam ducentes. Pelles rubee/ significant martyres/ qui pro Christo sanguinem suum fuderunt. Pelles vero hiacinthine/ designant confessores/ et sacros doctores: atque ceteros viros perfectos/ qui celestia contemplantur.

¶ Allegorice et octauo: per tabernaculum quod vndiqꝫ clausum erat/ pręterquā et parte Oriētali; designatur celū/ de quo tabernaculo loquitur pluraliter Ps. dicens: quā dilecta tabernacula tua domine virtutum. Istud tabernaculū est clausum ferme omnibus adultis: quod dico propter paucitatem talium illuc directe per mortem ingredientium: quia plures damnātur/ quā saluantur. Et adhuc adulti qui saluantur/ cōmuniter descendūt ad purgatorium/ vt ibi purgentur. Olim tamē martyres et viri heroici/ per mortē illuc introibant. Apertū est tamen dictum tabernaculum ex parte Oriētali/ id est/ paruulis post baptismum morientibus. Propter quod dicebat Christus Matt. xix. Sinite paruulos venire ad me: talium enim est regnum celorum. Per tentorium autem/ siue velum/ quod erat ante faciem tabernaculi/ significatur fides/ que abscondit paradisum a nobis pro tempore: quia fides est credere quod nō vides. Huiusmodi autem velū fidei auferetur in celo/ cum scilicet intrauerimus in tabernaculum dn̄i: quia vt dicit Apos. j. Corint. xiij. Cū venerit quod perfectum est/ euacuabitur quod ex parte est.


¶ Allegorice et. ix. Per velum intelligitur theologia viatorū/ que adhuc obscura est: quia deū de quo ipsa est/ nemo vidit vnquā: vt habetur. i. Joā. iiij. In dicto autem tabernaculo nullū velū erit: sed videbimus facie ad faciem.

¶ Allegorice/ et decimo: Velū est sacra scriptura/ que adhuc in multis passibus est velata et obscura. Qꝫ autem predictū velum erat de quatuor coloribus/ designat quatuor sensus ipsius scripture sacre: et hi colores nō videntur ab omnibus: sed quibus datū est a spiritu sancto/ qui dat vnicuiqꝫ prout vult. Quibus autem datur/ non debent inde superbire/ aut inaniter gloriari: sed magis humiliari/ ne forte in penā superbie sue (credentes habere sanum intellectum) labantur in multas hereses: sicut de multis compertum est.

¶ Anagogice. et conformiter ad fratrem Petrum Berchor. Tabernaculum/ est paradisus: vbi sunt tabule dolate/ id est/ martyres: vela/ et tētoria: id est virgines: quatuor opertoria/ id est/ multitudo confessorum: byssus/ id est ꝓprie carnis mortificatores: rubricati. i. charitatiui: hiacinthini/ id est/ celestes et contemplatiui: de pilis caprarum/ id est/ penitentie professi. Ibi est arca/ id est/ eterni thesauri infinitas: Cherubim/ id est/ angelorū societas: altare/

altare/id est/deuotiõis sanctitas: cãdelabrũ/id ẽ beate visionis claritas: mensa/id est/beate fruitionis societas: et ligna Sethim/putribilia/id est/corporum post generalem resurrectionem immortalitas. Istud igitur est illud tabernaculum: de quo Apost. Heb. ix. loquitur/ dicens/ q illud est amplius et perfectius tabernaculum/non manufactum/id est/non huius creationis rc.

Exodi. xxvij.
Prima clausula.



Acies r altare de lignis Sethi/ qd habebit quinq cubitos in longitudine/et totidem in latitudine:id est/quadrũ:et tres cubitos in altitudine. Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt:r operies illud ere. Faciesq in vsus eius lebetes/ ad suscipiendos cineres et forcipes/atq fuscinulas et igniũ receptacula. Omnia vasa ex ere fabricabis. Craticulamque in modum retis eneam/per cuius quatuor angulos erunt quatuor anguli enei/ quos pones subter arculam altaris. Eritq craticula vsq ad altaris medium. Facies et vectes altaris de lignis Sethim duos/ quos operies laminis eneis/ et induces per circulum: eruntque ex vtroq latere altaris ad portandum. Non solidum/ sed inane et cauum/ intrinsecus facies illud: sicut tibi in mõte mõstratum est.

Historialiter. Postquam in precedenti capitulo/ egregius dei propheta r amicus Moyses locutus est de his que sibi mandauit dominus quo ad tabernaculi interiorem constructionem: hic consequenter loquitur in particulari de altaris illius cõstructione/cum refert dominum/ sibi dixisse et precepisse: Facies (inquit) et altare de lignis Sethim/ de quibus sepe dictum est/q sunt imputribilia. Uel dic q descripto tabernaculo/ et his qui erant intra tabernaculum: hic consequenter describuntur illa que erant extra/ad ipsum tamen tabernaculum pertinentia. Primo igitur describitur ipsum altare/ domino dicente ad Moysem Facies r altare de lignis Sethim. Notandum autem/ q istud altare erat quadrum: vt dicitur in textu: r hoc secundum lõgitudinem illius/ que erat quinq cubitorũ. Similiter latitudo et altitudo illius clare exprimitur in textu: Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erũt. Circa quod notandum/ q huiusmodi cornua erant in superiori parte altaris/ et non in inferiori: Faciesq in vsus eius lebetes: id est/ cacabos ad suscipiẽdos cineres/ qui amouebantur de altari/ et portabantur extra: et forcipes/ quas vocamus tenaculas/q̃ deseruiebant ad aptãdũ ligna in igne qui erat in altari: atque fuscinulas .i. instrumẽta ad extrahendum carnes

de caldariis: et ad ponendū su= per altare ea que ibi cremabā= tur: et igniū receptacula: id est vasa in quibus de altari holo= causti accipiebantur carbones vivi: vt deferrētur intra taber naculum ad cremandū thimia mata mane. Item vespere sup altare incensi: de quo habetur in seq. c. xxx. Quod superest de textu missum facio.

¶ Circa hunc textum mouen da sunt aliqua dubia.

¶ Primū igit dubiū: Cum Iu dei haberent altaria diuerso= rum nominū pro varietate sa= crificiorū que ibi offerebantur. Unde vnum dicebatur altare incensi ab incenso quod ibi of ferebatur. Queritur quo nomi ne vocabatur altare illud de q̄ hic agitur? Ad hoc respondet Petrus Comest. q̄ hoc altare dicebatur holocausti vel holo caustorum sive holocaustoma tum potius q̄ sacrificiorū: q̄= uis sic posset appellari: qz etiā super illud fiebāt sacrificia. Ue runtamen conuenientius dici= tur holocaustorū q̄ sacrificio= rum: quia a digniori nomē ac= cepit.

¶ Secūdum dubium est de al= titudine altaris: que erat triū cubitorū: vt habetur in textu. Ex quo patet q̄ talis altitudo erat quasi altitudo hoīs: quia est q̄stio de pedibus non visua= libus: sed geometralibus: qui sunt maiores: et per consequēs sacerdos non potuisset sup hu iusmodi altare aliquid offerre absq̄ applicatione graduū ad pedem altaris. Huiusmodi au= tem gradus erant prohibiti sa cerdotibus legis. Unde supra xx. c. dixit dominus: Non ascen des p gradus ad altare meū ne reueletur turpitudo tua. Ad hoc dicūt aliqui q̄ hoc debet intelligi de altari quod de ter ra vel lapidibus constituitur. Non autem quod de lignis vt hic. Sed hanc solutionē repro bat dñs Hugo. card. dicens q̄ si hec fuit causa precedētis p hibitionis: ne scilicet turpitu= do reuelaretur: eque bene etiā potuisset reuelari hic sicut ibi si nullū aliud ponatur: ideo di cendum sm eundem Hugonē q̄ domin⁹ supra locutus est de altari in quo sacrificabatur an teq̄ esset femoralium vsus: ad quod si sacerdos accessisset p gradus: tunc pudenda eius de facili videri potuissēt. Textus autē presens intelligendus est postq̄ femoralium vsus iam in= troductus erat. Et ideo tūc nō erat periculum de reuelatione pudēdorum ex hoc q̄ gradus apponebantur ad pedem altā= ris: vt sic commodius posset sa cerdos offerre sacrificium do= mino. Posset etiā dici q̄ in p= cedentibus locutus est domi= nus de gradibus fixe manēti= bus: siue essent de terra aut la pidibus. Hic autem de gradi= bus mobilibus: et qui tm̄ ad ho ram addebantur pedibus alta ris. Da exemplum de scabello quo interdū predicatores ascē dunt cathedram.

¶ Tertiū dubiū: cur dominus voluit vt predictum altare es= set de lignis Sethim potius q̄ de alia materia? Dicendum q̄ non solum quia erant imputri= bilia: verumetiam quia incre= mabilia. Sic autē requirebāt

iii

in materia de qua componebatur altare: eo quod ignis erat semper in altari. Et ideo nisi predicta ligna fuissent incremabilia cito fuissent consumpta. Et quamuis dictũ altare interius et exterius esset opertũ laminis eneis: nihilominus ad alterationẽ dictarũ laminarum alterabatur dictũ lignum Sethim: et quo constructum erat ipsum altare holocaustorum: sed non comburebatur, quia incorruptibile erat, vt sepe dictũ est.

¶ Quartũ dubiũ oritur propter illud verbũ primum: Facies et altare de lignis Sethim. Contra hoc videtur militare id quod dictũ est prius: scilicet. xx. ca. huius. Ibi enim ait dominus: Altare de terra facietis mihi. Quod si altare lapideũ feceris mihi, non edificabis illud de sectis lapidibus. Poterat ergo altare fieri de alia materia, quam de lignis Sethim. Ad hoc dicũt aliqui, et bene, quod illud prius dictũ intelligi debet pro tempore quo erant futuri filij Israel in terra promissionis: et non pro tempore, in quo peregrinabãtur in deserto. Non enim bene congruisset eis tunc altare de terra aut de lapidibus, propter instabilitatem suam de loco ad locũ. Bene autem illis cõgruebat tunc altare de lignis Sethim, que facile poterant portari de loco ad locũ: quia leuia erant. Sed adhuc videtur quod postquam populus fuit in terra promissionis, quod etiam licuerit ei facere altare de alia materia, quam de terra aut lapide impolito: quia legitur. ij. Paralip. quarto, quod Salomon fecit in tẽplo altare eneũ valde magnũ. Ad hoc dicendum, quod populus erat pronior ad idololatriam cũ esset in deserto, quam postquã fuit in terra promissionis. Et ideo quod non licuit in vno loco licuit in alio. Ne ergo adoraret altare eneũ, propter sui pulchritudinem in deserto: tũc prohibuit dominus ne tale sibi fieret. Lignũ autem non est tã pulchrũ aut preciosum, vt possit esse inductiuũ ad idololatriã: et ideo non est simile.

¶ Quintũ dubiũ: Cur hic non exprimitur profunditas altaris holocausti, sicut exprimitur longitudo illius, pariter latitudo et altitudo illius? Respõsio: quia nõ habebat propriũ fundũ, sed ex illa parte erat apertum, et habebat terrã pro fundo: et ideo non potuit describi fundum illius, sicut alie dimẽsiones. Erat enim factum ad modum arce quadrate, carentis fundo. Interius autem cõcauum erat: vt dicitur in textu.

¶ Sextũ dubiũ: Cur dictum altare non erat repositum intra tabernaculum, sicut arca, et sicut mensa propositionis? Responsio: conueniens fuit quod non esset intra tabernaculum: sed extra, scilicet in atrio tabernaculi, vbi etiam occidebantur animalia offerẽda super illud: et hoc propter munditiã ipsius tabernaculi seruandã. Insuper etiam quia nõ potuissent ibi hostie cremari. Sic enim de facili potuissent cortine, que erant sub tectũ ipsius tabernaculi, inflammari, cũ non distarent a pauimẽto tabernaculi, nisi per de-

cem cubitos: tūc etiam ne populus Judaicus fieret similis idololatris / qui immolabant et offerebāt victimas suas super altaria que erant in templis idolorū / et eis dedicata.

¶ Septimū dubium: Cur altaria ecclesie Christiane sunt lapidea / et non lignea / sicut tēpore Moysi? Ad hoc potest dari multiplex ratio. Prima est propter preceptū ecclesie / de quo habetur de cōse. distin. j. altaria si non fuerint. Ubi sic dicitur / altaria si non fuerint lapidea / chrismatis unctione non cōsecrenť. Scda ratio est figuratiua: Nam in figurā huiꝰ institutionis legitur Geñ. xxviij. q Jacob erexit lapidem in titulū / fundens oleum desuper. Tertia ratio est similiter figuratiua: Nam de Christo dicit apo. j. Cori. x. Petra erat Christus. Altare igitur lapideū expressius Christū designat ꝙ ligneum / super quod offerť deo patri in missa ipsemet Christꝰ. Et quāuis dicať de altari ecclesie Lateraneñ. que habetur Rome / q lignū sit: vt ponitur in glo. supra predicto cap. ex hoc tamen priuilegio non potest sufficienter haberi q ita debeat esse de ceteris altaribus aliarū ecclesiarū / qꝛ priuilegiū vniꝰ non facit legē cōmunem: vt dicitur de regulis iuris / libro. vj. Queādmodū ergo lignū est minus stabile et durabile ꝙ lapis: ita etiā ad designādū q lex vetꝰ aliquādo erat finienda / et precipue quātū ad cerimonialia et figuralia / iuxta illud Mat. xj. Lex et ꝓphete vsqꝫ ad Joañē. Lex aūt noua vsqꝫ ad finē seculi duratura / iuxta illď eiusdē Mat. vlt. Ecce ego vobiscū sū / vsqꝫ ad cōsummationē seculi. Itē Luce. xxij. Ego (inqť Christꝰ) rogaui ꝓ te Petre / vt nō deficiat fides tua: qď intelligitur de fide ecclesie: voluit dñs propter p̄dicta / vt altare tabernaculi Moysi esset de ligno: vbi tñ altare in lege gratie est lapideum. Et quāuis multa sint superiꝰ dicta de altari / tā i sensu morali ꝙ allegoricali: ꝙ etiā anagogicali: videlicet. xx. ca. sub vltima clausula. nihilominus ꝓ formis tenēda / adhuc aliqua sub breuitate dicemus conformiter ad predictos.

¶ Moraliter ergo et primo altare holocaustorū / de quo hic loquiť Moyses / designat corda iustorū et deuotorum / deo totaliter deditorum. Materia autē dicti altaris que erat de lignis sethim / que imputribilia erant / designat q corda talium debent semper esse munda et incorrupta per carentiā omnis culpe: quia sunt habitatio spiritussancti. Dicēte Apo sto. j. Corin. iij. Nescitis qꝛ tēplum dei estis / et spiritꝰ dei habitat in vobis? Si quis autem violauerit tēplum dei / disperdet illum deus. Templū enim dei sanctū est / quod estis vos. Hec ille.

¶ Moraliter et secūdo / p altare de lignis sethim imputribilibus potest intelligi homo / q et si ad tēpus sit putribilis ex parte corporis / in spe tamen future resurrectionis imputribilis est / et incorruptibilis: qꝛ tūc

tunc nō moriet̃ sicut de Christo loquitur Aposto. Rom. vj. dicens: ꝙ Christus resurgens ex mortuis/ iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Quinqȝ autē cubiti huius altaris in longitudine/ ⁊ totidem in latitudine/ quinqȝ sunt sensus corporei/ quorū bonus vsus est necessarius in longitudine ⁊ latitudine vite presentis: scȝ vsqȝ ad mortem. Tres autem cubiti in altitudine designant illam sanctā trinitatē/ virtutū theologarū que se tenent ex parte anime: que sunt fides/ spes/ charitas/ que dirigunt predictum altare. i. hominem in altū. i. versus celū. Vñ Aposto. j. Corin. xiij. Nūc manent fides/ spes/ charitas/ tria hec. Cornua autē per quatuor angulos dicti altaris/ significant doctrinā quatuor euāgelistarum/ que iam fuit sufficiēter denūciata per quatuor angulos mūdi: iuxta illud Psal. In omnem terrā exiuit sonus eorum/ ⁊ in fines orbis ⁊c̄. Et hoc est qđ Christus precepit suis apostolis/ post suā resurrectionē. Marc. vlti. dicēs: Eūtes in mundū vniuersum/ predicate euangelium omni creature. Quod autē subditur: Et operies illđ/ supple altare ere/ designat hominis fragilitatē. Nam es/ quod de facili contrahit rubiginē/ significat corpus humanum/ quod de facili contrahit rubiginem/ siue per infirmitatem/ siue per vetustatem. Et tali ere pro presenti cooperitur ꝑsens altare/ id est homo interior. Similiter ꝙ dominus iusserit Moysi fieri in hoc altari lebetes ad suscipiēdos cineres/ designat memoriā mortis. Nā in tali vase memorie debet homo reponere cineres mortis vel qui sequuntur mortem: iuxta illud Eccli. xviij. Omnes homines/ terra/ ⁊ cinis. Unde ad hoc rememorandum/ imponuntur in die cinerum/ cineres in frontibus Christianorū/ in modū crucis a sacerdote/ sub his verbis: Memēto o homo quia cinis es/ ⁊ in cinerem reuerteris. Item faciēda sunt ignium receptacula: quia habenda est memoria penarum inferni/ et purgatorij. Hec enim memoria multum retrahit hominem a peccato: dicēte scriptura Ecclesiastici septimo: Memorare nouissima tua/ ⁊ in eternum nō peccabis.

¶ Moraliter et tertio: ⁊ cōformiter ad fratrem Petrum Berchorieñ. altare significat virū iustum: vt dictum est. Et sicut dictum altare holocaustorum erat prope ingressum tabernaculi ad Orientem: intantū ꝑut dicit dominus Petrus Comest. ꝙ sacrificantes poterant videre ad interiora tabernaculi scilicet vsqȝ ad velum: ita et vir iustus debet esse per mētis cōtemplationem/ et affectionem ante tabernaculum paradisi. Debet etiam esse de lignis Sethim imputribilibus et incremabilibus/ per patientiam/ et sanctam perseuerantiam. Debet etiam esse factus ad modum arce per charitatem ⁊ capacitatem: quia scilicet charitas continet infra se deū et oēs proximos. Debet etiā esse ꝯcauus per profundam humilitatem.

item vacuus/per spiritualem paupertatem/et terrenorū abdicationem. Item debet esse non quidem solidus/per sanctitatis presumptionē: sed potius inanis/per timorem et fulsipsius iudiciū: scilicet quantū ad propriam reputationē. Itē debet esse laminis aureis crestis vestitus/per sonoram aliorū reprehensionem/et ad bonorū vocationem et predicationem. Ad istud enim sonare / ptinet alios ad iustitiam predicādo trahere et vocare: exemplo beati Philippi apostoli/ qui vocauit Nathanaelem. Item exemplo beate Marthe / que vocauit Mariam sororem suā. De primo Joā.j. de secūdo eiusdē Jo.xj. Istud altare debet habere quatuor cornua.i. quatuor virtutū cardinaliū laudem et gloriam. Debent tamen esse recurua.i. in se reflexa/ per sui reductionem ad propriam conscientiam.i. per omnis elationis repressionem et temperantiam. Debet habere quatuor ānulos.i. quatuor librorū euāgelicorum doctrinam et scientiam: et sic quadratū debet eē dictū altare.i. iustus per stabilitatem et cōstantiam in bono. Item istud altare debet habere craticulā ferream/ admodū retis.i. dolorem contritionis: que tamen debet suspendi catenulis spei/ de remissione peccatorum. Debet etiam habere fenestram ab Oriente.i. aperturam fidei et discretionis. Itē ibi debet semper esse ignis diuine charitatis/ et vt sic ibi cremantur et castigentur carnes/ cuiuscunqz carnalis delectationis: faciatqz ipse homo iustus et bonus in altari proprij cordis de seipso holocaustum spiritualis oblationis domino: de quo in Psalm. Sacrificiū deo / supple acceptissimū / est spiritus contribulat⁹. Itē necesse est/ vt illud altare cordis habeat debitas dimensiones virtutū: vt scilicet habeat quinqz cubitos in longitudine.i. quinqz plagarum Christi memoriam et compassionem. Item quinqz cubitos in latitudine.i. quinqz sensuum corporalium/ debitum regimen et debitam repressionem. Item tres cubitos in altitudine: id est/ sancte trinitatis rectam fidem: siue trium virtutū theologaliū / que sunt fides / spes / charitas/ ordinē et perfectionem. Talibus ergo circūstantijs debet esse edificatum altare cordis nostri: vt ibi fiat sacrificiū deo acceptum et gratum. Et breuiter illud est altare in quo ignis / supple diuine charitatis debet semper ardere: sicut in figura dicitur Leuitici.vj. Ignis in altari meo semper ardebit: quem nutriet sacerdos/ qz sacerdotes (et signāter prelati) debēt verbo et exēplo inducere subditos ad charitatem.

¶ Moraliter et quarto / per altare holocaustorum/ in quo carnes animalium offerebantur/ significatur penitentia: in qua caro propria immolatur deo: id est/ ad dei honorem. Quod autem dictum altare habebat quinqz cubitos in lōgitudine: designat qꝫ sunt quinque etates in quib⁹ necessaria est penitentia/

nitentia: que sunt adolescentia/iuventus/status virilis/senectus/et senium. In pueritia vero et etate decrepita/ penitentie austeritas non habet locum. Et totidem in latitudine: quia quinque sensus exteriores debent in penitentia exerceri. Et tres in altitudine: per quos significantur tres partes penitentie: que sunt contritio/ confessio/satisfactio. Per cornua altaris sursum tendentia: designatur spes de divina misericordia/ que requiritur i penitentia. Per lebetes autem et alia vasa requisita i altari/ intelliguntur instrumenta/ sive exercitia vere penitentie: que sunt ieiunia/ vigilie/ lachrymeasperitas/ huiusmodi.

¶ Moraliter et quinto/ ista omnia possumus exponere in malam partē/ ita vt altare significet malum principem vel prelatum: in quo/ vel per quē/ carnes pauperum cremantur: scilicet diversis penis et adversitatibus. Isti ergo habent multos subservientes sibi: et primo quidem forcipes: id est/ parvos ballivos et officiales rurales: qui non conātur nisi ignem rapinarum/ exactionum/ et variarum accusationum succendere. Alij vero sunt ignium receptacula: scilicet iudices et maiores/ qui accusationes solent audire et recipere: et si opus fuerit/ ad maiores remittere. Alij vero sūt lebetes: scilicet notarij vel consiliarij/ qui cineres habent servare: id est/ materias/ causas et determinationes causarū inregistrare: vt tempore et loco torqueāt pauperes/ etiam plus iusto: et de festuca faciunt frequenter trabem. Nec est eis cure (de malis loquor) nisi qualiter possint subtili ingenio extorquere pecuniam a pauperibus.

¶ Moraliter et sexto/ et similiter in malam partem/ per altare quod interius erat vacuū et inane: exterius autem eneū et pulchrum: significatur omnis peccator/ et signanter hypocrita/ qui exterius apparet hominibus bonus: cum tamen interius sit inanis et vacuus omni bono. Propter quod salvator Matthei vicesimotertio comparat hypocritas sepulchris exterius dealbatis/ que a foris patent hominibus speciosa: intus tamen plena sunt ossibus mortuorū/ et omni spurcitia. Et tales hypocritas sūmopere detestabat Augustinus: ita vt diceret ad fratres in eremo/ sermo.xxvj. O hypocrita/ caue ne ad mensam meā venias etc.

¶ Allegorice et primo/ per altare holocaustorū/ quod erat ante introitū tabernaculi/ designat ecclesia militās/ que est via per quam intratur in ecclesiam triūphantem. Nam sicut olim Romani habebant duo templa: quorū vnum dicebatur templum virtutis/ alterum autem honoris: ad quod non perveniebatur/ nisi per tēplū virtutis: vt dicit Aug. de civitate dei: lib.v.ca.xij. Itē Titus Livius lib.vij. de scdo bello Punico. Similiter Valerius Maximus.lib.j. Ita etiā nō pervenit ad ecclesiā triūphātem/ nisi per militāte.

militantē. Huiusmodi autē al-
tare est de lignis Sethim im-
putribilib⁹ constructū: qꝛ soli
boni et deuoti catholici perti-
nēt numero ꝛ merito ad eccle-
siam militantē: saltim secundū
presentem iustitiam. Est autē
presens altare lōgū / latū / ꝛ al
tū. Longū quidem / qꝛ durabit
ecclesia vsqꝫ ad consummatio
nem seculi. Latū vero / qꝛ ī om
nem terrā exiuit sonus aposto-
lorū. Altū autem / qꝛ spe eleua
tur vsqꝫ ad ecclesiam triūphā-
tem. Cornua autem per qua-
tuor angulos altaris: desi-
gnāt ipsam ecclesiam per qua-
tuor mundi partes dilatatam.
Uel dic / qꝫ quatuor anguli hu-
ius altaris / quatuor sunt euan
gelisteꝗ scripserūt dicta ꝛ ge
sta Christi / qui fuit verū alta-
re lapideū: qꝛ lapis erat Chri-
stus. j. Corinth. x. Lebetes au-
tem suscipientes cineres hui⁹
altaris: designāt viros sctōs /
qui in cordib⁹ suis humiliter
recondūt humilitatem ꝛ cha-
ritatem dominice passionis: si-
militer ꝛ passiones aliorū san-
ctorū. Unde ad hoc faciēdum
nos admonet apo. Heb. xij. di-
cens: Recogitate eū qui talem
sustinuit ꝛc̄. Et nota iuxta pre-
dicta / qꝫ sicut supra altare ho
locaustorū carnes animalium
cremabātur / supra aūt altare
incēsi (qꝫ erat itra tabernacu
lū) th⁹. ꝛ thymiama odoriferū
dn̄o offerebat. Insup ignis de
altari holocausti portabatur
ad altare icēsi / qꝫ interi⁹ erat:
ita ꝛ iusti in p̄senti debēt affli-
gere carnē suā p penitentiam.
Cū aūt fuerint intra taberna-
culū in celo hec omnia cessa-
būt. Ibi eni fragrat thus de-
uote orationis / ꝛ thymiama to-
ti⁹ deuotionis / illuc diuine lau
dis. Sola enim laus diuini no-
minis resonat ī ore omniū ele-
ctoꝝ in celo. Qꝫ aūt ignis trās-
ferebat de altari holocausti in
altare incēsi: designat / qꝫ eadē
charitas in numero q̄ est ignis
interior / q̄ habet in presenti
eadē etiā manebit ī illo taber
naculo celesti / qꝛ charitas nū-
quā excidit: vt dicitur. j. Co-
rinthioꝝ decimotertio. Quin-
immo charitas / que in ecclesia
militāte nascit / ꝛ imperfecta
habetur / in celo perficitur.
¶ Allegorice ꝛ scdo / altare
holocaustoꝝ / in quo cōburebā
tur hostie / designat statū laico
rū / ꝛ signanter agricolarū qui
subsunt igni tribulationis mul
tiplicis: ita vt frequēter pre te
dio optent mortē. Altare aūt
incensi / qꝫ erat intra taberna-
culū: designat statū clericorū
ꝛ religiosorū / q̄ debent esse to-
taliter incensi in amorē dei: et
bonū odorē reddere per bonā
famam ꝛ exemplaritatē. Pro-
pter qꝫ dicebat apo. ij. Corin.
ij. Christi bon⁹ odor sum⁹ deo
in his q̄ salui fiunt. Bon⁹ odor
(inquā) sum⁹ / scilicet predicā-
do Christi doctrinā verbo et
exēplo ad honorē dei. Differē-
ter tamen bonis ꝛ malis. ideo
subdit: Alijs quidem. i. malis /
odor mortis in mortem / qꝛ ex
hoc mouent ad inuidiā ꝛ odiū
cōtra nos p̄dicātes. Alijs aūt
. i. bonis: odor vite in vitā / qꝛ
ex doctrina ꝛ religiosa vita no
stra inducunt ad bonū: ꝛ tādē
pueniēt ad vitam eternam.
¶ Allegorice ꝛ tertio / ꝛ cōfor

mitet

miter ad fratrem Petrū Berchoriēn. altare significat ecclesiamq̄ circa se debet habere multa instrumenta. i. multarū personarū genera: scilicet forcipes. i. predicatores q̄ ignem charitatis debent facere in alijs ardere & lucere. Itē igniū receptacula per que intelligūtur illi qui ignem tribulationis Christi & martyrum: insuper & ignem tormentorū infernalis recolūt. Lebetes autē sunt illi q̄ cineres proprie mortis sepe recolunt. Uectes quoq̄ q̄ omnia supportāt: sunt illi prelati q̄ sciūt tempore & loco supportare imperfectiões subditorū. Uel qui bene nouerūt portare onera ecclesie / que multa sunt et grauia / quando officiū debite exercetur. Sed tales debent esse erei. i. firmi & solidi: inquantū in bono semp perseuerare debēt. Unde Job xxvij. Nūquid cū eo fabricatꝰ es celos / qui solidissime quasi ere fundati sunt. Ecce quid significant instrumenta altaris holocaustorum.

¶ Anagogice / predictū altare (quod dicebat holocausto rum) significat celū empyreū / quod est celū beatorū. Nā tā angeli q̄ anime ibi existentes se offerūt deo per modū holocausti: id est totaliter / & quantum possunt tendentes in deū per charitatē. Hinc est / q̄ doctores dicūt preceptum de dilectione dei non posse totaliter impleri in statu vie / sed tantum in patria. Q̄ autem altare illud holocausti / siue holocaustorum / erat constructum de lignis Sethim / que sūt imputribilia: designat perpetuitatem gaudij celestis iuxta illud Joan. decimosexto: Gaudium vestrū nemo tollet a vobis. Et in Psalm. Delectationes in dextera tua. i. in celo / vsq̄ in finem / id est in eternū. Q̄ autem dicitur in textu / q̄ dictum altare habebat plures cubitos in longum / latum / & altum: designat q̄ ex omni parte occurret materia gaudij ipsis beatis in celo: et nulla tristitie aut meroris. Cornua vero per quatuor angulos: designāt quatuor dotes / quas plenissime habebunt corpora electorum post generalem resurrectionem: que sunt immortalitas / agilitas / claritas / subtilitas. Cetera pertranseo breuitatis causa.

¶ Secunda clausula.



Facies et atrium tabernaculi / in cuius australi plaga contra meridiem erunt tentoria de bysso retorta. Centum cubitos vnum latus tenebit in longitudine / et columnas viginti cum basibus totidem eneis: que capita cum celaturis suis habebunt argentea. Similiter et in latere Aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum / columne viginti / et bases eneae eiusdem numeri / et capita earum cum celaturis suis argentea. In latitudine vero atrij quod respicit ad Occidentē erūt tentoria p quiquaginta

ginta cubitos/ et columne decem/ basesque totidem. In ea quoque atrij latitudine/ que respicit ad Orientem/ quinquaginta cubiti erunt/ in quibus quindecim cubitorum tentoria lateri vno deputabuntur/ columneque tres/ et bases totidem: et in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim: columne tres/ et bases totidem. In introitu vero atrij fiet tentorium cubitorum viginti ex hiacintho et purpura/ cocco quoque bis tincto/ et bysso retorta opere plumario. Columnas habebit quatuor/ cum basibus totidem. Omnes columne atrij per circuitum vestite erunt argenteis laminis/ capitibus argenteis/ et basibus eneis. In longitudine occupabit atrium cubitos centum/ in latitudine quinquaginta: altitudo quinque cubitorum erit. Fietque de bysso retorta/ et habebit bases eneas. Cuncta vasa tabernaculi in omnes vsus et cerimonias/ tam paxillos eius quam atrij ex ere facietis.

¶ Historialiter postquam in precedenti clausula actum est de formatione seu constructione altaris/ quod erat ante ingressum tabernaculi/ in quo inimo lauabantur ea que offerebantur domino: hic consequenter agitur de constructione atrij/ quod similiter erat ante ipsum tabernaculum. Dixit ergo dominus ad Moysen: Facies/ supple per interpositam personam/ te tamen principaliter dirigente: et atrium tabernaculi. vt autem dicit de Lyra/ atrium erat quedam platea magna/ sub diuo/ habens in longitudine centum cubitos ab Oriente in Occidentem/ et in latitudine quinquaginta: videlicet ab Austro versus Aquilonem. Erat autem dicta platea clausa columnis quinque pedum altitudinis/ in quibus pendebant cortine vsque ad terram: vbi cum paxillis et funibus figebantur/ ne a ventis mouerentur. In latere vero aquilonari ipsius atrij erant viginti columne/ et in latere australi viginti/ et in latere occidentali decem: et erant omnes de ere/ secundum quod habetur infra. xxxviij. c. et erant infixe basibus eneis/ eo modo sicut dictum est de alijs columnis existentibus in tabernaculo. Cortine vero habebant in latitudine quinque cubitos/ secundum longitudinem columnarum: et erant facte cum acu reticulato opere: vt dicit Ra. Sa. Ita quod vulgus quod erat extra atrium/ per foramina cortinarum poterat videre sacrificia et oblationes que fiebant in atrio per sacerdotes: et erant omnes de eadem materia/ scilicet de bysso retorta. Multa et alia ponit de huiusmodi atrio magister Nicolaus de Lyra in postilla sua. Vide ibidem. Vide etiam Josephum.

¶ Circa autem hunc textum et clausulam mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium: Cur non precepit dominus de atrio quod construeretur sub figura quadrata? Nam ex parte meridiana erat centum cubitorum/ et similiter ex parte aquilonari totidem. Ex parte vero orientali erat tantum quinquaginta cubitorum/

dicto⁊ū/⁊ totidem ex parte oc=
cidentali. Profecto huius dif=
ferētie aliam rationem litera=
lem dare nō possumus: nisi qꝛ
sibi placuit vt ita fieret. De eo
enī scriptū est in Psal. Omnia
quecunqꝫ voluit dominus fe=
cit in celo ⁊ in terra/ī mari ⁊c̄.
Nec iuste illi dicere possum⁹:
cur ita facis? vt dicit Job.xj.
¶ Secundum dubiū: Cur vo=
luit dominus vt atrium fieret
circa ⁊ prope tabernaculū? Di
cendum/ ꝙ hoc fecit propter
duo. Primo quidē propter re=
uerētiam ipsius tabernaculi:
ne scꝫ populares ad ipsum ni=
mis appropinquarent. Sicut
hodie cōmuniter fit in eccle=
sia quedā clausura inter cho=
rum ⁊ nauem/ ad denotādum
ꝙ laici (quādo sacra mysteria
celebrātur) stare vel sedere in=
ter clericos nō presumant: sed
pars illa que cācellis ab alta=
ri diuiditur/tantū patere de=
bet clericis psallentibus: vt di
citur extra de vita ⁊ hone.cle.
ca.j.quod incipit/ et laici. Se=
cūdo vero/vt sacerdotes ⁊ le=
uite liberi⁹ facerēt officia sua
circa altare holocausti/multi=
tudine populi exteri⁹ existēte.
¶ Tertiū dubium: Cur voluit
dominus vt ipsum atriū esset
tam amplum/vbi tamen ipsum
tabernaculum erat multo mi=
nus: propter quod fiebat ipsum
atriū? Dicēdum/ ꝙ hoc voluit
propter duplicem causam pre=
dictam. Unde sicut hodie ec=
clesie vel capelle/ quanuis in=
terdum in se parue sint/debēt
tamen habere in circuitu qua=
draginta vel triginta passus:
vt ponitur.xvij.q.iiij.sicut an=
tiquitus. ⁊ hoc propter reuerē
tiam sacrorum locorum: ita in
proposito.
¶ Moraliter et primo: Notā=
dum/ ꝙ sicut in edificio atrij
aliqua erant aurea/ alia argē=
tea/ ⁊ alia (⁊ hoc ꝓ maiori par
te) enea/ sic etiam in edificio
spirituali ecclesie/aliqui sunt
aurei: cuiusmodi sunt viri he=
roici et ꝑfecti in charitate dei
et proximi. Sed sicut aurum/
quanuis preciosum/tamen ra=
rum est: ita ⁊ tales viri heroici
et diuini rari sunt hodie super
terram. Alij autē sunt argen=
tei/ ⁊ qui cum patientia purgā
tur igne tribulationis: quorū
quilibet pro se tandem dicere
poterit illud Psalm. Igne me
examinasti/ et non est inuenta
in me iniquitas. Item idem
Psal. Argentum igne exami=
natum ⁊c̄. Et hi quanuis sint
in se pauci/ sunt tamen plures
prioribus. Alij vero sunt enei
siue cuprei/ quales sunt multi
peccatores: baptizati tamen ⁊
rectam fidem tenentes/qui ꝑ
tanto dicunt pertinere ad edi=
ficium ecclesie/largo modo ca
piendo ecclesiam: ⁊ tales sunt
in magno numero. Ecce quo=
modo plus est de palea in hor=
reo ecclesie Christiane/ ꝙ̄ de
vero ⁊ bono tritico.
¶ Moraliter ⁊ secundo/ atriū
in quo occidebantur animalia
que offerebātur deo/designat
statum religionis debite ob=
seruate. Nam sicut atriū erat
ante sanctuarium: ita et reli=
gionis obseruatio de propin=
quo disponit ad ingressum ta=
bernaculi superioris/quod est
celum. Unde de ea potest in=
telligi

religi illud Mattheı.vij. Cō-tendite per angustam portam intrare. In hoc autem atrio mactatur propria volūtas per votum obedientie. Item cor-pus per votum continentie. Insuper et res exteriores / per votum paupertatis volūtarie. Et hoc totum per modum ho-locausti: quod totum offereba-tur deo: quia de predictis re-ligiosus nihil retinet sibi. Co-lumne autem huius atrij signi-ficāt prelatos. Cortine vero / seu tentoria interius penden-tia subditos. Debēt huiusmo-di cortine circundare atrium religiōis per officium bone se-dulitatis. Debent dependere a columnis: id est: a prelatis p' exhibitionem obediētie et hu-militatis. Debēt habere quin-que cubitos in altū / per quin-que sensuum custodiam: et cen-tum cubitos in lōgum / per bo-nam perseuerantiam: et quin-quaginta in latum / per mutuā charitatem: quia teste Psalm. Ecce q̄ bonum / et q̄ iocundū / habitare fratres in vnum / sci-licet per charitatē. Ante eos debet esse velum depictū per honestam conuersationem: qđ quidem velum debet habere quatuor colores / per quatuor virtutes cardinales: ita vt de talibus religiosis possit dici illud quod dicit in litera: Fa-cies cortinas de bysso retor-ta / hiacintho / et purpura / coc-co quoqꝫ bis tincto variatas. Columne aūt iste / id est / prela-ti debēt esse vestiti lamina ar-gentea / per bonam exemplari-tatem quam debent dare sub-ditis: precedendo eos verbo et exemplo / instar Christi qui ce-pit primum facere / deinde do-cere: vt dicitur Actuum.j. Itē debēt esse vestiti basi erea / per constantie firmitatē. Relinquo sequētia q̄ longum nimis esset deducere ad propositū religio-nis. Tantum dicta sufficiant.

¶ Moraliter et tertio / p atriū exterius in quo immolabātur animalia / intelligitur atrium interius quod est conscientia humana: de quo figuratiue po-test intelligi illud. iij. Regum viij. Sanctificauit rex / supple Salomon / medium atrij: istud enī est atriū in quo debent ho-mines mactare animalia sua: id est / peccata per perfectam contritionem. Unde Psalmi. Tollite hostias: id est / peccata vestra: videlicet per contritio-nem / que principaliter et effe-ctiue tolluntur a deo / secundū illud Esaie. xliij. Ego sum qui deleo iniquitates tuas ꝓpter me. Sequitur autē vbi supra: et introite in atria eius / ado-rate dñm in atrio sancto eius: id est / in cordib' vestris: qꝛ scri-ptū est i eodē Psal. Sacrificiū deo spiritus contribulatus.

¶ Allegorice et primo / p atriū quod erat ante tabernaculū / designatur synagoga Judeo-rum / que precessit tabernacu-lum: id est / legē euangelicam. Nam sicut in atrio mactaban-tur animalia que dño offerren-da erāt: ita etiam tempore sy-nagoge mactabantur domino animalia diuersi generis / per que p̄figurabat̄ futura passio Christi / et sanctorum martyrū eius. Et sicut de atrio poterāt homines videre intra taberna-culum

culum: saltim vsq ad velū qd abscondebat sancta sanctoꝝ: sic etiā synagoga in ꝓphetis vidit aliquo modo mysteria legis gratie: et signanter aduentum et incarnationem filij dei. Hinc ecclesia canit dicens: Esaias cecinit: synagoga meminit: nunq̄ tamen desinit esse ceca. Unde in persona dicte synagoge sic cantamus in primo responsorio prime dominice aduentus: Aspiciens a longe: ecce video dei potentiā venientem: et nebulam totam terram tegentem: ite vos supple prophete obuiā ei: et dicite: Nuncia nobis si tu es ipse q̄ regnaturus es in populo Israel. Nō est tamen intelligendū: ꝙ ꝓphete veteris testamenti: aliquando dubitauerint de ipso mysterio incarnatiōis filij dei. Alias non fuissent veri ꝓphete: sed aliquas circunstantias ipsius nesciuerūt: de quibus et super quibus petebant informari. Per multitudinē aūt tentoriorum: cortinarū: et ceterorum pertinentiū ad cōstructionem dicti atrij: designat multitudo cerimoniarum et figurarum pertinentiū ad ipsum vetus testamentū: que tamē omnia et singula cessauerūt: quādo dixit Christus in cruce: cōsummatū est. supple vetus testamentum quantū ad pdicta.

¶ Allegorice et scdo: per atrium in quo mactabātur animalia: designat sancta crux: sup quā mactata et imolata est deo patri Christi humanitas: mediāte igne charitatis sue doloris. Per altare autē incensi (quod erat intra tabernaculū: et absconditum ab oculis populi) designat eiusdem Christi diuinitas: que abscōdita est ab oculis nostris pro presenti statu: qz deū nemo vidit vnq̄: vt dicit .j. Joan.iiij. Et Esa.xlv. Uere tu es deus absconditus. Et bene dicit Christi diuinitas altare incensi: quia reddit in celo odorē mirabilis incensi in naribus omniū electoꝝ: ita vt virtute talis incensi omnes trahātur ad ipsum: et dicāt illud Canti.j. curremꝰ in odorem vnguentorum tuorum. Et sicut atriū coniunctū et vicinū erat tabernaculo: sic et ipsius Christi humanitas coniuncta est in vnitatē suppositi cū diuinitate in persona filij dei. Hinc Athanasius in symbolo: Sicut anima rationalis et caro vnus est homo: ita deus et homo vnus est Christus.


¶ Allegorice et tertio: per pdictū atriū in quo (vt dictū est) immolabant animalia q̄ offerebat deo: designat vita actiua q̄ valde lata est et lōga: qz durat vsq ad mortem: et tunc finē capit. Per hoc autē ꝙ dictū atriū erat parū eleuatū sursum: quia in altitudine erat tantū quinq cubitoꝝ: vt dicitur in litera: designatur ꝙ qui dediti sunt vite actiue: cōmuniter sunt parum eleuati sursum per contemplationē: et hoc ꝓpter terrenas sollicitudines: q̄ deprimunt spiritū hominis. Unū Sapien.ix. Terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantē. Propter qd Christus Luc.x. dixit Marthe: per quā significat vita actiua: Martha Martha sollicita es: et turba-

ris

ris erga plurima. Tabernaculum autē: qđ erat multo altiꝰ eleuatum: videlicet versus celum: designat cōtemplatiuos: qui terrena contemnentes nō appetūt nisi celestia ꝛ eterna. Instar apostoli dicentis Phi. lip. j. Desiderium habens dissolui ꝛ esse cum Christo: ita vt contemplatiuus videat dicere domino illud Canti. j. Trahe me post te. Itē illud Psal. Sicut desiderat ceruꝰ ad fontes aquarū: ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deū fontē viuū: quando veniā ꝛ apparebo ante faciem dei mei. Fuerūt mihi lachrymne mee panes die ac nocte: dū dicitur mihi per singulos dies: vbi est deus tuus? id est: pre tedio inueniēdi deū per apertā visionem: qđ summe opto. Ecce igitur quomodo tabernaculum: id est contemplatiuus eleuatur versus celum. Quod autem tabernaculū esset multo strictiꝰ atrio: quod amplissimum erat: designat paucitatem contemplatiuoꝝ respectu actiuorum: vel forte paucitatem saluandorū: respectu damnandorū: quia vt habetur Matt. xx. Multi sunt vocati: pauci vero electi.

¶ Anagogice: per atrium possumus intelligere celum: iuxta illud Ezech. x. Atrium repletū est splēdore glorie domini. Itē in ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: cōcupiscit ꝛ deficit: scilicet in cōcupiscēdo anima mea in atria domini. Item in figura huiꝰ tabernaculi dicit de anima beata. Psal. v. q ipsa induta regalibus vestimētis stetit in atrio domꝰ regie. Applicatio est facilis. Quod autē atrium esset centum cubitorum in longum: item quinquaginta in latitudine: quinqꝫ autem cubitorum in altitudine (vt dicitur in litera) designat differentiam premiorū que dantur in illo atrio superiori. Unde Christus Ioā. xiiij. In domo patris mei mansiones multe sunt. Nam (secundum Hieronymum) veris ꝛ puris virginibus daf fructus centesimus: viduis sexagesimus: ꝛ bene vtentibus matrimonio: fructus trigesimꝰ. Quod vero de dicto atrio aliquādo loquatur scriptura singulariter: aliquando vero pluraliter: designat ipsam beatitudinem celestem esse vnam quidem ex parte obiecti beatifici: sed variam ꝛ multiplicē ex parte subiectorum: quibꝰ impertitur deus visionem sue essentie quantum ꝛ ſm quod vult: iuxta merita.

¶ Tertia clausula.



Recipe filijs isrl' vt afferant tibi oleū de arboribus oliuarū purissimū: pi loqꝫ contusum: vt ardeat lucerna sēper in tabernaculo testimonij extra velum: quod oppāsum est testimonio: ꝛ collocabunt eam Aaron ꝛ filij eius: ꝛ vsqꝫ mane luceat coram domino. Perpetuus erit cultus per successiones eorum coram filijs Israel.

¶ Historialiter. Postqꝫ in precedenti clausula dominus locutus est ad seruum suum Moyses

sem de cōstructione atrij / quod erat ante tabernaculum / et de modo constructionis illius secundum varietates dimensionum illius: hic consequēter loquitur de lucerna ardēte intra tabernaculum / dicens ad ipm Moysen: Precipe filijs Israel vt afferāt tibi oleum ꝛc. Hic ergo agit Moyses de eo qḋ erat necessarium ad illuminationē tabernaculi / tum propter decorem ꝛ honestatem illius / tū vt ibi de nocte posset clare videri. Quod autem precepit dominus per Moysē filijs Israel vt afferrent sibi oleum de arboribus oliuarum / intelligitur de fructu oliuarum expressum. Et nota ꝙ vt dicit de Lyra / istud oleum oliuarum tm̄ proprie dicitur oleum / ꝛ hoc propter sui excellentiam. Oleum autē nucū / vel cuiuscunqꝫ alterius materie / dicitur tm̄ oleum participatiue / et diminutiue. Purissimum.i.sine cuiuscūqꝫ alterius olei admixtione. Et hoc est ꝯ apothecarios / q̄ raro vendunt puras species / sed faciunt multas mixtiones: pilo qꝫ ꝯtusum: quia illud est purius ꝙ̄ illḋ qḋ teritur inter molas duas: vt ardeat lucerna ꝛc̄. Sequitur: Et collocabunt eam Aaron / et filij eius / id est / aptabunt. Hoc enim non licebat / nisi sacerdotibus.

¶ Circa hanc literam mouentur quedam dubia.

¶ Primum igitur dubiū: Quo in deserto (quod nihil gignit) vt habetur Numer.xx. poterat inueniri oleū de arboribus oliuarum purissimū. Ad hoc dicendum / ꝙ quando filij Israel exierunt de Egypto / fecerunt sibi prouisionem de omnibus necessarijs ad victū humanū. Inter que oleum oliuarū / siue oliue / ex quib⁹ dictum oleum conficitur / cōputate sunt. Sūt enim oliue / fructus magne nutritionis / et sustentationis. Et ꝙuis tali cibo nō indigeret populus in deserto / qui celesti pascebatur alimento / scꝫ manna: nihilomin⁹ populus potuit talem fructum conseruare ad alium vsum / scꝫ pro medicaminibus cōficiēdis. Uel dic ꝙ istud preceptum nō fuit exequutum / nisi quando primo venerunt filij Israel ad terram promissionis. Quomodo enim in deserto potuerūt filij Israel colligere oliuas de arborib⁹ / maxime cū dicatur Numer.xx. ꝙ ipsi conquerebantur de Moyse ꝛ Aaron / dicentes: Quare nos fecistis ascendere de Egypto / ꝛ eduxistis in locum istū pessimū / qui seri non potest: qui nec ficū gignit / nec vineas / nec malogranata. Et simile creditur de arboribus oliuarum.

¶ Secundum dubiū oritur propter illud verbū: vt ardeat lucerna. Contra hoc verbum videtur esse verbum illud qḋ habetur supra / circa finem secunde clausule.cap.xxv. vbi dominus dixit ad Moysen: Facies ꝛ lucernas septē / et pones eas super candelabrum / vt luceant ex aduerso. Patet ergo ꝙ erāt plures lucerne: ꝛ tamen hic nō fit mentio nisi de vna? Dicendum / ꝙ hic debet accipi singulare pro plurali: ita eñ aliquādo sic fit in sacra scriptura: sicut patet supra.viij. vbi dicit:

Uenit

Uenit musca grauissima in domo Pharaonis: id est/ multitudo muscarum.

¶ Tertium dubium oritur ꝓpter illud aduerbium: semper/ supple ardeat lucerna. Sꝫ quō semper/ maxime cum postea in ꝑsenti clausula dicatur ꝙ vsqꝫ mane luceat corā domino? Nō ergo per diem lucebant predicte septem lucerne: ⁊ per consequens non semper. Dicendum/ ꝙ ly semper/ referēdum est ad noctem/ et nō ad diem ⁊ noctē simul. Nam quolibet sero/ eas accendebat sacerdos/ et sic lucebāt vsqꝫ mane. Quamuis Josephus dicat/ ꝙ de die tres ex illis ardebant/ et omnes septē de nocte. Sic etiā fit in multis ecclesiis cathedralibus.

¶ Quartum dubium mouetur propter illud verbum: Perpetuus erit cultus ꝑ successiones ⁊c. Queritur ergo quomodo accipitur ibi perpetuus. Ad hoc sufficienter dictum est supra/ videlicet .xij. cap. huius/ sub prima clausula/ in solutio. ad decimumsextum dubiū: vide ibi.

¶ Moraliter ⁊ primo/ ⁊ cōformiter ad fratrem Petrum Berchoriēn. Per oleū in sacra scriptura intelligitur eleemosyna vel quodlibet opus pietatis: quia sicut oleum aliis liquoribus supernatat/ lapsos confortat/ esurientes cibat/ lumini pabulum prestat/ tumores sedat/ pugnatores inungit/ ⁊ ex amara radice oliuarum surgit: sic eleemosyna aliis bonis operibus supernatat et preualet: lapsos ⁊ esurientes reficit et refouet/ lumē boni exempli aliis prebet/ tumorem aliene superbie contra se sedat/ et ad pugnandum cōtra diabolum summe iuuat: dum tamē ex radice amara/ id est/ ex cordis vera compassione procedat: vt sic homo prius mentem super pauperem effundat/ ꝙ̄ manum ad subueniendum extendat. Dico igitur ꝙ Moyses/ id est/ ꝑlatus vel predicator debet precipere filiis Israel/ id est/ Christifidelibus/ que vident deum per fidem/ ꝙ ipsi offerant oleum domino: id est/ ꝙ dent eleemosynam pauperibus ꝓpter dominū deum: ⁊ ꝙ inde fiat lucerna bonorum exēplorum in tabernaculo ecclesie militantis/ quam scilicet Aaron ⁊ subditi eius/ id est/ ecclesiastici viri debent precipue accēdere: ⁊ per eleemosynam subuentionem debēt totum tabernaculū ecclesie lumine bonorum exemplorum decorare/ atqꝫ aliorum oculos illustrare: quia scilicet tēpore nocturno/ id est/ in tempore tribulationis ⁊ necessitatis debet precipue fieri eleemosyna. Tunc enim cadit sub precepto. Quādo autem et vbi dies prosperitatis ⁊ fertilitatis euenit/ tunc potest ista lucerna intercipi et secludi: quousque iterum nocturnum/ id est/ tempus necessitatis contigerit subinferri. Unde de viro pio ad pauperes/ et habente vnde possit eleemosynā facere/ dicitur Prouerbio. trigesimoprimo: Nō extinguetur in nocte/ scilicet aduersitatis/ lucerna eius. Sequitur: Et eleemosynas eiꝰ enarrabit omnis ecclesia sanctorum: id est multitudo bonorum pauperū.

¶ Moraliter et secundo: Per oleum

oleum oliuarum purissimū / in-
telligit eleemosyna: vt dictum
est. Istud enim oleū vngit dei
rigidam iustitiam / et iram quā
gerit contra peccatores: et fle-
ctit eam in misericordiā ⁊ mā-
suetudinem: quia scriptum est
Matthei quinto: Beati miseri
cordes: quoniam ipsi misericor
diam consequentur: scilicet a
Christo / qui ī die iudicij dicet
eis illud Matthei.xxv. Uenite
benedicti patris mei / percipi-
te regnum: Esuriui enim ⁊ de-
distis mihi mādūcare / scilicet
in pauperibus: quia quod vni
ex minimis meis fecistis / mihi
fecistis. Et hoc est quod ait
Psalm. Jocundus (inquit) ho-
mo qui miseretur / id est / qui hi
lariter facit eleemosynā: quia
hilarem datorem diligit deus:
vt dicitur.ij. Corint. ix. Talis
(inquā homo) commodat / sup-
ple pauperi: quia in alio secu-
lo superabundanter ⁊ superef-
fluēter retribuetur ei. Sequit:
Disponit sermones suos in iu-
dicio: q̄ sic dicet iudici Chri-
sto illud Psalm. Non abscondi
misericordiam tuam / supple a
paupere. Et notanter dicit / mi
sericordiam tuā: quia q̄ diues
sit pius ⁊ misericors ad paupe
res / hoc donum dei est. Sequi-
tur: Tu autem ne longe facias
miserationes tuas a me. i. sicut
fui pauperibus misericors pro
pter te: ita ⁊ tu nunc esto mihi
misericors: q̄d vtiq̄ fiet. Ideo
sequitur: quia in eternum non
cōmouebitur / scilicet per eter-
nam damnationem. Hinc scri-
ptum est Thob.iiij. Eleemosy
na a morte liberat / ⁊ non sinit
animam ire in tenebras. Fidu-
cia magna erit coram summo
deo / eleemosyna / omnibus fa-
cientibus eam. Hinc Christus
Luc.xi. ait: Date eleemosynā /
et ecce omnia munda sunt vo-
bis. Ecce igitur quid significa
tur per oleum oliuarum. Atta
men istud oleum debet esse pu-
rissimum. Tunc autem est pu-
rissimum / quando eleemosyna
de proprio vel de iuste acquisi
to fit. Ideo in signum huius
Tobias dixit filio suo: vbi su-
pra: Ex substantia tua fac elee
mosynam. Ubi glo. interl. Non
de rapina. Item Prouerbi.iij.
Honora dominum de tua sub-
stantia: quia vt habetur Eccli
xxxiiij. Qui offert sacrificiū ex
substantia pauperū / quasi qui
victimat filiū in conspectu pa-
tris. Et notanter dicitur in p̄-
senti litera: vt ardeat lucerna
semper ⁊c. Ubi notandum / q̄
tunc lucerna intra quam est o-
leum tunc ardet / quando elee-
mosyna fit cum gratia ⁊ chari
tate. Tunc autem non ardet /
quando fit extra gratiam / sed
cum peccato. Item notāter di
citur / q̄ huiusmodi lucerna de
bebat esse extra velum templi:
q̄ eleemosyna sicut ⁊ alia ope
ra misericordie nō habet locū
in celo / sed extra celū. i. in p̄sen
ti. Ideo Christus Lu.vj. ait: Da-
te (supple in p̄senti) ⁊ dabit vo
bis (scz ī futuro) vita eterna.
¶ Moraliter ⁊.iij. Per oleum
oliuarū / potest intelligi gratia
spiritussancti. Nā sicut oleum
oliuarum / est liquor dulcis / et
saporosus / vtilis / et virtuosus /
atq̄ fructuosus: ita et diuina
gratia est liquor spiritualis a-
nime rationali: dulcis / suauis /
atq̄

atqz ad multa vtilis. Et ideo sicut i domo familias oleū istud est summe necessarium: sic in domo conscientie oleū gratie est valde necessarium. Et ideo cum omni diligētia debet a nobis pcurari: scilicet a deo (qui dat eam effectiue) et a sanctis eius qui dant eam impetratiue. Et postqz habuerimus ipm oleū: debemus diligenter illud custodire: iuxta illud Eccles. ix. Oleum de capite tuo non deficiat. Et notandū qz istud oleū diuine gratie non nascitur de terra: quia non ex meritis nostris: sed de celo: id est: ex immensa dei bonitate et liberalitate datur nobis: dicente beato Jacobo in sua canonica. j. c. Omne datum optimū: et omne donū perfectum desursum est: descendens a patre luminum.

¶ Allegorice et primo: Lucerna est fides. Oleum aūt oliuarū: designat bona opera. Tunc ergo lucerna lucet: quando fidei adiunguntur bona opera: que sunt tanqz oleum dicte lucerne: quia vt habet Jacob. ij. Fides sine operibus mortua est. Et sicut lucerna: vel lucerne: in tabernaculo non lucebant nisi de nocte: adueniente autē luce diei extinguebantur: sic nec fides lucet nisi qzdiu durat nox huius vite. Adueniente autem clara luce future glorie: extinguetur fides: dicente Apostolo. j. Corit. xiij. Cū venerit qd perfectum est: euacuabitur qd ex parte est. Unde Esa. lx. Non erit tibi sol amplius ad lucendum: nec splēdor lune. i. fidei: illuminabit te: sed erit tibi dominus in lucem sempiternam: et deus tuus in gloriam tuam. Et nota qz propheta loquitur de statu glorie.

¶ Allegorice et secundo: et cōformiter ad glo. interli. Per lucernam: que debebat semp ardere i tabernaculo testimonij: intelligitur predicatio diuini verbi: q debet fieri in ecclesia. Accēsores aūt huius lucerne: sunt doctores: et egregij predicatores. Hic est qz in qualibet ecclia cathedrali debet deputari vna prebēda pro doctore: qui debet legere ad clerum: et pdicare ad populū. Et de hac lucerna pōt intelligi illud Lu. xj. Nemo accendit lucernam: et ponit eam sub modio: sed sup cādelabrum: vt luceat omnibus qui in domo sunt. Debet autē hec lucerna lucere corā dño: qz pdicatio debet fieri ad dei honorem: et animarum salutē. Non autem ad propriā gloriā: sicut quidam faciūt: qui faciūt omnia opera sua vt videantur ab hominibus Matt. vj. De qbus subditur qz receperūt mercedem suam.

¶ Allegorice et tertio. Lucerna: est sacra scptura: de q Luc. xj. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Ista autem lucerna fuit prioribus annis apud aliquos scholasticos et predicatores: quasi sub modio abscondita: et non supra candelabrum posita: dum plerioz scholastici quos appellamus bachalarios theologicos repleuerūt gymnasia sua: nescio quibusdā ineptis exercitijs et disputationibus: in quibus qui subtilior inueniebatur doctior reputabatur. Et similiter multi predica-

dicatores omissis sacris euangelijs et epistolis: quasi ad fabulas se contulerunt: vt viderétur aliquid noui dicere. Cōtra quos insurrexerunt dicti et appellati Erasmus et Luther9 Germani: qui vtinam in finibus suis stetissent: et non vltra vagati fuissent. Sic enim non esset hodie questio de erroribus Lutheranis: qui per totū mundum dispersi sunt. Sed p dei gratiam audio predictam lucernam sacre scripture politam iterū super candelabrum: dum hodie in sacro gymnasio Parisieñ. fructuose: et quedam theologice materie disputantur: et vt argutiarum elucidātur. Dum etiam predicatores omissis sacris literis: nō libēter audiuntur. Utinam ergo: atq; vtinam hec lucerna nunc et in euum ardeat in tabernaculo domini.

¶ Allegorice et quarto lucerna est Christus: qui verbo doctrine sane: atq; exemplo optime vite illuminauit mundum istū in suo primo aduentu: ita vt diceret Joan. viij. Ego sum lux mundi. Hec quidem lucerna fuit sub modio: quādiu fuit in vtero virgineo. Sed tūc posita est super candelabrum: qñ cepit Jesus facere et docere Actuū. j. Uel dic q tūc posita est super candelabrum: quando Christ9 extensus est in cruce. Et tūc ad modicū tempus hec lucerna extincta est: quādo scilicet ipse Christus tradidit spm deo patri. Sed sicut lucerna tabernaculi: postq ad tēpus extincta fuerat: iterum accendebatur: ita et Christo passo iterū accensus est in sua resurrectione: nec iterū extinguetur: qz vt dicit Rom. sexto: Christ9 resurgēs ex mortuis: iā nō moritur. Et nota q i hac lucerna est duplex luminare. s. mai9 et min9. i. duplex natura i Christo: vz diuinitatis: et istud est luminare maius: per qd illuminat omnis homo veniens in hūc mūdū: vt dr Jo. j. et hoc sufficienter: licet nō semp efficaciter. Itē ibi est lumiare minus. s. humanitas glorificata: vtz ex parte aie q corporis &c.

¶ Anagogice lucerna semper ardēs in tabernaculo: est Christus regnans in celo: de quo quidem taberneculo loquitur Psalmista cū pre admiratione glorie celestis ait: Domine qs habitabit in tabernaculo tuo? Uñ de huiusmodi lucerna loquitur Joan. Apoc. xxj. dicēs: Ciuitas supple celestis: de qua Psal. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Hec inquam ciuitas nō eget sole: neq; luna: supple materialibus: vt luceāt in ea. Nam claritas dei illuminabit eam: et lucerna ei9 est agn9: id est Christus: secūdum q homo. Ista sufficiant.

¶ Exodi vicesimooctauo.
¶ Prima clausula.



Pplica q̄q; ad te Aarō fratrem tuum cum filijs suis de medio filiorum Israel: vt sacerdotio fungant

bis: et j: t[illegible] vid: p̄a: [illegible] l: lib: 3: fo: 313.

 mihi

mihi. Aaron, Nadab, Abiu, Eleazar, et Ithamar: faciesq; vestē sācta Aaron fratri tuo, in gloriam et decorem. Et loqueris cūctis sapientibꝰ corde, quos repleui spiritu prudētie, vt faciāt vestes Aaron fratri tuo in gloriam ⁊ decorem: in quibꝰ sanctificatꝰ ministret mihi. Hec autē erūt vestimēta que facient. Rationale ⁊ superhumerale, tunicam ⁊ lineā strictam, cidarim ⁊ baltheū. Facient fratri tuo Aaron et filijs eiꝰ vestimenta sancta: vt sacerdotio fungantur mihi. Accipientq; aurū, ⁊ hiacinthum, et purpurā: coccū quoq; bis tinctū ⁊ byssum. Facient aūt superhumerale de auro, ⁊ hiacintho ⁊ purpura: cocco quoq; bis tincto, ⁊ bysso retorta opere polymito. Duas oras iunctas habebit in vtroq; latere summitatum: vt in vnū redeāt. Ipsa quoq; textura, ⁊ cuncta operis varietas erit ex auro ⁊ hiacintho, ⁊ purpura: coccoq; bis tincto ⁊ bysso retorta. Sumes quoq; duos lapides onychinos, et sculpes in eis nomina filiorum Israel: sex noīa in lapide vno, ⁊ sex reliq̄ in altero: iuxta ordinē natiuitatis eorum. Opere sculptoris ⁊ celatura gemarij sculpes eos noībꝰ filiorum Israel, inclusos auro atq; circūdatos: ⁊ pones in vtroq; latere superhumeralis, memoriale filijs Isrl̄. Portabitq; Aaron noīa eorū corā dn̄o super vtrūq; humerū ob recordatione. Facies ⁊ vncinos ex auro, ⁊ duas catenulas auri purissimi sibijnuicē coherentes, quas inferes vncinis. Rationale quoq; iudicij facies opere polymito, iuxta texturā superhumeralis ex auro, hiacitho ⁊ purpura: cocco quoq; bis tīcto ⁊ bysso retorta. Quadrāgulū erit, et duplex. Mensurā palmi habebit tā in longitudine q̄ in latitudine: ponesq; in eo quatuor ordines lapidū. In primo versu erit lapis sardiꝰ, et topazius, ⁊ smaragdus. In secūdo: carbūculꝰ, saphyrꝰ, ⁊ iaspis. In tertio: ligurꝰ, achates, ⁊ amethistus. In q̄rto: chrysolitꝰ, Onychinus, ⁊ berillus. Inclusi auro erūt per ordines suos. Habebuntq; nomina filiorū Israel. Duodecim nominibus celabūtur, singuli lapides nominibus singulorū per duodecim tribus. Facies in rationali catenas sibi inuicem coherentes ex auro purissimo, et duos annulos aureos, quos pones in vtraq; rationalis summitate, catenasq; aureas iunges annulis, qui sunt in marginibꝰ eius, ⁊ ipsarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis, in vtroq; latere superhumeralis quod rationale respicit. Facies ⁊ duos annulos aureos, quos pones ī summitatibus rationalis, ⁊ in oris que e regione sunt superhumeralis, et posteriora eiꝰ aspiciūt. Necnon ⁊ alios duos annulos aureos, qui ponendi sunt in vtroq; latere superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciē iuncture inferioris: vt aptari possit cum superhumerali, et stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis, vitta hiacinthina vt maneat iunctura fabrefacta, et a

se

se inuicem rationale et superhumerale nequeant separari. Portabitq; Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suum / quando ingredietur sanctuariū: memoriale coram domino in eternum. Pones autē in rationali iudicij doctrinam et veritatē / que erunt in pectore Aaron / quando ingredietur coram domino: ⁊ gestabit iudicium filiorū Israel in pectore suo in cōspectu domini semper. Facies ⁊ tunicam superhumeralis totam hiacinthinam in cuius medio supra erit capitiū / et ora per girum eius textilis / sicut fieri solet in extremis vestium partibus / ne facile rumpātur. Deorsum vero ad pedes eiusdem tunice per circuitum quasi mala Punica facies ex hiacintho ⁊ purpura / ⁊ cocco bistincto / et bysso retorta / mixtis in medio tintinnabulis: ita vt tintinnabulum sit aureum / ⁊ malū Punicum. Rursumq; tintinnabulum aliud aureum / ⁊ malū Punicum. Et vestietur ea Aaron in officio ministerij: vt audiatur sonitus / quādo ingreditur ⁊ egreditur sanctuariū in conspectu domini / vt non moriatur. Facies ⁊ laminam de auro purissimo / in qua sculpes opere celatoris sanctum domino. Ligabisq; eam vitta hiacinthina / ⁊ erit super tiaram / imminens fronti pontificis. Portabitque Aarō iniquitates eorum / que obtulerunt ⁊ sanctificauerunt filij Israel in cunctis muneribus ⁊ donarijs suis. Erit autē lamina semper in fronte eius / vt placatus sit ei dñs. Stringesq; tunicam bysso: et tiaram byssinam facies / et baltheum opere plumarij. Porro / filijs Aarō tunicas lineas parabis: et baltheos ac tiaras in gloriam et decorem: vestiesq; his omnibus Aaron fratrē tuum / ⁊ filios eius cum eo. Et cūctorum cōsecrabis manus / sanctificabisque illos / vt sacerdotio fungātur mihi. Facies et feminalia linea / vt operiāt carnem turpitudinis sue a renibus vsq; ad femora: et vtentur eis Aaron et filij eius quando ingredientur tabernaculum testimonij: vel quando appropinquāt altare vt ministrent in sanctuario / ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron / ⁊ semini eius post eum.

¶ Historialiter. Postquā sanctus ꝓpheta domini Moyses in precedenti capitulo locutus est de tribus: videlicet de altari tabernaculi: de atrio eiusdē / atq; de oleo lucerne / siue lucernarum illius: hic consequēter satis diffuse loquitur de ornamentis summi sacerdotis et filiorum eius / siue de ministroꝝ dispositione. Unde totum presens capitulum nisi vnam clausulam cōplectitur. Sed omissa lōga expositione litere / que in alijs postillatoribus facile patere potest / nisi ad aliqua dubia circa huiusmodi literā me conuertam.

¶ Primum igitur dubium: cur dominus voluit vt fieret vestis tam solennis ⁊ preciosa Aarō / summo sacerdoti: maxime cum legatur Luce decimosexto / de diuite epulone in vituperium

eius: q induebatur purpura & bysso? Dicendũ: q actus hũani iudicantur boni vel mali principaliter ex parte finis. Unde philosophus in thopicis dicit: q cuius finis bonꝰ est: ipsũ quoq bonum est. Et econtra cuiꝰ finis malus est: ipsũ quoque malũ est. Da exemplũ de diuite: q dat elemosynã puellę vt corrũpat eam. Ueste igitur preciosa potest quis bene & male vti: secũdũ aliũ & aliũ finem. Nam si quis ea vtatur ad fastũ & propriam gloriã: vt faciebat predictus epulo: tūc peccat. Unde Greg. homil. xl. de eo loquens ait: Si (inquit) cultus preciosarũ vestiũ peccatũ non esset: nequaq̃ sermo diuinus tam vigilanter exprimeret: q diues purpura & bysso indutꝰ in presenti: nũc apd inferos torqueretur. Itẽ Chrysostomꝰ homil. xv. de eo cũ improperio dicit: q cinis: puluis et terra: purpurã & sericũ portat. Itẽ Idẽ Grego. vbi supra: Nemo preciosis vult indui: vbi a nemine credit posse videri. Si aũt quis vtatur preciosis vestibus ratione conditionis persone: siue dignitatis: siue rationẽ status tãtũ: tunc non peccat. Da exemplũ de rege. Item de põtifice aut sacerdote: officiãte i altari: & huiusmodi. In cuius rei signum dñs voluit: vt Aaron fieret vestis multum solennis: atq preciosa: & similiter filijs eius.

¶ Secũdũ dubiũ: Quare voluit dñs: vt vna pars vestium ipsiꝰ Aaron vocaret & diceret rationale? Respõsio in signũ: q etsi omnes homines rationis capaces debeãt vti ratione: maxime tamen hoc conuenit superioribus prelatis. Qui quanto gradu superiores existũt: tanto rationabiliores esse debent. Unde per rationale intelligit veri cognitio: et per superhumerale boni opatio.

¶ Tertiũ dubiũ: Utrum illa q̃ hic dicũt de Aarõ & filijs suis: tantũ debeant intelligi de proprijs personis eorũ? Dicendũ q non: sed etiã referenda sunt ad filios filiorũ suorũ: quãdiu lex illa vetꝰ durauit. Sicut q Christus dixit Petro: Pasce oues meas: pasce agnos meos Joan. xxi. non dixit ei tantum pro propria persona: verũ etiã in eo itellexit ceteros futuros prelatos ecclesie.

¶ Quartum dubiũ: Quid operabatur iste ornatus vestium Aaron in aduersarijs? Dicendum: q diuinitus operabatur in eis terrorem. Dicunt enim Hebrei: vt refert August. q in medio rationalis fuit quidam lapis quadrãgularis: magnitudine duorũ digitorum: in q̃ apparebat fulgor: quando scilicet dominus erat ipsis Hebreis placatus. Dicit etiã Josephus: q quando egressuri erant ad preliũ: tantus fulgor apparebat in lapidibus rationalis: maxime cũ deberent vincere: vt omni multitudini esset notũ deũ Hebreorum auxilio non deesse. Quando vero non debebãt vincere: dicti lapides non ita lucebant. Dicit insup dictus Josephꝰ: q dictus fulgor cessauit per ducentos annos priusq̃ scriberet: et hoc propter legis trãsgressiones.

Ita enim ipse scripsit in libro
antiquitatū / quē scripsit anno
xlij. post passionem domini / ad
instantiā Vespasiani impera-
toris: cū scilicet destructa fuit
Hierusalem per dictū Vespa-
sianum & Titum filiū suum.

¶ Quintū dubiū: Quare de ra
tionali dictū est Moysi a dn̄o.
Pones in eo quatuor ordines
lapidum: q̄ pauciores aut plu
res? Dicendum q̄ ideo / q̄ ex
quatuor vxoribus nati fuerūt
duodecim patriarche / qui i di
ctis lapidibus inscripti erant.
Ideo sequitur: In primo ver-
su. i. in primo ordine / siue i pri-
ma linea: erit lapis sardius / q̄
sic dicitur a sardis insula / vbi
fuit primo inuentus: et est san-
guinei coloris. Thopasius au
tem est lapis / qui quanto i in-
uentione rarior / tanto precio-
sior. Est aūt iste lapis diuerso
rum colorū / pro varietate indi
uiduorum suorū. Similiter et
Thopasius / qui etiā est lapis
preciosissimus. Smaragdus
est lapis nimie viriditatis / qui
etiam incurit viriditatem in re
sibi opposita. In secundo ver-
su. i. in secūdo ordine / erit car-
bunculus. Carbunculus autē
dicitur: quasi ignitus vt car-
bo: cuius fulgor nec nocte vin
citur. Nam adeo in nocte ful-
get / vt flammas ad oculos vi-
bret. Est autem carbunculus
nomen equiuocum / videlicet
ad quendam morbum sic di-
ctum: eo q̄ in ortu suo rubet
vt ignis: postea nigrescit vt
carbo extinctus. Item ad la-
pidem preciosum. Saphirus
lapis est / qui sereno celo simi-
lis est: qui percussus radijs so-
lis ardentem emittit fulgorē.
Jaspis est lapis obtusi viro-
ris / qui contra phantasmata
dicitur opitulari. In tertio Li
gurius: Fertur / q̄ iste lapis in-
uenitur in renibus bouis. Vel
vt alij dicunt licurius lapis
est / qui dicitur a linx lincis: eo
q̄ formatur et generatur ex
vrina lincis tempore indura-
ta. Achates lapis est / qui repe
ritur in quodam fluuio Sici-
lie: et fertur esse nigri coloris /
qui tempestates auertit: flumi
na sistit / et hominē gratiosum
reddit: sicut fuit Eneas qui ta
lem lapidem portabat in vagi-
na. Hunc etiam lapidem di-
cunt regem Pyrrhū tam exi-
mie speciei habuisse. Amethi-
stus est lapis purpurei coloris
vel violacei cum roseo virore:
qui ebrietatibus contrarius est.
Huius lapidis maxima copia
inuenitur in Ethiopia et In-
dia: etiam in aliquibus Ger-
manie partibus / qui in se vi-
lis est et obscurus. In quarto
versu / siue ordie / erat chrisoli-
tus / qui lapis est totus aure-
us. Et dicitur a chrisis quod
est aurum / quia fulget quasi
aurū / scintillas habens ardē-
tes / et est horis matutinis co
lore iocundior: qui si applice-
tur igni / statim corrumpitur: &
rupta materia velut si fuge-
tur ab igne resilit. Onichinus
lapis est / qui humani vnguis
habet colorem. Berillus est la
pis aquatici coloris / qui non
potest sculpi vt aiunt: id est vix
potest sculpi. Sculptum nem-
pe fuit / quia in eo nomen vni-
us filiorum Israel sculptum
fuit. Nec intelligendum est ha

bere colorem secundum se / cū aqua / vt sic non sit colorata. Sed dicitur habere colorem aque / solis radio perfuse. Et sic patet de quatuor ordinibus lapidum / qui fuerunt in rationali Aaron: de quo hic loquitur textus.

¶ Sextum dubium: Cur duodecim nomina filiorum Israel cum singulis nominibus duodecim lapidum preciosorum potius posita sunt in rationali pontificis / ꝙ in superhumerali eiusdem? Dicendum / ꝙ ideo / quia tunc dicta duodecim nomina non potuissent videri / nisi a magno homine / et multum propinquo magno sacerdoti. Posita autem in rationali magis erant in patulo ad legendum / etiam a remotis. Rationale enim ornamentum aliquantulum descēdebat magis ꝙ superhumerale.

¶ Septimum dubium: Quare tintinnabula / que erant in inferiori parte vestis Aaron / erant aurea: maxime cum aurum nō sit multum sonorum? Dicendum / ꝙ propter preciositatem et venustatem / atque soni maturitatem. Quamuis enim quodlibet tintinnabulū in se non esset multum sonorum nisi forte iuuaretur ex modo figurandi / qui multum facit in talibus: omnia tamen simul sumpta (propter multitudinem) reddebant sonum sufficientem & temperatum. Erāt enim (secundū Josephum) huiusmodi tintinnabula numero septuagintaduo / et mala punica totidem / que omnia erant ordinata scalariter circa pedes pontificis.

¶ Octauum dubium: Quid significat malum punicum: de quo etiam mentio sepe fit in sacra scriptura? Dicendum / ꝙ malumpunicum est dictio cōposite figure. dicitur enim de malum mali / quod est fructus quidam: & punicū quod est nomen regionis / que nunc dicitur Africa. Unde in historijs Romanorum / quando fit mentio de bello punico: intelligitur de bello quod habuerunt Romani contra Afros. Unde malum punicū alio nomine dicitur malogranatum / qꝛ sub vno cortice multa grana continet. adinuicem tamē optime ordinata.

¶ Nonum dubium oritur propter illud verbum: Facies & laminam de auro purissimo / in qua sculpes opere celatoris sanctum domino. Queritur ergo quid intelligitur per sanctum domino? Respondetur / ꝙ intelligitur nomen domini sanctum / quod dicitur tetragrammaton: id est / quatuor literarū / quod significabat domini sanctitatem. Iste autem quatuor litere / secundum Bedam: et ponitur hic in glo. ordinaria sunt iste. Joth: quod interpretatur principiū / heth / passionis / Uau vite. He / iste: Petrus autem Comestor aliter ordinat istas literas: videlicet in hūc modum. He / ioth / heth / Uau / que sonant: principium vite passionis iste. Qd est dicere: Per passionem huius quem prefigurat hic sacerdos / reintiabitur & recuperabitur vita in Adam perdita. Et

Et dicebatur nomen istud ineffabile (secundū Bedam) nō quia dici non posset: sed quia diffiniri: id est comprehendi sensu vel intellectu a creatura non potest iuxta illud Philip. quarto: Pax dei que exuperat omnem sensum custodiat &c.

¶ Decimum dubium oritur propter illud verbum: Portabitq; Aaron iniquitates eorum que obtulerunt et sacrificauerunt filij Israel &c. Videtur ergo ex verbis istis ꝙ animalia que obtulerunt filij Israel habebant aliquas iniquitates quas portare debebat Aaron. Hoc autē falsum est: quia sicut animalia non sunt susceptibilia gratie: ita neque iniquitatis. Dicendum: ꝙ sensus illorum verborū talis est. Portabit Aaron: id est asportabit tanꝗ sua: iure pontificij iniquitates: id est oblata pro iniquitatibus eorum: id est illorum Israeli: secundum ꝙ dictum est Osee tertio: Peccata populi mei comedent: id est oblata pro peccatis: que obtulerunt et sacrificauerunt filij Israel. Pro quo notandum: ꝙ eorum que offerebantur domino erat duplex differentia. Nam quedam talium ipso facto erant domino sanctificata: ita ꝙ non poterant cedere ad alios vsus communes. Alia autem non sic: sed cedebant partim in ius et vsum sacerdotum. Alia autem pars in vsum offerentium. Vel aliter secundum Petrum de Palude. Portabit: id est asportabit: Aaron vel auferet iniquitates eorū: id est peccata pro quibus oblata sunt munera et sanctificata. Sequitur: Erit autem lamina semper: id est determinato tempore: quando scilicet exequetur officium suum: in fronte eius scilicet Aaron: vt placatus sit ei dominus: scilicet pro populo oranti et offerenti. In fide enim passionis future Jesu Christi protestata in lamina aurea placebāt deo antiqua sacrificia: et non ex opere operato. Hinc Psalm. ait de domino: Sacrificium et oblationem noluisti: scilicet propter se et ex opere operato.

¶ Undecimum dubium: Utrum viri tempore legis antique vterentur femoralibus. Videtur ꝙ non: quia hic precipit dominus sacerdotibus: vt quando accedunt ad sacrificia offerenda domino vtantur femoralibus. Igitur extra tempus illud non habebant in vsu vel talibus femoralibus. Dicendum: ꝙ tunc erat duplex genus femoralium. Unum quidem commune omnibus viris: qui talibus dicti indigebant ad cooperiendam turpitudinem suam: que alias de facili potuisset videri. Hoc autem fuisset valde indecens: cum etiam multa animalia illam abscondant. Erat et aliud genus femoralium speciale: quo soli sacerdotes vtebantur: et hoc tantum: quando sacrificare debebant domino. Et de talibus femoralibus hic agitur.

¶ Duodecimum dubiū: Cur dominus precepit Moysi dicens: Facies et femoralia

Qq iiij linea:

linea: et non potius dicit femoralia? Ad hoc dicunt quidam, quod tunc etiã femine debebant uti feminalibus: et hoc in signũ pudicitie et honestatis. Nã femora sunt proprie virorũ, feminalia vero mulierũ. Unde Canti. vij. Junctura feminũ tuorum. Dicunt ergo aliqui quod feminalia sunt brache mulierũ. Sed iste modus dicendi videt ridiculosus. Ideo Isido. libro. xj. Ethimo. dicit, quod femina sunt partes femorum, quib9 viri in equitãdo dorsis equorum adherent. Unde et feminalia possunt dici virorũ: et ita hic accipiuntur.

¶ Notandum autẽ quod de vestibus sacerdotalib9 loquẽs Petrus Comestor ille ait: De his sane vestibus, de quib9 loquitur presens capitulum: quia cõfuse de illis loquitur historia, ad euidentiam cõgruo ordine prosequamur. Quatuor erãt vestes tam sacerdotibus minoribus (quos chaneos vocabãt) quam principi sacerdotũ (quem arabarchum appellabãt) cõmunes: et alie quatuor post illas, quibus solus arabarchus, id est, princeps vtebatur: quibus secundum ordinem hunc induebatur. Nã purificatus prius manibus et pedib9 aqua, sacerdos induebat se manachasim, grece: id est, brachis siue femoralibus. Secundo byssina sindone duplici vestiebatur, quam nos lineam strictam siue camisiam dicim9: que descendebat vsque ad talos, et erat decẽter corpori coaptata, sed manicis brachia valde cõstringebat. Tertio stringebatur balteo lato. Quarto simplicem tyaram gestabat in capite: que tamẽ differebat multũ a cidari pontificali, que erat in modum parui calamati vel modice cassidis. Et sic patet breuiter de vestibus minorum sacerdotum veteris legis.

¶ Sequitur de indumentis siue vestibus pontificalibus, secundum eundem Petrũ Comestorem. Super hec (inquit) proprijs quatuor vestibus induebatur arabarchus. Prima igitur vestis, siue tunica ipsius erat hiacinthina, poderis vel ipoditis dicta: id est talaris, que erat in modũ dalmatice facta. Habebat aũt pro fimbrijs. lxxij. tintinnabula aurea, quib9 erãt immixte totidem nastuli, que si mala punica, siue malogranata: ita vt post tintinnabulũ esset malogranatum, quasi interscalari modo posita: vt audiretur son9 cũ sacerdos solus ingrederetur vel egrederetur sanctuarium: et non moreretur. Secunda vestis erat Ephot, similis superhumerali grecorũ. Et erat ephot sine manicis ad modum collobij descendens vsque ad renes, in quo erant duo lapides onichini, in quibus erãt sculpta duodecim nomina filiorum Israel. Sex nomina seniorum in humero dextro. Et sex nomina iuniorũ in humero sinistro: et hoc ob recordationẽ duodecim filiorum Israel. Unde dicto ephot legitur Samuelem indutũ. j. Reg. ij. Itẽ Dauid. ij. Reg. vj. Erat aũt ipsum ephot mira pulchritudine vermiculatum. Tertia vestis erat rationale, que erat satis parua et

ua et quadrāgularis i mensurā palmi habēs. In hmoi autē rationali erāt duodecim lapides auro firmiter inclusi per quatuor ordines / in quibus erant sculpta duodecim nomina filiorū Israel: iuxta ordinē natiuitatis sue: vt gestaret summus sacerdos memoriale filijs Israel: vt popul9 vidēs nomina patrum suorū / satageret ne a virtute priorū degeneraret. Appellabat aūt rationale iudicij: qz scripta erant in eo hec duo nomina / iudiciū et veritas: vel / doctrina et veritas. Tradūt autem in medio rationalis fuisse lapidē quadrum / magnitudine duorū digitorū / in quo secundum coloris mutationē perpēdebant vtrū deū placatum haberent / an offensum. Josephus etiam dicit sardonicem / qui in dextero humero gerebat / cum sacrificiū pontificis deo placebat tanto splendore micare / q etiā procul positis radius eius appareret. Egressuris vero ad prelium / si deus cum eis esset / tantus fulgor in lapidibus rationalis apparebat: vt omni multitudini fieret manifestum eorū auxilio deum adesse: et ob id rationale iudicij nūcupari. Quarta vestis erat mitra et tiara / de qua Comestor sic inqt: Ultimū erat capitis ornamentum / qđ cōmunius tiara vel mitra dici potest vel infula / specialius vo cidaris. Eratqz tiara ista ad modū pdicte facta / que cōmunis erat sacerdotib9: super quam consuta erat alia tota hiacinthina / que circundabatur aureo circulo tribus ordinibus facto. Super frontē vero archarchi: id est / summi pōtificis pendebat lamina aurea / ad modū lune dimidie facta: i qua sculptū erat hagios Adonai: id est / sanctum nomē domini / scilicet tetragrammaton / quod ineffabiliter dicit: Non quia dici non possit: sed quia rem ineffabilē significat / quod his literis scribitur: Ioth / Heth / Vau / que sonant principium vite passionis iste. Quod est dicere: per passionē huius quem prefigurat hic sacerdos / renunciabitur et recuperabitur vita in Adam perdita. Hec Comestor / pter multa que omissa sunt breuitatis gratia. Hec autem que precipua sunt / hic inserere volui: propter illos qui dicti Comestoris non habent copiam.

¶ Moraliter et primo / per hoc q pdicte vestes / quāuis multū preciose / fuerunt tamen de mādato domini facte: significat q ea que applicantur seruitio et honori dei / nō sunt perdita: quantūcunqz sint in se pciosa. Nec illa sunt dicenda perdita / per que honoratur deus: et populus ad deuotionē excitatur / quicquid clament mundani: qui sunt similes proditori Jude / qui vt legitur Joan. xij. Uidens q Magdalena fudisset suum vnguentum super dominicos pedes / ait: Ut quid perditio hec? Potuit enim hoc vnguentum vendi trecētis denarijs / et dari pauperibus.

¶ Moraliter et secundo / et cōformiter ad magistrum Nicolaum de Lyra / per quatuor ornamenta que fuerūt in Aaron pōtifice / significātur quatuor que

que specialiter debent esse in quolibet pontifice. Primū igitur fuit lamina aurea pendēs super frontem: in qua fuit scriptum nomen domini tetragrāmaton: per quam intelligitur iugis memoria domini et legis ipsius. Unde de viro iusto ait Psalmista in principio sui psalterij: Beat⁹ vir qui in lege domini meditabit die ac nocte. Secundum fuit superhumerale, p quod intelligit quod pontifex debet supportare infirmitates subditorū. Unde Hebreorum. v. dicitur: Omnis pōtifex ex hominib⁹ assumptus, p hominibus constituitur. Sequit: Qui condolere possit his qui ignorant et errant. Tertiū fuit rationale iudicij: per quod intelligit potestas et scientia iudicandi. Quartum fuit tunica hiacinthina: q̄ erat colore celestis. Ideo significat cōuersatio nē celestē pōtificis. Unū Paul⁹ (q̄ et episcopus fuit) dicebat in psona oim episcoporū. Nostra cōuersatio in celis est. Philip. iij. Ja tunica aūt pōtificis erāt tintinabula aurea et mala Punica: p q̄ significat sana doctrina cū bona vita. Nec vnū sufficit sine reliquo. Qr (vt inquit Grego.) Cui⁹ vita despicit, restat vt ei⁹ pdicatio contēnat. ¶ Moraliter et tertio, et conformiter ad eundem de Lyra, per quatuor alia ornamenta que fuerunt ipsi Aaron et filijs ei⁹ cōis designant virtutes ministrorū ecclesie. Primū fuit feminalia linea, ad cooperiendum turpitudinē carnis sue: p quā significat castitas. Scđm fuit tunica linea: per quā significat conuersationis honestas. Tertiū fuit balthe⁹, siue cingulū vestes restringens: per qd designat moderatio rationis superflua restringentis. Quartū fuit mitra in capite, per quā designatur rectitudo intentionis: vt scilicet omnia fiant ad gloriam et honorem dei: dicente Aposto. i. Corin. x. Omnia in gloriam dei facite. Ista igitur quatuor debent esse in omnib⁹ ecclesie ministris gñaliter. ¶ Moraliter et quarto, et conformiter ad glo. interli. p hoc quod dominus mandat Aaron et filios suos sibi debere applicari, designatur quod tam pōtifices et prelati q̄ etiam ceteri sacerdotes debent quadam speciali sanctificatione pre ceteris populis domino applicari. Nec solum quidē per sacri ordinis dignitatem, verum etiam per bone vite sanctitatem. Sic enī iubet dominus Leuiti. xx. dicēs: Sanctificamini, quia ego sanctus sum dominus deus vester. Item supra. xix. Sacerdotes (qui accedūt ad dominum) sanctificentur, ne forte percuciat eos. Nam (vt dicit Gregorius in suo pastorali. c. xiij.) necesse est vt munda esse studeat manus, que sordes diluere curat alienas: ne tacta queq3 deterius inquinet, si sordida lutum tenet. Hinc Esaie. lij. dicitur: Mundamini qui fertis vasa domini. Hec ille. Et nota quod per hoc quod filij Aaron exprimūtur sub quadruplici numero, designatur quod in sacerdotib⁹ ad hoc quod bene alios regāt, requiruntur quatuor virtutes cardinales: que sunt iustitia, pruden-

prudentia/ fortitudo et tempe= rantia. Debent igitur tales se= parari de medio aliorum/ per sancte vite singularitatem: et prestātiorem sanctitatem: etiā per habitus et gestus et socie= tatis difformitatem. Unde do= minus Joan. xxi. Petrum in= terrogauit dicens: Diligis me plus his? Item Mat. v. ait idē Christus: Nisi abūdauerit iu= stitia vestra plusquam scribarū et phariseorum/ non intrabitis in regnum celorum.

¶ Moraliter et quinto/ iuxta illud: Faciesq; vestem sanctam Aaron etc. Notandū/ q vestis in sacra scriptura sanctā exem= plaritatem et honestā conuersa tionē designat. Quid est ergo/ q dñs mādat vt fiat vestis san cta Aaroni in gloriā et decorē/ nisi q conuersatio ecclesiasti= corū et signāter prelatorū / de bet lucere corā deo et homini= bus? Et hoc est qd dicit salua tor Mat. v. Sic luceat lux ve= stra corā hominibus: vt videāt opera vestra bona/ et glorificēt patrē vestrū q in celis est. Sim plicibus enī et subditis sufficit q boni sint corā deo. At pro il= lis q positi sūt vt alijs luceāt/ et lumen pbeāt/ requirit vestis sancta.i.exēplaritas bona. Si enī elephātes hominib° in soli tudine errātib° viā p quā am= bulent demōstrare satagūt: vt dicit Plini° i naturali historia lib.viij.c. de clemētia elephā= tū/ quanto magis debēt eccle= siē plati alijs verbo et exemplo ostēdere viā q ducit ad vitam/

¶ Moraliter et sexto/ et cōfor= miter ad fratrē Petrū Berch. et similiter ad Pet. Com. Notā dumq; vt trahit ex textu psen tis capituli/ oēs sacerdotes ve teris legis quatuor vestimētis vtebant. Primo nēpe ois sacer dos ante oia man° suas laua= bat. Scdo femoralia linea in= duebat. Nā ipsis/ inmi[?] usq pedi bus/ et strictis circa renes pudi bunda celabat. Tertio indue= bat tunica linea longa: vt pote vsq; ad talos prensa: et corpe et brachijs adaptata. Postea pro habebat baltheū seu cingu lum q̄tuor digitis latū/ flori b° purpureis coccineis et hiacin= thinis intextū: q sacerdos cin= gebat/ et q tunica linea(ne de= flueret) stringebat. Quartū pro indumentū erat tiara/ q quasi medietatē capitis operiēs vit= tis erat vndiq; circunstricta/ et qdā byssino velamine vsq; ad barba desup coopata. Istis q̄ q̄tuor ornamentis sacerdotes minores induebāt: et qn mini= strabāt i tabernaclo/ parabāt.

¶ Reuera (inqt) dicer° Petr°/ isti possunt cōitatē sacerdotū nros/ et gnaliter oim ecclesias= ticorū significare: qr pcerto tales debēt in primis et añ oia feminalia linea/ qb° genitalia tegebāt.i.virtutē purissime cas= titatis habere: q scz et renes et genna et oēs act° venereos de bet regere et stringere/ et ne tur pitudo alicui° inhonestas ap= pareat/ nā oia debeat castitas operire. Item tales debēt hre tunicā lineā longā exterioris honestas/ q scz ad pedes.i.vsq; ad finē vite attingat p perseue rantiā continētie et longanimi tas: vt sic de hmoi veste linea/ femoralib° et tunica.i.iteriori castitate et exteriori honestate

atq; mundicia dicat illud Le-
uit.xvj. Tunica linea vestiet
sacerdos / femoralibus lineis
verenda celabit. Itē tales de-
bent habere balthcum seu cin-
gulum pictoratū / de quatuor
coloribus preciosis factum / et
quatuor digitis mensuratū / p
quod intelligunt quatuor vir-
tutes cardinales simul ligate
et existentes / quibus tota com
pago morū cingit / stringitur
⁊ ornatur / et inde quicquid est
superfluū cohibet. Nam iusti-
tia stringit iniquitatem / forti-
tudo laxitatē / prudentia leui-
tatem / tēperantia voluptatē.
Iste etiā balthe⁹ quatuor vir-
tutum dicit esse mensura qua-
tuor digitorū / inquantū debet
inniti veritati quatuor euāge-
liorū. Tandē mitra linea istis
omnibus supereminens: id est /
tremor dei in capite cordis et
intentionis ponit / ibiq; vittis
charitatis stringitur: vt sit ti-
mor filialis / non seruilis / ⁊ ve-
lamento byssino / scilicet inno-
centia seu cordis mūdicia / de-
super premuntur / a quo ipsum
caput intentionis ornatur. Ti-
mor enim alijs virtutibus sup-
eminet / ⁊ ipsum caput cum sen
sibus / id est ipsam mētem cum
affectibus / velat ⁊ cohibet: ca-
pillosq; et cogitationes ne su-
perfluāt / manutenet. Unde di-
citur Eccli.xv. Timor domini
super oia se supposuit. Et Pro-
uerbi.xv. Per timorem domini
declinat omnis a malo. Paret
ergo resolutorie / ꝙ ecclesiasti-
ci debent habere quatuor or-
namenta: scilicet castitatē / pro
femoralib⁹: honestatē / pro tu-
nica: quatuor virtutes cardina-
les pro baltheo / siue zona: ⁊ ti
morem domini / pro mitra. Qd̄
vbi hec fecerint / erunt sacerdo
tes dñi / religione perpetua.
¶ Moraliter ⁊ septimo: ⁊ con-
formiter ad eundem Petrum:
notandum ꝙ vltra predicta a-
nabarchus / id est / summ⁹ sacer
dos habebat plura alia orna-
menta / scz tunicam hiacinthi-
nam / que corpus illius vsq; ad
pedes tegebat / queq; desup ca
pitium / ⁊ in fine limbū seu orā
fortem ⁊ contextam: quemad-
modū (vt ait textus) fieri solet
in extremis partibus vestiū / ne
rūpantur / habebat: vbi scilicet
tintinnabula aurea cum malis
punicis auro ⁊ quatuor colori
bus contextis vndiq; depēde-
bant: que pontifice tabernacu-
lum intrante / et domino mini-
strante sonitum dare debebāt.
Nam periculum mortis ponti-
fici imminebat / si sonus nō au-
diretur / i tabernaculo / cū illuc
intrabat. Per p̄dicta igit desi-
gnatur ꝙ episcopus / vel sacer-
dos / aut quicunq; alius in gra
du ecclesiastico constitutus / vl
tra feminalia castitatis / debet
habere tunicā lineam innocen
tie / ⁊ puritatem. Itē balthcum
siue cingulum charitatis. Itē
maram olum timoris / ⁊ humi
litatis. Itē debet habere vnā
tunicam hyacinthinam: id est /
colore fulgidam: scz celestē cō
uersationem / que celestem co-
lorē habeat: vt inter homines
positus celicā vitam ducat: di-
cente Apostolo Philip.iij. No-
stra conuersatio in celis est. Quā
scz tunicam honeste conuersa-
tionis plura debent concomi-
tari / scz ora / siue limb⁹ / fortiter
conte-

contextus in extremitate. Hec
est virtus perseuerātie/que scꝫ
debet esse fortis ⁊ solida/⁊ vsqꝫ
ad extremū vite protēsa/ ne sci
licet rūpatur tunica nostre ꝑfe
ctionis. Unde de ea dr̄ Sapiē.
viij. ꝙ attingit a fine vsqꝫ ad fi
nem fortiter. Item in ista tuni=
ca bone conuersationis debēt
esse malogranata. i. bona ope=
ra ⁊ exempla/ auro sapientie ⁊
quatuor coloribus. i. quatuor
virtutibus cardinalibus circū
stātionata ⁊ picta: vt sic ille sit
illa terra frumenti/ vini/ ⁊ olei/
in qua ficus ⁊ malogranata na
scuntur. Item ibi debent esse
aurea tintinabula. i. aurea docu
mēta: ⁊ verba/ ad eruditionem
aliorum dantia sonum per ꝑdi
cationem dulciter modulātia/
ad dei quidem laudē ⁊ gratia=
rum actionem: quia pro certo
quicunqꝫ ecclesiasticus/ ⁊ ma=
xime prelatꝰ/ indigne taberna
culum ecclesie/ ingreditur/ nisi
sonitus diuine laudis ⁊ predi=
cationis apud eum audiatur.
Quinimmo necesse est ꝙ incur
rat mortem culpe ⁊ pene eter=
ne omīs/ qui sine tali sonitu iu
dicium dei conspectibus homi
num administret. Unde Psal.
Ut audiam vocē laudis/ ⁊ enar
rē vniuersa mirabilia tua. Pa=
tet ergo ꝙ tunica hiacinthina
conuersationis celestis debet
habere limbum perseuerantie
⁊ durationis: malogranata/ seu
fructus bone operationis: so=
nitum diuine laudis et predi=
cationis.

¶ Moraliter ⁊ octauo: notan=
dum ꝙ vltra premissa summus
pōtifex habebat tria specialia
ornamenta/ scilicet superhume
rale/ rationale iudicij ⁊ cidā=
rim/ seu mitram. Erat autem
superhumerale quoddam pa=
ramētum humerorum pontifi=
cis de auro bysso retorta/ coc=
co bis tincto/ purpura ⁊ hiacin
thino contextum annulis ⁊ ca
tenulis aureis circumquaqꝫ
munitū/ et cū rationali iudicij
(qđ erat ornamentū pectoris)
colligatum. In isto ergo super
humerali erāt duo lapides O=
nychini/ id est/ preciosi: sic di=
cti/ in quibus nomina. xij. filio
rum Israel erant sculpta: ⁊ ibi
apposita ꝰnj ordinem primoge
niture sue. Hoc autem fiebat vt
summus pōtifex secum semper
gereret memoriā filiorꝫ Israel:
et vt studeret imitari patriar=
charum vitā ⁊ mores. Item vt
populus vidēs nomina dictorꝫ
patrū in humeris pontificis/ ito
ris viribus inhiaret ad ipsorū
virtutes imitandas. Rationa=
le vero iudicij erat pānus qua=
dratus/ ad ornamentum pecto
ris ordinatus/ quatuor colori=
bus predictis ⁊ auro cōtextus/
atqꝫ. xij. lapidibꝰ preciosis in=
signitus: in quibꝰ per quatuor
ordines nomina. xij. filiorū Is=
rael erant sculpta. Illud etiam
ista duo vocabula iudicium et
veritas cōtinebat. Erat etiam
iunctum cum catenis ⁊ anulis
aureis cū superhumerali quod
erat retro super humeros. Hec
igitur ad mores conuertendo/
notendū ꝙ per humeros in sa
cra scꝑtura/ pro eo ꝙ ab eis de
pendet fortitudo brachiorum/
significatur fortitudo ⁊ virtus
bene oꝑandi. Pectus vero/ vbi
est cor/ significat limpitudinē
bene cogitandi. Igitur per hu
merale

meralc/ornamentum humerorum: potest intelligi bona vita ⁊ patiētia. Per rationale vero/ potest intelligi bona sciētia et doctrina: quia pro certo sacerdos/siue pontifex/ debet habere ista duo ornamēta principaliter: scʒ patiētiam ad equanimiter sustinendum aduersa: siue virtutē ad bene operandū/ ⁊ scientiā ad bene ⁊ recte iudicandū: vt sic in pectore sit sciētia iudiciū seu ratio. In humeris vero patientia/ ⁊ bonorum operū executio. Unde Num. xi. vij. dr. Onera portēt in ꝓprijs humeris. Hec autē duo debēt constare de quinqʒ: scʒ de auro diuine sapiētie/ de purpura iusticie/ de bysso temperantie/ de cocco vel igne fortitudinis/ et de hiacintho vere prudētie: qr reuera istis quinqʒ virtutibus/ debet ornari pectus/ id est/ sacerdotis vita ⁊ patiētia. Debēt etiā ista duo catenis ⁊ annulis sibi iungi. i. cōmuni cōsonātia ⁊ cōcordia: qr scʒ tunc rationale pectoris cū suphumerali iūgitur/ quādo cōsciētia ⁊ vita/ cogitatio ⁊ operatio/ sensus et actus inuicē ꝯcordātur: ⁊ quādo tale bonū/ quod scʒ scitur ⁊ docet/ opere perficit. Et ꝓculdubio in superhumerali sunt duo lapides Onychini: qr scilʒ bona vita cōsistit in duobꝰ/ scʒ in declinādo a malo/ ⁊ in faciēdo bonū. Onychinus aūt lapis est ad modū vnguis/ q est corporū extremitas/ habēs viuacē colorē: ad denotandum ꝙ ista duo ad extremitatē vite ꝑ ꝑseuerantiā debent durare/ ⁊ nūꝙ desistere vel cessare.

¶ Notandū etiam/ ꝙ in rationali siue ornamento pectoris/ erāt. xij. lapides preciosi: ꝑ q̄ significatur ꝙ in mente pōtificis ⁊ ratione debēt inueniri. xij. articuli fidei. Unde Apoc. xij. In capite eius. i. in corde/ corona stellarū duodecim. Patet ꝙ ꝙ sacerdos/ vel ꝑlatus/ debet secum in pectore/ seu in corde/ portare nomina patriarcharū: ⁊ memoriā sanctorū patrū/ vt eos imitet. Itē etiā noīa filiorū Israel. i. subditorū: vt de eorū regimine curet diligēter/ ⁊ ꝓ ipsis dn̄m depcet. Talis etiā ꝑlatus debet in suo pectore. i. ratiōe ⁊ corde habere ista duo nomina scripta/ scʒ iudiciū ⁊ veritas: vt scʒ semꝑ habeat/ i. corde suo iudiciū quo ad ꝓximū/ ⁊ veritatē quo ad seipsum: iudiciū qdē iuste iudicādo: veritatē aūt recte discernēdo. Uel iudiciū q̄ malū puniat/ veritatē quo bonū eligat: vt sic de tali pōtifice possit dici illud Ps. Opera manuum eius / veritas ⁊ iudicium.

¶ Moralr et. it. notandum ꝙ xij. nomina lapidū/ de quibꝰ fit mētio in presenti textu/ sic possumus accipere. Nā tres primi ordinis/ vcʒ smaragdꝰ/ sardiꝰ/ topazius/ significāt tres virtutes theologicas: q̄ sunt/ fides/ spes/ charitas. Smaragdꝰ qdē (qui acuit splēdorē visꝰ) recte significat fidē que acuit ⁊ illuminat intellectū de credēdis. Unde fm August. fides est credere quod nō videas: ita eiḣ dicit de verbis Apost. ser. xxvij. Sardius (q pellit timorem) significat spem q̄ expectare facit beatitudinē cū quadā certitudine. Topazius (quo in thesau

ris regū nihil preciosi⁹ reperit/ s(ecundu)m Pliniū) charitatē designat: de qua dicit Apost. j. Corint. xiij. q(uod) maior hor(um) est charitas. Tres autē lapides preciosi secundi versus/ siue ordinis: qui sunt carbunculus / sapphirus/ iaspis/ designāt tres partes penitētie/ q(ue) sunt (con)tritio/ cōfessio/ satisfactio. Nā carbunculus: q(ui) igneus est: designat (con)tritionē/ que tūc ignea est/ cū est inflammata igne charitat(is) dei super oīa: (pro)pter cuius offensam (et) amorem/ penitēs dolet principaliter. Sapphirus q(ui) (s(ecundu)m Dioscoridē) aperit ostia clausa/ designat confessionem/ per quam aperitur virus latēs. i. peccatū cū spe venie. Iaspis aūt (q(ui) sanguinem restringit) designat satisfactionem/ que restringit voluptatē carnis: vt patet de ieiunio (et) maceratiōe carnis. Tres autem lapides preciosi tertij versus/ siue ordinis/ sunt ligurius/ achates/ amethistus: significant castitatē/ patientiā/ celestiū cōtēplatiōnē. In primis nēpe liguri⁹ (q(ui) fluxū vētris restringit) designat castitatē/ siue mētis (et) corporis munditiā. Achatē/ siue achates (q(ui) auertit tempestatē/ (et) vincit (peri)cula) significat patientiā/ siue stabilitatem. Amethistus (q(ui) hoīem vigilē facit/ (et) malā cogitatiōnē tollit) designat cōtēplationis sublimitatē/ (et) sapientiā celestiū atq(ue) notitiā. Quatuor autē lapides preciosi quarti versus/ siue ordinis q(ui) sunt chrisolitus/ Onychin⁹/ Berill⁹: significant humilitatē/ veritatem/ sobrietatē. Primo q(ui)dē chrisolitus (q(ui) dr demones terrere) recte designat humilitatē/ que superbos demones terret. Cōsequēter Onychin⁹ (q(ui) more speculi imagines rep(re)sentat) designat veritatē q(ue) rep(re)sentet res sicut sunt. Deīde berillus (qui quāto plus pallet: tāto est melior) significat sobrietatē/ siue abstinentiā: q(ui)a quāto pl⁹ corpus affligit cum discretione: tamē tanto reddit(ur) melior corā deo. Istos (er)go .xij. lapides. i. istas .xij. virtutes d(ebe)t continere quilibet deuot⁹ Christian⁹ generalit(er): et (pre)cipue quilibet pōtifex et (pre)latus specialit(er): q(ua)s quidē virtutes d(ebe)t in suo pectore (et) corde gerere: vt possit corā subditis relucere (per) bonā exēplaritatē: ideo de talibus duodecim lapidib⁹ dr Apoc. xxj. q(uod) mur⁹ ciuitat(is). i. viri iust⁹ habebat .xij. fūdamēta. ¶ Moral(ite)r (et). x. iuxta ornamentū cidaris/ q(uod) spectabat tm̄ ad pōtificē/ (et) q(uod) erat facta de bysso ad modū pyramidis sursum erecta/ in cui⁹ frōte erat lamina aurea ad modū lune/ medie figurata/ cui⁹ cornua erant superius eleuata/ q(ue) sc(ilicet) sup(er) frōtē pōtificis pēdebat/ (et) nomen dei tetragrāmaton (con)tinebat. Per hec oīa pōt designari q(uod) oīs pōtifex aut sacerdos d(ebe)t habere i(n) capite cordis sui duo sp(irit)ualia ornamēta/ sc(ilicet) vittā byssinā. i. (con)sciētie puritatē/ (et) laminā auream. i. sapiētie claritatē. Ista vero mitra mūditie d(ebe)t sursum tēdere (per) (con)tēplationē: (et) ab ipa d(ebe)t ipa lamina diuine sapie depēdere/ q(ue) vz nomē dei. i. reuerētiā (et) timorē ipsi⁹ d(ebe)t (per)petuo (con)tinere/ cornuaq(ue) honoris (et) glorie/ si (q(ua)s) h(abe)t) d(ebe)t sursū i(n) deū reducere (et) retorq(ue)re/ siue leuare: iuxta illud

illud Ps. Exaltabūtur cornua
iusti. Et alibi: Nō nobis dñe nō
nobis: sed noi tuo da gloriam.
¶ Allegorice ⁊ primo: ⁊ cōfor-
miter ad glo. interli. Aaron q̄
interp̄tatur mons fortis, Chri-
stum significat: qui fuit mōs p̄
dignitatis sublimitatem, ⁊ for-
tis in prelio quod habuit con-
tra demonē. Ps. Dominus for-
tis ⁊ potens, dñs potens in p̄-
lio. Unde ipse ait Joā. xij. Nūc
princeps huius mūdi eijcietur
foras. Item Lu. xj. Dum fortis
armatus, scilicet diabolus cu-
stodit atrium suū, in pace sunt
omnia que possidet. Sed cum
fortior eo surrexerit, scʒ Chri-
stus, tūc aufert ⁊c. Filij autem
huius Aaron fuerunt Aposto-
li. Tūc ergo applicatus est ad
deum patrem Arō cum filijs
suis, quādo Christus primo q̄-
dem assumptus est in celum, et
postea Apostoli eius: que q̄dē
applicatio facta est per passio-
nem et mortē. Sic enim eis p̄-
dixerat Christus Matt. xx. Ca-
licem quidem (inquit) meū bi-
betis. Unde Psal. Pricipes po-
pulorū, id est, Apostoli, cōgre-
gati sunt cum deo Abrahā: id
est, cum Christo: cui⁹ diem, id
est, incarnationem vidit Abra-
ham, scilicet per fidem: ⁊ gau-
sus est. Joā. viij. Vel dic, q̄ di-
cti principes congregati sunt
cum deo Abraham, id est cum
Christo multipliciter: videli-
cet ad apostolatum, ad predi-
cationis officium, ad passiōis
martyriū, ad celestē triumphū:
⁊ tandem congregabuntur in
die iudicij, iuxta illud Christi
promissum. Matth. xix. Vos q̄
secuti estis me, sedebitis super
sedes. xij. iudicantes. xij. trib⁹
Israel. Tunc autem dicti filij
assumpti sunt de medio filiorū
Israel, quādo quidē ipse Chri-
stus elegit dictos Apostolos
de medio populi Israel: q2 ad
literam omnes Apostoli fuerūt
assumpti de Judea, siue Gali-
lea, que vicina est terre Jude.
¶ Allegorice ⁊. ij. Arō sum-
mus pontifex, Christū prefigu-
rauit: nō solum quidem p̄pter
nominis interpretationē: vt di-
ctum est: verumetiam propter
ornatus decentiam. Ut enim
s̄pus patuit ex dictis Petri Co-
mestoris, summus pontifex le-
gis, siue Aaron, habebat qua-
tuor genera vestium, preter a-
lios sacerdotes. Prima igitur
vestis illius erat tunica hiacin-
thina, que descēdebat vsq̄ ad
pedes. Et hec vestis prefigura-
bat Christi carnem ⁊ humani-
tatem, que cooperiebat ⁊ cela-
bat eius diuinitatē. Abac. iij.
Ibi abscondita est fortitudo
eius, id est, diuinitas. Et Esa.
xlv. Vere tu es deus abscondi-
tus. Nō enim alias poterat di-
uinitas videri in terris ab ho-
minibus, ⁊ cum eis cōuersari.
Secūda vestis erat Ephot, si-
ue superhumerale. Et hec vestis
prefigurabat crucem Christi,
quam super humeros proprios
portauit dū duceretur in Cal-
uarie locum, vt ibi crucifigere-
tur. Unde Joan. xix. Et baiu-
lans sibi crucem, exiuit in eum
q̄ dicitur Caluarie locū. Ter-
tia vestis erat rationale. Hac
autem veste indutus fuit Chri-
stus, ab instanti conceptionis
sue: quia non more aliorū par-
uulorum hebes fuit: sed et tūc
plenus

plenus ratione et sapientia: in qua quo ad se non profecit. Quarta vestis erat mitra: siue tiara: aut cidaris: que cooperiebat caput pontificis. Et hec vestis prefigurabat coronam illam spineam: quam milites Pilati posuerunt super caput Christi: vt dicitur Mat. xxvij. Ecce igitur ornamenta pontificis nostri Jesu Christi: de q̃ apost. Heb. ix. loquitur dicēs: Christus assistens pontifex futurorum bonorum ꝛc.

¶ Allegorice ꝛ tertio: per hoc ꝙ pōtifex legis deferebat tintinnabula i extremitate vestis sacerdotalis: quotiens ingrediebatur tabernaculū: vt audiretur: prefigurabat Christi p̄dicatio quā facturꝰ erat in tēplo. Unde de eo dicit Luc. xix. ꝙ erat quotidie docens in templo. Alibi aūt dicitur: ꝙ erat predicans sabbatis in synagogis Judeorū. Luce. xiij. O q̃ suauem sonitū reddebant huiusmodi tintinnabula. i. Christi verba melliflua. Hoc autem precipue patet in vocatione peccatorū ad penitentiā: cum ait Mat. iiij. Penitentiā agite: appropinquabit eīn regnū celorū. Item cū ait: Uenite ad me omnes qui laboratis ꝛ onerati estis: et ego reficiam vos. Eiusdē Matthei. xi. Apud tn̄ malos et obstinatos hm̄oi tintinnabula tremorē merito incutere debebant: sicut cum ait Luc. xiij. Si penitentiā nō habueritis: oēs peribitis. Hm̄oi ḡ tintinnabula. i. xp̄i v̄ba apð bonos erāt aurea ꝛ dulcissima: sʒ apð malos ferrea ꝛ durissima.

¶ Allegorice et quarto: iuxta illud verbū dn̄i: Portabitque Aaron iniquitates eorū ꝛc. Notandū: ꝙ vt supra patuit: Aaron Christū p̄figurauit: q̄ portauit iniquitates populi. i. penā p iniquitatibꝰ illiꝰ debitā: scd̄ʒ ꝙ Esa. liij. dr̄: Oēs nos quasi oues errauimꝰ: vnusq̄sq; in viā suā declinauit: ꝛ posuit dn̄s in eo iniq̄tatē oīm nostrū. Sup quo glo. interl. penā quā p iniquitatibꝰ nostris portare nequimꝰ: sustinuit hō deꝰ. Hic Psal. ait: Dn̄s retribuet p me.

¶ Allegorice et quinto: iuxta illud v̄bū: Et cunctoꝝ cōsecrabis manꝰ. Notandū: ꝙ per cōsecrationē manuū sacerdotū veteris legis: p̄figurabat consecratio manuum sacerdotum legis euāgelice: siue in parte: siue in toto: vt patet de illis q̄ cōsecrant in vrbe Roma. Ista aūt cōsecratio fit: vt cū digitis cōsecratis: ꝛ nō alijs: valeat sacerdos tāgere Christi corpus. Uñ q̄ habēt totas manꝰ consecratas: possunt licite secundū omnes ꝛ singulos digitos tangere Christi venerabile corpꝰ.

¶ Anagogice oīa q̄ dicunt in p̄senti capitulo: possunt referri ad diē iudicij: ꝛ statum future glorie. Tunc eīn dicet deꝰ pater filio suo (cui dedit potestatē iudiciū facere: vt dr̄ Jo. v.) Applica ad te Aaron fratrem tuū: cū filijs suis: de medio filiorū Israel. i. vniuersam multitudinē electorū: segregando eos a malis: sicut pastor segregat oues ab hedis: vt sacerdotio fungaīt mihi. i. cōsecrētur ꝛ dedicēt p eternā gloriā. Uñ p̄ summū sacerdotē: in cuiꝰ ornatu erāt specialiter quatuor:

sez tunica hiacithina descendes vsq ad pedes: suphumerale: i q erāt duo lapides onichini: rationale in q erāt .xij. lapides p̄ciosi: in q̄b⁹ erāt sculpta .xij. noīa filioꝝ Israel: tiara siue mitra. Per huiōi (inquā) pōtificē sic decēter ornatū signi ficat stat⁹ martyrū regnantiū cū deo gl'iose in celo: ꝛ signāter post ḡnalē resurrectionē. Nā vestis talaris significat ipa corpora glorificata cū dotib⁹ suis. Suphumerale cū duob⁹ lapidib⁹ p̄ciosis visionē dei ex parte aie / pariter et fruitionē siue dilectionem dei ꝛ p̄ximi: q cōplebit pfecte i patria. Mitra aūt / siue cidaris: designat illā specialē gl'iaz accidētalē / siue aureolā q̄ dat p martyrio actualiter suscepto i p̄senti. Iste erit ornat⁹ pōtificū .i. martyrū i celo. Qui bene dicuntur pōtifices: tū q: de primis i celo: cū quib⁹ etiā annumeratur virgo Maria ratione doloris quē passa est i passiōe filij: similr ꝛ apli q oēs bibeſt calicē dñi .i. mortē corpalē p Christo passi sūt p̄ter Joānē q intra sepulchrū viu⁹ intrasse legit: q tñ ātea multa p̄pessꝰ ē p fide. Tū etiā pōtifices recte vocāt: q: se fecerūt pōtes p nobis: vt post eos trāsiremꝰ de hoc mūdo in celū. Nō tñ taliter q̄liter Christ⁹: q talē trāsitū nobis ɔdigne meruit: qđ nō illi. Suo tñ exēplo viā p̄dictā nobis ostenderūt. Per minores aūt sacerdotes legis: designāt iferiores sācti: q̄liter sūt ɔfessores ꝛ siles: q simlr suo modo inducnt post p̄dictā resurrectionē: de q̄bus etiā loquit dñs Apoca. iij. dicens: Ambulabunt mecum in albis: quia digni sunt.

¶ Exodi vicesimonono.
¶ Unica clausula.



Ed et hoc facies: vt mihi sacer dotio cōsecrent. Tolle vitulum de armento: ꝛ arietes duos immaculatos: panesq azimos: et crustulā absq fermēto: q conspersa sit oleo: lagana quoq azima: oleo lita. De simula triticea cuncta facies: ꝛ posita in canistro offeres. Vitulū autē ꝛ duos arietes: ꝛ Aarō ac filios eius applicabis ad ostiū tabernaculi testimonij. Cūq laueris patrē cū filijs suis aq: indues Aaron vestimētis suis .i. linea ꝛ tunica: ꝛ suphumerali ꝛ rationali: qđ cōstriges baltheo: ꝛ pones tiaram in capite eius: ꝛ laminā sanctā super tiaram: ꝛ oleū vnctionis fundes super caput eius: atq hoc ritu consecrabit. Filios quoq ei⁹ applicabis: ꝛ indues tunicis lineis: cingesq baltheo: Aaron scz ꝛ liberos ei⁹: ꝛ impones eis mitras: eruntq sacerdotes mei religione ppetua. Postq̄ initiaueris manus eoꝝ: applicabis ꝛ vitulū corā tabernaculo testimonij: imponētq Aaron ꝛ filij ei⁹ manus sup caput eius: ꝛ mactabis eū in conspectu dñi: iuxta ostium tabernaculi testimonij: sumptūq de sanguine vituli: pones sup cornua altaris digito tuo: reliquū aūt sanguinem

guinē fundes iuxta basim ei⁹.
Sumes et adipem totū q̄ ope-
rit intestina et reticulum ieco-
ris/ac duos renes: ⁊ adipem q̄
super eos est: et inferes incen-
sum super altare: carnes vero
vituli/⁊ corium/ ⁊ fimum cōbu
res foris extra castra/eo ꝙ pro
peccato sit. Unū quoq₃ arietē
sumes / super cuius caput po-
nēt Aaron et filij eius manus:
quē cum mactaueris/tolles de
sanguine eius/et fundes circa
altare. Ipsum autē arietē seca
bis in frusta / lotaq₃ intestina
eius ⁊ pedes pones super con-
cisas carnes/et super caput il-
lius: ⁊ offeres totum arietē in
incensum super altare: oblatio
est dño odor suauissimi⁹ victi-
me dñi. Tollesq₃ arietem alte-
rū / super cuius caput Aaron ⁊
filij eius ponent man⁹. Quē cū
immolaueris/sumes de sangui
ne eius/ et pones sup extremū
auricule dextre Aaron ⁊ filio-
rum ei⁹/ ⁊ sup pollices manuū
eoꝝ/ac pedis dextri: fundesq₃
sanguinem sup altare p circui
tum. Cūq₃ tuleris de sanguine
q̄ est sup altare/ et de oleo vn-
ctionis asperges Aaron/⁊ ve-
stes eius / filios et vestimenta
eorum. Cōsecratisq₃ ipsis ⁊ ve
stibus/tolles adipem de ariete
⁊ caudam/⁊ aruinam que ope-
rit vitalia/ac reticulū iecoris/
⁊ duos renes/ atq₃ adipem qui
super eos est/ armumq₃ dextrū
eo ꝙ sit aries consecrationis/
tortamq₃ panis vnius crustu-
lam cōspersam oleo / laganum
de canistro azimorū quod po-
situm est in conspectu domini/
ponesq₃ omnia sup manus Aa-
ron ⁊ filiorum eius/et sanctifi-
cabis eos/ eleuans corā domi-
no. Suscipiesq₃ vniuersa de ma
nibus eorum/⁊ incendes super
altare in holocaustum/ odorē
suauissimum in conspectu dñi:
quia oblatio eius est. Sumes
quoq₃ pectusculū de ariete / q̄
initiatus est Aaron/ sanctifica
bisq₃ illud eleuatum corā dño:
⁊ cedet in partem suā: Sancti-
ficabisq₃ ⁊ pectusculum conse-
cratum/ ⁊ armum quē de arie-
te separasti/ quo initiatus est
Aaron ⁊ filij eius: cedentq₃ in
partē Aaron ⁊ filiorū eius iu-
re ꝑpetuo a filijs Israel: q̄ pri
mitiua sūt/ ⁊ initia de victimis
eoꝝ pacificis/que offerunt do-
mino. Uestem autem sanctam
qua vtetur Aaron / habebunt
filij eius post eum / vt vngātur
in ea/⁊ consecrētur manus eo-
rum. Septem diebus vtetur il
la qui pontifex pro eo fuerit cō
stitutus de filijs eius/⁊ qui in-
greditur tabernaculum testi-
monij vt ministret in sanctua-
rio. Arietem autē consecratio-
nis tolles/⁊ coques carnes ei⁹
in loco sancto/quibus vescetur
Aarō/⁊ filij eius. Panes quo-
que qui sunt in canistro/ in ve-
stibulo tabernaculi testimonij
comedent: vt sit placabile sa-
crificium/ ⁊ sanctificentur offe
rentiū manus. Alienigena non
vescetur ex eis: quia sacri sunt.
Q; si remanserit de carnib⁹ cō
secratis; siue de panibus vsq₃
mane/combures reliquias ig-
ni. Non comedentur/quia san-
ctificata sunt. Omnia que p̄ce-
pi tibi/ facies sup Aaron et fi-
lijs eius. Septē diebus conse-
crabis manus eorum/ ⁊ vitulū
pro peccato offeres p singulos

Rr ij dies/

dies/ad expiandū. Mūdabisq3 altare cū immolaueris expiationis hostiā: et vnges illud in sanctificationem. Septē dieb⁹ expiabis altare et sāctificabis: et erit sanctū sanctorum. Omnis qui tetigerit illud/sanctificabitur. Hoc est quod facies in altari. Agnos anniculos duos p singulos dies iugiter. vnum agnū mane/et alterum vespere: decimā partē simile conspersē oleo tuso/ quod habeat mensuram quartam partem hin/ et vinū ad libandū eiusdē mensure in agno vno. Alterum vero agnū offeres ad vesperā/iuxta ritū matutine oblatiōis: iuxta ea q̄ dixim⁹/ in odorē suauitatis. Sacrificiū est domino deo oblatione perpetua in generationes vestras/ad ostiū tabernaculi testimonij coram domino: vbi constituā vt loquar ad te. Ibiq3 precipiam filijs Isrl' et sanctificabitur altare in gloria mea. Sanctificabo et tabernaculū testimonij cū altari: et Aaron cū filijs suis/ vt sacerdotio fungant mihi. Et habitabo in medio filiorum Israel: eroq3 eis deus: et scient quia ego dñs de⁹ eorū/q̄ eduxi eos de terra Egypti/vt manerē int' illos/ ego dñs deus ipsorum.

¶ Historialiter/ postq3 in precedenti capitulo actum est de ornamentis Aaron summi sacerdotis ac filiorum eius: hic consequenter agit de cōsecratione eorūdē sacerdotū: et de oblatione atq3 obseruātia ipsorū. In precedenti itaq3 capitulo sanctus legiffer Moyses determinauit de ornatu ministrorum domini: quod facit ad eorū decorem. Hic determinat de ipsorum consecratione/ q̄d pertinet ad eorū authoritatē.

¶ Circa ergo huiusmodi cōsecrationem duo principaliter facit Moyses/ pñti capitulo. Primo eni3 ponit antecedētia ipsam cōsecrationē in pricipio. Secūdo vero describit huiusmodi cōsecrationem: ibi: Cūq3 laueris patrem etc̄.

¶ Quantum igitur ad primum dixit domin⁹ ad Moysen: Sed et hoc facies vt mihi sacerdotio consecrentur. i. vt potestas ministrandi eis conferat. Tolle vitulū de armēto etc̄. Antecedentia ergo ipsam consecrationem/erant multa: vt hic tāgitur. Nā primo oportebat offerre vitulū/secūdo/ duos arietes imaculatos. tertio / panes azimos. quarto / crustulā. Est autē crustula / panis ex nimia decoctione quasi in crustā conuersus: vt dicit de Pal. Debebat autem huiusmodi crustula esse absq3 fermento/ conspersa tamen oleo. Quinto lagana azima/ oleo lita. Est autē laganum/secūdum eūdem de Pal. panis lat⁹ et tenuis: non asper fusus/sed illitus oleo. Quidā tñ (inquit) dicūt q' est panis coctus i aqua: ita vt sit tertiū genus panis a cocto in clibano/ et in craticula. Sūt ergo lagana panes azimi/ q̄si sices illis q̄s vulgo vocam⁹ fenellos: q̄ oportebat esse oleo lita: forsan vt essent suauiora ad edendū. Et dicebant hmōi panes lagana/a lagos/ q' est lep⁹: eo q' essent suauia ad edendū vt caro leporina. Sextū antecedēs p̄dictā cōsecrationē erat/ q' oia p̄dicta

predicta debebāt fieri de simila triticea. i. de delicata farina tritici. Nā z hoc modo hodie fieri solēt lagana a pistoribus vel pistricib⁹. Itē debebāt esse absq₃ fermento. Qd aūt sequitur: Et posita i canistro zc. expositione non indiget.

¶ Quārū igit ad secundū: in q̄ describit ipa cōsecratio sacerdotum: dixit dñs ad Moysen: Cūq₃ laueris patrem cū filijs suis aqua: indues Aaron vestimētis suis. s. linea. s. stricta bissina: z tunica: vcz hiacinthina: z superhumerali z rationali: qd cōstringes baltheo: z cingulo illo p̄cioso de quatuor coloribus. Et pones tiarā. i. albā in capite ei⁹: z etiā veste hiacinthinā: q̄ erat ppria sūmi sacerdotis: z laminā sanctam super tiaram. s. albam: z oleū vnctionis funde sup caput ei⁹. s. dicti sūmi sacerdotis: qz vt dr de Lyra alij sacerdotes iferiores nō vngebāt i capite: s₃ solū sūm⁹ sacerdos: z hoc ad denotādū: q potestas offerēdi ab ipso diriuabatur i alios. Dicūt tamē aliqui: q man⁹ eorū vngebantur: sed hoc nō habet ex textu. Nec est verisimile si ita fuisset q hoc nō fuisset expressum hic vel Leuit. viij. vbi ponitur executio consecrationis sacerdotum: que hic predicit fieri: cū talis esset qd notabile. Materia aūt huius vnctionis infra describitur. Sed forma vel figura non habetur in textu. De hoc tamē dicit Ra. Sa. q erat in figura caph Greci: incipiēs a capite z descendēs vers⁹ palpebras. Et fiebat cū digito ipsi⁹ cōsecrātis: intincto i vnctiōe. Notādū etiā: scdz pdictū dñm de Pal. q predictum oleū fundebatur super caput dicti Sūmi sacerdotis: priusq₃ tiara poneretur. Unde sicut non induebatur: nisi prius lot⁹ corpore: ita nec tiara imponebatur: nisi vncto prius capite. Huiusmodi ergo vnctio fuit preparatoria ad cōsecrationē: eo q fuit preparatoria ad capitis ornationem: p tiare impositionem.

¶ Sequitur: Filias quoq₃ ei⁹: scilicet Aaroni applicabis. i. patri tanq₃ principali coaptabis: z indues tunicis lineis: cingesq₃ baltheo: scilicet bissino: Aaron scilicet z liberos eius. Communiter enim omnes cingebantur baltheo byssino. vel super tunicam lineam. Sūmus quidem sacerdos cingebatur baltheo super tunicam hiacinthinam. Inferiores autē sacerdotes cingebantur simili baltheo super tunicam lineam: et impones eis mitras: scilic₃ bissinas. Et nota: q hic nō fit mētio de feminalibus: prius enim illis induebantur: antequ₃ scilicet ad tabernaculū offerrent. Turpe enim z indecens fuisset ill⁹s coram omnibus indui. Eruntq₃ sacerdotes mei religione perpetua. Non quia iam essent cōsecrati: sed quasi diceret: Et quo tantum processerunt: non poterunt retrocedere quia sint sacerdotes mei. Sequitur: Postq₃ initiaueris: id est: inchoaueris sanctificare z cōsecrare: manus eorum: quibus contrectant sancta: vt dicit interli. applicabis. i. adduces vitulū coram tabernaculo testimonij: imponentq₃ Aa-

ron & filii eius manus &c. hic agitur de executione consecrationis: quantū ad collationem potestatis immolandi vitulum pro peccato. Et ꝙ hic dicitur de immolatione vituli: debet etiam intelligi de vtroq; ariete: de quo prius dictū est. Per predictā ergo manuū impositionem super caput vituli: denotabatur primo ꝙ dabaf illis potestas talia immolandi in posterū: sicut & modo sacerdoti cū ordinatur: datur calix cū patena & vino. Itē diacono tribuitur liber euangeliorū: & sic de aliis. Secūdo in signum protestationis: tanq; dicerent: Testes sumus: ꝙ vitulus iste interficitur pro peccatis nr̄is: ita et nos si de cetero peccauerim⁹ moriemur: & mactabis eū in conspectu domini iuxta ostium tabernaculi testimonij. Et hoc vt statim videant quomodo postea facere debeant: sicut episcopus celebrādo missam in die ordinationis sacerdotum: ostendit ipsis ordinatis quomodo officia sua exequi debeant: sumptumq; de sanguine vituli: pones super cornua altaris digito tuo: reliquū autem sanguinem fundes iuxta basim eius. Ubi notandū: ꝙ altare sāguine tingebatur: in signū: ꝙ per talem oblationem peccatum dimittebatur: sed cornua: ad denotādum ꝙ peccata sacerdotum dimittebantur: quia ipsi sunt anguli & suprema pars populi. Reliqu⁹ autem sanguis qui funditur iuxta basim: significat populi peccatorū remissionem. Quod aūt dicitur in textu: Sumes et adipem: facile patet: vsq; ibi: Carnes vero vituli: & corium & fimum combures &c. Hoc aūt fiebat ad significandum: ꝙ de peccato nec caro mortua operationis praue: nec fimus fetētis infamie: nec pellis exterioris apparentie debet remanere in sacerdote: nec ab ipso ad alios procedere.

¶ Deinde cū dicit: Unū quoque arietem sumes &c. agit de traditione potestatis immolādi hostiam salutarem: dicēs: Unū quoq; arietem sumes. s. in holocaustum salutare: sicut modo missa celebratur et letania cantatur cū ceteris orationib⁹ pro his qui ordinati sūt. Cetera patent vsq; ibi: Oblatio est domino: odor suauissimus victime domini. Circa qđ notandum: & ponitur in glo. ꝙ dominus non delectaf in odore fumi taliū carniū: sed quia quod his significaf: delectat dominum. Deinde cum dicit: Tolles quoq; arietē alterum &c. Hic agit de traditione potestatis immolandi arietē consecrationis. Sequitur: Quem cū immolaueris: sumes de sanguine eius: & pones super extremū dextre auricule Aarō: quod est molle: & filiorū eius. Et hoc in signū: ꝙ deberent prompte obedire: in spiritualibus potissime: que per dextrā significantur: et super pollices manuū eorū: ac pedis dextri: et hoc in signū promptitudinis affectionis: & operationis spiritualis: fundesq; sanguinē super altare ꝑ circuitū: & hoc in signū ꝙ hec oblatio erat ꝓ sacerdotib⁹ iā sup alios cōstitutis.

cis. Non sic aūt dicebat̄ supra
de alio ariete / q̄ erat pro sacer
dotibus nondum consecratis.
Cūq̄ tuleris de sanguine ⁊c̄.
asperges Aaron et vestes eiꝰ /
filios ⁊ vestimenta eoꝝ: vt scȝ
simul cū suis vestibus conse-
crarent̄. Deinde cum dicit: Cō
secratisq̄ ipsis ⁊c̄. agit de tra-
ditione potestatis adolendi q̄-
dam de oblatis / dicens: Conse
cratisq̄ ipsis ⁊ vestibus / tolles
adipem. Tertius est clarꝰ vsq̄
ibi / eo ꝙ sit aries consecratio-
nis: id est; pro consecratione
oblatus. Primus enim aries
fuit oblatus quasi in holocau-
stum: iste vero quasi in sacrifi-
ciū pacificoꝝ: de quo (nisi es-
set pro peccato sacerdotis) ipse
sacerdos debebat habere ar-
mum dextrū ⁊ pectusculū. Qm̄
aūt erat pro peccato / vel con-
secratione eius: predicta debe
bant incēdi / ad honorem dei.
Sed ne tedio afficiā lectores:
remitto eos ad postillatores
pro reliquo textu.

¶ Circa ergo presens capitu-
lum mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū versat̄
circa consecrationem sacerdo
tū legaliū / de qua querit̄ cur
cum tot et tantis cerimonijs
fiebat: maxime cum consecra-
tio sacerdotū noue legis mul-
to expeditius fiat. Et hec que-
stio intelligitur tam de sacer-
dote summo / q̄ȝ de inferioribꝰ
et simplicibus. Dicendum / ꝙ
preter dei volūtatem (que fuit
causa generalis) causa specia-
lis fuit vt dicti sacerdotes ha-
berentur in maiori reuerentia
⁊ honore. Populus enim ille
Israeliticus / erat rudis et du-
re ceruicis: et difficilis ad ca-
pienda spiritualia et que dei
erant: quia grosso modo con-
uersatꝰ fuerat multo tempore
in terra Egypti: vbi etiam di-
dicerat opera Egyptiorum.
Et quia durum est assueta re-
linquere: ideo cum multis ce-
rimonijs et solennitatibus o-
portuit eum allici ad capien-
da spiritualia / et ad venera-
tionem eorum. Vel dic / ꝙ
illud factum est ad inuilen-
dum legem veterem (sicut rei
veritas est) multo grauiorem
lege euangelica. Propter qđ
beatus Petrus reprehendens
quosdam christicolas / q̄ erant
in primitiua ecclesia Actuum
decimoquinto / dicebat: Quid
tētatis deū / imponere iugū sup
ceruices discipulorum / quod
neque nos / neque patres no-
stri portare potuimus. Ab hac
igitur grauitate eripiens nos
Christus / paucis verbis fecit
suos apostolos sacerdotes in
cena / dicens illis. Hoc facite
in meam commemorationem.
Luce. xxij. Similiter ⁊ post re-
surrectionem paucis verbis fe
cit Petrum summum sacerdo-
tem / dicens illi illud Jo. vlti.
Pasce oues meas / pasce agnos
meos. Non enim absq̄ causa
predixerat ipse Christus Pe-
tro / dicens: Tibi dabo claues
regni celorum: et quodcunq̄
ligaueris super terram / erit li-
gatum ⁊ in celis. Et quodcun-
que solueris ⁊c̄. Mat. xvj. Ne-
mini eñ alioꝝ apostoloꝝ ita
particulariter locutꝰ ē Christꝰ.

¶ Secundum dubium: Utrum
summo sacerdoti virtute sue ꝯse
crationis cōferret̄ aliq̄ potestas

spiritualis. Dicēdū q sic: alia tamen longe minor q̄ sit potestas sacerdotum noue legis: q2 peccata illi remittere nullatenus poterant. Q3 autē illis cōferret aliqua potestas spiritualis: probat Augu. in questionibus super Exodū exponens illud verbū presentis capituli: Cōsummabis manus Aaron: et man9 filiorū eius. Per man9 (inquit) potestatem significauit: vt aliquid ipsi etiam cōsecrare possent. Predicta autem potestas sanctificatione cōsūmabatur: q2 precepti sunt sanctificari a Moyse. Hec ille. Qualis autē esset predicta potestas: aut quid respiceret: nō declarat Augustinus.

¶ Tertiū dubium est de summo sacerdotio: quomodo scilicet fuerit cōtinuatum vsq ad Christū. Dicendū q semp per vnū fuit continuatū: sc3 p primogenitū. Unde et Aaron successit Eleazar filius eius: et sic cōsequenter: et hoc de iure: q̄uis aliquādo de facto hec successio fuerit interrupta. Et si dicatur: q in aduētu Christi: siue tēpore passiōis ei9 fuerūt duo summi sacerdotes: Annas sc3 et Cayphas. Dicēdū: q vn9 eorū tantū erat summus sacerdos anno vno: sed bene verum est: q vnus erat pōtifex in anno vno: et alius anno sequenti: et sic mutuo de facto sibi succedebant: quamuis de iure summū pōtificium non extingueretur nisi per mortē. Unde et Joan. xj. sic legit: Cayphas aūt cū esset pontifex anni illi9. Hec aūt cōsuetudo erat de facto: et cōtra ius introducta: ad satisfaciendū ambitioni multorum. Et si arguat: q de iure poterant esse plures summi sacerdotes: q2 vt legit. j. Paral. xxiiij. Dauid volens ampliare dei cultū: instituit. xxiiij. summos sacerdotes. Dicendum: q inter omnes illos vnus erat q preerat alijs. Un sicut modo episcop9: q̄uis lepro sus: aut impotens ad exequendū pontificalia: nō deponit ante mortē: sed bene sibi datur coadiutor: secundū canonicas sanctiōes: ita nec tēpore legis antique.

¶ Quartū dubium est de sensu illorū verborum dñi dicentis: Eruntq sacerdotes mihi religione perpetua. Videt ergo q adhuc duret sacerdotiū filioꝝ Aaron. Dicēdū ad hoc in primis: q aliqd potest dici dupliciter perpetuū: vel simpliciter: sicut de dño dicitur in Psal. q dñs regnabit in eternū. i. in ppetuū et vltra: vel scdm quid. i. multo tēpore: sicut Leuiti. vj. dr de igne altaris: q erit ppetuus: q nunq̄ deficiet i altari: et tamen cōstat q tandē defecit. Et hoc modo sacerdotium Aaron et filioꝝ eius: religione perpetua durauit: quia vsq ad Christū q fuit sacerdos scd3 ordinē melchisedech. i. pfigurat9 p Melchisedech: q2 sicut ille obtulit Abrahe panē et vinū: ita et Christ9 obtulit se patri in ara crucis: cui9 corpus fuit figuratū per panē: et sanguis per vinū: ipso attestāte q ait Joā. vj. Caro mea vere est cibus: et sanguis me9 vere est pot9. Uel sic: Erunt mihi sacerdotes religione perpetua: sc3 in essentia: aut in eminētiori et dignio ri.

rt. Da exemplum de duce qui assumitur in regem. Talis enim remanet dux / non sub nomine ducis / sed in eminentiori. Da etiã exemplũ de canonico qui assumit in episcopũ / et de episcopo q assumit in summũ põtificem. Unde glo. interli. sup pre dicto verbo / religione ppetua: dicit q religio perpetua religionem Christianã significat. Igitur tam Aaron q filij eius fuerũt sacerdotes dei religiõe perpetua / quantũ ad rem quã significabat eorũ sacerdotiũ: vt dicit Augu. sup illud qd supra dictũ est / videlicet. xij. ca. Celebrabitis hãc diẽ solennẽ dño / in generationib⁹ vestris cultu sempiterno.

¶ Quintum dubiũ est de cõsecratiõe summi sacerdotis post mortẽ Moysi 7 Aaron / videlicet a quo fiebat. Et quidem de Eleazaro primogenito ipsius Aaron / legit Nume. xx. q mortuo dicto Aaron. Moyses de mandato dñi tulit vestem ei⁹ / et ea induit dictũ Eleazarum. Per qd sufficienter innuit / q de volũtate dñi successerit patri suo in summũ sacerdotẽ. Si aũt sine pluri / vel cũ simili cõsecratione / qua cõsecrat⁹ fuerat pater ei⁹ a Moyse / textus nihil dicit. Videt tñ q cũ simili cõsecratione. Nã pdicta forma cõsecrationis Aaron / fuerat a deo data ipsi Moysi pro eo et posteris põtificibus summis. Nunc ergo est questio de alijs pontificib⁹ q successerũt pdicto Eleazaro / a quo scʒ cõsecrabãt? Circa hoc ergo qdã voluerũt dicere / q cõsecrabãt a regib⁹ / pco q legit. iij. Re. viij. q Salomon statim postq fact⁹ est rex / eiecit Abiathar: vt nõ esset sacerdos dñi / 7 constituit Sadoch sacerdotem pro eo. Sed ibi ita non notãr q rex Salomon cõsecrauerit ipm in pontificẽ: sed q restituerit et summũ sacerdotiũ qd illi iure debebat / et non Abiathar. Jus tñ illd fuerat sopitũ siue a dño ablatũ pte de domo Hely / a quo descẽdit dict⁹ Sadoch: 7 hoc pp peccatũ qd habuit in negligentia puniẽdi filios suos Ofni 7 Phinees: vt dicit. j. Reg. ij. Et est simile de aliquib⁹ regib⁹ Frãcie / q vi armorũ reposuerũt nõnullos põtifices Romanos in sede sua / a qua prius eiecti fuerãt: 7 tamẽ nullus diceret q ppterea habeãt authoritatẽ / aut potestatem eos cõsecrãdi. Probabiliter g potest dici / q sicut nunc archiepiscop⁹ consecrat a suis suffraganeis / 7 ordinat: vt patet distin. lxvi. archiepiscop⁹. Et similiter Romanus pontifex ordinat 7 bñdicit ab episcopo Hostien. ita 7 tunc summ⁹ sacerdos consecrabatur ab inferioribus sacerdotibus.

¶ Sextũ dubiũ orit pp illud vbũ: Tolle vitulũ de armento / 7 arietes duos. querit g cur in sacrificijs Judeorũ sit tam frequẽs mẽtio de vitulo 7 ariete? Respõsio / vt nõ possent se excusare sup impossibilitate rei offerende. Hec enim duo genera animaliũ / videlicet vitulus et aries erãt valde cola apd eos / 7 signãter ariete: ita vt dicãt qdã / q arietes i terra pmissionis bis in anno concipiãt 7 pariant. Et in signũ hui⁹ vbi pcipiebãt offerre vnũ vitulũ simul iubebantur offerre duos arietes.

tes. Et huic dicto alludit illd psal. Oues eo℞ fetose abundātes in egressibus suis.

¶ Septimū dubiū orit̄ ꝓpter illud verbū: Septē dieb⁹ vtet̄ illa: scʒ veste pōtificali: q̄ pōtifex fuerit cōstitut⁹ ꝓ eo. Querit̄ ḡ vtrū ipse Aarō fuerit ad hoc astrict⁹. Uidetur ꝙ nō: sed tm̄ successores ei⁹: hoc em̄ videt̄ innuere text⁹. Dicendū: ꝙ ad hoc etiā obligabatur ipse Aaron post cōsecrationē suā: vt scʒ sacro ⁊ ope ꝓberet futuris pontificib⁹ ritū ⁊ formā ita agēdi. Sicut ⁊ hodie episcop⁹ in cōsecratiōe sacerdotū: cōsecrat Christi corp⁹ ⁊ sanguinē: celebrādo diuina: vt sic nouos sacerdotes exēplo instruat: q̄liter ⁊ ipsi celebrare debeāt. Et nota ꝙ p̄dicti septē dies debebant esse cōtinui: vt d̄r glo. interli. Nā p illos septē dies dedicabat̄ sacerdotiū. Nec erat tunc licitū pōtifici aut sacerdotibus q̄ cōsecrabant̄ exire sanctuariū: nisi forte ad horā tm̄: vtpote propter necessaria nature: vel aliquid simile.

¶ Octauū dubiū orit̄ ꝓpter illud ꝟbū: Uestē aūt sanctā qua vtet̄ Aaron: habebūt filij eius post eū: vt vngentur in ea. Et iterū post pauca: Septē dieb⁹ vtet̄ illa q̄ pōtifex ꝓ illo fuerit cōstitut⁹ ⁊c. Querit̄ ḡ quomodo talis vestis potuit tanto tēpore cōseruari in rerū natura: maxime cum talis ritus fuerit a Judeis obseruat⁹ vsq̧ ad aduentū Christi ? Dicendū: ꝙ nō mirū si tanto tēpore fuerit cōseruata talis vestis: quia erat de materia exquisita ⁊ fortissi q̄ nō poterat de facili cōsumi. Curiose etiā ⁊ diligēter custodiebatur intra tabernaculū: ⁊ postmodū īntra thesauros ⁊ insignia tēpli. Cū etiā cōe sit vestē inconsutilē dn̄i vsq̧ in hodiernū diē cōseruari apd̄ oppidū qd̄ Argētoliū d̄r: qd̄ est ꝓpe Parisius. Eā em̄ ibidē proprijs oculis conspexim⁹. Et de multis alijs legim⁹: q̄ vetustate parū cōsumpta vident̄. Forsan em̄ dn̄s voluit hm̄oi vestē tanto tēpore cōseruari in testimoniū sanctitatis ipsi⁹ Aaron: qui primitus ea indutus fuerat de mandato domini.

¶ Nonū dubiū mouet̄ ꝓpt̄ illud ꝟbū: in vestibulo tabernaculi. Querit̄ ergo qd̄ ꝓprie sit vestibulum: ⁊ vn̄ dicat̄: de quo sepe fit mētio in hoc libro: similiter ⁊ in Leuiti. Dicendū cōformiter ad dn̄ʒ patriarchā de Pal. ꝙ vestibulū d̄r a vestio vestis: q̄ vestiebat tabernaculū. Uestibulū igitur erat exterior pars tabernaculi: quā nos dicimus porticū: siue portalicium. Dicebat̄ autē vestibulū: a dea vesta: cui erat dedicatū. Uł q̄ in tēplo dee Ueste primo fuit factū: vel q̄ scd̄m idololatras in illa parte tēpli idolorū solebat esse imago eius: quasi dee Ueste sedibulū: vel cū vesta fabulū. Uesta aūt d̄r a vesto: tis: quedā dea paganoꝝ: scʒ terra: q̄ vestit̄ herbis et alijs rebus varijs. Uel Uesta scd̄ʒ eūdē de Pal. d̄r a vi: ⁊ sto stas: q̄ terra sua vi ⁊ natura stat. Uirgines aūt Uestales dicebātur q̄ eidē dee seruiebant. Uestibulū etiā d̄r a ve qd̄ est sine: et sto: q̄ intraturi i tēplū nō stāt in porticu: sed trāseunt ad interiorem partē: q̄cunq̧ modo illa vocet̄: siue sancta: siue scā sanctorū.

Decimum

¶ Decimū dubiū: q̄d intelligitur per sanctū sanctoꝝ: de quo hic fit mentio? Dicendū: ꝙ sanctū sanctoꝝ / dicit̄ q̄d est de numero sanctoꝝ / vel dī sanctum sanctoꝝ / in comparatione ad omnia alia / que ad ipsum altare pertinebāt. Uel dicit̄ scm̄ sanctoꝝ .i. sacrificioꝝ / ⁊ similiter sanctoꝝ ministroꝝ. Uñ dī: in textu: Omnis qui tetigerit illud / scȝ ad sacrificādū: sanctificabit̄. q.d. nō debet tangi nisi a sacerdotib⁹ prius sanctificatis.

¶ Undecimū dubiū mouet̄ ꝓpter illud v̄bū iam p̄teritū / vbi de sacerdotib⁹ ait dñs: Erūtq̄ sacerdotes mei religione ꝑpetua. Circa q̄d querit̄: Utrū ordo sacerdotalis legis antiq̄ imprimeret characterē / sicut et ordo sacerdotalis euāgelic⁹? Dicit̄ ꝓbabiliter / ꝙ sic. Cū em̄ character nō sit aliud (scd̄ȝ magistrū sentē. disti. iiij. quarti.) q̄ signū distinctiuū / q̄ fideles distinguunt̄ ab īfidelib⁹: sicut patet ꝑ characterē baptismalem: siue quo vnus fidelis distinguit̄ ab alio: sicut patet in charactere ordinis. Judei aūt ꝑ circūcisionē distinguebātur ab alijs nationib⁹: et ꝑ ordinē sacerdotij q̄dā ex ipsis differebāt ab alijs / sicut Leuite ab alijs tribubus: potest ꝓbabilit̄ dici / ꝙ tā ꝑ susceptionē circūcisionis / q̄ ꝑ susceptionē sacerdotij imprimebat̄ character / sicut modo per baptismum / et per susceptionē sacri ordinis.

ritur i anima deuota. Per hoc autem q debebat esse quadrãgulare: significatur q cor hois deuoti debet esse quadrangulare: per ordinẽ quatuor virtutum cardinaliũ. Et per hoc q debebat vestiri auro: designat charitas: qr sicut aurũ est prestantius ceteris metallis: ita et ipsa maior est ceteris virtutibus: vt dicit Apost. j. Cor. xiij. Thimiama autem quod in altari cremabatur: et quod conficiebatur ex quatuor speciebus valde aromaticis: significat quatuor cõditiones quas debet habere oratio deuota. Prima est: vera hũiliatio. Eccli. xxxv. Oratio humiliantis se: nubes penetrat. Secũda est salubris postulatio. Nã oratio deuota est de illis que pertinẽt ad salutẽ: de qua dicit Christus Jo. xvj. Si quid petieritis patrẽ in nomine meo: dabit vobis. Qđ exponens beatus Grego. ait: Nõ petitur in nomine Saluatoris: nisi quod pertinet ad rationẽ salutis. Tertia cõditio est mẽtis attentio. Quia sicut Damascenus dicit: Oratio est ascẽsio mentis in deum. Et Aposto. j. Cor. xiiij. Orabo (inquit) spũ: orabo et mẽte. Quarta cõditio est debita cõtinuatio. j. Thess. iiij. Sine intermissione orate.

¶ Moraliter et secũdo: et satis conformiter ad glo. interli. altare incensi: siue thimiamatis: est cor deuoti catholici. Hoc aũt altare debet esse de lignis Sethim: imputribilib9: p virtutem patientie: habens cubitum vnum longitudinis: p virtutẽ perseuerãtie in bono opere: et alterum latitudinis: p amplitudinẽ dilectionis: de qua in Ps. Latum mandatũ tuum nimis: quia debet se extendere vsq ad inimicos Matt. v. Diligite inimicos vestros. Debet igitur hmõi altare esse quadrãgulũ: per stabilitatem et firmitatem in bono. Item debet habere duos cubitos in altitudine: p quos significatur eminentia virtutum: et signanter fidei: quibus superamus certamina diaboli: dicẽtes illud Psal. In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Ideo sequitur: Cornua ex ipso (supple altari) procedent. Quod autẽ subditur: Vestiesq illud auro purissimo etc. insinuat q pfecti in eterne luce sapientie refulgent in omnibus que agunt: splendorẽ charitatis sibi inesse ostendunt: et ante omnia regnum dei et iustitiam eius: et se cogitare et querere.

¶ Moraliter et tertio: et conformiter ad fratrem Petrum Berchorem. Istud altare incensi siue thimiamatis significat hominem iustum: et maxime religiosum: q debet esse de lignis Sethim. i. imputribilis per perseuerantiam: et auro sapientie coopertus: ac sanctitate et sapiẽtia totus clarus. Talis igit homo debet esse quadratus p constantiam: longus per fidei latus per charitatem: et altus per spem. Insup et quatuor habens cornua: scz quatuor virtutum cardinalium opulentiam: aureolam scz in medio. i. inflãmatam et ardẽtem cõsciẽtiam: coronã desuper. i. future retributionis confidentiam. Talis ergo debet esse i sanctuario paradisi

radiſi per piam ⁊ bonā affecti-
onem ⁊ contemplationem. In
ſeipſo debet offerre thimiama/
⁊ thus.i.deuotionem/⁊ oratio
nem:⁊ quandoqꝫ etiam ſangui
nem.i.diuini ſanguinis cōpaſ-
ſionem/⁊ ſue paſſionis piā re-
cordationē. Sic enī talis erit
altare dn̄i/⁊ ara ſpiritualis do
mini dei noſtri.

¶ Moraliter et.iiij. Per dictū
altare ſignificatur homo iuſt⁹/
⁊ bonus:vt dictum eſt:ꝙ in lō-
gitudie ⁊ latitudine.i.quādiu
viuit in preſenti/debet eſſe ſtri
ctus ⁊ paruus ſm̄ ſuam eſtima
tionem/ſicut de Paulo apoſto
lo legit̄ Philip.iij. ꝙ dicebat:
Nō ꝙ iam acceperim/aut iam
perfectus ſim. Sequor autem
ſi quo modo comprehendā. Et
poſt pauca: Fratres ego me nō
arbitror comprehēdiſſe. Item
j.Cor.ix.dicebat: Sic curro vt
comprehendam. Quāuis ergo
Paulus magnus eſſet per vite
meritum coram deo/nihilomi-
nus ex hūilitate dicebat ſe nō
doctorē/ſed potius bacalariū
curſorem:vt loquar more gim-
naſij Pariſieñ.quia dicit: Sic
curro/vt comprehēdam. Iſtud
tamen altare habebit tandem
duos cubitos in altitudine/id
eſt/in celo:quia plus premiabi
tur ibi/ꝗ̄ meruerit in preſenti.
Maxima enim omnium theolo
gorum eſt/ꝙ deus ſemper pre-
miat vltra condignum.

¶ Allegorice ⁊ ꝑmo. Iſtud al-
tare/eſt crux Chriſti. Altare
enī dicitur quaſi alta ara. Ara
autem eſt locus ſacrificij. Be-
ne ergo altare/crucem Chriſti
ſignificat:quia fuit alta ara ſu
per quam factum eſt et oblatū
ſummum ſacrificium deo patri
pro nobis. De quo predixerat
Eſa.liij.dicēs: Oblatus eſt/ q2
ipſe voluit:⁊ non apuit os ſuū.
Unde totum illud capitulum/
ferme de hoc ſacrificio loquit̄.
Bene/inquā/alta ara fuit crux
Saluatoris: tum quia ad lite-
ram fuit quindecim pedū alti-
tudinis/ſiue lōgitudinis/vt ab
aliquibus traditur:tum q2 affi
xa fuit ī mōte Caluarie:vt tra-
dunt Euangeliſte: tum q2 altiſ
ſimum dominum portauit ſup
ſe. Et iſtud eſt ſuauiſſimum thi
miama ⁊ optimi odoris/ quod
fuit ſuper predictū altare cru-
cis:ad cuius odorē ſurrexerūt
multi mortui. Tunc etiam nar
dus ipſi⁹ Chriſti.i.humanitas/
dedit odorē ſuum. Cañ.j. Quod
autem ibi Salomon vocat nar
dū/hic Moyſes vocat thimita-
ma. Fuit autem predictū alta-
re crucis Saluatoris de lignis
Sethim:quia ſicut huiuſmōi ligna
ſunt imputribilia/ nō ſimplici-
ter/ſed q2 difficilit̄ ⁊ tarde cor
rūpūtur: ita ⁊ lignū ſancte cru
cis/in ꝗ̄ pepēdit ꝓ nobis Chri
ſtus/ vetuſtate nō videt̄ conſu-
mi/ſicut videre eſt ī multis ec-
cleſijs in ꝗb⁹ alique particule
recondūtur de huiuſmōi ligno: qḋ
certe inter opa miraculoſa cō
putandū eſt. Qḋ autē ꝓdictū al-
tare fuerit artum in longum ⁊
latū: quia tm̄ vnius cubiti ſm̄
vtrāqꝫ dimenſionē:vtcūqꝫ autē
dilatatū ſurſum: quia duorum
cubitoꝝ/deſignat ꝙ crux Chri
ſti fuit parua in terris/⁊ maxi-
me in eſtimatione Iudeorum/
apud quos eſt in ſcādalū: vt dr̄
Apoſt.j.Cor.j.nihilominu⁹ ſur-
ſum ⁊ verſus celū/eſt maxime
altitu-

altitudinis in virtute, adeo q facta est clauis paradisi: vt dicit Hierony. ij. parte epist. sua. epla. x. In cuius rei signũ cum Christus in ea pēderet, dixit latroni: Hodie mecũ eris in paradiso. Cornua etiã ex hmõi altari crucis pcesserũt, sm q extensa erat versus quatuor plagas mũdi, vz versus Orientē, Occidentē, Meridiē, ꝛ Septētrionem. Fuit etiã vestita auro purissime charitatis, quã in ea moriendo ostēdit nobis Christus. Unde Jo. xv. ait: Maiorē hac dilectionē nemo hz, q̃ vt animã suã ponat qs p amicis suis. Ecce em aurũ excellētissime charitatis, quã ostēdit nobis Christus. Qꝫ aũt nõ solum altare fuit coopertũ auro, verum etiã craticula illius, atq parietes, ꝛ cornua, designat charitatē aplorũ Christi, q exēplo ipius voluerũt pati mortē pro defensione fidei ꝛ veritatis catholice, licet nõ pro redēptione humani generis, sicut ille. Et ad hoc ptinet quod sequitur: Faciesq ei coronã aureolã p gyrum ꝛc. Patet g de incēso suauiter fragrãti qd adoleuit sup altare crucis nr Aaron, Christus. Sed qd est q sup altare incēsi, siue thimiamatis fiebat sacrificium qtidianũ, mane scz ꝛ vespere: pter illud sacrificiũ qd fiebat semel in anno p pōtificē intra sancta sanctorũ, nisi q deuoti catholici habēt specialē deuotionē ad altare crucis dominice: ad cuius reuerētiam faciũt suge sacrificiũ, soluētes quasdã orones qs vocãt horas crucis, vel aliud suffragiũ: ꝛ hoc pter illud deuotum seruitiũ qd de hoc canit ecclesia semel in anno, vz in hebdomada sancta. Tũc em quilibet fidelis dz intrare sctã sanctorũ, p specialē deuotionē ꝛ meditationē dñice passiõis ꝛ mortis.

¶ Allegorice ꝛ. ij. altare de lignis Sethim, significat multitudinē deuotorũ catholicorũ. Hi em debēt esse de lignis Sethim. i. imputribiles p gratiã, et nõ putribiles p pctm. Qꝫ autē dictũ altare habebat vnũ cubitũ in lõgitudine, ꝛ totidē in latitudine: significat actiuos, q circa terrena occupant ꝛ vagantur: moderare tamē etiã illa distribuendo tpe et loco in pios vsus. Per altitudinē aũt dicti altaris designat vita cōtēplatiua, q versat circa celestia ꝛ diuina. Qꝫ g dictum altare habebat duos cubitos i altitudine: vbi tm erat vnius cubiti in lõgitudine, ꝛ totidem i latitudine, insinuat q vita cõtēplatiua (ceteris paribus) est maioris pfectiõis ꝛ meriti q̃ actiua. Propter qd legit Luce. x. q Maria (p quã designat cõtēplatiui) optimã ptē elegit. Martha em, p quã significant actiui, bonã quidē ptē elegit, sed Maria optimã. Hoc ēt dt Gregor. expsse super Ezech. homil. iij. qz vt ait: actiua vita in vsu psētis opis laborat. Cõtēplatiua aũt sapore iam intimo vētura iã requiē degustat. Itē ad idē ppositũ pbandũ, adducit aliã rationē. Uita em actiua cũ ista mortali vita deficit. Cõtēplatiua vero, in immortali vita plenius crescit. Itē idē sup eũdē Ezec. homil. xiiij. Pars (inqt) Marthe nõ repbhēdit, sed pars Marie pfert ꝛ laudatur

dat tanq̄ optima. Istud altare
(q̄ ad electos) induit auro pu-
rissimo. i. charitate / q̄ pficit in
patria. Unde non nisi ibi plene
⁊ pfecte implet preceptū de di
lectione dei super omnia. Om-
nia etiam que sunt in illa vita
beata / auro tegūtur: eo q̄ om-
nia ibi ex charitate (que auro
comparatur) diliguntur. Insu
per per coronam aureolā / que
iubetur fieri per gyrū dicto al
tari: designatur premiū quod-
dam accidētale / quod vocatur
aureola: quod redditur tribus
generibus beatorum: vz mar-
tyribus / doctorib⁹ / virginib⁹.
Sic ergo viuamus in presenti /
vt dictis coronis aureolis co-
ronari mereamur in celis.

¶ Allegorice ⁊ tertio. Omnia
predicta possum⁹ exponere de
statu religionis: que est quasi
altare sup quod boni religiosi
immolāt animas suas domino
deo: ⁊ adolēt eidem thimiama
sancte deuotiōis / deuoti suspi-
rij / feruentis orationis / atq; to
tius bone cōtemplationis. De-
bet autē istud altare esse de li-
gnis Sethim / imputribilibus /
per vite sanctitatem: q2 in clau
stro debet homo purius et san-
ctius viuere q̄ i seculo. Ul' dici
q̄ altare religionis debet esse
ex lignis Sethim: q2 non licet
ipum corrumpere ante mortē:
quia vsq; tunc obligat obediē
tia emissa in pfessione. Et hoc
est cōtra illū heresiarcham Lu
therum / qui dicit vanū esse vo
uere / et religionē ingredi. Un-
de fertur aliquos (etiā vtriusq;
sexus homines) a tā sancto al-
tari reuocasse: et matrimonio
iunxisse: quod ad maximum sa
crilegium pertinet. Q; autem
dictū altare esset tm̄ vnius cu-
biti in longum ⁊ latum / duorū
autem cubitorū in altum: desi-
gnat q̄ verus religiosus debet
studere humilitati in presenti /
si velit alte sublimari i celo: q2
scrptū est Luc. j. exaltauit hu-
miles. Itē eiusdē xiiij. Item. xviij. Omnis qui se
humiliat / exaltabitur. Q; vero
subditur: Cornua ex ipso pro-
cedent: referre possumus ad il
lud Psalm. Exaltabuntur cor-
nua iusti. i. deuoti religiosi. Sz
que cornua? Profecto corpus
et anima: que extabūtur in die
iudicij ⁊ hoc per gloriam. Ecō
tra autem tunc confringet do-
minus omnia cornua peccato
rum / videlicet corp⁹ ⁊ animā /
que eleuata fuerunt per super
biam in presenti: sed ea tunc
confringet dominus mitten-
do in abyssum inferni. Quod
vero sequit: Uesties illud / scilz
altare / auro purissimo: refe-
rendum est ad idem altare reli
gionis. Quia et si omnes ⁊ sin-
guli homines / cuiuscunq; sta-
tus aut conditiōis existāt / de-
beant vestiri vestimento chari
tatis: peramplius tamen hoc
decet viros religiosos. In cu-
ius rei signum vocāt se mutuo
fratres / de quib⁹ etiam potest
intelligi illō Psal. Ecce q̄ bo-
num / ⁊ q̄ iocundum / habitare
fratres in vnum: supple claus-
trum. Per coronam autem au
reolam / que iubetur fieri p gy-
rum predicti altaris: recte pos
sumus intelligere coronā glo-
rie: que specialiter reddet bo-
nis ⁊ sinceris religiosis in ce-
lo: ita vt de vnoquoq; tali possit
dici

dici illud Psalmi. Posuisti tu supple domine deus: qui es iustus retributor omnium bonorum que a iusto hic fiunt: super caput eius coronam de lapide precioso. Quicunque autem deuoti religiosi per dei gratiam illuc peruenerint: tunc adolebunt incensum suaue fragrans coram domino: per debitas gratiarum actiones: pro omnibus beneficiis suis.

¶ Anagogice: per altare incensi siue thimiamatis quod erat absconditum in sanctuario: significatur status beatorum: qui sunt in celo: quasi in absconditio: et hoc quo ad nos: quia oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: que preparauit deus diligentibus se: vt dicitur Esa.lxiiii. et recitatur ab apostolo.i.Corint.ii. Sunt enim aurei: clari et spectabiles: sethinei.i.imputribiles: siue immortales: qui scz triplicem dimensionem.i.tres dotes anime habent: que sunt altitudo visionis: latitudo fruitionis: et longitudo tentionis perpetue. Post iudicii autem diem dicti beati (quo ad corpus) habebunt quatuor cornua.i.quatuor corporis dotes.s.agilitatem: claritatem: subtilitatem: impassibilitatem. Quod autem predictum altare diceretur thimiamatis.i.valde odoriferum: significat quod ipsi electi post dictum iudicii diem eterne glorie odoribus inenarrabilibus recreabuntur. Erunt etiam vestiti auro purissimo tam ex parte anime per perfectam charitatem: quam ex parte corporis per perfectam munditiam. Habebunt etiam coronam aureolam per girum: sicut prius expositum est.

¶ Secunda clausula.



Locutusque est dominus ad Moysen: dicens: Quando tuleris summam filiorum Israel: iuxta numerum dabunt singuli precium pro animabus suis domino: et non erit plaga in eis cum fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen: dimidium sicli: iuxta mensuram templi. Siclus viginti obolos habet. Media pars sicli offeretur domino. Qui habetur in numero a viginti annis et supra: dabit precium. Diues non addet ad medium sicli: et pauper nihil minuet. Susceptamque pecuniam: que collata est a filiis Israel: trades in vsus tabernaculi testimonii: vt sit in monimentum eorum coram domino: et propicietur animabus eorum.

¶ Historialiter postquam in precedenti clausula: locutus est dominus seruo suo fideli: videlicet Moysi de constructione altaris thimiamatis: hic consequenter loquitur de pecunia a populo exigenda ad comparandum ea que erant necessaria ad predicta exercenda circa altare incensi. Dicit ergo textus: Locutus est dominus ad Moysen: dicens: Quando tuleris summam filiorum Israel: id est: quando numeraueris eos: pergens ad bellum: iuxta numerum dabunt singuli precium pro animabus suis domino: sacrificia de illis expensis facta proficient animabus eorum. Super hoc autem dicunt

Et Augusti-

Augustinus et Beda/et ponitur in glo. David regem punitum in populo suo: eo q cum fuissent numerati/non soluerunt precium.ij. Regū vlti. Unde ꝛ hic subditur: Et non erit plaga in eis cum fuerint recensiti.i.numerati. Sequitur: Hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen:id est ad familiam: vt exponit glo.interlinia. Illi enim qui transibant ad familiam/nominabantur proprijs nominibus: dimidium sicli.i. decem obolos: iuxta mensurā templi. Et accipitur hic templum generaliter/prout se extendit ad templum proprie dictum: ꝛ tabernaculū/vt significat omnem domum sanctuarij. Siclus.xx. obolos habet Hoc intelligitur de moneta tunc currente apud filios Israel.

¶ Circa hunc igitur textum ꝛ literam mouentur aliqua dubia more solito.

¶ Primum igitur dubium mouetur propter illud verbum: iuxta mensurā templi. Queritur ergo/quare dictum est/iuxta mensurā templi? Dicēdum/q hoc ideo/quia erat aliud pondus quo Iudei vtebantur communiter/siue in rebus mere ciuilibus ꝛ secularibus: ꝛ aliud quo vtebantur in templo. Nā siclus quo vtebātur in tēplo/habebat quatuor dragmas secundum Iosephum. Quelibet autem dragma habebat quinque obolos/secūdū eūdē Iosephū. Quātū aūt valeret obolus tūc tēporis apd Iudeos: de moneta/ q nūc currit apud nos/incertū habemus: ꝛ precipue q2 monete ꝛ pondera frequenter variantur/secundum patrias et tempora.

¶ Secūdū dubiū: Quare illi q erant infra.xx. annos/non dabant preciū? Responsio/q2 illi soli dabāt preciū/qui ascribebant militie/siue familie. Et quia iuuenes qui sūt infra.xx. annos/nō sunt adhuc apti arti militari/nec similiter mulieres: ideo nec isti nec ille iubebātur dare preciū ꝑ animab9 suis: sed soli fortes ꝛ potentes virib9. Et de hoc vide Nūeri.j.

¶ Tertiū dubiū: Cur diuites ꝛ pauperes voluit dn̄s esse pares in datiōe precij: vt dicitur in litera? Nam tūc quilibet potens virib9 offerebat in tabernaculo medium sicli.i. decem obolos. Dicendū/q hoc iussit dn̄s propter quatuor ratiōes. Prima/ne pauper prouocatus dono diuitis/vellet dare plus q posset. Secunda/ne diues crederet dei cultū plus depēdere ex se/q ex paupere/sicq superbiret. Tertia/vt diues sciret pauperē in acie sibi parificari. Quarta/vt certa descriptio facilius posset fieri.

¶ Quartū dubiū: Utrum diuites simpliciter ꝓhiberent pl9 offerre in vsus tabernaculi/q pauperes? Dicēdū ꝓbabiliter q nō/sed sufficiebat illis: vt tantum darēt ad hmōi opus/q̄tū pauperes. Sicut ꝙ dn̄s per illa ṽba: Sufficit discipulo si sit sicut magister ei9 Mat.x. nō ꝓhibuit ne discipulus esset ꝑfectior magistro suo. Unā ꝛ Paulus fuit perfectior Gamaliele/ad cui9 tn̄ pedes legem audierat/vt dr Act.xxij. Ita in ꝓposito

sito non interdixit simpliciter dñs ne diuites plus darent in op⁹ tabernaculi/ q̄ pauperes. Sed ad hoc noluit eos cogi. Nullus enim ꝓhibendus est simpliciter benefacere. Dare autē multum ad predictum opus/ erat bonum ex se. Igitur ꝛc̄.

¶ Quintū dubiū: Utrū illi pauperes q̄ attigerant dictā etatē xx. annorū/ ꝛ q̄ pre inopia non poterāt offerre p̄dictū ꝑciū: videlꝫ.x. obolos/ peccabāt si nō offerebāt? Dicendū ꝙ nō/ dūmodo inde dolerēt/ et ꝑsertim si ex culpa sua ꝛ malo regimie nō erāt effecti impotētes. Ad īpossibile enim nemo obligatur: vt trahitur ex ꝟbis Hiero. dicētis: Anathema sit q̄ dicit deū impossibile ꝑcepisse. Sunt tñ qui dicūt oēs Judeos tūc ad hoc potentes: q2 fuerāt facti diuitesitā ex spoliis Egyptiorū/ q̄ ex preda Amalechitarū/ q̄s iā superauerāt: vt patet ex supradictis.xvij.c. Uñ ad confirmatione dicti sui/ adducunt illud Deute.xv. Omnino indigens ꝛ mendicus non erit inter vos. Sed nec istud/ nec illud cōuincit/ nullos pauperes inter Judeos tūc fuisse. Nā diuina ꝓuidētia sic res scḋas administrat vt nō desint vllo tpe pauperes sicut diuites. Uñ Deuter. vbi.s. Nō deerūt (inq̄t dñs) paupes ī terra habitatiōis tue. Itē Jo. xij. ait saluator: Paupes semp habebitis vobiscū. Et q̄uis Judei multā p̄dā habuerint ex Amalechitis/ ꝛ similr q̄uis spoliauerint Egyptios/ multa substātia/ possibile tñ fuit ꝙ apud illos tūc/ qñ.s. dñs dedit ꝑceptū de offerēdo mediū sicli/ aliqui remāserat de p̄dictis: aut valde parū. Et qḋ dictū est/ ꝙ nemo debebat esse egēs apḋ Judeos: ad euidētiā huius notādū ꝙ duplex est mēdicitas: vcꝫ stricta/ ꝛ larga. Prima cogit ostiatim mēdicare. Unde mēdicus dr quasi manu dicans/ siue manu petens eleemosynā. Talis ergo mēdicitas non fuit inter Judeos: quia eā abominabant. Scḋa mēdicitas/ q̄ larga dr/ est cū q̄s in occulto patitur egestatē ꝛ necessitatē: adeo ꝙ cogitur secrete ab amicis ꝛ vicinis petere. [illegible] propositū ergo questioni [illegible] te redeūtes/ dicimus ꝙ [illegible] int aliq̄ adeo pauperes i[illegible] judeos/ ꝙ non potuerint [illegible]e mediū sicli/ nec ab ami[illegible] cognatis potuerunt [illegible] inere/ tūc impossibilit[illegible] bsoluit ꝓ tūc donec pe[illegible] ad pinguiorem fortu[illegible] t cōmuniter dicitur de p[illegible] qui rapuit rē alienā quā non pōt restituere.

¶ Sextū dubiū mouetur ꝓpter illḋ verbū: a. xx. annis/ ꝛ supra. Circa quod queritur vtrū omnes qui erāt.xx. annorū/ ꝛ supra/ tenerentur offerre mediū sicli ad opus sanctuarij? Dicendum/ ꝙ non: sed excusabātur tria genera ꝑsonarū. Primo/ mulieres: vt iā dictū est. Secūdo/ pauperes: vt dictū est. Tertio/ senes: ꝛ vniuersaliter oēs impotētes/ q̄ nō poterāt ad bella ꝓcedere. Sed q2 p seniū aliq̄ citius debilitantur q̄ alij: ideo non potuit terminus assignari vltra quem non tenerentur ad bella procedere: pro qua tamen causa dabant dictam pecuniam/ vt conseruaret eos dominus

ab aduersarijs. De iuuenibus autē bene potuit termin⁹ assignari/ante quem non procederent ad bella/vȝ.xx.annorum. Nam ante talem etatem iuuenes/propter defectum virium corporalium/non sunt apti ad prelium.

¶ Moraliter et primo/quāuis omnes homines debeant dare precium domino deo/pro animabus suis ratione beneficij creationis: quia ipse fecit nos/ ꝛ non ipsi nos: precipue tamē ad hoc obligantur Christiani/ ratione beneficij redemptionis: qꝛ ipse redemit eos in sanguine suo. Pre ceteris autem Christianis ad hoc obligātur deuoti catholici et electi/ ratione percipiende hereditatis eternalis. Sed qꝛ nemo scit an odio vel amore dignus sit/ vt dicitur Eccl's.ix.sed cuncta seruantur incerta in futurum/ vt ibidē immediate subditur: ideo qui habetur in numero a xx. annis: et supra.i. quicunqꝫ est capax rationis/tenetur dare precium domino.s.medium sicli. Siclus autem decē obolos valet.i. tenetur dare deo adimpletionem mandatorum decalogi. Juxta id quod scriptū est Mat.xix. Si vis ad vitam ingredi/serua mandata. Hec est igitur optima moneta/que etiam est maximi valoris et precij quo ad filios Jsrl'.i.deuotos Christianos: q̄ vident deum per fidem: qꝛ per talem monetam mercabunt regnum celorum. Et notanter dicitur in textu/ ꝙ diues nō addet ad medium sicli/ ꝛ pauper nihil diminuet: quia tam diuites ꝙ pauperes (dūmodo sint doli capaces) tenentur ad obseruantiam dictorum mandatorum: vt dictum est.

¶ Moraliter et secundo/per numerū in sacra scriptura intelligitur predestinatio diuina/ siue dispositio diuine volūtatis. Unde scriptum est Mat. x. Capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Ubi nota/ ꝙ in sacra scriptura mali non dicūtur in numero cōtenti: sed sūt supra numerum/propter sui infinitam multitudinem. Unde Psalm. de talibus ait: Multiplicati sunt super numerū. Itē Eccl's.i. Stultorū infinit⁹ est numerus. Ecōtra autem de iustis dicitur Sap.v. Ecce quomodo computati sunt.i.numerati/siue nominati inter filios dei. Item Psalm. Qui numerat multitudinem stellarum/ ꝛ omnibus eis nomina vocat. Ad propositum igitur descendentes/ dico ꝙ omnes illi qui a deo sunt nominati.i.electi et predestinati / debēt soluere precium bonorum operū in presēti pro animabus suis: quaten⁹ dominus velit eos a plaga future damnationis perpetue liberare et saluare.

¶ Moraliter et tertio/vt dicit hic glo.interli.ante descriptionem labij enei/premittitur vnū mādatum.s.de profecturis ad bellum: vt scȝ numerentur ꝛ redimant et auferant peccata sua: ex qua redemptione fiant sumptus in edificio tabernaculi. Per quod innuitur/ ꝙ illi q̄ volunt ingredi bellū spirituale/ siue contra diabolum/ siue contra carnem/aut mundum: debent

debent primum redimere peccata sua per eleemosynarũ largitionem / secundum q dictũ est Nabuchodonosor. Daniel. iiij. peccata tua eleemosynis redime / siue per oblationẽ faciendam in ecclesia / siue in alios pios vsus.

¶ Moraliter et quarto / p hoc q inter profecturos ad bellũ: et qui debebant dare precium ad opus tabernaculi: non computantur iuuenes qui erãt infra .xx. annos / nec similiter mulieres: sed tñ viri fortes: designatur / q non expedit omnib9 hominibus aggredi aduersa: sed tantum perfectis ꝛ probatis. Qui autem imperfecti sũt. possunt quidem expectare cũ dei adiutorio huiusmodi aduersa si occurrant: sed non illa preuenire ne succũbant. Hinc est / q intrantibus religionem datur tẽpus probationis priusq̃ profiteantur. Perfectius etiam est in re militari aggredi aduersarios / q̃ bene ꝛ diligenter cunctari. Nam sicut p virtuosum aggressum hostes terrentur: sic ꝛ demones cum a viris perfectis preueniũtur. Exemplum habem9 de beato Anthonio / inuitãte malignos spiritus ad certamen.

¶ Moraliter et quinto / p hoc q Iudei intraturi bellum debebant certam pecuniã offerre ad opus sanctuarij / vt nõ caderet super eos plaga: instruũtur ad literam milites priusq̃ ingrediantur bellum / preparare se p bonã confessionẽ / cordis cõtritionem / operis satisfactionem / ꝛ eleemosynarũ largitionẽ. Qđ vbi fecerit / ꝛ bellũ fuerit iustũ: tunc quinq3 ex eis preualebunt contra centũ / ꝛ centũ contra mille: sicut in effectu patuit de ipsis Iudeis in ingressu terre promissionis. Propterea Samuel loquebat ad vniuersam domũ Israel / dicens: Preparate corda vestra domino / ꝛ seruite illi soli: ꝛ eruet vos de manu Philistijm j. Regum. vij.

¶ Moraliter ꝛ sexto / iuxta illud: Susceptãq3 pecuniã / que collata est a filijs Israelitrades in vsus tabernaculi testimonij. Notandũ / q tã decime q̃ alie oblationes / que fiunt a laicis ecclesiasticis personis / debent fideliter exponi / post eorum debitam et moderatam sustentationẽ: videlicet i vsus tabernaculi testimonij .i. ecclesiarũ / a quibus sumũt. Item i vsus pauperum et egenorum. Quia vt dicitur .xvj. q. j. q2 iuxta. decime sunt patrimonia pauperum. Idem etiam dicit vbi supra. c. decime.

¶ Allegorice / et primo / ꝛ cõformiter ad glo. ordi. sũma filioꝝ Isrl. sũmã oĩm electoꝝ significat: quoꝝ nomina scripta sũt in celo. Tunc autem singuli dant pro animabus preciũ domino / cũ sedulo seruiunt ei in operibus bonis. Alioquin plagam incurrent numerati / quia vitio perpetua manet eos qui fidelium numero nominetur9 sociati / nõ offerũt dño pfecta opera fidei. Et de talib9 dicit in Psalm. Nõ dabit deo placationẽ suã / nec pciũ redẽptiõis anime sue. Quia vt dicit Prouer. xiij. Redẽptio anime viri / proprie diuitie. Hec ibi.

¶ Allegorice ꝛ secūdo / iuxta illud verbū: Et non erit plaga in eis cum fuerint recēsiti. Notandū / ꝙ aliqui exponunt hoc de predestinatis: de quibus dicunt / ꝙ non erit in eis plaga culpe mortalis / postꝗ̄ fuerint recensiti. i. scripti cum ceteris electis in libro vite. Et quidē ꝙ hoc exponant de predestinatis / non impertinenter loquuntur. Sed ꝙ dicti predestinati non possint mortaliter peccare / vt dicunt: false ꝛ erronee loquuntur. Predestinatio enim nō imponit necessitatem predestinato / vt peccare non possit: vt patet de Petro / Paulo / Magdalena / Dauid / ꝛ similibus / quos nulli dubiū est fuisse predestinatos: et nihilominus grauiter peccasse pro tempore. Uerum ꝙ pro tēpore ꝓ quo tales sunt in peccato / non sunt predestinati / secundū presentē iustitiam: qꝛ si sic decederent / perpetuo damnarentur: quod repugnat ꝑdestinationi. Sunt tamen predestinati ad vitam eternā / secundū finalem dei ordinationem / q̄ preuidit eos casuros ꝛ resurrecturos: ꝛ sic finaliter decessuros. Hinc August. libro de fide ad Petrum / cap. xxxij. Firmissime (inquit) tene / ꝛ nullatenꝰ dubites: omnes quos vasa misericordie gratuita bonitate deus fecit / ante constitutionem mundi in adoptionem filiorum dei predestinatos a deo: neqꝫ perire posse aliquem eorum quos deꝰ ꝑdestinauit ad regnū celorū: neqꝫ quēꝗ̄ quos non predestinauit ad vitā / vlla posse ratione saluari. Hec ille.

¶ Allegorice ꝛ tertio / iuxta illud verbum: Diues non addet ad mediū sicli: et pauper nihil minuet. Notandū / ꝙ per siclū integrū quod. xx. obolos valet / itelligitur omnis causa ꝛ ratio nostre saluationis / tam principalis que est meritum Christi / ꝗ̄ sine qua non: que est meritū personale in adultis. Quia vt testatur August. de verbis domini. ser. xv. Sine voluntate tua non erit in te dei iustitia. Quia q̄ fecit te sine te: nō iustificabit te sine te. Per medium ergo sicli possumꝰ intelligere meritū Christi vt prescindit a merito nostro / cꝗ̄uis meritū nostrū nullum sit / secluso merito Christi. Juxta id quod scriptū est Esaie. lxiiij. Omnes iustitie nostre quasi pannus mēstruate. Quid est ergo / ꝙ diues non addet ad mediū sicli / ꝛ pauper nihil minuet: nisi ꝙ Christus (quātū est ex se) equaliter pro omnibus nobis mortuus este tanꝗ̄ causa vniuersalis salutis nostre: in hoc non preferens diuitem pauperi: sicut neqꝫ e diuerso. Unde apost. ij. Corin. v. Christus pro oībꝰ mortuꝰ est.

¶ Anagogice / possumꝰ referre totā istam clausulā ad statū glorie qui erit post iudicij diē. In ipso nempe iudicio tollet dñs summā filiorum Jsrael. i. electos / qui tunc videbūt clare et agre deū. Uñ Mat. xxv. Statuet q̄dē oues a dextris: hedos autem a sinistris. Qui libet etiā tunc ꝛ deinceps dabunt preciū pro aīabus suis. s. seipsos totaliter deputādo diuine laudi / glie / ꝛ honori. Insuꝑ nō erit in ipsis electis cum

receßeri fuerint. i. cõputari iter angelos celestes i plaga: qr vt dr Apoc. vij. Nõ esurient neqʒ sitient amplius: nec cadet sup illos sol: neqʒ vllus estus. Ite eiusdẽ. xxj. Absterget deus omnem lachrymã ab oculis sanctorũ: et mors vltra nõ erit: neque luctus: neqʒ clamor: neqʒ dolor erit vltra: qr prima abierunt. Sed quid est: qd dr in litera. Hoc autẽ dabit omnis q transit ad nomen: dimidiũ sicli ꝛc. nisi ꝙ ipsi electi q trãseunt ad nomen: pro quanto nomina eoꝝ scripta sunt in celis: vt dicit Luce. x. dãt tantũ ante iudicij diẽ dimidiũ sicli: qr exultabũt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. Post iudicij autem diem dabunt integrũ siclũ: qr exultatiões dei in gutture eorum: supple tunc erunt. Media pars igitur sicli offeretur ante generalem corporum resurrectionem: postea autem offeretur totus siclus: ꝛ quantũ ad hoc equa erit conditio diuitũ et pauperũ. i. oim hominũ electoꝝ. Cũ his tamẽ non comprehendẽtur iuuenes minores. xx. annis: neqʒ mulieres aut senes. i. imperfecti et effeminati per culpam: sed tñ viri fortes. i. virtuosi et non vitiosi: quia tales damnabuntur cum mille demonibus. Quod aũt subditur in fine precedentis clausule: Susceptamqʒ pecuniam que collata est a filijs Israel: trades in vsus tabernaculi testimonij: designat: ꝙ quid facturi sunt electi post iudicij diem: omnia i laudẽ: i gloriam: ꝛ honorem dei facient et ordinabunt.

ℭ Tertia clausula.



Locutusqʒ est dñs ad Moysen: dicens: Facies et labium eneũ: cũ basi sua ad lauãdũ. Ponesqʒ illud inter tabernaculũ testimonij et altare. Et missa aqua lauabũt in eo Aaron et filij eius manus suas ac pedes: quando ingressuri sunt tabernaculũ testimonij: et quãdo accessuri sunt ad altare: vt offerant in eo thimiama domino: ne forte moriantur. Legitimum sempiternum erit ipsi ꝛ semini eius per successiones.

ℭ Historialiter postquam in precedenti clausula locutus est dominus ad fidelem suum seruum ꝛ amicum Moysen de pecunia exigenda a populo Israelitico: ad comparandum ea que erant necessaria circa altare incensi: hic consequenter loquitur ad eum de constructione labij enei: et de situ ipsius: dicens ad eum: Facies. Non quidem manu tua propria: sed per manum alterius artificis: cũ directiõe tua: ꝛ labiũ eneum. Rabi Sal. dicit ꝙ istud vas alibi vocatur labrũ ꝛ lucerna: ꝛ erat factum ad modum magne manille: qr grossum inferius: superius autem strictum: habens in lateribus suis duas canales: per quas effundebatur aqua. Dominus autem Petrus de Pal. dicit ꝙ istud labiũ erat quoddã lauatoriũ: siue vas cõcauũ lõgũ ꝛ reflexũ ad modũ labij. Uel scdm eũdẽ dr labiũ: qsi la

uiumi de lauo/lauas. Et dicit q hic loquitur ad Moysen/de preparatione ministrorū sanctuarij siue tabernaculi: que quidē preparatio erat emundatio in labio eneo: id est/i vase ad hoc apto. De cuius constructione loquitur dominus ad Moysen/dicens: Facies et labium eneū cum basi sua ad lauandum. Dicit autē de Lyra/q in Hebreo habetur: cum sede sua: in qua erat cōcauitas ad recipiendū aquam: a qua quidem basi siue sede poterat separari dictū labium/cū debebat deportari de loco ad locū/quotiens scz filij Israel debebāt pficisci per desertū. Sequitur: Ponesqz illud scz labiū inter tabernaculū testimonij et altare/scz sub diuo in interuallo/qd erat inter altare holocaustoꝝ et tabernaculi ingressum: Et missa aqua lauabant in eo.i. per effusionem aque ex ipso: Aaron et filij eius man⁹ suas et pedes/quādo ingressuri sunt tabernaculū testimonij/scz ad ponendum mane incensum: et quando accessuri sunt ad altare/videlicet vespere. Ad altare (inqͣ) thimiamatis: vt offerant in eo thimiama dño: ne forte moriantur/violādo scz legē istā. Qd autē sequitur: Legitimū sempiternū erit ipsi Aaron/et semini ei⁹/per successiones. Prius sepe expositum est in simili.

Circa hanc clausulam mouentur aliqua dubia.

Primū igitur dubiū: De qua materia erat confectū huiusmōi labium? Ad hoc dubiū respōdetur in sequētib⁹/videlicet.xxxviij. ca. q erat cōpositū de speculis mulierū/que excubabant in ostio tabernaculi/scz gratia orationis. Vñ in signū lasciuie deponēde/obtulerūt specula sua/et de sedibus eorū eneis factū fuit predictū labiū/similiter et basis illi⁹. Iste ergo mulieres erant quedā bone matrone/quarum deuotio in duob⁹ ostēditur. Primo quidē qz excubabāt ad ostiū tabernaculi: vt orarēt.i. illuc frequēter veniebāt. Secūdo aūt/qz dederunt pdicta specula ad honorē diuini cultus/a se abijcientes ornatū corporalem: sicut modernis tēporibus alique generose mulieres vidue dant vestes suas preciosas ad ornatū sacrorū locorū.

Secundū dubiū: Quomodo predicta specula potuerūt aptari ad hoc q ex illis fieret labium eneū. Hier. dicit ad hoc/q dictū labium literaliter non fuit factū ex speculis mulierū. Veruntamen ita dicitur: eo q circa illud erant circumposita multa specula mulierū/quibus sacerdos sacrificaturus posset aduertere vtrū haberet maculam in facie/necne. Qd si sic/tunc prius eam lauabat: deinde sacrificiū offerebat: qz scriptum est Leuit.xxj. Homo qui habuerit maculam/nō offeret panes deo suo: nec accedet ad ministerium eius.

Tertiū dubium: Cur lex iubebat vt sacerdos in dicto labio lauaret man⁹ et pedes/quotiēs ingressur⁹ erat tabernaculum testimonij. Certissimū enim est sacrificium altaris esse multo perfectius et dignius sacrificio legis. Et tamen ridiculosum/imo superstitiosum esset

hodie/

hodie/ q sacerdotes accessuri ad diuina/ deberent pedes lauare. Igitur: Dicendum/ q Iudei/ tanq grossi et carnales/ nō respiciebant/ nec curabāt/ nisi de mundiciа corporali et exteriori. Ne ergo propter inmundiciam corporalem/ diuinus cultus cōtemptibilis redderetur: lex precipiebat talem munditiam. Nec valet si dicatur/ q populus non videbat si pedes sacerdotum/ qui cooperiebantur calceis/ erāt mundi/ nec ne: qz discalciati intrabant tabernaculum/ et taliter sacrificabant dño: vt dicit magister Nicolaus de Lyra. Unde in ordine fratrum minorū/ iuuenes facturi sacrā cōmunionem/ prius deponunt calceos: vt proprijs oculis quandoq conspexi/ meus. Hanc autem cerimoniam/ nec laudo/ nec vitupero.

¶ Moraliter et primo/ et cōformiter ad glo. interli. per labiū eneum. i. lauachrum quod posuit Moyses inter tabernaculum testimonij et altare: intelligitur lauachrum compunctionis/ qd mediat inter celum et nos: qz cōstat q in celo nō est locus meroris/ sed gaudij. Et de tali lauachro loquebatur/ q dicebat: Lauabo per singulas noctes lectū meum/ lachrymis meis stratum meū rigabo. Ad hanc igitur ablutionem compunctionis/ debent non solum sacerdotes/ verūtiam omnes peccatores properare: dicente domino Esaie. j. lauamini/ mūdi estote.

¶ Moraliter et secundo: possumus specialiter istud labiū exponere de sacerdotibus/ qui priusq accedant ad altare sacrificaturi dño deo/ debent intueri in speculo diligentis examinationis proprie conscientie/ si quā maculam/ et signanter mortalem/ que remordeat habeant: siue in pedibus/ per prauam affectione: siue in manibus/ per prauā operationē. Qui si aliquam talem maculā in se viderint/ debēt venire ad lauachrū sacramentalis cōfessionis/ et se ibi diligēter abluere. Sic enim illis precipitur supra. xix. Sacerdotes qui accedunt ad dñm sanctificētur/ ne forte percutiat eos.

¶ Moraliter et tertio/ per tria lauatoria/ que secundum Iosephum et Petrum Comestorem/ erāt ante tabernaculum/ quod erexit Moyses: quorum vnū erat sacerdotum/ aliud virorum/ reliquū vero mulierū/ significantur tria genera lachrymarū/ que sunt in ecclesia militante. Horum igitur lauatoriorum/ vnū est mulierum. i. imperfectorum et incipientiū/ qd procedit frequenter ex timore pene. Aliud est virorū. i. proficientiū: quod fit ex dolore culpe cōmisse. Aliud vero est sacerdotum. i. hominū perfectorum/ quod fit propter deum/ et ex desiderio regni celestis cōsequendi: necnon ex incolatus vite presentis prolongatione et lāguore/ de quo i psal. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Et alibi: Fuerūt mihi lachryme mee panes die ac nocte/ dum dicitur mihi per singulos &c.

¶ Moraliter et quarto: Notādum/ q per hoc q sacerdotes

nudis et lotis pedibus ingre= dieoatur tabernaculum: vt di= ctum est: significatur: q ecclesiastici debent calciamēta bonorum tēporaliū: de pedibus affectionū deponere: vt sic digni sint esse in tabernaculo ecclesie: et ibi dño deseruire: in cuius figurā dictū est Moysi supra. iij. ca. Tolle calciamentū de pedibus tuis. Locus em in quo stas terra sācta est. Debet enim illis sufficere habere vite necessaria: scdm Aposto. in persona eorū loquens (qz et ecclesiastic⁹ fuit) dicebat. j. Thi. vj. Habentes alimenta: et qb⁹ tegamur: his cōtenti sum⁹. Et hoc est contra illos ecclesiasticos: qui de bonis crucifixi: cōgregant immensos thesauros: quos per mortē relinquūt heredibus suis: in hoc defraudantes pauperes: quos relinquunt fame perire. Un̄ Amb. lib. de officijs: et ponit i decretis. xij. q. j. aurum. Aurū (inqt) habet ecclesia: non vt seruet: sed vt eroget et subueniat i necessitatibus. Quid est opus custodire qd nihil adiuuat? Itē ca. sequenti: qd incipit: gloria episcopi. sic ait diuus Hieron. Gloria episcopi est: pauperū opibus prouidere: ignominia sacerdotis est: proprijs studere diuitijs. Hec ille.

¶ Moraliter et quinto: in hoc q dñs iussit vt fieret labiū eneum: et nō aureū aut argenteū: qd reponeret intra tabernaculū: i quo missa aq̄ lauabāt Aaron et filij eius man⁹ suas ac pedes quotiens ingressuri erant ipsum tabernaculū: reprobat curiositas et fatuitas multorū episcoporū: et aliorū ecclesiasticorū: qd de bonis ecclesie faciūt sibi cōflari vasa aurea et argentea: vt in illis ministret eis sedētibus ad mēsam: p quodam fastu quasi regio: cibus et pot⁹. Cū tñ in ecclesijs de qb⁹ hauriunt pdicta vasa preciosa: vix seruat in altari cum vasis stāneis: etiā pre vetustate pollutis et cōtaminatis. De ornamētis aūt: cū qbus in eisdē locis diuina soluunt: magis expedit tacere: q aperte loqui: ne forte offendant pie aures. Qz si dñi archidiaconi laudabiliter exercerent visitationes suas: ista non contingerent. De hoc vide disti. xxv. perlectis. §. hi sunt. Itē extra de officio archidiaconi. ca. officium.

¶ Moraliter et sexto: per hoc q tam Aaron: q filij ei⁹ iubētur lauare pedes suos et man⁹: quotiens debēt intrare tabernaculū dñi: designat q sacerdotes euangelici non solū iubentur se lauare in aqua cōtritionis et cōfessionis: quotiens accedunt ad altare missam celebraturi: vt iam dictū est in secunda expositione morali. Uerumetiā ad talem lotionē tenētur: quotiēs habēt ex officio et solenniter administrare sacramēta ecclesie: et psertim extra casum necessitatis. Hoc probat p illud Leui. xxij. Omnis homo de stirpe Aaron: in quo est immundicia: q accesserit ad cōsecrata: peribit corā dño. Et q sedēt: q talis indigne accedēs ad cōsecrata in antiq̄ lege peccabat mortaliter: qz tunc nullus nisi p pctō mortali occidebatur: scdz dei iudiciū. Ergo a

fortiori

fortiorisi qui in lege gratie indi-
gne accedit ad sacramēta: siue
qui indigne illa administrat: pec
cat mortalit᷑. Itē patet per illud
verbū Esa.lij. Mūdamini qui ferti
vasa dñi. Itē supra.rit.dr: Sa
cerdotes qui accedūt ad dñm/san
ctificēt᷑: ne forte ⁊c. Ex quib⁹ pa-
tet/ꝙ sacerdos baptizans par-
uulū/ aut absoluens cōfitentē/
vel cōmunicās aliis sacramen-
tū eucharistie/aut impendens
extremā vnctionem infirmo/et
hm̄oi/peccat mortalit᷑ si fuerit
in peccato mortali: et signāter
notorio: quia alios hoc sciētes et
vidētes scādalizat. Hoc tñ de-
bet itelligi qñ administrat hm̄oi
sacramēta ex officio/ ⁊ cū solē-
nitate ecclesie. Secus forte si
talia administraret subito ⁊ ex
necessitate: sicut patet de sa-
cerdote fornicario baptizante
paruulū i extrema necessitate.
Quia enī talis nō potest in illo ca
su pu͂idere ꝓprie saluti cū sa-
lute paruuli: ideo non peccat
nouo pctō si baptizet paruulū
⁊ postmodū intēdat sue saluti.
Secun⁹ tñ dr/ꝙ sacerdos exi-
stens in pctō/siue notorio/siue
occulto: ⁊ sacramentum aliqđ
administrās/siue ex officio/ si-
ue ex necessitate/ tenet᷑ cōteri/
saltim in generali: vbi occurrit
casus necessitatis: sicut dictū
est de Paulo nō baptizato mo
riente: quia talis generalis cōtri
tio de peccatis/ potest subito
haberi. Alias nō contritus fa-
cit irreuerentiā diuinis/ et per
cōsequēs de nouo peccat mor-
taliter. Cessante autē casu ne-
cessitatis/ tenet᷑ cōfiteri/ si ha-
beat copiā confessoris: et pre-
cipue si peccatū ei⁹ fuerit no-
torium: quia per actualem cō-
fessionem/ quā forsan multi vi-
dent extinguitur peccatū quo
ad deum/ ⁊ scandalum quo ad
proximum.

¶ Allegorice ⁊ primo/ per labiū
eneū.i.lauatoriū: qđ iubet dñs
fieri i tabernaculo/ in quo tā Aa-
ron/ ꝙ̄ filij ei⁹ debebāt lauare
man⁹ suas ⁊ pedes: designaba
tur/siue pfigurabat᷑ sacramētū
baptismi/ qđ est i tabernaculo
.i. in ecclesia/ tanꝙ̄ ianua cete
rorū sacramētorū. In hoc igit᷑
lauachro/ debēt singuli lauare
pedes suos ⁊ manus.i.corpora
⁊ animas: corpora quidē indire-
cte/ animas ꝟo directe. Sed quia
non possunt lauari anime/ nisi
primū abluat᷑ corp⁹: iuxta dñi
ordinationē/ qui ꝙ̄uis esset im-
munis a sordib⁹ cunctis/ nihil-
ominus voluit primū a Joāne
baptizari in Jordanis fluuio.
Mat.iij. et hoc vt nobis daret
formā ⁊ ritū dicti sacramenti.
Similit᷑ ⁊ in figurā hui⁹ legit᷑
de Joan. Mat.j. ꝙ baptizabat
in aq̄. Et notāter dr i aqua: quia
baptism⁹ su⁹/ qui erat pparatori⁹
ad baptismū Christi/ nō mūda
bat nisi corpa: ⁊ hoc ex opere o-
perato. Baptism⁹ autē Christi
principali⁹ mundat animas/ et
nō corpa nisi minus principa-
liter. Quicūq̄ ergo ibi nō lauerit
pedes ⁊ manus/ peribit anima
illa de populo dei: iuxta illud
dñicum verbū Joā.iij. vbi ait:
Nisi quis renatus fuerit ex aq̄
⁊ spiritu sancto/ nō potest vide
re regnū dei. Uel per ablutionē
pedū/ intelligitur ablutio ori-
ginalis. Per ablutionem vero
manuū/ ablutio actualiū/ que
fit virtute huius sacramenti in
adultis.

adultis. Et hoc totū vt omnes et singuli possint cum puritate conscientie tandē intrare tabernaculū domini celeste. De quo in Psal. Domine qs habitabit in tabernaculo tuo? Ecce bonum quod baptizatus assequitur finaliter virtute huiusmodi lotionis baptismalis. Ecce ergo quare suscipiendus est baptismus. Item suscipiendus est propter vitandum malum/ quod incurritur per defectum huiusmodi susceptionis: quod est mors eternalis. Unde sequitur: ne forte moriantur. s. supple non lauant manus suas et pedes/ modo prius exposito per aquam baptismi.

¶ Allegorice et secundo/ per labium eneum/ siue ereum/ qd idē est/ significat corpus Christi: quod tunc fuit positum inter tabernaculum testimonij et altare / quando fuit in cruce extensum in aere: id est / inter celum et terram. In hoc autem labio/ siue lauachro/ fuit posita aqua: quando in Christo posuit deus pater precium nostre redemptionis/ vt in efficacia illius lauaremus pedes et man9/ id est/ purgaremur ab omnib9 malis et vitijs/ tam interiorib9/ que per pedes designantur/ qz exteriorib9 que per manus intelliguntur. De aqua autē huius labij potest intelligi illud Esa. xij. haurietis aquas in gaudio de fontib9 Saluatoris/ id est de quinqz principalib9 vulneribus corporis Jesu Christi/ aquas (inquā) gratiarū et virtutum omnium. In cuius etiā rei signum et figuram cum lancea fuisset percussum Christi latus pendētis in cruce: cōtinuo exiuit sanguis et aqua. Joan. xix.

¶ Allegorice et .iij. Per labiū/ quod erat in ingressu tabernaculi/ quod erat de speculis mulierum que erant inserta circūquaqz illi lauatorio. i. de sedibus speculorum compositū/ vt dū sacerdotes se lauarent/ possent videre si forte in facie haberent aliquid inhonestū. Per hmōi labium sacra scriptura significatur/ in qua volentes intrare tabernaculum illud celeste/ habent aspicere si in cōsciētia habeāt aliquid inhonestū. In tali enim labio/ siue lauatorio / potest quilibet specularíter cognoscere maculas defectuum suorum/ quib9 visis debet eas abstergere et mundare: alias nullatenus debet ad altare accedere/ nec ī ecclesie tabernaculo subintrare. Predictum autem labium sacre scripture debet cōstare de speculis mulierum ante tabernaculum excubantium. i. de sententijs sanctorum prophetarum et vitorum/ quorū anime nunc sunt ante deum.

¶ Anagogice: Per tabernaculum recte potest intelligi celū: de quo pluraliter loqtur Ps. dicēs: Quā dilecta tabernacula tua dñe virtutum. In dicto autē tabernaculo sunt pleraqz labia. i. multi sancti et sancte/ qui in presenti fuerūt primum graues peccatores: sed postmodū sancti penitētes/ pleni aqs lachrymarum et compunctionū: quales fuerūt Dauid/ Petrus/ Mattheus/ Paulus/ et similes. Hi enim omnes sunt nunc specula nostra: vt quos imitati fuimus

nus in culpa/ imitemur in penitentia: vt tandem eos imitari possimus in gloria post hanc vitam: quia teste Augusti. lib. viij. de trini. c. xvij. Summa religionis est/ imitari quē colis. Et Gregor. in suo pastorali. ca. xxxiiij. Grauiter (inquit) extrema vltione feriendi sunt/ q̄bus placuit q̄d imitari noluerūt.

## Quarta clausula.

Locutusq; est dñs ad Moysē/ dicēs: Sume tibi aromata prime mirrhe & electe/ q̄ngētos siclos: et cinamomi medium. i. ducentos quinquagita siclos: calami similiter ducentos quinquagita siclos: casij autem quingētos siclos/ in pondere sanctuarij. Oleum de oliuetis mēsuram hin. Faciesque vnctionis oleum sanctum/ vnguentum compositum opere vnguentarij: et vnges ex eo tabernaculum testimonij/ & arcam testamenti/ mensamq; cū vasis suis/ candelabrū & vtensilia eius/ altare thimiamatis & holocausti/ & vniuersam supellectilem que ad eorū cultū ptinet/ sāctificabisq; oīa/ & erūt sancta sanctorū. Qui tetigerit ea/ sanctificabitur. Aaron & filios eius vnges/ sanctificabisq; eos vt sacerdotio fungātur mihi. Filijs quoq; Israel dices: Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras. Caro hominis nō vngetur eo: & iuxta cōpositionē eius nō facietis aliud: q2 sanctificatū est/ & sanctū erit vobis. Homo quicūq; tale composuerit/ & dederit ex eo alieno/ exterminabitur de populo suo. Dixitq; dñs ad Moysen: Sume tibi aromata/ stacten/ & onychā/ galbanum boni odoris/ & thus lucidissimum: equalis ponderis erunt omnia. Faciesq; thimiama compositum opere vnguentarij/ mixtū diligenter/ & purū/ & sanctificatiōe dignissimum. Cumq; in tenuissimū puluerē vniuersa contuderis/ pones ex eo coram tabernaculo testimonij/ in quo loco apparebo tibi. Sāctum sanctorum erit vobis thimiama. Talem cōpositionē non facietis in vsus vestros: q2 sanctum est domino. Homo q̄cūq; fecerit simile/ vt odore illius perfruatur/ peribit de populis suis.

Historialiter. Postquam in precedenti clausula/ egregius dei vates Moyses locutus est de labio eneo/ et de situ & officio illius: hic consequenter agit de ɔfectione vnctionis thimiamatis/ quo debebāt omnia sanctificari: de quo refert dñm sibi dixisse: Sume tibi aromata/ prime mirrhe &c. Loquitur ergo dñs ad modum recepte/ que dirigitur ad apothecariū/ dicēs: Sume tibi. i. recipe: aromata. i. species redolētes: que dicuntur aromata/ q2 implent aerē suo odore: prime mirrhe. Pro intellectu huius notādū/ sm Rabanum/ ꝙ mirrha est arbor quinq; cubitorum altitudinis/ que nascitur in Arabia/ sicut & ferme oēs bone species aromatice: & hoc propter cōditionem terre/ & caliditatem patrie. Huius arboris gutta viridis

dis et amara) ab arbore nomen
accepit. Precipua autem mir-
rha est prima) que gratis in ve
re fluit de arbore. Secunda au
tem et minus principalis est) que
in autumno fluit) scilicet inciso
cortice. Unde ſm de Pal. cum
dicatur hic mirrha prima et ele
cta: videtur quod loquatur de gut
ta) et non de arboris virgultis.
Ad idem etiam est glo. ordin.
Est etiam mirrha tante amari
tudinis et fortis odoris) quod quan-
do fluit de arbore) sive quando
virgulta presciduntur) homines
incurrerent gravissimas et incu-
rabiles egritudines) nisi sibi pro-
viderent de remedio per stora
cem) sive picem resinam: ut di-
cit predicta glo. Dicit ergo: Su-
me tibi aromata prime mirrhe
et electe) quingentos siclos) id
est uncias. Nam quod Iudei ap-
pellant siclum) alie nationes di-
cunt uncias: ut dicit Isido. Ety.
lib. vi. c. xxiiii. et cinamomi me-
dium) id est. ccl. siclos. Pro quo
notandum ſm Rab. Sa. quod du-
plex est cinamomum. Unum quod
nihil aut parum habet de odo-
re. Aliud autem est valde aro-
maticum: de quo fit hic mentio.
Item Eccli. xxiiii. Sicut cina-
momum) et balsamum) aroma-
tizans) odorem dedi. De huiusmodi
autem cinamomo loquens pre-
dictus Isido. lib. xvi. c. viii. di-
cit quod gignitur in Indie et Ethio
pie regionibus: et est duorum cu-
bitorum altitudinis) colore sub-
nigro vel cinereo) tenuissima-
rum virgarum. Nam quod gros-
sum efficitur) despicitur: quod
vero gracile redditur) tanquam o-
ptimum eligitur. Cortex eius in
modum canne rotundus est et
gracilis: ut dictum est. Ipsum
cinamomum) cum frangitur) vi
sibile spiramentum emittit) scilicet
ad instar nebule vel pulveris.
Illud autem quod plus mordet
linguam) mixta dulcedine) pre-
valet. Et ut dicit de Palu. cum
cinamomum dicatur a canna)
videtur quod deberet scribi per du-
plex. n. sicut et canna. Est autem
canna) ſm unam significatio-
nem) idem quod arundo. Et di
citur canna: quia cum ea cani-
tur: Calami similiter. ccl. siclos.
Et nota quod calamus (ſm eundem
de Palu. multipliciter accipitur.
Aliquando quidem pro stipu-
la segetis) a calco cales dicta:
eo quod ex immisso flatu calescit.
Item pro penna scriptoris) ſm
illud Psalm. Lingua mea cala
mus scribe velociter scribentis.
Item ſm Papiam) canna est no
men arboris vocatum a canen
do. i. fundendo voces. Item est
nomen fluvii Campanie. Item quan
doque sumitur pro specie aroma
tica: ut hic. Et ut dicit Isidor.
sic dicitur a similitudine cala-
mi visualis) et quod sit gracilis) et gi
gnitur in India) sicut et multe
alie species aromatice) propter
virtutem et vicinitatem folia.
Casie autem (per unum s) quingen-
tos siclos. Ubi notandum quod ca-
sia quandoque est nomen arboris
aromatice. Quandoque autem (ſm
Isidor.) est nomen herbe odori-
fere. Est autem (ſm Papiam) ca
sia virtutis medicinalis fervens-
tis. Addit autem in pondere san
ctuarii) scilicet ponderatos. Et est
hic notandum) ut supra tactum est)
quod pondus apud Iudeos erat
duplex: primum erat pondus san-
ctuarii: quod solum serviebat ad

ne nimium occupabatur ꝓnia
tus: ideo Iethro socer eius di=
xit ei: ꝙ stulto. i. indiscreto la=
bore consumeret: eo ꝙ solꝰ nõ
posset sustinere negocia popu=
li. Esto (inquit) tu poplo in his
que ad deum pertinent. In re=
liquo autem prouide de omni
plebe viros sapientes ⁊ timen
tes deum in quibꝰ sit veritas:
⁊ qui oderint auariciam ⁊ cõ=
stitue ex eis tribunos ⁊ centu=
riones:

niones / et quinquagenarios et decanos / qui iudicent populũ omni tempore. Quicqd autem maius fuerit referant ad te: et ipsi minora tantummodo iudicent: leuiusq sit tibi partito in alios labore. Fecit aũt Moyses omnia que Iethro suggesserat. Hec supra / vz cap. xviij. Ita et in proposito suo modo dicendum est.

¶ Secũdũ dubiũ: Cur dominus dedit socium ipsi Beseleel: vz Hooliab ad fabricandũ quicquid fieri debebat circa tabernaculũ? Dicendũ / q opus illud erat supra vires Beseleel: ideo dominus dedit ei adiutorem. Et q̃uis repleuisset eũ dominus sapientia / intelligentia / atq scientia ex parte anime: et ideo ex hac parte non indigeret adiutore: nihilominus vires eius corporee sole nõ suffecissent ad exequendum predicta sine adiutore. Insuper ipse Beseleel poterat debilitari aut infirmari: vel etiam alio modo occupari: ideo rationabiliter dominus dedit illi sociũ. Uel forsan hoc fecit dominus ad vtilitatem ipsius Beseleel: ne. s. eleuaretur super se per superbiam / si videret se solum ad hoc a dño electũ. Uel dic / q hoc fecit dñs ad solatium ipsius Beseleel. Sicut enĩ teste Senec. de verborũ copia: comes facũdus in via / pro vehiculo est: ita et in qualibet arte. Nec credendum est / q isti duo viri fuerint soli in constructiõe huiusmodi tabernaculi / propter operis magnitudinẽ: quinimmo habuerũt multos cooperãtes. Ipsi tñ duo fuerũt principales artifices: et iterum Beseleel principalis.

¶ Tertiũ dubiũ mouet ppter illud verbũ / et marmore. Queritur ergo: cur de marmore fit hic mentio? Nõ enim videbat necessariũ ad cõstructionẽ predicti tabernaculi: nec de eo superius facta est mentio. Dicẽdũ / q nõ ponitur hic marmor / quasi ad opera tabernaculi ptinens: sed vt artificis ad operandum in omni materia sufficiẽtia ostẽdat: vt dicit de Pal.

¶ Quartũ dubiũ: Cur inter ptinẽtia ad tabernaculũ / q̃ fabricanda erant per Beseleel / non fit mentio de fabricatiõe Cherubin? Huius ratio prius petuit / scz ppter periculũ idololatrie: ad quã populus Hebreorum erat valde pronus.

¶ Quintũ dubiũ: Utrũ ea que in presenti textu ponunt et dicũt de opere tabernaculi / sint attribuẽda muneri spiritus sancti? Hoc dubiũ mouet Augu. sup Exo. q. cxxxviij. Ad quod respõdet / q sic. Uel saltim hoc significatiue dictũ est: vt scz p hoc significet q ea pertineant ad diuinũ spiritũ sapiẽtie et intellectus et sciẽtie / q̃ his rebus significãt. Dñs aũt Hugo cardinalis aptius respõdet dicẽs: q per spm dei etiã mechanica fiũt / multo magis p eundẽ spiritualia faciẽda sunt. Hec ille. Uñ de diuina sapientia scribitur Sapien. vij. Omnium artifex docuit me sapientia.

¶ Sextũ dubiũ: Cur iste Beseleel / vel scd'z alios Bezeleel / dicatur hic fuisse repletus spiritu diuino sapiẽtie / intelligẽtie / et scientie: et non addit / sctõ? Ad

hoc rñdet idẽ Aug. vbi supra: 
ꝙ hoc ideo: qꝛ nõdũ legit̃ spiri
tussanct⁹. Pri⁹ eñi pater inno
tuit mũdo: deide filius: postre=
mo autẽ spiritussanctus. Cir=
ca cui⁹ processionẽ Greci diu
errauerunt.

¶ Moraliter ꝛ pmo / p hoc ꝙ
dñs vocauit Beseleel: vt esset
faber tabernaculi dñi / cũ oĩb⁹
pertinẽtib⁹ ad ipsum: quẽ re=
pleuit sapientia / intelligẽtia /
atqꝫ scientia: nõ quidẽ simpli=
citer / sed ad cogitãdũ quicqd
fabrefieri potest ex auro ꝛc. si=
gnificatur ꝙ dñs implet suas
creaturas rationales gratijs
suis ꝛ donis: nõ quidẽ simpli=
citer / sed prout vult: vni dans
vnã gratiã gratis datã / ꝛ alij
aliã. Ut eñ dicit apo. j. Corin.
xij. Diuisiones gratiarũ sunt /
idem autem dominus. Et diui
siones operationũ sunt: idem
vo de⁹ / q̃ opatur oĩa in oĩbus.
Hoc aũt ibidẽ exẽplificat de
multis. Noluit aũt dñs vni da=
re oẽs gratias gratis datas /
ne inde superbiret / ꝛ ceteros
inferiores ꝯtẽneret: diceretqꝫ
opa eorũ nõ indigere. Hinc est
ꝙ verus hũilis alios sibi pre=
fert. Uñ Aug. de bono virgi=
nali: Existimate (inq̃t) aliquos
i occulto supiores / quib⁹ estis
in manifesto meliores: cũ alio=
rũ bona forte ignota vobis / be
nigne credant a vobis: vestra
vobis nota nõ cõpatiõe minu=
untur / sed dilectiõe firmãtur.
Hec ille. Itẽ idẽ d̃ vbis Aplĩ /
ser. xxi. exponẽs loquit̃ ad ꝓpo=
sitũ / dicẽs: Estimãdũ (inq̃t) est
nullũ esse hominẽ / q̃ nõ possit
habere aliq̃d boni qđ tu nõdũ
habes: etiã si lateat / i quo sine
dubio possit te esse superior. Q̃
cogitatio valet ad cõtunden=
dã supbiã. Et hoc est quod ait
apost. Phil. ij. Nihil p cõtẽtio=
nem neqꝫ per inanẽ gloriã: sed
in humilitate mentis: alter al=
terũ existimãtes superiorẽ si=
bi. Uere ergo existimare possu
mus posse esse aliq̃d occultum
in alio / quo nobis superior sit:
etiã si bonũ nostrũ quo illo vi
demur supiores esse / nõ sit oc=
cultũ. Iste eñ cogitatiões de=
primũt superbiã: et acuũt cha
ritatẽ: facientes onera frater=
na nõ solũ equo aio: sed etiã li=
bentissime sustineri. Hec ille.

¶ Moraliter ꝛ secundo / p hoc
ꝙ dominus dedit intelligen=
tiam Beseleel ꝛ socio eius / ad
cogitandũ quicquid fabrefie=
ri poterat ex auro ꝛ argento / ꝛ
ere ꝛ marmore / ꝛ gemmis atqꝫ
diuersitate lignorum / circa ta
bernaculum domini: datur in=
telligi / ꝙ laudabile est vti talĩ
arte fabrefactoria / etiam circa
aurũ ꝛ argẽtum / ꝛ cetera. Dũ=
modo ista conuertãtur in vsus
tabernaculi domini: id est / ec=
clesie. Unde beatus Eligius
valde laudatur / ꝙ erat multũ
expertus in talibus / ꝛ ꝙ fabre=
fecerit multas capsas ex reli=
bus metallis / ad reponendum
sacrosanctas reliquias sancto
rum multorum in regno Frã=
cie / rege Dagoberto (tunc re=
gnante) impensas abunde tri=
buente. Testes sunt capse san=
cti Martini in ciuitate Turo=
nen. diui Germani / et diue Ge=
noue fe Parisius / beati Diony
sij sociorumque eius / in dicto
oppido sancti Dionysij: sancti
Quintini in Picardia / ꝛ sic de
alijs.

aliis. Quicquid ergo predicta arte fit ad laudē dei / et sanctorum eius laudabile est. Vituperabile autem quando ista superflue et nimis curiose conuertuntur ad vsus hominum. Nā plerique nobiles et potentes ad conflandum vasa aurea et argentea / in quibus ministretur eis cibus et potus dum recubunt ad mensam instar illius regis pagani Assueri de quo Hester .i. pene totaliter cōsumunt substantiam suam: ita vt frequenter dicant se nō habere quod pauperibus membris Christi (fame deficiētibus) tribuant. Erubescere etiam deberent quod seruiatur eis miseris hominibus in predictis vasis: et quod seruiatur regi regum Jesu Christo in altari frequenter in calice stanneo / in hoc prehonorantes seruum domino suo.

¶ Moraliter et .iii. Per tria predicta de quibus habetur in litera / que sunt aurū / argētū es: intelligunt charitas / castitas / fortitudo. Primo igitur / per aurum designatur charitas: quia sicut aurum precellit in valore et preciositate cetera metalla: ita et charitas precellit ceteras virtutes / dicente Aplo. i. Corint. xiii. Maior horū est charitas. Illi ergo spiritualiter fabrefaciunt in tabernaculo domini .i. in ecclesia ex auro / qui quicquid faciūt / ex charitate faciunt: siue actualiter / siue habitualiter: iuxta illud verbum Apostoli / prime Corinthi. decimo: Siue mādu catis / siue bibitis / vel aliud quid facitis / omnia in gloriam dei facite. Per argētū autem / designatur castitas debite obseruata: quia sicut argentū bene politū relucet / et pulchrū et mundū apparet: sic etiam castitas debite obseruata splēdet corā deo et hoibus. Propter quod Sapiēs pre admiratione loquitur Sapien. iiij. dicēs: O quam pulchra est casta generatio cū claritate .i. cū bona et clara fama: inmortalis est enim memoria illius / scz quo ad deum: quia apud deū nota est / et apud hoies .i. approbata: vt exponit glo. interl. Illi ergo spiritualiter fabrefaciunt in tabernaculo dñi .i. in ecclesia ex argēto / qui obseruāt debitam castitatē in quocūque statu sint / vel virginitatis / viduitatis / seu etiā matrimonii. Et sicut aliquod vas argenteū est clarius et magis politū reliquo. Vncia etiā argēti in vna patria plus valet quam in alia: secundum quod argentū est magis depuratū vel minus: ita etiā castitas virginalis preualet castitati viduali et matrimoniali. Et iterū castitas vidualis / matrimoniali. Nam secundum Hieronymum / castitati / siue continentie virginali / debetur fructus centesimus: viduali / sexagesimus: matrimoniali autem / tricesimus. Per es vero designatur fortitudo mentis / que est virtus moralis. Nam sicut es inter omnia metalla est valde forte: ita et fortitudo moralis facit fortiter aggredi ardua / et sustinere aduersa. Illi ergo spiritualiter fabrefaciunt in tabernaculo domini: id est / in ecclesia militāte ex ere: qui aggrediuntur ardua / et qui militant contra carnem / mundum / et diabolum. Item qui in bono opere / non obstante diffi

cultate ⁊ arduitate nõ parcũt sibijpsis: sed dicunt cũ Psal. Fortitudinem meam ad te custodiam. Ecce igitur quid designatur per aurum/ argẽtum/ ⁊ es: que tria intrauerũt in cõstructione tabernaculi per industriam Beseleel/ magistri operis.

¶ Moraliter ⁊ quarto/ p tres predictas species metallorũ: que sunt aurum/ argentũ/ ⁊ es: significant tres differẽtie hominum/ q̄ sunt perfecti/ proficientes ⁊ incipientes. Nam p aurũ (quod est nobilius metallum) intelligũt perfecti/ alias viri heroici. Nã sicut aurũ est rarũ/ ⁊ min9 cõmune alijs speciebus metallorum: ita sũt viri heroici valde rari in ecclesia militante: quia teste Psal. Omnes declinauerunt/ simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum: supple perfecte/ non est vsq3 ad vnum. s. Christũ: vt dicit glo. interl. Per argentũ autem intelliguntur proficientes/ qui vadũt de virtute in virtutem. Et sicut argentũ est communi9 auro: sic etiã sunt plures proficiẽtes ꝙ perfecti. Per es vero/ intelligunt incipientes. Et sicut es est cõmunius duob9 precedentibus. s. auro ⁊ argento: ita sunt multo plures q̄ incipiũt bene viuere/ ꝙ qui cõtinuant per profectum: aut qui perueniant ad vite perfectionẽ. In cuius figurã legit ꝙ multi filij Israel exierunt de Egypto: ⁊ tñ pauci ex illis peruenerunt ad terrã promissionis. Unde Matt. xx. Multi sunt vocati/ pauci vero electi. Hinc Augu. ad fratres in eremo. sermo. viij. q̄ intitulatur de perseuerantia: Multorũ (inquit) incipere fuit: sed perseuerantium paruus est numerus. Iudas (inquit) bene agere cepit/ ⁊ Saul/ ⁊ Salomõ/ ⁊ multi alij/ q̄ tamen male perseuerauerũt. Hec ille. Itẽ Hieronyr. secunda parte epistolarũ suarum. epistola nona/ inquit: Non cepisse/ sed permansisse virtutis est. Ad propositũ ergo redeũtes quid est ꝙ dominus illustrauit mentem Beseleel/ vt sciret facere in tabernaculo domini quicquid potest fabrefieri ex auro/ argento/ et ere: nisi quia vult vt edificem9 in tabernaculo spirituali/ quicquid fabrefieri potest de predictis tribus speciebus metallorũ modo prius expositorũ Un9 quidẽ sic/ et alius aliter. Preterea p̄dicte tres differẽtie hominũ recte designant p alia tria: q̄ sunt marmor/ gẽme/ ⁊ diuersitas lignorum. Nam gemme. i. lapides p̄ciosi/ designãt viros heroicos: marmor/ proficientes: diuersitas autem lignorum/ multiplicitatẽ et varietatem incipientium.

¶ Moraliter et quito/ per hoc ꝙ domin9 voluit vt Beseleel socios haberet/ videlicet Hooliab ad conflandũ opus tabernaculi: aperte insinuauit nobis et commendauit charitatem. Poterat quidem per vnũ totum perficere: sed voluit esse duos/ vt amicem9 fraternam charitatem: de qua in Psalm. Ecce ꝙ bonum/ ⁊ ꝙ iocundũ: habitare fratres in vnum. Itẽ expressi9 dicitur Ecclesiastes quarto/ ꝙ melius est esse duos

simul

simul, quam vnum: habent enim emolumentum societatis sue. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Ve soli: quia cum ceciderit non habet subleuantem se. Et si dormierint duo, fouebuntur mutuo. Unus quomodo calefiet? Et si quispiam preualuerit contra vnum: duo resistunt ei. Funiculus triplex difficile rumpitur. Ecce quomodo Salomon multiplici exemplo probat fraternam charitatem esse bonam: et ad salutem necessariam. Ad hanc autem fraternam charitatem non solum sunt admittendi amici et benefactores, parentes, et qui nos genuerunt: verumetiam inimici, et qui nos oderunt: iuxta illud domini preceptum Matth.v. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos: et orate pro persequentibus vos. Uel dic, quod per predictos duos homines fabricantes opus tabernaculi, intelligitur duplex dilectio: dei scilicet et proximi, per quam nobis edificamus tabernaculum in celis. Nam teste Christo: Matthei.xxij. tanta est vis harum duarum dilectionum, quod in his duobus mandatis tota lex pendet et prophete. Nullus ergo conqueratur, et dicat quod pre inopia non potest emere regnum celorum: quia sola dilectione dei et proximi, a qua nemo (etiam quantumcunque pauper) se excusare potest: quia consistit in sola voluntate: et similiter tali materia edificatur dictum tabernaculum non manufactum: id est non huius creationis: vt dicit apost. Hebreorum nono.

¶ Moraliter et sexto, iuxta illud verbum: Et in corde hominis eruditi posui sapientiam etc. Notandum, quod nullus capax rationis debet se excusare circa notitiam diuinorum preceptorum, et signanter que continentur in decalogo: quia dominus per legem nature (que communis est omni habenti rationis vsum) posuit sapientiam: vt faciat homo quecunque ille in decalogo suo precepit: quia totum quod ibi est, de lege nature est: que inuiolabiliter inserta est humano intellectui, et iudicio naturali. Hinc apost. Rom.ij. Gentes (inquit) que legem non habent, naturaliter ea que legis dei sunt faciunt. Deinde subdit dicens: Eiusmodi legem non habentes supple scriptam: ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis: testimonium reddente illis conscientia eorum, que ex dictamine rationis naturalis recalcitrat malo, et consentit bono.

¶ Allegorice et primo, per tabernaculum domini intelligitur ecclesia Christiana: de quo quidem tabernaculo legitur Apoc. xxj. Ecce tabernaculum dei cum hominibus. Opifex huius tabernaculi fuit Christus, qui per Beseleel rationabiliter designatur: Beseleel enim interpretatur diuinum vmbraculum. Modo Christus, secundum quod homo, fuit vmbraculum diuinitatis. Abacuch.iij. Ibi abscondita est fortitudo eius. Et Esa. xlv. Uere tu es deus absconditus. Sicut enim lumen absconditur intra lucernam, ne noceat humanis oculis: ita diuinitas non po-

ferat videri in se ab humanis oculis / nisi prius temperaretur humanitate. Fuit autem iste opifex Beselecl plen⁹ sapien- tia ⁊ intelligentia / atq₃ scien- tia / quātū potest humanit⁹ fie ri: inmo supra ceteros hoīes. Joan. primo / vidim⁹ eum ple- nū gratie ⁊ veritatis. Et Luc. ij. Puer autē crescebat ⁊ con- fortabat plen⁹ sapientia. Sed qd significat per ea que fabre- fecit in dicto tabernaculo ip̄e Beselecl ex auro / argento / et ere? Profecto p ista designan- tur viri illi sancti / ex qui⁹ con- sistit tabernaculum ecclesie. Cuius tamen fundamētum est Christus / iuxta illud. j. Corin. iij. Fundamētum aliud nemo potest ponere preter id quod positū est quod est Christ⁹ Je- sus. Per aurum ergo / qđ pre- cellit cetera metalla: itelligū tur Christi apostoli / qui in edi ficio ecclesie post Christū fue- rūt precipui. Per argentū au- tem intelliguntur martyres / q̄ fuerunt tanq₃ argentum igne examinatum. Igne (inquam) .i. in fornace penarum ⁊ tormē torum. Unde nunc dicit san- cti martyres / regnantes glo- riose in celo: merito dicere pos sunt illud verbum Psal. quasi de hoc deo gratias agentes. Probasti nos deus / igne nos examinasti / sicut examinatur argentum. Unde ⁊ de illo glo rioso martyre Laurentio ca- nit ecclesia / q̄ dicebat ad do- minum illud verbum eiusdem Psalmi. Igne me examinasti: ⁊ non ē inuēta in me iniquitas. Hoc autē pro tanto veraciter dicebat / q₃ ignis martyrij / quo cruciat⁹ fuit / delet omnem cul- pā ⁊ totā penam: eo q̄ implet vicem baptismi: vt dicitur de cōse. dist. iiij. ca. baptismi. ⁊ c. catechuminū. Ecce quid signi ficat argentum in proposito. Per es autem / qđ sonorosum est / intelligūtur illi sancti do- ctores / ⁊ beati cōfessores / qui suis predicationibus / doctri- nis ⁊ moribus / tam alte inso- nuerunt / q̄ in omnem terram exiuit sonus eorū: ⁊ in fines or bis terre verba eorum. Sicut patet de quatuor doctoribus ecclesie. Item de beato Tho- ma Aquineñ. Bonauentura / ⁊ multis alijs: quorum nomina scripta sunt in libro vite: Ecce igitur tria genera metallorū / ex quib⁹ pro maxima parte ere ctum est tabernaculum eccle- sie militantis.

¶ Quod autem subditur de marmore / gemmis / ⁊ lignorū varietate: possum⁹ referre ad alias differentias sanctorum: ita vt p marmor / quod est neu- tri generis (lapis valde frigi- dus) designētur continentes: qui sunt in triplici differentia / secundū q̄ est continentia vir- ginalis / vidualis / matrimonia lis. Hi enim sunt valde frigidi contra ardorem libidinis. Ta lia nempe marmora pertinent ad compositionem tabernacu li ecclesie. Per gemmas etiam intelligunt boni p̄clari / q̄ mo re gemmarū relucent in eccle- sia: de quibus saluator Matt. v. Uos estis lux mundi. Et po- stea: Sic luceat lux vestra corā hominibus / vt videant opera vestra bona / et glorificent pa- trem vestrum / qui in celis est.

Per

Per lignorũ aũt varietatẽ / in-telligit reliqua multitudo iusto- rũ ptinẽtiũ ad tabernaculũ ec- clesie militãtis:q̃ in se magna est / q̃uis respectu multitudi- nis malorũ parua sit. In cuius rei testimonium dicit saluator Matt.xx. Multi sunt vocati / pauci vero electi. Itẽ eiusdem Mat.vij. Angusta porta τ ar- cta via est / que ducit ad vitã:et pauci sunt qui inueniũt eam. Et p oppositũ / ibi dicitur de via que ducit ad perditionem. Ecce igitur quid significat li- gnorum tabernaculi varietas τ multitudo.

¶ Allegorice τ scđo / p taber- naculũ testimonij potest intel ligi vetus testamẽtũ / siue sy- nagoga Judeoꝝ. Tabernacu- lũ enim / siue tẽtoriũ / est locus tenebrosus de se: i quo aliqui abscõdunt τ ptegunt a gradi- nib⁹ / vẽtis / τ pluuiis. Nouum aũt testamentũ abscõdebatur sub veteri: sicut veritas sub vmbra: vel sicut dulcis aq̃ sub nube. Psal. Tenebrosa aqua in nubibus aeris.i. nouũ testa mẽtũ / quãdiu fuit ĩplicite cõ- tẽtũ sub veteri: fuit sicut ob- scurũ / ad modũ aq̃ tenebrose / quãdiu est in nubibus aeris. Sed quid est q̃d sequit ĩ Psal. Pre fulgore in conspectu eius nubes trãsierũt / nisi q̃ succe- dẽte nouo testamento q̃d fuit clarũ tanq̃ fulgur: mox cessa- uit vetus cũ figuris suis. Patz ergo / q̃uo p tabernaculũ intel ligit vet⁹ testamentũ. Per Be seleel aũt et Hooliab fabrica- tores tabernaculi / τ eoꝝ q̃ in eo erãt / intelligũtur Moyses τ Aaron / q̃ fuerũt quodãmo- do fabricatores dicti veteris testamenti: q̃z coopatores dei. Sed q̃d intelligitur per aurũ / quod intrauit in edificiũ taber naculi: τ similiter per argentũ τ es: nisi q̃ ipsum testamentũ habuit aliquos egregios τ ma gnos pphetas: aliquos medio cres / τ aliquos minores. Nam iter magnos cõputãt Esaias / Hieremias / Ezechiel / et Da- niel. Hic etiã Daniel potest di ci mediocris / respectu alioꝝ triũ. Minores aũt q̃s sub duo- denario numero cõtineri igno rat? Ubi aduertendũ cõformi ter ad beatũ Hierony. q̃ inter pphetas aliqui nõ dicunt si- gnificari per aurũ / alij per ar- gentũ / alij vero p es. Siue ali- qui nõ dicũt maiores / alij me- diocres / τ alij minores: tanq̃ illi fuerint maioris sanctitatis / τ isti mediocris / aut minoris: q̃z hoc solius dei est cognosce- re / q̃ solus est põderator cor- diũ: vt dicitur Prouer.xvj. Itẽ aliqui nõ dicunt maiores / alij mediocres / τ alij minores: tã- quã iter eos sint aliq̃ maioris authoritatis in dictis suis / et alij mediocris / aut minoris: q̃z oẽs sunt eiusdẽ authoritatis / q̃z eodẽ spũsancto dictãte p- phetauerũt. Quia vt dr.ij. Pe tri.j. nõ voluntate humana al- lata est aliq̃n pphetia: sed spi- ritusancto inspirati locuti sũt sãcti dei hoies. Inter ergo p- phetas q̃s olim habuit taber- naculũ dñi.i. synagoga: aliqui dñr aurũ / alij argentũ / alij vero es: siue (vt p̃dixim⁹) aliq̃ dñr maiores / alij mediocres / alij autẽ minores: quia aliqui iter eos magis τ diffusi⁹ scripserũt

 alij

alij mediocriter / ⁊ alij minus / prout spiritussanctus tãgebat corda ipsorũ. Ad idem etiam propositũ potest exponi quod cõsequenter dicitur de gēmis / marmore ⁊ diuersitate lignorũ.

¶ Allegorice ⁊ tertio / ⁊ cõformiter ad magistrũ Nicolaũ de Lyra / ꝑ tabernaculum dñi potest intelligi ecclesia Christiana / Christi spõsa / que recte potest dici tabernaculum dñi: iuxta id qđ scriptũ est Apoc. xxj. Ecce tabernaculum dei cũ hominibus / et habitabit cũ eis / tum per gratiam / tum per inhabitationem sacramentalem Mat. xxviij. Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus / vsq ad consummationem seculi. Hui⁹ autem tabernaculi principalis edificator fuit Moyses: id est / Christus. Cooperatores autē fuerunt Beseleel et Hooliab: id est / Petrus et Paulus. Unde ⁊ Paulus dicebat .j. Corin. iij. Adiutores dei sumus. Itē Gala. ij. Qui operatus est Petro in apostolatum circũcisionis / operatus est et mihi inter gentes. Conuenienter autem isti duo Christi apostoli significantur per nomina principalium artificũ tabernaculi: quorum primus et principalis vocatus fuit Beseleel / qui interpretatur vmbra dei: ⁊ bene significat Petrum / qui fuit principalis inter apostolos: qz vicari⁹ Christi / cui soli dixit Joan. xxj. Pasce oues meas / pasce agnos meos. Item ad tactum vmbre eius / virtute diuina sanabantur infirmi. Act. v. Secundus autē vocatus fuit Hooliab / qui interpretatur habitatio mea pater: ⁊ ideo bene significat Paulum / qui mente habitabat i deo patre omniũ / sicut ipsemet dicit Philip. iij. Nostra cõuersatio in celis est.

¶ Anagogice ꝑ tabernaculũ dñi recte potest intelligi ecclesia triũphans. Nam sicut ecclesia militans est tabernaculum ad bonorũ militationē / de quo dictũ est in prima expositione allegoricali precedenti: ita ecclesia triumphans est tabernaculum ad beatorũ recreationē: de quo iustus moriens potest cũ fiducia diuine misericordie dicere illud Psal. Introibo in locũ tabernaculi admirabilis / vsq ad domũ dei: supple / celestem. Unde de eodem tabernaculo loquēs idem Psalmista ait: Quã dilecta tabernacula tua dñe virtutũ. Ubi notandũ / qđ de hmõi tabernaculo scriptura aliquando loquitur singulariter / et hoc propter vnitatē obiecti beatifici. Aliquando aũt pluraliter / propter varietatē participantiũ ipsum: siue quia in virtute continet omne bonũ / aut etiã propter varietatem obiectorum secundariorum beatitudinis minus principalis que accidentalis a doctoribus vocatur. Opifex autē huius tabernaculi est domin⁹ deus: qui in principio creauit deus celum et terram. Qui bene per Beseleel significatur / id est interpretatur diuinum vmbraculum. Modo Esa. lxiiij. ⁊ repetitur ab apostolo .j. Corin. ij. oculus non vidit / nec auris audiuit / ⁊ in cor hominis non ascendit ⁊c. Itē eiusdem Esa. xlv. Uere tu es de⁹ abscõdit⁹.

Sed dictus Beseleel / quis sit absconditus a nobis pro presenti statu: secundum quod scriptum est infra.xxxiij. Non videbit me homo et viuet. Nihilominus post statum presentem clare et aperte videtur a beatis. Unde Nume.xxiiij. Videbo eum / sed non modo. Item Job.xix. In carne mea videbo deum saluatorem meum. Et Esa.xxx. Regem in decore suo videbunt. Et breuiter de tali visione plena est sacra scriptura. Per ea autem que dictus Beseleel fabricatus est in dicto sanctuario ex auro argento et ere: designatur inequalitas beatitudinis / et hoc ex parte subiectorum participantium inequaliter ipsam beatitudinem: quia sicut stella differt a stella in claritate: et sicut alia est claritas solis / alia claritas lune / et alia claritas stellarum: vt dicit Apostolus.j.Corin.xv. ita in proposito / quo ad ipsos beatos. Sed quid est quod sequitur: Et in corde hominis eruditi posui sapientiam etc. nisi quod in cordibus siue intellectibus ipsorum beatorum dominus ponit species infusas / per quas multa cognoscunt / quorum nunquam habuerunt censationem / aut qualemcunque cognitionem in presenti / etiam nec in se / nec in suo simili. Alias illi qui mortui sunt paruuli / preter cognitionem beatificam nullam haberent notitiam / nisi forte de nouo acquisitam a rebus: quod nullus doctorum dicit. Hic possent multa dici / que pertransco breuitatis causa.

¶Secunda clausula.

Et locutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere filijs Israel / et dices ad eos: Videte vt sabbatum meum custodiatis: quia signum est inter me et vos in generationibus vestris / et sciatis quia ego dominus qui sanctifico vos. Custodite sabbatum meum: sanctum est enim vobis. Qui polluerit illud / morte moriatur. Qui fecerit in eo opus / peribit anima illius de medio populi sui. Sex diebus facietis opus / in die septimo sabbatum est requies sancta domino. Omnis qui fecerit opus in hac die / morietur. Custodiant filij Israel sabbatum / et celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternum inter me et filios Israel / signumque perpetuum. Sex enim diebus fecit dominus celum et terram / et in septimo ab omni opere cessauit.

¶Historialiter postquam in precedenti clausula visum est de opifice operis tabernaculi / et qui ad hoc electus est a domino / videlicet de Beseleel / adiuncto sibi socio Hooliab / et minus principali operatore: hic consequenter agit de agendis a populo Israele: scilicet de obseruatione sabbati. Vel dic / quod postquam in precedenti clausula egit legislator Moyses de causa efficiente tabernaculi testimonij / videlicet de Beseleel et Hooliab: hic consequenter loquitur de causa finali / videlicet de obseruatione sabbati.

Refert ergo ipse Moyses qualiter dominus sit ad eum locutus, dicēs ei: Dic filijs Israel: Videte vt sabbatum meum custodiatis. Ad hoc enim fiebat tabernaculum: vt deputaretur diuino cultui, qui pro magna parte consistebat in obseruatione sabbati, de qua supra dictum est .xx. ca. Dixit ergo: Videte: id est corde intelligite et opere facite. ideo sequitur: vt sabbatū meū custodiatis, vacādo supple diuinis: quia signū est inter me et vos: videlicet quod sitis mihi peculiaris populus: scȝ meo cultui specialiter applicatus. Sequitur in generationibus vestris, interli. i. per omnes generationes vestras: et sciatis quia ego domin⁹ qui sanctifico vos, in presenti quidem per gratiā: et sanctificabo vos in futurū per gloriam. Nā et hoc quod precipio vobis cessare a seruilibus operibus: significo vobis sufficiēter, quod debeatis a peccatis cessare: quia illa sunt opera seruilia, quibus seruitur diabolo. Joan. viij. Qui facit peccatū, seruus est peccati. Et consequenter obseruātia huiusmodi sabbati, signū est quod debeatis in p̄senti esse sancti, et similiter in futuro: tanq̄ diceret dn̄s, Si cessaueritis a peccatis, et ab opere seruili in sabbato: signum sit vobis, quod vos ipsos requiescere tandem faciam in meipso perpetuo in celo. Vn̄ Esa. lxvi. Erit sabbatum ex sabbato. Itē Augu. Si a malis operibus cessando sabbatizauerim⁹, ad futuram requiem perueniemus. Ea autem que deo applicantur sanctificari debent. Ut autem hic dicit glo. ordi. frustra gloriātur Iudei de legali obseruatione. Aperte enim hic dicit̄: quia signū est future quietis, scȝ et beatitudinis. Vel quietis sanctorum in presenti: q̄ quiescūt a tumultu mundialiū operum et vitiorum. Hec ibi.

¶ Postq̄ ergo dn̄s induxit populum Hebreum ad obseruantiam sabbati, bona pollicēdo: cōsequenter eum ad idem inducit, mala cōminando, dicēs: Qui polluerit illud, scȝ operibus seruilibus: morte moriat̄. Morte quidē corporali, sicut patet Nume. xv. de illo quem iussit dn̄s lapidibus obrui, eo quod collegisset ligna in die sabbati. Morte etiam eternali, de qua Ezech. xviij. Anima q̄ peccauerit, ipsa moriet̄. Qui fecerit in eo opus: interli. seruile, vel peccati: peribit anima illi⁹ de medio populi sui, supple exterminabitur. Nam talis ducebatur extra castra lapidādus, vt patet Nume. vbi supra.

¶ Deinde postquam dominus induxit predictū populum ad obseruātiā sabbati, predictis duobus modis. Primo quidē bona pollicēdo. Secundo vero mala comminando: hic cōsequenter ipsum ad hoc induxit, debitum obseruando et allegendo. Et hoc est quod subdit̄: Sex diebus facietis opus: supple terrenū et temporale, siue corporale: die septimo sabbatum est, requies sancta domino: id est, ad honorē domini requiescendo, et vacando diuinis et spiritualibus. Omnis qui fecerit opus in hac die, morietur.

tur. Expone vt supra. Ex his ergo omnibus quasi corollarie infert dominus/ dicens: Custodiant ergo/ supple filij Israel/ sabbatum/ scz a seruilibus operibus abstinendo: et celebrent illud/ scz diuinis intendendo: in generationibus suis.i.semper. cuius ratio duplex subditur. Prima quidem/ vt sic semper continuetur pactum dni cum dictis filijs Israel: ideo sequitur/ Pactum est.i.erit sempiternum/ inter me et filios Israel. Secunda ratio est: vt si cessauerint ab eiusdem sabbati transgressione/ ego cessabo a pene inflictione. et hoc est qd sequitur: Signumque perpetuum/ scz quietis eterne. Consequenter subdit rationem generalem/ dicens: Sex enim diebus fecit dns celum et terram .i.omnem creaturam/ tam spiritualem quam corporalem: et in septimo ab omni opere cessauit: scz a noua rerum productione/ sed non a priorum conseruatione: siue in esse specifico/ siue in esse seminali et radicali.

¶ Circa autem clausulam huius textus mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium/ cum prius actum sit de obseruatione sabbati cum moralibus preceptis: vt patet supra.xx.c.huius. Item cum iudicialibus/ supra.xxiij.ca. Item nunc cum cerimonialibus: vt in presenti patet. Queritur/ quare toties de eo agitur/ et quomodo differenter? Ad quod dicendum est que preceptum de obseruatione sabbati/ partim est morale/ partim iudiciale/ et partim cerimoniale. Morale quidem/ inquantum dictat deo seruiendum aliquo tempore/ et secundum hoc de eo agitur.ij.ca.huius. Secundum autem que determinat determinatum diem/ scilicet septimum: sic est cerimoniale/ et sic de eo agitur in presenti. Secundum autem que taxat penam transgressoribus debitam/ sic est iudiciale: et sic de eo agitur.xxiij.ca. huius. Non ergo superflue de hoc precepto agitur in hoc libro.

¶ Secundum dubium: Cur toties huiusmodi preceptum in presenti textu reperitur? quia tribus vicibus: vt patet intuenti. Dicendum/ que vt fortius imprimeretur memorijs Judaici populi. Nam propter hanc causam sepenumero repetuntur precepta decalogi in illo psalmo/ Beati immaculati in via: qui continuatur vsque ad psalmum/ Ad dominum cum tribularer: exclusiue. adeo que in singulis versibus dicti psalmi fit mentio de huiusmodi preceptis/ quamuis sub diuersis terminis: vt sunt mandata/ lex/ testimonia/ eloquia/ sermones/ iustificationes/ iudicia/ via/ verba/ veritas: vt refert Picus Mirandulanus in apologia sua: vt dictum est supra. Excipiuntur ab hac generalitate duo versus: quorum primus incipit/ Ordinatione tua perseuerat dies. Secundus autem incipit/ Suscipe seruum tuum in bonum. Sicut ergo huiusmodi precepta tam crebro repetuntur in dicto psalmo/ preter alios passus sacre scripture/ vt indelebilius imprimerentur in memorijs hominum: ita etiam preceptum de obseruatione sabbatiter repetitur in presenti a dno propter similem causam. Amodo ergo

ergo nullus sane mētis potest de huiusmodi precepto preten dere ignorātiam: aut legitimā excusationem. Cum etiam seclusa omni lege scripta/ lex nature (que inserta est mentibus hominum/ etiam indelebiliter et inuiolabiliter) dictet esse sabbatizandū deo. Nam vt dicit Aposto. Roman. ij. gentes que legem/ supple scriptam/ non habēt/ naturaliter ea que legis sunt faciunt.

¶ Tertium dubium: Cur post op⁹ tabernaculi/ de quo in pcedēti clausula fit mētio/ immediate fit hic mētio de obseruatiōe sabbati? Videt enī esse materia omnino impertinēs priori. Dicendū/ ꝙ huius ratio est/ eo ꝙ aliquis posset credere/ ꝙ quis opera seruilia essent prohibita in sabbato/ nihilominus liceret operari sabbato in op⁹ sanctuarij siue tabernaculi. Ad hoc igitur remouendum/ statim vt dixerat dominus ꝙ Beseleel artifex faceret quicquid Moysi preceperat: prohibet tamen in presenti operari in sabbato.

¶ Quartum dubium: Utrū liceat in casu manualiter opari dominicis diebus/ ad vtilitatē ecclesie? Videtur ꝙ non: quia vt patet ex immediate dictis/ nō licebat operari in lege scripta die sabbati/ ad vtilitatē tabernaculi. Ergo neqꝫ in lege scripta ad vtilitatem ecclesie. Et per cōsequens illi male agunt/ qui pie intendentes gratis laborant pro pijs locis et ecclesijs. Dicendum/ ꝙ preceptū de sanctificatione sabbati/ cum sit in parte morale (vt dictum est) nunqꝫ ex hac parte recipit dispensationem/ quin homo vacet aliquando deo/ cessando ab alijs operib⁹. Sed ꝙ hoc fiat die septio/ vel octauo: quia istud est ex diuino vel ecclesie statuto: de quorum intētione non est impedire maius bonū: ideo licet operari tali vel tali die festo. Et ideo licet etiā nunc facere fossata dominicis diebus/ cum scꝫ imminet necessitas: et similiter alias munitiones. Da exēplum de Macchabeis: sabbato pugnando se defendētib⁹ ab aduersarijs/ etiā licite: vt ptꝫ. j. Macchab. ij. Operari autem die festo ad vtilitatem paupercule et desolate ecclesie/ dicit Petrus de Pal. ꝙ licet: et ꝙ hoc est vacare diuinis: et hoc quando et vbi hoc fit sine lucro temporali.

¶ Quintum dubiū: et qđ oritur ex solutione pcedenti/ tale est. Ex quo licet hodie laborare in die festo pro pijs locis/ et signāter pro pauperib⁹ ecclesijs (dū modo istud gratis fiat/ et in bassis festis/ vt vulgo dicitur/ minime autem ī precipuis festis/ aut similiter dominicis dieb⁹) queritur ergo cur similiter nō licuit Judeis operari pro vtilitate tabernaculi/ aut etiam pro personis pauperib⁹ in die sabbati? Respōsio in primis: quia festum diei sabbati erat valde precipuū apud Judeos/ et etiā non habebant bassa festa/ sicut nos Christiani. Et forte expediret hodie poplo Christiano non habere tantam multitudinem festorum/ sicut videm⁹ in aliquibus diocesibus abundare: quia multitudo talium pa-

rit

rit contemptum. Secundo dicitur, quod fuit specialiter prohibitum operari ad utilitatē tabernaculi in die sabbati: et hoc ne populus ille Hebreorum cupidus terrenorū et rudis, et hoc crederet quod etiam sibi liceret se occupare circa alia negocia. Sicut nec modo lz amore dei operari in ecclesiis, dominicis diebus et festis precipuis: sicut dictum est: et hoc potissimū ne apud infirmos super hoc scandalū oriatur: ut dicit idem de Pal. Ex cuius intentione videtur esse, quod cessante huiusmodi scandalo pusillorum, liceret operari manualiter dieb9 dominicis et festis, pro piis et pauperibus locis.

¶ Sextum dubium: cur in presenti textu, bis dicitur de operāte in die sabbati, quod morte moriatur? Dicendum, quod ad maiorem terrorem incutiēdum. Vel forte ad insinuandum, talē violatorē festi sabbati esse dignū duplici morte. Primo quidem morte corporali, dummodo assint testes fide digni per quos hoc possit probari, nisi forsan facti euidentia laboret contra eum. Secundo vero, pena eterna. Nam si talis non possit conuinci, nec punitus fuerit in presenti, nec de hoc penituerit, tūc grauius incomparabiliter punietur a deo in alio seculo.

¶ Moraliter et primo: per hoc quod dñs tam stricte et multipliciter precepit olim filiis Israel sabbatum custodiendum, in presenti clausula et textu. Primo quidē cum ait: Uidete ut sabbatum meū custodiatis. Secūdo vero cūm subdit: Custodite sabbatū meum. Tertio autem cum subinfert: Custodiant filii Israel sabbatum. Per hoc voluit ipse dñs innuere quod in tribus locis debem9 sabbatizare: videlicet in corde, in ore, et in opere. In corde quidem, cessando et quiescēdo a cogitationibus malis. Nam et sabbatum, requies dicitur. Et de isto sabbato potest intelligi illud Leuit. xvj. Sabbatum requietionis est: requietionis (inquā) cordis et animi. Istud sabbatum celebratur in corde hois iusti, qui requiescit a cogitationibus malis et puerilis: et que sunt sine intellectu, et que etiam separāt a deo: et qui ecōtrario requiescit in cogitationibus bonis. Nā in tali sabbato deus laudatur et honoratur. In eo etiam sacrificiū, ipsi deo acceptissimū, quod est spiritus contribulatus in ara cordis, et in igne feruoris charitatis offertur. Secūdo debemus sabbatizare in ore: cessando scilicet a malis verbis, et inhonestis. Unde Apost. Ephes. iiij. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. Ecōtra aūt tunc quiescendum est in bonis et deuotis verbis, vez in diuinis laudibus, et in edificatione proximorum. Unde Apost. vbi. s. subdit, dicens: Sed si quis bonus (supple sermo) procedat ex ore vestro, ad edificationem fidei, ut det gratiam audiētib9: in illo supple desçite. Istud enim est bonum et sanctum sabbatū. Quod etiam sit sabbatizādum in ore, quiescēdo a malis verbis: patet per eundem Aposto. v bi supra. c. seq. dicentem: Fornicatio, aut omnis inmūditia, aut

auaritia, nec nominetur in vo-
bis: aut turpitudo, aut stultilo
quium, aut scurrilitas, que ad
rē non pertinet: sed magis gra
tiarū actio, supple, nominetur
in vobis. Ecce sanctum sabba-
tum, quod solennizādum est in
ore. Tertio debemus sabbati-
zare in opere, scilicet quiescen
do a malis operibus: et per cō-
trarium, quiescendo in bonis
operibus ꝛ exercitijs sanctis ꝛ
spiritualibus. Et de vtroq̄ si-
mul loquitur dominus. Esa. i.
dicens: Quiescite peruerse age
re, discite benefacere. Qꝫ autē
in die festo sit sabbatizandum,
id est, quiescendum in operib⁹
bonis ꝛ spiritualib⁹, patet per
id quod dicitur Leui. xvi. Sab
batum requietionis est, ꝛ affli
getis animas vestras. Hoc au
tem potest dupliciter intelli-
gi. Primo quidem sic: Affige-
tis, supple interius: animas ve-
stras. capiendo animam pro al
tera parte cōpositi: affligetis
(inquā) per contritionem ꝛ do-
lorem de peccatis. Secūda sic
Affligetis, supple exteri⁹: ani-
mas vestras, id est, vitam car-
nalem, ieiunijs et disciplinis.
Nā talia possunt licite fieri in
die sabbati, etiam peramplius
q̄ alijs diebus: ꝛ presertim lo-
quendo de prima afflictione, q̄
fit per contritionem de pecca-
tis. In cuius figuram dicit̄ Nu
meri. xxviij. Die sabbati offere
tis duos agnos anniculos im-
maculatos. Ubi tamen alijs
diebus offerebatur vnus solus
agnus.

¶ Moraliter et. ij. Per hoc q̄
dominus tam stricte olim pre-
cepit vt filij Israel custodirent
diē sabbati, insinuatur nobis
Christianis, ꝛ q̄ militamus sub
lege gratie quāta diligētia de
beamus obseruare festa eccle-
sie. Per hoc vero q̄ domin⁹ ter
fecit preceptum de obseruatio
ne huiusmodi sabbati, informa
mur q̄ festa que nobis p̄cipiū-
tur obseruāda, sunt in triplici
differētia: videlicet Christi, di
ue Marie, ꝛ ceterorum sancto-
rum. Et de hoc vide extra de
ferijs. cap. conquestus. Hec ta
men festa nō sunt celebritatis
eiusdem, neq̄ venerationis: sed
secundum magis ꝛ minus, s̄m
differentiam sanctorum. Nam
vt differt stella a stella: vt inqt
Aposto. i. Corinthio. xv. ita in
proposito.

¶ Moraliter ꝛ tertio: iuxta il-
lud verbum, Omnis qui fecerit
in eo opus, peribit anima ꝛc̄.
Notandū q̄ per hec verba pre-
cipue p̄hibetur opus peccati,
per quod homo trahit ad ser-
uitutem spiritualē: de qua Jo.
viij. Qui facit peccatū, seruus
est peccati. Nam sicut in ciuili-
bus a quo quis superatus est,
huius et seruus est: vt habetur
ij. Pet. ij. ita ꝛ in spiritualib⁹.
Unde August. de ciui. dei. lib.
iiij. ait: Bon⁹ ēt seru⁹, liber est:
malus autem, etsi regnat, ser-
uus est: non solum vnius homi-
nis, sed (qđ grauius est) tot dño
rum, quot vitiorū. Ille ergo fa
cit opus, supple seruile, saltim
spirituale: in die sabbati. i. in
die festo, qui peccat aliquo ge-
nere peccati, p qđ efficitur ser-
uus peccati, ꝛ etiā diaboli. Ex
quo concluditur q̄ qui fornicat̄,
vel furatur in die festo, trāsgre
ditur duo p̄cepta. Primo qdē

preceptum illud per quod specialiter prohibetur opus ipsum malum. Secundo autem agit contra venerationem diei festi: etiam magis quam si faceret actum de se alias licitum. Hinc Augu. lib. de decem chordis ait: Dicitur tibi o Christiane quomodo spiritualiter obserues sabbatum: non quomodo Judei obseruant sabbatum: carnali ocio. Uacare enim volunt ad nugas: atque luxurias suas. Melius enim faceret Judeus in agro suo aliquid vtile: quam in theatro seditiosus existere. Et melius femine eorum die sabbati lanam facerent: quam tota die in neomenijs suis impudice saltarent. Hec ille. Idem etiam dicit sup Joan. tracta. iij. Item idem super illud Psal. In psalterio decem chordarum rc. dicit sic: Obserua: inquit: diem sabbati: non carnaliter: non Judaicis delitijs: qui ocio abutuntur ad nequitiam. Melius enim vtique foderet tota die quam tota die saltaret. Sed tu cogitans requiem in deo tuo: et propter ipsam requiem omnia faciens: abstine ab opere seruili: quia omnis qui facit peccatum: seruus est peccati. Joan. viij. Hec ille.

¶ Allegorice et primo: iuxta illud verbum: Uidete vt sabbatum meum custodiatis: notandum quod ista possunt esse verba matris ecclesie loquentis ad filios suos fideles: cuius authoritas imperandi dictis filijs dependet ex illo Christi verbo. Luc. x. Qui vos audit: me audit: et qui vos spernit: me spernit. Cui quidem sententie alludit illud domini verbum. Ezechiel. iij. Domus Israel noluit audire te: quia noluit audire me. Unde signum quod ipse dominus approbat quicquid facit aut precipit ecclesia: claue tamen non errante: ait Matth. xviij. Quecunque ligaueritis super terram: erunt ligata et in celis. Et quecunque solueritis rc. Illi ergo Lutherani longe ab hac veritate sunt: qui dicunt ecclesiam non posse obligare ad peccatum mortale: dicentes illius esse ligare: cuius est soluere. Solus autem dominus deus potest soluere. Unde cum Judei audissent Christum dicentem Marie Magdalene: Remittuntur tibi peccata tua: dixerunt: Quis est hic: qui peccata dimittit? Idem etiam dixerunt: cum audissent eundem Christum dixisse cuidam paralytico: quem curauit: Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Matt. ix. Dicit etiam idem: deus et dominus. Esa. xliij. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Sed ad hec et similia breuiter dicitur: quod solus deus remittit peccata: authoritatiue et principaliter: cum quo tamen stat quod ecclesia siue ecclesie ministerium: ministerialiter et in virtute Christi peccata remittit. Ipsa igitur ecclesia potest filijs suis precepta facere: atque eosdem ligare et soluere: prout equitas requirit. Alias non video quomodo dici Lutherani possint saluare verbum Christi predictum.

¶ Allegorice et secundo: iuxta illud: Sex diebus facietis opus: septimo rc. notandum quod per sex dies intelligitur totum illud tempus quod precessit Christi aduentum: quod etiam continet sex etates:

tes: incipiendo a constitutione mundi: siue ab Adam vsq ad Noe: et sic consequenter. Nam toto illo tempore homines laborabant sub figuris et enigmatibus. Omnia (inquit Apost.) in figuris contingebant illis. j. Cor. x. Per diē aūt septimum: lex gratie: in qua venit fili9 dei: que duratura est vsq ad finem seculi. Totum autem illud tēpus potest vocari sabbatum: id est requies: quia requiescere habemus a laboribus figurarum et cerimoniarū antique legis. Apocaly. xiiij. Amodo: scz ex quo filius dei descendit in terris: iam dicit spiritus vt requiescant a laborib9 suis. Et Jo. j. Lex (supple oneris et laboris) p Moysen data est: gratia et veritas. id est lex honoris et requiei (modo prius exposito) p Jesum Christū facta est. Istud igitur est sabbatū: id est requies sancta: in domino supple Jesu Christo: in quo requiescunt veri fideles per fidem. Sed quid est quod sequitur: Omnis qui fecerit opus in hac die morietur: nisi q non licet hodie in lege euāgelica facere opus cerimoniale sine figurale legis veteris: et hoc sub pena mortis eternalis. Hinc Apost. Gal. v. Ecce ego Paulus dico vobis: q si circūcidamini Christ9 nihil vobis proderit. i. nullus est vobis pfectus q Christus venit et mortuus est.

¶ Allegorice et. iij. sūtra illud: Custodiāt filii Israel sabbatū: et celebrent illud in generationibus suis: notandū q ista verba hodie implent veri Christiani. Pro quo notandum q Israel interptatur videns: sabbatum aūt requies. Ueri itaq Christiani qui sunt re et nomine Christiani sunt etiā veri Israelite in quibus dolus nō est: eo q ipsi deū in presenti vidēt per fidem. Ecce Israelit. c. Dies autem dominicus et festus est dies in quo requiescendum est corporaliter et spiritualit. Corporaliter quidem cessando ab operibus manualibus. Spiritualiter autem cessando a malis operib9: vt dictum est. Nos igitur Christiani qui facimus pdicta sumus veraciter Israelite et custodim9 sabbatū. Hoc autem facere debemus religione perpetua: id est quandiu sumus in presenti. Uel dic q istud refert ad futuros veros Christianos qui erunt pro tempore vsq ad consummationem seculi. Sic enim promisit Christus Matth. vlti. Et hoc est qd subditur in textu: Pactū est sempiternum inter me et filios Israel etc.

¶ Anagogice: Sicut est sabbatum ecclesie militātis: de quo dictū est supra immediate: ita etiam est sabbatū ecclesie triūphantis: itavt de hoc posset recte dici illud Esa. lxvj. Erit sabbatū ex sabbato. Quasi dicat: Sabbatum gratie introducet in sabbatum glorie. Uel sabbatū gratie est figura sabbati glorie. Qui etiā cessauerīt in presenti a peruerso opere: eādem quiescent in celesti retributione: vt sabbatū pectoris sequatur sabbatum eternitatis. De hoc etiam sabbato glorie loquitur Apos. Heb. iiij. dicēs: Itaq relinquetur sabbatism9 populo

pulo dei. Item Isa.lviij. Et vocaueris sabbatum delicatum: et sanctum domini gloriosum. Sabbatū presens est temporale et non cōtinuum: Illud vero celestiale, ppetuū, et continuum. Hoc igitur sabbatū, est illud sanctissimū et iocundissimum sabbatū, i quo post hebdomades vite presentis, beate anime requiescūt in celis sine fine. De quo etiam potest dici illud qd prius assumptū est ex Apoc.xiiij. Beati mortui q in dño moriunt. interli.i. in confessione domini. Amodo iā dicit spirit⁹: id est tota trinitas: vt dicit eadem glo. vt requiescant a laboribus suis: qs huc vsq passi sunt. Opera enim illorū sequuntur illos. Hec aūt opera, designant mercedes et retributiōes operū que sequūtur in celo: et q omnia ipsi beati recipiūt ibi pro hmōi operibus. Illud ergo sabbatū celestiale optime custodit, quia ibi null⁹ inuenitur labor defatigās: sed bene delectās et perficiens: si tamen labor dici queat, qui consistit in visione sanctissime trinitatis, fruitiōe et tentione perpetua.

¶ Tertia clausula.



Deditque dominus Moysi cōpletis huiuscemodi sermonib⁹ in monte Sinay, duas tabulas testimonij lapideas, scriptas digito dei.

¶ Postquā in precedenti clausula egregius ille domini vates Moyses egit de obseruantia sabbati: : hic consequenter agit de traditione duarū tabularū lapidearū, quas sibi dedit idem deus et domin⁹. Hec est enim cōclusio generalis totius negocij et finis intentus. Dicit ergo Moyses, de se q̄si de quodam alio ex humilitate loquēs: Deditq dñs Moysi cōpletis huiuscemodi sermonibus.s. de tabernaculo faciēdo, et de sabbato custodiēdo: et alijs multis: de quib⁹ tractatur a.xxv.ca. hui⁹ vsq ad presentem passum. In mōte Sinay: vbi sciendum, q ideo voluit dominus tabulas testimonij dari in monte: vt per hoc significaret q ipsa mandata debite obseruata disponunt ad perueniendū ad regnū dei: iuxta illud Mat.xix. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Duas tabulas. interli. duas dicit, p dilectione dei et pximi. Itē lapideas dr: q2 vt dicit eadē glo. dabāt populo lapideo, graui et duro. Scriptas digito dei.i. spiritu sctō, siue a tota trinitate. Uel digito dei.i. angeli loquentis in persona dei. Propter quod totum opus attribuitur deo. Uel ideo dicit, scriptas digito dei, ad insinuandum, q scripte sunt opere diuino, et non humano.

¶ Circa hanc breuem literam mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubiū: Cur dominus voluit precepta decalogi scribi potius in duabus tabulis, q̄ in vna tantum, aut in pluribus? Responsio: dominus absolute potuisset scribere huiusmodi p̄cepta sub vna tabula tantum, si voluisset, aut

sub tot tabulis quot erāt precepta: conuenientius tamen hoc factū est sub duabus q̄ aliter: vt sic signo manifesto cōmendaret nobis duplicem charitatem / ad salutem necessariam: videlicet dei ꝛ proximi. Nam prima tabula / in qua erant precepta nos ordinātia ad deū: designat charitatē dei super omnia. Secunda vero tabula / in qua erant precepta ordinantia nos ad proximum: designat charitatem proximi. Et q2 charitas dei et proximi longe differunt: vt notum est: ideo ad insinuandam hāc differētiam / voluit dominus duas esse tabulas ita vt ĩ prima scriberentur precepta ordinantia nos ad deū. In secunda vero / precepta nos ordinantia ad proximū: vt dictū est. Hec aūt duplex charitas designata p dictas duas tabulas nobis p̄cipitur / ꝛ ad salutem sufficere ostenditur / Matthei. xxij. cum Christus ait cuidam adolescenti: et in eo omnibus nobis: Diliges (inquit) dominum deū tuū ex toto corde tuo: et proximū tuū sicut teipsum. In his duob9 mandatis tota lex pendet / ꝛ prophete. Nā ad hec duo precepta de duplici charitate / reducūtur decem precepta decalogi: sicut ea que sunt ad finem / ad ipsum finem.

¶ Secūdū dubiū: Quare voluit dare dñs hmōi mādata in mōte potius / q̄ in valle? Respōsio / vt insinuaret q̄ obseruātibus ea datur tandē mōs paradisi. Nā ad talē ascensum disponūt homines: vt dictum est. Vñ psal. In custodiendis illis retributio multa: et signāter in celo. In cui9 rei signum Christus voluit trāsfigurari in monte Thabor. Matth. xvij. Ubi dicit glo. interlinia. q̄ ipse Christus hoc ideo fecit / vt discant homines gloriā nō ĩ profundo hui9 seculi: sed in regno celesti esse querendam: ita in proposito dici potest.

¶ Tertiū dubiū: Cur domin9 voluit hmōi tabulas esse lapideas? Uidetur enī / q̄ propter dignitatē materie in eis scripte. s. decem preceptorū decalogi. Itē propter dignitatem scriptoris / scilicet dei / q̄ poti9 debuerint esse ex auro purissimo / sicut multa que erant ĩ tabernaculo. Dicendum / q̄ conuenienter dicte tabule fuerūt lapidee / ꝛ hoc propter proprietates lapidis. Uetus enim lapis erugine aut vetustate non consumit. Secus autē de auro ꝛ alijs metallis: quia iuxta dominicā sententiā Mat. vj. oīa metalla et quibus contingit thesaurū fieri / erugine siue rubigine demoliuntur. Predicta igitur mandata conuenienter scripta sunt digito dei in lapideis tabulis / in signum q̄ conferunt suis obseruatoribus incorruptionē ꝛ immortalitatē. Itē ꝛ. ij. lapis habet aliā proprietatem / s. grauitatē. Semper enim tendit deorsum. Et p hoc significatur / q̄ diuina precepta transgressa trahunt miseram animā in abyssum inferni. Vñ psal. Ibi ceciderūt qui operant iniquitatem. Et supra xv. ca. descenderunt in profundum quasi lapis. Itē ꝛ tertio / lapis habet alias ꝓprietates / que

que simul in unum coniungunt. Est enim lapis utilis et propitius pro edificijs construendis: pro pontibus faciendis: pro hostibus expugnandis. Sic et est observantia diuinorum preceptorum construimus nobis mirabile palatium in celis. Item cum illis facimus nobis pontem quo ibi ascendamus. Unde de istis duobus simul scribit Mat. xix. Si vis ad vitam ingredi: serua mandata. Item cum huius preceptis protegimus nos: nunc et in hora mortis ab hostibus nostris: videlicet demonibus. Unde verus observator huiusmodi preceptorum: potest cum bona fiducia dicere illud Joan. xiiij. Venit princeps mun[di] huius: et in me non habet qu[i]cq[uam]. Nota de beato Martino in extremis constituto: et dicente: Quid hic astas cruenta bestia: nihil et c. Patet ergo quare dominus voluit predictas tabulas esse lapideas: et non aureas: aut alterius materie.

¶ Quartum dubium: Quare dominus ex omnibus que locutus est Moysi: voluit tantum decalogum sub duplici tabula scriberet. Hoc dubium mouet beatus August. in questionibus super Exodum. q. cxl. ad quod respondet: sic dicens: Nimirum omnia cetera que precepit deus: ex illis decem preceptis que duabus tabulis conscripta sunt: pendere intelligantur: si diligenter querantur: et bene intelligantur: quomodo hec ipsa rursus decem precepta ex duobus illis dilectione dei et proximi: in quibus tota lex pendet et prophete. In quibus verbis vult dicere diuus Aug. quod ideo ex omnibus preceptis dictis tamen voluit dominus scribere decalogum: eo quod ad illud ordinabantur: sicut et totus ille decalogus ad duo precepta que sunt de charitate dei et proximi ordinatur.

¶ Quintum dubium: Utrum huiusmodi tabule lapidee: scripte digito dei: fuerint de nouo producte ab ipso deo per creationem: aut de antiqua materia assumpte? Responsio: Utrumque fuit deo possibile. Nihilominus secundum communius sustinetur: vt patet per beatum Tho. in primo sen. distinc. xvj. artic. iij. in sol. ad tertium: dicentem: quod columba que apparuit super Christum baptizatum: pacto officio rediit in preiacentem materiam. Ex quibus verbis videtur sufficienter dicere: quod huiusmodi columba non fuit de nouo creata: sed ex preiacenti materia formata: ita et in proposito dicere possumus de predictis tabulis lapideis. Quamuis prius oppositum mihi visum fuerit: videlicet. xxiiij. cap. huius sub tertia particula in sol. ad quartum.

¶ Sextum dubium: Quare huiusmodi tabule dicuntur fuisse scripte digito dei: cum enim deus: Non habet digitos aut alias partes humani corporis. Dicendum: quod per digitum potest intelligi virtus supnaturalis et diuina: secundum illud Exod. viij. digitus dei est hic. Et quia talis scriptio in tabulis lapideis facta est tamen virtute diuina: et non humana: ideo hoc factum dicitur esse digito dei. Uel ideo dicuntur scripta fuisse digito huiusmodi tabule: eo quod continent aperte dei voluntatem et intentionem: cum sint de iure

 naturali,

naturali. Sicut ergo magne et egregie psone digito / siue ppria manu suas literas sigillāt vt eis indubie credat: ita i pposito. De litera autē / in q̄ scripta sunt: verisimile est q̄ hebraice scripta sunt: eo q̄ tali populo dabantur. De hac etiā materia / et signanter de qua materia essent predicte due tabule / vide supra: vcz. xiiij. ca. sub tertia clausula, sub tertio dubio.

¶ Moraliter et primo / et cōformiter ad dominum Hugonem Cardi. due tabule sunt capax intelligentia / et tenax memoria. Hieremi. xxxi. Dabo legem meam in visceribus eorum: et in corde eorum scribam eam. Et Prouerb. iij. Circūda eas gutturi tuo. Et apo. ij. Corin. iij. Epistola nostra vos estis / scripta in cordibus nostris &c.

¶ Moraliter et secūdo / et conformiter ad magistrum Nicolaum de Lyra: predicte due tabule / quas tradidit dominus Moysi: significant intellectū hominis et affectum: in quibus lex noua scripta est per fidem et charitatē / opere spiritussancti: qui dicitur dei digitus. De hac autē descriptione noue legis dicitur Hieremi. xxxi. Post dies illos (dicit dominus) dabo legem meam in visceribus eorū: et in corde eorum scribā eā. Et q̄ loquatur de lege noua / patet ibidem per literā precedentem / vbi dicitur: Feriam domui Israel / et domui Juda fedus nouū: non secundum pactum / q̄d pepigi cū patribus vestris in die qua apprehēdi manum eorum / vt educerem eos de terra Egypti.

¶ Moraliter et tertio / per hoc q̄ completis sermonibus multis / tandem dedit dominus duas tabulas lapideas: significatur q̄ etsi in singulis religionibus habeantur constitutiones varie / et vnicuiq̄ religioni proprie: in hoc tamen conueniūt / q̄ ordināntur ad duas tabulas lapideas / scriptas digito dei: id est / ad dilectionem dei et proximi: quas tabulas stricte mandat nobis Christus debere obseruare Matthei. xxij. dicens / q̄ in his duobus mandatis tota lex pendet et prophete. Ac si diceretur aperte / q̄ omnes cerimonie statuta et vota religionum / ordinantur ad hūc finem: vt facilius et melius obseruētur predicta duo precepta. Idem etiam potest dici de preceptis decalogi / scriptis in tabulis lapideis. Nam sicut circulus tenet vas in sua stabilitate / et circulum oleaster: ita et vota religionis multum conferunt ad obseruantiam predictorū preceptorum: et similiter cerimonie claustrales ad debitam obseruātiā ipsorū votorū.

¶ Allegorice et primo / due tabule recte significant duo testamenta / vetus scilicet et nouum. Horū primum bene dicitur lapideū / propter austeritatem et duritiam legis: q̄ in hoc maxime apparebat / quia mandabat puerum octo dierū circūcidi. Que quidem circuncisio non dabat nec fiebat absq̄ sanguinis ipsius paruuli effusiōe: et q̄ ope plures puuli incurrebant mortem. Secundū etiam testamentum / quāuis in-

se sit benignum et facile: iuxta illud domini verbū Matthei xi. Iugū (inquit) meum suaue est: et onus meum leue: potest nihilominus dici durum et austerum: i suo capite et pricipio. Quia ipse Christus: qui fuit lapis de quo apo. i. Corinth. x. Lapis erat Christus: et qui ipm testamentū nouum plantauit: multa ppessus est. Unde Esa. liii. Uere languores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. Et Threnor. j. O vos omnes qui transitis p viam: attendite et videte si est dolor similis: sicut dolor me9. Harum igitur tabularum: siue testamentorum: vtrūqz dedit dominus Moysi seruo suo: sed differenter. Nam primū testamentum dedit sibi in propria. Secūdum autem dedit sibi in figura: secundum q vetus testamētum fuit figura noui. Et notanter dicitur in litera: scripta digito dei: quia vtrumqz testamētū ē de m. n e domini. Cuius tamen contra. ium dixerunt nonnulli heretici: et signant de veteri: et ho. ppt sui austeritatem: vt dicit Ji Et similiter ponit i decretis: vice sima quarta. quest. iij. quidam autem heretici.

¶ Allegorice et secūdo: Moyses (qui interpretatur assumptus de aquis) Christū pfigurauit: qui assumptus fuit de aquis Iordanicis postqz i ipis baptizat9 est. Huic ergo Moysi: postqz incarnatus est: dedit deus pater in monte duas tabulas: quas aperuit et diuulgauit ore et organo ipsi9 Moysi: videlicet domini nostri Iesu Christi. Et de prima quidem tabula scribitur Matthei. v. vbi sic legitur. Uidens Iesus turbas: ascendit in montem. Et cum sedisset: accesserūt ad eum discipuli eius. Et aperiēs os suum docebat eos: dicens: Beati pauperes spiritu: quoniam &c. De secūda autem tabula scribit Luc. vi. vbi fere eadem verba repetuntur. Et bene scripte dicuntur he due tabule digito dei: quia processerunt de mente et proprio ore ipsius Christi: qui fuit verus deus: et homo perfectus.

¶ Allegorice et tertio: Moyses significat dei seruum seraphicum Franciscum: quia assūptus fuit per singularem dei gratiam: de aquis mūdane voluptatis: cui plurimū ante conuersionē suā implicatus fuit: sed inde eū retraxit domin9: ne perpetuo mergeretur in puteū inferni. Huic itaqz famulo suo Francisco dedit dominus in monte Sinay. i. in mōte Aluerne sic dicto (in quo in contemplatione erat) duas tabulas lapideas: id est: gratiā instituendi duos ordines: vnum scilicet virorum: et alterum mulierū: qui viuerēt in maxima et artissima paupertate: quorum quidem ordinum regule scripte fuerunt quasi digito dei. Hoc autem fuit quando in dicto monte apparuit sibi domi nus i specie seraphici. Uel potius vnus angelus de ordine seraphinorum in persona domini. Absit tamen a me vt velim dicere regulam beati Frācisci tanti esse roboris et firmitatis: sicut sanctum euan-

gelium: sed satis est mihi / q̄ in se est magni roboris. Caveant ergo illius professores / ne effi ciant eiusdem transgressores. Tunc etiam dictus Seraphin apparuit eidem sancto viro in specie Christi pendentis i cru cis patibulo. Impressit etiam tunc in ipsius manibus et pe dibus cicatrices vulnerum ip sius Christi. Fuerunt ergo tunc dicte due tabule: id est / regule: sigillate quasi digi to dei. Solent enim quan doque magne persone sigil lare in cera rubea: vt appa reat maior eorum authoritas. Sic etiam quodammodo fa ctum est in proposito.

¶ Anagogice ista possumus exponere de bonis angelis: ita vt per Moysen intelli gatur quilibet bonus ange lus. Tunc ergo dedit domi nus Moysi in monte Sinay duas tabulas lapideas / scri ptas digito dei: quando de dit cuilibet bono angelo in monte paradisi celestialis: de quo in Psalmist. Quis ascen det in montem sanctum dei? duas tabulas: id est / intelle ctum deiformem / et volunta tem vsquequaq̄ rectam. Vel quando dedit eis preceptum de dilectiōe dei super omnia / et proximorum suorum: scilicet aliorum angelorum. Fuerunt autem dicte due tabule lapi dee: id est firmiter retinentes et indelebiliter duplicem illā dilectionem: et hoc est quod subditur / Scriptas digito dei. Non sic autem fuit de malis angelis.

¶ Exodi tricesimosecundo.
¶ Prima clausula.



Videns au tem popu lus q̄ mo ram face ret Moy ses descen dendi de mōte / con gregatus aduersus Aaron dixit: Surge fac nobis deos / qui nos prece dant. Moysi enim huic viro / qui nos eduxit de terra Egy pti / ignoramus quid acciderit. Dixitq̄ ad eos Aarō: Tollite inaures aureas de vxor filio rūq̄ et filiarum vestrarum auri bus: et afferte ad me. Fecit po pulus q̄ iusserat / deferēs inaures aureas ad Aaron. Quas cū il le accepisset / formauit opere fusorio: et fecit eis vitulū con flatilem. Dixeruntq̄: Hi sunt dij tui Israel qui te eduxerūt de terra Egypti. Quod cū vi disset Aaron / edificauit alta re coram eo: et preconis voce clamauit / dicens: Cras solen nitas domini est. Surgentesq̄ mane obtulerūt holocausta: et pacificas hostias: et sedit po pulus manducare et bibere / et surrexerunt ludere.

¶ Historialiter postq̄ in pre cedēti capitulo dictum est de duabus tabulis lapideis / datis a deo seruo suo Moysi cū es set in monte Sinay: hic conse quenter tractat legislator Moy ses de quodā grauissimo pec cato q̄d accidit in populo illo Israelitico / cum esset in dicto mōte loquēs cū dn̄o: v3 de pec cato

cato idololatrie. Loquēs ergo
de perpetratione culpe idolo=
latrie in dicto populo: ponit in
primis idoli compositionē/ di=
cens: Uidēs aūt popul9/ φ mo
ram faceret Moyses descēdē=
di de mōte. Sup hoc dicit Jo=
sephus/ φ post. xl. dies misere
Judei ad radices montis: et
non inuenientes vestigia ho=
minis/ sed tm̄ ferarū/ credebāt
dictū Moysen a feris cōestū/
aut ī celū translatū cū Enoch.
Propter qđ cōgregatus popu
lus aduersus Aaron: recusan=
tē fōrte quod illi fieri volebāt/
ait: Surge / et mox fac nobis
deos/ qui nos precedant. Isti
deficiebant in quatuor in sua
petitione. Primo quidem/ qꝛ
irreuerenter/ et cum imperio lo
quebātur Aaron seruo domi=
ni/ et quē Moyses reliquerat
loco sui tanq̄ vicariū suū / di=
centes ei: Surge. Ecce verbū
imperiosum. Secūdo vero/ qꝛ
dixerūt: Fac nobis deos: cū ta
men verus deus non sit factibi
lis: sed sit factor omniū visibi=
liū. s. et inuisibiliū. Tertio aūt
qꝛ ponebāt et pal ā cōfitebātur
pluralitatē deorū. Deos: cum
tn̄ sit vnus tm̄ de9: vt dꝛ Deu=
teronomii vi. vbi text9 sic ha=
bet: Audi Israel: Dn̄s de9 ve=
ster deus vnus est. Quarto de=
niq̄/ qꝛ credebāt in idolis esse
spm̄ vite et principiū actiuū p=
gressionis localis: qꝛ dixerūt:
q̄ nos p̄cedāt. Cōtra quē erro
rē dꝛ in Psal. de hmōi idolis:
φ pedes hn̄t: et nō ambulabūt.
Ecce ergo qualiter Hebrei in
petitiōe sua/ quā fecerūt Aa=
ron/ defecerunt multipliciter.
Sequitur: Moysi enī huic vi=

ro/ qui nos eduxit de terra E=
gypti / ignoramus quid acci=
derit. Ubi etiam notādum / φ
circa Moysen irreuerenter se
habebant/ quia prophetam nō
nominabant eum/ sicut a parte
rei erat: sed despectiue de eo
loquentes/ dicebāt: huic viro.
Sicut et quedam mulieres a=
liis loquētes de viris suis / vo
cāt eos gall. lhomme de ceās.
Et tamen de ipso Moyse di=
ctum est supra. xj. ca. φ Moy=
ses fuit magnus valde in ter=
ra Egypti. Item Deuterono=
mij. xxxiij. vocatur homo dei.
Item cap. xxxiiij. ibidem voca
tur seruus dei. Nam sic ibi dꝛ:
Mortuus est Moyses seruus
domini. Item ibidem magnū
de eo datur testimonium/ cum
dicitur: Non surrexit prophe=
ta vltra in Israel sicut Moy=
ses/ quem nosset dominus fa=
cie ad faciem in oibus signis/
atq̄ portētis q̄ misit per eum/
vt faceret in terra Egypti et c.
Unde in magnū argumentum
sanctitatis illi9 et vite/ cū mor=
tu9 fuisset sepeliuit ipsum dn̄s
manu sua. Et nō cognouit ho=
mo sepulchrū ei9 vsq̄ in p̄sen=
tē diē. Hec vbi supra. vꝫ Deut.
xxxiiij. et est finis libri. Sed
q̄uis Hebrei despectiue loque=
rent de Moyse/ vt p̄ri9 dictum
est: nihilomin9 ppter euidētiā
facti cogebant bona de eo di=
cere. Un̄ subdit: Qui nos edu=
xit de terra Egypti/ ignoram9
qd acciderit: an scꝫ sit mortu9
et deuorat9 a feris/ vel trāslat9
ad deū. Et ideo nolumus eum
amplius expectare. Dixitq̄ ad
illos Aaron: Tollite inaures
aureas de vxorum et c. et afferte
ad me.

ad me. Talia aũt iocalia que erant ad ornatũ vxorum ⁊ paruulorum: petiuit Aaron/ vt sic eos retraheret ab idololatria: aut saltem retardaret vsq; ad aduentũ Moysi/ qui eos reprimeret a tali idololatria. Unde propter eandem causam solũ petiuit huiusmodi iocalia/ q̃ erant etiam valde preciosa: q̃ de auro formata. Nouerat eni dictorũ virorum auaritiam/ et mulierũ atq; filiorũ ⁊ filiarum curiositatem atq; vanitatem: propter quod non credebat/ q̃ talia deberẽt afferre. Sed illis duobus non obstantibus: fecit populus que iusserat/ supple Aaron: in quo facto apparuit maxima voluntas idololatrandi tam in viris/ q̃ in vxoribus ac liberis/ qui ita prompte iocalia ⁊ ornamenta sua tradiderũt. Cumq; Aaron accepisset predicta/ formauit opere fusorio. De Lyra dicit/ q̃ i hebreo habetur: in stilo: quod exponit Ra. Sa. dicens: q̃ Aaron primo depinxit cum stilo in tabula formam vituli/ et postmodũ tradidit artificibus/ vt facerẽt ad similitudinem illius: quia Apis/ quod reputabat maximum numen Egypti/ apparebat sepe Egyptijs i specie tauri. His igitur presuppositis ponitur populi idololatria circa dictum vitulum. Unde ⁊ dixerunt: Hi sunt dij tui Israel/ qui te eduxerunt de terra Egypti. Sed huius cõtrarium prius immediate patuit per eosdẽ Hebreos/ qui de Moyse dixerũt: Moysi/ qui nos eduxit de Egypto/ ignoramus ⁊c. Ad quod dicendum/ q̃ in exitu de Egypto habuerunt dicti Hebrei quedam aduersa/ et hec attribuebant Moysi: ⁊ quedam prospera/ ⁊ hec attribuebant idolo. Et sic patet q̃ non est contrarietas inter illa duo: quia referuntur ad diuersa. Sequitur: Quod cũ vidisset Aaron/ scilicet q̃ ex mora sua non proficeret (non enĩ statim acquieuit petitioni eorum) edificauit altare coram eo. Ubi aduertẽdum/ q̃ predictũ verbũ/ edificauit: nõ refert ad populũ/ sed ad Aaron: qui studiose voluit edificare altare/ ad retardandum immolationem idolo. Nã si hoc fuisset positum in voluntate populi/ statim ⁊ sine altari immolasset. At vero cum vidisset in ipso populo importunam voluntatẽ immolãdi idolo victimas/ et q̃ non poterat eos compescere/ nec resistere absq; periculo mortis/ edificauit altare. Insuper voluit eos retardare siue retrahere a tanto malo; quia misit preconem per singulas turmas populi/ q̃ occupabat magnum spatiũ terre/ cum essent multi: videlicet sexcenta milia virorum/ absq; mulieribus ⁊ paruulis: qui clamaret tuba/ ⁊ diceret organo vocis/ Cras solennitas domini est: id est/ vituli quẽ quasi deũ colere disposuerant. Non autem hodie: hoc autem fecit vt videret si forte interim veniret Moyses/ qui tantum malum (cui resistere non poterat) impediret. Illi autem surgentes mane obtulerunt holocausta/ que totaliter adurebãtur. per hoc protestantes plenariã potestatem et diuinitatem esse

in

in idolorum hostias pacificas, vt scilicet per hoc beniuolentia tante potentie acquireretur. Hoc autem fecerunt priusquā Moyses veniret, qui tamen eadem die venit. Et sedit populus manducare ⁊ bibere, scilicet de hostijs pacificis immolatis idolo: et surrexerunt ludere: id est chorizare et cantare in venerationem idoli: quod pertinet directe ad idololatriam. Unde in Hebreo dicitur: Surrexerunt illudere: quia idololatria est illusio diuina. vel surrexerūt ludere: quia saltu et cantu, tam instrumentorum quam oris ceperunt adorare et venerari ipsum idolum, similiter et gestu corporis coram eo flectentes genua ⁊ similia, quasi seipsos illi offerentes.

¶ Circa autem hanc clausulā mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū mouetur propter illud verbum: Videns populus. Queritur ergo quis fuit ille populus? Rabi Sa. dicit, ꝙ illi fuerunt Egyptij conuersi ad Judaismum: ⁊ hoc ꝓpter signa ⁊ prodigia que viderant fieri in Egypto. Multi enim talium ascenderunt cum Judeis de Egypto. Tales autem fuerant nutriti in idololatria. Et quia durum est assueta relinquere: iuxta illud Prouer. xxij. Adolescens ambulās iuxta viam suam, etiam cū senuerit non recedet ab ea. Da exemplum de noua testa. Unde in prouerbio dicitur, ꝙ pottus semper sentit allia sua: ideo de facili versi in idololatriam, et ad eundem cultum peruersum traxerunt atque incitauerūt magnam partem filiorum Israelis quia vt dicit philosophus in Thopicis: Facilius est destruere quam construere.

¶ Secundum dubium mouetur propter illud verbum quod habetur in principio huius clausule, vbi dicitur: Videns populus ꝙ Moyses moram faceret descendendi ⁊c. Queritur ergo si tempus quo reuerti debuerat, fuerit trāsgressus? Ad hoc dicēdum, ꝙ non. Pro quo notandum secundum Ra. Sa. ꝙ Moyses recedens de castris Hebreorum, et volens ascendere ad dominum, dixit se rediturum quadragesimo die circa horam sextam. Populus autem intellexit, ꝙ dies sui recessus esset de illo numero, sed a parte rei nō erat: quia Moyses intelligebat de diebus naturalibus integris. Dies autē illa sui recessus non erat integra: quia tota nox illius iam precesserat, ⁊ similiter aliqua pars diei artificialis. Tricesima autem et nona die, quam populus credebat esse quadragesimam, diabolus turbauit aerem, et fecit in eo apparere similitudinē feretri, quasi innuens ꝙ mortuus esset Moyses: et tunc populus fuit concitatus ad fabricandum idolum: cuius nutu deducerentur per desertum, versus terram ꝓmissionis, loco ducat⁹ Moysi. Sed hunc modum dicendi reprobat de Lyra, cuius reprobationem hic inserere non curaui: quia non videtur mihi esse magni momenti, et ideo assentio dicto Ra. Sa. tanquam probabili

¶ Tertium dubium mouetur
iuxta illud verbum: Congrega
tus aduersus Aaron. Queritur
ergo: cur non fit hic mentio de
Hur, quē instituerat Moyses
ad regimen populi cum Aarō,
priusquā ascenderet in montē
Sinay? Ad hoc dicit Ra. Sa.
ꝙ tam populus interfecerat eū
sputis, eo ꝙ ipsum argueret de
tanto scelere. Hoc etiam dicit
Josephus. Et similiter Petrus
Comestor. Hic enim dicit, ꝙ
Aaron ⁊ Hur restiterunt. Pro-
pter quod indignatus populus,
spuēs in faciem suā, sputis (vt
traditur) eū suffocauit. Hec il-
le. Unde Aaron hoc videns, ⁊
timens ne similiter necaretur,
obtemperauit praue petitioni
eorum, dicens eis: Tollite in-
aures vxorum ⁊c.

¶ Quartum dubium: Cur ipse
Aaron petiuit inaures aurium
vxorū ⁊ liberorū, ⁊ ꝙ talia lo-
calia offerrent ad eum? Respō-
sio vt haberet excusationē de
non fabricādo idolum. Nā, vt
dicit Petrus Come. hoc erat qd
charius ⁊ preciosius habebāt.
Putans ergo, ꝙ consulenter a
sue auaritie, ⁊ similiter vxores
lasciuie nolent ea afferre. Illa
tantum ⁊ nō alia petiuit, ⁊ hoc
ex industria. Sed nō obstante
eorum auaritia, ⁊ curiositate seu
vanitate mulierū ac liberorū
mox obtulerunt, ⁊ se spoliaue-
runt predictis. Unde August.
super Exod. Aaron (inquit)
rem difficilē petit: vt hoc mo-
do populum a mala sua inten-
tione reuocaret.

¶ Quintum dubium: Utrū in
effectu dederint Aaron omnes
inaures aurium? ꝙ si sic, tunc
necesse est alterum dicere: aut
ꝙ non omnes vxores et liberi
habebāt talia pendētia ad au-
res ad quendam fastum ⁊ orna-
tum: aut ꝙ vitulus inde cōfla-
tus fuerit maxime magnitudi-
nis, considerata multitudine
predictarum personarum. Di-
cendum, ꝙ forte tantum partē
dederūt, ⁊ partem retinuerūt.
Uel ꝙ tantum vna pars popu-
li talia dedit, quales erant illi
qui habebant tabernacula sua
prope tabernaculū ipsius Aa-
ron, vel ꝙ vna maxima pars
huiusmodi localiū remansit q̄
non intrauit in conflationē vi-
tuli. Aut ꝙ talis vitulus fue-
rit incredibilis magnitudinis,
sicut legitur Danie. iij. de sta-
tua aurea, quā fecit rex Nabu-
chodonosor, q̄ habebat in alti-
tudine. lx. cubitos, et sex cubi-
tos in latitudine. Quid autem
horum verius sit, relinquo iu-
dicio alieno ⁊ maxime perito-
rum.

¶ Sextum dubium mouetur pro-
pter illud verbum: Fac nobis
deos, qui nos precedant. Est
ergo questio, quomod[o i]lle po-
pulus Hebreorum, qui descen-
derat ex sanctis patriarchis, ⁊
fidelibus patribus: item qui
instructus fuerat per Moysen
in fide vnius veri dei: vt patet
Deuteronomij. vj. cum ait: Au-
di Israel, dominus deus tuus
vnus est, quomodo (inquam)
ceciderit in tantam dementiā
vt adoraret plures deos. Sed
(vt dicit Petrus Comestor) ex-
cusant eos Hebrei dicētes, ꝙ
elohim non tantum deos, sed e-
tiam dominos sonat. Dicunt
ergo Hebreos non petisse ab

Aaron

Aaron deos/sed dominos duces itineris versus terram promissionis: quia non expectabant vltra Moysen. Dicunt consequenter tales Hebrei/ꝙ translatio nostra (que habet deos/et non dominos) in hoc continet falsum. Sed talis modus apparet manifeste falsus per textum sequentem. Nam cum fecisset eis Aaron vitulum/adorantes eum dixerunt: Hi sunt dij tui Israel/qui te eduxerunt de Egypto. Nullus autem dominus preter Moysen eduxerat populum de Egypto/et hoc ministerialiter tantum: ad quem tunc non dirigebant verba sua: quia ignorabant quid esset factum de eo. Ergo oportet dicere/ꝙ dirigebant verba sua ad idolum/et sic erant veri idololatre.

¶ Septimum dubium: Cum esset coram Hebreis vnum solum idolum/siue vnus solus vitulus: questio est/cur pluraliter loquuntur/dicentes: Hi sunt dij tui. De Lyra dicit/ꝙ ita loquebantur ad reuerentiam idoli/sicut magne persone de se loquuntur in plurali/ad ostendendum magnificentiam suam/et potentiam/dicentes: Nos sic et sic volumus et precipimus: et huiusmodi. Potest aliter dici: videlicet ꝙ sacra scriptura loco singularis numeri ponit aliquando pluralem: et econuerso loco pluralis ponit singularem: sicut supra. viij. capi. Venit musca grauissima in domo Pharaonis. Vbi Augustinus/et ponitur ibidem in glo. ordina. Musca (inquit) multitudinem muscarum designat.

¶ Octauum dubium: Qua arte et potestate fabricatum est predictum idolum? Ad hoc dicit Rabi. Sa. vt dictum est in expositione litere/ꝙ Aaron primo depinxit cum stilo in quadam tabula formam vituli/quam postea tradidit artificibus: vt facerent ad formam illius. Magister autem historiarum dicit/ꝙ hoc factum est arte demonis. Sic enim ait: Tradunt quidam Aaron proiecisse in ignem inaures: et inde opere demonis conflatum caput vituli tantum/quod tamen quandoque vitulum/quandoque caput vituli vocatur: quia in excusationem sui legitur consequenter in hoc capitulo/Aaron dixisse Moysi: Proieci illud in ignem/et egressus est hic vitulus: et dixit populus: Hi sunt dij tui Israel/qui te eduxerunt de terra Egypti.

¶ Nonum dubium/Utrum huiusmodi vitulus haberet in se spiritum vite? Videtur/ꝙ sic: quia secundum aliquos suo motu prouocabat populum ad saltum et choream. Ad hoc dubium respondet Rabi. Sa. affirmatiue/ꝙ sic. Vidit (inquit) Aaron spiritum vite in vitulo. Unde dicitur in psalm. de Judeis: Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fenum: sed salua reuerentia tanti doctoris/et qui est maxime authoritatis et reputationis apud Hebreos/dictum Psalmiste potius probat oppositum/quam propositum. Si enim in illo vitulo fuisset spiritus vite: ita vt esset

verus

verus vitul⁹ naturalis: scriptu
ra nequaq̃ dixisset: in similitu
dinem vituli: sed in vitulū. Ne-
quaq̃ ergo in dicto vitulo fuit
spirit⁹ vite: intrinsece et forma-
liter: sed ab extrinseco et per ar
tem demonis mouebatur: ac-
si in ipso esset spiritus vite: et
principium intrinsecum mo-
tus: et operationis naturalis.
Materia enī prima (secūdū docto-
res) obedit diabolo q̄ ad motū
localem: sed non quo ad motū
ad formam. In cuius rei signū
dixit Petr⁹ d̄ quodā mortuo: quē
Simō Magus dicebat resurre
xisse d̄ morte ad vitā: Si (inq̄t)
viuit: loquatur: surgat: ambu-
let: hec enī sūt signa vere vite.
¶ Decimum dubium: vtrū Aa
rō in hoc facto peccauerit? Di
cendum: q̄ sic: q̄r magis timuit
homines: q̄ deum. Unde ꝓpter
hmōi timorem mundanum cō-
sentisse peccato Hebreorū. Mo
do (vt inq̄t Apo. Ro. j.) non so-
lum qui faciūt mala: digni sunt
morte: supple: eterna: vt d̄r gl.
interli. sed etiam qui cōsentiūt
facientibus. Ubi dicit glos. or-
dina. q̄ cōsentire: est tacere: cū
possis arguere. Nam vt d̄r Ps.
Declinantes in obligationes:
scilicet per consensum verū vel
virtualem: siue interp̄tatiuū:
adducet dn̄s cum operātibus
iniquitatem. In huius etiam fi
guram dominus ait Num. xix.
Qui tangit pollutum: pollutus
est. Patet ergo q̄ Aaron in ta
li facto peccauit. Et si arguat
ꝓ eo: q̄ timore mortis fecit hu
iusmodi idolū. Esto ita: ex hac
tamen parte non excusatur to-
taliter a peccato. Nam cum es-
set prelatus eoꝝ: prius debuis-
set sustinere mortē corporalē:
q̄ idololatrie populi consenti-
re. Unde Eccli. iiij. dicitur cui-
libet p̄lato: aut iudici. Pro iu-
stitia: supple defensanda: ago-
nizare. i. agones sustine ꝓ ani-
ma tua: et vsq̄ ad mortem: scili-
cet corporis certa pro iustitia:
id est: pro actibus virtutum: vt
fiant: vel pro malis: ne fiāt. Et
istud p̄cipue obligat p̄latos.
¶ Undecimum dubiū: ex quo
Aaron mortaliter peccauit in
priori facto: vt immediate ꝓ-
batum est. Queritur consequē-
ter: cur non est cum alijs puni-
tus per mortē? Ad hoc respon
det dn̄s patriarcha de Pal. di-
cens: q̄ ideo cum alijs non est
morte punitus: quia peccatum
suum humiliter cōfessus est co-
rā fratre suo Moyse postq̄ de-
scendisset de mōte. Simile ha-
betur de Dauid: qui postq̄ adul-
terium perpetrasset cū Beth
sabee: et peccatum suum humi-
liter confessus fuisset: dicens:
peccaui: nō est morte punitus.
Nec tamen ipse Aaron omni-
no penam euasit: fuit enim gra
uiter punitus: in hoc scz q̄ cū
filijs suis in sacrificio vitule ru
fe immūdus efficiebatur: vt di
citur Num. xix. Non autem fuit
punit⁹ pena manifesta sicut po
pulus: in signum q̄ prelati non
debent puniri manifeste: cū ꝓ-
pter vitandum scandalum: tum
ne eorum officium veniat in cō
temptum. August. tamē in glo.
ordi. que habetur in fine p̄sen
tis capli: ascribit hoc occulto
dei iudicio. Unde dicit sic: No
uit deus cui parcat: vt cōmutet
in melius: et cui parcat ad tem-
pus: q̄uis cum presciat non in
melius

melius cōmutari: et cui nō pareat vt nec commutationē eius expectet. Inscrutabilia enim sunt iudicia eius: nec tamē iniusta: cum cuilibet ex quo peccauit non nisi mors debeatur. Hec ille.

¶ Duodecimum dubium: Cur ipse diabolus: cuius opere constatus est vitulus (vt communiter tenetur) potius fecit apparere ipsum idolū in specie vituli: siue tauri: q̄ in alia specie? Responsio: quia illi qui petierant deos ab Aaron: pro magna parte erant Egyptij: qui (vt dictū est) ascenderant de Egypto cū filijs Israel. In Egypto autem consueuerant adorare bouem: vt dicit Petrus Comest. Ideo erant magis inclinati et dediti ad figuram talis idoli q̄ alterius. Ubi notādum: q̄ Egyptij vocabant huiusmodi idolū Apim: qui apparebat eis i specie bouis: siue tauri. Nā certis tēporibus ascendebat de fluuio Nili: et saltabat corā Egyptijs: et ipsi similiter post ipsum: et inde creditur ludus choree sumpsisse originem. Non formauit autem cum predicta arte fusoria: nisi caput cum pectore predicti idoli: quia sic formabat Apis idolum in Egypto: vt dicit de Pal.

¶ Moraliter et .j. Hebrei refugiētes ducatum Aaron et Hur: q̄s loco sui eis reliquerat Moyses cum in montem ad dñm ascenderat: dicens eis: Expectate hic: donec reuertamur ad vos: ego supple et Iosue: quem mecū assumo. Habetis Aaron et Hur vobiscum: si quid natū fuerit questionis: referetis ad eos. Ex. xxiiij. cap. Per p̄dictos (inquam) Hebreos: designant nonnulli claustrales: qui refugere volunt obedientiam suorum prelatorum: eo presertim q̄ cogūt eos obseruare que distinxerunt labia sua prius: dicē tes cum ipsis filijs Israel. Omnia que locutus est dñs: faciemus: et erimus obedientes: vbi supra. Sed que sunt illa que loquitur dñs claustralib⁹: et cunctis religiosis et profecto illa sunt que loquitur Ps. in persona eiusdem dñi: dicens: Uouete: et reddite. Ex quo ergo tales promiserunt obedientiam: ad illā de necessitate (velit nolint) tenentur. Frustra ergo diceret illud Luc. xix. Nolumus hunc regnare super nos: et hoc nisi esset dissipator religionis: et dilapidator temporalium illius. Et istud habet verum maxime in religionibus possidentibus: in quib⁹ cōmuniter prelati sunt perpetui: et super hoc confirmati a sede Apostolica. Sed his non obstantibus nōnulli claustrales sunt qui refugere volunt ducatum tā Moysi q̄ Aarō: q̄ etiam Hur: dicē tes: Da nobis deos: qui nos p̄cedant. Hi sunt qui volunt potius subijci vni idolo: id est: viro seculari: qui forsan habet aliquam speciem honestatis: sine existentia vere religiositatis: q̄ vero et bono prelato sue professionis: et hoc totum vt licentius possint vacare suis libertatibus: et forsan lubricitatibus atq; spurcitijs multis: ludis: comessationib⁹ et ebrietatibus. Tales igitur sunt similes filijs Israel: q̄ nolētes vlterius

terius subijci directiōi Samue lis prophete domini / petierūt alium directorem / ⁊ rectorem. Quod videns dominus / ait ad ipsum Samuelem: Non te abie cerūt / sed me: ne regnem super eos. Ista verba merito potest dicere dominus prelato bono: cuius iugum obedientie volūt filij Belial a se abijcere. Consequenter ea que predixit dominus de iure regis / qui regnaturus erat super Israel (vt petierāt) ⁊ de tyrānide atq; crudelitate illius: iuste possint applicari ad plerosq; protonotarios qui hodie succedunt in beneficijs regularibus. Que aūt predixi: nunq̄ scripto commendassem / nisi non rei euidētia certiorem me de oībus his reddidisset. Sed quia sermones particulares sunt odiosi ⁊ periculosi: ideo hic iubet Plato quiescere.

¶ Moraliter ⁊ secundo: ⁊ conformiter ad dominū Hug. cardi. Si populus (inquit) Israeliticus in tam detestabilē idolatriam lapsus est ꝓpter moram Moysi / qui loq̄batur cum domino in mōte / et qui paucis diebus fuit ibi: quid ergo de clericis curatis / qui tāto tempore Parisius morantur? Nec excusantur (inde) si theologiā audiunt: quia ⁊ Moyses accepturus erat legem / et ex precepto domini cū domino morabatur. Salua autem reuerētia tanti viri / cuius non sum dign⁹ corrigiam calciamēti soluere: ego verisimiliter credo / q̄ curatus residens ad tempus Parisius / vel in aliqua alia facultate / causa studij: ⁊ vt possit in posterum plus prodesse populo suo / siue etiam alijs multis / q̄ excusatur a peccato. Unde nec tales tenentur ad multas prestantias ⁊ tributa / ad q̄ alij non vacantes studio cogūtur. Principes enim talib⁹ fauent. Secus autem de illis curatis / qui pro libertatibus aut voluptatibus suis se absentāt quasi continue ab ouibus suis. Tales enim non habent excusationem.

¶ Moraliter ⁊ tertio: Moyses est dominus curatus: Aaron / eius vicarius / qui tenet beneficium ad firmam. Quid est ergo q̄ Aaron petit inaures auriū? nisi q̄ vicarius extorquet pecuniam a populo sibi cōmisso omni via possibili / dicēs q̄ habet soluere magnos denarios magistro suo / domino curato. De salute autem populi parum sollicitatur. Esa. lvij. Iust⁹ perit / ⁊ non est qui recogitet in corde suo. Item Bern. Cadit asina / ⁊ est qui subleuet: perit anima / ⁊ nō est qui curet. Hoc autem apte innuit Christus. Io. x. cum ait: Mercēnarius / ⁊ qui non est pastor / videt lupum venientem / ⁊ fugit: quia non pertinet ad eum de ouibus.

¶ Moraliter ⁊ quarto: Vidēs populus ⁊c. Secūdum q̄ dicit Gregor. Pro qualitatib⁹ subditorū / disponuntur acta regētium. Unde sepe fit vt pro culpa gregis / delinquat vita pastoris / veri boni: ⁊ ponit exemplum de Dauid / qui pro culpa populi fuit permissus a deo peccare in ei⁹ numeratiōe. ij. Reg. xxiiij. Propter quod Dauid nō fuit punitus in persona sua / G-

uis

uis hoc peteret a dño: vt habetur ibidem. Populus autẽ fuit grauiter punit⁹. Similiter credendum est ꝙ Aaron propter malitiam populi petentis sibi deos fieri pmissus fuit peccare in fabricatione vituli conflatilis. Propter qđ Aaron in persona propria non fuit punitus: sed popul⁹. In hoc ergo facto ipse Aaron tenuit personã boni principis vel prelati: q̃ propter malitiam subditorum aliquando pmittitur labi in grande peccatum.

¶ Moraliter ⁊ quinto: Per vitulum intelligitur peccatũ luxurie: quia scilicet vitulus est animal lasciuũ. Per Moysen autem intelligitur prelatus superior. Per fornacem autẽ intelligitur diabolica tentatio. Postremo per inaures mulierũ intelliguntur imaginationes ⁊ oblectamẽta feminarum. Dicamus ergo sic: Cũ Moyses .i. prelatus est absens: sic ꝙ p .xl. dies .i. per multa tempora moratur ꝙ nõ visitat plebẽ suam: sepe fit ꝙ subditi conuertũt se ad deos alienos: id est ad vitia et peccata: ipsosqꝫ adorant ⁊ diligũt: ⁊ cultum domini derelinquunt. Cõstat enim ꝙ absentia bonorum prelatorũ (etiã dato ꝙ ob causam legitimam sint absentes) sepissime tamen est causa criminis subditorũ: vt dictũ est. Nunq̃ enim popul⁹ hebreorũ vitulũ adorasset: si semper Moyses presens cũ eo fuisset. Tunc enim maxime diabolus in fornace tẽtationis et inauribus id est simulacrum tẽtationibus vitulum: id est peccatum luxurie eis conflat: quem scꝫ populus libẽter adorat: ita ꝙ ludis ⁊ cõuiuijs vacat: ⁊ virtutum vestibus se denudat. Reuera q̃ luxurie famulatur et seruit: libenter conuiuijs intẽdit: atqꝫ virtutis ⁊ honestatis vestimẽta relinquit: suasqꝫ ignominias propalat et faciliter ostendit. Unde ipsa luxuria potest dicere viro luxurioso illud Hieremie .xiij. Nudaui femora tua contra faciem tuam: et apparuit ignominia tua: adulteria tua: ⁊ hinnitus tuus: ⁊ scelus fornicationis tue.

¶ Moraliter ⁊ sexto. Per illos viros qui tam faciliter ⁊ prompte dederunt inaures aurium suarum vxorum ac liberorum suorum Aaron ad fabricandum dãnabile idolum: designantur illi q̃ libenter multa expendunt pro vanitatibus seculi siue in venereis: siue in cibis ⁊ potibus: siue in ludis: siue pro ornatu sui corporis et huiusmodi: qui tamen contristantur si quid tale propter vitam eternam diuinitus fieri: vel equo animo tollerare iubeantur: vt dicit Augustinus: ⁊ ponitur hic in glo. ordina. Multi enim se excusant de danda elemosyna pauperi: qui tamen prodigi sunt in ludis et vanitatibus aliis. Unde de superfluo ornatu filiarũ talium hominum loquens Psal. ait: Filie eorum composite: circumornate vt similitudo templi. Nam sicut templum siue ecclesia solet ornari in die festo: ita ⁊ filie talium ornate ⁊ pompatice incedũt in publicum in die festo: ⁊ hoc principaliter vt videãtur: ⁊ dicatur: Illa est filia talis vel talis.

¶ Moraliter et septimo: iuxta illud: Surge, fac nobis deos etc. Notandum quod per tales populos designantur multi nobiles et potentes, qui quasi cum imperio loquuntur cum vicarijs suis, qui designantur per Aaron, qui fuit vicarius Moysi quamdiu fuit absens in monte. Nunquam autem legitur quod ipsi populi taliter loquuti fuerint cum Moyse. Per quod designatur quod curatus, quem figurat Moyses, habetur (ut communius et ut in pluribus) in maiori reuerentia quam eius vicarius. Tales igitur nobiles solent dicere suis vicarijs, ut anticipent vel retardent missam suam pro beneplacito eorum: et similia. Tales etiam sunt quodammodo similes Babylonijs, qui cum imperio dixerunt regi suo: Trade nobis Danielem. Dan. xiiij. Quod autem sequitur in Dan. Alias interficiemus te, et domum tuam: significat minas quas praedicti nobiles inferunt suis vicarijs, casu quo non obtemperauerint illis: siue quod deponentur a suo vicariatu, siue alias. Illi ergo timore perculsi sicut et Aaron, student quantum possunt illis complacere. Sed utinam non contra deum.

¶ Moraliter et octauo: iuxta eadem verba: Fac nobis deos, qui nos praecedant: notandum quod per deos in sacra scriptura, quandoque intelliguntur homines maxime in officio publico constituti: ut sunt praelati, et iudices. Unde supra. xxij. c. dicitur: Dijs non detrahes. Et in Ps. Ego dixi dij estis, scilicet per quandam participatam similitudinem. Per illos ergo qui petierunt deos, et signanter deum Apim, qui apparebat in specie vituli, designantur domini canonici ecclesiarum cathedralium, vel monachi, et similes: qui in suis electionibus eligunt virum iuuenem etate et moribus, ad hoc forte inducti precibus, vel comminationibus principis, vel alicuius nobilis et insignis personae, aut magne authoritatis viri. Et postmodum instant apud confirmatorem dicentes: Da nobis deum, qui nos praecedat. Qui si confirmator quaerat, quem deum querunt in praelatum, merito forte respondere possent, quod petunt deum Apim siue vitulum: id est, hominem lasciuum moribus, sacrarum literarum nescium, sed bene saltantem cum dominabus in choreis. Item bene currentem post feras, et bene scientem euacuare sciphos in mensa, et similia. Quod autem Aaron timore ductus fecit Hebreis opere diabolico secundum communem opinionem: designat quod tales confirmatores (non praemissa sufficienti et diligenti informatione de vita et literis ipsius electi siue vituli) confirmant procurante diabolo dictam electionem in perniciem animarum suarum, necnon et ipsius electi. Quia secundum iura, electio non est confirmanda, nisi prius diligenter discussa electi conditione: ut notatur in corpore iuris distin. lxj. miramur. Item distin. lxxxv. archidiaconum Florentinum. Et similiter. j. q. vj. ego. et in pluribus alijs locis.

¶ Moraliter et nono: iuxta illud verbum: Fecit eis vitulum conflatilem. Notandum, quod sunt multi

multi prelati et iudices popu-
li q more et instar Aaron mul-
ta illicita indulgent suis subdi
tis: siue vt gratiam eorum ha-
beant siue vt in pace (vt dicunt)
eos nutriant / siue qz non pos-
sunt preualere contra malos.
Sed nec sic nec sic excusantur
a graui peccato. Non quidem
propter primum / qz gratia ta-
lium est vana et fallax: de qua
Prouerb. xxxj. Fallax gratia.
Ubi ergo quis non potest si-
mul habere gratiam dei et ho-
minu: contemnenda est gratia
hominu vt habeat gratia dei.
Maxime cum dicatur Jacob.
iiij. Qui vult amicus esse hui9
mundi: inimicus dei costituit.
Et Psal. inquit. Deus dissipa-
bit ossa eoru qui hominibus
placent: supple contra deum:
vel / plusq deo. Dicit etia A-
ristoteles. j. Ethicoru: Duob9
amicis existentibus / sanctu est
honorare veritate. Nec simili-
ter ppter secundu: qz non est
habenda pax cum impijs / eo
q impij. Unde Christus Mat.
x. de tali pace loques ait: No
veni pacem mittere / sed gla-
diu. Nec etiam propter tertiu:
quia in tali casu debet implo-
rare alienu auxilium / aut om-
nino cedere officio. Juxta id
quod scriptum est Eccli. vij.
Noli querere fieri iudex / sup-
ple spiritualis aut temporalis /
nisi valeas virtute irrumpere
iniquitates.

¶ Moraliter et decimo / iuxta
illud vltimum verbu precedes-
tis clausule. Et sedit populus
manducare et bibere: et surrexe
runt ludere. Notandu / q non
sine causa coniungitur ludus
manducationi et bibitioni: qz
ex his duobus ad ludum cosur
git / et ex ludo ad idololatria.
Unde glo. ordi. Esus potusq
ad lusum impulit: lusus ad ido
lolatria: qz si vanitatis culpa
non caute compescitur / ab ini-
quitate mens incauta deuora-
tur. Unde Eccli. xix. Qui mo-
dica spernit paulatim decidit.
Si enim curare parua negligi
mus: insensibiliter seducti etia
maiora audacter perpetram9.
Hec ibi. Item Grego. in mo-
ral. lib. j. cap. iij. Sunt (inquit)
nonnulla vitia / que a couiuijs
aut separari vix possunt / aut
certe nequaquam. Pene enim
epulas semper comitatur vo-
luptas. Nam cu corpus in re-
fectionis delectatione resol-
uitur / cor ad inane gaudium
relaxatur. Pene etiam epulas
sequitur loquacitas. Nam cum
venter reficitur / lingua defre-
natur. Unde recte diues apud
inferos aquam petere describi
tur dicens: Pater Abraham
miserere mei: et mitte Lazaru
vt intingat extremum digiti
sui in aquam / vt refrigeret lin-
guam meam: quia crucior in
hac flamma. Prius epulatus
quotidie dicitur splendide / et
post aquam petere in linguam
memoratur. Quia enim (vt di-
ximus) inter epulas valde de-
fluere loquacitas solet / et ex pe-
na indicat culpam: cum eum
quem epulatum quotidie sple-
dide veritas dixerat / in lin-
gua plus ardere perhibebat.
Hec ibi.

¶ Allegorice et primo / Moy-

ses qui aliquanto tempore tar-
dauit descẽdere de monte Si-
nay/in quo erat cum domino/
propter cuius tarditatem po-
pulus existens ad radicem mõ-
tis/lapsus est in idololatriam/
et vsque ad adorationem vitu-
li conflatilis et aurei: etiam
non obstante presentia Aarõ:
recte significat tarditatẽ ad-
uentus filij dei in hanc val-
lem miserie/per incarnatio-
nem. Propter quam quidem
tarditatem populus lapsus est
in multiplicia facinora: etiam
vsque ad idololatriam/que est
maximum peccatorum: etiam
non obstante presentia vicarij
sui Moysi/siue multitudine
patriarcharum et propheta-
rum/propter que delenda tan-
dem descendit dei filius de
monte paradisi: et de sinu
patris in vterum virginis: et
consequenter ascendit in ar-
borẽ crucis. Et hoc est/qđ lo-
quitur Apostol. Romanorum
quinto dicens: Ubi abunda-
uit delictum/superabundauit
et gratia. Nec certe predicta
idololatria statim Christo in-
carnato deleta est: sed ex tunc
deleri cepit: et maxime per
predicationem apostolorum/
sicut patet in passionarijs eo-
rũ: et plãtari vera fides in cor-
dibus hominum: non quidem
omnium/sed eorum qui preor-
dinati erant a deo.

¶ Allegorice et secundo/per
hoc ꝙ populus Hebreorum
dedit Aaron vltro et sponte
inaures aureas: vt ex illis con-
flaretur idolum: prefigurabā-
tur ꝙ in primitiua ecclesia
multi gentiles conuersi ad fi-
dem/deberent conflare idola
sua: et aurum atque argentum
inde sumptum dare ecclesie
Christi ad fabricãdas capsas/
in quibus reponerentur reue-
renter et deuote sacrosancte
reliquie sanctorum martyrum
et aliorum: vt quorum carnes
tyranni pagani exposuerant
volatilibus celi/et bestijs ter-
re: saltim ipsi cooperirent au-
ro et argento/lapidibusqꝫ pre-
ciosis: et hoc totum ad hono-
rem dei/et sanctorum eius.

¶ Allegorice et tertio: Per
hanc historiam instruũtur no-
biles et generose persone li-
benter dare ad vsus ecclesia-
rum/maxime desolatarum: et
piorum locorũ/insignes et cu-
riosas vestes/quibus interdũ
vse sunt ad pompam seculi: vt
sic illis propitietur dominus/
in presenti quidem per gra-
tiam/et in futuro per gloriam.
Idem dicendum de vasis au-
reis/siue argenteis/que debe-
rent in calices/et iocalia ec-
clesiastica deputari. Et hoc vi-
detur implicite consulere A-
posto. Romano. vj. dicens: Si-
cut exhibuistis predicta sup-
ple seruire immunditie/et ini-
quitati ad iniquitatẽ: ita nunc
exhibete ea seruire iustitie in
sanctificationem.

¶ Anagogice Moyses existẽs
in monte/et tardans de eo de-
scendere: est Christus existens
in illo monte celi/qui est in
vertice montium/et ad quem
ascendit in sua gloriosa ascen-
sione. Tardat autem inde
descendere ad celebrandum
generale

generale iudicium / quod fiet in valle Josaphat. Qd attendentes ipsi beati / dicunt ad dominum: Fac nobis deos qui nos precedant. Ubi per deos intelligitur / non verus deus / qui est infactibilis: et qui est vnus solus / in tribus tamen personis. Nec similiter intelliguntur dij nuncupatiue / quales sunt demones / de quibus in Psalmist. Omnes dij gentium demonia. Sed intelliguntur dij participatiue / de quibus idem Psalmista: Ego dixi dij estis. Qui ergo minores sunt in celo / dicunt ad dominum: Fac nobis deos / qui nos precedant / Ac si diceret: Justum est et equum: vt qui in mundo fuerint maioris meriti / sint etiam nunc maioris glorie / et precedant nos / supple gloria et honore. Joan. xiiij. In domo patris mei / mansiones multe sunt. Qd vero Aaron exegit ab Hebreis inaures aureas / et omne quod preciosius habebant / significat ꝙ ipse dominus et rex glorie / exiget a bonis / qui a dextris eius erunt / in die iudicij rationem de operibus misericordie: quam illi reddent bonam. Per vitulum autem conflatilem intelligitur Christus / qui alibi dicitur vitulus saginatus. Luce decimoquinto: et qui bene dicitur vitulus conflatilis / quia fuit conflatus in passione sua / mediate illo igne doloris: de quo Threnorum primo: O vos omnes qui transitis per viam / attendite / et videte / si est dolor similis / sicut et dolor meus. Sed postquam iste vitulus predicto igne conflatus et totaliter consumptus fuit / tandem in sua resurrectione apparuit iterum viuus / et pulchrior ꝙ prius. Et de isto vitulo Christo merito ipsi electi dicere possunt (quasi gratias agēdo) hic est deus noster / qui eduxit nos de Egypto: id est / de seruitute diaboli et peccati / in cruce pro nobis moriendo. Unde in honorem huius vituli conflatilis / ipsi electi omnes ducunt maximum iubilū et gaudium / agentes continuam solennitatem / comedentes et bibentes egregie: iuxta illud Esaie sexagesimoquinto. Hec dicit dominus deus: Ecce serui mei comedent / et vos (supple reprobi) esurietis: serui mei bibent / et vos sitietis: serui mei letabuntur / et vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt pre exultatione cordis / et vos clamabitis pre dolore cordis / et pre contritione spiritus vlulabitis. Hec ibi. Quod autē premittitur in litera / ꝙ Hebrei surgentes mane / obtulerunt holocausta et pacificas hostias: recte refertur ad dictos electos: qui surgent mane in die iudicij / quando resuscitabūtur a mortuis: que quidem resurrectio fiet mane. Unde de reprobis / qui simul tempore cum eis resuscitabuntur. dicit Psalmista in psona domini: In matutino interficiebā oēs pctōres terre: vt disperderem de ciuitate domini: id est / de mundo

isto: omnes operantes iniqui=
tatem. Postq3 ergo dicti ele=
cti surrexerint mane / modo
prius exposito: tunc offerent
domino holocausta. i. seipsos
totaliter: corpora scilic3 ꝛ ani
mas: quia holocaustũ totũ do=
mino offerebat ꝛ comburebas=
tur. Item offerẽt pacificas: qꝛ
fruentur pace perpetua et con
tinua. Unde de vno quoq3 bea
to ibi regnante recte porest di
ci illud Psalmi. In pace factus
est locus eius / ꝛ habitatio ei9
in Sion: id est / ecclesia triumi=
phante.

¶ Secunda clausula.



Ocutus est autẽ
domin9 ad Moy=
sen / dicens: Ua=
de ꝛ descẽde: pec
cauit popul9 tu9
quẽ eduxisti de
terra Egypti: recesserunt cito
de via / quam ostendisti eis. Fe
cerũtq3 sibi vitulum conflati=
lem / ꝛ adorauerũt: atq3 immo=
lantes ei hostias / dixerũt: Isti
sunt dij tui Israel: qui te edu=
xerunt de terra Egypti. Rur=
susq3 ait domin9 ad Moysen:
Cerno ꝙ popul9 iste dure cer=
uicis sit. Dimitte me vt irasca=
tur furoꝛ me9 contra eos: ꝛ de=
leam eos: faciamq3 te in gentẽ
magnam. Moyses autem oꝛa=
bat dominum deũ suũ / dicẽs:
Cur domine irascitur furoꝛ tu=
us contra populum tuũ / quem
eduxisti de terra Egypti / i foꝛ
titudine magna / et manu robu
sta? Ne queso dicant Egyptij /
callide eduxit eos: vt interfice
ret in montib9 / ꝛ deleret e ter=
ra: quiescat ira tua / et esto pla
cabilis super nequitia populi
tui. Recoꝛdare Abꝛahami / et
Isaac / et Israel seruoꝛũ tuoꝝ:
quibus iurasti per temetipsũ /
dicens: Multiplicabo semẽ ve
strũ / sicut stellas celi / ꝛ vniuer
sam terram hanc (de qua locu
tus sum) dabo semini vestro / et
possidebitis eam semper. Pla
catusq3 est dominus ne face=
ret malum / quod locut9 fuerat
aduersus populum suum.
¶ Hystoꝛialiter postq3 in pre=
cedenti clausula insignis pro=
pheta domini Moyses / legisla
toꝛ vnicus / locutus est de quo=
dam grauissimo peccato: vide=
licet idololatrie / quod accidit
i populo Hebꝛeoꝝ / ipo Moy=
se adhuc stante in summitate
montis Sinay / ꝛ cum domino
loquente: hic cõsequẽter aper=
rit / quomodo ipse domin9 apd
cũ conqueritur de dicto pec=
cato / quod erat sibi notissimũ:
quia omnia nuda sunt ꝛ aper=
ta oculis ei9: tam presentia / q3
absentia. Dixit ergo illi: Ua=
de et descende / quia ad prela=
tum pertinet subditoꝛum pec=
cata coꝛrigere. Ra. Sa. autem
aliter exponit hũc passum di=
cens: Descende / scilicet a tua
dignitate et gloꝛia. Quia sicut
dignitas et gloꝛia prelati con
sistit in bonitate subditoꝛum /
secundũ ꝙ dicit beatus Joan=
nes in sua tertia canonica: vni
co capitulo. Maioꝛẽ (inquit)
hoꝛũ non habeo gratiam: q3 vt
audiam filios meos in verita=
te ambulantes: ita per opposi=
tum deiectio sui honoꝛis est in
coꝛũ

eorũ peruersitate. Bene ergo peccante populo dicit dominus ad Moysen eorũ prelatũ / vade & descende: peccauit populus tuus. vbi interli. non meus populus / quia me per idololatriã abnegauit. Unde Ezech. j. Dicetur illis: nõ populus meus vos: & ego non ero deus vester. Quẽ eduxisti de terra Egypti: hoc autem dicit dñs / vt appareat peccantiũ maxima ingratitudo. Recesserũt cito / ecce eorũ instabilitas. De via quã osten disti eis: id est a lege q̃ est via qua itur ad deũ: vt dicit interlini. Ecce igitur eorũ instabilitas in bono / & pronitas ad malũ. Quõ autem & qualiter cito recesserunt de via dominus aperit ipse dominus / cum ait: Fecerunt sibi vitulum conflatilem: & adorauerunt atq; immolantes &c. Postq̃ ergo descripsit dominus Moysi grauitatem culpe populi sui: consequenter fit mentio de cõminatione pene: dicẽte domino eidẽ Moysi: Cerno q̃ populus iste dure ceruicis sit: non faciliter recipiens correctionem. Uel dure ceruicis: id est superbie indomabilis: vt exponit interlinia. Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos: id est acrius puniam eos. Et vt dicit de Lyra: loquitur dominus more humano / sicut cum filius offẽdit patrem: et pater tenens gladiũ / quasi volens ipsum iugulare / dicit alicui existẽti iuxta se: ne teneas me a percussione: per hoc magis insinuans contrarium. s. q̃ libenter velit detineri. Et deleam eos: supple a facie terre. Faciamq; te in gẽtem magnam. i. dimitte me vt feriam eos pestilentia / atq; cõsumam. te autem faciam principem super gentem fortiorẽ. Et est hic argumentum / vt dicit de Pal. q̃ malorũ exterminatio / est bonorũ sublimatio. Et hoc idem etiam alibi patz: videlicet in libro Hester de exterminatione Aman: & sublevatione Mardochei in palatio regis Assueri.

¶ Ex predictis ergo Moyses cepit audaciam orandi dominum pro populo ad retinendum dei vindictã. Unde ait: Cur domine irascitur furor tuus? Non quidem motu animi / sed effectu exteriori. Quã furorem appellat populi deletionẽ. Contra populum tuũ: quem reputas specialem filiũ: sicut dictũ est supra. iiij. ca. huius. Filius meus primogenitus Israel quem eduxisti de terra Egypti in fortitudine magna: scz signa perpetrando / & in manu robusta. s. inimicos Egyptios submergendo in mari rubro. Premissa igitur humili supplicatione Moysi ad dñm: consequenter allegat honorẽ diuine bonitatis dicens: Ne queso dicant Egyptij: id est. dicendi causã vel occasionẽ inueniant: dicentes / callide: id est maliciosa machinatione / in hoc blasphemantes tua ineffabilem bonitatem. interli. quasi non posset eos aliter delere: eduxit eos. s. de Egypto: vt interficeret in montibus: quia prope mõtem Sinay erãt. Et deleret de terra: id est / totaliter ãnihilaret. Allegat etiã ad hoc dei pietatem / dicens:

Quiescat ira tua. i. effectus ire tue: vt prius expositũ est: et esto placabilis super nequitia populi tui. Tanq̃ diceret: Quiescat ira tua, qz tibi propriũ est parcere et misereri et nõ irasci. Ad similitudinem de ape, cui propriũ est producere mel, et non pungere, nisi infestetur et agitetur. Deinde ad hoc allegat patrum merita, dicẽs: Recordare Abrahã etc. Ubi glo. Patres qui diligũtur, inducit pro filijs qui offendunt. Dicit ergo: Recordare Abrahã etc. ac si diceret: Si populus iste meruit mori per incendiũ: ecce Abraham, pater eorũ, propter amorem tuũ proiectus est in ignẽ Chaldeorũ. Si per gladium: ecce Isaac paratus fuit pro te immolari. Si meruerũt in exiliũ mitti: ecce Israel tanquam iam exul fugit in Mesopotamiam, obediẽs patri suo et tibi: quibus iurasti. i. fideliter promisisti. Primo quidem Abrahe: vt patet Gen. xxij. Secũdo Isaac: vt patet in eodem libro. xxv. cap. Tertio Jacob, siue Israel. Ibidẽ. xxviij. Per temetipsum, quasi non habẽs maiorem per quẽ posses iurare, dicens: Multiplicabo semẽ vestrum sicut stellas celi. Vel quibus iurasti per temetipsũ, qui es omnino immutabilis: et ideo iuramentum tuum debes immobiliter tenere de danda terra Chananeorũ semini eorum: quod tamẽ frustraretur, si deleres populũ tuũ de terra. Ecce q̃ prudẽter Moyses modo optimi oratoris persuadet apud dñm deũ. Deinde et finaliter ponitur finis orationis Moysi ad dñm, cũ dicitur: Placatusq̃ est dñs ne faceret malũ quod locutus fuerat etc. Et nota, q̃ est hic questio de malo pene, vt dicit August. in glo. Deus enim malus non est, sed malis ingerit mala: qz iustus est. Nota etiam q̃ taliter dñs placatus dicitur: quia nõ deleuit Hebreos sicut cõminatus fuerat prius. Non tamen a pena omnino cessando: sicut postea patebit.

¶ Circa autẽ clausulam istam mouentur aliqua dubia.

¶ Primũ igitur dubiũ mouetur propter verbũ illud: Peccauit populus tuus. Queritur ergo quare dominus dixit populus tuus: quasi omnes in malitia inuoluendo: cũ tamen verisimile sit non quẽlibet de multitudine illa vitulum conflatilẽ adorasse: sed tm̃ illos qui hac de causa interierũt morte: postq̃ Moyses descẽdit de mõte: qui fuerũt numero. xxiij. millia, vt postea dicet. Responsio, dicendũ q̃ forte scriptura loquitur hic more hominũ, qui attribuunt siue bonũ siue malũ toti multitudini siue ciuitati, q̃d maxima pars fecit: et hoc per synecdochen: vt cũ dicit, Totus mũdus currit ad sermonẽ: cũ tamen plerĩq̃ maneant domi. Itẽ solet dici, talis ciuitas fecit hoc vel illud: eo q̃ aliqui de ciuitate ita fecerunt. Item scriptura attribuit Judeis mortem Christi: qz principes et maiores eorum eam procurauerunt. Si enim omnes et singuli de multitudine Hebreorũ petierũt ab Aaron vt faceret eis deos, quos postea adorauerunt:

uerunt: non video qua ratione aliqui de eis fuerint interfecti per Moysen leuitis cũ associatis: tib⁹ ut postea dicet: z aliqui nõ. Nã ubi culpa est equalis: similiter z pena debet esse eq̃lis. Alias ibi esset acceptio p̃sonarũ. Insup postq̃ Moyses descẽdit de monte: z perpẽdit idololatriã populi: volẽs vindictã facere: ait: Si qs est dñi: iũgat mihi. Sequit: Cõgregati sunt ad eũ oẽs filij Leui. Et q̃ patet expresse q leuite: q̃ erãt in magno numero: nõ cõsenserũt in adorationem vituli conflatilis cũ alijs. Et de alijs tribubus similiter multi forte fuerũt: q̃ similiter nõ cõsenserũt. Qz si q̃ratur cur ceteri non iunxerunt se cum Moyse sicut leuite? Dicendũ q Moyses erat de tribu Leui, ut patet in principio capituli secũdi hui⁹ libri. Propter qd leuite proprius iũxerũt se cum eo: q̃ alij aliarũ tribuũ. Insup refugiebãt esse necatores fratrũ suoꝶ. i. eoꝶ qui erant de eadẽ tribu cũ ipsis. Ceterũ multi ex ipsis erãt omnino inepti ad bellũ: siue propter nimiã iuuẽtutẽ: aut nimiã senectutẽ: ideo tales non coniunxerunt se cũ leuitis z Moyse.

¶ Secũdũ dubiũ: ex q̃ Moyses assumpsit tm̃ tribũ Leui in adiutoriũ: modo dictũ est cur alij: q̃ de alijs tribub⁹ erant: z p consequẽs multo plures: non restiterũt viriliter ꝯtra dictos leuitas? Insup z oẽs Egyptij q̃ cũ eis ascẽderãt de Egypto: z q̃ fuerãt initiũ toti⁹ idololatrie: poterãt se facile cũ eis cõiũgere aduersus ipos leuitas? Dicẽdũ q facies Moysi q̃ splẽdida facta erat ex mutua locutiõe cũ dño: terruit eos ut non possẽt resistere. Nã ut dicit Ionathas fili⁹ Saul ad armigerũ suũ de exercitu philistinoꝶ: quẽ aggredi nesciẽte patre volebat: non est dño difficile saluare: vel in multis: vel in paucis. j. Reg. xiiij. Idẽ etiã dicit Aza rex Iuda. ij. Parali. xiiij. Dñs q̃ pugnabat cũ Moyse z filijs Leui cõtra reliquos: qui adeo exterriti sunt: q non valuerũt resistere.

¶ Tertiũ dubiũ mouet̃ ꝓpter illud vbũ dñi ad Moysen de filijs Isrl: Recesserũt cito de via quã ostẽdisti eis. i. a lege q̃ est via q̃ itur ad deũ: ut dt interli. Sed quõ hoc? Nõdũ eñ Moyses recitauerat eis vba dñi. Dicendũ q intelligit̃ de p̃ceptis z iudicijs datis a Moyse populo in Marath: ut supra: xv. c. dictũ ẽ. Uel hoc intelligit̃ de p̃ceptis decalogi iã poplo q̃dãmodo promulgatis ministerio Moysi. Iuxta id qd supra dictũ est: vz. xix. c. huius: Moyses loquebat̃: z dñs respondebat.

¶ Quartũ dubiũ mouet̃ ꝓpter illud vbũ: Feceruntq̃ sibi vitulũ ꝯflatilẽ: quõ istud pot̃ stare in veritate cũ p̃cedẽtib⁹. Nã in p̃cedẽti clausula dictũ est: q ipse Aarõ ope fusorio formauit eis dictũ vitulũ. Nõ q̃ ipi eũ fecerũt. Rñsio: ppl's dr hmõi vitulũ fecisse: qz ad ei⁹ magnã istãtiã fact⁹ ẽ. Modo q̃ p alterũ facit: par ẽ ac si in ꝓpria faceret: ut dr de regu. iur. lib. vj. Dn exẽplũ q̃ Iudeis q̃ dñr xp̃m crucifixisse: qz ad eoꝶ istãtiã Pilat⁹ p suos ministros crucifixit eũ.

¶ Quintum dubiū mouet̄ pro-
pter illud verbum domini ad
Moysen: Dimitte me vt irasca-
tur furor ⁊c̄. Querit̄ ergo quo-
modo Moyses tenebat dn̄m ⁊
iram eius: ne deseuiret in popu-
lum hebreū: maxime cū de eo
scriptū sit Job. ix. Deus cuius
ire nemo resistere potest, ⁊ sub
quo curuant qui portāt orbē.
Ad hoc dicit Grego. in moral.
ꝙ in his que diffinita sunt apͬd
deū: nemo potest resistere. Un̄
Ezech. xiiij. Si fuerint hi tres
viri coram me, Noe, Daniel et
Job: nec filios, nec filias libe-
rabūt. Itē hier. xiiij. Noli ora-
re ꝓ populo isto i bonū: cū ie-
iunauerint, non exaudiā p̄ces
eoꝝ: in alijs vero potest resisti
ire dei: quando scȝ ipse sanctis
inspirat, vt se precibꝰ opponāt
⁊ teneant eū. Un̄ in proposito
dicit Moysi: Dimitte me, vt ira-
scatur furor meus. q. d. cogno-
sce ꝙ impetrare poteris quic-
quid ꝓ populo exorabis. Dn̄s
autem patriarcha de Palude
dicit in postilla sua, ꝙ est du-
plex vindicta diuina. Una qui-
dem ex eterna dispositione ꝓ-
cedēs: cui nunꝙ resisti potest.
Alia vero est in sola commina-
tione presentis iustitie: ⁊ huic
potest resisti: ⁊ sic fuit in p̄sen-
ti. Unde super illud Ezechiel.
xiij. Nō ascēdistis ex aduerso,
dicit glo. precibus dimicātes,
⁊ dei sententie resistentes. Et
talis resistētia multum placet
deo: sicut interdum placet pa-
tri naturali, ꝙ resistatur ei, ne
percutiat filium. Unde de ma-
lis prelatis (qui tenentur hoc
modo se opponere ire dei erga
populum sententem) dicit Esa.
lxiij. Non est q̄ inuocet nomen
tuū, qui cōsurgat ⁊ teneat te.
Heu modo nullus est Moyses
in ecclesia dei. Nullus etiā est
hodie Phinees, super terram:
de quo dicit dn̄s Nume. xxv.
Phinees, filius Eleazari, filij
Aaron sacerdotis, auertit irā
meam a filijs Israel.
¶ Sextum dubiū mouetur ꝓ-
pter illud verbū: Possidebitis
eam semper. Contra nō ita fa-
ctum est, sed Judei eiecti sunt
miserabiliter de habitationi-
bus suis per Titū ⁊ Vespasia-
num, secundū ꝙ ipse Christus
illis p̄dixerat Luc. xix. dicēs:
Hierusalem, venient dies in te,
et circundabunt te inimici tui
⁊c̄. Ad hoc dictū est superius.
Tales enī dei promissiōes tē-
porales intelligende sunt sub
cōditione: videlicet si illi qui-
bus fiunt tales ꝓmissiones, mā-
serint in cultu dei, ⁊ in obser-
uantia mandatorū dei. Et vbi
talia non obseruātur, nec etiā
deus vlterius tenet̄ promissiōē
sue: qui etiā nulli est debitor,
nisi sibiipsi. vel dic, ꝙ sensus
illius promissionis, Possidebi-
tis eam semper: potest esse ta-
lis: semper. i. multo tēpore, vel
semper. i. sine prefixo termino:
vel semper. i. toto tēpore quā-
tum in me erit: vel semper, scȝ
in signato: vt dicit interli.
¶ Moraliter et primo, Moy-
ses est prelatus ecclesiasticus,
qui se absentat ꝓ causa ratio-
nabili corporaliter a subditis,
relicto (ꝓ tēpore) bono ⁊ ido-
neo vicario. Quo non obstante
populus cadit in grauissima
peccata, quibus forsan dictus
vicarius timore humano ductus

negligit / aut cōmode nequit / obuiare. In quo quidem casu iubet dominus Moysi: id est / dicto pastori principali: vt personaliter descendat / etiam quantocius. Et hoc notatur per hec verba imperatiua presentis temporis: Uade / descende. Quicunque enim curā animarum suscipit / ad hoc specialiter se astringit pro loco et tēpore: iuxta illud Prouer. vi. Fili mi / si spopōderis pro amico tuo / defixisti apud extraneum manum tuā. Illaqueatus es verbis oris tui / et captus proprijs sermonibus. Fac ergo qđ dico fili mi / et temetipsum libera: quia incidisti in manū proximi tui. Discurre / festina / suscita amicū tuū. Ne dederis somnum oculis tuis / nec dormitent palpebre tue. Hec ibi. Igitur q̄ periculosam sarcinā assumunt super humeros suos / qui curā animarū suscipiunt: et signāter quibus postea non est cure / nisi de lana ouium suarum / et non de salute earū. Audiant queso dominū vnicuique eorū dicentem et comminantem. iij. Reg. xx. in hunc modum: Custodi virum istum: qui si lapsus fuerit / erit anima tua pro anima illius. Et Prouer. xxvij. Diligenter agnosce vultum pecoris tui / tuosque greges considera. Cuius ratio subditur / cum dicitur: Non habebis iugiter, i. diu potestatem: sed corona / supple eterne retributionis / tribuetur tibi in generatione seculorum: id est / in eternum: si supple diligenter feceris debitum tuum. Quia vt dicitur. j. Thimo. v. qui bene presunt p̄sbyteri in duplici honore habeātur. Item Act. xx. Apostolus Paulus admonet specialiter dominos episcopos / dicens: Attendite vobis et vniuerso gregi / in quos vos spiritussanctus posuit episcopos: regere ecclesiam dei / quā acquisiuit sanguine suo. Bene ergo in figura huius dicit dominus seruo suo Moysi: Uade / descende / peccauit populus tuus.

¶ Moraliter et secundo / iuxta illud verbū: recesserūt cito de via / quā ostendisti eis. Notandum conformiter ad dn̄m cardi. q̄ via qua venit deus ad hominem / est gratia et charitas: de qua Apo. j. Corin. xij. Adhuc excellentiorem viā vobis demonstro. Uia autē qua homo vadit ad deū / est innocētia / quo ad paruulos baptizatos: vel penitentia / quo ad adultos qui prius peccauerunt. Omnibus autem volentibus ire ad deū per hāc viā multe parantur insidie a demonibus. Unde Psal. In via hac qua ambulabam absconderunt superbi / supple demones / qui antonomatice dicūtur superbi. Sed quid absconderunt? Profecto laqueum mihi: id est / multiplicē tentationem. Item de hoc idē Psalmist. Hec via eorum tenebre et lubricū: et angelus domini / supple malus persequēs eos: ad diuersa peccata ipsos trahendo.

¶ Moraliter et tertio / predicta verba possunt recte exponi de populo cōuerso ad penitentiā / ad vocem boni et feruidi predicatoris: sicut sepe contingit in magnis ciuitatibus tempore

quadra-

quadragesime, vbi tota ciuitas currit post talem predicatorem, etiam notabiliter anticipando tempus & horā predicationis. At vero paschalibus solennitatibus trāsactis, et predicatore tali redeunte ad propria, pariter recedit a cordibus fideliū predicta deuotio & sanctum propositū quod sub eo conceperant, ita vt si contingat quēdā de priori ciuitate adire illam ad quem se contulit, & interroget eos de regimine populi, merito illi dicere possunt predictū verbum: videlicet recesserunt cito de via quā ostēdisti eis, scʒ de via virtutis et gratie & redierunt iterum post peccata sua. Hi enim sunt illi de quibus loquitur Saluator Luc. viij. ꝙ tales radices nō habēt: quia ad tēpus credūt, & in tempore tentationis recedūt. Propterea Apo. Ephe. ij. rogabat dominū pro Ephesijs, quibus prius predicauerat: vt veritas euangelij permaneret in eis.

¶ Moraliter et quarto circa illud: Fecerunt sibi vitulū cōflatilem & adorauerunt &c. Notandum ꝙ ista possunt referri ad nonnullos lubricos viros, qui videntes ꝙ nō possunt ad optatum frui copia quarūdam mulierū, etiā quādoqꝫ monialium, quas inordinate & carnaliter magisqꝫ spiritualiter & in dño diligunt: arte & quidē studiose faciunt eas depingi, et postmodū in suis thalamis apponi: vt sic semper earū videantur habere presentiā & iugem memoriā. Unde Parisius tempore Karoli octaui cum multi aurati milites operam darent hastiludijs, coram dicto rege ad exercitiū vanitatis magisqꝫ strenuitatis: affuit inter eos quidam valde strenuus dictus Claudius de Uauldruel, omnes aduentantes diffidens: qui in loco certaminis, et ante valuas cuiusdam abbatie illic cōstructe que vulgo dicit sancti Anthonij de campis, fecit affigi in eminēti loco effigiem cuiusdā puelle, ex omni parte nude, & cui sola vox et sensus atqꝫ motus deerant, mansitqꝫ tale idolum diu in predicto loco. Multiqꝫ de ciuitate Parisien. signāter diebus festis exibant: vt talem abominationē horribilem curiose viderent. Predictus itaqꝫ auratus miles visus est imitasse illum nephandū idololatrā Antiochū: qui vt legit. j. Macha. j. edificauit abominandū idolū desolationis sup altare dei. Ille idem sup altare dei, iste pre foribus domus sanctimonialiū. Timendū est igit ne eos nūc vna pena teneat apud inferos.

¶ Moraliter et quinto circa illud: Cerno ꝙ iste populus dure ceruicis sit. Dimitte &c. Hec vel similia verba merito potest dicere dñs de multis populis Christianis, qui nec beneficijs dei ad virtutē alliciuntur, nec minis & terroribus a malo retrahuntur, sed quasi indomabiles et indisciplinabiles vidētur, atqꝫ de die in diem deteriores efficiuntur. Nam sicut incus, quanto fuerit plus malleo percussa, tanto durior efficitur: ita & nonnulli obstinati peccatores sub flagellis domini sub quibus deberent merito emolliri, duriores redduntur.

tur. Ecce quomodo dure cer uicis sunt. Propter quod iam iam de mundo ultimam uitionem fecisset dominus: si nō obstitissent preces paucorū. Hinc beatus Hieronymus in prologo super vitas patrum: dicit / quod meritis sanctorū patrū debet imputari adhuc mundū stare. Unde ad propositum facit visio diuinitus ostēsa beato Dominico / cum esset Rome / de Christo tres sagittas volente vibrare super terram: et per cōsequens mundum exterminare volente: et hoc propter tria peccata in ea abundātia: que sunt superbia / auaritia / luxuria. Sed tante vindicte occurrit pia mater misericordie / que offerens eidē filio saluatori nostro duos seruos suos Dominicum et Franciscū / placauit benedictū filium suum ad tempus.

¶ Moraliter et tertio / iuxta illud: Moyses autē orabat dñm deum suū / dicens: Cur domine irascitur et cē. Notādū / quod per istā historiā manifeste cōuincitur / quante efficacie sit apud deū oratio vnius boni viri / secundum qd dicitur Jacob. v. Multum valet oratio iusti assidua: quantomagis orationes multorum et deuotorum hominū? Hinc Ambrosius sup epistolā Roma. in fine. Impossibile (inquit) est; id est / difficile: preces multorum non exaudiri. Unde Christus Mat. xviij. Si duo ex vobis consenserint sup terram et cē. Probat autem dictum suū beatus Jacobus per orationē quā fecit Helyas. iij. Reg. xvij. pro clausione celi / et clausum est. Deinde pro apertione illius / et apertum est: vt dicit sequentia. Notanter aūt dicit beatus Jacobus / quod oratio iusti multū valet / sed non semper totum: et maxime oratio que fit pro aliis quia potest impediri per malitiam illius pro quo iustus orat iuxta illud Hiere. xi. Tu autē noli orare pro populo isto: quia nō exaudiā te. Secus aūt vbi ille pro quo iustus orat non ponit obicē effectui orationis illius / sed se iuuat quantum in se est. Tūc enī multū oratio valet iusti assidua: quia vt dicit Ouid. in lib. q est sine titulo. Flectitur iratus sepe voce rogāte deus. Hoc etiā aperte ostenditur per presentē historiā / in qua tandē concluditur / quod placatus est dñs ne faceret malum / quod locutus fuerat aduersus populum suum.

¶ Allegorice et primo et iuxta illud / Uade / descēde et cē. Notādū quod ista verba dñi ad Moysen possunt esse verba dei patris ad filiū / qui in eternitate erat cū eo in mōte sctō ei. Tandē aūt ex tēpore misit eū in hāc vallē miserie. Attn̄ prius voluit delere mūdū ipm. Hoc aūt fuit qñ vidit quod multa malitia hominū esset in terra / et cūcta cogitatio cordis intēta esset ad malū oī tēpore: et dixit: Penitet me fecisse hoiem Gen. vi. Per deprecationē aūt Moysi ad dñm / designant orones sctōrum patriarcharū et prophetarū / iram dei ad tēpus placantiū. Post multa igit temporū curricula deus paternō valens vltra cōtinere in ira sua misericordias suas: videns afflictionē populi sui / redēptionē misit / et fecit descendere vnigenitum suum in virginis

ginis eterum. Sicq̃ placatus
est dñs pater: ne faceret malũ
qđ cogitauerat aduersus po=
pulum suum.
¶ Allegorice et secundo: totũ
istum textum possumus expo=
nere de statu religionis. Pro
quo notandum: q̄ omnes reli=
giones nõ nisi in sancta obser=
uantia fuerunt primitus a san=
ctis patrib⁹ Bñdicto: Augusti
no: Basilio: Dñico: Francisco:
ꝛ alijs institute. Sed sicut Moy
se ascendente ad dominum in
montem Sinay: populus quẽ
reliquerat ad radicem montis
cito peccauit: et signanter per
idololatriam: cui nõ satis vir=
tuose restitit Aaron: quem lo=
co sui reliquerat: sed illi cõsen=
sit: edificans illi vitulum cõfla
tilem: propter quod mirabili=
ter iratus est domin⁹ aduersus
populum Hebreum: qui tandẽ
placatus est per Moysen: ita
sublatis e medio per mortẽ pre
dictis sanctis patribus religio
num: ꝛ ascẽdentibus in celum:
vbi nunc sine fine vident eum
facie ad faciem: populus eorũ:
id est: sequaces: cito (et quidẽ
nimis cito: vnde dolendum) se
dederũt lasciuijs: ludis ꝛ mul
tis illicitis: ita vt in aliquibus
claustris vix remaneant vesti=
gia religionum: preter q̃ in pa
rietibus ꝛ imaginib⁹. Et quod
summe culpabile est: hi qui pre
sunt loco sanctorum patrũ: cõ=
sentiunt omni vie nõ bone nu=
trientes subditos in peccatis
suis per nimias dissimulatiões:
dãnabiles. Sed vtinã ipsi nõ
essent p̃mi transgressores: quo=
rum etiam exemplo male ducũ.
tur subditi ad dãnationẽ eter=
nam: quia vt dicitur Matt. xv.
ceci sunt: ꝛ duces cecorũ. Ce=
cus autem si ceco ducatũ pre=
stet: ambo in foueam cadunt.
Insuper de talibus loquẽs di=
uus Gregor. in suo pastor. cap.
xxviij. dicit sic: Scire etenĩ p̃la
ti debent: quia si peruersa nõ=
nunq̃ perpetrant: tot mortib⁹
digni sunt: quot ad subditos ꝑ
ditionis exempla transmittũt.
Et hoc etiam ponitur. xj. q. iij.
precipue. Nam vita pastoris:
exemplum debet esse subditis:
vt habetur. ij. q. vij. cũ pastor.
Dicit etiam Augusti. dñica in
octaua Pasche. ser. vij. q̄ sicut
cũ tantis ꝛ pro tãtis quis mer=
cedẽ vite eterne retributionis
accipiet: quantoscunq̃ exẽplo
sancte vite edificauerit: etiam
quãtiscũq̃ exemplum male cõ
uersationis (etiã si eum non se=
quantur) prebuerit: pro tantis
se malis rationem nouerit red=
diturum. Hec ille. Dicit etiam
idem Gregor. q̄ tales tot mor
tib⁹ digni sunt: quot perditio=
nis exempla in alios transmise
runt. O q̃ igitur durissimũ iu=
dicium fiet talibus prelatis: q̃
male presunt: ꝛ qui sub velamĩ
ne mansuetudinis ꝛ benignita
tis reliquũt subditos suos fera
me cũcta libere agere: liberi⁹
etiam q̃ si essent adhuc in secu
lo. Sed talis libertas finaliter
cedet ad vtrorũq̃ perpetuã
ꝛ miserabilem seruitutẽ. Quid
autem significat q̄ dño volẽte
populum Hebreũ perdere: ob=
stitit Moyses: quo supplicãte
ꝛ deuote orãte: placat⁹ est do=
minus ne disperderet dictũ po
pulum: nisi q̄ aliqua monaste=
ria ꝛ claustra iamiam forte de=
scen-

scendissent in abyssum cũ Sodoma ⁊ Gomorra/ nisi obstitissent preces ⁊ merita aliquorũ deuotorum patrum/ aut etiam sanctimonialiũ/ quo ad monasteria mulierum/ adhuc per dei gratiam viuentium cum iniquis ⁊ peruersis: ⁊ si non semper loco/ saltim habitu et ꝓfessione: ita vt in figura huius videatur dominus dixisse Helie prophete id quod legitur .iij. Reg. xix. Derelinquã mihi in Israel septem milia virorum/ quorũ genua nõ sũt icuruata ante Baal. Nam nulla fermie religio reperitur in qua non sint ꝑ dei gratiam aliqua monasteria reformata/ vt saltim possint illuc declinare/ qui cupiũt regulariter viuere/ ⁊ saluare aĩas suas.

¶ Allegorice et tertio: Moyses loquens cum domino facie ad faciẽ in monte Sinay/ designat vniuscuiusq; nostrum angelum bonum ⁊ custodem/ habitantem cum domino in monte paradisi/ per apertam visionem ⁊ fruitionem: iuxta qđ scriptum est Mat. xviij. angeli eorum/ scz pusillorum de quibus loquitur ibi Christus/ sempꝫ vident faciem patris mei/ qui in celis est. Per descẽsum autem Moysi de monte ad populum/ significatur descẽsus dicti angeli protectoris ⁊ custodis nostri ad nos. Sepe enim fit/ etiã ex diuina dispensatione: vt interdum cum tẽtamur videatur quasi a nobis recessisse bonus angelus noster: vt det locũ tẽtãdi angelo malo: ⁊ hoc ad vtilitatem nostram: vt scilicet per reluctam cum ipso angelo malo/ mereamur peramplius coronari in celis. Nusq̃ enim nos aggredi auderet/ vbi ãgeli boni presentiam sentiret: vt dicit Chrysost. super Matt. in opere impfecto. homil. vj. Quo se sic absentante ab homine/ interdum preualet inimicus. Et tũc domin⁹ dicit Moysi/ id est angelo bono. Uade/ descẽde: peccauit homo/ cui⁹ es custos/ quẽ tuis bonis monitionibus eduxisti de terra Egypti. i. de statu peccati. Hoc enim per Egyptũ (que interp̃tatur tenebre) bene significat. Cito recessit (inquit dominus ad angelum bonum) dictus homo de via bona ⁊ sancta/ quam ostendisti ei. Fecit enim vitulũ conflatilẽ: id est/ aliquod grande peccatum. Tale aũt abominandum idolum. i. peccatũ/ est tam graue/ ꝙ quandoq; meretur exterminium a deo ſm rigorẽ iustitie/ nisi obstarent preces sanctorũ ⁊ sanctarum: ⁊ signanter ipsius angeli custodis hominis. Nam sicut nutrix ꝓtegit paruulum suum/ ne ledatur a cane: ita et angelus hominẽ/ quem custodit/ ꝓseruat officio et meritis/ ab ira ⁊ vindicta diuina. Unde in quadam collecta/ que legit̃ in completorio/ ſm vsum fratrum predicatorum/ oram⁹ dicentes: Uisita quesumus dñe habitationem istam/ ⁊ oẽs insidias inimici ab ea repelle/ ⁊ angeli tui sancti/ habitãtes ĩ ea/ nos in pace custodiãt ⁊c. Hinc Augusti. ad fratres in ere. ser. xlvj. qui intitulat̃ de angelis ⁊ hospitalitate/ dicit sic: Ipi sancti angeli sunt q̃ pro nobis cõtra demones pugnant/ ⁊ victoriam obtinẽt. Ipsi sunt fratres

nostri

nostri: qui valde nos diligunt: nos vbiqꝫ instruunt: in cunctis nos protegunt. Ipsi sunt q̄ nobis dormientibus custodes assunt. Hec ille.

¶ Anagogice: Moyses (q̄ assumptus de aquis iterpretat̄) Christum significat: qui assumptus fuit de aquis Iordanicis in suo baptismo. Luce. iij. Hic autem Moyses nūc est in monte sancto dei: vt appareat vultui dei ꝓ nobis: vt dicit Apo. Heb. ix. vbi glo. interli. vultui: id est presentie. Nam sicut antiquitus tempore legis: pontifex legis intrabat sancta sanctorum: vt appareret corā ꝓpiciatorio: quod erat quasi sedile dei: sic Christus (quantū ad humanitatem) intrauit celū in sua ascensione: non quidem ad hoc ꝙ videret de nouo faciem dei patris: quia vidit eā ab instanti cōceptionis sue: sed quia eius humanitas de nouo fuit translata ad celum: vbi facies dei clare videtur a beatis: vt ꝑ hoc coram deo patre ꝓ nobis interpellet: representando humanitatem quam assumpsit, ꝓ nobis eidem patri. Uel sic (secūdum dominum Cardinalē.) vt appareat vultui dei pro nobis: id ēst: vt interponat se ire dei patris: secundum quam respicit mala nostra ad puniendum: quia dicit. Psal. Uultus domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum. Ne ergo ipse de⁹ pater hoc exequatur: ipse Christus apparet vultui eius: vt scilicet ipsum nobis recōciliet: quia vt habetur. i. Ioannis. ij. Ipse est propiciatio ꝑ peccatis nostris. Item Aposto. Ephes. ij. Ipse est pax nostra: qui fecit vtraqꝫ vnum: scilicet deum: et homines. Sed qui nūc apparet pro nobis: apparebit cōtra nos in die iudicij si nō penituerimus: sed contempserimus tantā salutem. Nam tūc vulnera Christi: que modo sunt peccatorib⁹ in fiduciam recōciliationis: apparebunt in testimonium iuste damnationis. Quid est ergo ꝙ Moyses tanto studio placauit deum aduersus Israelitas: ne faceret malū quod locutus fuerat: nisi quia Christus regnās gloriose in celis: placat irā dei patris: ne deseuiat in nos q̄cia to meruimus? Faciamus ergo profectum nostrum ex his omnibus: et ipsi Christo gratias agamus. Et sic patet de allegoria.

¶ Tertia clausula.

Et reuersus est de mōte: portās duas tabulas testimonij i manu sua: scriptas ex vtraqꝫ parte: et factas opere domini. Scriptura quoque dei erat sculpta i tabulis. Audiēs autem Iosue tumultum populi tumultuantis: dixit ad Moysen: Ululatus pugne auditur in castris. Qui respondit: Non est clamor adhortātium ad pugnam: neqꝫ vociferatio compellentium ad fugam: sed vocem cantātium ego audio. Cumqꝫ appropinquasset ad castra: vidit vitulum: et choros: iratusqꝫ valde proiecit de manu tabulas: et confregit eas ad radicem

cem montis. Arripiensque vitulum quem fecerant, combussit et contriuit vsque ad puluerem: quem sparsit in aquam, et dedit ex eo potũ filijs Israel. Dixitque ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximũ? Cui ille respondit: Ne indignetur dominus meus. Tu enim nosti populum istum q pronus sit ad malum. Dixerunt mihi: Fac nobis deos, qui nos precedant: Huic enim Moysi qui nos eduxit d terra Egypti, nescimus quid acciderit. Quibus ego dixi: Quis vestrum habet aurum? Tulerunt, et dederunt mihi, et proieci illud in ignem, egressusque est hic vitulus. Uidens ergo Moyses populum q esset nudatus: spoliauerat enim eum Aarõ propter ignominiam sordis, et inter hostes nudum constituerat: et stans in porta castrorum ait: Si quis est domini, iungatur mihi: Cõgregatique sunt ad eum omnes filij Leui. Quibus ait: Hec dicit dominus deus Israel: Ponat vir gladium super femur suum: Ite et redite de porta ad portam, per medium castrorũ: et occidat vnusquisque fratrem suum, et amicum et proximum suum. Feceruntque filij Leui iuxta sermonem Moysi. Ceciderunt in die illa quasi. xxiij. milia hominum. Et ait Moyses: Cõsecrastis manus vestras hodie domino, vnusquisque in filio et in fratre suo: vt detur vobis benedictio.

¶ Historialiter. Postquam in pcedenti clausula facta est mẽtio de ira dei volente seuire cõtra populum Israeliticum, co q adorauerit vitulum conflatilem: et de Moysi supplicatione, ne deleret dominus deus dictum populum: hic consequenter agitur de descensu ipsius Moysi de monte Sinay, pariter et de confractione tabularum receptarum a domino. Refert ergo legislator Moyses de seipso, quasi de quodam alio, tertio loquens (sicut frequenter facere solet) q reuersus sit de monte, supple Sinay, vbi steterat cum domino loquens ore ad os, sicut facere solet amicus cum amico. Nec vacuus descendit de conspectu dñi, sed portans duas tabulas testimonij in manu sua: id est, in quibus erat scriptum illud quod deo perhibebat testimonium: scriptas ex vtraque parte. De Lyra allegando Ra. Sal. dicit q vnica scriptura ibi erat, que tamẽ erat legibilis indifferenter ex vna parte sicut ex alia: quod erat (inquit de Lyra) valde mirabile: quia litera ex vna parte figurata ordine recto, in pte opposita apparet eius figura modo opposito. Uel potest dici absque tali miraculo, q litere erant duplices: ita scilicet q pcepta erant sculpta ex vna parte, et similiter ex altera. Unde subditur: Scriptura quoque dei erat sculpta in tabulis. Et bene dicuntur iste tabule fuisse due tm. Nam in prima erãt scripta tria pcepta nos ordinãtia ad deũ. In secũda autem erant scripta alia septem nos ordinantia ad

proxi-

proximum. Et quia prius ordi=
namur ad deū / ꝙ ad proximū:
ideo tria prima dicuntur prece
pta prime tabule. Alia vero se=
ptem / dicuntur precepta secun
de tabule. Et ita dicunt Lati=
ni. Hebrei autem dicūt ꝙ erāt
quinqꝫ precepta in vna tabula /
et quinqꝫ in alia. Sed vtriqꝫ in
hoc conueniunt (sicut est rei ve
ritas) ꝙ erāt decem precepta.
Dicit autem litera / ꝙ dicte ta=
bule erāt facte opere domini:
quod intelligi potest immedia
te / vel mediante angelo.
¶ His igitur p̄missis cōsequen
ter fit mentio de reuelatione et
manifestatione peccati popu=
li / stantis ad pedem montis: et
hoc dupliciter. ¶ Primo quidē
de manifestatione dicti pecca=
ti per sensum auditus / cum di=
citur: Audiens autem Josue
tumultum populi / tumultuan=
tis. Tunc enim descēdebat de
monte cum Moyse / qui descen
debat de eminentiori loco: Di
xit ad Moysen: Vlulatus pu=
gne audit in castris. Et bn̄ dr̄
vlulatꝰ pugne: qꝛ pugnātes in
acie solēt vlulare / vt sic mutuo
se exhortent / et aduersarios ter
reant: vt dicit Vegetius / de re
militari: Moyses autem respō
dit ei: Non est clamor adhortā
tium ad pugnam: vt scꝫ inimi=
cis resistāt / et eos terreāt: neqꝫ
vociferatio compellentiū / sup=
ple inimicos ad fugam: sed vo=
cem cantantium / scꝫ ante ido=
lum / ego audio. Et nota (vt di=
cit de Pal.) viuacitatē sensuū
Moysi: qui cū esset senior / me=
lius tamen discernebat ꝙ Jo=
sue / qui erat iunior. Unde dr̄ de
eo Deuter. vlti. ꝙ non caliga=
uit oculus eius / nec dentes dē
pti sunt. Vel forte hoc dicit p̄=
pter hoc / ꝙ audierat dominū
loquentem de peccato populi /
quando dixit ei: Descende / pec
cauit populus tuus. Ubi reue=
lauit sibi popl'i idololatriam.
Et sic patet de manifestatione
peccati populi per sensum au=
ditus / quo ad ipm̄ Moysen.
¶ Deinde sequitur manifesta=
tio illius per sensum visus / qui
est inter omnes sensus certissi=
mus. Unde sequitur: Cūqꝫ ap=
propinquasset ad castra / vidit
vitulum et choros. Gloss. inter=
lin. ludentium / et canentium:
iratusqꝫ valde: quia visa magis
mouent / ꝙ audita: et ideo licet
fuisset iratus ex auditu pecca=
ti / magis tamen ex visu: proie=
cit de manu tabulas. Reputa=
bat enim populum illum indi=
gnum recipere legē / manu dei
scriptam: vt dicit glo. inter. Et
confregit eas ad radicem mon
tis: id est / ad lapides / forte ibi
positos pro terminis / ne popu
lus presumeret montem ascen=
dere. Arripiensqꝫ vitulū / quem
fecerant / cōbussit. i. comburen
do ipsum in massam redegit: et
cōtriuit / scꝫ massam illam: vsqꝫ
ad puluerem / quem sparsit in
aquam / et dedit ex eo potum fi=
liis Jsrael: et hoc vt colere eum
desererēt / quem in secessum mit
ti viderent: vt dicit glos. interl.
Et qꝛ s̄m glo. ordi. Hebrei tra
dunt / ꝙ bibentes aquam vitu=
li puluere infectā / propter ido
lolatriam circa ipsum commis
sam / in barbis puluerem auri
preferebant: quo signo rei ap=
parens=

parentes interficiebantur: vnde dicitur q adhuc displicet Judeis, et precipue rusticis: qui vocantur barba de auro. Dicit etiam Re. Sa. q ille aque potate erant nociue culpabilibus: causando in eis inflatio nem et languorem: per quem poterant ab alijs discerni. Alijs autem erant dulces et vtiles. Da exemplum de aquis in sacrificio zelotipie: que ostendebant per effectum culpam mulieris: vel eius innocentiam: vt legitur Numeri. v. Deinde ipse Moyses examinauit vnde processit tantum peccatum: dicens ad Aaron fratrem suum: Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum? Acsi illi diceret: Tu debuisses prius sustinuisse mortem: q illi consensisse. Illud autem peccatum maximum, est idolatria: quam induxit Aaron super populum: illi inordinate consentiendo timore mortis. Cui ille respondit: Ne indignetur dominus meus. Benigne ergo et dulciter respondet Aaron fratri suo: etiam vocando eum dominum suum: quia vt dicitur Prouerbiorum decimoquinto: Responsio mollis frangit iram. Tu (inquit) nosti scilicet per multas experientias populum istum: q pronus sit ad malum. i. ad idololatriam que est malum antonomastice: q scilicet pronitas inerat eis ex conuictu Egyptiorum: apud quos maxime vigebat idololatria. Dixerunt mihi: Fac nobis deos qui etc. Textus est clarus ex predictis. Sequitur: Uidens ergo etc. Hic subditur peccati examinati punitio: cum dicit: Uidens ergo Moyses populum q esset nudatus. Quo autem debeat intelligi: declarabitur in fol. ad decimum dubium sequens: et stans: supple Moyses in porta castrorum. Hoc autem pro tanto dicitur: quia antiquitus dabantur sententie et iudicia in portis ciuitatum: vt a multis audirentur: scilicet ab introeuntibus et exeuntibus. Uel forte Moyses stetit in porta castrorum, ne aliquis reus posset euadere, ait: Si quis est domini: id est, habens zelum domini: iungatur mihi, videlicet ad faciendum vindictam de idololatria commissa: Congregatique sunt ad eum omnes filij Leui. Et ita videtur: vt dicit de Pal. q tribus Leui in predictum maleficium non consenserit. Sed de hoc postea in fol. ad. xiiij. dubium. Sequitur: Quibus ait, scilicet Moyses filijs Leui. Hec dicit dominus deus Israel (Non ergo ego authoritate mea) Ponat vnusquisque gladium suum super femur suum. i. paret se ad percutiendum: ite et redite de porta vsque ad portam, discernendo tamen malos a bonis, et hoc per signum barbe auree, de quo dictum est: per medium castrorum, et occidat vnusquisque fratrem suum, scilicet natura sibi vnitum. Unde hic non accipit proprie frater, maxime cum omnes filij Leui legantur supra immediate fuisse cum Moyse congregati. Et ita non poterant occidere fratres suos vterinos sicut naturales: vt vulgo dicitur: et amicum. i. familiaritate copulatum: et proximum, scilicet prius per eundem cultum: Feceruntque filij

Leui iuxta sermonem Moysi. cecideruntq; in die illo quasi xxiij. millia. Horror autem dei inuasit illos/ vt resistere nō auderēt. Uel Leuite omnes simul erant plures. Et ait Moyses: Cōsecrastis hodie manus vestras dño. i. reddidistis consecratione dignas: vnusquisq; in filio suo/ et in fratre suo. Sed quō hoc/ dicet sub vltimo dubio: vt detur vobis benedictio. i. sic cōsecrastis/ vt digni sitis benedictione/ cōtra. s. maledictionem patris vestri Jacob/ quā meruistis: propter interfectionem Sychimorum: de qua interfectione habetur Gen. xxxiiij. De maledictione vero Genesis. xlix. vbi dicitur: Maledictus furor eorum/ q2 pertinax. Symeon autē (quia nūq; bñdictionē promeruit) ideo semp in illa maledictione permāsit.

¶ Circa hanc autem clausulā possunt moueri plura dubia.

¶ Primū igit dubiū: Cui9 magnitudinis erant tabule lapidee/ q̄s dedit dñs Moysi? Dicendū/ q scriptura de hoc nihil tradit. Oportet tamen alterū dicere: vel q erāt satis parue/ vtpote vni9 pedis/ vel paulo plus: vel q erant valde tenues/ & multum dilate: alias Moyses non nisi miraculose potuisset eas manib9 suis portasse. Et si dicat/ q Sampson accipiens ambas fores ciuitatis Gazam/ tulit eas in montē: vt legit Judic. xvj. hoc cōcedim9/ sed nō ē factū absq; miraculo: sicut nec occisio mille virorum ab eodem cū mandibula asini: vt dicit in precedēti capitulo eiusdē libri. Nunc autē est questio de virtute naturali Moysi/ quā habuit in portando dictas tabulas lapideas. Credo aūt verisimiliter eas fuisse eiusdem magnitudinis sicut et rationale/ qd pendebat ante pectus magni sacerdotis (de quo memini me legisse/ & supra scripsisse) quod erat vnius pedis cū palmo.

¶ Secūdum dubium: Utrum huiusmodi tabule essēt a parte rei separate/ sicut duo lapides situ & loco sunt abinuicē separati: & similiter duo ligna? Dicendū/ q hoc nō est improbabile/ et q vnam ex illis tabulis sustentabat Moyses manu vna/ & aliam manu altera: verisimilius tamen creditur/ q fuerit vna & totalis tabula/ forsan distincta per quandam figuram: ita vt in vna parte essent tria precepta ordinantia nos ad deum. In alia aūt parte essent septem alia. Unde in sculpturis que in multis ecclesijs super hoc fiunt/ tabule ipse apparent simul coniuncte. Cōmodius etiam hoc modo supportabat eas Moyses manib9 suis/ q̄ si fuissent situ ab inuicem separate.

¶ Tertium dubium est de Josue/ de quo dicitur in litera q audiuit tumultum populi/ cum supple descenderet de monte Sinay cum Moyse. Non quidem de illo cacumine ad qd solus Moyses ascēderat vt loqueretur cum domino: sed de quodam colle in quo reliquerat eum ipse Moyses. Est ergo questio quid ibi faciebat. Responsio/ verisimile est/ q ibi nō erat ociosus/ sed vacabat oratio-

tioni

tioni et contemplationi. Quemadmodum ergo Christus dixit tribus discipulis quos assumpserat secum in horto: Vigilate et orate Luc. xxij. ita et Moyses quando voluit ad cacumen montis ad preceptum domini ascendere, hortatus est seruum suum Josue: vt vacaret orationi. Dicit etiam Petrus Comest. quod forte singulis diebus egrediebatur in occursum Moysi: vt videret si descenderet nec ne. Et hoc creditur accepisse a Josepho qui idem dicit. ¶ Quartum dubium: Utrum ipse Josue ieiunauerit toto illo tempore quo fuit secum illi, sicut magister suus Moyses? Dicit idem Petrus: quod non est credibile quod ita fuerit. Non ergo continue ieiunauit. Quis autem cibum illi ministrauerit: an scilicet populus qui ad radicem montis erat, vel angelus sibi attulerit de celo, sicut Helie. iij. Reg. xvij. penitus ignoramus. Si enim toto illo tempore ieiunasset, scriptura de hoc non tacuisset, sicut non tacuit de Moyse, similiter neque de Helya. iij. Reg. xix. Adde etiam quod neque de Christo. Mat. iiij. ¶ Quintum dubium oritur propter illud verbum iratusque valde scilicet Moyses. Queritur ergo de ira eius: an scilicet fuerit vitiosa? Uidetur quod sic: quia confregit ex impetu magne sue ire tabulas. Hoc autem sibi non licuit: quia erant opus dei singularissimum. Igitur. Dicendum: quod ira Moysi fuit ira per zelum: et non per vitium. Reputauit enim (vt dicit glo. interli.) populum Hebreum indignum recipere mandata illa digito dei scripta: sicut a parte rei indignus erat. De tali ira quod zelum loquens Psal. ait: Irascimini et nolite peccare. Hac autem ira accensus fuit Phinees: quando occidit Hebreum concubentem cum muliere Madianitide: vtrunque gladio simul trucidando. Unde de eo dicit dominus. Num. xxv. Phinees videns vnum de filijs Israel intrantem coram fratribus suis ad scortum Madianitem: surrexit de medio multitudinis: et arrepto pugione perfodit ambos simul. Quod cum fecisset: ait dominus ad Moysen: Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis: auertit iram meam a filijs Israel: quia zelo meo commotus est contra eos. De tali ira etiam multum commendatur dictus Phinees. Eccli. xlv. Item de eo Marathias cum moreretur: ait filijs suis: mouendo eos ad talem iram per zelum. Phinees (inquit) pater noster zelando zelum dei accepit testamentum sacerdotij eterni. Tali ergo ira fuit repletus Moyses quando proiecit tabulas legis ad radices montis Sinay, eo quod tunc vidit vitulum et choros. Nec huic dicto repugnat quod ipse in hoc facto destruxit opus dei speciale: quia predicta ira per zelum et de honore dei, excusauit eum. Alias enim peccasset.
¶ Sextum dubium: Quare tabule lapidee quas dominus scripsit et fecit: confracte fuerint: que vero facte sunt postea manu hominis et dolate, perdurauerunt? Hoc dubium mouet beatus Augustinus. Ad quod respondet in glo. ordi. dicens: quod per hoc significatur quod deus primum hominem ratione et ingenio decorauit, cor sapiens et intelligens illi dedit, vt sine diffi-

cultate et errore scire et implere possetque erant ab eo facienda. Hoc ergo faciendo deus tabulas quasdam scripsit et donauit: sed eas homo confregit cum diabolo acquieuit: et se illa gratia indignum reddidit. Jubetur ergo iterum tabulas dolare. i. latitudinem cordis preparare ad suscipienda mandata dei. Et quia liberum arbitrium ita violauit ut iam sine dei gratia bonum per se agere non possit: cuitatur laborare ad virtutes. Adam enim in delicijs victus fuit: Job in sterquilinio diabolum vicit. Hec Augustinus.

¶ Septimum dubium: Quid factum est de partibus tabularum confractarum per Moysen? Videtur enim: quod propter reuerentiam dei (qui eas formauerat) aut saltem angelus) debuisset Moyses huiusmodi partes in vnum recolligere. Dicendum quod forte ita minutatim confracte sunt vt non potuerint commode partes recolligi. Uel dici quod Moyses videns quod huiusmodi particule ad nihil vtiles fuissent: circa talem recollectionem non se occupauit: sed statim cogitauit de alijs petendis a domino: sicut rei probauit euentus: vt dicetur in sequenti clausula. Statim etiam preparauit se cum leuitis ad sumendam vindictam de idololatris: et ideo non potuit commode intendere tali recollectioni. Et forte tales particule fuerunt a deo conculcate pedibus hominum preliantium et sanguine occisorum quod non potuerunt de facili discerni: nec recolligi.

¶ Octauum dubium: Cur idololatria dicitur peccatum maximum: vt innuitur in textu? Responsio: dicitur peccatum maximum: et parte auersionis: eo quod maxime auertit a deo a quo idololatra aufert honorem sibi debitum: et illum tribuit idolo. Unde idololatra dicitur quia latriam (que soli deo debetur) exhibet idolo siue creature. Uel dici quod idololatra est idolorum cultor. Quamuis consuetudo pro errorem proferat idolatra. Pro quo notandum: quod vnum peccatum potest dici grauius alio multiplici ratione. Primo quidem ratione offense. Hoc autem probat beatus Thomas secunda secunde. quest. xciiij. artic. iij. per similitudinem illius: qui honorem quem debet suo vero regi: exhibet alteri. Talis enim maxime peccat contra terrenam rempublicam: ita in proposito. Secundo: vnum peccatum est grauius alio detestatione: sicut peccatum Sodomiticum. Tertio: causalitate: et sic peccatum Luciferi (quod fuit causa alijs malis angelis) est grauissimum. Quarto: corruptione: et sic peccatum Ade: quod infecit radicaliter totam naturam humanam: dicitur maximum. Quinto: inseparabilitate: et sic peccatum carnis dicitur maximum. Sexto: periculo: et sic peccatum ignorantie dicitur maximum. Septimo: irremissibilitate: et sic peccatum in spiritum sanctum dicitur maximum.

¶ Nonum dubium: Utrum Aaron dicens fratri suo Moysi de idolo: Proieci (inquit) illud in ignem: et egressus est hic vitulus

sue fuerit mentitus? Respondet ad hoc August. in questionibus super Exodum, quod non: Hoc autem sic probat. Si Aaron fuisset mētit⁹: hoc non potuisset latere ipsum Moysem, qui erat plen⁹ spiritu sancto, et cui dominus loquebatur. Qui tamen eū de mēdacio non redarguit: quod non neglexisset facere, si mentitus fuisset. Non est ergo mentitus, quia nō dixit se nō fecisse idolum: sed (vt dicit Augustinus) compēdiose locutus est, dicens, Egressus est hic vitulus ꝛc. secundū opinionem dicentium ipsum Aaron vitulum opere suo formasse. Et est hic notandū, secundū de Pal. quod Aaron non excusat se a tanto, sed a toto: scilicet quantum ad hoc quod nō induxerat populum ad adorādū vitulū, vt videbat Moyses plana facie sibi īponere, dicēs: vt induceres sup eum peccatum maximū. Sed magis fuit inductus persuasione populi, pariter et timore. Quinimmo etiam voluit populum retrahere localium suorum postulatione.

¶ Decimum dubium mouetur propter illud verbū: Uides ergo Moyses, quod populus esset nudat⁹. Queritur ergo de qua nudatione loquitur litera? Petrus Comestor hoc exponit quatuor modis. Primo quidē de ornamentis corporalibus, quibus fabricatum fuerat idolum: et hanc expositionem tenet glo. Secundo vero spiritualiter de denudatione auxilij dei, quam quidem denudationem incurrerat ob demeritum idololatrie sue. Tertio autem denudatus: id est manifestatus. Nam vt dicit glosa ordinaria, malam volūtatē idolatrandi (quam prius populus longo tempore habuerat) sed latētem: tūc in effectu ostēderat. Rursum ꝛ quarto nudatus: id est iudicio sensibili ostēsus. Forte enim vidit sibi indicatos a deo sceleris authores per puluerem bibitum, qui in barbis eorum miraculose apparuit. Hec Petrus: Alij autē aliter exponunt, priorem nuditatem videlicet ad nuditatem corporis referentes: vt scilicet essent promptiores ad chorizandū ꝛ ludendū coram idolo. Spoliauerat enim eos Aaron occasionaliter, propter ignominiam sordis: id est, fabricationis idoli quod nomine sordis ꝛ ignominie appellatur in scriptura veteris testamenti. Qꝫ si obijciatur in contrarium per textum sequentē: et inter hostes nudum constituerat: maxime cum nuditas vestium inter hostes distentes non vergat in periculum. Ad hoc dicendum, quod etsi tunc nō essent corporaliter inter hostes: et per consequens neque in periculo, quantum tamen in eis erat per talem spoliationem subijciebantur tali periculo. Uel quia forte poterāt ex improuiso super eos venire hostes, sicut communiter fit in bello. Uel dic, quod per hostes intelliguntur leuite qui erant inter eos corporali presentia: qui etiam eos statim ad preceptum Moysi trucidauerunt. Et sic patet de predicta nudatione

tione quid sit dicendum.
¶ Undecimum dubium moue-
tur propter illud verbum: Et
stans supple Moyses in porta
castrorum. Queritur ergo de
qua porta loquitur hic litera.
Nũquid erat tantum vna por-
ta in castris Hebreorum? Di-
cẽdum ꝙ a parte rei erant plu
res: sed vna erat principalis q̃
respiciebat versus mõtem Si-
nay: per quam exierat Moy-
ses quãdo illuc ascenderat: et
per quã rediit. Uel dic: ꝙ ibi
ponitur singularis pro plura-
li: vt aliquãdo fit in sacra scri-
ptura: vt supra dictum est: et
datum exemplum de illo ver-
bo quod habetur supra. viij.
venit musca grauissima in do-
mo Pharaonis: et seruorũ eiꝰ:
et in omnem terram Egypti.
¶ Duodecimum dubium mo-
uetur propter illud verbũ se-
quens: occidat vnusquisqꝫ fra-
trem suum ꝛc̃. Queritur ergo
vtrum aliqui de filijs Leui fue
rint culpabiles in fabricatio-
ne vituli? Uidetur ꝙ sic: quia
iubet Moyses illis leuitis: q̃
ad hoc nõ dederãt operã vt i-
terficiãt fr̃es suos. Hoc aũt nõ
p̃cepit nisi d̃ illis q̃ ad hoc de-
derãt operã efficacẽ. Igit̃. Ad
hoc ẽ duplex opinio. Prima ẽ
Ra. Sa. dicẽtis: ꝙ nullꝰ de fi-
lijs Leui fuit culpabilis, i pre-
dicto ope. Et hec opinio vide-
tur esse multum conformis li-
tere: que dicit ꝙ cum Moyses
dixisset: Si q̃s est domini iun-
gatur mihi: statim congregati
sunt ad eum omnes filij Leui.
Qui autem omnes dicit: nemi-
nem excludit. Ergo nullꝰ fuit
simpliciter de filijs Leui qui
non esset pro parte domini et

qui nõ iungeretur ipsi Moysi
in persecutione aliorum. Hoc
etiam videtur attestari sancti-
tati eorum: qꝛ tribꝰ Leui erat
consecrata domino: tũ ad lau-
dandum eũ: iuxta illud Psal.
Domus Leui benedicite dño.
.s. eũ laudando pre ceteris tri-
bubus et hoc ex imposito offi-
cio: tum quia vt dicitur Josue
decimotertio tribui Leui non
opponit, quod ab ipso vt fiat imperatur. Deinde ipse Greg. applicat ad propositū precedētia dicens: Moysi enī dicit: Dimitte me, vt irascat furor meꝰ contra eos. Quid est seruo dicere, dimitte me: nisi ausum deprecādi prebere? Ac si aperte diceret ei dñs: Pensa quantū apud me valeas: ꝛ cognosce qꝛ obtinere poteris quicquid pro populo exoras. Quod qꝛ hac mēte agitur: statim venia subiuncta testatur. Deinde subdit dicens: Cum vero superna indignatio sese (vt ita dixerim) medullitus monet: hanc oppositio humana non retinet, nec se vtiliter cuiuslibet deprecatio obijcit: cū semel deꝰ aliquid ab intimis irascendo disponit. Hinc est enī, ꝙ Moyses qui reatū totiꝰ plebis apd deū suis precibus tersit, dūꝗ se obicem obtulit, diuine iracundie vim placauit. Hec ille.

¶ Moraliter ꝛ quarto, illa possumus referre ad vnumquēꝗ pastorem animarumꝗ videns ꝙ non prodest saluti subditorum propter eorum malitiam, licite potest resignare officio in manu superioris, ꝛ dicere ei: Dele me de libro tuo quē scripsisti: quia mos est vt superiores scribant in suo registro nomina eorum, quibus beneficia conferunt: sicut summus pontifex, quo ad episcopos, ꝛ episcopi quo ad curatos quando primum eos creant ꝛ preferūt alijs. Et hec deletio, vocatur vsitato nomine resignatio. Sic enim olim multi sancti episcopi fecerunt, sicut beatus Thomas Cantuariensis, ꝛ pene infiniti curati per ingressum religionis, vel alias. Uerū ꝙ episcopi districtiꝰ obligātur suis subditis ꝙ̄ curati, ꝛ ideo resignatio petita a sede apostolica non sufficit secundum iura, nisi obtenta. De hoc vide. vij. q. j. non oportet. ꝛ multis ca. sequentibus vsꝗ ad finē questionis.

¶ Moraliter et quinto, iuxta illud verbum domini: Qui peccauerit mihi, delebo eum ꝛc̄. Notandum, ꝙ hoc non solum habet veritatē, de eo qui peccat in deum, verūetiā qui peccat in ꝓximū, aut in seipsum. Pro quo notandū, ꝙ cōtingit dupliciter peccare in deū: aut in ratiōe obiecti, aut i ratione ꝓhibētis. Primo modo nō oīa pctā sunt contra deū, sed etiā aliqua sunt contra proximum, et aliqua cōtra seipsum. Unde ꝛ de eo ꝗ fornicat dicit Apostolus .j. Corin. vj. ꝙ qui fornicat, in corpus suum peccat. Secūdo modo omnia peccata sunt contra deum: quia omnia prohibet, etiā sub interminatione maledictionis eterne. Psalm. Maledicti ꝗ declinant a mādatis tuis.

¶ Moraliter et sexto, iuxta illud: Ego autem in die vltionis visitabo ꝛ hoc peccatū eorū. Notandū, ꝙ deꝰ visitat peccata, penam pro illis infligendo, in duobus locis: videlꝫ in presenti, vel in futuro seculo. Primus modus visitādi peccata a deo, est multo melior ꝙ̄ secundus: qꝛ vt dicit. ij. Macha. vj. Non multo tēpore sinere peccatoribus ex sententia ageret sed statim vltiones adhiberet

magni

magni beneficij est indicium. Non enim sicut in alijs natio=
nibus dominus patienter ex=
pectat: vt eas cum iudicij dies
aduenerit in plenitudine pec=
catorum puniat. Ista vel simi=
lia verba merito possunt dice=
re multi deuoti Christiani: qui
patienter sustinent multa ad=
uersa. Similiter possunt dice=
re cum Machabeis id quod
immediate sequitur post predi
cta. Et in nobis statuit domi=
nus supple vt peccatis nostris
in finem deuolutis tanta demum
in nos vindicet. Propter quod
nunquam quidem a nobis mi=
sericordiam suā remouet: cor=
ripiens vero in aduersis popu=
lum suum nō derelinquet. Ad
idem etiam propositum loqui=
tur Aposto. j. Corin. xj. dicēs:
Si nosmetipsos dijudicarem⁹:
id est puniremus in presenti
non vtiq; iudicaremur: supple
a dño in alio seculo. Dū iudica
mur autē a dño corripimur: vt
non cū hoc mūdo: id est cū ho
minibus mūdanis damnemur.
Secūdus aūt modus visitādi
peccata a dño scz infligendo
pro illis penam eternā in alio
seculo: est multo deterior. Pe=
na em̄ presentis habet aliquan
do finem saltem in morte. Illa
vero nunq̄; qz in inferno nulla
est redemptio. Quod bene con
siderans Dauid post suū adul=
terium dicebat ad dominum:
Domine ne in furore tuo argu=
as me supple in inferno: neq;
in ira tua corripias me scilicet
in purgatorio: cū sit vtrobique
idē ignis: sed vnus etern⁹ ali⁹
aūt ad tēpus. Et ideo miserere
mei dñe scz me puniēdo in pre

senti. Videm⁹ em̄ q̄ pinta vini
plus valet Rothomagi q̄ Pa
risius: ꝛ adhuc plus in Anglia
q̄ in Normannia: et sic conse=
quēter q̄to plus recedit a lo=
co vbi crescūt vina: ita et pena
debita ꝑ peccatis facili⁹ soluit̄ in
presenti seculo q̄ in futuro: qz
in presenti est tēpus miserēdi:
in futuro aūt iustitiā faciendi.
Visitem⁹ igit̄ charissimi petā
nostra in presenti per peniten=
tiā ne illa visitet dñs in futu=
ro ꝛ in die vltionis infligēdo
ꝑ illis penā eternā. Qz vt dicit
Augu. ad fratres i eremo ser.
lviij. q̄ intitulat̄ ad sacerdotes:
Nulla peccata permittet deus
inulta. i. sine vindicta: qz certe
aut nos hic vindicabim⁹ ꝑ
penitentiā: aut illa vindicabit
deus ꝑ iudicij seueritatē. Qui
g in p̄senti nō puniunt̄ sed in
oibus ꝓsperant̄: debent valde
timere penas alteri⁹ seculi: Qz
vt dr Prou. iij. quē diligit de⁹
corripit. Flagellat aūt oēm fi=
liū quē recipit. Sup quo Aug.
Si de⁹ oēm filiū ad hoc flagel
lat vt corrigat: timere debet q
nō flagellat: ne filius esse non
possit. Et iterū: Timeat quem
corrigere deus nō vult in hoc
seculo: qz eū supplicio destina=
uit post hoc seculū. Timeat q i
hoc seculo gaudet ꝛ letat̄: ne i
eternū ploret ꝛ cōtristet̄. Hec
ille. Sed de hoc satis ad p̄sēs.
¶ Allegorice ꝛ primo ꝑ Moy
sen (vt sepe dictū est) Christus
designat̄: qz vterq; de aquis
sumpt⁹ est: Ille quidē ne mer=
geret: iste autē postq̄ baptiza=
tur. Vterq; legislator: ille q̄dē
veteris testamēti: iste autē no=
ui ꝛ euāgelici. Vterq; mōtem
ascendit:

ascendit: ille quidē montē Sinay: iste aūt montem Thabor: vbi trāsfiguratus apparuit Luc. ix. Iste igit Moyses Christus facto altero die .i. incipiēte luce gratie. Nam primus dies fuit totū illud tēpus quod precessit diē gratie. Dies aūt alter fuit tēpus quod incepit oriri oriente sole iustitie Christo ex virgine. Et tunc locutus est iste noster Moyses ad populū dicēs: Peccastis peccatum maximū. Hoc aūt fuit quādo dictus Moyses Christus egressus a Jordane: vbi baptizatus fuerat: cepit predicare et dicere ad populū: Penitētiā agite: appropinquabit enī regnū celorum. Mat. iiij. Itē Luce. xiij. reprehēdit Judeos de suis peccatis. Ac si illis diceret: Peccastis peccatū maximum. Propter quod nisi penitentiā habueritis: oēs peribitis. Qui autē Moyses ascēderit ad dominū: et deprecatus ibi fuerat ipsum pro populo qui peccauerat dicēs: Aut dimitte eis hāc noxā etc. significat orationē quā fecit ipse Christus ad patrē pro predestinatis ad vitā eternā: quā quidē subleuatis oculis in celum: ait ad patrem: Ego pro his rogo: quos dedisti mihi. Tui erant: et mihi eos dedisti. Non rogo: vt tollas eos de mundo: sed vt cōserues eos a malo. Joan. xvij. Uel dic: quod oratio quā fecit ipse Christus pro suis apostolis: referēda est ad illā noxā .i. offensam quā habuerunt in eius passione: quandoquidē eo relicto tam corpore quam spiritu: oēs fugerunt. Et ideo pro huius noxe remissione orauit patrē: secundū quod ait Petro in persona omnium: Ego rogaui pro te Petre: vt nō deficiat fides tua. Luce. xxij. Tūc ergo potuit dicere ad patrem: Aut dimitte eis hanc noxam: aut dele me de libro tuo quē scripsisti. Et quia ad veritatē disiūctiue: sufficit alteram partem esse veram: ideo Christus exauditus est: quia deus pater dimisit apostolis suā noxam. Nec oportuit eum deleri de libro vite: in quo erat scriptus: secundū quod homo: quia etiā hoc erat impossibile. Quod autem sequitur: Tu autē vade: et duc populum istū quē locutus sum tibi. Possunt esse verba patris ad filiū suū Christū: quādo misit eum in mundū. Ipse nempe filius finaliter duxit electos in celum. Unde et ipse dicebat in minēte passiōis sue tēpore discipulis suis in persona oīm electorum. Uado (inquit) parare vobis locū. Joa. xiiij. Qui aūt sequitur: Angelus meus precedet te. Non est pro hoc intelligendū quod ipse Christus erat dñs āgelorum: sed digeret directione eorum: sed eū precedebāt tanquā sibi famulātes: sicut milites: vel māgones honoris pcedūt regē. Qui aūt tandē sequitur: Ego aūt in die visionis visitabo et hoc petm eorū. Refert ad illam visionē quā fecerunt de Judeis Titus et Uespasianus Romani imperatores .xlij. anno a passione domini: prout ipse Christus predixerat Luc. xix. ¶ Allegorice et secūdo: oratio quā fecit Moyses pro populo qui lapsus fuerat in idololatriā: referenda est ad ecclesiā militātem: que quolibet anno orat pro peccato Judeorum: quod habuerunt circa Christi mortem: sicut

sicut patet in die parasceues per
vniuersam ecclesiã. Uerũtamen
in oratione q̃ tunc fit pro dictis
Judeis: non flectimus genua:
& hoc in detestationẽ illius ge
nuflectionis: quã derisorie tali
die fecerunt eidem Christo: in
cruce pendẽti. Quibus merito
dici potest: Peccastis peccatũ
maximũ: quia occisio innocen
tis: est peccatum magnũ: iuxta
illud: Insontem nõ occides: vt
supra.xxiij.c. Occisio prophetarum
est maius peccatum. Hinc
est q ipse Christus Mat.xxiij.
multum dure de hoc increpat
Judeos: dicens: Hierusalem:
que occidis prophetas: & lapi=
das eos q̃ ad te missi sunt. Sz
occisio filij dei est maximũ pec
catum. Sic est autem q Judei
occidendo Christum: simul oc
ciderunt insontem. Item pro=
phetam: de quo Luc. vij. Pro=
pheta magnus surrexit in no=
bis. Similiter tunc occiderũt
illum qui erat verus deus: & ho
mo perfectus. Merito igit̃ po=
test dici impijs Judeis: Pecca
stis peccatum maximũ: scz oc=
cidendo Christum: qui dat vi=
tam mortuis. Qđ autem Moy=
ses his non obstantibus: nõ ces=
sat orare dominum vt dimittat
hanc notam populo: quã sup=
ple habuit in adoratione vitu=
li conflatilis: significat q ipse
dei filius hodie sedens ad de=
xteram dei patris: nõ cessat o=
rare ad ipm patrẽ pro miseris
peccatoribus: ostendens ci la=
tus & vulnera. Unde.j. Joã.ij.
Aduocatũ habemus apud pa=
trem: Jesum Christum iustum:
& ipse est propiciatio pro pecca=
tis nostris: non pro nostris aũt
tm̃: sed etiam pro totius mun=
di.i. non solum pro malis Chri
stianis: verum etiam pro impijs
Judeis: qui in patribus suis cru
cifixerunt eum.

¶ Allegorice & tertio: iuxta il
lud verbum dñi: Ego in die vl=
tionis visitabo &c̃. notandũ q
per diẽ vltionis: recte designa
tur dies extremi iudicij. Unde
Job. xix. dicitur: Fugite a fa=
cie gladij eius: qm̃ vltor iniqui
tatum gladius est: & scitote es=
se iudiciũ. Ecce quõ loquitur
Job de vltione quã faciet dñs
in die iudicij. Item Naum.j.c.
vocat eundem dñm pro die iu=
dicij: pluries dñm vltionis: di=
cẽs: Deus emulator: & vlciscẽs
dñs: vlciscẽs dñs: et hñs furo=
rẽ: vlciscẽs dñs i hostes suos: &
irascẽs ipe inimicis suis. Similr
ipe deus & dñs q̃si cõminatorie
loquens de obstinatis peccato
ribus Deuter.xxxij. dicit: Mea
est vltio: & ego retribuam eis in
tempore. Sed in quo tẽpore?
Profecto in tẽpore iudicij: vt
patet per sequentia verba: vbi
additur: iuxta est dies perditio=
nis: & adesse festinãt tempora.
Et iterũ: Judicabit dominus
populum suũ. Ecce igitur quõ
scriptura vocat diẽ iudicij: diẽ
vltionis. In quo quidẽ die vi=
sitabit dñs peccatum Judeorum
quod habuerũt in morte Chri
sti. Nondum enim sufficienter
visitatum est. Nec ante dictum
diem iudicij plene & cõsumma=
te visitabitur. Sed tũc fiet ple
num iudicium et completũ de
illo. Nam tũc Christus cui deus
pater dedit potestatẽ iudiciũ
facere: quia filius hominis est:
veraciter iudicabit eos q̃ false

eum iudicauerūt in suo primo aduentu: et ad eternum supplicium destinabit. Et hoc est qđ scriptum est. Hier.xvij. Peccatum Juda.i.peccatū quod habuerunt impij Judei aduersus Christum: quando tradiderūt eum morti: scriptū est stilo ferreo: in vngue adamantino: exaratum super latitudinem cordis eorum. Notanter autem propheta de peccato predicto dixit: qꝫ est scriptum stilo ferreo: ꝛ in vngue adamantino exaratum: ꝛ hoc propter illius indelebilitatē: qꝛ sicut id qđ scribit stilo ferreo siue qđ exarat in vngue adamātino indelebile iudicatur: ita ꝛ de pdicto Judeorū petō. Ecce ḡ cur dicit dñs ad Moysen: Ego aūt ī die vltiōis visitabo ꝛ hoc peccatū eorum.

¶ Anagogice: Predictum verbum Moysi ad populum: vbi ait: Peccastis petm̄ maximū: potest recte retorqueri ī angelos malos: qui peccauerūt peccatum maximum: quia irremediabiliter: et inflexibiliter. Nā quod in angelis est casus: ī hominibus est mors: vt dicit Damasc. ī. sicut homo semel mortuus est inflexibilis ad bonum et malum: ita ꝛ angelus semel lapsus non est vlterius capax gratie. Ecce igit qualiter peccatum malorum angelorū est maximum. Qđ autem sequitur immediate ex verbis Moysi: Ascendam ad dominū: si quomodo quiuero eum deprecari pro scelere vestro: nullo pacto potest exponi de dictis malis angelis: pro quibus nullus aliquando exorabit: nec in presenti: nec in futuro: quia non sunt vlterius capaces gratie: neqꝫ cuiuscunqꝫ venie: quia in inferno nulla est redemptio. Qđ autem subditur: Ego autē in die vltionis visitabo ꝛ hoc peccatum eorū: potest exponi de visitatione per penam accidētalē quam dominus in die iudicij de nouo addet dānationi demonum. Nam sicut gaudiū accidētale bonorum angelorum crescet vsqꝫ ad diē iudicij: per hoc qꝫ vsqꝫ tunc crescet numerus beatorum: ita ꝛ per oppositum pena demonū crescet vsqꝫ tunc: per hoc qꝫ crescet vsque tunc numerus reproborū. Da exemplum de pena Arij: de qua dicit Gregorius: qꝫ nondū terminata est: nec terminabit ante iudicij diem: quia vsque tunc continue aliqui miseri heretici: inficit pessima eius doctrina: descendūt in infernum: ad sue damnationis augmētū.

¶ Exodi tricesimotertio.

¶ Prima clausula.



Locutusque est dominus ad Moysē dicens: Uade: ascende de loco isto tu et populus tuus quē eduxisti de terra Egypti: in terrā quā iuraui Abrahā: Isaac et Jacob: dicens: Semini tuo dabo eam: et mittam precursorē tui angelum: vt eijciā Chananeū: et Ammorreum: ꝛ Ethenm: et Phereseum: ꝛ Eueum: ꝛ Jebuseum: ꝛ intres in terram: fluentem

tem lacte ⁊ melle. Non enim ascendam tecum: quia populus dure ceruicis est, ne forte disperdam te in via.

¶ Historialiter: Postq̄ egregius dei legislator Moyses, in precedenti capitulo prolixe locutus est de vitulo aureo: et similiter de his que acciderunt circa ipsum: hic consequenter ostendit quomodo et qualiter dñs cõminatur populũ Israel, ꝓpter predictũ peccatum: ita vt dixerit ad Moysen: Uade, ascẽde de loco isto tu ⁊c̃. Istud enim verbum erat quasi respõsio ad implicitã petitionẽ Moysi, qui videbatur petere a domino, ꝙ deduceret populũ suũ ad terram promissionis. Et dominus respondet ꝙ non sic fieret: sed ꝙ daret eis angelũ, ducem. Dixit ergo dñs ad Moysen: Uade .i. non differas: ascende de loco isto tu ⁊c̃. Notãter autem dicit: ascende, quia terra promissionis ad quam habebant ascendere est altior terra deserti, in qua erant: non ꝗdẽ quasi ibi permansuri, sed quasi transituri: Tu, ⁊ popul⁹ tuus. glo. non meus. Nam ꝓpter peccatum idololatrie cum vitulo, iam amiserat diuinã protectionẽ: ꝗuis non ex toto. Quẽ eduxisti de terra Egypti. Ecce magnum Moysi beneficium erga populum: quod etiam prius cõfessi sunt, dicẽtes ad Aarõ fratrem suum de eo: vt dictum est in precedenti cap. Moysi huic viro, qui nos eduxit de terra Egypti, ignoramus quid ⁊c̃. in terram quam iuraui Abrahã, Isaac, et Jacob. Hic ostendit dominus (vt dicit glos. interl.) se hoc facere, non propter ipsorum, sed patrũ merita. Et mittam precursorem: tui angelũ. Non quidem in vanum, sed tali mysterio ãgelico: eiiciã Chananeum ⁊ Amorreũ ⁊c̃. ⁊ intres terram, fluentem lacte et melle. Et per hoc intelligitur abundãtia lactis ⁊ mellis, que duo abundãter producit terra mediantibus vaccis ⁊ apibus: quia terra illa in se est multum pascualis. Insuper et apes ibi mellificant absq; solicitudine humana. Nõ sic autem de multis aliis terris: Non enim ascẽdam tecũ. Glo. interli. quia indigni gratia mea, ⁊ cõsolatione ꝓsentie mee. Unde subdit: quia popul⁹ dure ceruicis est: id est in malo obstinatus et ꝓclivis, ad bonũ autem tardus, et difficilis. Uel nõ ascendam, sicut ꝓpicius: vt prius feci. Uel ſm dñm Hug. cardi. non ascendam tecum in gloria maiestatis, ꝗuis bene in angelo vel nube. Quod autem sequitur: Ne disperdam te in via, exponetur in sol. vltimi dubii.

¶ Circa istam literam possunt moueri aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium: ad quẽ refertur quod hic dicitur, dñm dixisse: Semini tuo dabo eam, scilz terram, quam iuraui Abrahem, Isaac, ⁊ Jacob, dicendum, ꝙ hoc nõ refertur ad ipsum Moysen: quia talis terra nunquã promissa semini suo fuit. De Isaac autem ⁊ Jacob similiter neutri eorum aliquãdo dictum est: Semini tuo dabo eam. Restat ergo ꝙ referatur talis promissio specialiter ad Abrahã. Hinc Apost. Gal. iij.

sij. ait: Abrahe dicte sunt promissiones / et semini eius. Nõ dicit et seminibus / quasi in multis: sed quasi in vno / et semini tuo / qui est Christus. Et de hac promissione fit specialis mentio Gen. xv. vbi sic dicitur. In illo die pepigit dominus fedus cũ Abraham / dicens: Semini tuo dabo terram a fluuio Egypti / vsq ad fluuium magnum Euphraten.

Secundum dubiũ mouetur propter illud verbũ domini ad Moysen: Et mittam precursorem tui / angelum. Queritur / quis est iste precursor? Videt q non fuerit angelus: vt habet in presenti litera / que supra. xxiij. c. huius / vbi q dñs fecit talẽ promissionem filijs Israel / dicẽs q si vere illi obedirẽt / et mãdata ei9 seruarent / terrorẽ suũ mitteret in precursum illorũ. Itẽ q mitteret scrabones ante eos qui fugarent inimicos eorum ante eos: et similia. Scrabones autem et angeli multum inter se discrepant. Dicendum in primis / q vtrunq promisit dñs: vt patet intuẽti textum supra positum. vez. xxiij. c. huius. Secũdo: dicẽdũ q missio scrabonũ / fiebat per angelũ bonum. Mittebat ergo scrabones visibiliter / et angelos tanq eorũ directores inuisibiliter. Et sic vtrunq dictum fiat in veritate.

Tertiũ dubiũ: Quis fuit iste angelus? Dicẽdũ / q si nõ exprimatur nomẽ eius: potest tamen dici q fuerit angelus Gabriel: et hoc propter nois interpretationẽ. Gabriel enim / fortitudo dei interpretatur. Dict9 aũt angelus mittebatur a dño tanq precursor populi Israelitici ad terrã promissionis: et ad delẽdas gẽtes multas q noiant̃ i textu: et q illũ vtiq impedire potuissent si nõ habuisset talẽ angelum in auxiliũ / q in hac re tuebatur ptes dñi dei sui. Quẽadmodũ g missus est angelus iste Gabriel / a deo / ad virginẽ Mariã / p salute toti9 mũdi inchoanda et nũciãda: ita et nũc missus est a deo ad pplm Hebreũ / p illi9 salute tpali / vt sez introduceret illũ in terrã promissiõis: de qua prius iurauerat Abrahã etc. Potest etiã dici q iste angelus fuerit Raphael / q interptat̃ medicina dei. Iste aũt angel9 / de q in presenti est q̃stio / q circũduxit pplm Hebreũ in predictã terrã: taliter eũ circũduxit q nõ erat in tribub9 eorũ infirmus. Insup et alio / in loco legit̃ / vez Thobie / p plura capl'a / q ipse valde prospere cõduxit Thobiã iuniorẽ / vsq i Rages / Medorũ: et iterũ reduxit ad domum patris / vna cũ vxore et decẽ talentis argẽti. Ecce q̃ optimus ductor fuerit iste angel9. Probabile est ergo / q sicut feliciter comitatum prebuit dicto Thobie: ita etiã et multitudini Hebreorum / eũtiũ in terram promissiõis. Potest deniq dici q fuerit Michael: et hoc propter nois interptationẽ. Michael enim interptat̃ / quis vt deus. Dict9 aũt angel9 in deductione ppli versus terrã promissiõis erat vt deus: q2 vices ei9 gerebat. Itẽ legitur Apoc. xij. q nõ multo post creationẽ et ruinã angelorum / factũ est preliũ magnũ in celo / Michael etc. Iustum ergo et equum erat / vt Michael

qui

qui iam expertus fuerat bellū
cum angelis malis/⁊ preualue
rat: ꝙ etiam experiretur bellū
cum hominibus in terris: de q̄
bus tandem preualuit: quia su-
peratis gentilibus ⁊ eorum re-
gibus/ introductus est efficaci
ter populus Hebreorū in ter-
ram promissionis. Resolutorie
autem tenendum est de dicto
angelo ꝙ talis fuit qualis deo
placuit/⁊ qualē eligere voluit.
¶ Quartum dubiū: Cur in pre
senti litera non fit mentio nisi
de sex differentijs gentiū. Non
enim exp̄muntur Gergesei. Hu
ius dubij quere sol. prius/ vz
xxiij. c. huius lib. sub. vij. clau-
sula. in sol. ad quartū dubium.
¶ Quintum dubium oritur p̄-
pter illud verbum domini ad
Moysen: Non ascendam tecū.
Huius enim contrarium pate-
re potest Deuter. xxiij. vbi dici
tur: Dominus deus tuus ambu
lat in medio castrorū/ vt eruat
te/⁊ tradat tibi inimicos tuos.
Ergo simul ascendit cū popu-
lo in terram promissionis. Di-
cendum/ ꝙ populus Hebreorū
propter idololatriam suā sub-
secutā/ indignus factus est dei
presentia per miracula manife
stata/ q̄uis fuerit semper cum
eis in subsecuta creatura. Nam
ratione obediētie ostēse in cul
tu tabernaculi/ non cessabant
eos visitare in subiecta creatu
ra/ etiam reuelando eis facien-
da. Et hoc est premittere ange
lum: vt hic dicitur: ⁊ habitare
in medio eorum: vt habetur in
Deuteronomio.
¶ Sextum dubium oritur pro
pter illud vltimum verbū p̄sen
tis clausule: Ne forte disperdā
te in via. Queritur ergo de in-
tellectu illius sententie. Pro in
tellectu huius verbi notādum
s̄m Augu. in glo. ordi. ꝙ deus
est cum iustis miserando ⁊ con
fortando. Item cum impijs vl-
ciscendo ⁊ puniendo. Est ergo
sensus verborū dn̄i: Cū im. pijs
non possum esse p̄pter te vt eos
vindicem ⁊ puniam: q: tua me-
rita obsunt. Nec propter eos
vt visitem ⁊ cōfortem te: q: illi
sunt indigni. Non ascendam er
go tecum in propria/ ne disper
dam te in via/ quare saltē mittā
tam angelum meū. Sed ex hac
solutione Augu. videt/ ꝙ an-
gelus sit misericordior q̄ deꝰ.
Dicendū/ ꝙ ex hoc tantum se-
quitur/ ꝙ grauius est peccare
in presentia diuina/ q̄ in eius
absentia: ⁊ sic tales citius sunt
puniēdi ⁊ acrius. Qz ergo deꝰ
se subtraxit: id est/ ad modum
subtrahentis se habuerit/ mise
ricordie fuit: quia vniuerse vie
domini misericordia et veri-
tas. Sed consequenter querit
Augusti. quomodo potuit esse
alicubi angelus vbi non esset
dominꝰ/ q̄ nunq̄ abesse potest.
Et respōdet/ ꝙ q̄uis vbiq̄ sit
deus per essentiā/ presentiā/ et
potentiam: tamen aliter ⁊ ali-
ter est in in hominibus (secun-
dum ꝙ aliter ⁊ aliter in eis o-
peratur. Cum iustis enim/ secū
dum eum) est miserando ⁊ con
fortando: ⁊ cum impijs vlciscē
do ⁊ puniendo: vt iam dictum
est/ quibus modis cum eis esse
impediebatur: vt dictum est.
¶ Moraliter ⁊ primo/ per po-
pulum Hebreum/ quem vocat
dominus non suum/ sed Moysi
populū: designāt peccatores/
qui

qui in eo q peccatores / nō sūt amplius populus dei: saltim p deuotum famulatū: q̄uis semper sint populus eius conditione nature: q2 ipse fecit nos supple bonos & malos: & non ipsi nos: nos autē populus eiꝰ. De imitatione autē (secūdum quā mali non sunt populꝰ domini) scriptū est Dan. ix. Non erit eius populus / qui eum negaturus est. Item Osee. ij. Dicam non populo meo / populꝰ meus es tu: et ipse dicet / deus meus es tu. In quibus verbis duo notant. Primū / q p pctm̄ peccatores desinunt esse populus dei. Secundū est / q per penitentiam incipiunt esse populus domini / qui priꝰ erāt quasi popli & filij diaboli. Jo. viij. Vos ex pre diabolo estis. Hinc etiam apost. Rom. ix. simul adducens verbū Osee ait: Vocabo non plebem meā / plebem meam: & non dilectam / dilectam: & non misericordiam consecutam / misericordiam cōsecutā. Et erit in loco vbi dictū est eis / nō plebs mea vos: ibi vocabuntur filij dei viui. Ecce igitur: quare dominꝰ dixit Moysi: Vade ascēde de loco isto tu & populus tuus.

¶ Moraliter & secundo / iuxta illud verbum: Vade ascēde de loco isto. Notandū / q hec verba possunt merito dici ad penitentem nouiter conuersum ad dominum / cui ipse dominus videtur dicere: Vade ascēde de loco isto: scilicet / peccati & fecis iniquitatis siue societatis peruerse. Solet enim dici homini / vt vadat & cito exeat de aliquo loco corporali in triplici casu: vez qn̄ talis locus est pestilētus & infectꝰ malo aere: de presentia latronū suspectꝰ / quando in eo alias fuit male tractatus: sicut patet de trāseuntibus per hospitia. Sic est autem q status peccati / siue societatis male / est pestilētus. iuxta illud Psal. Cum peruerso peruerteris: In cuius etiam figuram angelus dixit mulieribꝰ de Christo: Quid queritis viuentem cum mortuis? Surrexit nō ē hic. Et apo. Col. iij. Si (inquit) cōsurrexistis cū xp̄o / que sursum sunt querite / vbi Christus est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite / non que sup terrā. Nō itaq cū mortuis. i. cū pctōribus debēt manere penitētes / & signanter cū illis cū quibꝰ interdū peccauerunt: sed longe discedere ab eis: & hoc propter periculū recidiui. Sed cum illis cōuersari debēt qui eos facturi sunt meliores: vt dt Senec. ad Lucillum. Item dictus status peccati est de presentia latronum infernalium valde suspectus: in cuius figuram legitur Luce x. de quodam homine qui incidit in latrones. Applicatio est facilis. Item in statu peccati homines male tractantur: in cuius figuram subditur / vbi supra / de predicto homine descēdente ab Hierusalem in Hiericho / q latrones spoliauerunt eum / & plagas imposuerunt / et sic eum male tractatum dimiserunt. Et Threnorum. j. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eiꝰ: sed quod gemendum est / miser peccator non apprehendit q sic male.

tracteturˀ. Iuxta illud Prouer
biorum.xxiii. Uerberauerunt
me / ⁊ nõ dolui: traxerũt me / et
non sensi. Propter igitur hec
tria dicit spiritussanctus vero
penitẽti / ⁊ aiam suã saluare cu
piẽti / Uade ascẽde d̕ loco isto:
peccatũ deserẽdo: Ecce termi=
nus a quo / penitentiam am=
plectãdo: Ecce terminꝰ ad quẽ.
¶ Moraliter ⁊ tertio / iuxta il
lud verbum domini: Mittam
precursorem tui angelum. No=
tandũ / ꝙ p angelum q̃nq3 i sa=
cra scriptura intelligit sacer=
dos: ⁊ signãter cui. aiarũ cura
cõmissa est: iuxta id qđ scriptũ
est Malach. ij. Labia sacerdo=
tis custodiũt sciẽtiã / ⁊ legẽ re=
quirent ex ore eiꝰ: qꝛ angelus
dñi exercituũ est: Nõ natura /
sed officio. Officiũ enim ange
lorũ est colere deũ ⁊ laudare /
atq3 dirigere populum: et si=
gnanter quo ad eos / qui mit=
tuntur ad custodiendos homi
nes pro ipsorum salute. Item
angelus domini dicitur sacer=
dos: quia vita eius ⁊ conuersa
tio debet esse tota ãgelica / pu=
ra et sancta. Hunc itaq3 ange=
lum ac sacerdotẽ mittit domi=
nus precursorem populi subdi
ti: quem debet precedere ver=
bo / facto / ⁊ exemplo: circa viã
que ducit ad vitam eternam.
Bonus enim pastor / vt dicitur
Joan. decimo. eductis ouibus
suis mane de stabulo / ante eas
vadit: et eum sequũtur / quia
sciunt vocem eius. Hec autem
dicuntur de bono pastore / et
non de mercennario: cui nõ est
cura de ouibus.
¶ Moraliter et quarto / predi
ctum verbum possumus recte
exponere de eo q̃d non solũ offi
cio / verumetiam natura dici=
tur angelus. Hunc enim mit=
tit dominus precursorem cu=
iuslibet saluandi: tum vt eum
custodiat a maligno spiritu et
peccato / tum vt eum dirigat
quousq3 peruenerit in celum.
Unde in Psalm. Angelis suis
deus mandauit de te: vt custo=
diant te in omnibus vijs tuis.
In manibus portabunt te / cũ
scilicet incipiens per mortem
relinquere presens seculũ / se=
cundum ꝙ historialiter scri=
ptũ est de paupere Lazaro Lu
ce. xvj. ꝙ delatus est ab ange=
lis in sinum Abrahe / postquã
mortuus est. Unde ad propo=
situm satisfacit illud quod re=
fert Ambrosius in Hexame=
ron libro. j. ca. xvj. de ciconijs
dicens: ꝙ cum mutant locum
⁊ regionem / simul pergunt: ita
vt videantur quidam exercitus.
Ante eas tamen vadunt cor=
nicce tanquam ipsarum dire=
ctrices: adeo vt iuuamenta q̃=
dam bellantibus aduersus ini=
micas aues conferre credan=
tur / ⁊ proprijs periculis aliena
bella suscipere. Cuius rei indi=
cium est: quia tempore quo ci=
conie repatriant / nulle corni=
cule pro tempore videntur in
locis de quibus egresse sunt.
Postmodum autem iterum ap
parent cornicule: vt prius / sed
inter eas multe vulnerate ap=
parent et sanguinolente / tan=
quam signum deferentes pu=
gne habite. Applicatio est fa=
cilis de angelis associantibus
pias animas in celum.
¶ Moraliter et quinto / iuxta
illud verbũ dñi: Ut ejiciã Cha
naneum

neoꝝ et Ammorrheoꝝ ꝛc. Notandum, ꝙ per has nationes infidelium, quas iubet dominus expelli de terra promissionis: vt filij Israel possint in ea habitare: intelliguntur septem peccata mortalia: que eijcienda sunt a corde humano, priusquam virtutes illis opposite possint ibi pacifice habitare. Unde Gregorius, radix omnis peccati est superbia: de qua dicitur Eccli. x. Initium omnis peccati est sup̄bia. Prima eius soboles septē sunt peccata capitalia: que sūt inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, vētris ingluuies, luxuria. Quēadmodum ergo diligens hortolanus in horto primum eradicat ⁊ extirpat malas herbas cum radicibus suis, priusquā flores ibi seminet aut plantet. Ita in horto conscientie, primum eradicanda sunt vitia. Deinde inserēde ibi virtutes. Item Isidorus de summo bono libro secundo, capi. xxxvj. Famosa (inquit) propositio est, videlicet ꝙ prius extirpanda sunt vitia in homine, deinde inserende virtutes. Nam coherere non possunt, neqꝫ in vnum coniungi, veritas ⁊ mendacium, castitas et luxuria, fides cū perfidia: ⁊ huiusmodi. Hinc etiam dicitur ij. Corin. vj. Que participatio iustitie cum iniquitate? aut q̄ societas luci ad tenebras? Que autem cōuentio Christi ad Belial?

¶ Moraliter et sexto: iuxta illud vltimum verbum presentis clausule: Populus dure ceruicis est: notandum ꝙ sicut p̄dictum verbum olim frequenter improperatū est Judeis: vt patet intuēti tam libros legales q̄ propheticales: ita etiam idem verbū potest merito improperari multis malis Christianis: q̄ nec beneficijs, nec aduersis, siue minis, aut terroribus possunt emolliri, aut ad bonū flecti. Unde de vnoquoqꝫ tali potest dici illud Job. xv. Cucurrit aduersus deum erecto collo: ⁊ pingui ceruice armatus est. Item Actu. vij. Dura ceruice, ⁊ incircūcisi cordibus, semper spiritui sancto restitistis. Item Esa. xlviij. Scio enim quia durus es tu, et neruus ferreus ceruix tua, ⁊ frons tua erea. Istud maxime dicitur de subditis, et filijs rebellibus et inobedientibus: de quibus datur consilium Eccli. xxx. Curua ceruicem eius a iuuentute, et tunde latera eius dū infans est. Qui igitur fuerunt dure ⁊ indomabilis ceruicis in p̄senti, velint nolint in alio seculo domabuntur: quia teste Ps. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Hoc autem fiet quando hi qui in presenti exaltātur per superbiam, humiliabuntur per penarum infernalium tolerantiam: vt dicit Christus Luce decimoquarto. Itē eiusdem. xviij.

¶ Allegorice ⁊ primo: p̄ Moysen qui fuit dux populi Israelitici, designatur q̄libet bonus pastor animarum, qui eas precedit verbo sancte doctrine et exemplo bone vite. Huic itaqꝫ sancto Moysi in fine dierū dicet dominus quod hic dicitur, scꝫ: vade, ascēde de loco isto. i. de hoc seculo nequā, ad celū.

Et Luce.xiiij. Amice ascende
superius. Non quidem solus/
sed tu et populus tuus.i.boni
subditi:et presertim qui simul
cum eo fuerint dispositi ad ta
lem ascensum faciendū: q2 vt
dicitur Matthei.xxv. Uirgines
que parate erant/ intrauerunt
cum sponso ad nuptias:supple
celestes: et clausa est ianua.
Istud autem notatur/cum di=
citur in textu:Tu et populus
tuus/ quem eduxisti de terra
Egypti.i.de statu peccati:qui
quidem status designatur per
Egyptum. Nunc itaq3 populū
.i.veros penitentes eduxit bo=
nus pastor de terra Egypti/p
sacramentorum debitam ad=
ministrationem:et quantum in
se fuit introduxit in terrā pro=
missionis.i.gratie in presenti/
et glorie in futuro.

¶ Allegorice et secundo/ per
terram pro qua iurauit domi=
nus Abrahā/ Isaac/ et Jacob:
intelligitur ecclesia triūphās.
de qua terra dicitur in Psalm.
Credo videre bona domini/in
terra viuentium. Ipse autē do=
minus iurauit/ siue promisit
omnibus deuotis Christianis
se efficaciter eam illis daturū/
cū ait Mar. vltimo:Qui credi=
derit et baptizatus fuerit/saluꝰ
erit: dūmodo talit' decesserit.
Est ergo in tali promissione cō
ditio implicita. Dicit ergo do
minus ecclesie militanti (que
est quasi filia ecclesie triūphā=
tis.) Semini tuo.i. omnibꝰ ve=
ris et deuotis catholicis (qui
sunt semē ecclesie / et per quos
ipsa permanet) dabo terram
hanc: vt scilicet primum incor
porentur ecclesie militanti/et
deinde possideant terram vi=
uentium. Per precursorem au
tem hominis predicti in predi
ctam terram regnantium : in=
telligitur bonus angelus cu=
stos hominis/ qui in morte iu=
sti hominis conducit spiri=
tum eius in celum :secundum
qđ scriptum est Luce.xvj. de
Lazaro mendico factum est:
vt moreretur mendicus/ et por
taretur ab angelis in sinū A=
brahe. Quinimmo quodammo
do ante eum vadit : vt dictum
est prius in quarta expositione
morali huius. Debet itaq3 di=
bet deuotus catholicus omni
die orare ad dñm/dicēs: Spi=
ritus tuus bonus deducet me/
in terram rectam / propter no=
men tuum domine: id est/ pro=
pter reuerentiam tuam : q2 tu
es deus illius: et ipse creatu=
ra tua. Per eiectionem autem
Chananeorum et aliorum in=
fidelium a facie Hebreorum/
euntium versus terram pro=
missionis : intelligitur eiectio
malignorum spirituū:habitan
tium in hoc aere caliginoso/ q
est inter celum et terram : im=
pedire volētium ingressum iu=
storū in celum/sicut multe hi=
storie docent : quos in manu
potenti/ et brachio extēto eij=
cit dñs/ siue per se immedia=
te/siue per subiectum angelū.
Quo fit vt tandē ipsi iusti per=
ueniant in celum : etiam inui=
tis ipsis malignis spiritibus.
Sic itaq3 perueniunt dicti iu=
sti in terram lacte et melle flu=
entem.

¶ Allegorice et tertio / iuxta
illud quod sequitur: Non ascē
dam tecū:quia et c. recte illud
potest

potest exponi de malignis spiritibus: qui postquam fuerūt creati a domino: non multo post voluerunt ascendere supra astra celi.i.super ceteros angelos bonos: et similes esse altissimo: vt legitur Esa.xiiij. Veruntamen dñs tunc non erat cum eis: quia nescit diuina iusticia patrocinium dare criminibus: nec etiam criminatoribus: et ideo quia dñs non ascendit cū eis: ideo statim descendersti: quando dixit dñs Lucifero (qui tunc erat primus inter eos) Ad inferna detraheris cū superbia tua: et supple cum superbientibus alijs angelis tibi adherentibus. Quo facto et dicto facta est illa ingens multitudo angelorum superborum: et dure ceruicis: adeo quod et tunc penitere nequiuerūt. Quinimmo vt dicit Psal. superbia odientium dominum .i.malorū angelorum ascendit semper. Sic ergo disperdidit eos dominus cū essent adhuc in via.i.viatores: qui nunquā fuerunt comprehensores per apertam dei visionem.

¶ Anagogice per Moysen: et populum suum: cui dicit dñs: Uade ascende de loco isto: tu et populus tuus: recte potest intelligi ille angelus bonus (quicū que fuerit ille) qui in bonitate: in qua formatus est: permāsit: cui tandem dicit dominus: Ascende: supple vsque ad contemplationem diuinitatis mee: et hoc de valle status viatoris: tu et ceteri boni angeli qui tibi adheserunt in bono: in terrā quā iuraui dare oibus perseuerātibus in bono: que est terra viuentiū. Per Chananeū aūt et ceteros paganos: quos spopōdit dñs eijcere de terra promissionis. et eā pleno iure dare possidendā Hebreis: quod dicebāt ppl's dñi: recte designatur eiectio malignorum spirituū de celo: et introductio iustorū ad reparandas ruinas eorū: iuxta illud Psal. Judicabit in nationibus: implebit ruinas. Un̄ Grego. homil. xxxiiij. Ad supernā (inde) ciuitatē, quod ex angelis et hoībus constat) tn̄ credimus hūanū genus ascendere: quātos illic contigit electos angelos remāsisse: sicut scriptū est: Statuit terminos gentiū: secundum numerū angelorum dei. Hec ibi.

¶ Secunda clausula.



Udiensque populus sermonē hūc pessimū luxit: et nullus ex more indutus est cultu suo. Dixitque dñs ad Moysen: Loquere filijs Isrl. Populus dure ceruicis es: semel ascēdā in medio tui: et delebo te: iam nunc depone ornatū tuū: vt sciā quid faciā tibi. Deposuerūt ergo filij Israel ornatū suū a mōte Oreb.

¶ Hystorialiter postquam in precedēti clausula ostēdit Moyses quō dñs cōminatus est pplo Israel propter petōm quod cōmisit in adoratiōe vituli conflatilis: hic consequēter agit de luctu ipsius ppli: et signāter circa depositionē ornatus corporalis. Refert quod Moyses singularis famulus dñi: cū retulisset populo cōminationē

minationem dñi pessimã.s.q deus nõ adesset eis in administrãdo cultus sicut antea: luxit supplex populus: et nullus ex more indutus est cultu suo.i. honestioribus vestimentis: et hoc in signum tristitie. Sic em faciũt qui signum tristitie animi sui ostendere exterius volũt. Glo. autem interl. dicit: q hoc fecit populus vt habitu exteriori penitentiam interiorẽ demonstraret. Dixitq dominus ad Moysen. interli. misertus lugentibus. Semel ascendam in medio tui et delebo te. Quomodo autem istud verificatũ fuerit: dicetur in sol. dubij primi. Jam nunc depone ornatũ tuũ. Interli.i. manifestam dei presentiam: qua illi populo p angelũ apparebat. Ut sciã qd faciam tibi.i. pro te si videro te emendatum: et humiliatum. Nec per hoc intelligendũ est: q dñs aliquid cognoscat de nouo (vt dicit de Lyra) sed qr ex mutatione populi de superbia in humilitatẽ: apparet qd illi populo condecens sit fieri a deo. Sequit: Deposuerũt ergo filij Isrl' ornatũ suũ a mõte Oreb.i. coronas eis impositas iuxta mõtem Oreb in datione legis: vt dicet in solut. quarti dubij sequẽtis.

¶ Circa autem clausulam istã mouentur aliqua dubia.

¶ Primũ igit dubiũ orit propter illud verbum dñi: Semel ascendã in medio tui: et delebo te. Huic cõtrariũ videt dixisse dñs in precedẽti clausula. Ibi eni ait ad Moysen: Non enim ascendã tecũ. Dicendũ in primis: q non ẽ hic q̃stio de ascẽsu exteriori: i. q est ab inferiori ad superius: sed de interiori: q est ad exterius. Secũdo: dicẽdum q quantũ ad talẽ ascensum interiorem: q est ad exterius: nõ ascendit postea dominus: sicut prius: scilz visitãdo populũ sicut prius.s. miracula faciendo: et sic suã presentiam ostendendo. Nihilominus ascendit etiam tũc: sed hoc in malũ ipsius populi.s. iniuriã suã vlciscendo: et delendo eũ: nõ quidem totaliter: sed pro magna parte. Pauci enim remãserũt: quia mortui sunt i deserto omnes q egressi sunt de Egypto a vicesimo anno: et supra: i pter duos. Hi fuerunt Josue et Caleph. Hinc dñs Numeri.xiiij. dixit ad Moysen: Omnes qui viderũt maiestatem meã: et signa que feci in Egypto: et in solitudine: et tentauerũt me iam per decẽ vices: nec obedierũt voci mee: nõ videbũt terrã p qua iuraui patrib⁹ eorum: nec quisq ex illis q detraxit mihi intuebitur eã. Postea aũt excipitur Caleph fili⁹ Nephone: et eũ semine suo: similr et Josue fili⁹ Nun. Ad hoc aũt insinuandũ dñs in presenti textu: postq dixerat: Semel ascendã i medio tui: addidit: et delebo te. Tertio dicendũ: et conformiter ad glo. interli. q dñs in his verbis minatur captiuitatem Babylonicam vel Romanam: vel etiam vltimam iudicij vindictam.

¶ Secundum dubium: Quomodo ista comminatio: et delebo te: intelligenda est: Dicendum: q est intelligenda sub cõditione: sicut et alie comminationes

tiones diuine / que habentur in sacra scriptura: scilicet nisi peniteas et corrigas te. Sicut de Niniuitis dicitur Jone .iij. Adhuc quadraginta dies et Niniue subuertetur: que tamē non fuit subuersa tunc quo ad muros: eo q̄ fuit subuersa quo ad mores. Simile est de illa cōminatione regis Ezechie. iiij. Regum. xx. Item Esa. xxxviij. capitulo.

¶ Tertiū dubium oritur propter illud verbum quod est in capite huius clausule / Audiēs populus sermonem hunc pessimum. Queritur ergo quomodo dicatur sermo pessimus / cū tamē processerit de mēte dei / a quo non nisi bonū emanare potest? Dicendū q̄ aliquid potest dici pessimum dupliciter. Uno modo in se / et sic nihil est pessimū: q2 non potest dari sūmum malum / neq3 quo ad naturā / neq3 quo ad mores: sicut potest dari summū bonū / quod est deus. In creatis tamen nō potest dari summū bonum. Unde hereticū est dicere / q̄ aliquis in presenti possit peruenire ad tantam vite perfectionem / vt vltra proficere nō possit. Alio modo aliquid dicitur pessimū in effectu suo / et adhuc hoc im proprie et vulgariter. Et sic sermo domini quē audiuit populus ab ore Moysi ex parte dn̄i dr̄ fuisse sermo pessimus / q2 de re pessima. s. q̄ de⁹ nō esset vlterius cū eis / sicut erat priusq̄ adorarēt vitulū cōflatilē: et p̄cipue quātū ad assidua miracula. Nihilomin⁹ interli. dicit pessimum. i. mestissimum.

¶ Quartū dubiū oritur ppter illud verbū dn̄i: Jā nūc depone ornatū tuum. Videt / q̄ frustra hoc mādauerit dn̄s. Jam enī popul⁹ ornatum illū deposuerat: vt dr̄ in principio presētis clausule / cum dr̄: Nullus ex more indut⁹ est cultu suo. Cur ergo de nouo repetit / cū dicit: Deposuerūt ergo filij Israel ornatū suum. Dicēdum / q̄ cult⁹ de quo prio habitū est: et ornatus de quo scdo / q̄uis cōiter ad idē referātur: nō tamē i p̄posito. Nā cult⁹ de q̄ primo dictū est / q̄ null⁹ ex more indut⁹ est cultu suo: refert ad habitū corporalē et solēnē / qui assumi solet in signū letitie et gaudij / sicut communiter fit in die festo. Tunc autē null⁹ indutus ē ex more cultu suo: etiam in die sabbati / s3 habitu mestissimo: vt p habitum exteriorē / penitētiā demōstraret sup pctō suo. Ornatus autē refertur ad manifestam dei presentiā / qua illi pplo per angelum apparebat dn̄s: vt exponit gl. interl. Qui quidem ornat⁹. i. dei presentia ex tunc cessauit / vt dictum est prius. Alij autē dicunt / q̄ iste ornatus erat quoddam paruū tabernaculū / in quo cū Moyse conueniebant senes ad tractādum negocia populi: et ibi offerebantur oblationes ante constructionem magni tabernaculi. Et huiusmodi paruum tabernaculū erat positū ad radices mōtis Sinay. Tūc autē positū est extra castra: vt dicet in sequenti clausula. Quasi diceret dominus: In hoc punitus / quia amodo amittes dei manifestā p̄sētiā. Sed iste mod⁹ dicēdi tandē redit ad p̄mū.

Dicit tamen dñs Hugo cardi. ꝙ ad literã filij Israel tūc deposuerunt cultiora ornamenta in signū penitẽtie, sicut (inqt) Niniuite ad predicationẽ Jone: sicut patet expresse de rege ciuitatis. Jone. iij. Ra. Sa. autem dicit, ꝙ per ornatum hic dictum non intelliguntur preciosa vestimenta, que populus iam deposuerat: vt dictũ est in textu: sed (vt dicit) intelligũt corone quas sibi principales populi imposuerant in die dationis legis, quãdo scz dñs locutus est eis decẽ verba. Tūc enim populus fuit deo desponsatus per susceptionem legis, ꝛ ideo fuerunt coronati tunc ad modum spõse. Et has coronas non deposuerant, ad ostendendum ꝙ volebant esse subiecti legi. Sed quia peccauerãt per idololatriam, et tabule legis erant confracte, ideo ad eorũ confusionem et humiliationẽ precepit dominus eas deponi: dicens, Jam depone nunc ornatum tuum: quod ꝛ fecerunt. Unde subditur: Deposuerunt ergo filij Israel ornatum suũ a monte Oreb: id est, coronas eis impositas iuxta montem Oreb in datione legis. Josephus autẽ dicit, ꝙ priusꝗ̃ Beseleel fecisset magnum tabernaculum, Israelite habebant paruũ collocatũ in radice mõtis, inter montem et castra eorum: vt ante ipsum iura tractarent, quod voluit dominus a se euelli ꝛ poni ex altera parte castrorum: vt sic cognoscerent indignos effectos appropinquatiõe ad deum. Nam ab illa die nõ ita manifeste apparuit dominus illi populo, sicut prius. Finaliter alij referunt cultũ vestium ꝛ ornatũ ad idẽ: sed tunc insurgit tale dubium.

¶ Quintum igitur dubium tale est, supposito ꝙ cultꝰ vestiũ (quẽ primo populus deposuit) iuxta id quod dicitur in litera, nullus ex more indutꝰ est cultu suo: ꝛ ornatꝰ populi, id postea precipitur a dño deponi, dicente: Jam nunc depone ornatum tuũ, pro eodem capiãtur. Consequenter queritur, quare de depositiõe illius bis fit mẽtio. Ad hoc duplex potest assignari responsio. Prima: q2 prima depositio erat solum voluntaria. Secunda autem erat de precepto, et sic generalis. Secunda responsio: q2 prima depositio ornatus et culture vestium iam cessauerat. Nam populus iam incipiebat resumere culturã vestium, ideo postea precipitur iterum abijci. Alij autem aliter exponũt: depone ornatũ tuũ: id est, signa idololatrie: que licet iã remouissent pro maiori parte, nunc tamen dominus precipit omnino remoueri.

¶ Sextum dubium: Cur precepit dominꝰ talem ornatum seu culturam vestium abijci a populo? Responsio, in signum penitentie ꝛ doloris de peccato quod habuerat in adoratione vituli: vt dicit interli. Et ꝗ̃uis principales authores huiusmodi idololatrie iam essent interfecti, tamen multi qui minus peccatum in hoc habuerant, erant adhuc superstites: vt dictũ est supra. Potest etiã dici, ꝙ sicut tales se nudauerãt

coram

corā idolo: forsan vt diligētiꝰ choreas ducerēt, vel alios nudari permiserant: vt filios ⁊ filias, seruos ⁊ ancillas corā dicto idolo: etiam in penam nudarentur coram deo per depositionem ornatus ⁊ culture vestium, secundū ꝙ Apost. Rom. vi. dicit: Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire inmundicie ⁊c̄. Quantū autem durauerit cessatio siue depositio huiusmodi vestiū que ornate erant, incertum habemꝰ. Probabile tamen est, ꝙ per plures dies hebdomadas ⁊ mēses durauerit, intra quos non licebat ornate indui. Si enim per plures dies ille populus Hebreorum luxit cum lugubri veste (vt verisimile est) mortē Moysi, Aaron, ⁊ Joseph: vt legitur in textu sacre biblie per diuersa capitula: quanto magis in ꝓposito? Dicere autem, ꝙ et tunc semꝑ durauerit huiusmodi depositio ornatus vestiū, est omnino improbabile: cum etiā legamus ex tunc populum Hebreum exultasse temporaliter. Unde .j. Parali. xij. narratur, ꝙ filij Israel valde gauisi sunt quando viderunt ꝙ Dauid erigebatur in regem super eos. Durauit autē huiusmodi gaudium tribus diebus. Item legitur Thobie. xj. ꝙ cōsobrini Thobie venerūt ad eum congratulantes ei de omnibus bonis que ostenderat illi deus, ⁊ signanter propter coniugium Thobie iunioris, ⁊ per septem dies epulātes gauisi sunt gaudio magno. Item nota de gaudio magno qḋ habuerunt ipsi Hebrei quādo viderūt Aman suspensum, et Mardocheū exaltatū in palatio regis Assueri, Hester. viij. Itē de alio gaudio magno qḋ habuerūt de victoria quā habuit Judith de rege Holoferne. Judith. xiij. ⁊ sequentibus capitulis. Item gauisi sunt Machabei, quādo reparauerunt templum, ⁊ ornauerunt faciem eius coronis aureis, ⁊ dedicauerunt altare domino: ⁊ facta est letitia magna in populo. j. Machabeo. iiij. ⁊ sic de multis alijs. Uerisimile est autem ꝙ in deducendo huiusmodi gaudia populus cultioribus vestimentis se induebat, in signum maioris letitie. Unde de Ruth eiusdem primo legitur, ꝙ induit se cultioribꝰ vestimētis. Et de Herode Agrippa legiť Act. xij. ꝙ vestitꝰ est veste regia, ⁊ sedit pro tribunali, ⁊ cōcionabatur ad populum. Itē de diuite epulone legitur Luce. xvj. ꝙ induebať purpura ⁊ bysso. Similiter reges Israel ⁊ Juda induebanť regio cultu. Qꝫ ergo hic diciť, ꝙ dominꝰ precepit populo vt deponeret ornatum: id est, vestes letitie, secundum vnam expositionem: non semper obligauit, sed tantum quendiu factum fuit recens, scilicet adoratio vituli.

¶ Moraliter et primo, sermo pessimus (de quo fit mentio in pricipio presentis clausule) est illud verbū cōminatoriū Christi ad peccatores: Nisi penitētiam habueritis, omnes peribitis Luce. xiij. Ipsi ergo miseri peccatores audientes huiusmodi verbū, debēt vehemēter lugere: quia est questio de

eterna

eterna damnatione. Nec vilus debet ex more indui cultu suo .i. cultu leticie, sed mesticie et luctus. Unde in huius rei signum publice et solenniter penitentes in die cinerum stant pre foribus ecclesiarum cathedralium induti saccis, nudis pedibus, et demissis vultibus in terram: de quibus plene habetur in decretis distin. l. in capite quadragesime. Possumus etiam hoc referre ad cultum peccati quod deponendum est, prout sub aliis verbis precipit Apost. Ephe. iiij. dicens: Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestre, et induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. Et Colloss. iij. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes nouum &c. Nullus ergo peccator ex more suo veteri induatur cultu, sed induatur cultu noui hominis Jesu Christi.

¶ Moraliter et sexto, iuxta illud verbum: Semel ascendam in medio tui et delebo te. Notandum quod sicut est duplex medium in homine, videlicet interius et exterius: ita contingit ipsum deleri a deo dupliciter: scilicet utiliter, et damnabiliter. Primo igitur contingit dominum ascendere in medio hominis interius: hoc est in corde illius, scilicet per gratiam ad utilitatem, et tunc delet eum quod prius erat. Prius enim erat peccator, et non iustus. Nunc autem in tali ascensu desinit esse peccator, et incipit esse iustus. Et hoc est quod loquitur Salomon. Prouer. xij. dicens: Verte impios et non erunt: scilicet vltra impij. Erunt tamen etiam melius quam ante sed quasi alij quam prius, scilicet tanquam pij et iusti. Nam (vt inquit August. de ciui. dei lib. xxj. ca. xxiiij.) deus euertit peccatores non solum iratus, verum etiam miseratus. Duobus (inquit) modis euertuntur peccatores. Aut sicut Sodomite: vt tales pro suis peccatis puniantur. Aut sicut Niniuite: vt ipsa hominum peccata penitendo destruantur. Deinde subdit dicens: Factum est ergo quod predixit deus. Euersa est enim Niniue que mala erat: et edificata est bona, que non erat. Stantibus enim menibus et domibus euersa est ciuitas in peruersis moribus: et sic factum est quod erat deo presciente venturum: atque in hunc modum prophetia impleta est. Hec August. vt supra. Ad propositum ergo deus ascendit per gratiam in medio Judeorum: id est in cordibus eorum, et deleuit eos modo predicto. Et hoc quo ad illos qui redierunt ad deum per fidem et gratiam. Vel forte hoc verificatum est in gentilibus conuersis ad fidem Christi, qui merito possunt dici Israelite, id est videntes deum, scilicet per fidem. Tales enim deleti sunt a deo: vt amplius non essent gentiles, sed tamen inceperunt esse melius quam prius: quia Christiani.

¶ Moraliter et tertio, iuxta illud verbum: Jam nunc depone ornatum tuum. Notandum



q

q istud verbum potest referri contra illas mulieres mundanas et vanas / que student curiose ornare corpus suum: vt placeant hominibus: et signanter illas partes que magis videntur ab hominib⁹ / inter quas est facies. Quamuis enim Christus dicat Mat. vj. Unge caput tuum / et faciem tuam laua: hoc tamen spiritualiter et non literaliter intelligendum est. Nam quantum deum offendat vir aut mulier ornans curiose faciē suā: perpulchre prosequitur Augusti. dominica. xxiiij. post trinitatem / ser. j. sic inquiēs: Qui formam suam quā omnipotens plasmator finxit in aliam transfigurare contendit / nonne euidenter videtur dicere ei qui se finxit / Cur me fecisti sic? O improba temeritas conditoris opus vilificare: vt formam suam quantum in se est / in aliam transfiguret. Deus enim dixit: Faciam⁹ hominem ad imaginem et similitudinem nostram: et audet quisquam mutare et conuertere qd fecit deus? Manus ille deum offendunt / quando id quod ille formauit reformare et transfigurare cōtendunt. Unde dat talem similitudinem dicens: Si quis pingendi artifex vultum alicuius et speciem paruulo colore signasset / et signato simulachro manus alterius auferret / et iam formata arte pictura / quasi peritior reformaret: grauis prioris artificis iniuria et indignatio iusta videretur. Applicatio est facilis. Item beatus Cyprianus in quadam epistola sic ait: Non metuis / ne cum resurrectionis dies venerit / artifex tuus nō te recognoscat / et ad sua premia venientem excludat dicens: Hoc opus meum non est: nec imago nostra hec est / cum te flauo medicamine polluisti / cum formā quam tibi dederat mendacio deformasti: facies corrupta est / deum videre non poteris: quoniam oculi tibi non sunt quos deus fecit / sed quos diabolus infecit. Hec ille. Longe autem ab hac depictione faciei erat ille homo / qui erat tam formosus / qualem nemo aliquando viderat / de quo refert Augustinus libro iij. questio. noui et veteris testamenti / questione xviij. dicens: q dictus homo cum sua formositate tam bonus erat / q ne in tentationem veniret (quia etiam honestarum mulierum alliciebat aspectum) faciem sibi septem plagis vulnerauit: vt pulchritudinem que a mulieribus desiderabatur damnaret. Fertur etiam de quadam muliere que cum concupisceretur a quodā viro / propter pulchritudinem oculorum suorum: cum hoc sibi innotuisset / eruit sibi oculos quos in disco ad eum misit dicens: Ecce nunc habes quod tibi in me tantum placuit. Fruere ergo eo ad nutū. Quod ille videns abhorruit factum. Nunc ergo: id est / in iuuentute / vel in presenti vita deponendus est nimius et curiosus ornatus / qui posset alios allicere ad cōcupiscentiā / preter q cū marito / qui permittitur.

Unde et Apost. j. Timot. ij. reprehendit mulieres / que incedunt cum tortis crinibus etc.

¶ Allegorice et primo: iuxta illud verbū: Nullus ex more indutus est cultu suo: notandum quod ista verba possumus merito referre ad statum ecclesie pro presenti. In primitiva nanque ecclesia: multi / et pene infiniti catholici ardore fidei succensi / induebātur scarleto / qui est color rubens: et hoc per tollerātiā martyrij. Unde canit ecclesia de talibus: Viri sancti gloriosū sanguinem fuderunt pro domino: amaverūt Christū in vita sua / imitati sunt eum in morte sua. Nec certe frustra. Propter quod sequitur: Et ideo coronas triūphales meruerunt. Itē de eisdem: Laverūt stolas suas: et cādidas eas fecerūt in sanguine agni. Sic autem loquitur ecclesia de sanctis martyribus / eo quod mors tollerata propter Christum mundat totaliter animā / scilicet a culpa et pena: sicut et baptismus / cuius vicem supplet: ut habetur de consec. dist. iiij. baptismi. et. c. catechuminū. Itē xv. q. j. merito. dicitur / quod illi qui pro Christi nomine martyrizātur / absque dubio vitam eternā consequuntur. Modo tam baptismus quam mors propter Christum tollerata / habēt efficaciā suam a passione Christi. Olim ergo multi (ut dictū est) induebātur scarleto. Sed modo nullus induit huiusmodi scarleto. i. veste rubea per martyrii tollerātiam / aut saltim nō auditur inter nos: quicquid sit de illis qui bella gerunt contra infideles. Sed ista sufficiant pro presenti.


¶ Allegorice et. ij. Ista possumus exponere de synagoga Judeorū / in qua ante Christi adventum multi induebātur honorifice per donum prophetie. Unde tunc prophete communiter erant de populo Judeorū / qui prophetabāt de advētu eiusdē Christi. Sed ex quo persecuti sunt summū prophetā / et qui alios prophetas antea fecerat: merito prophetis caruerunt. Unde Matth. xj. Oēs prophete usque ad Joannem prophetaverunt. Caruerunt etiam extunc regibus qui essent de gente sua: ita ut subditi essent Romano imperio. Unde imminente Christi passione / dixerunt Pilato: Non habemus regem / nisi Cesarem. Jam enim sceptrum regale de Juda ablatum erat / et dux de femore eius: prout predixerat Jacob / cū moreret. Gen. xlix. Carent etiam et nūc summis pontificibus / templo / civitate sancta Hierusalē / terra promissionis / et breviter omni dignitate et honore. Bene ergo ad propositū hic dicit / quod nullus ex more indutus est cultu suo / nec synagoga ipsa / nec quo ad filios suos. Quod autē subditur: Semel ascendam in medio tui / et delebo te. Prophetia erat de destructione civitatis Hierusalē / que fiēda erat post Christi passionē / anno videlicet. xlij. per Titū et Vespasianū: que magis divinitus quam humanitus facta est: prout etiā predixerat ipse Christus Luce. xix. dicens: Venient dies in te (supple o civitas Hierusalem) et circundabunt te inimici tui vallo / et ad terram prosternent te / et filios tuos qui in te sunt:

te sunt: eo q non cognoueris tempus visitationis tue.

¶ Allegorice et.iij. Predictu verbu vbi dicitur: Semel ascendam in medio tui: et delebo te: recte potest exponi de die iudicii. Tunc enim ascendet Christus iustus iudex super sedem maiestatis sue: in medio vallis Josaphat: vel in medio bonorum et malorum: quia vt habet Mat. xxv. in dicto iudicio Christus statuet oues a dextris: hedos autem a sinistris: consequens ergo est q ipse erit in medio vtrorumque. Et tunc delebit reprobos dicens eis: Ite maledicti &c. O dolorosa deletio: que non fiet ad tempus: sed perpetuo: ad quam etiam sequetur eternum tormentum. Sed vnde delebit dominus malos in die iudicii? Certe de valle Josaphat: ad abyssum inferni: de statu vie: ad statum perpetue miserie: de loco misericordie: ad locum seuere iustitie. Bene ergo dolorosa et flebilis erit dicta deletio et separatio.

¶ Anagogice: tertius presens recte potest exponi de quolibet angelo malo. Nam nullus talis postque lapsus est: ex more cultu suo induetur. Mos enim angelorum malorum: si tamen mos dici debeat (quod dico propter breuitatem durationis: que fuit ab initio creationis eorum vsque ad lapsum) mos (inquam) talis fuit: q in illo tempore intermedio omnes angeli erant solenniter induti: scz gratia et charitate: sed ex quo peccauerunt: perdiderunt ornatum suum: et hoc a monte Oreb. i. ex quo ceciderunt de celo. Pro quo notandum q Oreb: quod interpretatur ardor: recte significat celum: in quo fuit Seraphim: qui dicuntur ardentes: eo q ardeant in amore sui creatoris. Et quo ergo dicti mali angeli eeciderunt a dicto monte Oreb. i. a celo: perdiderunt ornatum suum: id est. dona gratuita: et tamen in eis remanserunt naturalia etiam vulnerata: et facti sunt dure ceruicis: quia inflexibiles et indomabiles atque totaliter obstinati in malitia sua. Jamiam etiam ascendit in medio eorum dominus: et deleuit eos de medio angelorum bonorum: trudendo eos in abyssum inferni: dicendo capitaneo eorum Lucifero illud Esa. xiiij. Ad inferna detraheris cum superbia tua.

¶ Tertia clausula.



Moyses quoque tollens tabernaculum tetendit extra castra procul. Vocauitque nomen eius tabernaculum federis. Et omnis populus qui habebat aliquam questionem egrediebatur ad tabernaculum federis extra castra. Cumque egrederetur Moyses ad tabernaculum: surgebat vniuersa plebs: et stabat vnusquisque in ostio papilionis sui. Respiciebantque tergum Moysi donec ingrederetur tentorium.

¶ Postque egregius vates domini Moyses in precedenti clausula egit de luctu populi Israelitici propter peccatum idololatrie commisse circa adorationem vituli: hic consequenter agit de translatione taberna-

culi

culi federis/facta per eum. Lo
quens ergo de seipso/quasi de
quodam alio/ait: Moyses q̄q
tollens tabernaculum: in quo
ad eum veniebant senes. Istud
est tabernaculum (s̄m Petrum
Comest.) quod sibi fecerāt He
brei/vt ante ipsum iura tracta-
rent: quod cum hucusq̄ fuisset
in radice montis Sinay/ vt p-
pinquius esset deo: voluit ipse
deus vt a se remoueretur pro-
cul: id est/longe/ in penā pecca
ti ipsius populi: et tetēdit illud
Moyses extra castra.i.ex alte-
ra parte castrorum/ et satis lon
ge ab eis/quasi iam indigni es-
sent diuino ꝯsortio. Vocauitq̄
nomen eius tabernaculū fede-
ris: quia ibi populus orabat et
recōciliabatur deo. Jam enim
quasi contractum fuerat fedus
inter populum et deum in depo
sitione ornatus ipsius populi:
Et omnis populus/ non quidē
simpliciter omnis: sed qui ha-
bebat aliquam questionē/ sup-
ple notabilē: egrediebatur ad
tabernaculum federis extra ca
stra/scilicet ad Moysen/ q̄ ip̄m
tabernaculum intrabat cū deo
loquens: vt dicit Petrus Co-
mestor: Cūq̄ egrederet Moy-
ses ad tabernaculū/scilicet ad
orandū deum pro populo: sur-
gebat vniuersa plebs/ scz exhi-
bendo ei reuerentiam tāquam
duci suo et summo pastori: Et
stabat vnusquisq̄ in ostio pa-
pilionis sui/ et adorabat pro-
cul. Et vt dicit hic glos. ordin.
papilio est quoddam genus tē
torij: quod sic dicitur ad simi-
litudinē papilionis volatilis:
eo q̄ de loco ad locum facile
moueretur. Vnde milites qui
stant sub diuo/ vtuntur commu
niter talibus papilionibus/ seu
tentorijs/ vt protegātur ab ar-
dore solis/ item a pluuia/ siue
grandinibus: et huiusmodi.

¶ Circa hanc breuem literam
mouentur q̄dam breuia dubia.

¶ Primum igitur dubiū: quid
intelligitur per predictū taber
naculum? Ad hoc iam dictum
est secūdum opinionem Petri
Comest. q̄ per ipsum intelligi-
tur quoddam paruum taberna
culum quod sibi fecerant filij
Israel/ vt ante ipsum iura tra-
ctarent/ siue lites et questiones
inter homines terminarēt. A-
lij autem dicunt q̄ istud taber
naculum non erat aliud q̄ ma
gnum tabernaculum de cuius
erectione fit expressa mētio in
fine huius libri. De quo omnia
que hic dicuntur per anticipa-
tionem dicuntur. Hoc autem
probāt dupliciter. Primo qui-
dem ex nomine: quia Moyses
vocauit illud tabernaculum fe
deris: quod proprie dicitur de
magno tabernaculo. In illo e-
nim statuit deus pactum cū po
pulo Israel. Secundo vero/ q̄z
illa magnifica gloria diuine ap
paritionis et allocutionis: de
qua hic subditur: videtur pro-
prie spectare ad illud taberna-
culum magnum: sicut patet ex
his que in fine hui9 libri de eo
dicuntur. Fit autem in presen-
ti mentio per anticipationem:
et hoc ad insinuādum quomo-
do propter humiliationem po-
puli et preces Moysi: de quib9
duobus supra facta est expres-
sa mētio: deus ip̄e sic plene re-
cōciliatus fuit/ vt in ipso taber
naculo postmodum facto/ sua

gloriā ipsis Hebreis mirabilr et Moysi singularissime atq; familiarissime demōstraret. Hec autem omnia sunt de mēte domini patriarche de Pal.

¶ Secundum dubium: Quare Moyses tetēdit huiusmodi tabernaculum extra castra? Dicēdum ꝙ propter duo. Primo quidem in penam peccati idolatrie quod commiserat popul⁹ intra castra in adoratione vituli aurei. Non ergo cōgruum erat vt ibi cōstrueretur tabernaculum dño vbi prius cōstructum fuerat idolū diabolo. Penosum etiam erat atq; laboriosum pplo: vt oīs qui habebat questionē egrederet extra castra ad Moysen ibi iudicantē: et ideo in penā peccati ppli hoc factū est. Secūdo quia locus intra castra erat subditus tumultibus populi. Extra aūt castra erat maior quietudo ad iudicandum de querelis populi. Hinc est etiam ꝙ licet episcopis habere domum pastoralem extra vrbem.

¶ Tertiū dubiū: quantū distabat hmōi tabernaculum a castris? De hoc nihil dicit scriptura determinate: sed tm̄ ꝙ procul. Nihilominus de Lyra dicit ꝙ duob⁹ milib⁹ cubitis lōge erat ab hmōi castris. Et hoc accepit a Rab. Sali. Hoc aūt factū est ad humiliationē ppli: sicut de coronis dictū est: quia sicut deus reddebat se elongatū a filijs Israel: dicēs ꝙ nō ascēderet cū eis: ita et Moyses qui erat medi⁹ inter deū et pplm: elōgauit se a castris duob⁹ milibus cubitis.

¶ Quartū dubiū: Quare Moyses vocauit nomē eius tabernaculū federis? Respōsio: eo ꝙ ibi dñs familiariter cū eo loquebatur. Insup etiā eo ꝙ ibi decidebātur cause q̄ poterāt esse causa cōtētionis et discordie in pplo. Hinc dr̄ in littera: Et oīs populus q̄ habebat aliquā questionem etc. Nō ergo quecunq; cause ibi decidebantur: sed tm̄ magne. De minoribus autē habebatur recursus ad illos iudices q̄ fuerāt instituti de cōsilio Jethro: vt habet. s. xviij. c. Da exemplū de summis curijs que parlamēta dicuntur: ad quas hodie habet recursus: sed non nisi pro magnis et arduis causis. Inferiores autem in inferioribus curijs terminantur et deciduntur.

¶ Moraliter et. j. Per hoc ꝙ Moyses tetendit tabernaculū extra castra procul: designetur ꝙ qui vult deuote orare dñm debet vitare frequētiā et tumultum populi: et querere locū solitarium. Unde cōmuniter abbatie ab antiquo fundate sunt separate a frequentia populi. Hoc autē specialiter apparet de monasterijs Cisterciēn. ordinis: que frequenter sunt site in locis nemorosis et siluestribus. Taceo de Cartusiēn. qui pre ceteris ducunt vitam solitariam. Similiter et beatus pater Augustinus instituit quendam ordinē: qui dictus est fratrum in eremo: eo ꝙ de facto professores dicti ordinis olim inhabitabant eremū. Sed tamē relicta eremo: facti sunt villatenses: qui ad perpetuam rei memoriā dicuntur fratres eremite beati Augustini. Hi sunt

quos

quos vulgo dicimꝰ fratres Augustineñ. Unde in figura/ ꝙ solitudo est multū necessaria in oratione/ legimus Numeri. xx. ꝙ Moyses et Aaron dimissa multitudine ꝑplī/ ingressi sunt alia vice in tabernaculum federis: vt orarent dominū pro impetratione aque. Per quod innuitur/ ꝙ si velimꝰ orare dominum pro impetratione aque gratiarum/ debemus dimittere populum/ ⁊ eligere solitudinem.

¶ Moraliter ⁊ secundo/ ꝑ hoc ꝙ Moyses posuit tabernaculum federis extra castra: vt ibi magis deuote oraret dominū: designat ꝙ qui volunt deuote orare dominum/ debent exire extra castra: id est/ debēt quodāmodo exire extra sensus corporeos per feruentem mentis contemplationem Joan. iiij. Spiritus est deus: ⁊ ideo eos qui ipsum adorant/ in spiritu ⁊ veritate oportet adorare. Itē Apo. i. Cor. xiiij. Orabo (inqͣt) spiritu/ orabo et mente. Et de consecra. distin. i. ca. quando. Cyprianus papa sic ait: Quando (inquit) stamus ad orationē fratres/ inuigilare et incūbere ad preces toto corde debemꝰ: cogitatio carnalis hominis et secularis abscedat/ nec quicq̃ tunc animus aliud q̃ id solum cogitet quod precatur. Ideo ⁊ sacerdos ante orationem prefatione premissa/ parat fratrū mentes/ dicēdo/ sursum corda: vt dum respondet plebs/ habemus ad dominū: admoneatur nihil se aliud q̃ dominū cogitare debere. Claudatur cōtra aduersarium pectus/ ⁊ soli deo pateat/ nec ad se hostem dei tēpore orationis venire patiatur. Hec ibi. Hinc August. in regula de cōmuni vita clericorum. Psalmis (inquit) et hymnis cū oratis deum: hoc versetur in corde/ quod ꝓfertur in ore. Item idem super Joan. tracta. ix. Nihil (inqͣt) ꝓdest strepitus oris/ muto corde. Et huius rationē assignat idem Augu. sup Ps. dicēs: Quando enī legis/ deus tibi loqͣtur. Sed cum oras/ cū deo loqueris. Nec valet excusatio eorum qui non credūt se intelligi a deo/ aut conceptum ⁊ intentionem eorum ab eo nō percipi/ nisi ore ⁊ voce id exprimant. Hec enim cogitatio heretica est/ ⁊ iniuriam facit deo: quia non credit ipm̄ plene cognoscere cogitatiōes hominū/ atq̃ scrutari corda. Cuius tamen contrarium patet Hiere. xvij. vbi loquitur propheta in ꝑsona domini/ dicēs: Ego dominus/ scrutans corda/ ⁊ ꝓbās renes. Et in Ps. Dn̄s scit cogitationes hominū. In cuius rei testimonium dixit Christus ad Judeos Matth. ix. Quid cogitatis mala in cordibꝰ vestris? In hoc ergo euidēter Christꝰ ostendit se cognoscere eorum cogitationes.

¶ Moraliter ⁊. iij. Per hoc ꝙ Moyse ingrediēte tabernaculum federis/ assurgebat illi vniuersa plebs Judeorum/ denotatur ꝙ ingrediente ecclesiam euāgelico sacerdote/ curā animarum habente/ debet illi assurgere totus populꝰ. Qui quāto maior officio fuerit/ tāto plꝰ honorandus est. Etiam plusq̃ sacerdos legis/ ꝯm ꝙ veritas

est

est prestātior figura/ ꝛ lux vmbra/ atq̄ signatū suo signo: et scd'm q̄ sacramēta noue legis/ sunt p̄stantiora sacramētis legis antique. Hoc eīn voluit exprimere apost. j. Tim. v. dicēs: Qui bñ p̄sunt p̄sbyteri/ duplici honore habeant: tū q̄ p̄sbyteri. i. sacerdotes ꝛ ministri dñi: tū q̄ bene presunt alijs. Prio ergo honorandi sunt/ ꝓpter dignitatē sacerdotalē/ q̄ maior est dignitate oīm secularium: etiā regali: vt patet dist. xcvj. duo. in principio. Scd'o honorandi sunt ꝓpter officiū: ꝛ presertim qñ bene et laudabiliter ꝑ eos gerit. Ideo apo. vbi supra subdit dicens: maxime q̄ laborāt in verbo ꝛ doctrina. Talē etiā honorē exhibendū p̄sbyteris p̄cepit frequēter dñs. s. q̄tiens p̄cepit parentes debere honorari. Ipsi eīn sunt parentes nostri/ ꝛ p̄res/ q̄ nos genuerunt ꝑ sacramētorum administrationem. Hoc etiā precepit dominus Leuit. xix. dicēs: Honora p̄sonā senis. Merito ergo debet populus illis assurgere tēpore et loco.

¶ Moraliter ꝛ quarto/ iuxta illud verbū: Stabat vnusq̄sq̄ in ostio papilionis sui. Notandū q̄ corp⁹ (q̄d gerim⁹) ē velut papilio anime nostre/ sub q̄ abscōditur ipsa anima. Tunc ergo homo stat in ostio papilionis sui: qñ non curiose hincinde euagat sed seipsū intra seipm̄ recolligit: tunc eīn min⁹ faciliter capitur a tentatore. Auceps eīn nō facile capit aues/ q̄diu latitāt intra ramos arborū/ aut vbi se abscondūt sub dumis et sepibus. Applicatio est facilis de diabolo/ q̄ ad hominē se recolligentem. In cuius figurā legit Geñ. xxxiiij. de Dyna filia Jacob/ q̄ q̄diu māsit intra domum patris sui/ virgo permansit: sed postq̄ inde exiuit/ vt videret mulieres regionis Sichimorum: statim rapitur ꝛ corrumpitur a Sichem filio Emor/ q̄ erat princeps terre illi⁹. Sic ꝛ multi iuuenes/ quādiu retinentur domi sub cura parentum/ euitant multa mala: in q̄ incidunt⁹ qñ vagant hincinde/ siue ad choreas/ siue ad spectacula ꝛ vanitates seculi. Ista notare debēt illi religiosi/ quibus non incūbit predicationis officiū/ qui libēter discurrūt ꝛ exeunt monasteriū suū/ siue causa visitādi parētes/ egrotos/ vel aliam fingentes occasionē ꝛ excusationem in peccatis: et q̄d multo periculosi⁹ est/ idē operant nonnulle moniales/ que nō in hac parte sanctimoniales vocāde sunt: ex quarū egressu interdum sequunt grauia scādala/ q̄que etiā perueniūt quādoq̄ vsq̄ ad sacros fontes ecclesiarum. O vtinā atq̄ vtinā huiusmodi moniales bene notarent pariter ꝛ obseruarent verba Hiero. ij. parte epistolarum suarū/ epistola. xiiij. ca. xxv. sic inquientis: Extra monasterij limites nulla omnino vestrū/ o sorores charissime/ fas sit perãsire. Hec lex/ hec norma/ hec summa professio omnibus vobis. Et que semel intrauerit ex sororibus/ nunq̄ (si fieri potest) egredi permittatur. Hec ille. Item idem postea sic ait: Charissime/ monasterium vestrum

ārum sepulchrum eligite / vbi
mortue cū Christo / mūdo / cō-
cupiscētijs eius / sole cum ipso
Christo ibidem maneatis se-
pulte: quousq; resurgentes cū
ipso apparebitis in glia eius.
Murorū munitionibus sic vn-
diq; circūcingatur locell⁹ ve-
ster / q᷑ vix pateat auibus adi-
tus. Sic tendātur muri in al-
tum / q᷑ nō solū non liceat pedi-
bus: sed nec oculis q̄ intus ge-
runtur agnoscere. Ostia forti-
ter ferentur clauibus. Sit vna
vel plures fenestrule / sic vir-
gis ferreis artate vndiq; / vt
vix digito pateat aditus. Hec
Hiero. Quod ergo alique san-
ctimoniales habeāt perpetuā
clausuram: alie autē non: non
ex vi cōstitutionis ē / sed verius
⁊ purus abusus / quo ad eas q̄
gloriantur se non habere hu-
iusmodi perpetuā clausuram.
Uerum q᷑ iura noua prohibēt
sororib⁹ illis que militant sub
ordine beati Dominici / ⁊ bea-
ti Francisci / ne exeant mona-
sterium suum sub pena excom-
municationis / preter q̄ in cer-
tis casib⁹ / in earum regula cō-
tentis. Sed ex hoc non sequit
q᷑ magis liceat sanctimoniali-
bus beati Benedicti / aut alijs
exire septa monasterij sui / q̄ il-
lis. Et simile iudicium est de
ingressu virorum ad eas pre-
ter casus in earum regula con-
tentos. Sed de hoc ista suffi-
ciant.
¶ Allegorice ⁊ primo: Taber-
naculū federis / ē ecclia Chri-
stiana / ꝑ quā recōciliant Chri-
sto. In cui⁹ figurā dixit Salo-
mon ad dn̄m de tēplo (qd̓ erat
figura ecclesie) Quicūq; ora-
uerit te in loco isto / tu exaudie-
re cum digneris de celo / loco
tuo sancto. iij. Regū. viij. Hu-
iusmodi autem tabernaculum
federis est hodie extra castra /
id est / extra synagogā Judeo-
rum / ⁊ ritum eius: quē non li-
cet christicolis obseruare / nec
quo ad circuncisionē / nec quo
ad immolationē agni pascha-
lis / nec quo ad obseruantiam
diei sabbati: ⁊ huiusmodi. Hec
enim omnia Christo dicente ī
cruce / cōsummatum est: cōsum-
mata sūt / ⁊ veraciter mortua.
Nobis ergo Christianis nō li-
cet respicere faciē Moysi / sed
tergū ipsi⁹: quasi a nobis rece-
dētis / quo ad figuralia. Judei
aūt qui ponūt spē in legalib⁹ /
respiciūt ipsum Moysen quasi
ad faciē / ⁊ male. Quia vt dicit
Apost. ij. Corin. iij. cū legitur
Moyses / velamen positū est su-
per cor eorū: q₂ ponentes spem
in legalibus errant. Ecce vela-
men positum super cor eorum.
¶ Allegorice ⁊ secundo / iuxta
illud: Aspiciebant tergū Moy-
si. Notandū / q᷑ Grego. istud ex-
ponit de predicatoribus veri-
tatis: dicens / q᷑ Moyses est pre-
dicator veritatis / qui cū alta
de deo loquit / superne habita-
tiōis iam vtcūq; tabernaculū
celi ingredit. Cui⁹ ꝑdicatio-
nis officiū et virtutē si infirmi
plene pensare non possunt / tā-
quam velut terga aspiciūt: q₂ postre-
ma que valent / ꝑ intellectū se-
quuntur: sed in ipsis minimis
q̄ capere sufficiūt / de suis papi-
lionibus quasi exeunt / ⁊ in o-
stijs stant: q₂ habitacula car-
nis relinquere / ⁊ ad illa eterne
vite gaudia que audiūt ꝑgre-

al conantur. Hec ille.
¶ Allegorice et tertio, iuxta illud: Stabat vnusquisque in ostio sui papilionis. Notandum q papilio (qd est tentorium quoddam) recte fidem designat, sub qua quamdiu viuimus in presenti, oportet nos stare et ambulare: quia teste Apost. j. Corin. xiij. Uidemus nunc per speculum in enigmate: tunc autem, scz in patria, facie ad faciem. Et. ij. Corin. v. dicit: q per fidem ambulamus. i. in enigmatibus tantum deum cognoscimus, et ad ipsum tendimus, et non per speciem. i. clare scz facie ad faciem eum videntes, sicut supple in patria. Un Augu. Quid est fides, nisi credere qd non vides? Et hoc est qd ait Apost. Hebre. xi. Fides (inquit) est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.
¶ Allegorice et quarto, iuxta illud vltimum verbum: Aspiciebantque tergum Moysi. Notandum et conformiter ad glo. ordi. q Moyses tenet figuram legis. Moysi ergo tergum populus Judaicus aspiciebat: quia nihil mysticum, nihil spirituale in lege voluit dictus populus intelligere, sed tm superficiem litere: ideo eius facies abscondita erat: id est, vera et mera cognitio. Populus aut Christianus non ad tergum respicit alterum Moysen, Christum: quia non in enigmatibus et figuris locutus est mundo: sed facie ad faciem: quia aperiens os suum, docebat populum, dicens: Beati pauperes spiritu etc. Matt. v.
¶ Anagogice: Moyses (vt sepe dictum est) Christum significat. Hic itaque Moyses tulit tabernaculum. i. corpus suum, in quo reconciliati sumus deo patri: sm illud. ij. Corint. v. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Tulit (inquam) hmoi tabernaculum in ascensione sua, quando corpus suum assumpsit de hoc seculo nequam, et tetendit illud extra castra procul. i. vsque ad celum, extra locum mortalitatis et miserie: iuxta illud Psal. Eleuata est magnificentia tua. i. humanitas: in qua tu (supple Christe) multipliciter magnificatus es in pnti seculo: et hoc sup celos, supple materiales: qr vsque ad celum empyreum: vl sup celos spirituales. i. angelos. Ps. Ascendit super Cherubin, et volauit, et volauit super pennas ventorum: id est omnium angelorum. Adeo ergo alte ascendit, q dicit nunc sedere ad dexteram dei patris. i. in potioribus bonis glorie. Unde Apost. Heb. j. de filio loquens, ait: Sedet ad dexteram maiestatis eius: scz pris in excelsis: tanto angelis melior effectus, quanto differentius pre illis nomen hereditauit. Ecce igit quomodo Christus tetendit tabernaculum suum. i. corpus in gloriosa ascensione sua extra castra pcul. i. longe a nobis. Istud aut tabernaculum hodie vocat tabernaculum federis: qr ipse Christus (sm q homo) reconciliat nos deo patri: vt dictum est. Et. j. Joa. ij. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apd patrem Jesum iustum: et ipse est ppiciatio pro peccatis nostris. Non pro nostris autem tm, sed etiam p totius mundi. Bene ergo dicitur tabernaculum federis. Quid ergo et hoc restat, nisi q nos miseri peccato-

 res

res quã habemus continue questionem que discutitur coram diuina maiestate et throno dei/ egrediamur ad huiusmodi tabernaculum quod Christus est: nos et causam nostram/ apud deum patrem agitatã/ deuote cõmẽdantes. Quod vbi fecerimus/ indubie bonũ exitum obtinebimus: quia nihil negabit deus pater Christo filio suo. Quod autem sequitur: Cumque ingrederetur Moyses in tabernaculũ: surgebat vniuersa plebs: possumus referre ad illam reuerentiã/ que ab angelis exhibita est Christo ascendenti in celum. Unde pre admiratione dicebant / illud Esa. lxiij. Quis est iste qui venit de Edom: tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus/ in gloria sua: gradiens in multitudine fortitudinis sue. Quibus ipse respondit quod sequitur: Ego qui loquor iustitiam/ et propugnator sum ad saluandũ. Quibus replicantibus et dicentibus: Quare ergo rubrũ est indumẽtum tuũ/ et vestimenta tua/ sicut calcantium in torculari? Respondens idẽ Christus ait: Torcular calcaui solus: et de gẽtibus non est vir mecum. Que omnia possunt iuste referri ad Christi passionem et resurrectionem. Ipsi tamen angeli/ qui hec dicebant de Christo: stabant vnusquisque in ostio papilionis sui. i. in celo: nihil perdẽtes de visione diuine essentie. Da exẽplũ de bonis angelis qui sunt inter nos/ vt nos custodiant. Quod autẽ finaliter sequitur: Respiciebãtque tergũ Moysi/ donec igrederetur tētoriũ: referendũ est ad Christi ascẽsionẽ in celum. Nam tũc apostoli/ qui erant presentes/ viderunt tergum eius. i. eius humanitatẽ que ferebatur in celum: sed diuinitatem virtute cuius hoc fiebat/ minime videbant. Et hoc est quod dicitur Act. j. Uidentibus illis eleuatus est: supple Christus in celum: et nubes suscepit eum ab oculis eorũ: scilicet apostolorum. Et hoc est tergũ Christi respicere/ donec ingrederetur tẽtorium celi. Sed quia hec expositio magis videtur ptinere ad allegoriã quam ad anagogiã: ideo restat subdere aliam expositionẽ mere anagogicã.

¶ Anagogice igitur et aliter notãdũ/ quod per tabernaculũ intelligitur ecclesia triumphans/ que est illud tabernaculum: de quo Psal. pro admiratione querit a spiritusancto/ dicẽs: Dñe quis habitabit i tabernaculo tuo? Cui respõdet ipse spiritussanctus/ dicẽs: Qui ingreditur sine macula etc. talis/ supple habitabit i tabernaculo meo celesti. Istud tabernaculũ positum est extra castra pcul. i. extra psentẽ mundũ. Nõ enim quereñda est beatitudo in psenti seculo/ sed in alio tñ. Unde illi tres apli/ qui interfuerunt trãsfiguratiõi dñi et qui dixerunt eidẽ: Dñe bonum est nos hic esse. Matth. xvij. quasi querentes beatitudinẽ in pñti/ grauiter errabãt. Non enim expectãda ẽ beatitudo perfecta in presenti vita: que plena est tot et tãtis miserijs/ vt dicitur Job. xiij. quod homo natus de muliere/ breui viuẽs tpe/ replet multis miserijs. Cũ ergo beatitudo sit status oim bonorum aggregatione pfectus: vt dicit

vt dicit Boeti⁹ de Consol.phi losophie / libro.iij.psa.ij.cõse quēs est / q non potest haberi in presēti vita. Preterea dicta ecclesia triumphās merito po test appellari tabernaculū fe deris. Nā sicut fedus pacis in ter principes primo tractat et terminatur in loco secreto / si ue in cōsilio eorū arctissimo / z inter paucos: deinde publice promulgatur z pnūciatur: sic etiam fedus quod factū est in ter deū z hominē / primo cōclu sum est in loco secretissimo. i. i celesti consistorio: deinde di uulgatū est per mundum / per angelum dicentē. Luc. ij. Glo ria in altissimis deo: z in terra pax hominibus bone volunta tis. Ecce quare paradisus dici tur tabernaculū federis. Illō autem fedus nūq̄ ruptum est / ex parte dei: sed frequenter rū pitur ex parte hominum: quia totiens quotiens quis morta liter peccat. Et quia multe cau se et lites inter homines non terminantur in presenti: eo q pauper nō potest preualere in causa iusta contra diuitem et potentē / scd3 illud Isido. hbū: z ponit. xj. q iij. paup. Pauper dū nō habet qd offerat i iudi cio: nō solum audiri cōtēnitur / sed etiā contra veritatē oppri mit. Cito violat auro iustitia: nullāq̄ reus ptimescit culpā / quā redimere nūmis existiat. Ideo tales cause reseruantur terminande i secretissimo z oc cultissio foro dei post hāc vitā. Et hoc ē qd subdit: Et oīs qui habebat aliquā q̄stionē / egre diebat ad tabernaculū feders. Quod autem postea sequitur / exponatur vt prius.

¶ Quarta clausula.



Ngresso autē illo tabernaculū fede ris / descendebat colūna nubis: et stabat ad ostium. Loquebatur q̄ dñs cū Moyse / cernētib⁹ vniuersis q colūna nubis staret ad ostiū tabernaculi. Stabātq̄ z ipsi z adorabāt p fores tabernaculo rū suorum. Loquebaturq̄ dñs ad Moysen facie ad faciem: sicut solet loqui homo ad amī cū suū. Cūq̄ ille reuerteretur in castra: minister ei⁹ / Josue fi li⁹ Nun puer / nō recedebat de tabernaculo. Dixit aūt Moy ses ad dñm: Precipis vt edu cā populū istū / z nō idicas mi hi quē missur⁹ sis mecū: pser tim cū dixeris / noui te ex no mine / z inuenisti gratiā coram me. Si ergo inueni gratiā i cō spectu tuo / ostēde mihi faciem tuā: vt sciā te: z inueniā gřam ante oculos tuos. Respice po pulū tuū / gentem hāc. Dixitq̄ dñs: Facies mea pcedet te: et requiē dabo tibi. Et ait Moy ses: Si nō tuipse precedas: ne educas nos de loco isto. In q̄ eñ scire poterim⁹ / ego z popu lus tu⁹ / inuenisse nos gratiam in cōspectu tuo / nisi ambulaue ris nobiscū: vt glorificemur ab oibus populis q̄ habitant sup terrā. Dixit aūt dñs ad Moy sen: Et verbū istud quod locu tus es faciā. Inuenisti eñ gra tiā corā me: z teipsum noui ex noie. Qui ait: Ostēde mihi glo riā tuā. Respōdit: Ego ostēdā omne bonū tibi / z vocabor in noie dñi coram te / z miserebor

cui voluero: et clemens ero in quem mihi placuerit. Rursusque ait: Nõ poteris videre faciem meã. Non enim videbit me homo et vivet. Et iterũ: Ecce (inquit) est locus apud me: et stabis supra petrã. Cũque trãsibit gloria mea: ponam te in foramine petre: et protegã dextera mea donec transeã. Tollamque manũ meã: et videbis posteriora mea: faciem autẽ meam videre non poteris.

¶ Historialiter postque in precedenti clausula egit famulus domini Moyses de trãslatione tabernaculi federis: qd prius erat in mõtis radice: sed in penam peccati idololatrie populi Israelis: Moyses ipsũ trãstulit ad aliũ locum. s. extra castra procul: hic consequenter loquitur de colũna nubis in qua dñs loquebatur eidẽ Moysi: qui petiuit videre faciem dñi. Refert ergo Moyses: que eo ingresso tabernaculum federis: quod erat ad modum tentorij factũ: descendebat colũna nubis: et hoc ad designandũ dei presentiã specialem: et stabat: supple dicta colũna: ad ostiũ. Loquebaturque dñs cũ Moyse usque ibi: i. ad ostium tabernaculi. Populus autem non dubitabat deum esse presentẽ in huiusmodi columna: illue in sei ilue in angelo: magis tamen credebat primum que secundũ: quãuis forte aliter esset. Stabantque ipsi. s. populi: et hoc in signũ reuerentie: et adorabãt per fores tabernaculorũ suorũ: in quibus erant. Sed quẽ adorabant? Certe non Moysen: sed deum in nube presentem. Loquebaturque dñs ad Moysen facie ad faciem. i. ter. i. manifesta visiõe sicut solet loqui homo ad amicum suum. Ut autem dicit hic glo. ordi. scriptura hic loquitur secũdũ opinionem populi. Putabat enim populus: que Moyses loqueretur ore ad os cum deo: cũ tamen per subiectã creaturã. i. per angelum vel per nubẽ cũ eo loqueretur et appareret. Nã eius substantiã nec angelorum: nec hominũ quisque: sicut est: videre potuit. Unde inuisibilis dr ab apostolo. j. Tim. j. cum ait: Regi seculorũ: immortali: inuisibili: soli deo honor et gloria. Item idem apost. j. Tim. vj. dicit de ipso: que inhabitat lucẽ inaccessibilem. Hoc tamen sic intelligendũ est: que nec angelus: nec homo potest virtute naturali peruenire ad dei visionẽ. Hoc tamẽ potest vterque virtute supernaturali. Uel forte ista intelligũtur de visione comprehensiua. Illa enim nulla virtute potest communicari angelo aut homini: sed tãtum visio apprehensiua: et hoc adhuc non nisi supernaturaliter. Mediante igitur lumine glorie in celo: cognoscemus deum facie ad faciem: sicut homo videt amicũ: cui loquitur facie ad faciem. Unde. j. Jo. iij. Uidebimus eũ sicuti est. Uel loquebatur dominus ad Moysen facie ad faciẽ. i. multũ familiariter: ideo sequitur: sicut solet loqui homo ad amicũ suũ. Ipse tñ Moyses tũc nõ vidit diuinã essentiã. Nam cũ hoc peteret dicẽs ad dñm: Ostẽde mihi gliam tuã: Respõdit illi dñs: Nõ poteris videre faciem

facië meã: vt ĩr infra hãc clau
ſulã. Sequit: Cũq; ille.ſ. Moy=
ſes reuerteret̃ i caſtra.ſ.ad vi=
ſitandũ populum poſt collocu
tionẽ cũ deo: miniſter ei⁹ Jo=
ſue filiꝰ Nun/ q̃ alio nomine di
ctus eſt Jeſus filiꝰ Naue: puer
.i. famulꝰ ſecũdũ modũ loquẽ
di ſcripture: vel puer.i.iuuenis
reſpectu Moyſi: vt dicit ꝺ Ly
ra. nõ tamen erat ita iuuenis/
quin iam eſſet factus dux exer
citꝰ in ꝑlio cõtra Amalech: vt
dictũ eſt ſupra.xvij.huiꝰ. Non
recedebat ꝺ tabernaculo. Quõ
aũt iſtud debeat intelligi/ ſta=
tim dicetur.ſ.in ſol. ad quartũ
dubiũ. His ergo premiſſis po=
nuntur ſupplicationes ipſius
Moyſi ad dñm: q̃ ſunt tres.
¶ Pᵃ igit̃ ſupplicatio Moy=
ſi ad dñm/ talis eſt: Precipis
vt educã populũ iſtũ.ſ. de de=
ſerto in terrã promiſſionis: qꝺ
eſt mihi valde graue ꝛ onero=
ſum.ſ.propter meã imbecillita
tẽ/ ꝛ populi ꝑuerſitatẽ. Et de
iſto ꝑcepto habetur in fine ꝑ=
cedentis ca. vbi ait dominꝰ ad
Moyſen: Tu aũt vade/ et duc
populũ iſtũ quo locutꝰ ſum ti=
bi. Et nõ indicas mihi quẽ miſ
ſurꝰ ſis mecũ. Cõtra: qꝛ in fine
ꝑcedẽtis c. dñs dixerat ei: An
gelꝰ meꝰ precedet te. Ad hoc
autẽ dicẽdũ/ ꝙ Moyſes in his
verbis non loquit̃ de quocũq;
mittẽdo/ ſed de tali qualẽ ſibi
ꝛ populo ſuo petit oſtẽdi: ſub=
dẽs: Oſtẽde mihi faciẽ tuam.
Cupiebat ergo ſibi indicari/
an deũ verũ ſecũ mitteret/ ſic
ꝙ faciẽ ſuã videret. Mirũ eſt
ergo/ ꝙ hoc nõ indicas mihi:
ꝑſertim.i.ꝑcipue/ cum dixeris/
Noui te ex noĩe. Licet ergo do=
minus dixiſſet ei/ ꝙ mitteret
angelũ cũ eis. hoc tñ non ſuffi
ciebat Moyſi/ niſi etiã dñs aſ
ſiſteret eis ſpecialiter: ꝑſertim
(inq̃t) cũ dixeris mihi/ Noui te
ex noĩe: qꝺ eſt ſignũ magne di
lectiõis/ ꝛ tãte dñi ad ſeruũ ſuũ.
Vñ ꝑ hoc iſinuat Moyſes/ ꝙ
nõ debebat eſſe cõtẽtꝰ alio cõ=
ductore/ niſi ipe dñs eos edu=
ceret. Ideo ꝯcludit: Si ergo i=
ueni gratiã i ꝯſpectu tuo/ oſtẽ
de mihi faciẽ tuã.i.te mihi fa=
miliarẽ/ ſicut. añ fabricationẽ
vituli: deducẽdo me ꝛ populũ
iſtũ ꝑ teipſũ. Patet ḡ ꝙ Moy
ſes non petebat adhuc viſio=
nẽ diuine eſſentie: ſed ꝙ ipſe
dñs nõ ꝑ angelũ/ ſed imediate
ꝑ ſeipſũ deduceret pp̃lm illũ
vna cũ eo i terrã ꝓmiſſiõis. Et
hoc ẽ ꝙ ait: Si ḡ inueni grãm
in cõſpectu tuo: oſtẽde mihi fa
ciẽ tuã: vt expoſitũ eſt: ꝛ inue=
niã gratiã ante oculos tuos.ſ.
pro populo. Unde ſubdit: Re=
ſpice populũ tuum/ gẽtẽ hãc.
Ecce q̃ ardenti deſiderio ora
bat Moyſes pro populo Iſrae
litico. Propter quod dixit do=
minus ad eũ: Facies mea pre=
cedet te. Ut autem dicit Pe=
trus Comeſt. ecce iam maius
impetrauerat Moyſes. Plus
enim notatur i facie/ q̃ in an=
gelo. Et quia ipſe Moyſes in
facie intellexit aliquem quaſi
deo ſimillimum promitti: ꝛ nõ
ipſum deum venire cum eo:
ideo addidit/ Si tu ipſe non
precedes/ ne educas nos de
loco iſto. Dominus ergo di=
cens Moyſi/ Facies mea pre=
cedet te: reſpondet ſupplica=
tioni ſue/ quam fecerat pri=
us/ dicens: Si inueni gra=

tiam in conspectu tuo / ostende mihi faciem tuam. Sed quia ipse Moyses non adhuc plene intellexerit dñi responsum / ideo facit secundam supplicationē / que sequitur.

¶ Secunda igitur supplicatio Moysi ad dominū fuit talis: Si non tuipse precedas nos / nō educas nos de loco isto: quia enim per faciem domini ipse Moyses intellexerat aliquem alium / adeo ei tamē simillimū: (vt dictum est) ideo de hoc nō contentus / petebat quod ipsemet dominus in propria precederet populum / alioquin eos nō educeret de deserto: vel quia totum non cōcesserat / ideo petebat quod nisi totū cōcederet ipse dominus / quod non educeret / nec eum / nec ceterum populum de deserto. Supra enim dixerat ipse Moyses: Respice populū tuū gentem hanc. Cui responderat dñs: Facies mea precedet te. Nulla facta mētione de populo. Ideo hic rogat et petit / quod non solū se educat / verū etiam totum populum / dicēs: Si nō tuipse precedas nos / nō educas ergo nos de loco isto. Deinde rationem sue petitionis subdit dicens: In quo enim scire poterimus ego et populus tuus inuenisse gratiam in conspectu tuo / nisi ambulaueris nobiscū: scilicet per mirabiliū operationem: vt glorificemur ab omnibus populis / qui ambulant super terram: id est / a gentilibus / auditis scilicet mirabilibus tuis que facies. Nō ergo sufficit vt tu deus precedas me / nisi etiā precedas populum istum. Deinde sequitur dñi responsio ad Moysi supplicationem / cū ait: Et verbū istō .i. rem significatam per verbū / quod locutus es faciā. Et subdit causam / dicens: Inuenisti enim gratiā corā me. Nā noui te ex nomine: id est / proprie et specialiter mihi placuisti. vbi Petrus Comestor: Ille familiarem se ei exhibet / qui aliū nomine suo vocauerit / quod precipue in maiorib9 (quo ad seruos suos) cōmēdatur. Super quo dicit Augusti. quod deus pre omnibus Moysen nouerat / scz notitia approbationis et predestinationis: quia pre omnibus ei placebat. Et sic patet de secūda supplicatione Moysi ad dominum /

¶ Tertia igitur supplicatio Moysi ad dominū. Nam cum dñs dixisset ei: Inuenisti gratiam corā me / et noui te ex nomine: sumpta ex tali familiaritate fiducia / ait: Ostēde mihi gloriam tuā / que scilicet cōsistit in aperta tui visiōe. O magna Moysi postulatio: quia de re valde magna / qua nulla maior / et qua obtenta satiatur humanus appetit9 / dicente Psal. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Et Augusti. lib. j. confess. Fecisti nos domine ad te / et inquietū est cor nostrum donec requiescat in te. Nā vt dicit Grego. et ponit in glo. ordi. Moyses sitiebat per incircunscripte nature claritatem cernere / quē iam ceperat per quasdam imagines videre. Et bene dicit / Ostende: et non / da: tanquam supple in plenā possessionem: quia quantūcunque in pñti mens ad illam eleuetur / non tamen

et nisi ostendatur cōiungitur: qr de⁹ hic nō nisi raptim ꝛ trā- sitorie videt. Sicut Paulus dicit se raptum in tertium ce- lum: in futuro autem accipiet dicte glorie tanꝗ plena pos- sessio: lumen enim glorie/sub quo videtur deus/ nō habetur a vidētibus deum per essentiā in presenti/per modū habitus manentis/ sicut habetur in pa tria: sed solū per modū dispo- sitionis transeuntis/ sicut lu- men recipitur in aere. Et ista sunt de mente beati Thome/ ꝛ similiter de Pal. post eū. Pa- tet ꝙ de supplicatione magna (qr de re magna) ipsi⁹ Moysi.

¶ Sequitur responsio domini ad suā supplicationē dicentis: Ego ostendam omne bonū ti- bi. Ubi glo. ordi. i. eternam re- quiem/ in qua est omne bonū: etsi nō formaliter/ tamen emi- nentissime. Unde Sapiē. xiiij. de sapiētia diuina dicit sapiēs: Venerūt mihi omnia bona pa- riter cū illa. Et vocabor in no mine domini corā te: id est/ vo- cari me faciā deū et ducē ve- strum ex mirabilib⁹ que faciā coram te: ꝛ hoc non ob aliud nisi quia volo: et quia misere- bor cui voluero: scꝫ gratiam in presenti conferendo: ꝛ clemēs ero in quē mihi placuerit/ scꝫ in futuro ei gloriā largiendo. Rursumqꝫ ait dominus: Hic ostenditur modus implendi cō cessum/ scꝫ quantum ad visio- nem dei in ꝓpria essentia. Uñ dicit dominus Moysi: Nō po- teris videre faciem meam/ sup ple ꝓpria virtute. Ad hoc eī oportet ꝙ homo rapiat a vir- tute diuia. Et hui⁹ causa red- ditur cum subditur: Non enim (inquit dominus) videbit me homo ꝛ viuet: scꝫ vita morta- li: sed oportet eum prius mori.

¶ Deinde cum dicit: Et iterū: Ecce (inquit) dominus/ supple ad Moysen: est loc⁹ apud me. Hic ergo ponit dominus mo- dum quo Moyses videre eum posset in assumpta forma sensi- bili gloriosa: vt exponit Come stor. Dicit ergo domin⁹ Moy- si: Ecce locus est apud me/ sci- licet in mōte Sinay/ in quo e- rat quasi specialis mansio dei/ ꝛ locus secretus et apt⁹ illi vi- sioni quā necesse erat fieri ex- tra communem tumultum po- puli. Et vt dicit Andreas/ hic loquitur dominus more huma no. Nos enim qui determina- tas mansiones habemus/ sic loqui solemus. Est locus apud me/ cū deus sit vbiqꝫ. Per hoc autem vult deus innuere ꝙ nō vult ostendere speciem suam gloriosam in omni loco/ sed in monte Sinay. Et stabis supra petram/ scilicet cauernosam. Cumqꝫ transibit gloria mea: id est/ ego voluero pertrāsire/ quasi ambulans in assumpta forma corporali. i. multū fulgi- da: ponā te in foramine petre: id est/ in aliqua cauerna illius petre siue rupis: et ꝓtegam te dextera mea: id est/ ope mea/ vel specialiter: donec transeā. Super quo dicit Petr⁹ Com. sic: Potuit (inquit) esse/ ꝙ in tā ta claritate tunc pertransierit dominus/ ꝙ humanus aspect⁹ non potuisset sustinere/ nisi apposita fuisset Moysi aliqua nubes virtute diuina. Tollam- que manum meam: id est/ nu-

dem virtute mea tibi appositam: et sic supple cum remotior ero: videbis posteriora mea: faciem autem meam videre non poteris: id est, forme a me assumpte claritatem. Unde tradũt Judei (referẽte Petro Comestore) ad literam eum tunc vidisse posteriora hominis, et in occipite eius: id est in posteriori capitis parte. Hoc enim significat occiput occipitis, quãdam ligaturam. Vel vt dicit idem Comestor: Hoc dictũ est ratione similitudinis: quia (inquit) sicut homo a tergo visus cognoscitur, ꝙ sit homo, sed nõ quis aut qualis: ita tũc Moyses potuit cognoscere de illa gloria ꝙ esset dei gloria, sed non qualis aut quanta in se.

¶ Circa autem hunc textum, mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium oritur ꝑpter illud verbum quod habetur in principio huius clausule vbi dicitur: Ingresso autem illo, scilicet Moyse tabernaculum federis. Queritur ergo quomodo ista duo possunt simul stare in veritate: videlicet ꝙ Moyses fuisset ingressus tabernaculum, et ꝙ filii Israel viderent eum? Dicendum, ꝙ ingressus erat in parte tantum. Si enĩ ipse Moyses fuisset totaliter intra tabernaculum ingressus, tũc populus nõ potuisset videre familiaritatem domini ad eum, quod tamen volebat dominus: vt sic populus haberet eum in maiori reuerentia et honore. Postmodum autem descendente columna nubis ad ostium tabernaculi, amplius non viderunt filii Israel Moysen. Audiebant tamen intelligibiliter, ꝙ dominus loqueretur ad eũ: et hoc propter causam predictã.

¶ Secũdum dubium, quomodo potuit fieri, ꝙ omnes et singuli filii Israel potuerunt tũc videre Moysen ad ostium tabernaculi? Dicẽdum, ꝙ huiusmodi tabernaculum erat extra castra procul positum: vt dictum est in precedenti clausula: et forte in eminenti loco positum. Propter quod populus omnis potuit tunc facile in castris suis existẽtẽ videre Moysen stantem in ostio tabernaculi domini. Nam huiusmodi castra erant in humiliori loco posita.

¶ Tertium dubium oritur ꝑpter illud verbum: Loquebaturque dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet etc. Ex hoc enim videtur dari fundamentum erroris infidelibus: vt credant deum habere humanam faciem et figuram. Cui etiam alludit illud Numer. xii. vbi de eodem Moyse loquitur dominus dicens: Ore ad os loquor ei. Pro solutione huius dubii notandum, ꝙ spiritus sanctus (a quo est omnis veritas sacre scripture) sic eam nobis tradidit, ꝙ nullam falsitatem aut errorem in se continet. Nihilominus vnus passus illuc textus declaratur frequenter ex alio. Quia: vt dicit Augustinus libro. vii. confessio. si ipsa scriptura sacra alicubi falsa esset, omnia periclitarentur mendacio: neque in illis literis vlla fidei salus humano

mano generi remaneret. Hec ille. Sed vt dicit idem Augustinus de doctrina Christiana, libro. iij. textus sermonis a precedentibus et consequentibus partibus, que ambiguitatem illam posuerunt in medio, restat consulendus: vt videamus cui nam sententie de pluribus que se ostendunt ferat suffragium: eamque ibi contexi patiatur. Hec ille. Modo ad propositum videamus quid de facie domini, vel ore dicat alibi scriptura sacra. Nonne clamat in plerisque passibus ipsum esse inuisibilem, immortalem, incomprehensibilem, et huiusmodi? Nonne de eo loquens Apostolus. j. Timot. j. ait, regi seculorum immortali, inuisibili soli deo honor et gloria. Et eiusdem. vj. Solus, supple deus habet immortalitatem, et lucem inhabitat inaccessibilem. Itē Malachie. iij. Ego dominus, et non mutor. Si ergo non mutatur dominus, ergo corporeus non est: et per consequens corporeas partes non habet: quia omne tale mutabile est, presertim loquendo de partibus humani corporis et conditione sue nature. Si ergo post hanc vitam corpora electorum erunt incorruptibilia, et inalterabilia, hoc non erit ex conditione sue nature, sed beneficio superioris cause, scilicet dei. Cum ergo in presenti dicitur, quod dominus locutus est ad Moysen facie ad faciem: non debet accipi facies literaliter, qualis est in hominibus: sed recurrendum est ad alium sensum: ita vt sit metaphorica siue transumptiua locutio: ita vt idem valeat quod aperte et manifeste: vt expositum est in litera.

¶ Quartum dubium: Quomodo intelligendum est, quod Josue puer Moysi: id est, famulus, non recedebat de tabernaculo? Nunquid opus erat ei aliquando ire ad necessaria nature, et ad purgandum ventrē? Dicēdum, quod tales locutiones sunt intelligende, non secundum rigorem verborum sed secundum communem modū loquendi hominum. Tunc enim dicimus aliquem non recedere de aliquo loco, quādo ordinarie stat in eo, saluis saluandis. Unde Luce. ij. dicitur de Anna prophetissa, quod non discedebat de templo, ieiunijs et obsecrationibus seruiens die ac nocte. Et tamen necesse erat eam comedere et bibere, et hoc extra templum. Et sic intelligendum est quod hic dicitur de puero Josue.

¶ Quintum dubium: Quomodo potest stare, quod Josue nō recederet de tabernaculo, Moyse reuertēte ad castra. Solis enim sacerdotibus et leuitis licebat intrare tabernaculū. Josue autē nec erat sacerdos, nec de tribu Leui. Igitur: Ad quod dicendū quod ipse Josue proprie non manebat in tabernaculo, cū non esset sacerdos: vt dictū est, sed in alio loco atrij sibi cōstituto. Sicut et modo sacriste morantur circa ecclesias. Sed cū Josue nō esset de tribu Leui, sed de tribu Effraim, queritur quā hoc sibi licuerit? Ad quod dicēdū distinctiue, vel quod scriptura hic non loquitur de solēni tabernaculo, quod

circum-

circũstabant soli leuite: q̃d nõ credo verũ. Uel: q Josue nõ ꝓpria authoritate (q̃ magis esset dicenda temeritas) hoc fecit: sed iudicio superioris.i. authoritate Moysi. Hec de Pal.

¶ Sextũ dubiũ est de colũna nubis: que tũc apparuit: an scilicet fuerit tunc de nouo creata: aut ab eterno: secundum q dicim⁹ primã materiã in principio mundi fuisse productã. Dicendũ: q vtrunq est probabile. Probabilius tamen potest dici: q tunc fuerit ꝓducta ex preiacenti materia. Et tunc cõpleto officio suo: ad q̃d specialit̃ dirigebat ab angelo: rediit in preiacẽtẽ materiã: sicut cõmunit̃ legit̃ de colũba q̃ apparuit sup Christũ baptizatũ.

¶ Septimũ dubiũ oritur propter illud verbũ Moysi ad dominum: Nõ indicas mihi quẽ missurus sis mecũ. Nonne habetur in fine precedentis capituli: q dñs dixit eidẽ Moysi: Angelus meus precedet tc. Quomodo ergo nunc conqueritur Moyses dicens: Non indicas mihi tc. Dicẽdum: q in his verbis non loquitur Moyses de quocunq mittẽdo: vt dictũ est in expositione litere: sed de tali qualem sibi ⁊ suo populo petit ostendi: subdẽs: Ostende mihi faciem tuã. Cupiebat enim sibi ostendi an deũ vel seruum mitteret. Multo plus tamen optabat primũ: q̃ secũdũ.

¶ Octauum dubiũ mouet̃ propter illud verbũ dñi ad Moysen: Noui te ex nomine. Super quo querit August. in questio. sup Exo. vbi de hoc: Nusq̃ enĩ legitur. Et respondet: q multa fuerũt facta et dicta: que tamẽ non fuerunt scripta. Unde Jo. vltĩ. &c de Christo: q multa alia signa fecit in conspectu discipulorum suorũ: que nõ sunt scripta in libro sanctorũ euangeliorum: ita in proposito dicẽdũ est. Uel forte (inqt ipse Augusti.) hoc dicit ꝓpterea: quia supra vers. iij. c. huius: vocauit eum dñs de medio rubi dicẽs: Moyses Moyses. Uel intelligitur: Noui te ex noĩe. i. multũ familiariter. Nã vt dictũ est in expositione litere: signum magne familiaritatis est: quando dñs vocat seruũ ꝓprio noĩe.

¶ Nonum dubium orit̃ ꝓpter illud verbum dñi ad Moysen: Et requiẽ dabo tibi. Que q̃dẽ requies fuit in adeptione terre ꝓmissionis: ⁊ diuini cultus ibidem postea pacifice celebrati. Nunc ergo est questio q̃ñ hec dñi ꝓmissio fuerit impleta: maxime cũ ipse Moyses nunq̃ intrauerit terrã ꝓmissionis: sed mortuus sit in deserto: postq̃ dñs de altitudine cuiusdã montis eam a lõge sibi ostendit: vt habet̃ Deuter. vlti. c. Ad hoc dubiũ respondet Andreas dicens: q etsi ipse Moyses in se non intrauerit predictã terrã: eam tamen intrauerit in populo suo. Uel dici: q p illa verba: Et requiem dabo tibi: dñs promittebat seruo suo Moysi eternam requiẽ: quam complete et i effectu obtinuit: quãdo Christo ascendẽte in celũ: cum illo: ⁊ ceteris patribus de limbo liberatis introiuit.

¶ Decimũ dubiũ: Ex quo Moyses petierat a dño semel vt ostenderet sibi faciem suam: cur iterum

iterum petijt ab eodem vt ostē deret sibi gloriā suā: vt dicitur in textu? Nam illa duo videtur ad idē ptinere. Cum ergo post primā supplicationē ipsi⁹ Moysi respōdisset domin⁹: Facies mea precedet te. Cur ergo iterum replicat, dicens: Ostende mihi gloriā tuam? Dicendū, quod si ille due petitiōes sint de eodem a parte rei, non tamē fm iudicium ipsius Moysi. Dicit enim Petrus Comic. quod in ostensione faciei, quā primo promiserat dñs Moysi, ipse Moyses intelligebat aliquem similimū deo, et non ipsum deum: cū tamen a parte rei non esset alius quam ipsemet de⁹. Et ideo de hoc non satis contētus replicat suā petitionem, dicens: Ostēde mihi gloriam tuam: vbi petebat quod ipse dñs in ppria pcederet: alioquin eos non educeret.

¶ Undecimū dubium: Utrum Moyses petens, et dicens: Si nō tu ipse (supple dñe) pcedas, ne educas nos de loco isto: bene et discrete petierit? Uidetur quod non: quia vbi ipse dñs eduxisset populū suū per angelum in terram promissionis, tūc illi populo simpliciter melius fuisset quam remanere in deserto. Igitur non bene petebat. Dicēdū, quod illud verbum Moysi pcessit ex vehementi desiderio qd habebat de eo quod petebat: scȝ quod ipse dñs precederet et se et populum. Uel dic, quod sicut Moyses erat certus quod dñs nō relinqueret populū suū finaliter in deserto, eo quod iam pmisisset se illum inde educturum, et in terram promissionis introducturum: de qua promissione habetur supra, vcȝ. iij. c. huius. Fidelis autem est deus in pmissis, qui seipsum negare non potest. Item que procedunt de labijs suis non facit irrita. Ideo Moyses hic petebat sic cert⁹ a domino fieri, scȝ quod ipse in propria precederet populum suum, etiam in terram promissionis: sicut certus erat quod ipsum nō relinqret finaliter in deserto. Et huic simile est quod ipse Moyses prius clamabat ad dominū pro populo, qui idololatriam exercuerat circa vitulum conflatilem, dicens: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro vite. supra, in preced. cap. id est, sicut certus sum, quod non delebis me de libro quē scripsisti: sic etiam peto cert⁹ fieri quod dimittes hanc noxam huic populo. Et sic pȝ ad dubium.

¶ Duodecimum dubiū: Utrū idem Moyses bene et discrete locut⁹ fuerit, cū dixit ad dñm: vt glorificemur ab omnib⁹ populis qui habitāt super terrā. Uidetur quod non: quia teste Ps. Non nobis dñe, non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Dicendū, quod illud, vt glorificemur: intelligēdum est in ipso deo: et nō in nobis. Ipse nempe dominus glorificatur quandoqȝ in creaturis suis: sicut rex in seruis.

¶ Decimūtertium dubiū: Cur Moyses tam instanter petit sibi et populo ostēdi maiestatem diuinam in sensibili et magnifica specie, post culpam idololatrie populi iam remissam? Dicēdum, quod propter duo: vt dicit de Pal. Primo quidē ad imprimendum illi populo summam et immensam altitudinē diuine glorie

glorie atq maiestatis. Secun-do vo: q2 ipse met Moyses ad-huc per sensibilia ad diuino-rū cōtēplationē inducebatur. Insup: q2 gētilibus dij eorū p sensibilia signa apparebant.

¶ Decimūquartū dubiū: Nun qd fuit temeritas in Moyse: q petiuit a dño videre diuinam gloriā in p̄senti? Dicēdū q nō: imo valde cōueniens. Decebat enim vt Moyses magister Judeorum: et Paulus doctor gentiū: ipsi primitus viderent gloriā: quā alijs pmittebāt. Moyses qdē sub figura terre promissionis. Unde quādo in mōte moriturus vidit terrā pmissionis oculis corporeis: tūc simul vidit diuinā essentiā oculis mētis. De Paulo autem est expressus textus. ij. Corint. xij. Ibi em̄ dr q raptus est vsq ad tertiū celū: et q tūc audiuit archana verba: q nō licet homini loqui. Propter qd Augusti. sup Gen. ad literā. Et similiter in lib. de vidēdo deū: tenet expsse q vterq vidit deum per essentiam etiam in presenti.

¶ Decimumqntū dubiū moue tur pter illud verbū dñi: Miserebor cui voluero: scz gratiā in p̄senti cōferendo: et clemens tc. Uidetur ergo ex his verbis q nō meremur gloriam dei ex condigno: sed tn̄ ex misericordia dei. Cuius contrariū patet ex illis verbis Apli Ro. iiij. dicētis: Ei qui operatur merces nō imputatur sm gratiam: sed sm debitū. Ad hoc dicēdū: cō formiter ad dñm Pet. de Pal. q gratia dat sine meritis. Alioquin iam nō esset gratia: vt infert Apost. Roma. x. Et hoc notatur in p̄senti cū dicitur a dño deo: Miserebor cui voluero. Gloria autem eterna redditur pro meritis gratia informatis. In cuius rei signum idem Apost. j. Cor. xiiij. ait: Nō ego aūt: sed gratia dei mecū. Item ij. Tim. iiij. ait: Reposita ē mihi corona iustitie: quā reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Et hoc notatur: cū dicit Et clemens ero in quem mihi placuerit. Uelle enim est ab intra ad extra. Placitum autem econuerso. Unde clemens ero: in quem mihi placuerit: id est in eum qui voluntatem meam suis bonis meritis: quasi quodammodo excitauerit.

¶ Decimumsextū dubium oritur propter illud verbum: Non videbit me homo: et viuet. Constat enim sm fidem de Christo: q viuendo vita nature in p̄senti: simul videbat diuinam essentiam. Itē dictum est sm Augustinum de Moyse et Paulo: q adhuc degentes in presenti: viderūt diuinā essentiā. Igitur. Ad hoc dicendum: et primo de Christo: q ipse simul erat verus deus et hō pfect⁹: vñ ex hoc habebat plenariā potestatē sup oēs ptes aīe sue: et sup corpus. Unde ex vtute diuinitatis (sm exigētiā nr̄e reparationis) nō pmittebat gloriam ab aīa diriuari in inferiores partes: siue in potētias redundare. Nec pter hoc patiebatur aliquē defectum glorie: que perfectissima erat in eius intellectu. Sed hoc totum factum est ex diuina dispēsatione (vt dictum est) vt scilz in se haberet ipse Christus vnde nobis mereri posset.

Quod

Quod autem de Moyse et Paulo qui adhuc in presenti viuentes nihilominus viderunt diuinam essentiam. Dicendum quod hoc non est eis concessum tanquam viuentes vita nature. Nam tunc erant abstracti a sensibus corporeis/ siue ab operationibus anime sensitiue/ adeo quod si quis eos tunc terigisset: nihil omnino percepissent.

¶ Moraliter et primo: Per tabernaculum federis/ intelligitur ecclesia/ que est locus sacer. Per columnam autem nubis/ intelligitur gratia spiritussancti/ que descendit desursum: quia vt habetur Jacob. primo: Omne datum optimum/ et omne donum perfectum/ desursum est/ descendens a patre luminum. Et quamuis vbique locorum sit paratus dominus dare mortalibus predictam columnam gratie dummodo sint ad hoc dispositi: conuenientior tamen locus est predictum tabernaculum federis/ id est ecclesia. Ibi enim communiter inueniunt se homines magis deuotos/ et magis recollectos. In cuius figuram legitur Actuum primo/ quod post Christi ascensionem/ Apostoli reuersi Hierosolymam/ intrauerunt cenaculum. Nondum enim adhuc habebant ecclesias. Dictum ergo cenaculum deseruiebat eis loco ecclesie. Ibique receperunt dictam columnam/ id est/ gratiam spiritussancti/ etiam cum signo visibili: vt habetur vbi supra. ij. cap. Item in figuram huius legitur. iij. Reg. viij. quod postquam templum Salomonis (quod gerebat figuram ecclesiarum que apud Christianos hodie sunt) edificatum fuit/ atque dedicatum/ ipse Salomon. conuertit se ad orationem/ dicens: Audi hymnum et orationem domine/ quam seruus tuus orat coram te hodie: vt sint oculi tui aperti super domum hanc/ nocte ac die: vt exaudias orationem meam/ quam in loco isto orat seruus tuus ad te: vt exaudias deprecationem serui tui/ et populi tui Israel: quodcunque orauerit in loco isto/ et exaudies in loco habitaculi tui in celo: et cum exaudieris/ propicius eris. Unde ibi specificantur certi casus pro quibus venientes ad domum istam petit Salomon/ vt exaudiantur a deo.

¶ Moraliter et secundo: Tabernaculum federis/ est corpus humanum. Moyses autem designat spiritum humanum. Tunc ergo Moyses ingreditur tabernaculum federis/ quando humanus spiritus infunditur a deo intra corpus. Per columnam nubis/ descendentem/ designatur fides que in baptismo descendit super paruulum/ qui baptisatur. Bene autem ipsa fides significatur per columnam nubis: quia illuminat omnem hominem/ venientem in hunc mundum/ per baptismum/ quamuis dicta illuminatio non sit vsquequaque clara/ sed obscura et enigmatica. Quia teste Apostolo. j. ad Corinthiorum decimotertio et. Uidemus nunc per speculum/ in enigmate. Sed quid est quod huiusmodi columna nubis stabat in ostio tabernaculi/ nisi quod fides stat in ostio tabernaculi celestis? Non enim illuc intrat: quia per mortem euacuatur/ et illi succedit visio. Propter quod Apostolus (vbi supra) subdit. dicens:

dicens. Tunc autem facie ad faciem. Ecce quomodo ipsa fides stat ad ostium tabernaculi. Quod autem subdit: Loquebaturque dñs ad Moysen facie ad faciem: sicut solet &c. referendum est ad statum qui erit post mortem: vel in ecclesia triumphante. Sed quia iã intramus allegoriam: ideo hic quiescendum nobis est.

¶ Moraliter & tertio: iuxta illud verbũ: Adorabant per fores tabernaculorũ suorũ: notandum q per tabernacula: intelligũtur humana corpora: vt dictũ est. Fores aũt hmõi tabernaculorũ: sunt sensus corporei. Cõtigit aũt bonos hmõi foribus bñ vti: sicut & malos male. Q aũt mali male vtantur pdictis foribus: ptz per illud Hiere. ix. Ascendit mors per fenestras nostras in aĩas nostras. In proposito autẽ idem impoztant fores & fenestre. Unde ad Cain loquẽs dñs. Geñ. iiij. ait: Si male egeris: statim in foribus peccatũ tuũ aderit. Sunt eñi mĩta pctã q̃ diu nõ possunt latere in corde: sed seipsa prodũt ad extra: siue in facie siue i oculis: aut in ore: siue etiã tremore manuũ: & hmõi. Ideo dictũ est ipsi Cain: Si male egeris: statim in foribus &c. Hinc est q multi cum redarguuntur de peccatis suis occultis: mutãt colorem faciei: alij tremunt: et hmõi. Q vero boni bene vtantur talibus foribus: ptz per id quod figuratiue de hoc dicit. Geñ. xix. q sedente Loth in foribus ciuitatis vidit angelos: & iuit obuiam eis: rogãs vt declinarẽt ad domum suã. Item de malo vsu hmõi portarum: & bono: figuratiue legit Hester iij. vbi dicitur: Cũcti serui regis Assueri (per quẽ significat diabolus) qui in forib⁹ palatij versabãtur: flectebant genua: & adorabant Aman. Sic enim preceperat eis Imperator. Solus Mardocheus nõ flectebat genua: neque adorabat eum: sed supple adorabat solum dominum. Ecce igitur qũo boni per fores tabernaculorum suorũ: id est: sensuum suorum: & precipue oculorum: adorãt dominũ deũ & santtos eius: sub aliqua effigie depictos. Sicut ptz de adorantibus imaginem crucifixi: aut beate vginis: & hmõi.

¶ Moraliter & quarto: & cõformiter ad magistrũ Nicolaũ de Lyra: per dñm loquentem ad Moysen facie ad faciem: sicut solet loqui homo cum amico suo: significatur illa specialis familiaritas que contrahit inter deum & hominẽ: vacantem contemplationi: que exercetur per deuotum & pium studium: quale est studium sacre scripture. Nam sm Augus. bonum est orare & legere. Cũ eñi oram⁹: cum deo loquimur. Cum vero legimus: deus loquitur nobis. Homo ergo perfectus in cõtẽplatione presentis vite (que cõsistit in meditatione sacre scripture) habet deum loquentem sibi. Propter quod potest merito dicere cum Ps. Audiã qd loquatur in me dñs deus. Et qm talia desiderat contemplatione patrie celestis: ideo subditur: Ostende mihi faciẽ tuã: scz per apertam visionem. Veruntamen propter bonũ populi: alis

li aliquando talis ad tempus detinetur in presenti vita. Sicut apo. scribens Phil. j. de seipso dicit: Desiderium habens dissolui et eẽ cũ Christo. Manere autem in carne necessarium est propter vos: ideo tali dicitur a domino. Est locus apud me: per quem intelligitur ecclesia militans, in qua reseruat talem virum ad temp9 ad vtilitatem aliorũ: vt dictũ est.

¶ Moraliter et quinto, iuxta illud: Cũqʒ Moyses reuerteretur in castra. Notandũ, q per Moysen intelliguntur prelati ecclesie, qui interdum loquuntur i tabernaculo cũ domino. Interdum etiam reuertuntur ad castra ad populũ suũ: quia partem temporis debent impẽdere cõtemplationi, & orationi, atqʒ studio sacrarum scripturarũ: quod totum pertinet ad vitam contemplatiuã: alteram autem partem eiusdẽ temporis debent impendere saluti & profectui subditorũ. Sic enim faciebat sanct9 ille pater Augustinus, q pro magna parte temporis habitabat in loco solitario. i. in eremo cum viris spiritualibus & eremiticam vitam ducẽtib9, vbi parce et austere viuebat: vacando orationi & contemplationi. Pro altera autem parte temporis morabatur i ecclesia Hipponẽ. vt satisfaceret officio pastorali. Et sicut Martha conquesta est de sorore sua Maria Magdalena apud Christũ, Luce decimo, dicens: Domine non est tibi cure q soror mea relinquit me solam ministrare? dic ergo illi, vt me adiuuet. Sic etiam canonici regulares habitantes i dicta ecclesia Hipponeñ. quãdoqʒ conquesti sũt de dicto patre, q tanto tempore habitaret cum dictis eremitis: vt ipsemet fatet. Sed respondens illis dicit, q non mirum si plus habitabat cũ eis, q̃ cum ipsis canonicis: quia vita illorum erat sãctior & magis dedita cõtemplationi. Unde Christus de Magdalena loquẽs Luce. x. (per quam intelligitur vita contemplatiua) dicit, q Maria optimam partẽ elegit: quod exponens Greg. super Ezech. xiiij. dicit, q pars Marthe non reprehẽditur, sed pars Marie prefertur & laudatur tanquã optima. Quare aũt sit (inqt ipse Gregorius) optima, declaratur cum subinfert, que non auferetur ab ea. Actiua enim vita cum corpore deficit: contemplatiua aute hic incipit, vt perficiatur in celesti patria. Hec ille. Laudandi igitur sunt illi prelati qui exẽplo patris August. dedicant maiorem partem vite sue contemplationi, et cum contemplatiuis cõuersando: minorem aũt occupãt tempore & loco actioni insistendo. Sed nõnulli prelati sunt qui faciunt totum oppositum. Alij vero sunt q nec contẽplationi, nisi forte ad horam, nec actioni se dedicãt: nisi vocent actionem, occupationem circa temporalia: & vtinã non deterius se occupent. Timeo enim in celum ponere os meũ, ideo de talib9 supsedeo.

¶ Moraliter & sexto, iuxta illud sequẽs verbũ, Minister ei9 Josue, filius Nun puer: nõ re-

 cede-

cedebat de tabernaculo. Notandū ꝙ per Josue (qui hic vocatur puer, cū ꝗuis haberet annos plures: vt dictū est in expositione litere) intelliguntur iuuenes etate, qui debent esse pueri. i. puri. i. sine corruptiōe vite et morū. Tales nēpe quādiu sunt pueri, non debēt recedere de tabernaculo domini: vacādo orationi, studio ⁊ omni sanctitati vite, pro modulo etatis sue. Hinc. j. Reg. j. legit ꝙ parētes Samuelis tpe ⁊ loco obtulerūt eū dño: qui postmodū fact⁹ est sanct⁹ pphetа. Item legitur in legenda beati Ludouici Frācorum regis, ꝙ post morte pr̄is sui, mater ei⁹ q̄ Blancha dicebat: tradidit eū erudiendū in morib⁹ ⁊ literis per viros religiosos: ⁊ signāter ordinis fratrū predicatorū ⁊ minorum. Unde tēpore suo euasit in virum perfectū. Bene ergo locutus est Hieremias Threñ. iij. dicēs: Bonum erit viro cū portauerit iugum dñi ab adolescentia sua. Et Prouerb. xxij. Adolescens ambulans iuxta viam suā: etiam cū senuerit non recedet ab ea. Et poeta: Quod a iuuentute capit testa, inueterata sapit. Multū igitur prodest iuuenib⁹ ⁊ pueris a bonis preceptoribus imbui.

¶ Moraliter ⁊ septimo, per hoc ꝙ Moyses tā instanter petiuit dñm sibi adesse in cōductu populi Israelitici in terrā pmissionis, eo ꝙ solus ipse hoc non posset: designat ꝙ pastores animarum, qui habent verbo sancte doctrine, ⁊ exemplo bone vite, eas (quātū in eis est) cōducere ad terram illā, de qua Psal. Credo videre bona dñi, in terra viuētium: debent instanter rogare dominū, vt velit ⁊ dignetur illis assistere: qz sine ipso specialiter assistente ⁊ cooperante: hoc nō possunt. Debent etiam eundem dominum deprecari, vt possint gratiam eius inuenire, quatenus valeant dictum populum suū digne ⁊ laudabiliter conducere vbi prius. Oratio ergo in eis est pernecessaria: et hoc exemplo ipsius Moysi. Uita etiam huiusmodi pastoris debet esse talis, ꝙ mereat inuenire gratiam in conspectu dñi, tam pro se, q̄ pro populo suo. Alioquin melius ei esset nunq̄ assumptum fuisse ad huiusmodi curā animarum. Sed quis est ille prelatus tot ⁊ tantis gratijs ⁊ virtutibus dotatus: vt mereatur cum Moyse audire dñm sibi dicentē: Facies mea precedet te. Quis est hic? ⁊ laudabimus eum. Fecit enī mirabilia in vita sua. Quod ideo dictū est: qz profecto hodie pauci sunt super terrā tales. Quis est etiā inter pastores modernos q̄ mereat audire a dño cum illo pastore Moyse: Noui te ex nomine? Nō quidē tantū notitia simplicis intelligētie, qua nouit omnes dñs, tam bonos q̄ malos: sed notitia predestinationis ⁊ approbationis, qua nouit dñs q̄ sunt eius. De malis aūt ipse ait Mat. xxv. Non noui vos.

¶ Moraliter et octauo: iuxta illud verbum Moysi ad dñm, Si inueni gratiā in conspectu tuo, ostende mihi faciē tuā. Notandū, ꝙ etsi nullus possit me-

reri sibi primã gratiã apud deũ de condigno (alias nõ diceret gratia: vt dictũ est i expositiõe litere) nec gratis daretur: ipsa tñ habita potest homo mereri augmentũ illius: et consequent visionẽ diuine essentie. Ideo ait Moyses ad dñm: Si inueni gratiã in conspectu tuo. Quo supposito subdit: Ostende mihi etc. Nec huic obstat qđ ait postea dñs: Miserebor cui voluero: et clemẽs ero etc. Hoc enim non intelligit de premio eterno: sed de prima gratia: que nõ cadit sub merito: vt dictũ est. Hic ergo inferende sunt quatuor virtutes. Prima talis est: Nullus homo meret sibi aut alteri primã gratiã: qđ intelligit de condigno. Secunda veritas: Solus Christus: qui fuit deus et homo: potuit alteri mereri primã gratiã. Tertia veritas: habens gratiam potest mereri augmentũ illius. Nã scđm Augu. super Joan. Charitas meretur augeri: et aucta perfici. Quarta vitas: habẽs gratiã potest de condigno mereri vitam eternã. Propter qđ Paulus. ij. Timo. iiij. dicebat: In reliquo reposita est mihi corona iustitie: quã reddet mihi dominus in illa die: iustus iudex. In quibus verbis ipse vocat premium eternum: coronam iustitie. Item vocat dominũ: iustũ iudicem. Ergo reddendo premium pro merito: facit opus iustitie. Bene ergo Moyses loquebatur ad dominum: cum diceebat: Si inueni gratiam in conspectu tuo: ostende mihi etc.

¶ Moraliter et nono: iuxta illud: Miserebor cui voluero: et clemens ero etc. Notandum qđ sine acceptione personarũ talia verba potuit dicere dñs: quia vt habetur Actu. x. Non est personarum acceptor deus: sed in omni gente qui timet eũ: et operatur iustitiam: acceptus est illi. Ipse enim vult omnes homines saluos fieri: et ad veritatis agnitionem peruenire. Acceptio nempe personarum solum habet locum: vbi aliquid redditur ex debito iustitie: et nõ ex mera liberalitate dãtis. Sicut dicit beatus Thomas. j. parte. q. xxiij. arti. v. in sol. ad tertiũ. Deus autẽ nemini est debitor: nisi sibi ipsi: et ideo recte potest dicere predicta verba: videlicet: Miserebor cui voluero etc. quia quicquid in hoc facit: ex sola et mera liberalitate facit. Nec potest dici illi: Cur ita facis?

¶ Moraliter et. x. iuxta illud verbũ domini ad Moysen: Nõ poteris videre faciem meam: notandum qđ aliqui impediuntur videre faciem dñi. i. gloriã eternã: de qua Ps. dicebat ad dñs: Ne proiicias me: supple finaliter: a facie tua: et hoc dupliciter. Primo quidẽ ratione contrarietatis et culpe: quia vt dicitur Apoc. xxj. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum: aut abominationẽ faciẽs. Unde postquam Ps. petiuit a domino: dicens: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in loco sancto tuo? statim sibi respondit dominus: dicens: Qui ingreditur sine macula: et operatur iustitiam: talis supple habitabit in tabernaculo meo. Primum

quidem propter paruulos baptizatos. Secundum vero / propter adultos iuste viuentes. Peccata ergo q diuidunt inter deum et nos / et abscondunt faciē eius a nobis: vt dicit Esa. lix. impediunt ne faciem eius videamus. Secundo / aliqui impediuntur faciem domini videre / ratione imperfectionis: sicut oculus noctue / ratione sue imperfectionis et debilitatis / impeditur ne videat solē: et propter hoc status mortalitatis et corruptionis impedit / quādiu hic manemus / ne eam videamus. Nam ad eam videndam requiritur lumen glorie / quod non stat cum corruptione. Propterea dominus dicebat Judeis. Jo. viij. Quo ego vado / vos non potestis venire. Ecce ergo quare dominus dixit Moysi: Non poteris v. f. m. ¶ Moraliter et vndecimo / iuxta illō verbum: Ponam te in foramine petre. Notandum / q per foramen petre / intelligitur memoria mortis. Unde dum aliquis sepelitur / terra aperitur / et fit quasi in ea foramen. Tunc ergo dominus totiens ponit vnumquēq nostrū in foramine petre: quotiens facit nos salubriter habere memoriam mortis. Hoc autē multum nobis prodest: quia talis memoria facit nos vitare peccata et mundana solatia.. Unde sapiens Eccli. vij. ait: Memorare nouissima tua / et in eternum non peccabis. Ualet enim huiusmodi memoria ad vitādum precipue illa tria peccata / que multum regnant in mundo: de quibus scribitur j. Jo. ij. Omne qđ est in mūdo / concupiscētia carnis est / aut etc. Primo enim ponere se in foramine petre / per recordationem mortis / valet ad domandā superbiam. Unde Eccli. x. Quid superbis terra et cinis? Secūdo valet ad extinguendā ardentem auaritiam: quia vt dicit Hiero. secunda parte epistolarum suarum / epistola. lxxxv. ad Paulinum scribens: Facile cōtemnit omnia / qui se cogitat semper esse moriturū. Tertio valet ad reprimendam luxuriam / et omnem carnalē concupiscentiam. Quis enim non cōtēnit talia / dū cogitat corpus suum per mortem cōuertendū in putredinē / vermes / et cineres? Eccli. xj. Malitia vnius hore. i. cōsideratio dolorum et penarum mortis / obliuionē facit luxurie magne. Bonum ergo poni in foramine petre / p consideratonē mortis. Propterea homini dicitur Esa. ij. Ingredere in petram / et abscondere in fossa.

¶ Moralr et duodecimo / iuxta illud vbū: Uidebis posteriora mea. Notādū / q dñs nō habet anteriora / quia nihil est ante illum: immo ipe est author omnium et factor. Habet ergo posteriora. i. effectus multiplices / in quibus relucet vtcūq sua maiestas. Et hoc est quod loquitur apost. Rom. j. dicens: Inuisibilia dei per ea que facta sunt a creatura mundi intellecta cōspiciuntur: sempiterna quoq eius virtus et diuinitas / supple existit. Unde August. libro. x. confess. Interrogaui (inquit) de deo meo celū / solem / lunā / stellas /

Relles/et omnia q̄ in eis sunt/ & dicunt mihi: Non sumus de⁹ quem queris. Ipse enim fecit nos/ & non ipsi nos. Item di- cunt mihi vt amem te/ nec ces- sant dicere omnibus/ vt sint i- excusabiles. Hec ille. Ex tali ergo visione posteriorum dei: id est creaturarum eius: nō de- bemus eis abuti: sed assurgere in dei laudem/ timorem/ amo- rem/ honorem/ et sic de alijs: scd̄m q̄ operatur vario modo in istis inferioribus.

¶ Allegorice et primo: Per i- gressum Moysi in tabernacu- lum federis: recte possum⁹ in- telligere ingressum Christi in celum in sua ascensiōe. Est eni ipsum celum tabernaculum il- lud/ de quo sepe dictum est in Psalm. Domine quis habita- bit in tabernaculo tuo? Et ali bi/ Sanctificauit tabernaculū suum altissim⁹. Hoc aūt fuit/ quando inde eiecit inmūdos spiritus. Per nubem autē illā que apparuit Moyse ingredi- ente tabernaculum: significat ad literam nubes illa que ap- paruit in huiusmodi ascensio- ne: de qua Mar. vlti. Videnti- b⁹ illis/ videlicet apostolis/ ele uatus est/ supple Christus/ in celum: & nubes suscepit eū ab oculis eorū. Similiter ad ma- iorem rei confirmationem idē repetitur a Luca/ Act. j. Per hoc autem q̄ dominus in ostio tabernaculi locutus est cum Moyse: designatur illa locu- tio quā habuit idem Christ⁹ cū suis apostolis priusq̄ ascen deret in celū. de qua sol⁹ Mar cus loquit vbi supra/ dicens: Recūbentib⁹ vndecim discipu lis/ apparuit illis Iesus/ et ex- probrauit incredulitatem eo- rum/ & duritiam cordis: q̄ his qui viderāt eum resurrexisse/ non crediderant. Et dixit eis: Euntes in mundum &c. Dein- de sequitur: Et dn̄s quidē Ie- sus postq̄ locutus est eis: assū ptus est in celum/ & sedet a de- xtris dei. Ecce enim taberna- culum/ de q̄ dictū est pri⁹. Qd aūt dicitur in textu/ q̄ hebrei stabant/ & adorabāt per fores tabernaculorū suorum: desi- gnat q̄ postq̄ dominus noster assumptus est in celum: et ad- huc propter rei nouitatem et admirationē dicti apostoli in- tuerētur in celum: ecce duo vi ri astiterūt iuxta illos/ qui di- xerunt: Viri Galilei quid &c. Quod vero sequitur: Loque- baturq̄ dn̄s ad Moysen facie ad faciem/ sicut solet loqui &c. referendū est ad receptionem spiritussancti que facta est non multo post dominicam ascen- sionem: tunc enim ipse Chri- stus videbatur loqui familia- riter suis apostolis/ et diceret Accipite spiritum sanctū/ quē vobis promisi cum essem ad- huc vobiscum passibilis & mor talis/ dicens: Ioan. xiiij. Ego rogabo patrē & alium paracli- tū dabit vobis/ vt maneat vo- biscū in eternum: spiritum ve- ritatis. Et iterum: Dixi vobis/ tunc supple: expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abie ro/ paraclit⁹ nō veniet ad vos. Si autem abiero/ mittā eū ad vos. Eiusdem. Io. xvj.

¶ Allegorice & secundo/ iuxta illud verbū: Loquebat dom- nus cū Moyse facie ad faciē/

sicut 7c. Notandū est q̄ recte pos sumus exponere hoc verbū de sanctis apostolis / martyrib9 / 7 doctoribus primitiue eccle siecū quibus multum familia riter loquebatur ipse Christ9: etiam ponendo in ore eorū / sa ue per se siue per spiritum san ctum / verba que coram tyran nis 7 incredulis populis erant dicturi: iuxta illud Luce. xxj. Ponite in cordibus vestris nō premeditari quēadmodū re spōdeatis. Ego enim dabo vo bis os 7 sapientiam: cui nō po terunt resistere 7 cōtradicere omnes aduersarij vestri. Et Matthei. x. additur: Dabitur vobis in illa hora. s. in qua ne cesse est certare pro veritate fidei catholice / quid loquami ni. Dum modo / supple ponatis fiduciam vestram in domino / 7 non in proprio sensu.

¶ Allegorice 7 tertio / iuxta il lud verbū: Puer scz Josue nō recedebat d tabernaculo. No tandum / q̄ per Josue / qui fuit seru9 Moysi: intelligitur Chri stus / qui fuit seruus dei p̄ris: 7 hoc inquātū homo: de quo in terdū queri solet. Quid facie bat quandiu puer erat? Nō enī potest dici / q̄ sub tenella etate frequentaret scholas / more a liorum paruulorū: maxime cū Judei (qui eū bene nouerāt) dicerent de eo pre admiratio ne: Quō (inquiebant) hic lite ras scit / cū nūq̄ didicerit eas? Ad hoc dicunt aliqui / q̄ quā primū potuit manualiter ope rabat in arte fabrili / cū patre suo putatiuo Joseph. Sed p babili9 dici potest / q̄ hic dr de Josue ad literā / figuratiue aūt de eo: Puer nō recedebat de tabernaculo. Sic nec ipse de tēplo / oratione / 7 contēpla tiōe vacās. Quēadmodū ergo Samuel vsq̄ ad p̄fixū tēp9 nō recedebat de tēplo / vt dictū ē prius: 7 habet. j. Regū. j. ita p babiliter dici pōt de Christo.

¶ Allegorice 7 quarto / iuxta illud sequēs verbū Moysi ad dn̄m: Precipis mihi vt educā populum istū 7c. Notandū / q̄ quecūq̄ hic dicit Moyses de seipso / aut dn̄s de eo: potuit re cte dicere Christus de seipso / aut deus pater de eo. In pri mis nempe deus pater p̄cepit ei / quando incarnari voluit / vt educeret populū Israelem / et cōsequenter totum mundum / saltim sufficienter / de captiui tate Babylonica. i. diabolica. Juxta illud Psal. Redemptio nē misit dn̄s populo suo. Pro pter quod dicebat ipse Chri stus Jo. xiiij. Mandatū dedit mihi pater: 7 sicut dedit mihi / sic facio. Nec ad tam magnū opus perficiēdum debuit ad mitti alius cū Christo: quia nec angelus de celo / cū carne assumpta: nec aliquis purus homo / q̄uis patriarcha aut p pheta: q2 solus Christus ple nissime ad hoc sufficiebat: eti am ad plures mundos / si fuis sent / 7 equaliter aut plus indi guissent. Et hoc est q̄d dicitur in textu: Precipis mihi / vt edu cam populū istū: 7 nō indicas mihi quē missurus sis mecum. Et sunt v̄ba ipsius Christi ad patrē. Ipse etiā de9 pater no uit Christū ex noīe. s. noticia approbatiōis. Nomē enī Chri sti ē Jesus: vt p3 Mat. j. Jesus autem

aūt idē est qđ saluator. Christ⁹ aūt saluū fecit ppl'm suū a peccatis eoꝝ. Ecce quō de⁹ nouit eū noticia approbationis. Insup ipse Christ⁹ inuenit grām apđ eūdē patrē. Sicut em̄ ꝓgo Maria inuenit apđ deū grām quā perdiderat Eua: ita ꝛ benedict⁹ ei⁹ filius inuenit gratiā apud eūdē deū patrē quā i paradiso terrestri perdiderat ꝓmus parēs Adā, ꝓ se ꝛ tota posteritate sua. Si igit (inq̄r) inueni grām in ꝯspectu tuo: ostēde mihi faciē tuā, vt sciā te: et inueniā grām añ oculos tuos. Hic Christ⁹ nō orat ꝓ se: q2 ab instāti cōceptionis sue bñdicta ei⁹ aīa vidit faciē p̄ris, siue diuinā essentiā: etiā t̄n ꝛ tā clare sicut erat possibile, ꝛ q̄ntum postea vidit. Sed orat ꝓ membris suis, ꝛ ꝑordinatis ad vitā eternā: qb⁹ impetrat visionē diuine faciei, siue essētie: ꝛ sciāt ipm: scđm illud Jo. xvij. Hec ē vita eterna, vt cognoscāt te solū verū deū: ꝛ quē misisti Jesū Christū. Qđ autē addit: Et inueniā gratiā añ oculos tuos: intelligi pōt de prima gratia quā idē Christus meruit eisdē mēbris suis, siue ꝑdestinatis. Qui i his oibus exaudit⁹ est a deo patre ꝓ reuerētia sua. Cū aūt subdit, Respice ppl'm tuū, gentē hāc. Ecce quō ipe Christus apte ꝛ explicite orat pro mēbris suis: ꝓ quib⁹ prius implicite orauerat. Qđ autē dñs dixit ad Moysen: Facies mea ꝑcedet te: ꝛ requiē dabo tibi. Hoc potest referri ad faciē diuine predestinationis q̄ precessit Christū, scđm q̄ homo: secūdū illud ꝟbū apo. Ro. j. Qui factus est ex semine Dauid secundū carnē, q̄ ꝑdestinat⁹ est fili⁹ dei in virtute, scđm spiritū sanctificationis ꝛc. Hec ergo facies diuine predestinationis precessit ab eterno Christū scđm q̄ homo. Quāuis em̄ idem apost. Hebre. xiij. dicat: Jesus Christus heri ꝛ hodie: ipse ꝛ in secula. i. ab eterno: nō ꝓpterea idē sequit de ipsi⁹ humanitate. Est em̄ Christ⁹, i. e. similiter Jes⁹, nomē diuini suppositi, de q̄ cōstat scđm fidē q̄ fuit ab eterno. Hoc aūt nomē hūanitas nō idē significat. Et ideo ista catholice confitet de Christo, scđm q̄ homo. Facies mea. i. ꝑdestinatio mea ꝑcedet te: Ubi t̄n vitare debem⁹ istā tāq̄ hereticā, Christ⁹ est ꝑdestinat⁹: nisi addat modificatio sua. Qđ aūt subdit: Et requiē dabo tibi: referendum est ad Christi ascēsionē. Qui em̄ fuit pauper ꝛ in laborib⁹ a iuuentute sua, vsq3 ad mortem: post suam resurrectionem ꝛ gloriosam ascensionem ad dexteram dei patris: inuenit plenam requiē: ideo in signū hui⁹ sedere dr̄ nūc ad dexterā dei patris. Tandem quātum ad id quod Moyses dixit ad dominū: Si non tu ipse precedas, non educas nos de loco isto: referēdū est ad illud verbū Leonis pape in benedictione cerei paschalis: vel Greg. scđm alios: Nihil enim nobis profuit nasci: nisi mori profuisset. In hoc enim cognoscere possumus infinitam filij dei gratiā ꝛ charitatē, q2 dignat⁹ est ambulare nobiscū ꝑsentialr̄ ꝛ mortaliter in hoc mundo. xxxiij. annorum

spatio / vt nobis multipliciter ostenderet viam qua itur in celum. Propterea Joan. xiiij. dicebat: Ego sum via. Et eiusdē viij. Ego sum lux mūdi: qui sequitur me / non ambulat in tenebris / sed habebit lumen vite eterne: supple / post hanc miseram vitā. Ideo sequit: vt glorificemur ab omnibus populis qui sunt super terrā: supple / viuentiū: quia de illis qui nouiter introducunt in celum / gaudet tota curia celestis. Quod autē subditur dominū dixisse ad Moysen: Et verbū istud qđ locut⁹ es faciam / inuenisti em gratiā coram me: potest referri ad illam Christi petitionem ad patrem / vbi ait: Pater clarifica filiū tuū: vt filius tuus clarificet te. Cui pater: Et clarificaui / z iterū clarificabo. Joā. xij. Ecce quomodo ipse Christus inuenit gratiā coram patre suo. Qđ vero finaliter subditur / Ostende mihi gloriā tuā: possumus referre non quidem ad visionē diuine essentie / quā habuit anima Christi ab instā ti conceptionis sue: sed ad gloriam corporis sui: que bene dicitur gloria patris / z hoc in genere cause effectiue: quia effecta est a tota trinitate / quāuis formaliter fuerit soli⁹ filij. Et quia ex diuina dispēsatione factum est vt gloria anime Christi nō redundaret in corp⁹ suū / quandiu fuit in statu vie / nisi forte ad horam in sua transfiguratione: ideo post mortem suam huiusmodi gloriam corporis petiuit a patre dicens: Ostende mihi gloriā tuā. Hoc autem fuit / quando petiuit ab ipso patre dicēs: Que vtilitas in sāguine meo / dū descēdo zc. Deinde sequit: Audiuit (inde ipse xp̄s) dn̄s / supple pr̄: z misertus est mei zc. vsq3 ibi / Conuertisti plāctū meū in gaudiū mihi / z circūdedisti me leticia: vt cātet tibi / supple cāticū gratiarū actiōis gloria mea. i. gloria corporis mei glorificati. Ecce igit quomō in resurrectiōe Christi impleta est ei⁹ prior petitio / cum petierat a deo patre / Ostende mihi zc. Et necū ostendit deus pater predictam gloriam corpori Christi / verū etiā ostendit ei omne bonū ex parte anime: non quidē de nouo / sed priorē cōseruando z cōtinuādo. Uerūtamē quia quicquid factū est a deo circa beatitudinē anime Christi / ex mia principaliter factū est / siue ex voluntate diuina / z non ex debito: signanter considerando eam secundū se / ideo subditur a domino: Miserebor cui voluero / z clemēs ero in quē mihi placuerit. Hucusq3 igit pn̄s clausula exponi potest prim de Christo / z prim de aia illi⁹ beatifica. Parcat lector prolixitati.

¶ Allegorice z quinto iuxta illud verbū dn̄i ad Moysē: Stabis supra petrā: notandū q pe tra ẽ xp̄us: vt patet. i. Cor. x. Per Moysen aūt / cui ẽ / stabis supra petrā: designatur quilibet fidelis qui est assumpt⁹ de aquis baptismatis sicut z Moyses assumptus fuit de aquis fluuialib⁹ a filia Pharaōis. Huic ergo fideli dicit a domino: Stabis supra petrā. i. esto firmus z bene fundatus super fidē Jesu Christi. Hec est enim illa petra

dé

de qua Mat.xvi. dicit Christus Petro: Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Item Apo. j.Corin.iij. Fundamentum (inquit) aliud nemo potest ponere / preter id quod positum est / quod est Christus Jesus. Ubi interli.i. fides de christo Jesu. Nam sicut tota machina edificij materialis dependet ex fundamento illius: sic et in edificio spirituali totum dependet ex fide christi / sine qua impossibile est placere deo: vt dr Heb.xi. Sta ergo supra petram. Quod autem dixit consequenter dominus ad Moysen / Ponam te in foraminibus petre: per foramina petre intelliguntur vulnera manuum / pedum et lateris Christi / qui fuit petra / vt dictum est. Quemadmodum ergo herinacius insecutus ab hominibus / aut canibus / abscondit se intra foramina petrarum / siue locorum petrosorum / et sic faciliter euadit: ita anima deuota percipiens se insequi a diabolo / carne / vel mundo / debet statim recurrere ad vulnera christi per deuotam meditationem et commendationem Jesu christo. Ipse enim est illa petra de qua in Psal. Petra refugium herinacijs.i. hominibus patientibus aculeos temptationum et aduersitatum. Hic est quod sponsus dicit sponse sue Can. ij. Surge propera amica mea / speciosa mea / et veni columba mea in foraminibus petre / in cauerna macerie. Ibi enim passer .i. homo deuotus / inuenit sibi domum: et turtur.i. mulier deuota nidum vbi reponat pullos suos.i. opera sua in tutamen contra accipitrem: id est diabolum. Ibi enim id est ad memoriam dominice passionis / non audet appropinquare. Unde Esa.ij. dicitur anime deuote / Ingredere in petram.i. in memoriam dicte passionis: et signanter ibi ingredi debet qui inuaditur a dicto accipitre per aliquam turpem cogitationem. Unde August. in suo manuali / ca. xxij. Cum inquit me pulsat aliqua turpis cogitatio / recurro ad vulnera Christi. Cum me premit caro mea / recordatione vulnerum domini mei resurgo. Cum diabolus parat mihi insidias / fugio ad viscera misericordie domini mei / et recedit a me. Si ardor libidinis moueat membra mea / recordatione vulnerum domini mei extinguitur. Et breuiter in omnibus temptationibus meis non inueni tam efficax remedium / sicut sunt vulnera domini mei Jesu Christi. In illis enim dormio securus / et requiesco intrepidus. Hec ille. Ecce igitur quid prodest anime deuote poni in foraminibus petre / per deuotam meditationem passionis Christi / et vulnerum eius. Quicunque enim ponitur ibi / protegit eum dextera dei specialiter / donec transeat / vt dicitur in litera: donec (inquam) transeat de hoc mundo ad celum.

¶ Allegorice et tertio / iuxta illud verbum: Tollam manum meam / et videbis posteriora mea. Notandum quod hec verba congrue possunt exponi de dominica incarnatione. Tunc enim aliquantulum ablata est manus iustitie domini: que totaliter impediebat ne videremus eum. Absconderat enim se ab hominibus propter eorum peccata / se

cundum

cundū illud Esa. lix. Iniqui-
tates vestre diuiserūt inter vos
et deum vestrum: et peccata ve-
stra absconderunt faciem eius
a vobis. At vero in incarna-
tione filij dei / dicta manus est
aliquantulum ablata: non ta-
men totaliter. Tunc enim ho-
mines ceperunt videre poste-
riora ipsius Christi: id est, hu-
manitatē que est posterior di-
uinitate: quia illa fuit ab eter-
no / ista autem ex tempore. Un
de Apost. Gala. iv. ait: At vbi
venit plenitudo temporis: mi-
sit deus filium suum / factū ex
muliere / factū sub lege rc. Phi
lippus igitur quando petiit a
Christo dicens: Domine osten-
de nobis patrem: et sufficit no-
bis. Joan. xiiij. anteriora vide
re volebat. Sed quamuis Chri
stus responderit ei: Philippe q
videt me / videt et patrem meū:
nō tamen propterea sequitur /
q ipse Philippus viderit ante-
riora: sed tantum posteriora. i.
illa que pertinebant ad ipsius
Christi humanitatem / nisi pro
pter cōmunicationem idioma-
tum. Et hoc est / qđ prius dixit
dominus: Non videbit me ho-
mo et viuet.

¶ Anagogice et primo / p hoc
q ingresso Moyse in taberna-
culū federis descēderit colū-
na nubis: designatur / q ingres
so domino deo secretū maiesta
tis sue / supposita creatione an-
gelorum: non multo post descē
dit super eos / qui perseuerauē-
runt in bono gratie / in quo cō-
diti fuerant / columba nubis: p
quam intelligitur illapsus di-
uine essentie: ita vt tunc dice-
re potuerint / quasi gratias a-
gētes de tali illapsu illud Psal.
Signatū est sup nos lumē vul-
tus tui dñe. Et bene dicit pre-
dicta columna stetisse: q2 pre-
dictū lumen siue illapsus diui-
ne essentie / ex quo comunicat
alicui beato / nunq̄ postea ab
eo aufert. In cuius rei signum
xp̄us dixit de Maria Magda
lena Luc. x. Maria optimā p-
tem elegit / q̄ nō auferet ab ea.
Et Joā. xvij. Gaudium vestrū
nemo tollet a vobis. Itē Psal.
postq̄ p̄miserat dicēs: Adimple-
bis me letitia cū vultu tuo: sub
iecit postea immediate / dicēs:
Delectationes in dextera tua
vsq̄ in finē. i. vsq̄ in perpetuū.
Hoc est etiā qđ dr Prouer. iij.
Lōgitudo dierū i dextera ei9.
Itē ibi: scz in celo / loquit ipse
dñs cū dictis angelis: pariter
et beatis hominibus facie ad
faciem: sicut solet loqui homo
ad amicum suum.

¶ Anagogice et secundo / p co-
lumnam nubis / que descende-
bat ad hostiū tabernaculi / pos
sunt significari illuminatiōes /
que sunt inter bonos angelos.
Nā hec columna lucebit vsq̄
ad diem iudicij / quia vsq̄ tunc
superiores angeli illuminant
inferiores: teste Dionysio. viij.
ca. cele. hierar. vbi ait: q an-
geli secunde hierarchie pur-
gātur / illuminantur et perficiū
tur ab angelis prime hierar-
chie. Et idem iudiciū est de an-
gelis tertie hierarchie / quoad
illos qui sunt de prima et secū-
da hierarchijs. Et vt dr beat9
Tho. j. pte. q. centesima sexta /
arti. j. vnus angelus dr illumi-
nare aliū / inquantū ei manife-
stat veritatē quā ipse cognoscit.

Hoc

Hoc aūt facit dupliciter, scd'm eundē doctorē. Primo quidē fortificando intellectū ei⁹. Secundo aūt, inquantū superior angelus veritatē, quā vniuersaliter cōcipit, quodammodo distinguit, vt ab inferiori capi possit: ⁊ sic ad eā cognoscendā illi ꝓponit. Sunt etiā inter ipsos celestes spirit⁹ locutiones suo modo: ita vt loquāt adinuicē, sicut solet loq̄ homo cum amico suo. Et sicut Moyses reuersus est ad castra, relicto seruo suo Josue in tabernaculo, a quo nō recedebat: ita ⁊ inter angelos aliq̄ sunt qui mittunt ad castra .i. in hunc mundū, ad custodiendos homines, ꝓuincias ⁊ regna. Alij vero sunt q̄ assistunt dn̄o in celis, ⁊ qui nō cessant cum laudare ⁊ dicere, sctūs, sctūs, sctūs dn̄s de⁹ omnipotēs: q̄ erat, ⁊ qui est, ⁊ qui ventur⁹ est: vt dr̄ Esa. vj. Item Apoca. iiij.


¶ Anagogice ⁊ tertio: p' Moysen, cui p̄cepit dn̄s vt esset dux populi Israel, cōducendo eū in terrā ꝓmissionis, ante quē p̄cedebat facies dn̄i: intelligit Michael, q̄ fact⁹ est quasi dux bonorū angelorū: tū in prelio inito cōtra āgelos malos, de q̄ Apoc. xij. tū in ꝑueniendo ad visionē diuine essentie, tan q̄ i terrā ꝓmissiōis. Un̄ de eo canit eccl'ia dicēs: Hic est Michael archāgelus, p̄ceps militie angelorū. Itē vocat eum p̄positū curie celestis, dicens: Michael p̄posit⁹ paradisi, quē honorificāt āgelorꝫ ciues. Itē in hymno de eodē: Collaudam⁹ venerātes oēs celi milites, sed p̄cipue primatē celestis exercit⁹, Michaelem in virtute cōterentē Zabulon. Sed i his omnibus p̄cedebat facies dn̄i ipsum Michaelē .i. gratia dei. Un̄ postq̄ ecclesia cātauit de eo dicēs: Fidelis sermo et om̄i acceptione dign⁹, Michael archangelus pugnauit cū diabolo: mox subiūgit dicēs: Gratia dei ille victor in celis extitit. Tn̄ tunc de eo potuit dn̄s merito dicere, qd' postea dixit de Moyse ad literam: Noui te ex nomine, ⁊ inuenisti gratiā corā me. Deinde ille ait ad dn̄m: Ostēde mihi gloriā tuam. Ad quē dn̄s: Ego ostendā om̄e bonum tibi. Hoc aūt fuit qn̄ Michaeli ꝑseueranti in bono gratie, cōmunicata est visio diuine essētie. Sed q' nō ita factū sit de Lucifero ⁊ āgelis malis sibi adherētib⁹, q̄ p̄cipitati sunt de altitudine celi, in abyssum inferni: recurrendū est ad dei voluntatē. Ideo dn̄s ait: Miserebor cui voluero, ⁊ clemens ero in quē mihi placuerit. Hoc ergo processit ex occulto dei iudicio. Unde Aug. suꝑ Ioā. tractatu. xxvj. exponens illud verbū Joan. vj. Nemo potest venire ad me: nisi pater q̄ misit me traxerit eū: dicit sic: Magna gratie cōmendatio. Nemo venit nisi tractus: quē trahat, ⁊ quē non trahat: quare illum trahat, ⁊ illum nō trahat: noli velle iudicare, si non vis errare. Hec ille. Quod autem subditur: Non poteris faciem meam videre, possunt esse verba domini ad angelum malum, qui nunquam vidit, sicut nec in eternū visurus est dei essentiam. Et hoc est contra illos

Origenis

Origenistas: q̄ dixerūt: q̄ de⁹ non in perpetuū irascetur contra angelos malos: sed q̄ tandem illis propiciabitur: dicēte Psal. Nunquid obliuiscet misereri deus: aut continebit in ira sua misericordias suas? q. d. nō. Sed quicquid de hoc dicitur in sacra scriptura: dicunt illud comminatorie dictū esse: sicut et illud verbū Jone prophete: Adhuc q̄dragīta dies: et Niniue subuertet. Sed hunc errorem reprobat August. xxi. lib. de ciui. dei. ca. xxiij. Uide bene ibi. Q̄ vero finaliter subditur: Est locus apud me (inquit dominus) et stabis supra petrā: potest referri ad quālibet animam existentem in limbo ante Christi aduentū. Quelibet autem talis anima stabat supra petrā: quia quelibet talis discesserat a corpore: i fide Christi futuri explicite: vel saltim implicite: qui quidem Christ⁹ fuit petra: vt dicit Aposto. Ibi enim protegebat domin⁹ huiusmodi animas sanctorum patrum: tanquam in foramine petre: donec trāsiret gloria resurrectionis ipsius Christi: inclusiue. Ibi enim prius p̄tegebat eas dextera dei: et hoc p̄cipue a diabolo: a q̄ nullo modo patiebantur. Nec vsq̄ ad predictam gloriā resurrectiōis: aut saltim mortis: ipsi⁹ Christi: p̄dicte anime viderunt dei essentiam: sed tm̄ posteriora. Tunc enim dn̄s tulit manū suā: que sanctos patres impediebat ne viderent prius ipsam diuinam essentiam.

¶ Exodi tricesimoquarto.

¶ Prima clausula.



Ac deinceps p̄cide (ait) tibi duas tabulas lapideas instar priorū: et scribā super eas verba que habuerūt tabule q̄s fregisti. Esto paratus mane: vt ascēdas statī in montē Sinay: stabisq̄ mecū sup verticē mōtis. Nullus ascēdat tecum: nec videatur q̄spiā per totum montem: boues q̄q̄ et oues non pascantur econtra. Excidit ergo duas tabulas lapideas: quales antea fuerāt: et de nocte consurgens: ascendit in montem Sinay: sicut preceperat ei dn̄s: portans secum tabulas. Cumq̄ descēdisset dn̄s per nubem: stetit Moyses cum eo: inuocans nomen dn̄i. Quo transeunte coram eo: ait: Dn̄ator domine deus: miserator et clemens: patiens: et multe miserationis: ac verax: qui custodis misericordiam in milia: qui aufers iniquitatem et scelera atq̄ peccata: nullusq̄ apud te (per se) innocēs. Qui reddis iniq̄tatem patrum filijs ac nepotib⁹: in tertiam et quartam p̄geniē. Festinusq̄ Moyses: curuatus est pronus in terrā: et adorans: ait: Si inueni gratiam in cōspectu tuo domine: obsecro vt gradiaris nobiscū: populus em̄ dure ceruicis est: vt auferas iniq̄tates nr̄as atq̄ peccata: nosq̄ possideas. Respōdit dominus: Ego inibo pactum: videntibus cunctis

lapis bibl. 1. ... 122

cunctis: signa faciã que nunq̃
visa sunt super terrã, nec in vl-
lis gẽtibus, vt cernat populus
iste (in cuius es medio) opus do
mini terribile, quod facturus
sum. Obserua cuncta que ho-
die mandaui tibi.

¶ Historialiter: Postq̃ in p̄ce
denti clausula ꝛ cap'lo, sanctus
propheta dñi Moyses locutus
est de colũna nubis in qua dñs
loquebatur ad eum. Itẽ de pe-
titione sua, quo ad ostẽsionem
faciei dñi: hic consequenter lo
quitur de precepto sibi facto a
dño, quo ad p̄parationẽ duaꝝ
tabularum lapidearum, instar
priorum. Facit ergo tria Moy
ses in litera p̄ntis clausule. Nã

¶ Primo facit mentionem de
p̄cepto sibi a domino facto, in
principio.

¶ Secundo vero, de executio-
ne huiusmodi p̄cepti: ibi, Exci
dit ergo ꝛc.

¶ Tertio autẽ format oratio-
nem pro suscipienda lege: ibi,
Dominator ꝛc.

¶ Primo ergo Moyses faciẽs
mentionẽ de precepto sibi diui
nitus facto, ait: Ac deinceps,
sc; post verba p̄dicta: prescide,
ait, supple dñs: tibi. i. ad vtilita
tem tui ꝛ populi: duas tabulas
lapideas instar priorum, de q̃-
bus multa dicta sunt prius in
hoc libro: vt pt; .xxxiiij. cap. sub
tertia clausula. Item .xxxij. ca.
sub .iij. clausula: ꝛ scribã super
eas verba que habuerũt tabu-
le quas fregisti. De hoc aliq̃d
dicet in deductione dubiorũ.
Sequitur: Esto paratus mane,
vt ascẽdas statim: sc; facto ma
ne. Illa eñi hora est conueniẽ-
tior ad loquendũ cum deo. In
montem Sinay, vbi prius ascẽ
deras. Stabisq̃ mecũ, scilicet
in subiecta creatura. Sic enim
omnia talia intelligenda sunt,
ſm Augus. Nullus ascẽdat te-
cum: quia alij non sunt ita di-
gni accedere ad me supple: hoc
tamen intelligitur de ascensu
vsq̃ ad verticẽ montis: q2 Io-
sue ascendit vsq̃ ad collẽ. Nec
videatur quispiam per totum
montẽ, ob reuerentiã deitatis
ibi descendentis in signo visi-
bili. Boues q̃q̃ ꝛ oues non pa
scantur econtra, propter eãdẽ
Christꝰ in nouo testamẽto/ vz
Matth.xxij. Ad huiõi autẽ ze=
lum pertinet ꝙ homo quãtum
potest/ ⁊ presertim vbi sibi incũ
bit ex officio/ aut vbi speciali=
ter dirigitur a spiritu sãcto: vt
non pmittat sine punitione in=
iuriam fieri patenter cõtra do=
minum deum. Nam talem zelũ
ad legẽ dñi / habuit Phinees:
de quo legitur Num.xxv. ꝙ vi=
dens iniuriam diuino nomini
publice fieri/ et cõtra legem cũ
scorto Madianite vnum de fi=
lijs Israel publice fornicari /
accensus est zelus eius: ⁊ acce=
pto gladio interfecit vtrunqꝫ.
Cuius exẽplo illi q̃ sunt in po=
testate sup alios ɔstituti/ debẽt
iniuriãtes deo ⁊ ecclesie puni=
re. Unde de ipo Phinees dr. j.
Machab.ij. ꝙ zelãdo zelũ dei/
receptꝰ est in celũ. Iste igitur
zelus est fortis amoris hoĩs tu
sti ad deũ. Sed ꝓh dolor. zelus
dñi / ⁊ honoris illius/ atqꝫ do=
mus eius comedit hodie ferme

omnes amatores illius: qr sunt
hodie pauci tales veri zelato=
res dñi sup terrã. Omnes enim
querũt q̃ sua sunt/ et nõ q̃ Iesu
Christi. Hodie nẽpe dicũt ho=
mines/ cũ de honore dei agit.
Quid me habeo intromittere
de factis aliorũ/ ⁊ frangere mi
hi caput? Agãt bene si volunt/
ego de hoc non curo. Sufficit
mihi saluare aiam meã. Tales
itaqꝫ non bene attendũt illud
Eccli.xvij. Unicuiqꝫ mãdauit
deus de ꝓximo suo. Unde Au
gusti. sup Io tracta.x. Fratres
mei (inqt) vnusquisqꝫ Christia
nus in mẽbris Christi zelo dei
comedatur. Quis comedit ze=
lo domꝰ dei? Certe ille cui oĩa
que ibi videt peruersa / satagit
emẽdari: cupit corrigi / nõ quie=
scit. Si nõ potest emẽdare / ge
mit/ tolleret. Unũquẽqꝫ ergo
Christianũ zelus domꝰ dei co=
medat/ in qua domo dei mem=
brum est. Hec ille.
¶ Moralr̃ ⁊ .vi. notandũ ꝙ si=
cut deꝰ est zelotes respectu a=
nimarum nostrarũ ⁊ nos similr̃
esse debemꝰ respectu honoris
illiꝰ: vt dictũ est: ita debemꝰ ze
lare ꝓ honore ⁊ ꝓfectu amico=
rũ nostrorũ / fm tamẽ ma[...]is et
minꝰ. i. fm ꝙ attinet nobis cõ=
sãguinitate/ aut affinitate/ seu
beneficio. Da exẽplũ de apibꝰ/
q̃ si molestẽtur ab aliq̃ / statim
exeunt de habitaculo suo/ ⁊ si=
gnãter in estate/ ⁊ acriter pun
gũt se inuadẽtẽ. Exẽplũ ẽ etiã
de aspidibꝰ: de q̃bꝰ dicit Plin.
in natu. histor. ꝙ masculi zelãt
pro cõiugibus: intm̃ ꝙ occiso=
rem solent persequi et inuade=
re: ⁊ cum maximo furore vindi
cte ipsum impetere / et punire.

A fortiori ergo homines, qui sunt creature ratiõales, debẽt zelare pro sibiinuicem, s̃m tñ magis et minus: vt dictũ est: quia scriptũ est Eccli. xvij. Unicuiq; mandauit deus de proximo suo. De hoc figurã habemus Luc. x. de Samaritano, q̃ incidit in latrones, cui graues plagas imposuerunt. Et cum pertrãseuntes debuissent cõpati, vnus tamen solus illi cõpassus est. Et talis fuit veraciter proximus illius. Uade et tu fac similiter, zelando bonum proximi tui.

¶ Allegorice et primo: Per illas septem nationes gentium, quas promittit dñs eiicere ante faciem filiorũ Israel in egressu eorum in terram promissionis, designat eiectio infideliũ idolatrarum et hereticorum ante faciem verorum catholicorum. Et hoc aperte patuit tempore primitiue ecclesie. Tunc etiã multa simulachra et idole eiecta sunt, et templa eorũ dedicata in honorẽ Christi et sanctorum eius, sicut docẽt multe historie de hoc conscripte: etiam tẽpore Apostolorũ, q̃ sanctorum martyrũ, qui primitus floruerũt. Unde legit in vita beati Taurini, apli huius ciuitatis Ebroicen. i. qui primitus tẽpore beati Dionysii apostoli Parisien. et qui susceperat eum de sacris fontibus, plantauit fidẽ Christi in dicta ciuitate: quod cũ peruenisset ad tẽplum Diane, adiurauit demonem intra latitãtem, et ait: In noie Jesu, demon iniquitatis, exi de simulachro, vt qualis sis isti videant. Quo dicto: ecce niger ethiopa sicut fuligo, longam barbã habens prolixam, et igneas ex ore scintillas emittẽs, q̃ stetit ante illos. Angelus autẽ dñi, vt sol fulgidus aduenit: et demonem a tergo ligatum, de tẽplo cunctis cernentibus abduxit, et inde ab omni spurcitia idolorũ ipsum expurgans, in honorem sancte dei genitricis Marie cõsecrauit. Ecce igitur quid significat eiectio gentium de terra promissionis. Et similiter quid significat introductio filiorũ Israel in dictam terram. Nihilominus sicut gentiles nõ fuerũt penitus deleti de dicta terra: sed plures remanserunt ad exercitiũ Israelitarũ: ita ad exercitiũ Christianorũ in plerisq; terris Christianorũ remãserũt aliq̃ infideles, et signanter Judei, preterq̃ in regno Francie. Propter quod merito vocat regnũ Christianissimũ, cum rege suo: sed vtinã res cõformet nomini, et eiiciant inde cuncti Lutheriani, cum fautoribus suis.

¶ Allegorice et secundo: iuxta illud sequens verbũ, vbi mandat dñs populo Israeli dicẽs: Caue ne vnq̃ cũ habitatoribus etc. Notandũ, quod vt iam in parte dictum est, per dictos habitatores terre promissionis recte designant non solum infideles et Judei, verumetiam heretici, cum quibus prohibet veris catholicis, ne cõuersentur cum eis. Unde de talibus loquens Joan. in sua. ij. canonica dicit sic: Si quis venit ad vos, et hanc doctrinam, videlicet catholicam non affert, nolite recipere eum in domũ nec aue dixeritis ei. Cuius ratio assignatur cum subdit: Qui enim

dicit illi aue: communicat operibus eius malignis. Et apo. Gal.j. Licet nos aut angel⁹ de celo euangelizet vobis preter id quod euangelizauimus vobis/anathema sit. Ite.ij. Thes sal.iij. Denunciauimus vobis fratres in nomine domini nostri Jesu Christi/ vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate: et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. Sequitur vbi supra/ Nec aue dixeritis ei:qz signum videtur consensus erroris: vt dicit glo. Unde Titu vltimo: Hereticu hoiem post vnam et secundam correptionē deuita: sciens quia subuersus est/qui eiusmodi ē. Hoc tamē intelligendum est de precisis ab ecclesia. Et vt dicit glosa/ vox ista illitura fuit / ad significandum ꝙ opera huiusmodi hereticorum/quibus dicimus aue/placeant nobis : et sic qui dicit aue/applaudit operibus eius cui dicit/ et sic quodāmodo communicat ei. Unde quāto horrori debeamus habere hereticos/sequens exemplum indicat. Legitur enim in vitis patrum/de quodam sancto sene/ qui dicebat Agathon/ ꝙ cum esset tante humilitatis et patientie/vt cum quidam fratres volentes probare eius patientiam/ dicerent ei ꝙ multi scandalizarentur in eo ꝙ superbus esset / et alios despiceret. Item ꝙ alijs etiam melioribus se detraheret. Item ꝙ fornicator esset/et huiusmodi: respondit dicens/hec omnia vitia in me esse recognosco/ et prosternens se in terrā/dicebat: Orate pro me / vt dominus remittat mihi peccata mea. Tandē quidā pater dixit ei ꝙ aliqui dicebant eum esse hereticum. Respōdit/absit hoc a me. Quo audito / interrogauerunt eum patres et fratres/cur ita patiēs fuisset ad ceteras contumelias:preter id ad vltimam. Respondit: Certe hoc ideo feci/ qz heresis separatio est a deo/ et coniunctio cum diabolo. Alienus autem esse a deo nolo/ neqꝫ coniunctus diabolo. Patet ergo/ꝙ fideles summopere cauere debent consortia hereticorū/ et conuenticula eorum.

¶ Allegorice et tertio/ notandum iuxta illud / Dñs zelotes nomen eius: ꝙ sicut olim dñs fuit zelotes synagoge sic postmodū fuit zelotes ecclie Christiane:quā etiā plus dilexit/ꝙ prius dilexerat ipsam synagogā. Nā synagogā aliquādo dimisit/ ecclesiā aūt catholicam nunꝙ dimisit ex quo eā semel assumpsit/nec aliquando ante finē seculi eam dimittet: iuxta illud Mat.xxviij. Ecce ego vobiscum sum vsqꝫ ad cōsummationem seculi. Nihilominus sicut zelotipus videtur aliquādo relinquere vxorem suam/ quā tamen nunꝙ ex toto relinquit: ita et Christus videt aliquādo relinquere spōsam suā ecclesiā /.p eo scʒ ꝙ relinquit eam multū agitari et molestari ab hereticis et tyrannis/nunꝙ tamen eā totaliter relinquit/ nisi forte loquamur de aliquibus particularibus aut .puincialibus ecclesijs. Nam multe sunt que aliquando fuerūt patriarchales/metropolitane/et

prouinciales: que desierūt omnino esse ecclesie: ⁊ inhabitari per christicolas: tā apud Hebreos ꝙ̄ Grecos ⁊ huiusmodi. Sed vera ecclesia Christi: que non consistit in muris: sed in recta fide et moribus: semper manet: ⁊ manebit in cordibꝯ electorum: quandiu mundus presens durabit.

¶ Allegorice ⁊ quarto: ꝑ infideles: qui in aduentu filiorum Israel eiecti sunt: paucis exceptis: ad exercitiū Hebreorū) intelliguntur peruersi ⁊ discoli religiosi: nihil habētes de religione preter formam habitus talem qualem: qui de multis monasterijs vi ⁊ authoritate non solū pontificali verū etiā regia eiecti sunt: propter eorū malam vitā: introductis loco eorū viris reformatis: habētibus zelum dei ⁊ sue professionis: qui studuerūt renouare sācta: more filiorū Israel: quotiens opus fuit restaurare tēplum dñi: postꝙ̄ prophanatū fuerat a gentibus: vt patuit tēpore Esdre ⁊ Machab. ⁊ huiusmodi. Gentes enim que dicūtur a gigno gignis: possunt recte appellari multi religiosi nō reformati: eo ꝙ sint multū dediti generationi. Per tales enim sepe prophananť sancta: id est domꝯ claustrales: in quibus debent habitare viri continentes ⁊ virginei. Unde de ipsis potest dici illud Psalm. Deꝯ venerūt gētes in hereditatē tuā: polluerunt tēplū sanctū tuū. Quod aūt sequiť: Posuerunt Hierusalē in pomorum custodiā: potest designare: ꝙ sicut puerile esset: ⁊ valde fatuū: cōmittere custodiā vnius magne ciuitatꝫ (qualis est ciuitas Hierusalē) vni paruulo: ꝙ̄ vix aptus est custodire poma: ita fatuum est eligere in abbatem vel priorē filiū nobilis: ꝓpter genus suū tantū: qui nondum posset bene custodire poma. Uell dicti electores: non plus magni facerent curam monasterij in spiritualibus ⁊ temporalibus: ꝙ̄ curam pomorū. Patet ergo quid significent gentes venientes. i. habitātes in hereditatem dei. i. in domo claustrali: que merito deberet esse hereditas dei: per bonam et religiosam vitā. Patet etiā quid ibi operantur: de multis loquor: ne bonos scādalizem: et ne ponam in celum os meū. Sed vnde parum digressi sumus redeuntes: hoc vnum recolligendū nobis venit ex precedenti litera: ꝙ sicut natiōes gentium electe sunt in aduentu Hebreorum: sic quotiēs est questio de reformatione alicuius domus claustralis: inulti ⁊ cōtrarij iuxta conatū suū inueniunť: inde eijciendi sunt: et ad alia monasteria eiusdem ordinis: ⁊ presertim reformata si fuerit possibile mittantur ad tēpus. Quibus bene probatis: reuocari poterunt. Sic eīn fiebat in Gallia tempore Ludouici. xij. ⁊ Georgij de Ambasia legati sedis apostolice: sub quibus multe reformationes: etiam diuersorum ordinum facte sunt: ad laudem dei: ⁊ salutem animarum.

¶ Allegorice et quinto: iuxta eandē literā: sed ad aliud ꝓpositū: notandū: ꝙ per predictas

gentes:


gentes: cum quibus prohibitũ fuit Hebreis: ne cum eis iũgerent amicitias: que essent illis in ruinam: intelliguntur excõmunicati et precisi ab ecclesia: et signanter per maiorem excõmunicationem. Nam cum talibus non debent alij catholici contrahere amicitias: neque cõmunicationes in cibo aut potu habere: ne fiant illis in ruinã: id est: ne similiter incurrãt excommunicationem: participando cum eis in casibus a iure interdictis. Solam tamen excommunicationem minorẽ incurrunt tales: si non plus ponatur. Est autem excõmunicatio maior separatio extra cõmunionem ecclesie: ut notatur in iure. xj. q. iij. nihil. et ca. canonica. Item. xxvij. q. j. viduas. et. xxiiij. q. iij. tam sacerdotes. Hunc autem ritum excommunicandi traxit ecclesia ab apostolo Paulo: qui excõmunicauit quẽdã Corinthiũ: et tradidit eum satane: ut vexaretur corporaliter ab eo: ad salutem tamen anime sue: ut dicitur. j. Corin. v. De hoc etiã habes. xj. q. iij. ca. omnis. Itẽ vicesimaquarta questione tertia: apostolice. Tunc ergo tradũtur peccatores satane: cum per excommunicationem: propter suam incorrigibilitatẽ: a corpore Christi: id est: a communione fidelium separantur. Hoc autem fit multum rationabiliter: quia sicut putride carnes sunt resecande: et ouis scabiosa ne ceteras inficiat: est a caulis repellenda: ita et peruersi atque obstinati: ne bonos inficiant: per sententiam excõmunicationis extra ecclesiam sunt proijciendi: ut dicitur vicesimaquarta: questiõe tertia: resecande. et pluribus alijs capitulis sequẽtibus. Cauere igitur summopere debent veri fideles: et ecclesie recte obediẽtes: ne cum talibus contrahãt familiaritatem: nec matrimonia: nec similia.

¶ Allegorice et sexto: Quãuis Christiani omnes sint vnius cultus principalis: et per cõsequẽs ex hac parte possint invnũ conuersari pro causa legitima: ut causa mercantie vel contrahẽdi matrimonia: aut huiusmodi: sunt tamen inter eos alique nationes: que cautelis et subtilitatibus vtuntur: ita ut libẽter deciperent fratres suos et vicinos: si possent. Bonũ est ergo et omnino expedit: ut ceteri cum talibus non habeant cõmertia: nec amicitias: que possent eis esse in ruinam: sed seorsum inter se permittãtur viuere: prout poterunt.

¶ Allegorice et septimo. Per predictas septẽ gẽtes possunt intelligi multi officiarij vtriusque curie: vel etiam locumtenẽtes et receptores regũ ac principũ: qui dicũtur inhabitare pro tẽpore terrã promissionis lacte et melle manantem: quia in officijs suis bene sciunt replere marsupia sua. Hi enim sunt qui solent dicere: quod subtili ingenio extorquende sunt pecunie a Barbaris. Sed sepe accidit: quod postquam bene ditati sunt in dicta terra promissionis. i. in officijs suis: ad expensas illorum qui-

buspresunt: tandem iusto dei iudicio turpiter deijciũtur de officijs suis. Sicut nuper accidit in hoc regno Francie, de quodam magno officiario qui videbatur pauloante regere regẽ ⁊ regnũ. Propterea Boetius i persona talium loquẽs, de ↄsol. lib. j. metro. j. sic ait: Quid me felicẽ toties iactastis amici. Qui cecidit stabili non erat ille gradu. Et in Psalm. Deiecisti eos dum alleuarent. Sequitur: Ecce quomodo facta sunt in desolationem, perierunt propter iniquitatem suã. Et de hoc extat notissima historia de Aman superbissimo. Hester. vij. qui fuit valde humiliatus, quia vsq ad crucis supplicium: econtra aũt Mardocheus valde exaltatus: ita in proposito predicta septẽ genera gentilium prostrata sunt, ⁊ genus Hebreorum valde exaltatum in terra promissionis. ¶ Anagogice per septem nationes quas eiecit dominꝰ de terra promissionis: ⁊ illuc introduxit filios Israel: recte potest intelligi humiliatio malignorum spirituum, ⁊ exaltatio bonorum. Vel exaltatio nature humane in celum, vnde ceciderant ipsi maligni spiritus propter superbiam suam. Vñ de domino dicitur i Psal. Hunc scilicet superbum spiritum humiliat: supple in abyssum: ⁊ hunc scilicet humilem hominem exaltat: scilicet, in celum. Et hoc est quod dicitur Luce primo in cantico virgineo: Deposuit supple dominꝰ potentes de sede, ⁊ exaltauit humiles. Sed quid est qꝰ dicit in litera, Caue ne cũ habitatoribus terre illius iungas amicitias: nisi quia cũ ipsis demonibus non debemus habere amicitiam: qr nec ipsi nobiscũ eam habere volũt. Quinimmo summo odio et inuidia prosequuntur: tum etiam qr ex quo non sunt capaces future beatitudinis, non debemꝰ ipsos propter hoc diligere: sed debemus destruere eorum aras statuas et lucos: per que oia peccata intelliguntur, que in nobis mediante gratia dei debemus (quãtum in nobis est) destruere. Similiter p filias nostras, quas non debemus predictis gẽtibus dare in vxores: intelligũtur anime nostre: q̃s tradimus illis in vxores quotiẽs mortaliter peccamus: qđ etiam minime facere debemꝰ. Insuper non debemus comedere de immolatis eorum: id est consentire operibus, aut tẽtationibus eorum malis. Sed hoc vltimum pertinet ad sensum moralem: ideo supersedẽdum a reliquo.

## ¶ Tertia clausula.



Solẽnitatẽ azimorũ custodies. Septem diebus azymis vesceris, sicut precepi tibi in tẽpore mẽsis nouorum. Mense enim verni temporis egressꝰ es de Egypto. Omne quod aperit vuluam generis masculini meum erit. De cunctis animantibus tam de bobus

bus: q̄ de cuibus: meum erit. Primogenitum asini redimes oue. Si autem nec precium p eo dederis: occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes: nec apparebis in conspectu meo vacuus. Sex diebus operaberis: die septimo cessabis arare & metere. Solennitatem hebdomadarum facies tibi in primitijs frugum messis tue tritice: & solẽnitatẽ quoq3 quando redeunte anni tempore cuncta conduntur. Tribus tẽporibus anni apparebit omne masculinum tuum in cõspectu omnipotentis domini dei Israel. Cum enim tulero gentes a facie tua | & dilatauero terminos tuos: nullus insidiabitur terre tue: ascendente te & apparẽte in cõspectu domini dei tui ter in anno. Non immolabis super fermento sanguinem hostie mee: neq3 residebit mane de victimis solẽnitatis Phase. Primitias frugũ terre tue offeres in domo domini dei tui. Non coques hedũ in lacte matris sue. Dixitq3 dominus ad Moysen: Scribe tibi verba hec | quibus et tecum: & cum Israel pepigi fed⁹. Fuit ergo cum domino Moyses quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit: & aquam non bibit: & scripsit in tabulis verba federis decem.

¶ Historialiter postq̄ in precedenti clausula magister noster Moyses: qui fuit summus legislator: in precedenti clausula egit de societate non contrahenda cum gentibus idololatris: neq3 in cibo: & signanter de illo qui fuerat semel idolis immolatus: neq3 quo ad coniugium contrahendum cũ dictis gentibus: hic consequẽter agit de repetitione multorum preceptorum dei. i. q̄ pertinent ad cultum dei | & que p consequens erant cerimonialia: que hic ponuntur per ordinem.

¶ Horum igitur preceptorum primum fuit tale: Festiuitatem azimorum custodies. Hic ergo dominus precipit esse cessandum ab opere seruili | occurrẽte festo azimorũ: id est pasche | vt dicit interli. s. totiens quotiens occurrit: scilicet singulis annis. Consequẽter describit modum talis cessationis: cum subdit: Septem dieb⁹ (inquit domin⁹) azimis vesceris: sicut precepi tibi supra. xij. huius: et hoc in memoriã beneficij liberationis de seruitute Egyptiaca. Item q2 transito mari rubro plene liberatus est: & totus exercitus Pharaonis submersus. Compellebant enim prius eos Egyptij exire de terra sua: nec permisiũ sunt fermentationem paste sue expectare: vt dictum est ibidem. sicut precepi tibi in tempore mẽsis nouorum: scilicet in Aprili: quando scilicet noue spice colligebantur. Dicit tñ glo. interlin. q2 dz dici messis: & nõ mensis. In terra enim Egypti propter illius caliditatem | et propinquitatem ad solem: grana citius maturescunt | q̄ apud nos. Consequenter reddit causam festi: cum ait: Mense enim verni temporis egressus es de Egypto.

¶ Secundum preceptum fuit
tale: Omne quod aperit vul-
uã: id est / quod primo exit de
vtero matris / generis masculi
ni: secus autem si esset femel
la: meum erit. Nec solum qui-
dem de hominib9 hoc fiet: ve-
rum de cunctis animantibus /
tam de bobus / q̃ȝ de ouibus /
meum erit. Hoc tamen in-
telligendum est de animanti-
bus mundis / et que poterãt li
cite immolari ipsi domino: ideo
signanter addit / tam de bob9
q̃ȝ de ouibus. Et hoc in signũ
ꝛ recognitionem liberationis
primogenitorũ Israel ab an-
gelo exterminatore / de quo ha-
bes vbi supra / videlicet. xij. ca.
Ut autem dicit dominus Pe-
trus de Palu. hec duo prece-
pta ideo coniunguntur fere
vbicunq̃ȝ agitur de pascha / qꝛ
simul contigerũt liberatio po
puli a seruitute Egyptiaca: et
primogenitorum ab extermi-
natore. De hoc autem prece-
pto prius dictũ est supra. xiij.
cap. Item de eodem scribitur
Numeri. viij. Hic ergo solũ re-
petitur.

¶ Tertium preceptum est de
redimendis aliquibus primo-
genitis. Dicit ergo sic: Primo-
genitum asini redimes oue.
Et idem iudicium videtur de
primogenitis omnium iumen-
torũ. Ubi autem dominus hu-
iusmodi primogeniti non pote
rat / aut forte nolebat / ipsum re
dimere oue / quia forte non tã-
tum valebat quãtũ ouis: sicut
patet de primogenito canis /
aut cati: tunc sufficiebat ipsum
occidere. De primogenitis au
tem hominũ specialiter man-
dabatur / vt redimerentur. Un
de subditur in litera: Primo-
genitum filiorum tuorũ redi-
mes / qui supple non fuerint de
tribu Leui / quia tales primo-
geniti non redimebantur: sed
erant domino religione perpe
tua. Tales enim deputabãtur
diuino cultui. Primogeniti au-
tem aliarum tribuũ redimi po
terant certo p̃cio argenti. Istõ
autẽ preceptum de redimẽdo
primogenitum asini oue / poni
tur supra videlicet. xiij. ca.

¶ Quartũ preceptũ est de ali-
quid offerẽdo domino deo in
die festo: ꝛ hoc tangitur / cũ di
citur: Non apparebis in cõspe
ctu meo vacuus. Quin supple
aliquid offeres mihi de tua
substantia. Quamuis ergo bo-
num esset aliquid domino of-
ferre in tabernaculo / aut tem-
plo postq̃ȝ constructũ est tẽpo-
re Salomonis quotidie / hoc
tamen erat de necessitate cer-
tis temporibus ꝛ festis q̃ erãt
tria precipua / sicut statim dice
tur. Istud autem preceptum
de non apparendo vacuo in cõ
spectu domini / ponitur supra
videlicet. xxiij. ca. Item in se-
quentibus / videlicet Deutero
nomij. xvj. ca. Itẽ Eccli. xxxv.
cap. Unde in Deutero. subdit:
sed offeret vnusquisq̃ȝ scdȝ qđ
habuerit iuxta benedictionẽ
dñi sui quã dederit ei. Quãti-
tas ergo precij dandi assigna-
bat scđm facultatẽ offerẽtis.

¶ Quītũ p̃ceptũ est de cessa-
tiõe ab ope manuali in die sab-
bati / de quo subdit: Sex dieb9
operaberis / in die septimo cessa-
bis arare ꝛ metere. Sup q̃ dñs
Hugo Card. Cũ dñs ꝓhibet
hoc

hoc valde necessariū: patet q̄ phibet oīa alia opa. Istō aūt pceptū ꝑus hītū ē i v3.8.xiij.c.
¶ Sextum preceptū est de aliquibus solēnitatibꝰ obseruandis, de quibꝰ subdit: Solēnitatem hebdomadarū facies tibi .i. ad tuā vtilitatē: ⁊ hoc in pmitijs frugū messis tue triticee. Tangit aūt per hec verba tempus ⁊ modū huius solēnitatis, cum dicit: In primitijs frugū messis tue triticee. Tūc enī triticū poterat colligi, q2 ad maturitatē valde appropiquabat, vel quia secundū aliquos tunc Iudei colligebant manipulos, ⁊ offerebant corā dn̄o. primitias autē aliarum frugū, q̄ tūc maturescūt offerebant in Aprili. Uel forte, vt dicit de Palu. primitias vocat hic nouos panes, qui tūc offerebant dn̄o. Que aūt esset ista solēnitas heddomadarum, dicetur statim in sol. ad octauū dubium. Sequitur: Et solēnitatem quoq̄. Hec est secunda solennitas obseruanda, q̄ proprio nomine dicitur festum tabernaculorum, vel alio nomine scenophegia, aut festū dedicationis: ⁊ hoc post edificationem templi. Prius autem dicebatur festum tabernaculorum, quādo habitantes in deserto stabant sub tabernaculis, de qua sic mādat dominꝰ, dicens: Et solennitatem aliā supple facies: quando redeunte anni tempore cuncta condūtur .i. domi includuntur. Primū festum fiebat in Uere siue estate; secundū aūt in autūno. Primum festū fiebat in memoriā beneficij creationis: scdm autem in memoriam beneficij gubernationis et sustentationis in deserto per quadraginta annos, ⁊ similiter ducatus per ipsum desertum. De istis autem duabus solēnitatibus habes supra.xxiij.cap.
¶ Septimum preceptum est de trina comparitione per annos singulos in templo domini, quod erat in Hierusalē. Et de hoc precepto subdit: Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum ante conspectum domini dei Israel. In hoc autem precepto loquitur dominus de cultu licito consistente in oblationibus. Et primo agit de oblationibus exhibendis in dei venerationem, dicens: Tribus temporibus anni: scilicet, in vere, estate, et autumno, vt dicit interlinia. et hoc in tribus solennitatibus supradictis: apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis domini dei Israel: supple offerens in loco vbi colitur deus. Nam ante constructionē templi apud Hierusalem, populus adorabat dominum in Sylo. Unde legitur primi Regum.j. de Helcana patre Samuelis, q̄ ascendebat statutis diebus de ciuitate sua que dicebatur Ramatheim, vt adoraret et sacrificaret domino exercituum in Sylo. Priusquam autem venissent in Sylo: adorabant alibi, vbi scilicet erat tabernaculum, quod mobile erat. De hoc autem precepto prius dictum est: supra videlicet. xxiij. cap. vbi sic mandat dominꝰ, dicēs,

Ter in anno apparebit omne
masculinū tuū: corā dn̄o deo
tuo: scilicet in pascha / pente=
coste / et festo tabernaculorum.
Dicit tamē de Lyra: q̄ aliquā
do dispensabat de duabus vi=
cibus: videlicet in pentecoste /
et in festo tabernaculorū / cū il=
lis qui erant remote habitan=
tes a Hierusalē: sed vbi de hoc
non docet. Cū ergo dn̄s equa=
liter illa tria preceperit / videt
q̄ cessante legitimo īpedimen
to equaliter obligauerint. vel
dicat cur tam varie. Cōsequē=
ter dn̄s reddit causam / cur po
pulus masculinus debeat ter
apparere in conspectu dn̄i. Hu
ius igitur causa est pax vniuer
salis / de qua subdit: Cum ex=
tulero. i. abstulero: gētes a fa=
cie tua / gētes (inq̄) predictas:
et dilatauero terminos tuos /
nullus insidiabit terre tue / a=
scendente te et apparente in cō
spectu dn̄i dei tui ter in anno.
Hec ergo promissio si litera=
liter intelligat / conditionalis
est. Ac si diceret dn̄s: Pacem
habebis / quādiu deo fideliter
seruieris.

¶ Octauū preceptū: Non im=
molabis sup fermēto. i. cū pa=
ne fermētato: sanguinē hostie
mee. i. agnū paschalē: vt dicit
Augu. in questionib⁹ sup exo=
dum. Nec residebit. i. nō rema=
nebit mane de victimis solen=
nitatis phase. i. de carnib⁹ agni
paschalis. Totum enim debe=
bat comedi / vel cōburi: vt di=
ctum est supra. xij. ca.

¶ Nonū preceptū: Primitias
frugū terre tue offeres in do=
mo dn̄i dei tui. Hic autē agit
de oblationibus que fiebāt ad
ministrorū sustentationem / di=
cens: quātum ad offerēda: pri=
mitias. i. meliora / et nō tantum
priora: frugū terre tue offeres
in domum dn̄i dei tui: scz illas
portando. Minus ergo faciūt
Christiani moderni / qui relin=
quunt decimas in cāpo / cū ta=
men afferāt ad domū illa que
iure debent dominis suis tem=
poralibus / quasi plus facientes
pro terrenis dominis / q̄ p dn̄o
celi et terre. Qui etiam clamat
Mala. iij. dicens: Inferte oēm
decimā in horreū meū: vt sit ci
bus in domo mea. De isto autē
precepto pri⁹ dictū est / videlz
xxiij. c. huius / vbi sic dr: Primi
tias frugum terre tue deferes
in domum domini tui.

¶ Decimū preceptū: Non co=
ques hedū in lacte matris sue
. i. dū adhuc pascit lacte matris
sue: qr adhuc nimis tenellus
est. Vel magis vsq ad octauū
diē: qr adhuc reputat esse q̄si
in lacte matris. Et idē intelli=
gitur de alijs animalib⁹. Alij
aūt volūt / q̄ hedus nō nisi se=
paratus a lacte matris / coqui
debeat et comedi. Nec similit
vitulus / et huiusmodi. In cui⁹
rei significū lex mandat hedū
offerri dn̄o / apponit etatē di=
cens: agn⁹ anniculus. i. vnius
anni. De isto p̄cepto pri⁹ habe
tur. xxiij. c. Patet ergo / q̄ que
hic dicūt / per recapitulationē
dicunt: qr de illis omnib⁹ pri⁹
dictū est / et signanter. xxiij. ca.
huius / pariter et de aliquibus
alijs. Vide ibi.

¶ Premissis igit p̄dictis pre=
ceptis / dn̄s precepit Moysi (vt
dr in litera) dicēs: Scribe tibi
verba hec. Vbi notādū / q̄ hic
agitur

agitur de legis datione/quantum ad moralia: et est sensus: Scribe/ tu supple Moyses legislator .i. scripta suscipe: verba hec/specialiter scȝ: quibꝰ et tecū/⁊ cū Israel pepigi fedus .i. inseparabilē familiaritatē. Per hoc igitur patet/ꝙ hec scriptura fuit preceptorū decalogi/que sunt moralia. Fuit ergo ibi cū dn̄o/scȝ in monte Sinay .xl. dies/⁊ .xl. noctes/alios scȝ a precedentibus: panē supple corporalem: ⁊ aquā nō bibit. Sup quo dicit glo. interli. ꝙ nomine panis/omnis cibus significatur: ⁊ nomine aque/omnis potus. Patet ergo ꝙ fuit tunc sustentatꝰ sola virtute diuina: quia corpꝰ humanū adhuc mortale existens/nō potest naturaliter tādiu viuere. Et scripsit/qđ potest referri ad deū/ vel ipsum Moysen: in tabulis lapideis/scȝ ministerio/ si referatur ad Moysen vel secundū aliquos: scripsit .i. scripta suscepit: verba federis .i. decē precepta/per quorum impletionē tam ipsi Hebrei/ꝙ nos copulamur deo firmo federe. Et bene decē: quia sicut denarius numerus est cōsummatio omniū numerorū/⁊ omnes alij numeri sequentes sunt quasi replicatio ad ipsum: sic ⁊ decē precepta sunt omniū aliorū ꝑceptorum consummatio/⁊ omnia alia ad ipsa reducuntur. Patet ergo de preceptis contentis in hoc capitulo: quorū aliqua sunt cerimonialia/⁊ aliqua moralia.

¶ Circa autem hanc clausulā possunt moueri aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubium: Quare fit ista repetitio preceptorum precedentium? Nunquid satis erat/ꝙ semel ea edidisset dn̄s/ sicut probatū est in deductiōe litere? Responsio/ hoc ideo factū esse puto/ne vllus de illis pretendere posset ignorantiā. Sic enī sepe se excusant/ q̄ pretendunt excusationes in peccatis/ dicentes: Ego nesciebā. Sed ex quo pluries repetuntur/ nullus capax rationis potest per ignorantiā se excusare. Nā hac de causa voluit beatꝰ pater Augustinꝰ suā regulā (quā scribit de cōmuni vita clericorum) sepe legi/ dicēs: Et ne per obliuionē aliq̄d negligatur/ semel in septimana vobis legatur.

¶ Secundū dubiū: Cur potiꝰ hic repetuntur precepta cerimonialia/ꝙ iudicialia? Dicendū/ ꝙ ideo: quia populus ille erat ꝓnus ad idololatriā/ sicut aperte monstratū est in adoratiōe vituli conflatilis: ⁊ ideo illa q̄ pertinebant ad cultū vniꝰ veri dei/erant ei magis repetenda.

¶ Tertiū dubiū mouetur ꝓpter illud verbū/ sicut precepi tibi in mense nouorū. Queritur ergo quomodo differunt mensis nouorū/⁊ festū nouorū. Dicendū/ ꝙ multū differunt. Nam mensis nouorū/ dr̄ mensis Aprilis/ q̄ ideo sic dr̄/ quia tūc habebantur noui fructus. Itē colligebantur noue spice. Festū autē nouorū dicebatur festū pentecostes: quia tunc offerebātur dn̄o duo panes de nouis fructibꝰ: vt dicitur Leuit. xxiij. Idē etiā festū pētecostes dicebatur festū primitiuorū: vt dr̄ Num. xxiij. eo ꝙ illi panes dicebantur ⁊ erāt primitie que offerebantur dn̄o.

¶ Quartū dubiū: Quid iuris/

⁊ q̄d fieri debebat de panibus azimis: si qui remanebant in domibus Hebreoꝝ: transactis septẽ diebus paschalibus? Nū q̄d sicut illis interdicebat̃ habere panes fermẽtatos postq̄ aduenerant dies azimorū: vt dr̃ supra. xij. ita ⁊ illis interdici videbat̃ ne haberent panes azimos: postq̄ expirati fuerãt dies azimorū: qui incipiebant quartadecima die mensis primi. i. aprilis ad vesperã: ⁊ cõtinuabant̃ vsq̄ ad diẽ vigesimã primã eiusdẽ mensis: similiter vsq̄ ad vesperã: vt patet supra xij. Dicendū: q̄ reliquie predictoꝝ panū azimoꝝ: postq̄ cessauerant festa paschalia: poterant comedi: ⁊ meli⁹ erat eos ab hominibus comedi: q̄ dare canibus: q2 iuxta verbū Christi Mat. xv. nõ licet sumere panem filiorū: ⁊ mittere canib⁹. Nullibi eñ istud inuenit̃ ꝓhibitum: sicut primū: istud ergo licebat: dūmodo quis per hoc nõ intẽderet introducere legẽ: sed vesceret̃ tali pane secundū se. Alij dicunt: q̄ debebant cõcremari: sicut ⁊ reliq̄e agni paschalis: que remanebant vsq̄ mane: de quibus habes supra. xij. ca.

¶ Quintū dubiū mouet̃ ꝓpter illud verbum: Omne q̄d aperit vuluã generis masculini meū erit. Querit̃ ergo cur poti⁹ hoc statuit dñs de masculo: q̄ de femella? Dicendum: q̄ propter duas rationes. Prima est figuratiua. Per hoc eñ prefigurabatur: q̄ Christus q̄ assumpsit naturã humanã in sexu masculino: q̄uis nõ sit natus de matre aperiendo vuluã: sed clauso vtero: sicut resurrexit clauso sepulchro: fuit totaliter dedicatus ⁊ sanctificat⁹ deo patri etiã ab instanti conceptionis sue. Unde Mat. j. Q̄d in ea natū est: de spiritu sancto est. Unde de dño potest dici q̄d legim⁹ de seruo: videlicet Luc. j. Replebit̃ spiritu sancto adhuc ex vtero matris sue. Hoc tamen intelligendū est: secundum q̄ homo. Fuit itaque iste masculus Christus: secundū q̄ homo: dedicatus deo patri q̄ primū conceptus est: per gratiã habitualẽ: ⁊ ꝑ gratiã hypostaticam. Secunda ratio oblationis primogeniti masculini poti⁹ q̄ feminini: est moralis. Genus eñ masculinū est perfectius genere feminineo. Ad significandum ergo: q̄ meliora et perfectiora sunt deo offerẽda: iuxta illud Malach. j. Maledictus dolosus: qui habet in grege suo masculum: ⁊ votum faciens immolat debile domino.

¶ Sextū dubiū orit̃ circa primogenita aliquorū iumentorū: vt pote cerui: apri: ⁊ huiusmodi. Utrū Judei tenerent̃ redimere talia primogenita? Distinguendū est: aut eñ talia animalia erãt domestica: sicut de aliquibus paret: ⁊ que etiã fetus suos faciunt locis clausis: que dicūtur guerenne: vel parci vulgariter. Aut nõ erãt domestica: sed simpliciter siluestria. In primo casu debebant eodem modo facere pro talibus primogenitis: sicut ꝓ primogenitis aliorum iumentorum: In secundo casu non tenebantur.

¶ Septimū dubium mouetur propter illud verbum: Non apparebis in conspectu meo vacuus. Cum enim dictum sit / ꝙ istud preceptum erat de necessitate in die festo / cōsequenter queritur: vtrum Judei tenerē-tur aliquid offerre totiens quotiens in die festo apparebant in conspectu domini / siue tempore quo vtebantur tabernaculo / siue postquā fuit cōstructum tēplum. Dicēdū ꝓbabiliter / ꝙ cū aliquid offerre dn̄o sit penosum: q2 distractiuū substātie sue. Pene aūt sint restringēde: q2 in penis benignior est interpretatio faciēda: vt dr̄ de regulis iuris / lib. vj. sufficiebat pro acquitamēto ꝑcepti / semel aliquid deo offerre i die festo. Queadmodū ergo illi q̄ ponūt man⁹ adiutrices ad fabricam alicui⁹ ecclesie / cōsequunt̄ certas indulgentias / qđ intelligit̄ semel in die / nisi exprimat̄ in literis apostolicis / totiēs quotiens id fecerint: sic etiā intelligendū est predictū preceptū. Alij dicūt / ꝙ q̄uis ꝑdictū preceptum: Non apparebis ⁊c̄. videat̄ negatiuū secundū vocē / est tn̄ virtualiter affirmatiuū: includit em̄ virtualiter illđ affirmatiuū / ꝙ aliqđ sit deo offerendū in die festo. Modo precepta affirmatiua non obligāt nisi pro loco ⁊ tempore.

¶ Septimū dubiū orit̄ circa cessationē ab omi opere in die sabbati. Querit̄ ergo / si ꝓpter imminentē necessitatē esset aliquod opus seruile faciendū in die sabbati? Pro solutione huius dubij / notandū ꝙ opus seruile est duplex. Primum / qđ fit a seruo. Secūdū / qđ est mechanicū. Primū poterat fieri / dūmodo alias esset secundū se licitū / sicut adaquare equum aut bouem. Unde Luce. xiij. Quis (inquit Christus ad Judeos) vestrum non soluit bouem suum aut asinum a presepio / et ducit adaquare? Item capi. sequenti ponit ipse Christus exēplum de asino aut boue cadente intra puteum in die sabbati / qui eodem die poterat extrahi: et sic de similibus. Similiter si quis fuisset vulneratus in die sabbati / poterat mederi tali die / tum propter necessitatem / tum q2 erat opus charitatis: et ideo per hoc non soluebatur sabbatum. Et ideo Judei errabant qui iudicabant Christum soluere sabbatum: quia interdū curabat infirmos tali die. Secundum autem opus quod erat pure mechanicum: vt arare in campo / aut metere / siue laborare in vinea / edificare domum / scribere pro precio certo / ⁊ huiusmodi erat simpliciter prohibitum / et adhuc est hodie in die festo. Nihilominus multa erant Judeis illicita ex sola traditiōe seniorum / que non illicita ex lege erant.

¶ Octauum dubium: Quid intelligitur per solennitatē hebdomadarū / que precipitur debere obseruari a Judeis? Dicendum / ꝙ per huiusmodi solennitatem intelligitur festum pētecostes / q2 septem hebdomade computabantur a pascha vsq3 ad ipsam: quia occurrebat die quinquagesima pasche. Fiebat aūt in memoriam

dationis

dationis legis / que fuerat data quin-
quagesimo die ab exitu de E-
gypto / quando scilicet primum pa-
scha fuit celebratum.

¶ Nonum dubium versatur cir
ca solennitatem tabernaculorum / si-
ue scenophegie: que fiebat postquam
omnia terre nascentia erant intra
domum inclusa: quod fiebat in
autumno. Tunc enim solent repo
ni vina in cellariis / et segetes in
horreis. Queritur ergo quare
tunc fiebat huiusmodi festum / magis
quam alio tempore? Dicendum / quod hoc
procedebat ex ritu gentilium in
parte. Ipsi enim gentiles consum
mato labore anni / et percepto fru
ctu laboris / consueuerant im-
molare idolis suis de fructibus
terre. Ne igitur Hebrei more eo-
rum talia immolarent idolis / vo
luit dominus quod talia offerrent
sibi: et hoc in recognitionem quod
tenebant ab eo tam terram / quam
fructus illius. Et hanc rationem
assignat de Palude.

¶ Decimum dubium: quare dominus
facit preceptum de comparen-
tia coram domino ter in anno in il
lis festis que tanguntur in lite-
ra: et quo iam de illis facta est
mentio immediate supra: et si-
gnanter de festo Pentecostes /
que dicitur solennitas hebdo-
madarum: et de solennitate ta-
bernaculorum: alias / scenophe
gie. Dicendum / quod facere festum
et comparere coram domino duo
sunt que etiam possunt abinui-
cem separari. Nam secundum de Ly-
ra / dispensabatur de presentia
coram domino / siue comparentia in
duobus vltimis festis / et tamen
non dispensabatur cum eis de
festo vtroque. Poterant ergo il-
la duo abinuicem separari.

¶ Undecimum dubium oritur
propter illud verbum: Nullus insi
diabitur terre tue / ascendente
te et apparente in conspectu domini
dei tui ter in anno. Queritur er-
go de veritate huius promissio-
nis / maxime cum frequenter ad-
uersarii Judeorum insurrexerint
contra eos / non obstante quod ter
in anno comparerent coram do-
mino in locis in quibus coleba
tur hic vel alibi. Ad hoc dicit
glo. interli. quod hoc ad literam Ju
deis nunquam contigit / sed in futu
ra vita complebitur: quando qui-
dem nec visibilis hostis / nec in-
uisibilis nocere poterit. Sed
salua reuerentia glo. predicte:
hoc contigit sub Salomone. Un-
de Judith. v. legitur / quod Achior
fertur dixisse regi Holoferni de
populo Hebreorum: Si digneris
audire domine / dicam veritatem
in conspectu tuo de populo isto
qui in montanis habitat / et non
egredietur falsum ex ore meo.
Populus iste ex progenie Chal-
deorum est. Sequitur: Non fuit
qui insultaret populo huic / nisi
quando recessit a cultu domini dei
sui. Quotienscunque autem preter
ipsum deum suum alterum colue-
runt / dati sunt in predam et in
gladium / et in opprobrium. Quo-
tiens autem penituerunt se reces-
sisse a cultura dei sui / dedit eis
deus celi virtutem resistendi.
Patet ergo ex verbis domini / et con
formiter ex verbis Achior: qui
etsi prius gentilis esset / nihilo
minus in preparatione animi
Judeus erat: et verba eius reci
pit ecclesia / quod quoties populus
Hebreorum bene et laudabili-
ter se habuit circa cultum vnius
veri dei / etiam ipse dominus deus

tuitus

cultus est partes eorũ. Sic enĩ docet liber Judicũ aperte. Un de pdictus Salomon in signũ perfecte pacis quam habuit in diebus suis / quãdiu supple bene se habuit / et obseruauit predicta festa et precepta / dictus est Salomon / id est / rex pacificus. Scio tamen et fateor / quod perfecta pax nõ nisi in celo post mortẽ habetur. Sed iste sensus est magis anagogicus / quã literalis.

¶ Duodecimum dubium: et quod fuit omissum prius / versatur circa illud verbum: Primogenitum filiorum tuorum redimes: quod intelligitur de primogenitis aliarum tribuum a tribu Leui: quia talia primogenita nõ redimebantur: quia erãt totaliter dedicata deo. Cõtra hoc potest argui de Christo / qui erat primogenitus matris / que erat de tribu Leui: et tamen ipsa redemit ipsum / oblatis quinque siclis in tẽplo pro eo / secundũ quod lex iubebat. Leuit. xxvij. Item Nume. iij. Item eiusdem. xviij. Ad quod dicendũ quod Christus erat de tribu Leui ex parte matris. Lex autem intelligitur de primogenito ex tribu Leui / ex parte patris.

¶ Moraliter et primo: notandum quod quãuis multa sint in sensu morali dicta superius de materia que tangitur in hac clausula: vt prius dictum est: ita vt psens clausula nõ sit nisi quasi quedam recapitulatio: nihilominus / vt teneamus formã hactenus obseruatam / quantum fieri poterit aliquid dicemus de sensu morali: et consequẽter de aliis duobus / quãuis breuiter et succincte.

¶ Moraliter igitur et primo: iuxta illud verbũ quod habetur in principio / in quo dicitur: solennitatem azimorum custodies: notandum quod illi spiritualiter / et ad intentionem legislatoris dei custodiunt solennitatẽ azimorum / qui puro corde et munda mente obseruant festa que nobis tradũtur ab ecclesia seruanda: secundum illud Apost. j. Corinthi. v. Itaque epulemur non in fermento veteri. Ac si diceretur: Nõ obseruemus huiusmodi festa cũ fermento corruptionis peccati: sed in azimis sinceritatis / id est / sincere gratie et virtutis / similiter et veritatis / id est / vacando deuote orationi / per quã veraciter colitur deus. Qui autem dicta solẽnitas azimorum durabat septem diebus / designat quod per totam vitam nostram debemus esse azimi / id est / sinceres et puri. Nam secundum beatum Gregoriũ / homil. de Maria Magdalena / per numerum septenarium vniuersitas designatur / siue bona / siue mala: vt probat ibidem. Et breuiter omnia que sunt / in quodam septenario consistũt. Simus ergo semper azimi et puri / et absque fermento nequitie / si volumus bonũ pascha facere: id est / trãsire de hoc mundo ad celũ. Ecce quãtum ad primum preceptũ precedens.

¶ Moraliter et secundo: quãtum ad secũdum preceptum in quo dicitur: Omne quod aperit vuluã etc. designatur quod initia operum de genere bonorũ sunt specialiter deo dedicãda / et deputãda: sicut et consumma

tio et finis eorum: quia ipse est
alpha ⁊ o/ principium et finis:
vt habetur Apocalyp.xxij. Et
cum medium nō debeat discre=
pare ab extremis/ concluditur
ꝙ omnia sunt dedicanda deo/
⁊ ad ipm̄ ordinanda: actuali=
ter quidem/vel virtualiter/sci=
licet in virtute prime intentio=
nis. Unde in signum ꝙ ipse est
alpha ⁊ o: id est/ principium et
finis omnis boni / in principio
Geñ. de eo dicitur/ ꝙ in princi
pio creauit deus celū et terrā.
Et similiter ī fine sacre scriptu
re/hoc est in fine Apoca. de eo
fit mentio/cū dicitur: Ueni do=
mine Jesu. Deinde subditur:
Gratia dn̄i nostri Jesu Christi
cum omnibus vobis/amē. Ec=
ce quomodo est alpha ⁊ o/prin
cipium ⁊ finis: non solū homi=
nis / verumetiam omniū rerū.
Unde in signum ꝙ ipse vult ini
tia bonoꝝ operum ad eum de=
bere referri/ ipse specialiter p̄=
cepit primitias fructuum terre
sibi offerri: sicut habet̄ in mul=
tis passibus legis antique.
¶ Moralit̄ ⁊ tertio: iuxta ma=
teriam primogenitorum / quo=
rum aliqua redimebant̄/ ⁊ ali=
qua nō: vt dictum est in textu:
nota ꝙ ꝑ primogenita possunt
recte intelligi anime peccatri=
ces: non ꝙ proprie generētur.
Non enim educunt̄ de potētia
materie/ sicut humana corpo=
ra: sed tātum educuntur a deo
per creationem. Accipiēdo ta=
men generationē improprie et
large/possunt dici primogeni=
ta: q2 primo producūtur a deo
ꝙ̄ corpora: ⁊ hoc in esse inten=
tionis: ꝗuis in esse executiōis
sit econuerso. Prius enī gene=
ratur ⁊ formatur corpus huma
num/ꝙ̄ in ipso infundat̄ anima
rationalis. Omnia ista igit̄ pri
mogenita indigēt redēptione/
propter originalem culpā con
tractam/ vl̄ actualē cōmissam.
Uerum ꝙ aliqua ex ipsis redi=
mūtur/⁊ aliqua nō. Illa igitur
redimuntur/ in quibus per gra
tiam saluatoris/siue in baptis=
mo/ siue in absolutione sacra=
mētali peccata redimunt̄. Hoc
autem fit dando quinqꝫ siclos:
vt dicebat lex. Quinqꝫ sicli: sunt
quinqꝫ vulnera corporis Chri
sti/per quorū efficaciam remit
tuntur peccata/ſm illud.j. Pe
tri.j. Non corruptibilibus au=
ro ⁊ argēto redempti estis/sed
precioso sanguine / quasi agni
immaculati Christi: ⁊ inconta
minati ⁊c. Illa autem primoge
nita non redimūtur/ad que nō
se extēdit fructus dicte passio=
nis/nec in presenti/nec in futu=
ro: vt sunt infideles/ aut obsti=
nati Christiani peccatores / ꝗ
impenitentes moriuntur. Ta=
les enim non sunt capaces re=
demptionis.
¶ Moraliter ⁊ quarto: primo=
genita que redimūtur/sunt illi
peccatores/ ꝗ elecmosynis ꝗs
faciūt in presenti / peccata sua
vel seipsos redimūt: ſm ꝙ Da=
niel ꝓpheta ait regi Nabucho
donosor: Peccata tua elecmo=
synis redime/⁊ iniq̄tates tuas
miserijs pauperū. Daniel. iiij.
Quia vt habetur Prouer. xiij.
Redemptio anime viri diuitie
sue. Unde perpulchre loquitur
Ambros. lib. de Helya ⁊ ieiu=
nio. c. xx. dicēs: Habemus plu=
ra subsidia/quibus peccata no
stra redimamus. Pecuniam ha

bes: redime peccatum tuū. Nō venalis est dominus: sed tu ipse venalis es. Peccatis tuis venū datus es: redime te operibus tuis: redime te pecunia tua: vilis pecunia: sed preciosa misericordia. Unde Thob. xij. misericordia a peccato liberat. Et dominus in Euange. Luc. xvj. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Item idem Ambro. ser. xv. Nullū (inquit) tam graue delictum est: q̄d nō possit eleemosynis redimi: et abstinentia purgari. Hec ille.

¶ Moraliter et quinto: per hoc q̄ aliqua primogenita immunda redimebātur oue: designat q̄ illi qui sunt graues peccatores coram deo: et tales se recognoscunt: cum hoc q̄ debēt facere quod in se est: debent etiā implorare orationes et bona opera ouium Christi: id est: eorū quos existimāt coram deo placere: quia teste Jacobo. v. cap. Multum valet oratio iusti assidua. Hoc autem probat ibidē per orationem Helye: qui orauit primo pro clausione celi: et clausum est. Et postmodum pro apertione illius: scilicet vt plueret: et apertū est. iij. Regū. xvij. et xviij. c. Si ergo oratio vnius iusti tm̄ valuit apud deum: credendum est semota omni dubitatione: q̄ orationes multorum iustorum: vtpote vnius totius multitudinis bone: aut cōgregationis sancte: multū valeant. Hinc Ambrosius super epistolam Roma. in fine: dicit: Impossibile (inquit) id est multum difficile est: orationes multorum non exaudiri. Dum tamē tales sint oues: per vite integritatem. Dicit etiam Christus: Matthei decimooctauo: Si duo ex vobis consenserint super terram: de omni re quamcunq̄ etc. Ecce quomodo mutatur primogenitū immūdum in ouem. Sed valde timēdum est: ne talis commutatio sit falsa: et ne ille qui exterius videtur esse ouis: non sit vere ouis: sed lupus rapax interius: per hypocrisim et simulationem sanctitatis: siue operum de genere bonorum. Tunc enim talis cōmutatio non placeret deo: sed potius displiceret: quia vt dt Gregorius et ponit. iij. q. vij. I grauib. In grauib9 peccatis de posit9: dum suis premitur: aliena non diluit. Cunctis enim liquet: quia cum is qui displicet ad intercedēdum mittitur: irati animus proculdubio ad deteriora prouocatur. Hec ille.

¶ Moraliter et septimo: iuxta illud: Sex diebus etc. notandū q̄ per sex dies in quibus operādum est: intelligitur tota vita presens: in qua operandum est ad dei honorem: et animarum nostrarum salutem: secundum illud Apost. Gal. vj. Dum tēpus habemus: operemur ad omnes. Nam vt habetur Gen. ij. Dominus deus posuit hominem primum in paradiso voluptatis: vt operaretur. Nō ergo vt in eo quiesceret. Propterea Eccles. xj. dicit Salomō: Mane semina semen tuum: id est: opus bonum: et vespere nō cesset manus tua: quia nescis qd melius oritur: hoc aut illud: et si vtrunque simul: melius erit. q. d. Omni tempore benefac a iuuentute scilicet vsque

ad senectutem. Cito ergo inci
piendum est benefacere: et perse=
uerandum vsque in finem: quia so=
lis perseuerantibus debetur pre
mium eternum. Mat. x. Qui per=
seuerauerit vsque in finē/ hic sal=
uus erit. Unde non nisi vsque in
finem vite cessandū est ab ope=
re bono. Tunc autem dicetur ele
ctis/ vt requiescāt a laboribus
suis: et tunc opera eorum bona
que egerunt in presenti/ sequē
tur illos: vt habetur Apoc. xiiij.
Tūc enim celebrabitur sabba=
tum/ id est/ requies eterna/ quo
ad ipsos electos. Et hoc notatur
in litera/ cum dicitur: Et tunc
cessabis arare/ et metere. Sed
quia ille sensus est allegoricus/
ideo dic moraliter/ quod ī die sab=
bati et festi cessandum est pre=
cipue ab operibus malis/ et va=
candum permaxime tunc ope=
ribus bonis/ ut orationi/ atque elee=
mosyne. Unde peccata que in
die festo committūtur/ sunt ce=
teris paribus grauiora/ ratione
circunstantie tēporis/ quam alias.
¶ Moraliter et. viij. iuxta illud:
Solennitatem hebdomadarū.
etc. notandum quod per has duas
magnas solennitates/ quarum
prima fiebat tēpore primitiarū/
et altera postquam omnia terre na
scentia/ que cedunt in escā ho=
minis erant domi reposita: de=
notatur quod debemus principiū
et finem boni operis referre in
deum: quia ipse est causa vtriusque.
Unde Apocal. j. Item. xxij. di=
cit: Ego sum alpha et o/ princi=
pium et finis. De vtroque igitur
debemus illi reddere gratiarū=
actiones: et de vtroque festum fa
cere: id est/ spiritualiter in dño
gaudere. Sed de hoc satis di=

ctum est prius: ideo sufficiat.
¶ Moraliter et. ix. iuxta illud:
Tribus tēporibus anni etc. no=
tādum quod per tria tempora an=
ni possumus intelligere tria pre=
cipua festa/ que sunt Pascha
Pentecoste/ et natiuitas dñi.
In his enim tribus temporibus
anni debet apparere omne ma
sculinum/ et nedum tale: verum
etiam femininum genus: et bre
uiter omnis homo postquam ad an=
nos discretionis venerit/ ante
conspectum dñi in mensa alta=
ris/ suscepturus sacram cōmu=
nionem religiose/ pure/ et deuo
te: vt dicit papa Fabianus/ et
ponitur de conse. distin. ij. et si
non frequentius. Nisi forte quis
maioribus criminibus impe=
diatur: vt subditur. Hodie ta=
men istud decretum videtur ab=
rogatum/ per non vsum. Ex sin
gulari tamen deuotione et gra
tia/ adhuc aliqui ita apparent
ante conspectum domini. Et qui
sic deuote apparent coram do
mino/ non ita faciliter insidian
tur terre conscientie eorū ho=
stes inuisibiles/ sicut faciūt de
alijs: domino pugnante pro eis.
¶ Moraliter et decimo: iuxta
illud sequens verbum/ Nō im=
molabis super fermento. No=
tandum/ quod per fermentū in sa=
cra scriptura intelligitur mor
tale peccatū: iuxta illud. j. Co=
rin. v. Modicum fermentū to=
tam massam corrumpit. i. vni=
cum peccatū mortale/ destruit
omnem gratiam quam in ani=
ma inuenit. Et idē dicit idem
Apost. Gala. v. Ille ergo im=
molat super fermento/ qui fa=
cit opus de genere bonorum:
siue sit sacrificium quod fit deo/

siue eleemosyna: que fit proximo in peccato mortali. Qui enim sic immolat super fermento: male immolat. Unde talem modum non acceptat dominus: immo reprobat Esaie.j. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum: dixit dominus. Plenus sum: holocausta arietũ: et adipem pinguiũ: et sanguinem vitulorũ: et agnorum: et hircorum nolui. Cũ veniretis ante conspectum meũ: quis quesiuit hec de manibus vestris: et ambularetis in atrijs meis? Ne offeratis vltra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi. vsq; ibi: Man⁹ vestre sanguine plene sunt. Ubi notandũ: ꝙ per sanguinem in proposito: intelligitur peccatum: secundum ꝙ ait Psal. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee. Et Osee.iiij. Sãguis sanguinem tetigit: Et ꝙ propheta per sanguinem ibi intelligat peccatum: patet per id qđ immediate sequitur: Et peccatũ peccato additum est. Omnis ergo volens bene immolare domino: caueat ne super fermentũ.i.peccatũ immolet. Propter qđ dicebat Psal. Iniquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiet dominus.

¶ Moraliter et vndecimo: iuxta illud verbũ: Nõ residebit mane de victimis ꝛc. Notandum: ꝙ per mane intelligitur illud tẽpus: in quo quis per penitentiã est extra tempus noctis.i. peccati: et incipit esse in mane.i.in gratia. Unde Psal. Mane astabo tibi.i.mediante gratia astabo tibi: quia qui non habet gratiã: non astat deo: sed diabolo. Per reliquias autẽ victimarũ solẽnitatis phase Judeorũ: intelliguntur quedã reliquie peccatorũ preteritorum: et quedã male habituationes: seu praue delectationes: in quib⁹ adhuc aliquãtulũ delectatur mens humana. Tales ergo victime.i.praue reliquie precedentiũ peccatorũ: non debent (quãtũ fieri potest) remanere vsq; mane. Et si aliquid remaneat ex hũana fragilitate: tũc cremandũ est cũ igne vehementis contritionis: et doloris. Ut teste Ambro. in quodã sermone quadragesimali: et ponitur de pen. distin.iij. in principio. Vera penitẽtia est: et mala preterita plangere: et plangenda iterum non committere. Sed sunt nonnulli qui adhuc reseruant sibi aliquid de talibus reliquijs: in quibus delectẽtur: credentes se posse agere verã penitentiã de alijs peccatis. Horũ itaq; error reprobatur de pe. distin.iij. per plura capitu.

¶ Moraliter et.xij. iuxta illud sequens verbũ: Primitias frugum terre tue: offeres in domo dñi dei tui. Notandũ: ꝙ dominus deus non habet potiorem domũ in istis inferiorib⁹: quã sit conscientia viri iusti: in ea enim delectat eũ habitare per gratiam: iuxta illud Prouer. viij. Delitie mee esse cum filijs hominũ. Et de hac domo loquitur Psal. dicens: Domũ tuam dñe decet sanctitudo: in longitudinem dierũ: quia vsq; in finẽ vite: quinimo etiã post finẽ vite in perpetuum. In hac itaque domo interiori debemus reponere primitias frugũ terre nostre. Huiusmodi autẽ primitie

sunt beneficia grandia / q̄ iam
nobis cōtulit deus. Fecit enim
nos de nihilo / secundū animā:
& non qualescunq; creaturas /
sed ad imaginē & similitudinē
suam. Redemit nos / non corru-
ptibilibus auro / aut argento:
sed preciosissimo sāguine suo.
Lauit nos frequenter a pecca-
tis nostris / tā in baptismo / q̄z i
penitentia. Pauit nos & pota-
uit / in altaris refectiōe. Depu-
tauit nobis angelos / q̄ essent
nostri custodes. Et breuiter
non fecit taliter omni natio-
ni. He igitur et pene infinite
alie sunt primitie / quas iā no-
bis contulit optim⁹ de⁹: pre-
ter ea que nobis iam prepara-
uit in celis. Has itaq; primiti-
as frugū terre nostre debem⁹
offerre in domo dn̄i. i. intus in
cōscientia & in corde / per gra-
tiarū actiones. Vn̄ Psal. Quid
retribuā dn̄o / pro omnib⁹ que
retribuit mihi. Et statim qua-
si respondēs ait: Calicē saluta-
ris accipiam: & nomen domini
inuocabo. Acsi diceret: Duo
sunt principales modi / quos
retribuā domino / pro oībus q̄
retribuit mihi. Hi sunt sacra-
menti altaris deuota celebra-
tio / & deuota oratio. Non igit̄
excusemus nos / q2 semper ha-
bemus quod offeramus dn̄o.
¶ Moraliter & decimotertio /
iuxta illud verbū: Nō coques
hedū in lacte matris sue. No-
tandū / q̄ illi parentes coquūt
hedū in lacte matris sue / q̄ ni-
mis indulgent voluptatibus
natorū suorū / quādiu iuuenes
sunt: similiter & insolētijs: qui
postquam creuerint / efficiūtur
indomabiles / nolētes suscipe-
re correctionem nec verbalē /
nec verberalem. Propter qd̄
frequenter male moriuntur /
quia scriptum est Prouerbio-
rum. ij. Adolescēs ambulans
iuxta viam suam: etiam cū se-
nuerit non recedet ab ea. Et
Hierem. xiij. Si mutare potest
Ethiops pellem suā / aut par-
dus varietates suas: et vos po-
teritis benefacere cū didiceri-
tis malum. Da exemplū de te-
sta. Item de noua plātula. Vn̄
August. ad fratres in eremo /
serm. xxxiij. qui intitulatur de
detestatiōe ebrietatis: refert
mirabilem casum de quodam
ciue hipponēsi. Hic enim cum
vnicū haberet filiū / eū plusq̄z
deum dilexit / permittens ei a-
gere que volebat: propter qd̄
consumpsit maximā partē bo-
norum patris / viuēdo prodige
& luxuriose. Qui nulla via cor-
rigi poterat aut castigari. Qui
tandem inebriatus oppressit
matrem pregnantem / sororem
violare voluit / patrē occidit /
et duas sorores ad mortē vul-
nerauit. Deinde Augusti. facit
talē exclamationē: O delicto-
rum nephandorum magna ex-
clamatio. Patrē / quē post deū
reuereri debebat / occidit. Ma-
trem / a qua portat⁹ fuerat / p̄-
gnātē oppressit: sorores / q̄s te-
nerrime diligere debebat / vio-
lare voluit: & duas ad mortem
vulnerauit. O q̄z periculosa as-
suefactio ad malum. Cauen-
dum igitur summopere est / ne
coquatur hedus. i. paruulus fi-
lius / in lacte matris sue. i. i suis
libertatibus & insolentijs.
¶ Allegorice et primo: Arla-
ma sunt dona spiritussancti.

Quid

Quid est ergo: q septē diebus vescendum erat azimis/ occurrentibus diebus paschalibus: nisi q vtendum est septem donis spiritussancti/ quandiu vita ista durat. Uel dic/ q azimi panes significāt virtutes/ que opponuntur septem peccatis mortalibus/ que per panes fermentatos intelligi possunt. Tunc ergo viuimus panibus azimis septem diebus/ cū studem⁹ pascere animas nostras prioribus virtutibus/ quandiu hic viuim⁹ oppositis. O q̄ suaues et delicati panes: vtpote humilitati contra superbiam/ liberalitati contra auaritiam/ castitati contra luxuriam/ ⁊ sic de alijs. Ecce optima azima. Ecce fermenta pessima ⁊ corruptissima/ que nullo tempore inueniēda sunt in domibus cōscientiarū nostrarū/ ⁊ signāter durantibus festis paschalib⁹.

¶ Allegorice et secūdo: iuxta illud verbum/ Omne quod aperit vuluam ⁊c̄. Notandum/ q per vuluam potest intelligi lex euangelica: de qua recte potest dici illud Psal. Alienati sunt peccatores a vulua: q2 ois peccator merito est extra ecclesiā: q̄uis quādoq3 numero videatur ad eā ptinere. Sequitur in Ps. Errauerūt ab vtero: qui idē videtur importare in proposito/ sicut vulua: locuti sunt falsa. Ecce qūo alienati sunt/ ⁊ errauerūt. Sed qūo locuti sunt falsa? Profecto/ q2 in baptismo renūciauerunt sathane/ ⁊ pōpis eius: ⁊ tamen postmodū fecerunt totū oppositū: q2 peccādo/ renunciauerūt facto ⁊ opere Christo: et se dedicauerūt diabolo: ita vt de illis possit dici illud Joā. viij. Uos ex patre diabolo estis: ⁊ desideria patris vestri vultis facere. Predicta aūt vulua legis euāgelice ante Christi aduentum erat sterilis ⁊ clausa: clausa q̄dē/ q2 tunc latebat lux sub vmbra: lumen sub lucerna: ⁊ veritas sub figura. At vero veniēte Christo in hūc mūdū/ populus q̄ ambulabat in tenebris/ vidit lucē magnā: habitātibus in regione vmbre mortis/ lux orta est eis: vt habet Esa. ix. Ecce igit̄ qūo ipe Christ⁹ aperuit vuluā. i. legem euāgelicam. Et hoc est qđ dr̄ Jo. j. Lex p Moysen data est: grā ⁊ veritas per Jesum Christū facta est. Unde in figurā hui⁹ velū tēpli/ Christo patiēte in cruce/ scissum est in duas ptes/ a summo vsq3 deorsum: vt habet Mat. xxvij. Et notāter dr̄: in duas ptes: q2 ex tūc cessauit vetus testamētū/ q̄ ad cerimonialia/ siue figuralia totalr̄: ⁊ similr̄ q̄ ad iudicialia/ saltim q̄ ad magnam partē: ita vt sola moralia videant̄ remāsisse in suo pleno vigore. Unde Christus cuidā adolescēti ait: Si vis ad vitam ingredi/ serua mādata. Matt. xix. Quia ergo Christus/ q̄ natus est ex matre virgine/ remanentibus clausis claustris pudoris/ aperuit vuluā modo predicto: ideo specialissime fuit dedicat⁹ deo patri: de quo merito dicere potuit ꝟbū legis pdictū: vez/ meū erit. Unde ⁊ de eo dixit ipe de⁹ pater i eius trāsfiguratione Mat. xvij. Hic est fili⁹ me⁹ dilect⁹/ in quo mihi bene ꝯplacui. Et idē repetiuit in ipsi⁹ baptismo. Luc. iij.

¶ Allegorice et tertio / iuxta illud vbū: Primogenitū asini redimes oue. Notandū / ꝙ per primogenitum asini intelligit̄ omnis peccator: ⁊ signanter q̄ est primogenitus inter multos peccatores per grauitatē scelerū: ⁊ qui ante alios vadit per malam vitā. Per ouem autem intelligitur Christus / qui fuit ouis per vite innocentiam / patientiam / bonam simplicitatē / ⁊ fructuositatem siue vtilitatem. Multum enim nobis profuit: Et de hac oue predictum est Esa. liij. Sicut ouis ad occisionem ducetur: ⁊ q̄si agn⁹ coram tondente se obmutescet / ⁊ non aperiet os suum. Tūc ergo primogenitū asini redemptum est oue ex ordinatiōe dei patris: quando genus humanū redēptū est sanguine Christi. Quod autē immediate sequitur: Si autem nec precium pro eo dederis / occidetur: designat ꝙ quicūq; non est in effectu redemptus precioso sanguine eiusdem Christi / per applicationem sacramentorū ecclesie / que sunt de necessitate / vna cū fide interius cooperāte: talis occidetur eternaliter. Hec est enim mors peccatorū pessima / summopere cauēda ⁊ timenda. Ecce igitur ad quem finem perueniunt omnes infideles ⁊ peccatores. Quod autem sequitur: Primogenitum filiorū tuorum redimes: refert ad populum fidelem et deuotum / qui est de numero predestinatorū. Hunc enim efficaciter redemit Christ⁹ precio sui sanguinis.

¶ Allegorice et quarto / iuxta illud vbū: Qđ si nec preciū pro eo dederis / occidetur. Notandū / ꝙ istud potest ad quēlibet reprobū ⁊ in effectu iā dānatū referri: siue sit angelus mal⁹ / siue homo. Nō enim potest dari preciū quo possit talis reprobus redimi / q2 in inferno nulla est redemptio. Et de angelo malo: satis constat / quia peccatum illi⁹ est irremissibile ⁊ implacabile / propter firmam adhesionem eius ad malum. De homine aūt malo loquit̄ Psal. dicens: Frater. i. Christ⁹: qui est frater omnium hominū per nature cōformitatem. Unde ⁊ apost. Ro. viij. vocat eum primogenitū in multis fratribus. Item Hebreorū. ij. Non cōfunditur fratres eos vocare / dicens: Nunciabo nomen tuum fratribus meis in medio ecclesie. Hoc autem fuit quando dixit Marie Magdalene: Uade ad fratres meos. s. apostolos / ⁊ dic eis: Ascendo ad patrem meū / ⁊ patrem vestrum: deum meū / ⁊ deum vestrum. Jo. xx. Iste (inquam) frater non redimit: supple homines dānatos: quia fruct⁹ sue dignissime passionis nullo modo se extendit ad eos. Sequitur redimet homo: ⁊ est interrogans. Quasi diceret Psalm. Et quo frater Christus nō redimit huiusmodi damnatos: cōsequenter dicere debemus ꝙ nec vll⁹ purus homo hoc faciet / quia nec etiā posset. Non dabit deo placationem suam: siue pro se / siue pro alio: quam etiam si daret / non tamen illi prodesset. Quia scriptum est / videlicet Prouerb. vj. Zelus ⁊ furor viri

non

non parcet in die vindicte/nec acquiescet cuiusquã precib⁹/ nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Et precium redemptionis anime sue/ supple non dabit. et laborabit in eternum: supple in penis infernalibus: et viuet adhuc in finem: scilicet ĩ dictis penis. Et de hoc similiter scribitur Soph.i. Argentum eorum / et aurum eorũ non poterit liberare eos ĩ die ire domini.

¶ Allegorice et quinto / iuxta illud: Sex diebus operaberis/ die septimo cessabis arare et metere. Primũ refertur ad p̃sentem vitam. Scd̃m autẽ ad futuram/ vt aliquando dictum est: et signanter in septima expositione morali precedenti: ideo non plus ad presens. Et similiter quod additur: Solẽnitatem hebdomadarũ facies tibi etc. vsq; ibi: Tribus temporib⁹ etc. exclusiue / refertur ad eandem futurã vitam/ in qua agetur maxima solennitas / vt dicetur statim sub sensu anagogicali in prima expositione.

¶ Allegorice et sexto/ iuxta illud verbum: et solennitatem quoque quando redeunte anni tempore cuncta conduntur. Notandum/ q per solennitatẽ que in antiqua lege agebatur redeunte anni tempore: aperte prefigurabatur solennitas illa resurrectionis generalis/ quo ad electos. Nam tunc cuncta condentur in horreum domini: id est omnes electi / tam quo ad corpora/ q̃ quo ad animas. Hodie enim ibi solum conduntur anime: sed tũc etiã et corpora glorificata condentur. Tunc etiam quilibet electus dicere poterit/ quasi gratias agens deo illud Psalmiste: Refloruit/ id est iterum floruit/ caro mea. Primo enim floruit humana caro in natiuitate ex vtero/ quamuis satis imperfecte. At vero perfecte reflorebit in dicta generali resurrectione: dicente domino sanctis angelis/ qui erunt messores illius: Congregate triticũ in horreum meum Matthei decimotertio. Hic est ergo magnus ille annus/ qui secũdum antiquos aliquos philosophos post multa milia annorum venturus est. Quo redeunte/ omnia alia que fuerunt/ sunt et erunt/ redibunt in pristinum statum. Applicatio est facilis: Tunc etiam ipsi electi/ qui per Moysen magnum amicum dei designantur: erunt cum domino/ nedum per quadraginta dies/ verum etiam per eterna secula: panem non comedentes/ et aquam supple materialem nõ bibentes: sed satiati satietate mirifica ex sola dei visione: secundum illud Psalmiste: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Quod autem superest de hac clausula/ pertranseundum est quo ad sensum allegoricũ/ pro vitanda prolixitate.

¶ Anagogice et primo/ per solennitates illas de quibus agitur in presenti clausula/ designatur solennitas illa magna que iugiter agitur ĩ celo: et nõ ad tempus tm̃. Unde de beatis dicitur in Psalm. Gloriati sunt in medio solẽnitatis tue. Et de hac solennitate figuratiue dicitur. ii. Paralip. xxx.

Congregati sunt in Hierusalem multi, vt facerent ibi solẽnitatem azimorum. Et bene dicitur, multi: quia numerus electorum, agentium hanc solennitatem, maximus erit. Unde Joannes Apocalyp. vij. loquitur dicens: Uidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat rc. vsq ibi, Et palme in manibus eorum. Et bene dicuntur beati gestare palmas in manibus suis. Palma enim gestatur in signum victorie. Modo ipsi beati euaserũt victores de mundo, carne, et diabolo. Ibi ergo agitur mirabilis solennitas: quia vt dicit August. super Joan. Ibi est festiuitas sine labe: serenitas sine nube, eternitas sine fine.

¶ Anagogice et secundo, iuxta illud verbum: Omne qđ aperit vuluam, meum erit. Notandum, q per vuluam (cum omni reuerentia loquendo) potest intelligi celum, quod clauditur per peccatum: iuxta illud Esa. lix. Iniquitates vestre diuiserunt inter vos et deum vestrum: et peccata vestra diuiserunt faciem eius a vobis. Sed multa sunt que aperiunt hanc vuluã: scilicet baptism⁹, martyrium pro Christo tolleratum, penitentia. Et ideo omnis qui sic decedit, meum erit (inquit dominus) et hoc per eternam mãsionem mecum in celis. Et de baptizatis quidẽ scribitur Marci vltimo: Qui crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit: si supple taliter decedat. De martyribus autẽ dicitur Apoc. xiiij. q sine macula sunt ante thronũ dei. Itẽ Matthei. xj. Regnum celorum vim patitur, et violenti rapiunt illud. De veris autem et perfectis penitentibus scribit Matthei. iiij. Penitentiam (inquit Christus) agite, appropinquabit regnum celorum. Uerũ q iste sensus est quasi mysticus: quia icipit ab allegoria, et terminatur ad anagogiam.

¶ Anagogice et tertio, iuxta illud verbum: Primogenitum asini redimes oue. Notandũ est q per primogenitum asini: potest intelligi ille angelus malus, qui fuit prim⁹: etsi nõ simpliciter, respectu totius multitudinis angelorum: prim⁹ tamẽ, respectu multitudinis malorum: alij autem videntur dicere, q ille angelus qui nunc est malus, fuit simpliciter primus inter omnes angelos, qñ primo conditi sunt. Unde Job xl. de eo dicit, q ipse est principium viarum dei. Item Isido. lib. j. ca. xij. de eo dicit, q ipse prius extitit creatus: ordinis quidem prelatione, non tẽporis quantitate seu duratione. Et postea: Primatũ itaq inter angelos et excellentiã prelationis habuit diabolus, ex qua fiducia cecidit. Cui⁹ quidem prelationis excellentiam propheta Ezechiel. xxxj. cap. his verbis annunciat, dicens: Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei, abietes non adequauerunt summitatẽ ei⁹. Omne lignum paradisi nõ est assimilatum ei: quoniam speciosiorem fecit illum de⁹. Hec ibi, que omnia referuntur ad bonos angelos. Ex quo patet q quãprimum creati sunt angeli

geli/ipse Lucifer erat simpliciter primus: qui postea peccando valde deiectus est: ita vt dicatur nunc asinus: ita vt quem transformatum vitijs videas / angelum estimare non possis. Ecce igitur quid significatur per primogenitum asini. Sed quomodo hic primogenitus asini redemptus est oue? Que enim fuerit hec ouis? Nonnulli estimant hanc ouem fuisse beatum seraphicū Franciscum / qui dicitur fuisse ouis / propter ingentem humilitatē. In cuius rei signum voluit ordinem sanctissimum (ab eo primitus institutū) debere vocari ordinem fratrum minorum: quem laudare satis certe nequeo / propter egregios viros quos ꝓduxit dotatos vite sanctitate ꝛ literarum profunditate. Tunc ergo primogenitus asini redemptus est oue: quādo quidem ipse sanctus pater Frācisćus (vt aliqui professores sui ordinis autumant) assumptus est in celis ad illū locum / qui paratus erat Lucifero / si in gratia in qua cōditus fuerat stetisset. Sed cū hoc ꝑ solā reuelationē possit certitudinaliter sciri: nōdum audiui cui hoīm reuelatū fuerit. Insuꝑ si quis assumi debuerit ad locū Luciferi: magis credēdū est hoc de beato Joanne Baptista / ꝙ de ꝗcūq̄ alio: maxie cū de eo tale dn̄s dederit testimoniū. Matt.xj. Inter natos mulierū / nō surrexit maior Joanne Baptista. Ille igit̄ cui soli cognit⁹ est nūer⁹ electorū in superna felicitate locādus / nouit ꝗd in hac materia rei veritas habeat: ideo totū eius iudicio remittamus.

¶ Anagogice ꝛ q̄rto / iux̄ illḋ ꝟbū: Nō apparebis ī cōspectu meo vacu⁹. Notādū / ꝙ hoc ꝟbū̄ maxie iplet̄ a beatis stātib⁹ in ꝯspectu dn̄i / ꝑ aptā visionē. Nā q̄libet talis necessario hꝫ secū talentū grē. Et cū hoc nō ē ibi ocios⁹.i.vacu⁹ ab omi opatiōe. Un̄ de sctis āgelis dr̄ Esa.vi. ꝙ clamāt alter ad alterū / dicētes: Sāct⁹ / sanct⁹ / sanctus / dn̄s de⁹ exercituū. Silr̄ idē habet̄ Apoc.iiij. De hoīb⁹ aūt btīs loq̇t̄ Joānes Apoc. vij. q̄ postq̄ nūerauit eos: loquit̄ itati de eoꝝ sctā occupatione dicēs / ꝙ clamabāt voce magna / dicētes: Sal⁹ deo nr̄o q̄ sedet suꝑ thronū ꝛ agno. Itē ibidē legit̄ / ꝙ clamāt dicētes: Dign⁹ es dn̄e de⁹ nr̄ accipere glīaꝫ ꝛ ꝟtutē / qꝛ tu creasti oīa: ꝛ ꝓpter volūtatē tuā erant et creata sunt. Itē de sctā occupatione hoīm beatoꝝ post generalē resurrectionē / loquitur Psal. dicēs: Exultatiōes dei ī gutture eoꝝ. Nullo mō ḡ erūt vacui a laude dei / neq̄ quo ad spiritū / neq̄ q̄ ad corpus: sicut neq̄ angeli suo modo. Discere ergo debem⁹ in terris / q̄uo laudabim⁹ eū cū fuerim⁹ in celis.

¶ Anagogice ꝛ q̄nto / iux̄ illḋ ꝟbū dn̄i: Cū tulero.i. abstulero gētes a facie tua ꝛc̄. Notādū / ꝙ ista verba implēt̄ in ipis beatis ꝛ cōprehensoribus. Nā a facie eoꝝ abstulit dn̄s gentes.i. quoscunq̄ aduersarios: tam visibiles / ꝙ̄ inuisibiles: tam interiores / ꝙ̄ exteriores: ita vt nullus possit eis aduersari / quia nec demones / nec vi-

 tia /

tia nec tyranni homines pos= sunt ascēdere in celum: vbi est locus beatorum. Ideo sequi= tur de quolibet beato: Nullus insidiabitur terre tue / ascen= dente te / & apparente in con= spectu domini dei tui: nedum ter in anno / sed iugiter et sine fine. Similit' nullus talis bea= tus immolat super fermento sanguinem hostie: quia sacrifi= cium & oblationem nō vult si= bi offerri dominus in celo / neqꝫ victimas solennitatis phase / sed ipsi beati offerūt primitias frugum terre sue in domo do= mini: id est: i ipso celo. Huius= modi autem primitie sunt co= rum cordai & volūtates sancte & bone / & huiusmodi.

¶ Anagogice et sexto / iuxta illa vltima verba precedentis clausule in quibus dicitur: Fuit autem Moyses cū domino. xl. diebus &c. Notandum / ꝙ hic ponitur numerus finitus pro in= finito / prosequēdo presentem sensum anagogicū. Item quia figura semper deficit a verita= te. Nam Moyses cum domino designat quēlibet beatū / reali ter existentē cum dño in celo per apertam visionē: & hoc in eternum / et in seculum seculi. Nec talis comedet panem ma= terialem / nec aquam similiter: quia beati in celo non esurient / neqꝫ sitient amplius: vt dicitur Esa. xlix. Item Apoca. vij. Et Joan. vj. ait Christus: Eum ꝗ venit ad me non esuriet / et qui credit in me: non sitiet in eter= num. Hoc autē referēdum est ad esuriem & sitim mortalium: quia ipsi beati habent aliū ci= bum comedere / et alium potū bibere quos nos nescimus / qui= bus damnati perpetuo priua= buntur / dicente domino ad re probos illud Esa lxv. Ecce ser ui mei comedent / & vos esuries tis: & serui mei bibēt / & vos si= tietis: & serui mei letabuntur / & vos confundemini.

¶ Quarta clausula.



Umqꝫ descēdisset Moyses de mon= te Sinay / tenebat duas tabulas te= stimonij / et ignorabat ꝙ cornuta esset facies sua ex con sortio sermonis domini. Uidē= tes autem Aaron & filij Israel cornutam Moysi faciē / timue runt prope accedere. Uocatiqꝫ ab eo / reuersi sunt: tā Aaron / ꝙ principes synagoge. Et post ꝙ locutus est ad eos / venerūt ad eum etiā omnes filij Isra= el. Quibus precepit cūcta que audierat a domino in monte Sinay: impletisqꝫ sermonibus / posuit velamen super faciem suā. Qui ingressus ad dominū / & loquens cum eo / auferebat donec exiret: & tunc loqueba= tur ad filios Israel omnia que fuerunt sibi imperata. Qui vi= debant faciē egrediētis Moy si esse cornutam / sed operiebat ille rursus faciem suā / si quan= do loquebatur ad eos.

¶ Historialiter postquā egre= gius dei propheta et amicus singularissimus Moyses / pre= cedenti clausula reperiuit mul ta dei precepta / de quibus di= ctum fuerat prius: hic conse= quenter loquitur de descensu

suo

suo de monte Sinay ad filios Israel, secum afferens duas tabulas lapideas, instar priorũ quas fregerat. Loquens itaqꝫ de seipso, sicut de quodam alio tertio dicit sic: Cumqꝫ descendisset Moyses de monte Sinay. Hic enim tangitur dispositio Moysi legem promulgantis. Dicit ergo: Cumqꝫ descendisset Moyses de monte Sinay: ut scilicet promulgaret legem: tenebat duas tabulas lapideas testimonij. Et notanter dicuntur tabule testimonij, quia per eas testificabatur quid populus Hebreorum deberet facere: ⁊ ignorabat, supple ipse Moyses, ꝙ cornuta esset facies sua, ex consortio sermonis domini: supple loquentis cum eo in predicto monte Sinay, quadraginta diebus, et totidem noctibus. Utrum autem huiusmodi facies esset cornuta realiter, vel apparenter tantum: dicetur statim in fol. ad secundum dubium. Sequitur: Videntes autem Aaron, et filij Israel cornutam Moysi faciem, timuerunt prope accedere: quia ut ait glo. lumen diuinorũ mysteriorum Judei non intelligunt, sed abhorrent. Lex etiã incedit armata contra dogmata falsitatis, quasi duobus cornibus: id est, duobus testamentis: que erant in facie Moysi, id est, in lege veteri: vetus scilicet aperte, et nouum occulte. Deinde cum dicit: Vocatisque ab eo, a quo supple timentes fugerant, reuersi sunt tam Aaron, q̃ principes synagoge, tanquam scilicet maioris auctoritatis: et per consequens audaciores: Et postquam locutus est ad eos, forte de fuga sua eos reprehendens: Venerunt ad eum etiam omnes filij Israel. Et ut dicit de Lyra, ex reuerentia dei primo recesserant, et postea ex obedientia redierunt. Quibus precepit omnia que audierat a domino in monte Sinay. Impletisque sermonibus, id est, dum complesset sermones, loquendo ad populum. Alias esset contra illud quod statim sequitur: Posuit velamen super faciem suam. Et postea: Qui ingressus ad dominum, et loquens cum eo, auferebat, supple velamen, donec exiret ⁊c. que plana sunt. Est ergo sensus horum verborum, ꝙ cum Moyses loquebatur cum domino, auferebat velamen. Quando vero loquebatur cum populo, apponebat velamen. Ex quo patet, ꝙ hoc sepe fecit.

¶ Circa autem istam clausulã possunt moueri aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium mouetur propter illud verbũ primum: Cumque descendisset Moyses ⁊c. Queritur ergo quotiens Moyses ascendit ad mõtem Sinay ad dominum, pariter ⁊ descendit? Dicendum, ꝙ de hoc doctores Latini nõ faciunt mentionem, nisi de duabus vicibus: sicut patet intuenti textum. Hebrei autem (ut refert Petrus Comest.) dicũt, ꝙ ter illuc ascendit: ad impetrandum eisdem Hebreis veniam. In qualibet autem vice fuit ibi .xl diebus, ⁊ totidẽ noctibus, ieiunans, absqꝫ cibo et potu.

potu. Cumq₃ rediisset cum certitudine venie: erat tunc nona dies septimi mensis: et in crastino solennitatem agentes . p venia data affixerunt animas suas ieiunantes . Et si hec vera sunt: vt dicit idem Comest. tunc esse potest: ꝙ etiam ecclesia ob hoc ter in anno proponit tres quadragesimas. Que autem sint ille tres quadragesime non exprimit. Aliqui autē dicunt: ꝙ ideo ille tres quadragesime leguntur institute: eo ꝙ tres homines leguntur tribus quadragenis ieiunasse: scilicet: Moyses: Helias: & Christus. Unde et in ordine fratrū minorum: audio tres esse quadragesimas. Prima incipit in festo omnium sanctorū: et durat vsq₃ ad natalē domini. Secūda incipit a dicto natali domini: & durat vsq₃ ad festū purificationis beate virginis. Hec tamē nō cadit sub obligatiōe. Nihilominus beat⁹ Francisc⁹ imprecatus est benedictionē obseruantibus. Tertia aūt est illa quā precipit ecclesia: que incipit in die cinerū: et durat vsq₃ ad pascha: de qua habetur de consec. distin. iij. placuit. Item in eodem lib. distin. v. ieiunia.

¶ Secundū dubiū: Utrum facies Moysi esset realiter cornuta: vel apparēter tantū. Josephus dicit: ꝙ nō erat ad literam cornuta: sed dicit: ꝙ ex facie eius procedebāt quasi duo radij miri splendoris: qui oculos intuentiū reuerberabant. Et hos radios vocat apostolus. ij. Corin. iij. gloriam vult⁹ Moysi. De hec etiam gloria multa dicit ibidem.

¶ Tertiū dubium: Quare non eque bene habuit Moyses faciem cornutam: quādo primo locutus est cum dño in monte Sinay: sicut modo: quādo sc₃ locutus est cum eo secūdo? Ad hoc dicunt aliqui: ꝙ tunc nō habuit ita limpidā cognitionē de deo: sicut postea: sc₃ modo. Nondū eñ dixerat dñs ei illud qd̄ postea dixit: sc₃: Ego ostendā omne bonū tibi: vt dictum est in precedenti ca. Tūc ergo limpidius deum vidit: et maiori gaudio affectus est: et ideo magis exhilarata facta est facies eius tunc . Unde ad hoc notandū: apparuerūt predicti radij in facie ei⁹. Alij dicunt: ꝙ hoc factū est vt populus: qui per idololatriam peccauerat: magis timeret ipsum Moysen: atq₃ in maiori reuerentia haberet. Ra. Sa. autem dicit: ꝙ hoc fuit ex hoc ꝙ dñs manū suam super faciē ei⁹ posuit: vt dictum est in fine precedentis capituli.

¶ Quartū dubiū: Quāto tpe apparuit facies Moysi clara & splēdida ex cōsortio sermonis dñi? Aliq̄ dicūt: ꝙ tm̄ per instans & in transitu: sed hui⁹ cōtrariū sufficienter habetur ex textu. Ibi eñ dicit: ꝙ quando loquebatur cum dño: resplendebat eius facies. Cū aūt postea descendebat: vt loqueretur cum filijs: tunc abscōdebat faciem suā. Alias filij Israel nō potuissent eā intueri pre nimia claritate: interim aūt currebat tempus: tam descendendo: ꝙ̄ ascendendo: ꝙ̄ etiā loquendo: tam ad dñm: ꝙ̄ ad populū. Nō ergo

ergo solum resplenduit per instans. Alij dicunt, ꝙ dicta facies Moysi apparuit splendida, quandiu tunc temporis locutus est ad dominũ: cuius claritatem abscondit, cum tunc opus fuit eum loqui ad populũ. Sed hoc mysterio trãsacto, mox cessauit. Alij et tertij dicunt, ꝙ ista alternatio absconsionis et reuelationis faciei Moysi durauit vsq; ad finem vite ipsius. Unde in fine presentis textus sic dicitur: Qui scilicet filij Israel videbant faciem egredientes Moysi esse cornutam. Sed operiebat ille rursus faciem suam, si quandoque loquebatur ad eos: id est, si aliquando. Cum ergo et tunc frequenter sit locutus ad populum: vt patet ex sequentibus libris: videtur hec gloria vsque ad mortem in eo mansisse. Et huius sententie est dominus Petrus de Pal.

¶ Quintum dubium: Utrum quecunque mentis exhilaratio sufficeret ad causandũ predictam claritatem et splendorem in facie ipsius Moysi? Dicendum, ꝙ non: sed tãtum exhilaratio valde excellens, et causata ab obiecto valde excellenti. Nec etiam ad hoc sufficiebat ipsa sola mentis exhilaratio sine pluri. Sed forte (vt dicit opinatiue dñs Petrus de Pal.) ab anima ipsius Moysi videntis deum per essentiam, redundauit gloria ad vultum eius tantum. Sicut et post generalem resurrectionẽ redundabit ab animabus beatis in totum corpus, sicut cõmuniter doctores dicunt. Hoc tamen fiet ex quadam dispensatione diuina: quia de communi lege non potest descendere gloria beatifica anie ab intellectu, vsque ad vires inferiores: nec ad ipsum corpus. Da exemplum de transfiguratione Christi, in qua resplenduit facies eius sicut sol, vt dicitur Mat. xvij. In hoc tamen fuit dissimile: quia in Christo erat cõtinua visio et fruitio diuine essentie ratione partis superioris, que ad tempus tantum redundauit in corpus eiꝰ: in Moyse autem non erat sic continua visio diuine essentie, nec illius continua fruitio, sed quasi momentanea redundantia predicte claritatis ad faciem. Sic etiam contigit in Christo, secundum Hieronymum in quadã epistola, quando ministri Judeorum voluerunt eum comprehendere. Unde cũ hos interrogassent principes: cur eũ non adduxissent, responderũt: dicentes. Nunꝗ homo sic locutus est, sicut loquitur homo iste. Joã. vij. Super quo dicit dictꝰ Hiero. ꝙ in vultu ipsius Christi apparuit tunc quidã splẽdor fulgureꝰ, quẽ ministri predicti videntes corruerũt proni in terram. Et forte alias idem contigit, et signanter in eiꝰ trãsfiguratiõe: vt iam dictum est. In Moyse ergo, quamuis fuerit visio diuine essentie quasi subita et momentanea, fuit tamen redundãtia claritatis inde causate quasi continua. Fuerat enim diuinitus conseruata in facie eius, ex quo secũdo cum dño fuerat locutus in monte Sinay.

Sinay. Fuerat enim in eo radicaliter: id est in eius facie impressa: et diuinitus conseruata. Unde ex tūc ipse Moyses fuit maioris authoritatis ad populum: q̄ prius: atq; magis cum timuit qui pronus erat ad peccandum.

¶ Sextum dubium: Utrū predicta claritas solum redundaret in faciē Moysi? Dicēdum / q, sic. Quamuis enim esset iam in eo aliqualis participatio future beatitudinis corporū glorificandorum / aut aliqualis similitudo illius: non tamen adequabatur illi: tum quia visio beatifica non fuerat in eo nisi in transitu. Secus autē in beatis post iudicium: tum quia nō reddebat corpus eius clarum totaliter, nec impassibile / vel leue siue agile / aut etiam immortale. Item nulla fuit facta mutatio in vestimētis eius / sicut in vestimentis Christi / que in eius transfiguratiōe transfigurata sunt aliquo modo. Facta enim sunt alba / sicut nix. Mat. xvij. et hoc ex excellētia et vehementia glorie / que redundabat in corpus: et ex corpore in vestimēta. Hic autem non sic / sed longe aliter.

¶ Insuper possunt moueri alique curiose questiones de velamēto Moysi: vtpote de qua materia esset. Item vbi accepe rat ipsum Moyses. Item quid inde factum sit. Item vtrum in illo impressa fuerit species faciei Moysi / sicut in lintheo quo Ueronica tersit faciē Christi / fuit impressa effigies eiusdem Christi. Item queritur vtrum eo tēpore quo Moyses erat seorsum a populo / et non in mōte cum dn̄o / an tunc facies ipsius esset cornuta et velata: et sic de multis alijs dubijs / que omnia remitto discretioni lectoris peritioris.

¶ Moraliter et p̄mo: Moyses est prelatus ecclesiasticus / qui tempore et loco debet ascendere montem contemplationis / et deuote orationis / tam pro se q̄ pro populo suo: et pro tempore descendere per actionem / et signanter per predicationē. Uel dic / q, etsi ratione dignitatis officij exaltatur sup subditos / debet tamen coram dn̄o descēdere per humilitatē / arbitrans multos ex illis forte coram eo se multo meliores. Propter qđ cauere sūmopere debet ne eos contemnat: sed amplectetur in visceribus charitatis et fraternitatis. Quod bene et prudēter aduertens sanctus Gregor. q̄uis esset Romanus pōtifex / nihilominus primus intitulauit se seruū seruorū dei. Et hoc est quod dicitur Eccli. iij. Quāto magnus es / scilicet generis nobilitate / vel sciētie sublimitate / vel officij dignitate / tāto humilia te in omnib⁹. i. pre oīb⁹: et habebis corā deo laudē. Unde de eo dicit Iacob. iiij. De⁹ superbis resistit / humilib⁹ aūt dat gratiam. Et Luce. j. de eodē similiter dicit: Deposuit potentes de sede / et exaltauit humiles. Nota tamē q, est aliqua hūilitas necessitatis / et aliqua supererogationis et volūtatis. Causa autē cur Moyses / id est prelatus debet descendere ad populū suum / principalis et p̄cipua est / vt eos verbo sancte p̄dica-

dicationis instruat: et hoc quantum ad vtrunque testamentum / quantum requiritur et sufficit. Et hoc tangitur cum subditur in litera de Moyse descendente: quod tenebat duas tabulas lapideas testimonij. Et hoc est contra illos predicatores qui replent suos sermones nugis et fabulis. De quibus predixit Apost. ij. Timot. iiij. quod multi predicatores et multi auditores in fine seculi ad fabulas conuertentur. Nihilominus erunt semper aliqui boni predicatores et aliqui deuoti oratores. Ideo subdit: Tu vero vigila in omnibus labora opus fac euangeliste ministerium tuum imple.

¶ Moraliter et. ij. Moyses qui ascendit ad dominum in montem et ex consortio sermonis domini habuit faciem cornutam: id est ita visus est a populo quando inde descendit: recte designat illos qui interdum habent aliquas paruas gratias: sed in hoc efficiuntur cornuti per superbiam et arrogantiam: quia credunt magnas se habere vel magnam scientiam: quia vt habetur Roma. viij. Scientia inflat / si sup<p>le est sola: vt dicit glos. interli. Sed in hoc prohdolor consistit predicatorum abusus et fatuitas: quia non recognoscunt bene imperfectum suum. Et hoc insinuatur in Moyse / qui ignorabat faciem suam esse cornutam. Hoc enim malum habet superbia / quod claudit oculos interiores hominis superbi vt non possit recognoscere imperfectiones suas / et aliorum virtutes / gratias et merita appeciari prout dignum est. Unde Gregor. lib. xxiiij. moral. cap. xxviij. Habent (inquit) hoc proprium omnes arrogantes / vt cum fortasse acutum aliquid sentiunt / inde mox ad vitium elationis erumpunt / sensusque omnium in sui comparatione despiciunt / seque in suo iudicio aliorum meritis anteponunt. Econtra autem est de bonis viris. Hinc idem Gregor. libro xxvj. moral. ca. xxiij. dicit sic: Sancti viri aliena opera (etiam parua) mirantur: sua vero etiam magna despiciunt. Deinde subdit / dicens: At contra arrogantes aliena etiam magna despiciunt / sua etiam que parua sunt / admirantur: et plerunque de suis malis bona existimant / de alienis autem bonis / mala sentire non cessant. Nam dum propriam gloriam querunt / perniciose student vt quicquid virtutis ab alijs agitur / iniquitatis nota lacerent / et pondus bone actionis vertunt in maculam criminis. Hec Gregor. Patet ergo quid significatur per Moysen cornutum.

¶ Moraliter et. iij. Si et consortio sermonis domini apparuit cornuta facies Moysi / non mirum si et consortio malorum hominum: et signanter hereticorum / et schismaticorum / facies interiores efficiuntur cornute / et immutate in aliam formam quam decerent: quia scriptum est in Psal. Cum sancto sanctus eris: et cum peruerso peruerteris. Nota de hodiernis Lutheranis.

¶ Moraliter et quarto: per Moysen qui ascendit ad dominum vsque ad summitatem montis Sinay / et tandem apparuit facies eius cornuta ex consortio sermonis domini / designantur illi qui curiose volunt alta et subtilia

plus

plus debito perscrutari. Propter quod in penam sue temeritatis et arrogātie facies eorum quādoque apparent cornute: id est manifesti efficiūtur eorū errores. Propter quod Sapiens Eccli.iij. ait: Altiora te ne quesieris: et fortiora te ne scrutatus fueris: sed que precepit tibi deus illa cogita semper: et in pluribus operibus eius nō fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium: ea que abscōdita sunt videre oculis tuis. In supuacuis rebus noli scrutari multipliciter: et in pluribus operibus eius nō eris curiosus. Hec ille. Malum ergo est ex curiositate sursum velle ascendere: scz ad investigandum subtilia: vana et inutilia. Propterea etiā Apo. Roma.xij. ait: Non plus sapere quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Et Prouerbi. xxiij. Ne erigas oculos tuos ad opes quas habere non potes. Et eiusdem.xxv. Perscrutator maiestatis: opprimetur a gloria. Unde magnus ille predicator ecclesie Paulus: de seipso loquens.j.Cori.ij.ait: Et ego cū venissē ad vos fratres: veni nō in sublimitate sermonis: aut sapientie: annuncians vobis testimonium Christi.

¶ Moralr̄ .v. Per hoc quod Moyses ignorabat quod cornuta esset facies sua: quā tamen talem esse videbāt (saltim apparent) Aarō et filij Israel: designatur quod frequēter hoīes potius vidēt defectus alienos quam proprios. Unde communiter dr̄: quod vnusquisque est cecus in propria causa. Unde Seneca: Aliena vitia habemus ante oculos: a tergo autē nostra. Sumus ergo in hac re similes oculo corporali: qui bene videt maculā in oculo alterius: sed nō in seipso. Sumus etiā similes medicis: de quibus fertur quod illis interdicitur videre propriam vrinā: vbi scz periculose egrotāt: ne desperent: non aūt alienā. Applicatio est facilis. Unde Saluator Joā.viij. inuenit de hoc cōtra scribas et pharisceos: qui adduxerāt ad eū mulierē deprehēsam in adulterio: allegantes cōtra eum legē: dicentes quod Moyses iusserat hmōi lapidare. Sup quo dicit Chrysost. Ad aliena peccata punienda ibant: et sua post se reliquerāt. Reuertātur igitur intus ad cōscientiā: et sua prius corrigant: deinde aliena emēdare studeāt. Hec ille: Unde: et tu fac similiter. Nō enim est homo super terrā: qui non habeat aliqd in seipso quod corrigat: si bene et diligēter considerat seipm̄. In cuius figurā legitur Exod.xij. quod quādo dominus percussit primogenita Egypti: nō erat domus in qua nō esset aliquod mortuū. Applicatio similiter est facilis.

¶ Moraliter .vj. Per cornua Moysi: possunt recte intelligi cornua iusti: q̄ sunt: virtutes: et gratie anime: de qbus Ps. Exaltabūtur cornua iusti. Cornua ergo q̄ data sunt aliqbus animalibus: vtpote bobus: ceruis et arietibus ad capitis ornamentū: et totius aialis tuiamentū: significāt fortitudinē: audaciā: et alias anime virtutes et gratias: q̄ capitis interioris.i.mētis: sunt ornatus et tutela. Ceruus enim quot habet annos: tot recipit in cornu pricipali parua cornua: quousque

quousq; septē annos etatis habeat. Sic vere anima deuota/ quāto plus in p̄senti solet manere/ tāto plꝰ solet cornua virtutum multiplicare/ ⁊ cumulare: ⁊ hoc quousq; possit ad septenniū p̄fectionis attingere ⁊ peruenire. Hic in Ps̄. dicit: Placebit deo sup vitulū nouellū/ cornua p̄ducētē ⁊ vngulas. Absit tamē a nobis error fraticellorū/ dicentiū aliquē viatorem purū hominē ad tantam vite p̄fectionē posse p̄uenire/ vt vltra non possit peccare: qui etiā nec per vite meritū possit proficere. Quilibet ergo quantumcūq; p̄fectus/ etiam si p infinitū tempus viueret in presenti/ semper mereri posset: qz gratia nunq; potest esse summa.

¶ Moraliter ⁊. vij. per hoc ꝙ Moyses qui tā sincerus dei amicus erat: vt interdum loqueretur cū eo facie ad faciem/ sicut solet loqui homo cū amico suo/ ⁊ tamen habebat faciē cornutā (saltim vt sibi videbatur) propter quod non loquebatur ad populū/ nisi prius velata facie: designat ꝙ sepe euenit/ vt qui sunt magni dei amici p virtute meritum/ ⁊ pulchri atq; decori plurimum in interiori homine/ habeant aliquē defectū/ aut deformitatē in exteriori: sicut videre est de Job sanctissimo/ qui tamē fuit vlceribꝰ plenus. Eiusdē. ij. Itē Dauid/ q̄uis rex potētissimus ⁊ sanctissimus fuerit/ erat tamen breuis stature. Unde de eo dr. j. Regū xvj. ꝙ quādo Samuel fecit eū vocari/ vt vngeret eum in regē sup Israel/ loco Saul: erat tūc paruulꝰ/ ⁊ pascebat oues. Sed posset dici/ ꝙ erat paruulꝰ etate. Tenetur tñ cōiter ꝙ ip̄e Dauid breuis stature fuerit. Taceo de Zacheo principe phariseo/ q tanti meriti fuit vt q̄sierit Christus in eius domo manere. Hic tamen pusillus erat: ita vt ascenderet in arborē sycomoꝝ/ vt videret Jesum/ qui erat illac transiturus. Lu. xix. Legitur etiā in vitis patrū de quodā sancto patre/ q dicebat frater Jo. breuis stature: eo ꝙ realiter esset talis/ q tamen de sanctitate vite multū laudabatur. Taceo etiā de rege Pipino/ q gloriose regnauit in Gallia/ q etiā erat breuis stature: vt testant eiꝰ ossa/ q̄ requiescunt prope Wormū/ i oppido dicto Hall. Ex e/ i ecclesia beati Bartholomei. Fertur eī ꝙ erat tm̄ triū cubitorū. Nec obstat ꝙ genuerit Carolū magnū: tū quia habuit vxorē magnā q dicebat Bertha ad magnū pedē: tū qz forte dictus Carolus/ dictꝰ est magnus/ non magnitudine molis/ sed animi ⁊ virtutis: ita vt p̄uenerit ad imp̄iū. Ecce q̄uo qd deficit in vno/ recuperat in alio: vt vulgo dici solet. Patet ēt qd significat ꝙ facies Moysi fuerit cornuta ⁊ deformis.

¶ Moralr̄ ⁊. viij. Moyses dux populi Israelitici/ ducēs eum versus terrā p̄missionis/ est p̄latus ecclesie/ siue religionis: qui debet verbo sancte doctrine/ ⁊ exēplo bone vite/ ducere populū suum in terrā sanctam: id est/ in celū. Hic aūt Moyses debet esse sine cornibus/ quo ad bonos. Quo autem ad malos ⁊ rebelles/ debet vti cornibus. In cuius figurā/ Moyses

aliquādo ⁊ quasi ordinarie ap paruit sine cornibus/sed totus māsuetus. Unde de eo dicitur Num.xij. Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur super terram. Aliquando etiā apparuit cornutus: vt hic. Nonne etiam bene cornutus apparuit ɔtra malos/quando eo descendēte primum de monte Sinay/⁊ vidēte vitulum aureū ⁊ choros populi/iratus est valde: ita vt piecerit tabulas lapideas de manu sua/⁊ confregerit eas ad radicem mōtis/ atq3 postmodum vitulum in puluerē redegerit: ⁊ de idololatrante populo mirabilem stragē fecerit. Quo ad bonos ergo debet apparere plātus/pater ⁊ benign⁹: quo ad rē ad indisciplinatos/iudex et seuerus. Hec enim duo sunt in eo necessaria: vz māsuetudo/ ⁊ iustitia: pro loco tamen ⁊ tēpore. In cuius figurā intra arcam eiusdem Moysi erat manna/⁊ virga. Heb.ix. Manna erat dulcissimus cibus ad manducādū: ⁊ ideo recte designat mansuetudinē ⁊ benignitatem in prelato. Uirga vero/ correctionē/et seueritatem. Primū/ propter bonos: secundum/propter malos. Notandum tamen ꝙ prelatus nō debet totaliter suis cornibus exterminare malos/sed miscere misericordiam cum iustitia. Quia vt dicit Gregor. in suo pastor. c. xvij. Disciplina vel misericordia multum destituit/si vna sine alia teneatur. Et ideo cauere debet platus/ ne districtio sit rigida nimium/aut pietas remissa plurimū. In cuius rei signū legitur Luc.x. ꝙ Samaritanus vulneratum in stabulum duxit/⁊ vinum atq3 oleū eius vulneribus adhibuit: vt per vinū mordeāt vulnera/⁊ per oleum foueant. Hec ille. Hinc Ps. ait: Uirga tua/⁊ baculus tuus: ipsa me cōsolata sunt. Uirga enim percutimur/sed baculo sustētamur.

¶ Moraliter ⁊ nono: Per Moysen ducē populi/ cuius facies apparuit cornuta potius ꝙ̄ fratris sui Aaron/aut cuiuscunq3 alterius de poplo: designatur ꝙ plerūq3 illi qui assumuntur in duces popli Christiani ⁊ pastores/sunt cornuti: non tm̄ apparenter/sed ⁊ realiter: et hoc per ignorantiam legis diuine/ quā tamen pre ceteris scire tenentur. Unde fertur ꝙ cum qs in episcopū consecratur/interrogatur ab eo q̄ inter tres episcopos consecrantes eū/est maior. Scis vtrunq3 testamentū? Cui respondet: Scio. Sed caueant multi tales ne incurrāt mendaciū. Quia est questio de eminenti scientia. Cū iuxta doctrinam Apost. j. Timoth.iij. oporteat episcopū esse doctorem: supple/ a docēdo. Et hinc est ꝙ nullus episcopus potest postea acquirere gradum magisterij/siue doctorat⁹ in theologia: quia iam presumitur doctor ⁊ magister. Caueāt etiam ne duo predicta cornua Moysi/⁊ que representātur per duo cornua mitre pastoralis: ɔcontrarium sensum significent ignorantiam vtriusq3 testamēti. Sed de hoc sufficit ad p̄sens/ ne ponere videar in celum os meum.

¶ Moraliter et.x. iuxta illud verbum:

verbum: Posuit velamen sup faciem suam: scilicet Moyses. Notandumq̧ illud verbū potest veraciter dici de ficte et false confitentibus. Tales eni po nunt velamen malitie et nequitie. i. hypocrisis et fictionis super faciem suam. i. super conscientiam suam: que est facies interior hominis: et in qua debet resplendere omnimoda veritas. Sed cuilibet tali potest dici cum opprobrio illud Job xiij. Quare faciem tuam auertis. i. conscientiam tuam in cōfessione abscondere niteris? Nescis quia alterum necessarium est: aut q̧ bono corde cōfitearis | et sic ignoscat deus: aut non plene cōfitearis | et sic non ignoscat deus: sed pro delictis tuis dāneris perpetuo? Quare ergo faciem tuā auertis? Caue ergo | o peccator | ne ponas velamen fictionis super faciem tuam.

¶ Allegorice et primo: Moyses Christū prefigurauit multipliciter. Tum primo | q̄ de aqs sumptus fuit: et Christus de aquis Jordanicis | in quibus baptizatus a Joāne | sumptus est. Tum secundo | q̄ Moyses electus est a domino | vt liberaret populum Israeliticū | cū signis mirabilibus et inauditis de potestate Pharaonis. Et Christus venit in hunc mundum | vt liberaret populum credētem de potestate demonis. Tum tertio | q̄ Moyses stetit cū dño in mōte Sinay. xl. diebus | et totidē noctibus: panem nō comedens | et aquā non bibēs. Sic et Christus tāto tpe | et eodē modo ieiunauit in deserto: vitā sꝫ 9uersatione hominū: semp tamen manēs cū deo patre | p vnitatē essentie. Unde et dicebat Jo. xvj. Non sum ego solus: sed pater meus mecū ē. Tū quarto | q̄ Moyses descendēs de monte | attulit duas tabulas lapideas. Et Christus veniens in hunc mundum emendauit in melius legem veterē | dicens Mat. v. Audistis q̄ dictum est antiquis: Diliges amicū tuū | et odio habebis inimicum tuū. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros etc. Quinto | quia Moyses fuit valde mitis super omēs homines qui fuerunt in terra: vt dr Nume. xij. Et Christus de seipso ait Mat. xj. Discite a me: quia mitis sum et humilis corde. Sexto | Moyses multa perpessus est. Et de Christo dicit Esa. liij. q̧ vulneratus est ꝓpter iniquitates nostras | et multa ꝑ multa. Ecce ḡ quomodo Christus fuit alter Moyses: q̄ in eo multipliciter prefiguratus: qui etiā descendens de summitate montis paradisi in vterū virginis et in valle p̄sentis seculi | visus est habere faciē cornutā | et maxime in reprehēsione vitiosorū | similiter et i eiectione vendentium et ementium de templo: vt legitur Joan. ij. Qđ autem dicitur de Moyse | q̧ venerunt ad eū filij Israel | postq̄ eos vocauit: prefigurauit q̧ apostoli erant venturi ad Christū per apostolatū | cū eos nominatim vocauit. De quorꝫ vocatione loquuntur euangeliste in diuersis passibus. Quibus vocatis et congregatis Christus manifestauit ea que

audierat a patre i celo / quantum licuit: sicut Moyses nunciauit filijs Israel ea que audierat a domino in monte Sinay. Unde et Joan. viij. dicebat: Ego que audiui a patre / hec loquor i mūdo. Ceterum quod sequitur / quod Moyses posuit velamen super faciem suā: aperte insinuauit quod diuinitas in Christo fuit per eius humanitatem velata. Alias enim ab oculis corporeis videri nō poterat. Fuit ergo diuinitas occultata in Christo sub eius hūanitate / sicut lumen in lucerna. Quod autem Moyses / asceudens ad dūm / auferebat dictū velamen a facie sua: prefigurabat quod ipse Christus / ascensurus ad patrē / debebat clare et nude videri a sanctis angelis: et cunctis beatis: etiam secundū vtrāque naturam: diuinā. s. et humanam.

¶ Allegorice et secundo / et cōformiter ad glo. ordi. et interli. facies Moysi clara adeo quod opus fuit vt eam velaret / quādo ad populū loqui voluit: significat legem diuinis mysterijs illustratam: siue quibusdā radijs splendoris refertam: quos humanus visus ferre nō poterat / nisi dicta facies velaretur per fidem: vt quod virgo cōcepit / et peperit manēs virgo. Item quod deus sit homo factus. Item quod panis conuertatur in Christi verum corpus: in sacramento altaris: et vinum in sanguinem: et sic de alijs.

¶ Allegorice et tertio / quod facies Moysi fuerit velata / quādo oportuit eum loqui ad populum: vbi tamē velamen deponebat quando ad dominum in montem ascendebat: designat sacramentum altaris / quod non nisi velatum speciebus potest videri ab hominibus adhuc degentibus in terris. Propter quod dicitur Esaie. xlv. Uere tu es deus absconditus. Secus autem in patria: ibi enim clare et nude videtur ipse Christus ab ipsis beatis: dicente eodem Christo. Joā. xvij. Hec est vita eterna / vt cognoscant te verum deum / et quem misisti Jesum Christum: Jbi enim videtur ipse benedictus Christus sicuti est: vt dr. j. Joā. iij.

¶ Allegorice et quarto / Moyses (vt sepe dictū ē) Christū significat: cuius facies cornuta apparebit in die iudicij cōtra malos. Fuit enim ipse Christus in primo suo aduentu / tanquā agnus per māsuetudinem: iuxta illud quod Joānes Baptista dicit de eo Joan. j. Ecce agnus dei. Item Hiere. xj. Ego quasi agnus mansuetus / qui portatur ad victimā. Sed in secūdo suo aduētu / qui erit ad iudicium / erit tanquā aries. Aries enim cōmuniter est cornutus. Unde cū cornibus alterū arietem percutit. Sic et Christus in dicto iudicio percutiet valde atrociter miseros peccatores / dicens eis illud Mat. xxv. Ite maledicti in ignem eternum. Psal. Tūc loquetur ad eos in ira sua / et in furore suo conturbabit eos.

¶ Allegorice et quinto / Moyses velans faciem suā / cū descēdit de monte vt loqueretur ad populum hebraicū: significat vetus testamentū / quod fuit datum cum

cum descensu: q2 tēporalia et non eterna nec celestia pmitte bat: dicēte dño Esa. j. Si me audieritis bona terre comede tis. Ideo aūt pmittit dñs Iudeis bona terre: vt sic eos alliceret ad obseruantiā mandatorum suorū: quia nouerat eorum animos auaros. Ipse aūt idem Moyses deponens velamen cum ascendit ad dñm: significat nouū testamētum q̄d fuit datū cum ascensu: quia celestia et eterna pmittebat suis obseruatoribus dicente dño Mat. xix. cuidam adolescentulo: Si vis ad vitā ingredi serua mandata. Dicitur etiam in figuram huius Mat. v. q̄ cum ipse dominus voluit dare ipsum nouum testamentū ascēdit in montem. Et tunc dixit: beati pauperes &c. Bene etiā Moyses descendens de monte Sinay ad populū abscondit velamine faciem suā: quia vetus testamentum fuit velatū multitudine figurarum: quia teste Apost. j. Corin. x. omnia in figuris cōtingebant illis. Cum autem ascendit ad dominum in mōtem predictum velamen abstulit: quia adueniēte nouo testamento cessauerunt predicte figure et apparuit lux psecte veritatis. Hinc Io. j. dicit: Lex per Moysen data est gratia et veritas p Iesum Christū facta est. Et in Ps. Tenebrosa aqua supple doctrine et mysteriorum noui testamēti fuit supple in nubibus aeris. i. sub figuris veteris testamenti. Pre fulgore aūt in conspectu eius. i. p aduentū Christi nubes trāsierunt. i. figure cessauerunt.


¶ Allegorice et sexto: Moyses descendēs ad filios Israel habens faciē velatā et apparēter cornutam: designat cecitatem adhuc regnante in cordibus Iudeorum. Non enim possunt videre clare et nude faciē Moysi: id est non possunt credere voces prophetarū loquētium de Christi incarnatione natiuitate vita morte resurrectione et in celum ascensione. Propter quod Esaias in psona omnium antiquorū pphetarū. c. liij. loquitur dicēs: Dñe qs credidit auditui nostro? Sic aūt loquitur cū admiratione: q2 reuera pauci de populo Iudeorū crediderunt pdicta de Christo. Unde sequitur et brachiū dñi cui reuelatū est? Ubi notandum q̄ brachium dñi (supple dei patris) est Christus. Quia sicut p brachiū operatur homo: ita et deus pater oīa p filiū suū Christū fecit in terris. Io. j. oīa p ipm facta sunt. Hoc igitur brachiū paucis de Iudeis efficaciter reuelatū est. Unde vbi supra dr: In ppria venit et sui eū nō receperunt. Et Esa. j. Cognouit bos possessorē suū et asinus presepe domini sui Israel autē me nō cognouit: et populus meus nō intellexit. Ecce quomodo conqueritur dominus de predicta cecitate et velatione mētis Iudeorum: et signāter quo ad Christi incarnationē et cetera ipsius sequentia mysteria. Q̄ autem facies Moysi apparebat Iudeis cornuta designat q̄ eisdem Iudeis apparet hodie et videtur vtrunque testamentum cornutum. Antiquū quidem q2 ipsum male interpretantur.

Nouum autem, quia ipsum omnino respuunt. Propter quod apost. secunde Corinthiorum tertio dicit, ꝙ vsq; in hodiernum diem cum loquitur Moyses, velamen positum est super cor Judeorum. Nec auferetur vsq; in finem seculi: quando scilicet reliquie Jsrael salue fiēt: vt dicitur Esaie decimo. Tūc enim fiet vnum ouile: scilicet, ex gētilibus, siue Christianis & Judeis: & vnus pastor Joan. decimo.

¶ Anagogice, Moyses q̄ descendendo videbatur habere faciem cornutam, propter qd velabat eam: quo ascendente in montem ad dominum, non ampli⁹ talis videbatur: propter quod deponebat velamen: designat malos angelos, & ceteros reprobos, qui cadentes in infernum: illuc deferunt omnes defectus suos & imperfectiones, si quas in presenti habuerunt. Habent etiam ves-lamen super faciem suam: id est, carentiam diuine visionis. Unde Esa. vicesimosexto: Tollatur impius, vt habēt aliqui libri. Deinde sequitur: Jn terra sanctorum iniqua gessit: & ideo non videbit gloriam domini. Per hoc autem ꝙ idē Moyses sursum ascendens, nō amplius apparebat cornutus, insuper et velamē deponebat: designatur ꝙ tam boni āgeli, q̄ ceteri electi, sunt in celo adeo gloriosi, ꝙ nulla deformitas apparet in eis: iuxta illud Apocalypsis decimoquarto: Sine macula sunt ante thronum dei.

¶ Exodi tricesimoquinto.

¶ Prima clausula.



Situr congregata omni turba filiorum Jsrael, dixit ad eos: Hec sunt q̄ iussit dominus fieri. Sex dieb⁹ facietis opus. Septimus dies erit vobis sanct⁹: so-bbatum et requies domini. Qui fecerit opus in eo, occidetur. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbati.

¶ Historialiter, postq̄ in precedentibus sanctus legifer Moyses multa inseruit suo principali proposito: et hoc ratione adorationis vituli conflatilis: hic consequenter redit ad ipsum principale intentū, quod est de opere sanctuarij construendo. Primo igitur repetit quod supra dixerat de preparatione materie eiusdem tabernaculi: videlicet. xxv. ca. Sed ante hec oīa adhuc primo repetit preceptum de obseruatione sabbati, de quo primo dictum fuit supra. xvj. cap. Sed circa presentem breuem clausulam mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubium mouetur propter illud verbū: Cōgregata omni turba filiorū Jsrael. Queritur ergo, quare dicitur citius congregata omni turba: q̄ cōgregata omni multitudine filiorum Jsrael? Responsio, quia illa duo differūt. Nam

Nam turba: secundū de Pal. proprie est communis & vulgaris populus: & qui vacat operi manuali. Multitudo autē populi siue gētis: importat indifferenter nobiles & ignobiles: diuites & pauperes: fortes et debiles. Et q: dicta congregatio fiebat vt eligerentur viri qui edificarent tabernaculum dñi: ideo Moyses potius vsus est hoc nomine turba: ꝙ alio. Maiores enī & principes: qui cōprehendūtur sub multitudine: nō solent manualiter operari.

¶ Secundū dubium mouetur propter illud verbū: Hec sunt que iussit dñs fieri. Uidetur ꝙ Moyses debuerit addere: et nō fieri: & hoc propter requiē sabbati. Qui enim requiescit ab opere: non dicitur aliquid facere. Dicitur: ꝙ hic capitur fieri large: prout se extēdit ad fieri: et non fieri.

¶ Tertium dubium mouetur propter illud sequēs verbum: Sex dieb⁹ facietis opus. Queritur ergo verum operari die non festo: cadat sub precepto: sicut non operari die festo cadit sub precepto: vt hic dicit: Uidetur ꝙ sic: Qui enim nihil operatur: necesse est vt sit ociosus. Ociositas autem reprehenditur in sacra scriptura tanꝙ viciosa: tāꝙ mater & nutrix viciorum. Igitur. Dicendum: ꝙ cū in presenti sit q̄stio de opere seruili: & qđ ꝓprie faciūt serui: sicut arare: metere: edificare: & huiusmōi: taliter opari nō cadit sub precepto diuino. Alias diuites & nobiles: clerici & similes: q̄ nō solent facere opera seruilia: essent peioris cōditiōis: ꝙ pauperes & agricole. Uult tamen dñs vt homo post lapsum tempore & loco operetur: hoc vel illo modo. Tū primo: vt occupetur in aliquo licito exercitio: ne diabolus eū occupet in aliquo illicito: q: non potest humana mēs diu esse ociosa. Propter quod Hiero. ad Rusticum monachū scribens: & ponitur de cōsecr. distin. v. Nunꝗ. Facito (inqt) aliqđ operis: vt semper diabolus inueniat te occupatū. Nā quandiu Dauid fuit occupat⁹ in arte militari: caste vixit. At vero adulterium commisit cū ociose vacauit i solario dom⁹ sue. ij. Regū. xj. Tum secundo vt vitet vitium: Unde de ociosis loquitur Psalm. dicens: In labore hoīm non sunt: & cū hominibus nō flagellabunt. Sequitur: Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate et impietate sua. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eoꝝ: transierunt in affectum cordis. Tū tertio: vt habeat vnde manducet: & hoc in casu necessitatis: vbi scilicet nullus alius operaretur terram. Nam in illo casu teneretur homo manib⁹ laborare: cum teneat ex debito nature vitā suam sustētare. Propter quod dicebat apostolus ij. Thess. iij. Qui non vult operari: nec manducet. Unde immediate postea reprehēdit homines ociosos: dicens: Audiuimus enim inter vos quosdā ambulātes iquiete: nihil operantes: sed curiose agentes. His autem qui eiusmodi sunt denunciamus et obsecramus

in domino Jesu Christo/ vt cũ silentio operantes suũ panem manducent. Hec ille. Unde et paterfamilias reprehendit illos homines/ qui ociosi stabãt in foro/ dicẽs: Quid hic statis tota die ociosi? Ite in vineam meam. Matt. xx. Ecce quomodo dominus precipit opus manuale/ tempore ꝛ loco. De hoc etiam perpulchre loquitur idẽ apost. j. Corin. ix. Potest etiam dici/ ꝙ sensus illi⁹ propositionis: Sex dieb⁹ facietis opus/ est talis. s. vobis licitum erit operari sex diebus. Non sic autem de die septimo/ quia in illo operari prohibet dominus: ideo de hoc mouetur sequens dubium.

¶ Quartũ dubiũ: Utrũ liceret Judeis aliqñ opari seruiliter in die sabbati? Uidet̃ ꝙ nõ/ qꝛ hoc prohibebat dñs sub pena mortis: vt pꝫ in textu: Dicẽdũ/ ꝙ ordinarie nõ licebat eis/ ꝓpter illius sanctitatẽ/ ꝛ dñi prohibitionẽ. Licebat tamen propter imminentẽ necessitatẽ/ dilationẽ non patientẽ. Hoc aũt cõfirmat dñs nr̃ Jesus Christus Mat. xij. vbi legit̃/ ꝙ cum in die sabbati discipuli vellerẽt spicas vt mãducarẽt: eo ꝙ valde esurirent/ ꝛ de hoc Pharisei scãdalizati ipsum Christum increparent: respondit ꝙ hoc licebat eis/ ꝓpter imminẽtẽ necessitatẽ. Hoc aũt probauit exẽplo Dauid/ q̃ ꝓpter similem necessitatẽ/ ipse ꝛ q̃ cũ eo erant intrauit in domũ dñi/ et panes ꝓpositiõis comedit: q̃s ei nõ licebat alias comedere. Silr̃ hoc idẽ ꝓbauit Luc. xiij. exẽplo brutoꝝ/ q̃ ducũtur ad adaquãdũ in die sabbati. Itẽ ca. sequẽti/ q̃ꝺ est. xiiij. hoc idẽ ꝓbat exemplo asini/ dicẽs: Cuius vestrũ asin⁹/ aut bos in puteũ cadet/ ꝛ nõ cõtinuo extrahet illũ die sabbati? Itẽ in die sabbati licebat ipsis Judeis adimplere opa pietatis/ ꝛ misericordie. Hoc aũt ꝓbauit idẽ Christ⁹ eis ꝑ hoc ꝙ ipse multos egrotos ꝛ male habentes curauit eodẽ die: sicut patet Mat. xij. de habẽte manũ aridã/ quẽ curauit eodẽ die. Itẽ de paralytico Joan. v. Et breuiter frequẽtius curabat infirmos tali die/ q̃ȝ alijs: vt insinuaret ꝙ opa pietatis tũc sũt maxime implenda/ sicut supra diximus. Judei ergo qui de hoc scandalizabantur/ grauiter errabant: quoꝝ scandalum erat acceptũ/ ꝛ non datũ. Similes ergo Judeis sunt aliqui Christiani/ q̃ faciũt conscientiã de eo q̃ꝺ nullo modo est malũ/ vt de operando aliquid i die sabbati postq̃ȝ nona pulsata est: ꝛ tandẽ procurante diabolo veniẽt ad festiuandũ mane i ꝓdicta die: ꝛ sic ad festiuandũ totũ sabbatũ/ more Judeoꝝ/ ꝛ iudaizare. Pro quo facit cap. peruenit. de cõsecr. di. iij. Non aũt faciũt cõscientiã de eo/ de quo merito facere debẽt: vt de operãdo seruiliter in die festo. Dicẽtes forsan/ ꝙ est bassũ festũ/ ꝛ nõ multũ celebre: ꝛ ꝑ cõsequẽs nõ esse periculũ aliq̃d tũc operari. Talib⁹ itaq̃ȝ videtur loqui dñs Esa. v. dicẽs: Ue q̃ dicitis malũ bonũ/ ꝛ bonum malũ: ponẽtes tenebras lucẽ/ ꝛ lucẽ tenebras: ponẽtes amarũ in dulce/ ꝛ dulce i amarum.

Quintum

¶ Quintum dubiũ: quare dñs ita stricte precepit obseruantiam sabbati: vbi tamẽ de decem preceptis non loquitur nisi in generali: dicens / Hec sunt q̃ iussit dñs fieri? Hoc dubium mouet August. in questionibus super Exodũ. q. clxxij. sub his verbis: Cum Moyses decem verba legis acceperit in tabulis lapideis / quas ipse iterum excidit ꝛ conscripsit / quare de sabbato solo (posteaq̃ descendit) populũ admonuit? Si enim (inquit) propterea decem precepta legis superfluum fuit vt populus iterum audiret: cur ꝛ hoc non fuit superfluum / vt de sabbato audiret? Ad hoc igitur dubium respondet ipse Augustinus vbi supra dicens / ꝙ non est simile de hoc precepto / et de alijs nouem. Hoc enim figurale erat / significans quietem Christi in sepulchro: ꝛ per consequens conuertendum erat in obseruantiã diei dominice / propter reuerentiã dominice resurrectionis. Alia autem nouem precepta decalogi moralia erant: et ideo sicut precepta sunt / etiam in nouo testamento obseruanda minime dubitamus: illud autem vnum de sabbato vsq̃adeo figurata diei septimi obseruatione apud Israelitas velatũ fuit / ꝛ in mysterio preceptum fuit: ꝛ quodam sacramento figurabatur / vt hodie a nobis non obseruetur: sed solũ quod significabat intueamur. Deinde descendit August. ad propositum questionis / dicens / ꝙ quia alia nouẽ precepta erãt de lege nature / non erat ita facile Judeis cõtradicere illis / sicut huic de obseruatiõe sabbati / qd̕ erat in parte cerimoniale. Propter qd̕ facilius erat istud trãsgredi / nisi frequenti iussiõe firmaretur. Uel forte istud p̄ceptũ de obseruatiõe sabbati specialr̕ hic appositũ est: ne forte ipsi Judei crederẽt eis licere opari ĩ die sabbati in ope tabernaculi qd̕ instabat faciẽdũ: ꝛ ignãter opari cũ pecto. Quia sicut hodie licet opari ĩ die festo ad fabricam ecclesie: dũmodo hoc fiat sine p̄cło: ita forte ꝛ tunc ꝓ fabrica ꝛ opere ipsius tabernaculi.

¶ Sextũ dubiũ mouetur ꝓpter illud vltimũ verbũ: Nõ succendetis ignẽ in oĩbus habitaculis vestris ꝑ diẽ sabbati. Queritur ergo an in casu necessitatis liceret Judeis ignẽ succẽdere ĩ tabernaculis suis? Dicẽdũ / ꝙ necessitas poterat esse tãta ꝙ non peccassent ipsum accẽdẽdo. Unde vulgo dici solet / ꝙ necessitas non habet legem. Huiusmodi ergo p̄ceptũ obligabat extra necessitatem / ꝛ nõ alias. Fuit autem datum tale preceptũ Judeis in onus. Propter ergo huiusmodi precepta cerimonialia p̄dicta lex vetus dicebatur lex oneris: ꝛ nõ honoris. Hodie aũt p̄ceptũ p̄dictũ nullo modo obligat / nec ĩ casu necessitatis / nec extra: q2 oĩa cerimonialia cessauerũt ĩ aduẽtu Christi / dicẽtis ĩ cruce / Cõsũmatũ ẽ: supple vetus testamẽtũ / q̃tũ ad cerimonialia / q̃ figuralia erant mysterioꝝ noui test.

¶ Moraliter ꝛ p̄mo / ꝑ congregationẽ filioꝝ Israel / quibus loquitur Moyses / dicẽs: Hec sunt

 que

que iussit dominus fieri. Sex diebus &c. intelligitur omnis congregatio deuotorum catholicorum, siue religiosorum, siue clericorum aut laicorum, quibus preest Moyses: id est, deuotus prelatus. Per hoc autem quod dicitur Moyses dixit populo: Hec sunt &c. denotatur: quod qui preest tali congregationi, debet eam frequenter monere de obseruantia et recordatione preceptorum dei, tam in generali quam in particulari. In generali quidem de duobus que ponit Psal. dicens: Declina a malo: et fac bonum. Primum tangitur cum precipitur sabbatum custodiendum. Sabbatum enim, quod requies interpretatur: declinationem a malo designat. Sex autem dies in quibus operari licet, idem important quod facere bonum. O igitur deuote popule catholice, et cui loquitur bonus prelatus: hoc fac, et viues. Et quia multa in precedentibus dicta sunt in hoc sensu morali de operatione sex dierum, et de cessatione ab omni opere in die sabbati: ideo dicta sufficiant pro presenti.

¶ Moraliter et secundo: iuxta illud verbum, in quo prohibetur ignis succendi in die sabbati. Notandum, quod in nobis potest esse duplex ignis: quorum quilibet prohibetur succendi a domino. Unus quidem interior in anima: alius autem exterior in carne. Primus vocatur ignis ire, qui consistit in corde. Secundus autem vocatur ignis concupiscentie et libidinis inordinate, et consistit in carne. Et de vtroque loquitur interl. in presenti. Potest etiam primus ignis quantum ad suum materiale ad carnem pertinere: quia ira est ebullitio sanguinis iuxta cor. Sed suum formale pertinet ad animam. De primo igne succensi fuerunt Judei aduersus Christum, quando dixit eis quod non erant digni vt faceret signa apud eos. Unde Luc. iiij. sic dicit: Repleti sunt omnes in synagoga ira, hec audientes. Propter quod surrexerunt et eiecerunt eum extra ciuitatem &c. Unde in Psalm. Exarsit ignis in synagoga eorum. Ignis, supple ire magne. De secundo autem igne loquitur idem Psal. dicens: Juuenes eorum comedit ignis, scilicet concupiscentie. Potius autem nominat iuuenes quam senes: quia talis ignis libidinis magis comedit et affligit iuuenes quam senes, in quibus incipit frigescere huiusmodi ignis, qui feruescit in iuuenibus. Quamuis ergo malum sit succendere huiusmodi ignes in tabernaculis. i. in cordibus aut corporibus suis qualicunque die: peius tamen est hoc facere in die sabbati, quam alio die: et hoc propter sanctitatem et reuerentiam diei. Contra quod multi faciunt, qui potius succenduntur ira, discordia, rixa, luxuria, et huiusmodi, die sabbati. i. die festo, quam alijs diebus: quia alijs diebus vacant operibus suis manualibus et artibus, vt possint inopem defendere vitam, a quibus tunc quiescunt, vt per amplius vacent diuinis.

¶ Moraliter et tertio: iuxta idem verbum, sicut sunt quidam ignes peccatorum, qui non sunt succendendi in die sabbati. i. in die festo: ita et per oppositum est quidam ignis qui tunc

tute maxime ē succēdend9 etiā plusquā alijs diebus: et iste est ignis diuinus/scz charitatis et amoris dei sup omnia: quē venit accēdere et mittere i cordibus Christifideliū Christus in suo primo aduētu: iuxta illud Luc.xij. Ignē (inquit) veni mittere in terram: et quid volo nisi vt accendat? Sed ad qd venit Christ9 mittere predictū ignē in terrā? Certe vt eam illuminaret/inflāmaret/cōsolidaret. Hec eni tria facit ignis materialis/circa materiā subiectā. Nam illuminat obscura/inflāmat frigida cōsolidat mollia. Nā ante aduentū ipsius Christi terra erat obscura/per ignorantiā: frigida per maliciam: mollis/per impatientiā siue p insolentiā. De primo di Osee iiij. Non est veritas/non est misericordia/nō est sciētia dei in terra: in cui9 etiā figurā legit Gen.j. Terra erat inanis et vacua: et tenebre erāt sup faciem abyssi etc. De secūdo di Hiere. vj. Sicut frigidā facit cisterna aquā suā/sic frigidā facit maliciam suā/scz ipse mundus. De tertio Esa.xlvij. Non vocaberis vltra mollis et tenera. Propter igit hec tria venit Christus mittere ignem in terram: id est/perfectā charitatem/similiter et spiritum sanctum in specie ignis in die pentecostes super apostolos suos: vt scilicet ignaros erudiendo illuminaret/frigidos calefaciēdo inflāmaret/molles et dissolutos consolidaret. Dicit itaq Christus: Ignē veni mittere in terram/scilicet tam ipsum spiritum sanctum/q ipsam charitatem. Nō autem dicit in celum: quia ipsum ignem iam habebat. Nec similiter in infernū: quia ipse capere non poterat: sed dicit in terrā/que presentia predicti ignis indigebat/et illius capax erat. Patet ergo de igne quem debemus succēdere (quantum in nobis est) in cordib9 nostris/pmaxime i die festo/vacādo operib9 pietatis/puritatis/et deuotiōis. De quo etiā subiūgit Christus vbi supra: Et qd volo nisi vt ardeat? ¶ Moraliter et quarto: ignis est dominus/iuxta illud Deuteronomij.iiij. Dñs tuus ignis cōsumens est. Hunc autē ignē multi succendunt/cum ad iracundiam prouocando diebus sabbatinis.i. festiuis/etiā peramplius q alijs dieb9. Hi sunt qui (vt prius immediate dictū est) vacāt voluptatib9 suis peruersis et diuersis: qui peius agunt/secluso scādalo/q si ararent in agro. Nō eni placēt sabbata taliū dño: quinimo displicent/prout ipse cōqueritur Esa. j. dicens: Neomenia et sabbatū et festiuitates alias non ferā.i. non sustinebo amplius. Et huius ratio assignat/cū subdit: iniq sunt cet9 vestri. Calendas vestras nō meas/q mihi non placent: et solēnitates vestras/non meas: q illis male vtimini/odiuit anima mea. Et breuiter omnia supradicta facta sunt mihi molesta: laboraui sustinens.i. expectans conuersionem vestram. Ecce quomodo multi peccatores suis peccatis succendunt ignē.i. dñm deū (q ignis di) i die sabbati/qd min9 licet q alijs diebus.

Allego.

¶ Allegorice et primo: per sex dies: in quibus est operandū: intelligi possunt sex opera misericordie corporalis: que enumerantur Mat. xxv. et que impleri siue operari debēt in presenti. Et quicunqȝ sic operatꝰ fuerit: requiescet in sabbato eterne vite: in qua nullus labor erit: sed requiescent tunc omnes electi a laboribus suis: vt dicitur Apoca. xiiij.

¶ Allegorice et secundo: sabbatum quod tēpore legis veteris precipiebatur obseruandū sub pena mortis corporalis: gessit typū diei dominice: que propter reuerentiā dominice resurrectionis (que tunc fuit impleta) obseruāda est sub pena mortis spiritualis et eternalis. Sic enim figura mutatur in veritatem: et vmbra in lucē atqȝ nox in diem.

¶ Allegorice et tertio: per sex dies in quibus operandū est: recte possunt intelligi sex etates mūdi. Primꝰ igit dies fuit ab Adā vsqȝ ad Noe: siue vsqȝ ad diluuium. Secundus fuit a Noe: vsqȝ ad Abrahā. Tertiꝰ: ab Abrahā: vsqȝ ad Moysen. Quartꝰ a Moyse: vsqȝ ad trāsmigrationē Babylonis. Quintus a transmigratione Babylonis vsqȝ ad Dauid. Sextꝰ a Dauid: vsqȝ ad Christum. Et a Christo incepit sabbatū. Tūc enim quieuerunt figure et pphecie: q̄ de aduentu Christi scripte erant: secundū ꝙ dī Mat. xi. Omnes prophete et lex vsqȝ ad Joannē pphetauerūt: qui scȝ Joannes fuit quasi contēporaneus Christi: demptis sex mensibꝰ: vt patet Luc. j. Quinimo adhuc minꝰ: si incipiamꝰ a Christi incarnatione: siue cōceptione. Hic est igit septimꝰ dies: scȝ septima etas mūdi: q̄ bene dī sabbatū: quia in eo requieuit Christꝰ multipliciter: scȝ in vtero matris: in cruce: et in sepulchro. Itē q2 fecit in eo quiescere figuras et pphetias antiquas: vt dictū est. Itē q2 ipse vult in nobis quiescere p gratiā: iuxta illud Prouer. viij. Delitie mee esse cū filijs hominum. Itē per fidem: iuxta illud Mat. xxviij. Ecce ego vobiscū sum vsqȝ ad consummationem seculi. Qd̄ exponūt cōmuniter doctores de p̄sentia sacramentali: aut per fidem: siue vtroqȝ modo. Hic igitur septimꝰ dies debet nobis esse sanctus: imo sanctissimus: tum q2 ille q̄ est sanctꝰ sanctorū: tali die venit ad nos: tum q2 nobis dedit et reliquit sancta sacramenta: tū q2 dedit legē sanctā dulcem et mansuetā: iuxta illud Mat. xi. Jugū meum suaue est: et onus meum leue.

¶ Anagogice: presens textus rationabilit potest exponi de ecclesia triūphante. Nā in fine seculi congregabunt cum deo oēs electi eiꝰ: q̄ recte designātur per filios Israel. Israel nēpe videns deū interpretatur. Electi aūt q̄uis in presenti videant deū p fidē: hec tn̄ visio est multū obscura et enigmatica. Secus aūt de beatis et cōprehensoribus: qui vident deū clare: nude: et facie ad faciem. Et hoc est qd̄ dicit Aposto. j. Corin. xiij. Uidemus nunc per speculū in enigmate: tunc autem facie ad faciē. Ecce quo

modo ipsi electi recte dici pos sunt filij Israel. Huiusmodi au tem filij Israel / et hoc quo ad homines / sex diebus: id est quãdiu fuerũt in presenti / fecerũt opera bona meritoria: et signã ter sex opera misericordie: vt expositum est. Propter que re munerabuntur in illo sancto sabbato: id est / in requie sem piterna / que illis reddetur in celo. Nam vt dicit Augustinus in questionibus super Exodũ / q. clxxij. plenitudo sabbati e rit in requie sempiterna. In cuius figuram institutum est sabbatum / sabbatorum. Hec ille. Tale autem sabbatum no cte non claudet / sed semper lu cidũ erit: eo q sol illius / id est / Christus non occidet: vt dici tur Esa. lx. Erit (inquit Esaias) dominus tibi in lucem sempi ternam. Item Apoca. xxj. di citur: q ciuitas illa superceles stialis nõ eget sole / neq luna: vt luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit eã / et lucerna eius est agnus / et ambulabunt gentes in lumine eius. Sequi tur: Nox nõ erit ibi. Ecce quo modo dictum sabbatum sem piternum erit. Ibi etiam non succendetur ignis: quia frigus ibi non erit / sicut neq calor. Hec enim et similia ibi cessabũt / que possunt distemperare hu mana corpora. Unde Apoca. vij. Non cadet super illos sol / neq vllus estus: et similiter di ci potest de frigore. Et breui ter omne maledictum: id est / penale non erit ibi: vt dicitur Apoca. vltimo.

## Secunda clausula.

Et ait Moyses ad omnem cateruã fi liorũ Israel. Iste est sermo quẽ pre cepit dominus / di cens: Separate a pud vos primitias dño. Omnis voluntarius et prono animo af ferat eas dño. Aurũ et argen tũ / et es / hiacinthũ / et purpurã / coccũq bis tinctũ / et byssum / pilos caprarũ / pellesq capra rũ rubricatas et hiacinthinas / ligna sethim / et oleũ ad lumina ria cõcinnanda: et vt conficiatur vnguentũ / et thimiama suauis simum: lapides onichinos / et gẽmas ad ornatũ superhume ralis et rationalis. Quisquis ve strũ sapiens est / veniat et faciat qđ dñs imperauit: tabernacu lum scz et tectũ eius / atq ope rimẽtum: annulos / et tabulata cum vectibus / paxillos et bases / arcam et vectes / propiciatoriũ / et velum quod ante illud ap penditur: mensam cum vecti bus / et vasis / et propiciatio nis panibus: candelabrum ad luminaria sustentẽda / vasa il lius / et lucernas / et oleum ad nutrimenta ignium / altare thi miamatis / et vectes / et oleum vnctionis / et thimiama ex a romatibus: tentorium ad hos tium tabernaculi / altare ho locausti / et craticulam eius eneam cum vectibus et vasis suis / labrum et bases eius / cor tinas atrij cum columnis / et basibus / tentorium in foribus vestibuli / paxillos taberna culi atrij cum funiculis suis / vestimenta quorum vsus est in ministe-

ministerio sanctuarij. Vestes Aaron pontificis, ac filiorum eius: vt sacerdotio fungantur mihi. Egressaque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi, obtulerunt mēte promptissima atque deuota primitias domino, ad faciendum op⁹ tabernaculi testimonij. Quicquid ad cultum ꝛ ad vestes sanctas necessariū erat, viri cum mulierib⁹ prebuerūt: armillas ꝛ inaures, annulos ꝛ dextralia. Omne vas aureū in donaria domini separatū est. Si quis habebat aurū, hiacinthum ꝛ purpurā, coccumque bis tinctū, byssum ꝛ pilos caprarum, pelles arietū rubricatas ꝛ hiacinthinas, argenti ꝛ auri erisque metalla obtulerūt dño, lignaque sethim in varios vsus. Sed ꝛ mulieres dicte que venerant, dederūt hiacinthum, purpurā ac vermiculū, ac byssum ꝛ capillos caprarū, sponte propria cuncta tribuentes. Principes vero obtulerunt lapides onichinos ꝛ gēmas, ac superhumerale et rationale, Aromataque ꝛ oleū ad luminaria cōcinnanda: ꝛ ad preparandum vnguentum ac thymiama odoris suauissimi cōponendū. Omnes viri ꝛ mulieres, mente deuota obtulerūt donaria, vt fierent opera que iusserat dñs per manum Moysi. Cūcti filij Israel, volūtaria dño dedicauerunt. Dixitque Moyses ad filios Israel: Ecce vocauit dñs ex noie Beseleel filium Huri, filij Hur, de tribu Juda. Impleuitque eū spiritu dei, sapientia ꝛ intelligentia ꝛ scientia ꝛ omni doctrina, ad cogitādum ꝛ faciendū opus in auro et argēto ꝛ ere ꝛ ferro, sculpēdisque lapidibus ꝛ opere carpētario. Quicquid fabre adinueniri potest, dedit in corde ei⁹. Ooliab quoque, filium Achisamech de tribu Dan, ambos erudiuit sapiētia: vt faciant opera abietarij, polymitarij ac plumarij de hiacintho ꝛ purpura coccoque bis tincto ꝛ bysso: ꝛ texant omnia ac noua queque reperiant.

¶ Historialiter: Postq̄ in p̄cedenti clausula Moyses valde stricte ex parte dñi p̄cepit sabbatum custodiri: ita vt non liceret in ea ignem passim succendere: sed tm̄ in vrgente necessitate: vt dictū est: hic cōsequenter petit donaria a populo pro construendo opere tabernaculi: cui mente deuota annuit ip̄e populus. Refert ergo Moyses de seipso, quasi de quodā alio tertio, dicens: Locut⁹ est Moyses ad omnem cateruam filiorum Israel. Est autem caterua (fm dñm Pet. de Pal.) multitudo populi, tā maioris q̄ minoris. Unde ꝑ hoc differt a turba: q2 turba est multitudo minoris, siue parui populi: ꝛ dixit eis: Iste est sermo, id est, res sermone expressa: quem precepit dñs fieri. Ac si diceret: Nō re capitulo, sed p̄mulgo illud qd̄ prius sol⁹ accepi a dño. Separate apud vos primitias dño, id est precipua ꝛ p̄ciosiora: vt illa offeratis dño. i. ad honorē dñi. Omnis volūtarius ꝛc. Hic ergo repetitur preparatio materie de qua fieri debebat opus tabernaculi: de quo dictum est supra. xxv. c. ꝛ pluribus alijs capitulis sequentibus. Uerum q̄ hec

hec materia intercepta fuerat: et aliquantulum omissa propter nephandam idololatriam quam populus commiserat in adoratione vituli aurei, de quo in precedentibus dictum est, et de punitione dictorum idololatrarum: ideo Moyses nunc revertitur ad propositum suum principale. Dicit ergo: Omnis voluntarius et prono animo offerat huiusmodi primitias domino, non ex tristitia aut necessitate: quia ut inquit Apost. ij. Cor. ix. Hilarem datorem diligit deus. Consequenter Moyses specificat que sint illa, cum ait: Aurum et argentum etc. De hac materia plene habetur supra. xxv. c. et capitulis seq. ideo pertranseundum est. Sequitur: Quisquis vestrum sapiens est, veniat. glo. interli. scilicet sponte: et faciat quod dominus imperauit. Quoniam enim supra, vel. xxxj. c. Beseleel et Doliab ad hoc opus sint electi tanquam principales et magistri: hic tamen aduocantur alij, tanquam secundarij et ministri. Deinde subdit Moyses que sunt facienda in huiusmodi tabernaculo, cum ait: Tabernaculum scilicet et tectum etc. De his omnibus vide postillatores, signanter de Lyra, et de Palud. qui prolixe tractant hanc materiam quantum ad sensum literalem.

¶ Circa presentem clausulam mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium: cur Moyses in presenti capitulo copulat materiam de obseruatione sabbati, cum preparatione materie tabernaculi. Hec enim duo nullam coherentiam videntur inter se habere, sed videntur quasi disparata? Dicendum quod ratio fuit: quia enim in hac secunda clausula: et in sequentibus ipse Moyses erat acturus de preparatione et factura ipsius tabernaculi, et de pertinentibus ad ipsum tam intrinsece quam extrinsece: que profecto valde magna erant: in quo quidem opere multi dies expendendi erant: ideo ne populus Hebreus crederet quod liceret sibi operari circa huiusmodi opus in die sabbati, remouet et soluit hoc dubium: valde districte prohibens operari in dicto sabbato, etiam propter dictam occasionem. Cum tamen in lege gratie liceat operari ex charitate pro opere ecclesie pauperis: vt dictum est. Et ex hoc concluditur quod lex vetus erat in multis austerior et durior lege noua.

¶ Secundum dubium: vtrum isti duo viri Beseleel scilicet et Doliab fuerit soli electi a domino ad hoc opus faciendum? Dicendum quod non: quia supra vis res eorum erat. Hos tamen elegit dominus tanquam principales, et multos alios tanquam minus principales, quorum numerus ignoratur. Non enim solet tales subfamulantes communiter numerari in sacra scriptura. Vel forte tales non elegit dominus per se et immediate, sicut duos primos. Sed per hos elegit alios, quos iudicauerunt idoneos ad constructionem predicti tabernaculi.

¶ Tertium dubium mouetur propter illud verbum: Omnis voluntarius etc. Queritur ergo cur Moyses non imposuit certam taxam populo, vel cuilibet de populo potente contribuere ad opus tabernaculi: sed hoc commisit

misit voluntati eorum? Dicendum, ꝙ preter rationem moralē (de qua postea dicetur) hec fuit ratio literalis. Quod enim per taxam solvitur, communiter invite solvitur, etiam quantūcunque parum: sicut patet in talliis et tributis principum. Naturaliter enim quilibet odit coactionē, et amat libertatē. Paratus frequenter plus facere spōte quam coacte. Rationabiliter ergo dixit Moyses ad populum: Omnis voluntarius etc.

¶ Quartum dubium: Quomodo populus Hebreus, et quod sepe notatur de avaritia in sacra scriptura, tam sponte tribuit illa que erant necessaria ad constructionem tabernaculi, etiam plusquam erat necesse? Ad hoc primis dicēdum est, ꝙ hoc factum est a dño interius eos ad hoc movēte, qui potest de tenaci facere liberalem. Secundo dicendum, ꝙ quandoque ita evenit ut avarus trāseat de extremo virtutis ad aliud extremū: quasi nesciens tenere medium. Quod si queratur unde illi populo, peregre cōstituto, tante divitie? Dicēdum, ꝙ partim ex spoliis Egyptiorum: et partim ex propria industria.

¶ Quintū dubiū: in quanto tēpore opus tabernaculi factum est? Josephus dicit, ꝙ omne tēpus ad opus faciendum trāsiit in mensibus septem. Et hoc videtur approbare Petrus Comestor. Sed necesse est tunc alterum dicere, aut ꝙ cum architectoribus Beseleel, scilicet et Ooliab fuerūt multi subministri: aut ꝙ in illis septē mensibus nō fuerit facta nisi coadunatio et adaptatio materie ipsius tabernaculi. Preparatio autē materie prius facta fuerat. Sed per quod tempus, nō tradunt historiographi, quia non loquuntur nisi de principali.

¶ Sextum dubiū oritur propter illud verbum: et propiciationis panibus. De huiusmodi enim panibus propiciationis dictū est prius: vez.xxv.c.circa finem, ꝙ isti panes erāt.xij. numero: quos nō licebat tangere neque comedere, nisi sacerdotibus, qui calidi ponebantur singulis sabbatis intra propiciatoriū, amotis infrigidatis et induratis. Hic autem dicitur ꝙ dispositio huiusmodi pertinebat ad artifices ipsius tabernaculi, qui laici erant. Igitur non solum ad sacerdotes. Ad hoc dicēdum, secundum dominū Petrum de Palud. ꝙ Moyses hic per panes propiciationis, forte intelligit.xij. patenas aureas, que plene thure stabāt per totā hebdomadā super.xij.panes. Vel dicendum, ꝙ huiusmodi panes possunt dupliciter considerari: scilicet quantum ad consecrationē et usum: et sic sacerdotibus spectabant. Vel quātum ad sitū et locum, in quo reponi debebāt intra tabernaculū: et hoc tāgebat officiū eorum qui operati sunt tabernaculū, cum pertinentiis eius, tam interioribus quam exterioribus. Vel forte dicti operarii non tetigerāt dictos panes, nisi ante cōsecrationem et benedictionem. Hoc autem licuit eis. Da exemplum de fabro argētario, qui tangit calicem non consecratum, sed non post.

¶ Septimū dubiū versatur circa oleum

oleum/quod confecerunt dicti artifices: Utrū scʒ confecerunt totum oleum quod fuit expositum in vsus tabernaculi q̄diu permāsit in esse/ꝛ quousq̄ venerūt in terram promissionis/ Ad hoc respōdet dict⁹ de Palu. ꝙ non est multū ꝓbabile ꝙ ita fuerit: tū q: ignorabāt quāto tēpore debebat durare vsus dicti tabernaculi: tū quia cum vsus illi⁹ durauerit fere .xl. annis/in decursu tāti tpis dictū oleū fuisset exhalatū: ꝛ sic ꝑdidisset odorē ꝛ virtutem suā naturalem ad illuminandū intra templū: sicut patet de oleo veteri/cuiuscūq̄ etiā speciei ꝛ virtutis sit. Confectiones itaque quas fecerunt edificatores tabernaculi de oleo/non fuerunt facte ꝓ toto tempore pro quo debuit durare ipm̄ tabernaculū: sed tm̄ ꝓ tēpore pro quo possibile erat eas in sua plena virtute cōseruari. Possumus ḡ dicere/ꝙ ipsi fecerūt primū oleū ꝛ primas cōfectiones olei/que fuerūt cōsumpte ꝑmitus in ipō tabernaculo: ꝛ similiter ꝑmos panes ꝓpositiōis: sec⁹ de alijs.

¶ Octauū dubiū mouetur ꝓpter illud verbū: Beseleel filiū Huri ꝛc̄. Querit̄ ergo quō iste Beseleel potuerit eē magister principalis operis tabernaculi: cū nondū esset natus/vt ptʒ ex his que legūtur .j. Paralip. ij. Ad hoc dicunt quidā/ꝙ fuerunt duo viri huius noīs Beseleel. De hoc vide dn̄m patriarchā de Pal. q̄ ꝓlixe deducit su ꝑ hoc passu hoc dubiū. Similit̄r ipm̄ deducit mag. Nic. de Lyra prius/vcʒ .xxxi. c. hui⁹ libri: ideo nihil ď hoc volui scribere.

¶ Nonum dubiū: cū dn̄s ꝑ infusionem erudierit primū hos duos viros: vcʒ Beseleel/ꝛ Ooliab: ꝛ hoc quo ad edificationē mirabilē tabernaculi testimonij: deinde Salomonē: vt legit̄ iij. Reg. iij. vnde ꝓpter summā eius sapiētiā/dictus est antonomatice sapiēs: q̄rit̄ ḡ q̄s inter hos fuerit maiori sapientia dotat⁹ a deo/Videt̄ ꝙ isti duo de q̄b⁹ in ꝑsenti agit̄. Hoc aūt ꝓbat̄ duplici testimonio: vcʒ dei ꝛ Moysi. Et q̄dem de testimonio dei habet̄ .s. vcʒ .xxxi. c. in cui⁹ ꝑncipio sic legit̄: Locutus est dn̄s ad Moysen/ dicēs: Ecce vocaui ex noīe Beseleel filiū Huri/filium Hur/de tribu Juda: ꝛ impleui eū spū dei/ sapiētia ꝛ intelligētia/ꝛ sciētia ī oī opere/ad cogitādū q̄cq̄d fabrefieri pōt ex auro ꝛc̄. Dediq̄ ei sociū Ooliab ꝛc̄. Sequit̄: Et in corde hoīs eruditi posui sapientiā/vt faciāt cūcta que ꝛc̄. De testimonio autē hoīs legit̄ in ꝑsenti clausula/ ꝙ Moyses de eodē Beseleel ait ad filios Israel: Ecce vocauit dn̄s ex nomine Beseleel / impleuitq̄ eū spū dei/sapiā/ꝛ intelligētia/ et oīni doctrina/ad cogitādū ꝛ faciēdū opus in auro ꝛc̄. Et post pauca: Quicq̄d fabre adinueniri pōt/ dedit dn̄s in corde ei⁹. Et idē postea dicitur de socio eius Ooliab. Uidetur ergo ꝙ isti duo viri fuerint peritiores et eruditiores Salomone. In oppositū autē argui potest/ ꝙ Salomō fuerit illis eruditior. Nam .iij. Reg. iij. legit̄ de eo/ꝙ postq̄ petiuisset sapientiam a dn̄o/ respondit ei dn̄s/ dicens: Quia postulasti verbum hoc/ꝛ non

non petisti dies multos: nec diuitias: aut animas inimicorũ tuorũ: sed postulasti tibi sapiẽtiam ad discernẽdum iudiciũ: ecce feci tibi secũdũ sermones tuos: & dedi tibi cor sapiens et intelligẽs: intantũ vt nullus ante te similis tui fuerit: nec post te surrecturus sit. Et eadẽ ꝓmissio dñi repetitur. ij. Paralip. j. Uidetur ergo ꝙ Salomon fuerit istis duobꝰ viris qui edificauerũt tabernaculũ / eruditior: signanter cum illi dixerit dñs ꝙ nullus in sapiẽtia fuerit ante eum similis? Respõsio / dicẽdum ꝙ de sapientia Salomonis possumꝰ loqui dupliciter / scz intensiue & extensiue. Item in genere / aut in specie. Itẽ inter reges: aut quascunqꝫ alias personas. Si intensiue / aut in specie / siue inter quascunqꝫ ꝑsonas: sic sapiẽtia Salomonis non fuit summa. Non enim repugnat quin aliq̃ qui non fuerunt de numero regũ eum hoc modo excesserint: vt Apostoli post susceptionem spiritussancti: & signanter quo ad veram notitiam sacre scripture / et necessariorum ad salutẽ: & similiter circa aliquã specialem materiam. Nã duo illi viri / de qbꝰ hic agit͛ / creduntur fuisse peritiores ipso Salomone / quantũ ad artem quam habuerunt in edificando tabernaculũ. Si vero loquamur extensiue / & in genere / atqꝫ comparando ipsum Salomonem ceteris regibꝰ q̃ ante eum fuerũt / aut post eum regnauerunt: ipse omnes tales in hoc excessit. Nam si sit questio de eius sapientia in genere: legitur. iij. Reg. iiij. versus finẽ / ꝙ ipse locutus est tria milia parabolas / & fuerunt carmina eius quinqꝫ milia. Sup hoc autem dicit de Lyra / ꝙ in lib. Parabolarum ipsius Salomonis / quem habemus / non continẽtur omnes parabole ipsius: quia in eo non continentur nisi nongẽti. xv. ṽsus in Hebreo. Quantũ etiam ad numerũ carminum eius / dicit idem doctor ꝙ in Hebreo habet͛ / quinqꝫ et mille. Nam ẜm modum loquẽdi Hebraicum / quãdo duo numeri simul iungũtur / minor cõmuniter preponitur. Insup dicit / ꝙ non omnia predicta carmina cõtinentur in libro / q̃ dicitur Cantica canticorũ. Dicitur etiã vbi supra / ꝙ ipse Salomon disputauit super lignis a cedro / que est ĩ Libano / vsqꝫ ad hyssopum que egreditur de pariete. Est autem cedrus Libani arbor maxima / hyssopus autem arbor parua. Uult ergo dicere ꝙ ipse disputauit de oĩbus arboribus / determinando de naturis & proprietatibꝰ earum / maxime de illis que erãt necessarie vel vtiles vite humane in medicinis / & ꝯsimilibus. Item / vt subditur / ipse Salomon disseruit de iumẽtis & volucribus / reptilibus & piscibꝰ: maxime inquantũ talia veniũt in vsum & vtilitatem hominũ. Patet ergo quãta fuerit sapiẽtia Salomonis in genere. Unde (quãtum ad hoc) superauit ṗdictos artifices tabernaculi.

¶ Decimũ dubium / quare Moyses in propria non fuit a dño immediate electus / vt cõstrueret ipsum tabernaculũ? Respõdetur / ꝙ hunc elegerat dñs ad

altius officiū / vt scilicet esset legiffer ⁊ dux populi versꝰ terram promissionis. Hoc autem requirebat totum hominem / ⁊ vltra. Quia non nisi specialiter adiutus a domino potuit tantum officium debite exercere. Unde ad hoc propositum facit / quod Iethro / cognatꝰ eiusdem Moysi / dixit ei: quādo vidit eum valde occupatum in iudicando causas ⁊ querelas populi a mane vsq; ad vesperam Gen. xviij. Stulto (inquit) labore cōsumeris ⁊ tu ⁊ populꝰ iste qui tecum est. Ultra vires tuas est negociū. Solus illud non poteris sustinere / sed audi verba mea / atq; consilia / ⁊ erit dominus tecum. Esto tu populo in his que ad deum pertinent / vt referas que ad eum dicuntur: ostendasq; populo cerimonias ⁊ ritum colēdi deū: viamq; per quam ingredi debeant: et opus quod facere debeant. Deinde sequitur: Prouide autem de omni plebe viros sapientes. Si hoc feceris / implebis imperium domini / ⁊ precepta eius poteris sustentare. Quibꝰ auditis / Moyses fecit omnia illa / que ille suggesserat. Et electis viris strenuis de cuncto Israel / cōstituit eos principes populi: tribunos / ⁊ centuriones / ⁊ quinquagenarios / ⁊ decanos / qui iudicarent plebem domini omni tempore. Quicquid autem grauius erat referebant ad eū / faciliora tantūmodo iudicātes: ita in proposito electione non hūana sed diuina / deo valente supportare seruū suū Moysen / a cōstructione tabernaculi: factū est vt p̄dicti duo sapiētes viri Beselel ⁊ Ooliab ad hanc sarcinam assumerentur.

¶ Moraliter ⁊ primo / iuxta illud verbū: Separate apud vos primitias domino. Per primitias quas filij Israel iussi sunt separare / ⁊ domino offerre: intelligūtur / (secundū Origenē) ⁊ ponitur in glo. ordi. bone cogitationes ⁊ affectiōes / atque desideria sancta. Hec enim sūt primitie bonorū operū / quas debemus separare a malis cogitationibus / affectionibus / ⁊ desiderijs / ⁊ dño offerre. Iustū enim est vt sicut huiusmodi primitie procedūt a deo: qꝛ vt ait Apost. ij. Corin. iij. Nō sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis / quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Et Philip. ij. Deus est qui operatur in nobis / ⁊ velle / ⁊ perficere pro bona voluntate sua: similiter ad ipsum referantur tā q̄ in finē: qꝛ ipse est alpha ⁊ o / principiū ⁊ finis: vt dr Apoca. xxij. Qui autē sic separat suas primitias dño / meretur vt in centuplo postea multiplicentur. Discat ergo homo cui deus largitur tales primitias. i. initia virtutum ⁊ bonorū operū cū Psal. Non nobis dñe / nō nobis / sed nomini tuo da gloriam. Nobis enim non nisi confusio: et tibi soli gloria. Dicente Aposto. j. Timoth. j. Regi seculorū immortali / inuisibili / soli deo / honor ⁊ gloria in secula seculorum. i. in eternū. Sed reuera valde pauci sunt qui hodie referāt primitias suas domino / vel forte quia tales nō habēt:

vel si vtcunque habent: statim insurgit quedam gloriatio vana / que totum destruit. Propter quod merito dicere possumus illud Dan. iij. Non est in tempore hoc locus primitiarum coram te.

¶ Moraliter et secundo / per hoc quod Moyses ex parte domini precipit filijs Israel / vt separent primitias domino: designatur quod boni et iusti qui sunt de sorte domini debent separare se a consortio malorum quantum et vbi possunt. Da exemplum de pastore qui separat oues sanas de consortio morbidarum: quia vna sola pecus inficit omne pecus. Et idem dicitur de dente infecto. Hinc Psal. ait: Cum peruerse peruerteris. Et Eccli. xiij. Qui communicauerit superbo induet superbiam. Unde ibi datur exemplum de illo qui tangit picem. Talis enim statim inquinatur ab ea. Ita in proposito: Propterea Apoc. xviij. nos admonet dominus / vt vitemus societatem malorum / dicens: Exite de illa. s. de societate malorum / que per Babylonem designatur / et ne participes sitis delictorum eius: et de plagis eius non accipiatis: id est / ne consequenter sitis participes penarum eius: quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad celum. Unde in figuram huius dixit dominus in precedenti capitulo filijs Israel: Caue ne cum habitatoribus terre Amorreorum / Chananeorum / et ceterorum gentilium iungas amicitias que sint tibi in ruinam.

¶ Moraliter et tertio / iuxta illud verbum: Omnis voluntarius et prono animo etc. Notandum / quod in istis verbis / et aliquibus sequentibus / exprimuntur alique conditiones pulchre / requisite ad oblationem que fit domino. Prima est / vt fiat voluntarie / et cum promptitudine animi: quia teste apost. ij. Corinth. nono. Hilarem datorem diligit deus. Et Gregorius: Non sunt deo grata coacta seruitia. Hec autem conditio tangitur cum dicitur: Omnis voluntarius etc. Non est ergo aliquid offerendum domino ex tristitia / aut ex necessitate: vt dicit idem Apostolus vbi supra. Item Eccli. xxxv. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Et Apo. Rom. xij. Qui miseretur / in hilaritate. Secunda conditio bone oblationis que fit domino / est quod fiat de primis fructibus quantum est possibile. Hoc autem innuitur per hoc nomen: primitias. Et hinc est / quod aliqui cristentes in matrimonio / deuouent primum fructum matrimonij ecclesie: et signanter si fuerit masculus. Et si fuerit femella / deuouent eam religioni. Nihilominus ad hoc neuter tenetur / nisi sua sponte tempore opportuno consenserint. Tertia conditio est / quod huiusmodi oblatio fiat de meliori. Et hoc tangitur cum dicitur: Aurum / supple offeratis / et argentum etc. Sicut enim reges et principes volunt census suos solui de bona et integra moneta: ita et deus / cum sit rex regum et dominus dominantium / iustum est vt meliora sibi offerantur. Propterea Malach. j. dicitur: Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum / et votum

votum faciens immolat debile dño. Quia rex magnus ego/ dicit dñs exercituum. Unde in figurã huius legit Leuiti. xij. ꝙ nullo modo licebat offerre immundũ dño. Dicit etiã Gene.iiij. ꝙ Cain qui obtulit domino de peioribus que habebat/ fuit reprobat9 a domino. Quarta conditio est/ ꝙ talis oblatio fiat de ꝓprio/ et nõ de alieno. Hoc aũt innuit/ cũ dicitur in textu: ꝙ mulieres docte q̃ venerãt/ dederũt supple ad opus ꝛ ornamentũ tabernaculi: insuper omnes viri ꝛ mulieres mẽte deuota obtulerũt donaria ꝛc̃. Hinc Prouer. iij. dicit: honora dñm de tua substantia.i. de rebus bene acquisitis/ non de alienis: quia oblatio de alieno non placet deo. Quinimo: vt dr̃ Eccli. xxxiiij. Qui offert sacrificiũ de substãtia pauperũ/ quasi q̃ victimat filium in conspectu patris. Et Esa.lviij. Frange esurienti panem tuum: nõ autem dicit/ panem alienũ. Contra qđ faciũt multi/ qui (vt vulgo dicitur) faciunt de alieno corio/ largam corigiam. Da exemplum de apertis vsurarijs/ et raptoribus aliene substãtie/ facientib9 interdum grossas fundatiões in ecclesijs: et huiusmodi.

¶ Moraliter et quarto: Exemplo Hebreorum/ qui tam spontanee ꝛ copiose obtulerũt sua ad constructionem tabernaculi: ita vt diceret illis Moyses/ Sufficit: instruuntur catholici spõtanee offerre partem bonorum suorum pro erectione manutentione aut reparatione sacrorum locorũ/ ꝛ maxime quãdo redditi9 sibi assignati ab antiquo ad hec non suppetunt. Idem dic pro omni causa pia: vt pro defensione fidei/ quando impugnatur ab infidelib9: ꝛ huiusmodi. Unde illis qui ꝓ talibus causis tribuunt temporalia/ solent summi pontifices elargiri spiritualia: vt indulgẽtias/ ꝛ similia. Hec enim est vera causa faciendi huiusmodi indulgentias. Caueant tamen tales ne faciãt de nõ causa causam/ subtili ingenio extorquentes pecuniã a barbaris: vt dici ꝛ fieri solet. Unde in Frãcia circa annum domini M. quingẽtesimũ.xx. fuit cruciata predicata/ ꝛ hac de causa congregata ingẽs pecunia: nec tamẽ factum est id pro quo collecta fuerat. Propter qđ grauia scãdala secuta sunt. Taceo de bellis que postmodũ secuta sunt: ꝛ hoc forte in penam.

¶ Moraliter ꝛ quinto: ꝛ cõformiter ad de Lyra. Per ea quẽ fuerunt corporaliter oblata in constructionẽ tabernaculi/ intelliguntur ea que faciunt ad edificationẽ ecclesie spiritualiter. Nã per aurũ intelligitur fulgor sapientie/ quam offerũt doctores. Per argẽtum vero/ puritas cõscientie/ quã offerũt innocẽtes. Per es aũt/ eloquẽtie sonoritas/ quã offerunt predicatores. Per hiacinthũ (qui est coloris celestis) itelligitur meditatio celestium/ quam offerunt contemplatiui. Per purpurã/ recordatio dñice passionis/ quam offerunt Christo capiti cõpassiui. Per coccum bis tinctum/ gemine charitatis incẽdiũ: dei scz/ ꝛ proximi: quod

offerunt charitatiui. Per hyssum honestas conuersationis, quam offerunt honestate decorati. Per pilos caprarũ ex quibus fiunt cilicia: asperitas penitẽtie, quam offerũt propriã carnem macerantes. Per pelles arietũ rubricatas, desiderũ martyrij, quod obtulerũt martyres. Per pelles hiacinthinas (que sunt coloris celestis) vita cõfessorum, quã offerunt ipsos imitãtes. Per ligna Sethim (que sunt imputribilia) firmitas in bono, quã offerunt perseuerantes. Per oleũ suauitas pietatis, quã offerũt misericordes. Per lapides onychinos, exempla edificatiua, que offerũt illi q̃ alijs prebent bona exempla. Per gemmas (generaliter sũptas) intelligũtur quecunq; bona in fide et moribus ecclesiam edificatiua. Hec de Lyra, et bene.

¶ Moraliter et sexto, et conformiter ad glo. interl. hec oĩa que exterius offerebant Iudei pro constructione tabernaculi, et eorum q̃ ipsum concernebant: intelliguntur ea q̃ sunt domino offerenda, et que intra nos sunt. Nã per aurũ, intelligitur fides: per argentum, confessio: per es (qd̃ sonũ reddit) intelligitur interpretatio de lingua in linguam: per hiacinthũ, purpuram et cetera: intelligimur nosmetipsi qui de quatuor elementis subsistimus, q̃ etiã iubemur offerre nosmetipsos domino.

¶ Moraliter et septimo, et aliter dici q; per aurũ (quod ẽ excellẽtius ceteris metallis) intelligitur charitas, que inter ceteras virtutes theologicas (que sunt omnibus alijs virtutibus prestantiores) est excellẽtior: secũdũ illud .j. Corin. xiij. Nunc manent fides, spes, charitas, tria hec: maior aũt horũ est charitas. Per argentũ qd̃ est clarum: intelligitur cordis claritas et mũditia, que oblata deo multũ prodest: iuxta illud Matt. v. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Per es (quod sonorum est) intelligitur cordis iubilatio, q̃ tamen frequẽter a solo deo (q̃ intuetur corda hominum) auditur. Aliquãdo aũt exterius se pdit: et tũc ab angelis et hominibus percipitur per aliqua sensibilia signa. Cetera pertranseo, q2 lõgum nimis esset de singulis dicere.

¶ Moraliter et octauo, iuxta illud verbum: Sed et mulieres docte, que venerãt: id est, filauerãt: dederũt etc. Per hoc denotatur q; mulieres sunt frequẽter deuotiores et prõptiores ad porrigendum man9 adiutrices circa tabernaculũ domini. i. circa ecclesias et pertinentia ad eas: cuiusmodi sunt que nendo seu filando procurari possunt: vt sunt albe, mappe, serulete, et similia: Quia viri q̃rum studiũ non est circa talia. Nec talia tribuẽdo pijs locis, iniuste agunt: quasi defraudãtes viros suos: tum q2 viri cõmuniter relinquũt dispositionem taliũ, tanq; rerũ minimarũ, vxoribus suis: tũ quia talia communiter procurantur lucro et arte dictarum mulierũ. Modo secũdum doctores, vbi vxor est lucrosa: potest facere eleemo-

eleemosynā viro nescio ꝛ igno rāte. Et presertim vbi ex hoc res domestica non patitur no tabile detrimentum.

¶ Moraliter et nono: iuxta il lud verbū: Principes vero ob, tulerūt lapides onychinos ꝛc. Per hoc denotatur ꝙ princi- pes ꝛ diuites plus debent of- ferre pijs locis ꝛ pauperibus: ꝙ simplices ꝛ pauperes: iuxta illud Tobie. iiij. Si multū ti- bi fuerit: abundāter tribue: si exiguum tibi fuerit: etiam exi- guū libenter impartiri stude. Ubi enim crescūt dona: etiam gratiarū actiōes crescere de- bent: dicente Greg. homil. ix. cū inquit augentur dona: etiā rationes crescūt donorū. Qd etiam aperte cōfirmauit Chri stus Luce. vij. vbi concludit ꝙ nō inmerito Magdalena pl9 eum dilexit: ꝙ Simon lepro- sus: quia plus pro ea fecerat: ꝙ pro dicto Simone. Quia er go ipse dominus plus multo ditauit prīcipes ꝙ alios: ideo ip:i plus tenentur offerre tam in pijs locis: ꝙ in alijs operi- bus pietatis.

¶ Moraliter ꝛ decimo: quasi iuxta idem propositū: conclu- dere possum9 ꝙ principes an- tiqui: ꝛ qui fuerūt tēpore quo edificatū fuit tabernaculū do mini: fuerunt deuotiores circa huiusmodi tabernaculū: ꝙ pn cipes catholici circa ecclias Illi enim offerebant spōte ma gna et preciosa donaria. Ubi principes catholici: ꝛ qui se defensores ecclesiarum dicūt: tributariam faciūt ecclesiam: ita vt cum gemitu possit hodie dici illud Threnorum primo: Princeps prouinciarum facta est sub tributo. Non est qui cō soletur eam ex omnibus cha- ris eius. Nam qui maiores fūt in ecclesia: facti sunt velut ca- nes muti: non valentes latra- re: vt dicitur Esa. lvj. Cui9 ra- tio subditur: cum dicitur ibi Esa. Nescierunt saturitatem: id est: non habent tales prela- ti beneficia ad sufficientiā: sed aspirant continue ad amplio- ra. Pro quibus obtinendis ap plaudunt ipsis principib9: non audentes illis contradicere. Interdum etiam illis parcitur a tributis vt taceāt: ꝛ sic paupe res curati: ꝛ alij abbates: po- res et ceteri min9 habētes de patrimonio crucifixi: apparen tius compellantur soluere pdi cta tributa: et sic hac tempe- state redigitur ecclesie liber- tas quasi in seruitutem: et prī- ceps prouinciarum efficitur sub tributo.

¶ Allegorice ꝛ primo: primi- tie que iusse sunt separari dn̄o per Moysen: sunt merita san- ctorum martyrum: qui fuerūt in primitiua ecclesia. Unde de vno quoqꝫ tali potest dici illō quod canit ecclesia tempore paschali. Filie Hierusalem: id est: anime deuote: venite ꝛ vi- dete martyrē: id est fidei Chri stiane testem. Hoc enim sibi vult hoc nomen martyr: in dia demate quo coronauit eū ma- ter sua: id est ecclesia trium- phans: ideo sequitur: in die so lennitatis ꝛ letitie. De sanctis etiam innocentibus legitur Apocalyp. xiiij. Hi empti sunt primitie deo ꝛ agno. Et notā- ter dicūtur predicti sancti in-

nocētes primitie / quia fuerūt primi fruct⁹ ecclesie Christiane / qui occisi sunt in odium Christi / quem Herodes rex impius inter eos querebat ad mortem. Post quos secuta est turba aliorum sanctorum martyrum / quos dinumerare nemo poterat: et omnib⁹ gentib⁹ / tribub⁹ / populis ꝛ linguis / stātes ante thronū / siue ꝑ fidē in presenti / siue per apertā visionem in celo. Ecce quomodo separate sunt primitie sanctorum martyrū. Unde etiā in ipsa ecclesia presenti ꝛ militāte dicti martyres speciali honore illis debito honorantur: ꝛ speciali glīa in ecclesia triūphāte. Propter quod canit ecclesia dicens ad dominū: Te martyrum candidatus laudat exercitus. Nam immediate ordinantur post sanctos dei apostolos / ꝛ ante omnes confessores. Quod autē subditur: Omnis voluntarius ꝛ prono animo ꝛc. referendū est ad ipos martyres / qui non coacte sed sponte passi sunt mortem propter Christum / et eius legem. Hinc de illis canit ecclesia / dicens: Tradiderūt corpora sua propter deum ad supplicia: vt heredes fierent in domo domini. Merito etiam cum paterentur / dicere poterant illud verbum Psal. Propter te mortificamur tota die. Unde quidam eorum ad mortem et ad ignes currebant: alij autē tyrannos irritabant / vt celerius ꝛ seuerius mortē inferrēt: alij vero firmiter ꝛ intrepide ipsā mortē expectabāt. Hinc etiam canit ecclesia / hymno de eisdē martyrib⁹ / dicens: Hi ꝑ te / supple Jesu Christe / furias atque ferocia calcarūt hominū seuaq; verbera: cessit his lacerans fortiter vngula / nec carpsit penetralia. Cedūtur gladijs more bidentiū. i. ouium q̄ dicūtur bidētes / q2 dicūtur nasci cum duobus dentibus. Sequitur: Non murmur resonat / non querimonia ꝛc. Qd autem aliqui obtulerunt in opere tabernaculi aurum / alij argentū / alij es / alij aliud: designat diuersitatem hominū qui obtulerūt se morti / propter Christū. Unde aliqui fuerūt aurū / per generis nobilitatem: sicut patuit de sancta / Katharina / similiter de sancta Barbara / ꝛ huiusmodi: alij fuerunt argētū / per eloquentiam: alij es / ꝑ paupertatem: alij hiacinthum purpura / coccinū / ꝛ huiusmodi / per diuitiarum ꝛ temporaliū copiam: que omnia cōtempserunt / vt Christum lucrifacerent. Uel dic / q; per huiusmodi donaria varia designat / q; inter martyres fuit inequalis gratia ꝛ charitas: adeo q; charitas aliquorū fuit preciosa: sicut aurum inter cetera metalla: aliorum minus preciosa et minus excellens: sicut argentum est minus preciosum q̄ aurum: ꝛ sic descendendo secūdū varios status hominum: plus vel minus participantium de charitate. Unusquisq; tamen secundum facultatem suam / et secūdū gratiā sibi a dn̄o datā cōtribuit in opere tabernaculi. i. corporis mystici ecclīe. Et ex hoc cōsurgit thesaurus ecclesie: ex quo profluunt indulgētie

gentie: que largiuntur deuo= tis fidelibus pro varijs causis Principalius tamen profluit ex thesauro meriti Christi: qd fuit vltra condignum. Minus autem pricipaliter ex meritis aliorum sanctorum et sanctarum: et signanter qui fecerunt ope= ra supererogationis: ad que nullo modo tenebantur. Non enim requirit deus ab vnoquoque sanctorum: quasi ex debito iu= stitie: quicquid boni potest fa cere: sed multa relinquit in ip= sorum sanctorum libertate. Sed de hoc satis dictum est.

¶ Allegorice et secundo: iu= xta illud verbum: Quisquis vestrum sapiens est veniat: et faciat qd dominus imperauit etc. Notan= dum: quod etsi multa opera ca= dant sub consilio: que dicuntur opera supererogationis: de qui= bus immediate supra dictum est: sunt tamen multa alia et va ria opera: que cadunt sub pre= cepto. Ad que inuitans domi= nus homines: ait: Quisquis ve strum sapiens est veniat: et fa= ciat quod dominus imperauit. Dominus enim neminem vult vacare ocio: sed vnumquenque vult occupari in opere taber= naculi: pollicens pro huiusmo di opere se daturum premium eternum. In cuius figuram do= minus vinee dixit stantibus ocio= se in foro: Ite in vineam meam: et quod iustum fuerit dabo vo= bis. Matthei.xx. Non tamen cessat monere homines de re= medijs bonis et opportunis ad salutem. Unde vnum vocat ad clericatum: alium ad reli= gionem: alium ad coniugium: et huiusmodi: prout ipse opti= me nouit saluti eorum conue= nire. Non enim vult dominus omnes homines tenere vnam et eandem vocationem: sicut nec expedit. Si enim omnes volarent ad celibatum: quis coleret agros et vineas? cito etiam deficeret genus huma= num. Si etiam omnes essent coniugati: quis ministraret ecclesiastica sacramenta? Si= cut ergo expedit vt digiti ma= nus sint varij: et sic de singu= lis membris humani corpo= ris: ita et in proposito. Unde apost. Rom. xij. Sicut (inquit) in vno corpore multa membra habemus: omnia autem mem= bra non eundem actum ha= bent: ita multi vnum corpus sumus in Christo: singuli autem alter alterius membra: haben tes donationes secundum gratiam que data est nobis: differentes. Siue prophetiam secundum rationem fidei: siue ministerium in ministrando: siue qui docet in doctri na etc. Ecce ergo quomodo vnusquisque sapiens debet venire ad taber= naculum domini: et facere quod dominus iusserit. Bene etiam ad propo situm loquitur idem apo. j. Corint. xij. dicens: Diuisiones gratiarum sunt: idem autem spiritus. Et diui= siones ministrationum sunt: idem autem dominus. Et diuisiones opera tionum sunt: idem autem deus: qui operatur omnia in omni= bus etc. Item Ephe. iiij. Uni= cuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Deinde valde ad propo situm subditur: Et ipse quidem dedit quosdam apostolos: quos= dam autem prophetas: alios ve ro euangelistas etc.

¶ Allegorice et tertio / iuxta illud verbum: Dixitqꝫ Moyses ad filios Israel: Ecce vocauit dominus ex nomine Beseleel ⁊c. Per Beseleel ⁊ Ooliab / quos principales architectores tabernaculi testimonij elegit Moyses de precepto domini: intelliguntur euangeliste ⁊ apostoli / qui scripserũt. Hos enim elegit dominus Jesus / qui per Moysen designãtur: vt sepenumero dictum est. Qꝫ autem cõuenienter per hos duos designentur omnes quatuor euã geliste / vna cum illis apostolis qui scripserunt epistolas / quales fuerunt Paulus: Jacobꝰ / Petrus / Judas: patet quia binarius numerus in sacra scriptura frequẽter designat charitatem / que vnit animos plurium in vnum. Et quia predicti euangeliste ⁊ apostoli fuerunt vniti in domino / et inter se per charitatem: ideo recte prefigurantur per duos predictos tabernaculi architectores. Per tabernaculum autem nouum testamentũ intelligere possumus. Cuius ⁊ si principalis architector fuerit Christꝰ: quia teste Aposto. i. Corin. iij. Fundamẽtum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est / quod est Christꝰ Jesus. nihilominus sub tali principali architectore / omnes prefati fuerunt quodãmodo architectores / et signanter quatuor euangeliste: in hoc scilicet / ꝙ nobis scripto reliquerunt gesta ⁊ dicta ipsius Christi. Nam sicut magne ⁊ excellẽtes persone non solent in propria facta sua literis cõmendare / sed habẽt notarios suos qui talia diligenter exequunt. Sic non inuenitur / ꝙ Christꝰ (qui fuit rex regum ⁊ dominꝰ dominantium) doctrinã suam scripserit / et facta sua scripto redegerit: sed habuit eminentes notarios / scilicet quatuor euangelistas: qui talia cõmendarũt sacris codicibꝰ / ad perpetuam rei memoriam. Quorũ medio facta ⁊ dicta Christi ad nos vsqꝫ deuenerunt. Unde de tanto beneficio habemus illis referre ingẽtes gratias. De eo autem quod scripserunt prenominati apostoli. non omissis illis apostolis / qui vna cum euangelijs pariter et epistolas scripserunt / quales fuerunt Joannes ⁊ Lucas / omnium horũ generaliter scripture summe necessarie erant ad condendũ tabernaculum ecclesie militãtis. Ecce igit quomodo / ⁊ qualiter / ⁊ a quibus principaliter post Christũ conditum est tabernaculũ ecclesie militantis / omni certe decore plenum / post illud tabernaculum celeste / de quo immediate sequit.

¶ Anagogice et primo / iuxta illud verbum: Separate apud vos primitias. dño. Notandũ / ꝙ primitie. i. primi fructus ecclesie triũphantis fuerunt angeli boni. Priꝰ eñi fuerũt creati angeli / ⁊ qui remanserunt in bono in quo conditi fuerant a deo prius in gratia cõfirmati / et in gloria sublimati ꝙ̃ heret homo. Tũc ergo separauit dominus primitias sibi / qñ ipsos bonos angelos traxit ad partẽ suã / ⁊ angelos malos detrusit in abyssum / dicẽs vnicuiqꝫ eorum

rum

tum illo Esa. xiiij. Ad inferna detraheris / in profundū laci. Nec dicuntur dicti angeli boni respectu malorum primarie / temporis prioritate: cū omnes simul creati sunt: sed dignitate et honore / in quo permanēt et vsqꝫ in secula seculorū permansuri sunt / quicquid de hoc dixerit Origenes.

¶ Anagogice et secundo / per tabernaculum / de quo in presenti clausula sequitur: recte illud celeste tabernaculū intelligitur / de quo in figura legitur. xxxiij. ca. huius / ꝙ ingresso Moyse tabernaculū federis / descēdit colūna nubis: qr ingresso spiritu humano tabernaculū celeste / statim descendit super eum mirabilis splendor .i. illapsus diuine essentie: de quo Psal. Signatum est super nos lumen vultus tui dn̄e. Quia aūt per talem illapsum significetur huiusmodi splēdor diuine essentie / patet per id qd̄ sequitur: Dedisti letitiā in corde meo. Hoc enim referendū est ad illud gaudiū qd̄ sequitur ex hm̄oi illapsu. Est aūt notandū / ꝙ huiusmodi tabernaculum celeste / aliquādo dr̄ singulariter: vt ibi in Psal. Dn̄e quis habitabit in tabernaculo tuo / aut quis requiescet in mōte sancto tuo? Et hoc propter vnitatē summi dei ibi gloriose regnantis. Aliquādo autem dicitur pluraliter: vt ibi in eodē Psal. Quā dilecta tabernacula tua dn̄e virtutū. Et hoc propter varias māsiones que ibi sunt / secūdum varietatem meritorum: secundū illud Joan. xiiij. In domo patris mei mansiones multe sunt. Quod autem dominus iussit sibi fieri tabernaculum manu factū / et mirabiliter preparatum atqꝫ decoratum / aperte insinuat illam indicibilem dispositionē / que habetur in illo celesti tabernaculo: de qua legitur Esa. lxiiij. Item Apost. j. Corin. ij. Oculus nō vidit / nec auris audiuit / et in cor hominis non ascendit / que preparauit deus his qui diligūt eum. Est tamē aduertēdum: vt iam dictū est / ꝙ ad construendū huiusmodi tabernaculum celeste / quidam in presenti offerunt aurū / alij argentum: et sic consequenter. Per quod denotatur / ꝙ diuerso calle ad illud peruenitur. Est tamen vnusquisque beatus / in quocūqꝫ loco ibi ponatur / sua sorte contentus. Nec vnus ibi cōtra alium murmurat / dicēs: ꝙ plus sit accepturus. Alias paterfamilias dominus deus statim illi diceret illud Mat. xx. Accipe quod tuū est / et vade: sed vtrunqꝫ impossibile est: quia ibi omnia consona et trāquilla sunt.

¶ Anagogice et tertio / iuxta illud quod habetur versus finem presentis clausule / de predictis architectoribus Beseleel / scilicet et Ooliab / ꝙ eos dominus dotauit mirabiliter in arte mechanica / ponendo in cordibus eorum quicquid fabre adinueniri potest: profecto per hoc denotantur sapientia / intelligentia / scientia / tam speculatiua / ꝙ̄ practica: ars mechanica / et oīa similia / que oīa et singula eminentissime

me ponet dñs in intellecti= bus ipsorum beatorum: et hoc totum per infusionem dictante solo doctore intrinseco: qui docet de omnibus. Et quamuis opera mechanica non habeant locum in celo: quo ad vsum: nihilominus quicquid perfectionis est in illa arte: nō denegabitur ipsis beatis.

¶ Exodi tricesimosexto.

¶ Unica clausula.



Fecit ergo Beseleel et Ooliab et omnis vir sapiēs: quibus dedit dominus sapientiam et intellectū: vt scirent fabre operari que in vsu sanctuarij necessaria sunt: et que precepit dominus. Cūq; vocasset eos Moyses: et omnē eruditum virum: cui dederat dominus sapientiam: et q̄ sponte sua obtulerunt se ad faciendum opus: tradidit eis omnia donaria filiorum Israel. Qui cum instarent operi quotidie: mane vota populus offerebat. Unde artifices venire compulsi dixerunt Moysi: Plus offert populus: q̄ necessarium est. Iussit ergo Moyses preconis voce cātari: Nec vir: nec mulier quicquam offerat vltra in opere sanctuarij. Sicq; cessatum est a muneribus offerendis: eo q̄ oblata sufficerēt: et superabundarent. Fecerūtque omnes corde sapientes ad exemplum opus tabernaculi: cortinas decem de bysso retorta: et hiacintho: et purpura: coccoq; bis tincto: opere vario: et arte polymita. Quarum vna habebat in longitudine viginti octo cubitos: et in latitudine quatuor. Una mensura erat omniū cortinarum. Coniunxitq; cortinas quinq; alteram alteri: et alias quinque sibi inuicem copulauit. Fecit et ansas hiacinthinas in ora cortine vnius ex vtroq; latere: et in ora cortine alterius similiter: vt contra se venirent anse: et mutuo iungerentur. Unde et quinquaginta fudit circulos aureos: qui morderent cortinarū ansas: et fieret vnum tabernaculum. Fecit et saga vndecim de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi. Unum sagum in lōgitudine habebat cubitos triginta: et in latitudine cubitos quatuor. Unius mēsure erant omnia saga. Quorum quinque iunxit seorsum: et sex alia separatim. Fecitque ansas quinquaginta in ora sagi vnius: et quinquaginta in ora sagi alterius: vt sibi inuicem iungerentur: et fibulas eneas quinquaginta: quibus necteretur tectum: vt vnum pallium ex omnibus sagis fieret. Fecit et operimentum tabernaculi de pellibus arietum rubricatis: aliudque desup velamen de pellibus hiacinthinis. Fecitque et tabulas tabernaculi de lignis sethim stātes. Decem cubitorum erat longitudo tabule vnius: et vnum ac semis cubitum latitudo retinebat.

bat. Hinc incastrature erant per singulas tabulas: vt altera alteri iungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis. E quibus viginti ad plagam meridianam erant cō tra austrum cum quadraginta basibus argenteis. Due bases sub vna tabula ponebantur ex vtraque parte angulorum: vbi incastrature laterum in angulis terminantur. Ad plagam quoque tabernaculi que respicit ad Aquilonem, fecit viginti tabulas cum quadraginta basibus argēteis: duas bases per singulas tabulas. Contra Occidentem vero: id est ad eam partem tabernaculi que mare respicit, fecit sex tabulas, et duas alias per singulos angulos tabernaculi retro: que iuncte erant a deorsum vsque sursum, et in vnam cōpaginem pariter ferebant: ita fecit ex vtraque parte p singulos angulos: vt octo essent simul tabule, et haberēt bases argenteas sexdecim binas: scʒ bases sub singulis tabulis. Fecit et vectes de lignis sethim quinque ad continendas tabulas vnius lateris tabernaculi, et quinque alios ad alterius lateris coaptādas tabulas: et extra hos quinque alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi contra mare. Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo vsque ad angulum perueniret. Ipsa autem tabulata deaurauit fusis basibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci possent, quos et ipsos laminis aureis operuit. Fecit et velum de hiacintho et purpura, vermiculo ac bysso retorta, opere polymitario, varium atque distinctum, et quatuor columnas de lignis sethim, quas cum capitis deaurauit, fusis basibus earum argenteis. Fecit et tentorium in introitu tabernaculi ex hiacintho, purpura vermiculo, byssoque retorta opere plumario: et colūnas quinque cum capitib⁹ suis, quas operuit auro: basesque earū fudit eneas, quas et operuit auro.

¶ Historialiter postquam in precedenti capitulo honorandus legifer noster et magister Moyses exegit donaria varia tam monetata quam non monetata a populo Israelitico pro opere tabernaculi cōstruendo, cui libenter populus obtemperauit: hic consequenter agit de actuali executione dicti operis, pro quo etiam populus plus offert quam sit necesse: ita vt prohibeatur ab eodem Moyse, ne plus offerat. Modus etiam dicti operis describitur per singula in litera: ibi, Feceruntque omnes corde &c. Poterāt autem hic fieri due speciales clausule. Nihilominus propter coniunctionem et coadunationem materiarum, ipsum totum capitulum sub vnica clausula perstrinximus. Priusquam ergo ipse Moyses prosequatur factionem ipsius tabernaculi et singularum partium eius, tam interiorum quam exteriorū, hoc in se

in sequentibus capitulis. Pri=
mo facit mentionem qualiter
vocauerit in primis predictos
architectores / scilicet Bese=
leel et Ooliab / pariter et ali=
os coadiutores / qui erant mi=
nus principales / quibus omni=
bus simul cõgregatis tradidit
omnia donaria filiorum Jsra=
el / que tanta fuerunt: vt dice=
rint ad Moysen: Plus offert
populus / quam necessariũ est. In
hoc ergo ostenditur populi of=
ferentis vltra necessitatem de=
uotio. Notãter autem dicitur
in principio huius capituli / quod
dominus dictis architectori=
bus / et ceteris qui cũ eis erãt /
in constructione tabernaculi /
dedit eis sapientiam et intelle=
ctum: vt scirent fabre operari
que in vsu sanctuarij necessa=
ria erant / et que preceperat do
minus. Nam alias nesciuissent
talia facere / cum circa huius=
modi non fuissent assueti: sed
magis operibus duris luti et la
teris. Sed quid sibi vult quod
subditur: Qui cum instarẽt ope
ri quotidie / mane vota popul9
offerebat. Unde artifices veni
re compulsi / dixerunt Moysi:
Plus etc. Ad hoc dicetur statĩ
in solutione ad primũ dubiũ:
Jussit ergo Moyses preconis
voce cantari .i. hilariter et alte
preconizari / dicẽs: Nec vir / nec
mulier / quicquã offerat etc. Et
vt dicit dñs Pet. de Palu. est
hic argumentũ cõtra parcita=
tem nunc ad fabricas ecclesia=
rum conferentium: et similiter
cõtra cupiditatem sacerdotũ:
quibus vix sufficere videtur to=
tus mundus si offerretur.

¶ Sequitur nunc de constru=
ctione actuali ipsius taberna=
culi / cũ dicitur: Feceruntque oẽs
corde etc. Jn hac ergo secunda
parte huius capituli agitur de
partibus ipsius tabernaculi.
¶ Primo quidem de tectis ip=
sius / et primo quidem quãtum
ad cortinam / de quatuor colo=
ribus factam arte polymita .i.
variatam: secundo / quãtum ad
saga: tertio / quantũ ad pelles
rubricatas arietũ: quarto / quã=
tũ ad pelles hiacithinas / quas
Hebrei dicũt fuisse de taxo: vt
dicit de Palu. Et hoc forte: quia
non dicuntur arietine / siue de
rubricatis. Uel quia vt volunt
quidã / magis sunt apte ad intẽ
periem aeris sustinendã: quam pel
les arietine. Opertimentum au
tem pellium hiacinthinarũ oi=
bus alijs superponebatur. Oia
autem ista patẽt supra xxvi. c.
¶ Secundo agitur de tabulis
ipsius tabernaculi / cũ dicitur:
Fecit / supple Beseleel et tabu=
las tabernaculi / de lignis Se=
thim stantes. Primo ergo agi=
tur de tabulis integrantibus
ipsum tabernaculum. Secũdo /
de vectibus ipsum cõpaginan=
tibus. Hec autem omnia patẽt
supra. xxvi. c. nisi quod ibi non fuit
facta mentio de quodam vecte
qui pertrãsibat in frõte taber=
naculi a capite prime tabule A=
quilonaris / vsque ad caput pme
Australis: de quo hic dicitur.
De hoc vecte vide de Lyra et
de Pal. in presenti passu.
¶ Tertio agitur de introeun=
tibus in ipsum tabernaculum /
cum dicitur: Fecit / supple Be=
seleel et velum etc. Primo autẽ
agitur

agit de introitu in scā scōꝝ per velum qđ pēdebat in quatuor colūnis de lignis Sethim deauratis cum capitibus.i. cū capitellis. Secundo agitur de introitu in sancta per tētoriū quod pendebat in fronte Oriētali tabernaculi: de quo habes supra.xxvj.c. Redre ibi si vis.

¶ Circa autem presens totum capitulum / mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubium: quare ex hoc ꝙ populus mane offerebat / fuerunt artifices compulsi venire ad Moysen / et dicere ei: Plus offert populus ꝙ̃ necessarium est? Dicendum / ꝙ in hoc ꝙ mane populus offerebat / intelligitur nimia volūtas offerendi ꝛ frequentia offerentium / qui ad hoc faciendū surgebant mane: ac si alie partes diei ad hoc nō sufficerēt illis.

¶ Secundum dubium: quare Hebrei hic prohibiti sunt a superabundanti oblatione / et nō cum edificaretur templū quod postea factū est? Unde dicitur ij. Paralipo.xxxj. remanserunt plurima eo ꝙ dn̄s benedixisset populo suo. Dicendum / ꝙ non est simile. Nam cum edificaret templum / fuerunt plurimi ministri / sicut necesse erat propter illius magnitudinem: ꝛ ideo nihil superfluum esse poterat: ꝙ si illud supfluū non erat necessarium ad fabricam tēpli / erat tamen necessarium ministris illius / q plurimi erant. Itē opus erat manutenere ipsum tēplū. Tempore autem cōstructionis tabernaculi / non erāt ministri ad hoc de facto deputati / nisi forte Leuite / qui habebāt vnde aliunde sustentarentur / scilicet ex decimis.

¶ Tertium dubiū: queritur ad quid necesse erāt tot operimēta in opere tabernaculi. Cum enim in operibus a deo institutis nihil superfluum sit / etiam minus ꝙ̃ in operibus nature: queritur ad quid omnia talia necessaria erant? Uidetur enim ꝙ vnum operimentum aut saltim duo / sufficeissent. Ad quod dicendum / ꝙ tot operimentorum ratio literalis fuit in generali / ornatus scꝫ ꝛ preciositas ipsius tabernaculi a caumate / ꝛ a pluuia: et vt sic in maiori honore ac reuerētia haberetur. Insuper vt omnia que ad ipsum pertinebant mūdius ꝛ tutius seruarētur. Forte alie rationes postea tangētur ſm alios sensus. Insuper dn̄s qui dedit talē industriam Beseleel / ꝛ aliis artificibus / voluit ostendere summam sapientiam suam.

¶ Quartum dubiū: vtrū dicti artifices q spōte sua obtulerūt se ad faciendum opus ipsum male fecerint? Uidetur ꝙ sic: quia cum opus ipsum esset supra humanas vires / qđ nec poterant facere absq̄ speciali directiōe dei ꝛ dono. Nullus aūt scit certitudinaliter talia dona: ꝛ precipue que interius per infusionem habētur / se habere. Secus autem de donis exterioribus infusis: sicut de dono lingue / prophetie / miracula operādi ꝛ hmōi. Dicendū / ꝙ hmōi artifices / q se obtulerunt Moysi / non fuerūt presumptuosi / ꝙ̃uis opus supra vires suas esset. Hoc enī (vt verisimilit̄ creditur) fecerunt tanꝙ̃ ad hoc a

deo

deo inspirari. Nã sicut ipse voluit habere primo speciale tabernaculum in terris / ꝛ consequenter templũ magnificũ / tẽpore Salomonis: sic etiam specialiter ꝓuidere de artificibus predicti tabernaculi voluit: ponendo in mentibus eorum modum ꝛ formam illius / vna cum efficaci volũtate operãdi illꝰ. Insuper et speciali dei gratia fecit eos dñs firmiter adherere huic veritati / ꝙ mouebãtur ad hoc a spiritusancto.

¶ Quintum dubiũ: quid in speciali denotabatur ꝑ varia operimẽta ipsiꝰ tabernaculi? Dicẽdum / ſm quosdã (vt refert dñs de Pal.) ꝙ per cortinas varias denotabatur celum sidereum. Per saga cilicina / celũ aqueũ vel cristallinum. Per pelles rubricatas / celum empyreũ. Per pelles autem hiacinthinas / celum trinitatis. Tegebatur ergo in modum quo celis teguntᷣ omnia. Et hoc in signũ ꝙ erat dedicatũ dño vniuersorum.

¶ Sextum dubium: vtrũ Moyses fuerit superfluus in loquẽdo de forma ꝛ modo ipsius tabernaculi? Videtur ꝙ sic. Nã supra. xxvj. ca. loquutus est de multis / que iterum hic reperit: ꝛ signanter de quatuor operimentis illius. Item de parietibus eiusdem / ꝛ de velis / de basibus / ꝛ columnis. Igitur superflue de talibus iterum hic loquitur. Dicendum / ꝙ in precedentibus ipse Moyses accepit formam fiẽdorũ a domino: ꝛ ideo ibi hec explicare debuit: ꝛ iterum similiter in presenti vbi agit de executione fiendorum. Hoc autem partim fecit ad magnificandum sepius repetita / siue magis mysteria in illis inclusa. Partim etiam hoc fecit vt respectu verbi abbreuiati ꝛ consummati noue legis / ostenderet legem veterem multiloquã: ꝛ sic eo ipo cõmẽdet ꝛ q̃si ꝓphetizet facto aliam legem perfectiorem fuisse venturam. Partim etiam hoc factum est / vt per hoc ostenderet mystice / ꝙ diuina iussa sic deberent cõsummari explicite in effectu et opere: sicut fuerant intellectui explicite demonstrata.

¶ Moraliter ꝛ primo: iuxta illud verbũ: Quotidie mane vota populus offerebat ꝛc̃. Per hoc instruitur populus Christianus / ꝛ multo fortius prelati / ꝑncipes / ꝛ clerici atq̧ quotquot sunt qui rebus manualibus non occupantur / vt singulis diebus intẽdant diuino cultui. Negociatores etiã hoc agãt / quãtũ possunt / anteq̃ ad opera sua vadant / ꝛ manũ mittant: et tũc se ꝛ sua deuote deo commẽdent / etiam aliquid ad fabricam ecclesie / tribuẽtes si possint. Tunc etiam dicere deberẽt qui sciũt illam collectã / que aliquando in primis in ecclesia legitᷣ sub hac forma: Domine deus omnipotens / q̃ nos ad principiũ huius diei peruenire fecisti / tua nos salua virtute: vt in hac die ad nullũ declinemus peccatum: sed semꝑ ad tuam faciendã iustitiã nostra procedant eloquia / dirigantur cogitationes / et opera. Unde valde laudabilis ↄsuetudo inoleuit in nõnullis ecclesiis / vt valde mane celebretᷣ missa / ad quam multi confluũt / etiam sine

ne detrimento suorum operum
terrenorum. Sic enim consulit
Christus esse faciendū. Matt.
vj. dicens: Querite primum re=
gnum dei / ⁊ iustitiā eius: ⁊ hec
omnia ⁊c̄. Pro quo notandum
ꝙ est triplex bonū: scȝ eternū /
spirituale / ⁊ eternale. Primū /
maximū: secūdum / minus: ter=
tium / minimū. Primum bonū
est primū querendū: id est / prin
cipaliter / ⁊ tota cordis atten=
tione / dicentes: Adueniat re=
gnum tuum: et habetur vbi su=
pra. Secundū / est querendum
tanꝙ via / ducens ad illud prin
cipale. Nam virtus (ſm Chry=
sostomū) est via qua peruenitur
ad regnum eternū. Ideo dicit
Christus secundo in loco / ⁊ iu=
stitiā eius / supple querite. Hic
autē sumitur iustitia legaliter /
vt est omnis virtus. Qꝫ vbi fece
ritis / hec omnia (inquit Chri=
stus) adijcientur vobis: quan=
tū supple expedit saluti vestre.
Patet ergo quomodo debem⁹
quotidie vota mane domino
offerre.

¶ Moraliter et secundo. Per
istum Beseleel / ⁊ ceteros arti=
fices tabernaculi / quibus de=
dit dominus sapiētiam ⁊ intel=
lectum / vt scirent fabre opera=
ri illa omnia que erāt necessa=
ria in vsu tabernaculi: quod et
sponte fecerūt: sicut dicitur in
textu. Per tales artifices / de=
notantur nonnulli homines qui=
bus dedit domin⁹ aliquas spe=
ciales gratias / vt operētur ta=
libus ad communē vtilitatē a=
liorum: dicente Apost. j. Cor. xij.
Diuisiones gratiarū sunt: ⁊ si=
militer diuisiones ministratio=
nū: atꝗ diuisiōes operationū.
Deinde subdit: Unicuiꝗ autē
datur manifestatio spiritus ad
vtilitatē: supple ecclesie ⁊ alio
rum: hoc autē probat multiplici
exēplo. Sed multi sunt etiā in
omni statu hoim. qui in vacuū ta
les gratias ⁊ dona recipiunt a
dño. Cū tamen dicat Apost. ij.
Corin. vj. Hortamur vos / ne in
vacuū gratiam dei recipiatis.
Ubi notādū ꝙ aliqui sunt qui abū
dant talibus gratijs / aut forte
vna / quā habent etiā perfecte /
siue in summo / quā intra se ab=
scondunt. Et tales sunt valde
ingrati / ⁊ magna pena apud deū
indigni. Ut enim dr̄ Eccli. xx.
Sapientia abscōdita / ⁊ thesau
rus inuisus: que vtilitas in vtrisꝗ?
Unde ⁊ seruus qui abscondit pe
cuniam dñi sui in sudario / fuit
durissime ab eo reprehēsus / eo
ꝙ non dedisset pecuniā ipsam
ad mensam. Propter quod ius=
sit munera / siue pecuniam ab
eo auferri. Luc. xix. Per quod
denotatur ꝙ tales merent̄ pri=
uari omnino gratijs sibi a do=
mino collatis. Alij sunt qui cō
municant gratias suas vni tm̄:
ne si multis cōmunicauerint /
tandem vilescant. Quia omne
rarum preciosum: ⁊ per opposi
tum omne commune vile. Un=
de fertur de quodā chirurgico
intra Gallias morante / qui dici=
tur / faict pic. gallice / qui habet
mirabilem gratiam medendi
⁊ sanandi hoies corpore lesos:
nec talē gratiā priusꝗ moria=
tur alicui manifestat: ⁊ tūc suo
primogenito reuelat: ⁊ sic cōse
quenter ille alteri. Alij sunt qui
vtuntur gratijs suis circa diui
tes / et non circa pauperes: vt
sunt multi periti medici et chi=
rurgici

rurgici/qui libenter currūt ad diuites/ ⁊ permittūt pauperes perire. In hoc manifeste se ostēdentes personarū acceptores. Hoc autem valde viciosum est/ et a deo reprobatū in antiquo testamento: vt patz Leuiti. xix. vbi ait: Non consideres psonā pauperis: q̄z suppleꝫ pauper est/ ⁊ ideo nō vis ei subuenire. Itē Deutero. xvj. Nō accipies psonā/ nec munera. Unde sicut diues in extrema necessitate tenetur sub pena peccati mortalis subuenire pauperi: ita ⁊ medicus aut chirurgicus in extrema necessitate corporis/ tenet̄ subuenire/ etiā proprijs impēsis (si potest) egroto. Alij sunt qui libenter ponunt ad bāchā talentū dn̄i sui. Et tales benedicētur a dn̄o/ ⁊ dicet̄ vnicuiqꝫ tali a dn̄o illud Luc. xix. Euge serue bone ⁊ fidelis: intra in gaudiū domini tui.

¶ Moraliter ⁊ tertio: iuxta illud: Sicqꝫ cessatū est a muneribus offerendis/ eo ꝙ oblata ⁊c. notandū ꝙ hodie videmus illud impleri in plerisqꝫ ecclesijs cathedralibꝰ/ collegiatis/ abbatialibus/ ⁊ prioralibꝰ. Olī enim cū ibi diuina deuote celebrarent̄/ ⁊ ministri religiose viuerēt: principes ⁊ nobiles multa donaria fecerunt ibi/ etiam plusqꝫ esset necesse ad ipsorum sustentationem. Atvero postqꝫ huiusmōi deuotio ⁊ religiosa vita cessauerūt: ⁊ mutatus est color optimus in lasciuam vitā et auaritiam/ cessatū est etiā a muneribus offerēdis. Et istud specialiter tāgit domos abbatiales ⁊ prioales: siue cōuentuales/ in quibꝰ hospitalitas mirū in modum obseruabat̄: prout valde districte mādat beatus pater Benedictꝰ in regula sua. Tunc enī talibꝰ domibꝰ/ erāt maxima munera/ etiā ascēdentia per milia auri ⁊ argēti. Memini si non vidi abbatiā de qua ferebat̄ ꝙ in ea sex milia exponebantur pro vita monachoꝝ/ qui erant ferme quadraginta. Tria milia applicabant̄ p̄ reparationibus ⁊ processibꝰ domus. xxvij. milia pro mensa abbatis applicabantur. Dn̄s aūt nouit qūo hospitalitas ibi obseruabatur. Erant etiam in ea multi officiarij religiosi quibꝰ deputati erant magni prouentus annuales. Cūqꝫ abbas quadam vellet hec omnia in vnum conuertere. Responderūt dicti officiarij ꝙ erant volūtarij ad hoc/ dummodo ipse efficaciter preberet eis exemplū. Qđ cum noluisset facere/ nec ipsi voluerunt illi obedire. Sicqꝫ vtriqꝫ remanserūt vsqꝫ in hodiernum diem/ in sua proprietate ⁊ periculo sue salutis. Sed ad propositū primū redeūtes/ nota quo olim due sorores/ que hospitabātur in talibus domibꝰ/ quarum vna vocabat̄/ Date: altera autem/ Dabitur. Sed cū prima inde eiecta fuisset foras/ statī secuta est eam soror sua/ que dicebatur/ Dabitur. Quo factum est/ vt et quo hospitalitas cessauit in predictis domibꝰ/ nec etiam munera illis fiant: quin potius multi nobiles ⁊ diuites auferūt si possunt/ que predecessores sui in eisdem monasterijs (pie intendētes) abūdāter largiti sunt. Insup reges ⁊ principes exigunt ab eis subsidia et decimas

decimas. Et breuiter/iuxta cõmune prouerbiũ/videmus illud hodie impleri: Quod non capit Christus/tollit fiscus. Hodie igitur nullus nutetur si principes et nobiles / non faciant nouas fundationes: aut si ab antiquo fundatas non studeãt ampliare/quia causa non subest qualis tunc.

¶ Moraliter et quarto/et circa idem propositum de muneribus offerendis. Notandũ/q per hanc historiam docemur in omni statu prodigalitatem vitare/et competentem sufficiẽtiam tenere. Liberalitas enim est virtus moralis pecunijs benefactiua: secũdum Aristotelem.j.rhetoricorum. Uel scdm alios: liberalitas est mediocritas circa pecunias dãdas. Nã liberalis dat propter honestatem/et recte/quibus oportet:qñ oportet: et secũdũ qd oportet: vt dicit idem Aristoteles.iiij. Ethicorũ. Item beatus Tho. secũda secunde.q.cxvij.arti.j. dicit/q liberalitas est virtus bene dispensandi diuitias in vsus bonos sibi/suisq et alijs. Habet aũt hec virtus liberalitatis duo extrema vitiosa:vnũ per excessum/ quod est prodigalitas:et aliud per defectum/ quod est tenacitas. Et istd extremũ magis recedit a medio .s.ab ipsa liberalitate q primum. Unde prodigus facilius corrigitur et citius reducit ad medium virtutis:q tenax siue auarus. Insuper alijs prodest. Tenax autẽ nec sibi/ nec alijs pdest. Qr vt dicit Eccli.xiiij. q sibi nequã/cui alij bonus erit? Unde immediate sequitur: Et non iocũdabitur in bonis suis. Ad propositũ ergo docemur vitare prodigalitatem / p hoc q populus Israeliticus prohibebatur plus offerre in opus tabernaculi q esset necesse. Qr si prodigalitas circa tam sanctum opus prohibetur: quanto magis circa opera i sc / et de se vitiosa? Propterea filius prodigus vituperatur. Luce.xv. Medium ergo tenuere beati: id est/ iusti. Huiusmodi aũt medium est dare quãdo oportet/ cui oportet/secũdum qd oportet:propter quod oportet/et sic de alijs circunstantijs requisitis ad veram liberalitatem et donationem.

¶ Moraliter et quinto/et circa idem/ videlicet de muneribus offerendis:notanter dicit in litera/q populus quotidie mane vota offerebat: Ubi notandum/q illi mane offerunt/ qui cito offerunt in iuuentute seipsos/ per ingressum religiõis approbate:qr vt dicit Threñ. iij. Bonũ erit viro/cum portauerit iugum dñi ab adolescẽtia sua. Unde tales facilius imbuuntur in his que religionis sunt: q qui tarde. Da exemplũ de noua plantula/que citius sursum erigit / q arbor inueterata et ingrossata. Propterea saluator Mat.xj. dicebat: Sinite paruulos venire ad me / taliũ est enim regnũ celorũ. Dicit enim sapiens Prouer.xxij.q adolescens ambulans iuxta viã suã/ etiam cum senuerit non recedit ab ea.

¶ Moraliter et sexto: et circa idem:nota q illi offerunt mane vota sua domino/qui dedi=

cant se diuinis laudibus & operibus sanctis: cum adhuc iuuenes sunt. De quibus loquitur dominus Prouerbiorum octauo: dicens: Qui mane vigilauerit ad me: inuenient me. In cuius figuram legitur Mar. vltimo: quod mulieres valde mane venientes ad dominicum sepulchrum. primo quidem viderunt angelum: dicentem de Christo: Surrexit: non est hic. Nec multo post meruerunt ipsum Christum in propria videre: quando quidem illo dicente ad eas: Auete: mox accesserunt & tenuerunt pedes eius. Matt. xxviij. Propterea propheta Esa. lv. nos admonet valde mane querere dominum: dicens: Querite dominum dum inueniri potest. Inuocate eum dum prope est. Secus autem de illis: qui differunt vsque in senectam & senium querere dominum: dedicantes ei feces vite sue: qui dedicauerunt diabolo florem sue iuuentutis. Et hoc est de quo conqueritur dominus: dicens in Psal. Dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto. Propter quod August. valde dubitat de eorum penitentia & conuersione. de pe. distinc. vij. per totum. Mane ergo studeamus offerre domino vota nostra: id est cito & dum adhuc sani sumus: & non expectemus extremam necessitatem: quia tunc difficile est valde: propter multa: perfecte conuerti ad dominum: & tunc inuenire eum difficillimum.

¶ Moraliter & septimo: & conformiter ad glo. interl. Notandum iuxta illud verbum: Qui cum instarent operi quotidie: quod per dies expon. ... ... Debemus igitur more multorum studiose instare operibus bonis: quamdiu dies est. Dies (id est) gratie: quia si talis dies semel extinguatur in nobis: non poterimus amplius operari. Propter quod Christus Jo. ix. dicebat: Uenit nox quando nemo potest operari. Quamdiu sum in mundo. i. in corde humano: supple per gratiam: lux sum mundi. i. ipsius cordis humani. Unde de ipso Christo dicitur Joan. j. Erat lux vera: que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Non quidem sic: quod omnis homo illuminetur ab eo: sed quia nullus illuminatur nisi ab eo. Item Joan. viij. ipse ait: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris: supple peccati: sed habebit lumen vite: scilicet vite gratie in presenti: & glorie in futuro. Instemus ergo operi quotidie: & non nocte: quia tunc nullus potest operari bene: sed tantum male. Propter quod peccata dicuntur opera tenebrarum: que precipit Apost. abijci. Ro. xiij. dicens: Abijciamus opera tenebrarum: & induamur &c.

¶ Moraliter & octauo: & conformiter ad glo. ordi. notanter voluit dominus: quod illi qui operati sunt in opere tabernaculi construendo: essent sapientes tam viri: sicut patuit de Beseleel et Ooliab: vt dicitur in principio presentis capituli: quam etiam mulieres: sicut patuit de illis que ad huiusmodi edificium contribuerunt de filo suo: que etiam sapientes erant: vt dicitur in ipso textu. Per quod significatur secundum eandem glo. quod non sufficit facere bonum opus: nisi sapienter & discre

te fiat. In cuius rei signū olim in lege in omni sacrificio po=nebat sal. Per qd̄ significat, q in omni bono opere prudē=tia & sapientia habēda est. Vi=des ergo (inq̄t predicta glo.) omnia que fiunt a sapientibus fieri: q2 viri sapiētes, & mulie=res sapiētes. Nā omnia opera dn̄i in sapiētia fiunt: vt dr̄ Ec=cli. xxxix. Nec sufficit si aliq̄d offeram⁹ dn̄o, nisi etiā sciam⁹ miscere aurū bysso, & coccū du=plicare, vel miscere cū purpu=ra. Quid eñ tibi prodest si ha=beas hoc, & vti eo nescias: ne=q cognoscas, quomodo vnū=quodq in suo tēpore, & in suo loco aptare debeas & pferre? Hec in eadē glo. que sumitur ex dictis Origenis.

¶ Moraliter et nono, per hoc q aliqui artifices tabernacu=li ad hoc electi sunt a dn̄o me=diante Moyse, et consequen=ter iussi sunt ab eo venire, et operari secundum sapientiam eis a domino datam, que val=de magna fuit: alij autē spon=te obtulerunt se ad faciendū predictum opus: vt dicitur in textu. Et isti secundum Augu=sti. in quest. super Exo. fuerunt minus sapiētes & eruditi. Per hec duo genera artificum ope=rantium in edificio tabernacu=li, designantur duo genera ho=minum laborātium in edificio tabernaculi corporis sui p ca=stitatis custodiam. Nam primi laborant ibi quasi a dn̄o voca=ti & iussi: vt sunt religiosi, et o=mnes qui ex voto ad hoc se o=bligauerunt. Secundi autem sunt qui sponte sua & absq vo=to & promissione volunt quan=diu eis placet continenter vi=uere. Primi ergo multo plus merētur (ceteris parib⁹) q se=cundi. Quia castitas que cadit sub voto, est multo melior, q il=la que cadit solum sub volun=tate. Da exēplum de sanctimo=nialibus que vouent perpetuā continentiam: & de aliis que di=cūtur canonice regulares: que deferunt habitum regularem: que etiam viuunt in vnum, et sub vna clausura: et hoc nocte, et toto mane, cantantes cano=nicas horas temporibus suis. At vero cum veniunt ad an=nos nubiles, possunt impune intrare matrimoniū. Et ne vi=deamur fabulose loqui, vidi=mus vnum tale monasterium valde solēne, in episcopatu Ca=meracen̄. apud oppidum quod dicitur, Mons en Haynault, Gallice. Vidimus insuper ali=quas ex illis mane in ecclesia in habitu canonicali, et post prandium per oppidū incedē=tes in habitu laicali, et nobili. Hoc autē non mihi placuit cū vidissem, maxime cum in Pro=uerbio dicatur: Da mulieri vi=rum, vel murum.

¶ Moraliter & x. Per quadru=plex operimentū tabernaculi, de quo legit in p̄senti litera et textu. Quorum primū erant ta=bule: secundū, vectes: tertium, vtrūq velū: quartū, columne. Per quadruplex (inquam) tale operimentū, designantur qua=tuor virtutes cardinales, q̄ ope=riunt tabernaculū nostrū inte=rius. Primo q̄dē iustitia ipsum operit a parte anteriori: secun=do, prudētia, a pte posteriori: tertio, tēpātia, a dextris: q̄rto,

fortitudo/ a sinistris. Tale ergo tabernaculum interioris hominis/ quod fuerit hoc quadruplici modo coopertum et stabilitum/ vix aut raro potest pati ruinam. Si enim ceciderit super illud grādo/ siue nix/ aut pluuiarum inundantia: id est / quecunq tribulatio seu aduersitas: siue etiam ventus fuerit illi contrarius: ventus (inquam) carnalis/ aut diabolice tentationis: non facile ipsum euellet. Non tamen dicimus quin tale tabernaculum possit in terram deijci: cū etiā legamus aliquos homines/ iā quasi in celū ascendentes / et iam quasi vnum pedem ibi habentes/ et alterū in terris/ turpiꝰ cū Lucifero corruisse. In cuius figurā legimus Job primo ꝙ ventus vehemens irruit a regione deserti: ꝛ concussit quatuor angulos domꝰ Job.

¶ Moraliter et vndecimo / et ad primum propositum redeūtes. Notandū conformiter ad Richardū de sancto Victore/ ꝙ non sine causa dicitur ī principio presentis capituli/ ꝙ principales constructores tabernaculi domini fuerunt Beseleel ꝛ Ooliab. Nam Beseleel/ qui fuit de semīe Juda: ꝛ Ooliab/ ꝗ fuit de semine Dan: hi duo viri designant/ ꝙ ad construēdum domino tabernaculū spirituale (quod intra nos est: et in quo vult deus quiescere per gratiam: secūdum illud Prouerbiorū. viij. Delitie mee esse cū filijs hominū. Item Apoc. vltimo: Ecce tabernaculū dei cū hominibꝰ/ ꝛ habitabit cum eis) requirūtur duo. s. Judas .i. confessio / que ad penitētes pertinet: ꝛ Dan. i. iudiciū/ quo ad iustos: quia teste. Salomone Prouerb. xij. Cogitationes iustorū iudicia. i. iusti sepe cogitant de iudicijs diuinis. Vñ Psalm. A iudicijs enim tuis timui: et ideo supple feci de me metipso iudicium et iustitiam: nō tradas me. i. permittas tradi calumniantibus me/ supple demonijs.

¶ Moraliter ꝛ duodecimo: nō sine causa dictum est/ ꝙ tabernaculum domini constructum est a viris sapientibus: per qđ denotatur ꝙ tabernaculū spirituale non nisi a veris sapientibus ꝛ deuotis catholicis cōstruitur ꝛ disponitur. Peccatoribus enim ꝛ malis de illo non est cure. Propter quod apost. j. Corinth. iij. dicebat: Secundum gratiam dei que data est mihi/ vt sapiens architectꝰ fundamentū posui. Item in Psal Omnia in sapientia fecisti.

¶ Moraliter et decimotertio/ iuxta illud verbum: Plus offert populus ꝙ̄ sit necessariū. Notandum/ ꝙ istud verbū potest intelligi de modernis principibus/ ꝗ hac tempestate contra omnem dispositionem iuris se intromittunt de dignitatibus ecclesiasticis/ eas conferendo quibus volunt: etiā plures vni/ qui nec dignꝰ est vna. Qui autem digni sunt/ non solum non promouentur: verum etiam impediūtur/ ꝛ frequēter optimo iure suo spoliātur. Taliter enim plus talibus offerre ꝙ̄ sit illis necesse est illis valde periculosum: pariter et collatoribus. Videmus enim / ꝙ

Roma-

stomachus plus recipiens de cibo q̄ sit illi necesse: aut ipm superfluū reijcit per vomitum / vel grauem infirmitatem inducit: ita vt quandoq mors sequatur: sic in proposito de illis clericis / qui habent plura beneficia / qui forte minus haberent de vno: cū sint plerūq indigni. Tales enim debent pluralitatē euomere: aut oportet eos mortem eternam incurrere. Nota de illo canonico Parisien. qui cum diceret q volebat experiri / an esset periculū mori / cum pl'alitate bñficiorū mortu' est cū multitudine beneficiorum. Qui post mortem apparuit episcopo Parisiensi post matutinas que dicuntur in ecclesia cathedrali eiusdem ciuitatis / hora medie noctis: dicēs se damnatū propter predictā causam. Insuper qr male vsus fuerat fructibus dictorum beneficiorum. Sed quicquid dicatur clericis habentibus pluralitatem beneficioꝝ: nō possunt / aut nolūt / credere in hoc esse tm̄ periculū / vt dr a iustis et doctis viris. Unde de talibus dr Esa. lvj. Speculatores eiꝰ ceci omnes: nescierūt vniuersi: canes muti non valētes latrare: in quo notatur de negligentia in docendo populū: qr forte i neutro beneficio resident: aut si in vno residēt / non tamen faciunt officiū veri pastoris in propria. Cōmuniter autem dant huiusmodi beneficia ad firmā plus offerēti: non habito respectu ad idoneitatē: sed ad pecunie quantitatem. Ideo sequitur in Esaia: Omnes in viam suam declinauerunt / vnusquisq ad auariciam suā: a summo vsq ad nouissimū: dicentes supple vnus ad alterū / et hoc in ciuitatibꝰ in quibꝰ communiter residēt. Uenite sumamus vinum / et impleamur ebrietate: et erit sicut hodie / sic et cras / et multo amplius. Hec ibi. De vnoquoque ergo tali scribitur Job. xv. Implebit stomachū suum: scilicet ardore auaritie / delitiarū / voluptatum / et huiusmodi. Deuotus autem clericus nō sic operatur: sed dicit ad dñm illud Prouerbiorum: Diuitias aut paupertates ne dederis mihi / sed tantū tribue victui meo necessaria. Caueant ergo moderni principes et dñi / ne tribuant suis capellanis / aut filijs nobilium de beneficijs ecclesiasticis plus q̄ est illis necessarium ad salutem: id est / sufficiens.

¶ Moraliter et decimoquarto / et cōformiter ad Richardū de sancto Uictore / tabernaculum est anima deuota. Unde Psalm. Protexit me in abscondito tabernaculi sui. Et apost. j. Corin. iij. Tēplū dei sanctū est / quod estis vos: supple / ratione anime. Cortine autē huius tabernaculi / sunt virtutes que sunt in anima: scilicet ad ipsius ornatum: sicut cortine materiales sunt ad ornatū tabernaculi materialis. Unde Esa. xlix. Uiuo ego dicit dñs / quia omnibus his velut vestimento vestieris. Felix autem est / qui possit et valeat his cortinis superindui / anima / et ornari. Unde sicut cortine tabernaculi erant de varijs mate-

rijs et coloribus: tamen bene inter se congruebant: ita et virtutes anime diverse sunt: optime tamen inter se coherent in decorando animam devotam. Byssus autem, per quam carnis mortificatio intelligitur, est ornamentum interioris hominis: quamvis exteriorem hominem pallidum et macilentum efficiat. Un Hiere. xxxi. Virgo Israel: id est anima devota et incorrupta adhuc tympanis tuis coronaberis. Ubi autem est pellis extensa in ligno, carnis maceratio intelligit. Ornatur ergo tunc anima devota tympanis, quando corpus affligitur ieiunijs, vigilijs, et orationibus, que omnia deo placent. Insuper decem cortine tabernaculi anime devote: sunt septē filij Job: et tres eius filie. i. septem dona spiritussancti: et tres principales virtutes que theologice dicuntur. He sunt fides, spes, charitas. Sed subiecta cortinarum materia constat ex quatuor preciosis coloribus: id est, ex quatuor cardinalibus virtutibus. Per byssum intelligitur castitas: q per multas tunsiones et afflictiones carnis conservatur. Quia teste apostolo. Galat. v. Qui Christi sūt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs et cōcupiscentijs. Debebat autem predicta byssus esse retorta: p quod intelligitur q dicta castitas debet esse gemina: scilicet in mente et corpore. In cuius figurā olim deus volebat par turturum sibi offerri. Levitici quinto, et Luce secundo. Item in duobus consistit perfectio totius operis: scilicet a malo declinando, et bonum faciendo: ideo sequitur, coccus bis tinctus. Vel non dicitur coccus bis tinctus, quia omnis perfectio consistit in mundicia et innocentia vite. Hec autem duo notantur Jacobi primo, cum dicitur: Religio munda et immaculata apud deum et patrem hec est: visitare pupillos et viduas i tribulatione eorum: et immaculatum se custodire ab hoc seculo. Cetera autē que ponit Richardus pertranseo breuitatis gratia: quia prolixe deducit dictum tabernaculum spirituale: quamvis optime.

¶ Moraliter et decimoquinto, notandum q tabernaculum Moysi cōversum erat ad Occidentem. Ubi tamen modo ecclesia conversa est ad Orientem. Hoc autem figurat q ante passionem domini homo fuit quasi servus fugitiuus. Unde tergum vertebat domino sequenti eum. Sed per passionem reductus est ad dominum et ad ipsum cōversus. Unde status tabernaculi fugam hominis ostendebat. Status vero ecclesie, reuersionem ipsius ad lucem gratie ostendit.

¶ Allegorice et primo viri illi sapiētes, et qui secundū sapientiam illis datam a domino edificauerūt mirabile opus tabernaculi dūi, figurā gesserunt apostolorum et euangelistarum, atq sacrorum doctorum, id in primitiua ecclesia laborauerunt pro constructione et erectione ecclesie et fidei: ut dictū est prius. Pro qua re multi eorum

rum insudarunt vsque ad mortem: sanguinem suum fundentes. Uidemus enim: quod aliqua antiqua castra et palatia difficillime destruuntur: et noua eriguntur: quia vt fertur cum sanguine animalium cementum quo compaginata fuerant conglutinatum fuerat. Sic et tabernaculum ecclesie construct um est cum sanguine Christi et sanctorum apostolorum: et multorum qui fuerunt in primitiua ecclesia: propter fidem Christi occisi. Propter quod dictum tabernaculum est mirabiliter stabile: quod etiam non dissoluetur quoadusque veniat dominus ad iudicium. Non enim opus quod ex deo est specialiter dissoluitur sicut illud quod ex hominibus est: vt ait Gamaliel in consilio Judeorum Actuum quinto. Possumus itaque dicere de dictis sanctis viris: qui fuerunt in primitiua ecclesia: et de modernis catholicis tam doctis: quam indoctis: illud dominicum verbum. Joan. quarto. Alii laborauerunt: et vos in labores eorum introistis. Nam moderni inuenerunt mensam paratam: solum restat eis intrare: et ad mensam sedere atque epulari. In cuius figuram legitur Luce decimoquarto parabola de quodam diuite qui fecit cenam magnam: et vocauit multos. Qui misit seruum suum dicere inuitatis vt venirent: quia iam parata sunt omnia. Caueamus ergo (charissimi) ne simus de numero se excusantium: ne tandem verificetur de nobis id quod tandem sequitur. Dico inquit paterfamilias. i. Christus: vobis: quia nemo virorum illorum: qui vocati sunt gustabit cenam meam. Hec igitur mensa parata: est ecclesia vel fides optime fundata. Huius autem mense cibaria sunt ecclesiastica sacramenta: quorum ministri sunt ecclesiastici: qui tunc inuitant homines ad has epulas: cum hortantur subditos ad confessionem: et consequenter ad sacramenti altaris susceptionem: sicut solet fieri in quadragesima conformiter ad decretalem que incipit: Omnis vtriusque sexus. extra de pe. et re. Patet ergo quid significetur per Beseleel et Ooliab: et per ceteros sapientes qui edificauerunt tabernaculum ecclesie catholice: subintelligendo semper: post Christum: qui fuit principale fundamentum illius: iuxta illud quod scriptum est. i. Cor. iij. Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est: quod est Christus Jesus. Multi etiam eorum fuerunt diuinitus eruditi: sicut et fabricatores tabernaculi legis. Sic enim prophetatum fuerat Johelis secundo. Et similiter recitatur Actuum secundo vbi sic dicitur: Et erit in nouissimis diebus: dicit dominus: Effundam de spiritu meo super omnem carnem: et prophetabunt filij vestri et filie vestre. Juuenes vestri visiones videbunt: et seniores vestri somnia somniabunt. Ubi nota quod iuuenes fuerunt apostoli: qui tunc visiones viderunt quando spiritum sanctum descendentem in specie ignis viderunt. Seniores autem fuerunt prophete: qui tunc somnia somniauerunt: quando hoc prophetauerunt: et aliqui intelligunt Sybille.

Et quidē super seruos meos: et super ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo/ et prophetabunt. Hoc autem in parte impletum fuit Act.ij. quando quidem apparuerunt apostolis dispartite lingue/ tā quam ignis: seditqꝫ supra singulos eorū. Et repleti sunt omnes spiritu sancto: et ceperūt loqui varijs linguis: prout spiritussanctus dabat eloqui illis. Ecce igitur quomō fuerunt sepe dicti architectores tabernaculi ecclesie diuinitus eruditi.

¶ Allegorice et secundo / per hoc qꝫ tabernaculum federis erat vnicū/ habens tamen multiplicitatem cortinarum / sagorum / pellium / tabularum / velorum/ et huiusmodi: designatur tabernaculum ecclesie / quod est vnicum in se: quia vna est omniū fideliū vniuersalis ecclesia/ extra quam nullus omnino saluari potest: huiusmodi tamen tabernaculum cum sua vnitate patitur varietatē et differentiam credentiū/ pro varietate nationū et regionū. Patitur etiam diuersitatē cultorum et cerimoniarū. Soli enī heretici/ infideles/ et schismatici/ sunt extra huiusmodi tabernaculū. Unde talibus non patet via salutis: vt dicitur. xxiij.q.j. alienus. vbi Ciprianus papa ait: Alienus et prophanus est/ qui vniuersalis ecclesie non tenet vnitatem. Ecce igitur tabernaculum: de quo Apoca. xxi. Ecce tabernaculum dei cū hominibus/ et habitabit cum eis. Ireni dic/ qꝫ sicut in vnitate tabernaculi representabatur vnitas dei / sic in eius distinctione distinctio representatur eorum que subiecta sunt deo / in cuius veneratione assurgimus.

¶ Allegorice et tertio: notandū/ qꝫ p hoc qꝫ ad dictū tabernaculū cōstruēdū electi sunt a Moyse (deo ita volente) Beseleel et Ooliab/ quorū primus erat de tribu Juda/ qui erat tribus regalis: alius aūt de tribu Dan/ qui fuerat filius Bale / ancille Rachelis. designatur (secūdū Rabanū/ et ponitur in glo. ordi.) qꝫ ad construendū tabernaculum ecclesie primitiue / sunt electi et assumpti a Christo nobiles et ignobiles. Nam et inter apostolos fuerunt aliqui nobiles/ quispauci/ sicut patuit de beato Bartholomeo: et aliqui ignobiles/ et isti fuerunt multi. Nam vt inquit Aposto. j. Corin. j. non multi sapientes secū dum carnē / nō multi potētes/ nō multi nobiles: sed que stulta sunt mundi elegit deus / vt confundat sapientes. Ipse enī secundū Augu. super Joā. tractatu. vij. p piscatorē / lucratus est imperatorē: et nō ecōuerso. Hoc autē satis mirabile fuit/ sed a dño (cui nihil est impossibile) factum est.

¶ Allegorice et quarto / p opus sanctuarij in quo erant decem cortine de bysso retorta: et hyacintho/ et purpura/ coccoqꝫ bis tincto opere vario: intelligitur status ecclesie et graduum eius. Nam decē cortine / significant statum virginū/ que valde decorāt tabernaculum ecclesie: verū qꝫ non omnes virgines sunt sancte apō deū / nec omnis virginitas laudabilis/ sed solū illa que propter deū assumitur.

Ja

In cuius figurã Mat. xxv. si-
militudo nobis ꝓponitur a Chri-
sto/de decẽ virginibus/quarũ
quinq; erant fatue/⁊ quinque
prudentes. Quinq; fatue acce-
ptis lampadibus non sumpse-
runt oleũ secũ: Prudẽtes vero
acceperunt oleũ in vasis suis
cũ lampadibus: vbi per oleum
intelliguntur bona opera. Ille
ergo sole virgines reputantur
prudentes apud deũ/que cum
fide habent bona opera/ cha-
ritate informata. Modo certũ
est ꝙ nõ omnes virgines/ sal-
tim corpore/sunt huiusmodi:
et ideo non omnes pertinent
ad tabernaculum dñi. Timen-
dum est ergo ne sint de sorte
diaboli: vt sunt ille que gloriã-
tur de integritate carnis: cum
sint tamen frequenter mente
corrupte. Quãuis enĩ sapiens
vj. ca. dicat: ꝙ incorruptio fa-
cit esse proximum deo: hoc
tamen principaliter intelligi-
tur de incorruptione mentis/
potius ꝙ̃ carnis. Fuerũt etiã
in ipso tabernaculo desuper
ad ipsum operiendũ vndecim
saga cilicina/ facta de pilis ca-
prarum: p q̃ figurantur vndecim
apostoli/saltim pro illo tẽpore
pro quo Mathias nõ erat ad-
huc in apostolatũ elect⁹: q2 ⁊
si Judas teneret locũ apostoli
numero ante Christi mortem/
nõ tñ erat apostolus merito: vt
patuit: q2 perijt spiritu ⁊ cor-
pore: vt patet Act. j. Propter
ergo nõ fuerunt nisi vndecim
saga. Et bene dicuntur dicti apo
stoli saga: q2 quãuis eorũ mẽ-
tes essent interius delicate p
gratiã/ nihilomin⁹ exteri⁹ vili
b⁹ induebantur. Vñ legitur de bea-
tis apostolis Simone ⁊ Juda/
ꝙ gentiles q̃dã eos despectui
habebãt/ eo ꝙ vilissimis vesti-
b⁹ induti essent. Quos sic allo
quitur Judas: Sepissime (inq̃t) in
scrinia aurea vilia quedã ha-
bentur inclusa/ ⁊ ecõuerso intra
vilissimas capsas sunt gẽmarũ
ꝑciosa monilia reposita. Et ite-
rum: Nõ ergo offendat aspect⁹ ve-
stros noster iste habitus vilis/
intus enĩ latẽt que eternã vos
facient gloriã inuenire. Per
purpurã aũt/ que est quasi ru-
bei coloris/ et de qua in parte
erat factũ dictũ tabernaculũ/
designatur ordo martyrũ/ q effu-
derunt sanguinem suum ꝓ
Christo. Hi enĩ dealbauerunt
stolas suas/ ⁊ cãdidas eas fece-
runt in sanguine agni: vt dicitur
Apoca. vlti. Hi nẽpe rubicũdi
martyres valde decorãt dictũ
tabernaculũ. Per coccũ autẽ
bis tinctũ intelligitur stat⁹ con-
fessorũ: q dicuntur bis tincti: q2
tincti fuerunt in cordib⁹ suis
dupliciter/ scz charitate dei et
ꝓximi: ita vt parati essent pa-
ti mortẽ ꝓ his duobus/ si fuis-
set tortor/ qui eos trucidasset.
Vñ de beato Martino canit
mater ecclesia dicẽs: O sanctis-
sima anima/ quã etsi gladius
persecutoris nõ abstulit/ mar-
tyrij tñ palmã nõ amisit. Et de
beato patre nostro Dominico
legitur/ ꝙ sicut ceru⁹ desiderat
ad fontes aquarũ: sic desidera-
bat seru⁹ Christi martyrium:
Ecce coccus bis tinctus. Qd
aũt sequitur/ ꝙ dictũ tabernacu-
lum erat decoratũ opere va-
rio/ significantur ceteri electi cu-
iuscunq; conditionis aut stat⁹
fuerint: q vita ⁊ exẽplo mirum

in-

in modum olim decorauerunt
ecclesiā militantē / ꝛ nunc de=
corāt triūphantē / de q̄b⁹ Apo
ca. vij. loquit̄ Joā. dicēs: Uidi
turbā magnā: quā dinumera=
re nemo poterat / ex oībus tri=
bubus / populis et linguis ꝛc̄.
Maximam autem partem co=
rum que erant in tabernaculo
Moysi / missa facio breuitatis
gratia.

¶ Allegorice et quinto / iuxta
id qđ dictū est ibi: Plus offert
populus / scȝ in opere taberna=
culi cōstruendo / ꝙ sit necesse.
Hoc exponere possumus / pre=
sertim de vno qui fuit de mul=
titudine populi / videlicet de
Christo qui fuit ver⁹ homo. Hic
eñ obtulit deo patri ꝓ salute
generis humani / ꝛ ꝓ taberna=
culo ecclesie plusꝙ fuit neces=
se. Nō quidē aurū aut argētū /
sed suū totū sanguinē: cui⁹ vna
gutta ad hoc sufficiebat. Uñ
j. Petr. j. Non corruptibilibus
auro vel argēto redēpti estis /
sed p̄cioso sanguine agni im=
maculati Christi. Meruit er=
go vltra condignū nostrā re=
dēptionem. Nā mors illi⁹ fuit
magis grata deo patri / ꝙ fue=
rit ab eo deacceptata culpa
p̄mi parētis / ꝛ ceteroꝝ. Nā ra
tione dignitatis supposit / qđ
patiebat̄ / qđ erat verbū diui=
num / fuit dicta mors infinite
acceptata ꝛ bona. sed dicet a=
liquis: Si p̄dicta ita se habēt /
possum⁹ ꝙ dicere qđ sequit̄ in
litera / videlicet / ꝙ nec vir nec
mulier quicꝙ offerat vltra in o=
pere sanctuarij. i. non est am=
plius necesse vt vltra merea=
mur / ex quo tantū meruit no=
bis Christus. Sed intelligat ꝙ
sic loquit̄ / ꝙ nullū est meritū
nostrū / nisi fundetur in merito
Christi / tanꝙ in causa prima=
ria ꝛ principali merēdi. Nihil=
ominus sicut causa primaria ꝛ
vniuersalis non agit / nisi me=
diante aliqua causa particula=
ri: ita in ꝓposito non applicat̄
nobis meritū Christi / nisi me=
diante actu / modo / aut aliquo
sacramento / sicut signāter pa=
tet in baptismo.

¶ Allegorice ꝛ sexto / apud Ju
deos fuerūt due dom⁹ multū
insignes / scȝ tabernaculū ꝛ tē
plum / quarū prima p̄figurauit
synagogā / secūda aūt Christi
ecclesiā. In prima scȝ in taber=
naculo fuerunt multa requisita
ad illius integritatē / sicut pa=
tet in presenti litera / ꝙ in secū
da: ita ꝛ synagoga habuit mul
to plura p̄cepta ꝛ statuta (etiā
grauiora) ꝙ Christi ecclesia:
ita vt diceret Petr⁹ Actu. xv.
Quid tentatis deū / imponere
iugū sup ceruices discipulorū /
qđ neꝙ nos / neꝙ patres no=
stri portare potuim⁹? Et notat̄
ꝙ ipse Petr⁹ loquebat̄ de iu=
go synagoge ꝛ legis antique /
qđ fuit difficile ad portādum /
nō tñ simpliciter impossibile:
qꝛ deus nō p̄cipit impossibile /
q tñ illud p̄ceperat. In tēplo
aūt nō fuerūt tot ꝛ tāta requisi=
ta / ꝙuis talis dom⁹ esset mul=
to prestantior ipso tabernacu=
lo: ita ꝛ ecclesia Christi / et lex
ipsius non fuit circundata tot
et tantis cerimonijs / sicut lex
vet⁹. Propter qđ dicebat ipse
Christus Mat. xj. Jugū meum
suaue est / ꝛ on⁹ meū leue. Itē
ad cōstruendum tabernaculū
soli Judei cooperati sunt. Ad
templi vero constructionē cō=
currerūt cū Judeis multi pro=

selyti

filii et Gentiles: ita et synagoga a solis Judeis cõstructa est. Ecclesia vo Christi ex duplici populo in Christum credente erecta est: scz ex Judeis et Gẽtilib⁹ / sicut patuit in primitiua ecclesia. Hoc aũt figuratũ fuit in lapide / q̃ fact⁹ est in caput anguli in tẽplo Salomonis / de quo Psal. ait: Lapidem quẽ reprobauerũt edificãtes / hic factus est in caput anguli. A dño factũ est istud / et est mirabile in oculis nostris. Lapis aũt erat Christ⁹: vt dicit Apo sto. j. Corin. x. Hmõi aũt lapis factus est in caput anguli / qñ cõiunxit duos parietes in vnũ .i. Judeos et Gẽtiles i vnitatẽ fidei / et sub capite Christo: vt patet Act. iiij. vbi sic legitur: Multitudinis credentiũ erat cor vnũ et aĩa vna in dño. Per decẽ aũt cortinas q̃ fuerunt in tabernaculo ad ips⁹ decorẽ intelligunt decẽ pcepta decalogi q̃ requirunt et perficiunt legẽ Christi. In cui⁹ rei signũ ipse cuidã adolescẽti q̃rẽti ab eo / qd faciẽdo vitã eternã possideret: Si vis (inq̃t) ad vitam ingredi / serua mandata. Mat. xix. Byssus (inq̃t Richard⁹ de scto Victo.) qð multis tunsioni bus cãdorẽ recipit / significat castitatẽ / quã per multã afflictionẽ recipim⁹: q̃ debet esse retorta: q: geminã debem⁹ habere charitatẽ / scz mẽtis et corporis: vt corpus cõpescat a nia lis cõcupiscentijs / et cor a cogi tationibus prauis. Hiacinth⁹ aerei coloris: significat celeste desideriũ. Purpura aũt rubei coloris / desiderium passionis. Coccus vo bis tinct⁹ / geminã charitatẽ: scz dei et pximi. Ex his quatuor colorib⁹. i. virtutibus / decẽ cortine sunt contexende. Unde Psal. Astitit regina. i. ecclesia / a dextris tuis / in vestitu deaurato / circundata varietate. Lõgitudo tabernaculi est longanimis patientia ecclesie. Latitudo vero illius / que erat quatuor pedũ / referenda est ad quadripartitam doctrinam euãgelistarũ. Qñ aũt dictarũ cortinarũ quinq3 erant ex vna parte tabernaculi / et quinq3 ex alia: vt hoc vi dẽtes filij Israel memores essent preceptorũ decalogi: quorũ quinq3 (secundũ Josephũ) erant scripta in vna tabula / et quinq3 in alia. Ansula hiacinthina est spes beatitudinis eterne / q̃ cõiungit cortinã cortine: q: cõseruat vnitatẽ ecclesie. Qð aũt superest de expositione presentis litere / valde plixum est: et ideo volens vitare nimiã plixitatẽ / remitto lectorem ad dictũ Ricar. et similiter ad dictũ de Palude / in fine postille sue super exodum / vbi refert dicta illius.

¶ Anagogice sicut sepe dictũ est per tabernaculum Moysi prefiguratum fuit tabernaculum celeste / in quo introiuit Christus in sua ascensione / de quo Aposto. Hebreo. ix. ait: Christus assistens pontifex futurorum bonorum / per amplius et perfectius tabernaculũ non manufactũ. i. non huius creationis per propriũ sanguinem introiuit semel in sancta et c. De tabernaculo enim Moysi hinc dicitur / q populus Hebreus fecit multa donaria pro illi⁹ cõstructione: sic et popul⁹ fidelis debet facere multas

et amplissimas elecmosynas: vt tandem valeat ad illud tabernaculū celeste peruenire. Unde Luce. xvj. Christus ait diuitibus huius seculi: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis: recipiant vos in eterna tabernacula. Et notanter dicit pluraliter: in eterna tabernacula: quia in illo magno tabernaculo celesti: qđ cōmune est omnibus beatis: sunt plura particularia tabernacula: secundū varietatem meritorum hic habitatorum: iuxta illud Joan. xiiij. In domo patris mei mansiones multe sunt. Nota in legenda beati Thome apostoli: de illo mirabili palatio quod fecit dict⁹ apostol⁹ regi Indie: qui dicebatur Gondophorus: prout vidit in alio seculo frater dicti regis post mortē. Qui cum resuscitat⁹ fuisset: dixit se a deo suscitatū fuisse: vt ab eo emeret palatiū: qđ sibi fabricauerat beatus Thomas: dummodo hoc vellet. Rege vero nolente vēdere fratri illud palatium: sed dicēte vt sibi Thomas aliud fabricaret: qđ si nō vellet: aut nō posset: iam factū haberent cōmune: dixit ei beatus Thomas: Sciatis innumerabilia palatia ab origine mūdi in celo parata: que si vultis: fide et elecmosynis vobis cōparare potestis. Sunt ergo palatia: siue tabernacula: plurima: et quidem pulcherrima: in alio seculo: ad que bene viuēdo sperare debem⁹ (mediāte dei gratia) nos peruenturos: de quib⁹ in Ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum. Qđ autem tam mirabiliter describitur in presenti capitulo tabernaculum Moysi: ita vt videatur res incredibilis et infacibilis: significat q̄ permagnificum et gloriosum sit huiusmodi tabernaculum celeste: ita vt sit a nobis inexcogitabile. Propter quod Esaie sexagesimoquarto. Item prime Cor. ij. dicitur: Oculus non vidit: et auris nō audiuit: nec in cor hominis ascēdit: que preparauit deus his qui diligunt eum. Et q̄uis sacra scriptura de illo nobis multa et quidem grandia et magnifica dicat: infinitics tamen plura sunt illa que de illo tacet: q̄ sint illa de quibus loquitur. In cuius figuram: regina Saba postquā venit ad regem Salomonē: et audiuit sapientiam eius: viditq̄ vniuersam gloriam domus sue: nō habebat vltra spiritum: dixitque ad eum: Uerus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis: et super sapientia tua: et non credebam narrantibus mihi: donec ipsa veni: et vidi oculis meis: et probaui q̄ media pars mihi nunciata non fuerit. Maior est sapiētia tua: et opera tua: q̄ rumor quē audiui. Ista enim possunt esse verba ipsorum beatorum: qui habitant per apertam visionem in illo tabernaculo celesti. Ecce igitur quid significat tabernaculum materiale Moysi: quantum ad sensum anagogicum.

¶ Exodi trigesimoseptimo.
¶ Unica clausula.



Ecit autem Beseleel et arcã de lignis Sethim/ habẽtem duos et semis cubitos in longitudine/ et cubitum ac semissem in latitudine: altitudo quoqꝫ vnius cubiti fuit et dimidij: vestiuitque eã auro purissimo/ intus et foris. Et fecit illi coronam aureã per gyrum/ cõflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos ei⁹. Duos annulos in latere vno/ et duos in altero. Uectesqꝫ fecit de lignis Sethim/ quos vestiuit auro/ et quos misit in annulos qui erant in lateribus arce ad portãdum eam. Fecit et propiciatorium.i.oraculũ de auro mundissimo duorum cubitorum et dimidij in lõgitudine/ et cubiti ac semis i latitudine. Duos etiã Cherubim ex auro ductili/ quos posuit ex vtraqꝫ parte ꝓpiciatorij/ Cherub vnum in summitate vnius partis/ et Cherub alterũ in summitate partis alterius. Duos Cherubim i singulis summitatibus ꝓpiciatorij/ extendentes alas/ et tegẽtes propiciatoriũ: seqꝫ mutuo et illud circũspiciẽtes. Fecit et mensam de lignis Sethim/ in longitudine duorũ cubitorũ: et in latitudine vnius cubiti/ que habebat in altitudine cubitum ac semissem. Circundeditqꝫ eam auro mundissimo/ et fecit illi labium aureum per gyrum/ ipsiqꝫ labio coronã auream interrasilem quatuor digitorum/ et super eandem alteram coronam auream. Fudit et quatuor circulos aureos/ quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mẽse contra coronã/ misitqꝫ in eos vectes vt posset mensa portari: ipsos quoqꝫ vectes fecit de lignis Sethim/ et circũdedit eos auro. Et vasa ad diuersos vsus mense/ acetabula/ phyalas/ et cyathos/ et thuribula ex auro puro/ in quib⁹ offerenda sunt libamina. Fecit et cãdelabrum ductile ex auro mundissimo. De cuius vecte calami/ scyphi spherulęqꝫ ac lilia procedebãt/ sex in vtroqꝫ latere. Tres calami ex parte vna/ et tres ex altera. Tres scyphi i nucis modũ ꝑ calamos singulos/ sperulęqꝫ simul et lilia/ et tres scyphi instar nucis in calamo altero/ spherulęqꝫ simul et lilia. Equum erat opus sex calamorum qui procedebant de stipite candelabri. In ipso autem vecte erant quatuor scyphi in nucis modũ/ Spherulęqꝫ per singulos et lilia: et spherule sub duob⁹ calamis ꝑ loca tria que simul sex fiunt calami/ procedẽtes de vecte vno: et spherule igitur et calami ex ipso erãt vniuersa ductilia ex auro purissimo. Fecit et lucernas septẽ cum emunctorijs suis/ et vasa vbi ea que emuncta sunt/ extinguãtur: de auro mũdissimo. Talentum auri appẽdebat candelabrũ cum omnibus vasis suis. Fecit et altare thymiamatis de lignis Sethim/ per quadrũ singulos habens cubitos: et in altitudine duos: e cuius angulis procedebant

bāt cornua / vestiuitq3 illud auro purissimo cum craticula ac parietibus ꝛ cornib⁹. Fecitq3 ei coronam aureolam per gyrū: ꝛ duos annulos aureos sub corona per singula latera / vt mittantur in eos vectes / ꝛ possit altare portari. Ipsos autem vectes fecit de lignis Sethim / ꝛ operuit laminis aureis. Cōposuit ꝛ oleū ad sanctificationis vnguentum / ꝛ thymiamata de aromatib⁹ mūdissimis opere pigmentarij.

¶ Historialiter. Postq̄ʒ in precedenti caplo / insignis propheta dñi Moyses egit de executiōe operis sanctuarij / siue tabernaculi: ad cuius cōstructionē populus plus obtulit q̄ʒ esset necesse: ita vt Moyses faceret ꝓclamari voce preconis in hunc modum: nec vir nec mulier q̄cq̄ʒ offerat vltra / opere sanctuarij: hic consequenter agit in ꝑticulari de constructione partium principaliū ipsius tabernaculi: et similiter de aliquib⁹ principaliter ad ip3 ꝑtinētib⁹. Uel dic / q̄ postq̄ʒ ipse sanctus Moyses egit de ipsi⁹ tabernaculi constructione: hic consequenter agit de constructione partium eius. Et iterū diuidit̄ ista pars in tres partes principales. Nā in prima parte agit de contentis intra sancta sanctorum: in secūda / de cōtētis: intra sancta: ibi / Fecit ꝛ mēsā: in tertia de medijs: ibi / Fecit ꝛ altare ꝛc̄. Et iterū prima pars diuiditur in tres partes particulares / ſm q̄ erant tria intra sancta sanctorū. Primo / arca: secūdo / propiciatorium / quod erat supra: de quo ibi: Fecit et propiciatorium: tertio / Cherubim / que erāt iuxta: ibi / Duos etiam Cherubim.

¶ Primo igit̄ agit Moyses de contentis intra sancta sanctorum. Et primo de arca dicens: Fecit autem Beseleel arcā de lignis Sethim. Non quidē solus: sed vt principalis / ꝛ tanq̄ʒ architect⁹ / cum Doliab socio suo: vt dictū est: habentē duos ꝛ semis cubitos / in longitudine. De hm̄oi arca vide q̄ prius dicta sunt supra. xxv. c. hui⁹ libri. Secundo agit de ꝓpiciatorio / dicēs: Fecit et propiciatorium. Illud autē ꝓpiciatoriū erat quidam singularis locus / in quo sacerdos se reclinabat / quādo pro populo exorare dominū volebat. Alij autē aliter dicunt: sed de hoc dicetur in solutione dubiorū. Tertio agit de Cherubi / cū ait: Duos etiā Cherubim ꝛc̄. Quare autē positi sunt Cherubim in ipso ꝓpiciatorio / duplex est ratio: vna quidā literalis / sc3 ad ipsi⁹ ornatū / ꝛ decorē ampliorē. Alia aūt allegoricalis: de qua postea. Et nota q̄ Cherubim in ꝓposito debet scribi per m / in fine / ſ3 Petrum de Pal. Nā scriptum per n / significat angelū.

¶ Secundo / Moyses agit de contentis intra sancta. Nō enī pro eodem loco supponunt sancta sanctorū / ꝛ sancta. Illa autem que erāt intra sancta / erāt multa. Primū / erat mensa pro positionis panum. De hoc vide prius / sc3. xxv. c. Secūdū / erat candelabrū. Unde dicit Moyses: Fecit / supple Beseleel / candelabrum ductile ex auro purissimo. Circa q̄d multa erant: vt

vt patet in litera. Tertiū/ erat altare thimiamatis: de quo dictū est supra.xxx.c. et similiter de multis pertinentijs ad ipm altare: de quibus etiā hic dr.
¶ Tertio/ Moyses agit de medijs. Unde predictū altare (sz aliquos) erat de hmōi medijs. Inter etiā media/ agit inciden taliter de oleo unctionis / sanctificationem omniū inchoante/ et de thimiamate sanctificationem cōsummante: de quibus plenius habetur supra.xx.c.
¶ Circa autem presens capitulum queruntur ad maiorem illius elucidationē aliq̄ dubia.
¶ Primum igitur dubiū: cur presens capitulum/ et similiter precedens/ non sunt diuisa et distincta p clausulas/ sicut de alijs ordinarie per nos vtcunq factum est/ maxime cum materia in ipsis contēta ad hoc valde et copiose suppetat: vt patet intuenti? Dicēdum/ q ideo sub breuibus dicta capitula pstrinximus: quia ferme omnia que hic dicunt prius discussa sunt: et signanter.xxv.c. et consequenter vsq ad tertium inclusiue. Que enim ibi iubebat dñs aliquando debere fieri/ horū execurio et adimpletio in presenti describitur. Filij enim Israel: vt legitur prius.xix.c. huius/ mēse tertio egressionis de terra Egypti/ venerunt in solitudinē Sinay/ vbi castrametati sunt. Moyses autem tunc ascēdit in montem ad deum/ ibiq cepit loqui ad eum dñs. Cōpletisq.xl. diebus/ et totidē noctibus / descēdit ad populum/ quem reliquerat ad radicē mōtis. Cumq inuenisset idololatrantem/ iratus proiecit tabulas lapideas contra montis radicem: et sic confregit eas. Cōsequēter autem dominus precepit ei vt ꝑideret alias duas tabulas/ instar priorū: ascēderetq iterum in montē Sinay: quod et fecit. Stetitq ibi iterum.xl. diebus: et similiter scripsit dictas tabulas/ sicut priores. Post quod iterum descendit ad populum/ secundo. Nec multo post (vt legit ꝑus.xxv.) Moyses de voluntate dñi congregauit materiā ex donarijs populi/ ex qua deberet in breui fieri tabernaculum dñi: simul etiā architectores illius/ Beseleel scz et Ooliab/ cū alijs operarijs minus pricipalib9. Qui operam dantes dicto operi cōpleuerunt illud integre ante finē anni ab egressu ex Egypto: vt dicitur consequenter.xxxix. cap. adeo q prima die mensis/ primi anni sequentis/ ipse Moyses erexit ipsum tabernaculū/ ponens in eo arcam/ mēsam/ et cetera ad ipsum pertinētia: vt dicit.xl.c. quod est finis huius libri Exodi. Patet ergo q scriptura nō describit ꝑcisum et determinatum tempus in quo tabernaculum cōstructum est/ et erectū. Possumus tamē coniecturare ex ꝓbabili/ q ɔstructū est quasi spatio anni medij.
¶ Secūdum dubium: cur dñs precepturus Moysi de cōstructione tabernaculi / primo instruit eū de arca fabricāda? Dicendum/ q ideo vt innueret q huiusmodi arca quadā dignitatis prerogatiua longe precederet cetera omnia que in ipso tabernaculo erant facienda.

da, huiusmodi autem digni-tas patet ex illis que in ea con tinebantur: huiusmodi erant tabule date secundo Moysi a deo, item manna, similiter et virga Moysi.

¶ Tertium dubium: quare ista tria, scz arca, propiciatorium, Cherubim, potius continebã-tur intra sancta sanctorum, quam alia? Dicendum quod huius ratio sumitur per respectum ad cul-tũ diuinũ, secundum de Pal. Arca enim posita inter duos Cherubim que se mutuis vultibus respiciebãt: erat quasi scabellũ pedis dei: cuius sedile erat tabula que di-cebatur propiciatorium, super alas Cherubim collocata, secundum vnam opinionem. Unde et ideo propiciatorium dicebatur: quasi exinde populo ad preces sum-mi sacerdotis propiciaretur deus. Et ideo portabatur a Cheru-bim, quasi deo obsequẽtibus. In ipsa autem erant tria. Pri-mo quidem virga, quasi pro sce-ptro regio: secundo tabule, quasi pro lege regia: tertio, vrna mã-ne, quasi pro cellario victualiũ domus regie. Merito ergo ar-ca in qua erant tria predicta valde digna, continebatur intra sancta sanctorũ: qui erat locus magne reuerẽtie et dignitatis. Similiter propiciatorium quod secundum vnam opinionem (vt imme-diate dictum est) nõ erat aliud quam tabula, siue locus: ex quo ad preces summi sacerdotis propi-ciabatur deus populo, propter suã dignitatem merito contine-batur intra sancta sanctorum. Idem dicẽdum de Cherubim, et hoc propter eorum officium: quia scilicet portabãt ipsam ar-cam. Ecce quare tria predicta continebãtur intra sancta san-ctorum.

¶ Quartum dubiũ: quomodo potest stare quod propiciatorium idem esset quod tabula: vt di-ctum est, secundum vnam opinionem, maxime cũ legislator Moyses ipsum seorsum describat? Cer-te huius opinionis est Richar-dus de sancto Uictore, ita di-cens: Nihil aliud intelligo per propiciatorium, nisi arce ipsius operculum: videlicet quãdam tabulam de auro purissimo ex integro factam. Unde et habe-bat cum arca, tam in lõgitudi-ne quam in latitudine, vnã per oĩa eandemque mẽsuram. Sed ne ti-bi (inquit idẽ Richar.) sup hoc aliquid ambiguitatis remaneat: audi quid de arca, et quid de pro-piciatorio ipsa scriptura propo-nat. Nã de arca scribitur supra ve. xxv. c. In ipsa pones testi-moniũ, quod dabo tibi. Et lõ-ge post de propiciatorio loquẽs, ait: Coram (inquit) propicieto-rio, quo tegitur testimoniũ, vbi loquar tibi. Quõ ergo testimo-nium quod in arca ponitur, tegitur propiciatorio: nisi quia nõ est aliud eius operculum, et aliud propiciatorium.

¶ Quintũ dubium: Ex quo secundum Richard. predicta duo, scz oper-culum et propiciatoriũ nõ sunt aliud et aliud: sed vnum: quare ergo tanquam duo distincta descri-buntur in litteram? Ad quod re-spondet Richard. dicẽs quod di-gnitas ipsius propiciatorij et ex-cellentia innuitur in eo ipso quod separatim describitur. Et nota circa hec quod de ipso propiciato-rio diuinitatis responsa daban-tur

tur/et aliquando nõ dabant/ iuxta beneplacitũ diuine volũtatis. Merito ergo propiciatorij nomen accepit/ qꝛ in eo dominus propiciationis sue prerogatiuam exhibere/ vel ostẽdere consueuit. Alij autem dicunt/ vt refert Richar. ꝙ propiciatorium erat tabula quedã sita sup spatulas Cherubim/ super quam deus sedens habebat pedes super cooperculum arce: quasi esset scabellum pedum illius.

❡ Sextũ dubiũ est de corona aurea que erat per gyrum arce: queritur de situ illius. Ad quod dicit idem Richar. ꝙ huiusmodi corõa aurea suprema ãbiebat: vbi ꝛ affixa erat/ atqꝫ totum illud propiciatorium intra se includebat/ et se altiꝰ erigendo spissitudini eius supereminebat.

❡ Septimũ dubiũ est de duobus Cherubim/ quos fecit Beseleel in arca. Queritur ergo quales erant? Ad hoc dicit idem Richardus/ ꝙ mutuo se respiciebãt/ et corpore quidẽ ad exterius tabernaculũ versi erant: sed versis vultibus ĩ eã partem intendebant/ qua arca de sub alis eorũ in medio stabat. Deinde addit/ ꝙ illi duo Cherubim/ qui in tẽplo Salomonis postea facti sunt: ad horum similitudinem facti fuerũt: ꝛ ideo que de illis legimus: similiter de istis intelligere debemus. Patet ergo de dubijs que oriũtur circa ea que erãt intra sancta sanctorum:

Restat igit̃ mouere aliqua dubia/ circa ea que erãt intra sãcta: illa aũt erant tria/ vt dictum est.

❡ Octauũ igitur dubiũ: Cur ista tria. s. mensa/ candelabrũ/ ꝛ altare thimiamatis stabant intra sancta/ potius ꝙ alibi: vel potius ꝙ alia? Ad hoc dicendum/ ꝙ conuenienter tria predicta erant ibi. Et primo hoc patet de mensa/ que erat ibi/ ad designandum ꝙ sacerdotes in templo seruientes debebant habere victum/ sicut ꝛ sacerdotes euangelici/ de q̃bus dicit apost. j. Corin. ix. Si nos vobis spiritualia seminamus/ magnũ est si nos carnalia vestra metamus? quasi diceret/ ꝙ non est magnum. Unde postea subdit idẽ Apost. Nescitis quoniã qui in sacrario operantur/ que de sacrario sunt edunt. Et qui altario deseruiunt/ cum altario participant: ita et dñs ordinauit his qui euangeliũ annunciant/ de euangelio viuere. Subdit tamen Apost. de seipso dicens: Ego aũt nullo horũ vsus sum. Sed hoc fecit quasi supererogando. Unde etiã in confirmationem predictorum legimus Mat. xij. ꝙ solis sacerdotibus legis licebat comedere. xij. panes suppositos mense. Et nota ꝙ non ponebatur predicta mẽsa directe ante propiciatoriũ/ et hoc ad excludendũ ritũ idolatrarũ: quia gentiles in sacris lune ponebãt mensam ante idolũ lune: iuxta illud Hiere. vij. Mulieres supple gentiles/ spargunt adipem: vt faciãt placentas regine celi: id est/ lune. Patet ergo quare mẽsa ponebatur intra sancta. Secundo ibi includebatur candelabrum/

buum: et hoc ad honorem domus. Pertinet enim ad honorem et magnificentiam domus regie: quod sit bene illuminata. Septem autem ipsius candelabri lucerne: designabant septem planetas quibus totus mundus illuminatur. Et ideo in parte australi erat positum: quia ex illa parte est nobis cursus planetarum. Tertio ibi erat altare thimiamatis: vt iugiter in tabernaculo esset fumus boni odoris: tum propter reuerentiam ipsius tabernaculi: tum in remediū fetoris quē necesse erat accidere ex effusione sanguinis animalium: q̄ ibi occidebantur. Fetida enim despiciuntur. Que vero sūt boni odoris: hoīes magis appreciātur. Patet ergo quare tria predicta: videlicet mensa: cādelabrū: et altare thimiamatis continebantur intra sancta.

¶ Octauum dubiū oritur propter illud verbum: quod habetur circa finem presentis capituli: Composuit et oleū ad sanctificationis vnguentū. Queritur ergo: quare non fit hic mētio de oleo lucernarum: sicut de oleo vnctionis? Ad quod dicendum: secundū Petrū de Pal. quod cum ipsis lucernis simul intelligebatur huiusmodi oleum: sicut contentum in continente. Item quia compositio lucernarum non est perfecta si lucere non possunt. Nō autem possunt lucere: nisi in se habeant et contineant oleum. Uel dic forte: quod oleum lucernarū non fuit factum per artifices: eo quod tali magisterio non indigebat: sicut oleum vnctionis: qđ erat ex multis cōfectū. Unde etiā supra in fine .xxvij. ca. dicit dñs Moysi: Precipe filijs Isrl' vt afferāt tibi oleū de arboribus oliuarū purissimū: pilerq; cōtusum: vt ardeat lucerna &c.

¶ Nonum dubiū oritur de figura arce qualis erat. Ad qđ respondet Richard. sic: De formatione arce breuiter dicam quod sentio. Uidetur enim mihi esse: quasi arca sine fundo: ita tamen vt superior superficies intelligatur omnino plana: et inferioribus immobiliter affixa. Habebat autem erecturam quandam auream que ambiebat suprema mense: quā et author ipse Moyses vocat labium: et hoc propter similitudinem: cui et corona quatuor digitorum altitudinis adherebat. Erat autem huiusmodi mensa varijs celaturis ornata: et prout celaturarum varietas exigebat crebris intercisionibus perforata. Unde et interrasilis est dicta. Huic etiā alia supposita: quasi virgula quedam rotunda et plana: sicue ex pluribus velut virgulis perplexa: et illi prime ob firmitatem et decorem coniuncta: atque ita omnino vnita: vt ambe viderentur esse vna. Hec igitur de mensa sufficiāt. Hec Richar. de sancto Uictore: i libro quē fecit de tabernaculo.

¶ Decimum dubium similiter oritur de figura candelabri: qualis esset. Ad quod respondet dictus Richardus: In candelabro erant scyphi in modū nucis. Scyphus autem medietatem sphere habere videtur. Habet itaque rotunditatem conca-

concauam et vacuam / et a superioribus precisam. Nux vero ab imo et dilatando in ventrem distenditur. A superioribus autē paulatim se acuendo ad vnum punctum in summitate colligitur. Scyphus itaque habet rotunditatem sphericam / et cōcauitatem vacuam. Nux autem rotunditatem obliquam / nec tamen vacuam et precisam. Quoniam igitur nux duo habebat communia / scypho / scilicet vacuitatem et rotunditatem / cum rotunditatis precisione: ideo hic scyphum nō nucem vocat Moyses. Et quia solum vnum habebat commune cum nuce / scilicet rotūditatem obliquā / non nucem nominat / nucis tamen similitudinem habere denunciat. Hec autem adiuncta sunt candelabro ad illius ornatum / sicut et cetera in eo cōtenta: sicut calami / hastile / et similia. Hec Richardus: qui de altari incensi / vnguento et thimiamate nihil dicit.

¶ Moraliter et primo / et conformiter ad dominum Petrū de Palude / arca de qua primo hic agitur / est mens humana. Hec autem arca debet compingi de lignis Sethim / que sunt imputribilia: id est / de operibus imputribilibus / sicut dicit dominus Luce duodecimo: Facite (inquit) vobis sacculos / qui non veterascūt. Debent autem huiusmodi opera nostra bona / esse similia albe spine / quam videns homo timet tāgere ne pungatur / vt ea semper vereantur: sicut dicit Iob. ix. Verebar omnia opera mea. Ut enim dicit Gregor. sepe que videntur nobis iusta et bona / sunt in conspectu oculorum domini iniusta / et mala. Propter quod timet iustus de opere bono / ne sit malum / aut non ita bonum sicut sibi videtur. Timet enī ne illi operi desit aliqua circunstantia. Propter quod dicebat Salomon / Prouerbiorum vigesimooctauo: Beatus homo qui semper est pauidus. Sed ad propositum primum redeuntes / quatuor anguli huius arce spiritualis sunt consuetudo et operatio / cogitatio et locutio: in quibus debemus ponere quatuor circulos / id est / omnia referre ad deum. In cuius rei signum ipse dominus Cant. vj. quater dicit / reuertere / in hūc modum: Reuertere / reuertere Sunamitis (id est / peccatrix anima) reuertere / reuertere / vt intueamur te. Duo latera huius arce / sunt aduersa et prospera. Vectes in vtroque latere / fortitudo et in prosperis et in aduersis. Unde Apostolus Romanorum decimotertio: Arma iustitie a dextris et a sinistris. Hi autem vectes fortitudinis et firmitatis mentem hominis portant.

¶ Moraliter et secundo: iuxta illud: Fecit et propiciatorium. notandum secundum eūdem dominum patriarchā de Pal. quod per propiciatorium intelligitur meritum humanum / sine quo non est propiciatio adulto. Et quia pro quolibet merito debetur duplex merces homini. Primo quidem anime. Secundo autem / et

finaliter corpori. s. post resurre
ctionem generalem. Nam tunc
omnes domestici dei induent
duplicibus: vt dr Prou. xxxi.
In cuius etiam figuram reddi
dit dominꝰ seruo suo Job cun
cta duplicia. s. post multa ad-
uersa. Job. xlij. Bene ergo in fi
guram huius hic dicit, ꝙ pro-
piciatorij longitudo fuit duo-
rū cubitorū ⁊c. Longitudo igi
tur propiciatorij est spes, q̄ de
bet esse longa, quia vsqꝫ in fi-
nem. Unde Mat. x. dicit: Qui
perseuerauerit vsqꝫ in finē, hic
saluus erit. Latitudo est chari
tas, q̄ debet esse valde lata, qr
debet se extendere ad amicos
⁊ inimicos. Psalm. Latū man
datū tuū. s. de charitate habē-
da: nimis. i. valde, vel latitudo
est bonū opus. Longitudo igi
tur spei duplex est: ad latitudi
nē boni operis, qr pro vno bo-
no opere duplex merces fina-
liter reddetur ī alio seculo: vt
dictū est. Cubitꝰ aūt dimidius
designat humanam imperfe-
ctionem, que talis est ⁊ tanta
vt apo. dicat. ij. Corin. iij. Nō
sumꝰ (inquit) sufficientes cogi
tare aliquid a nobis quasi ex
nobis: sed sufficientia nostra
ex deo est. Magna ergo ⁊ val-
de magna est imperfectio hu-
mana. In cuius rei testimoniū
Dauid cū tantus propheta es-
set, vt eximius prophetarū di-
ceretur: nihilominꝰ dicebat ad
dominū. Imperfectū meū vi-
derunt oculi tui.
¶ Moraliter et tertio, iuxta il
lud verbū: Duos etiam cheru-
bim fecit, supple Beseleel. No
tādū, ꝙ per duos Cherubim,
quos ipse Beseleel posuit in
vtraqꝫ parte tabernaculi, vt
suis alis tegerent ipsum propi
ciatoriū: designāt sanctos dei
angelos, q̄ tegūt nos morta-
les homines: q̄ quādo boni su
mus, tabernaculū dei sumus:
iuxta illud verbū apo. j. Cori.
iij. Nescitis qr tēplū dei estis
vos: ⁊ spiritꝰ sanctus habitat ī
vobis? Et iterꝫ post pauca: Tē
plū dei sanctū est, quod estis
vos. Quid est ergo ꝙ Cheru-
bim duabus alis protegebant
propiciatoriū: nisi qr sancti an
geli protegūt nos per diligen
tem custodiam in aduersis, ne
succūbamꝰ: ⁊ in prosperis, ne
nimiū exaltemur. Hinc Psal.
ait: Angelis suis deus manda
uit de te, vt custodiant te ī om
nibꝰ viis tuis. i. tā in prosperis
q̄ꝫ in aduersis. Et signāter ista
protectio fit per angelū bonū,
custodem nostrū. Dicamꝰ ergo
ei singuli, nos illi committen-
tes, illud eiusdem Psal. Sub
vmbra alarū tuarū ꝓtege me,
a facie impiorū. i. malignorum
spirituū qui me afflixerūt: sup-
ple suis illusionibus, cautelis
⁊ tentationibus. Et nota ꝙ si-
cut expansio alarū vmbrā pul-
lis facit, q̄ illis refugiū ꝓstat:
ne eos miluꝰ rapiat. Itē refri
geriū eisdem prestat contra ar
dorem solis. Sic etiam custo-
dia angelica prodest nobis ad
duo. Primo eñ protegit nos,
ne rapiat nos miluus inferna-
lis. Itē ne consumatur ab ar-
dore concupiscentie carnalis.
In cuius figuram legit Dan.
iij. ꝙ angelus descendit in for
nacem, in qua erant tres pue-
ri: et fecit flammam ignis q̄si
ventū roris flantem: ⁊ non te-
tigit

rigit eos omnino ignis/nec cō
tristauit/nec molestie quicquā
intulit. Q̄ autem predicti duo
Cherubi mutuo se respiciebāt
vt dicit in litera: designat con
cordiam quam diligūt ⁊ quā-
tū possunt faciunt inter homi-
nes sancti dei angeli. Nam in
pace factus est locus eorum et
habitatio.

¶ Moralit' ⁊ quarto/ ⁊ signā-
ter quantū ad illa tria/q̄ erant
intra sancta: q̄ erant mensa ꝓ-
positionis/candelabrū/⁊ alta-
re thimiamatis: discurrendo ꝑ
singula/sicut prius factum est
de illis trib⁹ que continebant
intra sancta sanctorū. Primo
per mensam super quam erant
panes propositionis/ qui fiebāt
de simila que erat farina deli-
cata/pura ⁊ electa: designant
veri predicatores opere imi-
tantes vitam apostolorū: quo-
rum predicatio debet esse si-
ne furfure questus tēporalis:
aut sine appetitu humane lau
dis/ ⁊ glorie aut etiam adula
tionis/ ⁊ huiusmodi. Nam ta-
les abutūtur verbo sacri euan
gelij et diuini verbi/ipsum a-
dulterantes/ secūdū apost. ij.
Corint. ij. qualis ipse nō erat.
Unde ibi ait: Non sumus sicut
plurimi adulterantes verbum
dei: sed ex synceritate/sicut ex
deo/coram deo in Christo lo-
quimur: supple manifestando
veritatem. Item eadem glo. su
per illo ṽbo/adulterātes ver-
bum dei/dicit sic: Falsa admi-
scentes/⁊ pro voluptate predi
cantes/⁊ non pro salute popu-
li. Nam tales valde reprehen-
dit apo. Propter quod idē ver
bū repetit. ij. Corin. iiij. dicēs:
Non adulterantes verbū dei.
Proprie aūt adulterātes ṽbū
dei sunt heretici/ vt moderni
Lutherani/ q̄ subuertūt (quā-
tum possunt) sacram scripturā/
etiam vsq; ad ecclesiastica sa-
cramenta. Uerum vt subtilius
subuertāt Christifideles a fi-
de et bonis moribus: vtuntur
cautela medicorū/ qui pillula-
rum amaritudinem cooperiūt
aliqua dulcedine/ vt min⁹ ꝑci
piatur. Et quod valde gemen-
dū est/ tales Lutheriani traxe
runt hodie ad partem suā ma-
ximam partem stellarū celi. i.
Christifidelium: non tantum
quidem simpliciū/ verū etiam
principum ⁊ magnatū. Simi-
liter non solum corrumpentes
suis nequissimis dogmatibus
⁊ heresibus nedū opida cam-
pestria: verū etiam maximas
ciuitates ⁊ vrbes/ in quibus
olim florebat fides et religio
Christiana. Quod preuidens
sanctus ille propheta euange-
licus Esaias. j. ca. ait: Q̄ō fa-
cta est meretrix/ supple a fide
recedendo: ⁊ spōsum suū Chri
stum derelinquendo: vt adhe-
reat nephando Luthero/ciui-
tas fidelis. i. que olim fuit fide
lis/sed nūc infidelis. Plena iu
dicij. i. in qua olim abundabat
iudicium ⁊ iustitia: sed nō mo-
do: immo abundat in ea om̄is
iniustitia: adeo vt aperte per-
sequātur veros fideles. Unde
sequitur in Esaia/ Iustitia ha-
bitauit in ea: supple olim/ nūc
autem homicide/persequētes
(inquā) fideles vsq; ad mortē.
Argentū tuū versum est in sco
riā. Uinū tuū mixtū est aqua:
id est vera fides ⁊ doctrina q̄

olim in te abūdabat: modo cō
uersa est in heresim reproba-
tissimam ⁊ damnatissimā Lu-
therianam. Q; aūt aliqui prin
cipes terreni et prelati sint de
predicta maledicta secta, apte
insinuat dictus Esaias, cū sub-
dit: Principes tui infideles, so
cij furū: quia p̄textu dicte he-
resis furātur animas, ⁊ res tē-
porales Christifideliū, et hoc
maxime vbi eis dat facultas.
Cōtra autem tales hereticos
deberent hac tempestate bel-
la ducere alij principes, qui fi-
deles volunt reputari: ⁊ pacē
facere etiam cum proprio dam
no temporali (si opus sit) cum
suis fratrib9 Christianis. Nos
aūt ecclesiastici ⁊ religiosi, de
bemus fundere peculiares p̄-
ces ad dominū pro hac re, di-
centes illud Psal. Exurge do-
mine, nō confortetur homo. i.
Luther heresiarcha cum suis
fautoribus. Judicētur gentes
in conspectu tuo. Gentes autē
in proposito significant Ger-
manos, qui a germine dicunt
Germani. Recte etiam dicunt
gentes a generando, q2 popu-
lus Germanie plus ceteris va
cat generationi. Ob quā cau-
sam valde multiplicat. Et q2
magna pars dicte gētis fauet
dicto Luthero: hic est q Psal.
orat ad dominū, dicens: Judi
centur gentes in ɔspectu tuo:
supple ad mortem corporis,
quia agentes et consentiētes
eadem pena puniri debent. Nā
secundum doctrinam apostol.
Rom. primo. Nō solum qui ma
la faciunt: id est, hereses adin-
ueniunt, digni sunt morte: sed
etiam qui consentiunt facien-
tibus. Sed de hoc sufficiat ad
presens.

¶ Moraliter et quinto, per cā
delabrū, quod erat intra san-
cta, et quod erat ex auro pu-
rissimo: designantur ecclesia-
stici, ⁊ quicunq; deputantur
ad decantandum domino lau-
des intra ecclesiam. Tales eñ
debent esse candelabra lucen-
tia alijs per sanctam doctri-
nam, et vite exemplaritatem.
De quibus duobus simul lo-
quitur Christus Matthei. v.
dicens: Sic luceat lux vestra
coram hominibus. Ecce pri-
mum. Deinde sequitur: Ut vi-
deant opera vestra bona, ⁊ glo
rificent patrem vestrum qui in
celis est. Ecce secundum. Hu-
iusmodi etiam candelabra de-
bēt esse ex auro purissimo, per
vite sanctitatem: ita vt sint pu
ri interius in cōscientia: ⁊ ex-
terius in corpore. Unde supra
xix. ait dominus: Sacerdotes
qui accedūt ad dominum, san-
ctificentur, ne percutiat eos.
Et Esa. quinquagesimosecun
do: Mūdamini qui fertis vasa
domini: id est qui alijs admini
stratis ecclesiastica sacramen-
ta, que bene dicuntur vasa do-
mini, quia continēt virtualiter
gratiam, quā cōferunt ex ope-
re operato. Ecce igitur quid
intelligitur per candelabrū ta
bernaculi, quod debebat esse
ex auro purissimo. Sed proh
dolor multi sunt sacerdotes, q
videntur esse ex auro, per vite
sanctitatem: sed tamen eorum
aurū non est purissimū: sed est
simile aurichalco, quod habet
quandā speciem veri auri: sed
tamen non est purissimum. Hi

sunt

sunt hypocrite qui videntur se cundū apparentiam exteriorē multum puri et sancti: sed non sunt tales corã oculis domini. Unde tales cōparat dominus. Matth. xxiij. sepulchris dealbatis/ que exterius videñ hominibus pulchra: cum tamē intus sint plena ossibus mortuorum / et omni spurcitia. Tales enim sunt de quib⁹ idē dominus vbi supra ait: Dicunt et non faciunt. Relinquenda est ergo mala vita: sed amplexanda bona doctrina. Da exēplum de candelabro/ quod interdum est rubiginosum: quod tamen propter hoc non contēnitur omnino.

¶ Moraliter ꝛ sexto/ per altare thimiamatis quod similiter erat intra sancta: intelligitur mortificatio carnis. Premittē dum tamen est/ ꝙ in tabernaculo illo Moysi erant duo altaria. s. altare holocausti quod fuit extra: etiam sub diuo: ꝛ altare thimiamatis qd erat intra iuxta velum. Et de isto altari agitur i presenti. Per hoc igitur altare designatur mortificatio carnis. Corpora etenim sanctorum illorum qui olim/ ꝛ forte adhuc aliqui carnem suã crucifigunt cum vitijs ꝛ concupiscentijs (de quibus loquitur apost. Gal. v. dicens: Qui Christi sunt/ carnem suam crucifixerūt cum vitijs et concupiscentijs) altaria sunt. Conuenienter aūt quodlibet tale altare/ dicitur altare thimiamatis: quia sicut huiusmodi altare erat valde redolēs ratione ipsius thimiamatis/ qd erat valde odoriferum vnguētum: ita ꝛ corpora eorum qui propter Christū crucifigūt carnē suam in presenti / sūt valde redolentia in conspectu domini ꝛ sanctoꝝ angeloꝝ / ꝙuis interdū aliter videatur hominibus mundanis. Uñ anime deuote possunt de vnoquoqꝫ tali dicere/ optando eū imitari / illud Cañ. j. Curremus in odorē vnguentoꝝ tuorū. Nã intantū diligit dñs talia altaria thimiamatis/ siue vnguēta virtutū/ ꝙ aia deuota dicit: Introduxit me in cellaria sua. Mundus autē ecōtra abhorret frequenter talia corpora. Unde ꝛ Jo. xj dixit Martha ad Jesum de fratre suo iacente in sepulchro/ quem volebat resuscitare: Dñe (inquit) iã fetet: quatriduanus est enim in monumento.

¶ Moraliter ꝛ septimo/ iuxta illud verbū/ qd dictū est de illis Cherubim / q erãt i propiciatorio/ ꝛ qui mutuo se respiciebant/ ꝛ alis suis ipsum propiciatorium tegebãt: significant ecclesiastici et clerici. Tales enim recte Cherubim / id est/ angeli vocantur. Sic enim appellat eos scriptura Malach. ij. dicens: Labia sacerdotis custodiunt scientiam / ꝛ legem requirent ex ore eius: qꝛ angelus domini exercituum est. Tales enim Cherubim: id est/ sacerdotes debent esse in propiciatorio. i. in ecclesia: ibi soluētes dño debitum obsequiū et famulatum. Unde Dan. iij. specialiter ad hoc monent/ eū di: Bñdicite sacerdotes dñi dño: laudate ꝛ superexaltate eū in secula. Sed quid est ꝙ hmōi

cherubim debent se mutuo respicere: nisi quia pre ceteris populis tales debent vnanimiter et concorditer habitare et viuere, et non more viperarum seinuicem mordere. In cuius rei solent in plerisque locis fratres se mutuo appellare. Et quid est quod dicti cherubim alis suis velabant propiciatorium: nisi quia ad eandem mutuam charitatem, concordiam, et pacem habendam, debent quantum possunt attrahere cunctum populum Christianum? Quia inquit Psal. Ecce quam bonum, et quam iocundum habitare fratres in vnum: fratres, (inquam) genere, professione, ordine.

¶ Moraliter et octauo, iuxta illud: Fecit et mensam etc. Per mensam in qua nobis proponitur panis, designatur ecclesia, in qua nobis proponitur multiplex panis: scilicet doctrine per predicationem diuini verbi: gratie, per administrationem sacramentorum, que in se quodammodo continent gratiam. Item eucharistie, que est ille panis de quo Ioan. vj. Caro mea vere est cibus. Et iterum: Ego sum panis viuus. Conuenienter autem huiusmodi mensa dicitur mensa propositionis: quia dictus panis sacramentalis in dicta mensa ecclesie proponitur sumendus semel in anno omnibus adultis: vt notatur extra de pen. et re. ca. omnis vtriusque sexus. Quod autem describitur predicta mensa tripliciter: videlicet secundum longitudinem, latitudinem, et altitudinem, significantur tres status hominum, qui sunt in ecclesia. Qui sunt incipientes, proficientes, et perfecti. Et sicut longitudo mense erat maior quam latitudo, siue altitudo illius: ita etiam plures sunt incipientes in ecclesia Christiana, quam proficientes aut perfecti. Et similiter sunt plures proficientes in ecclesia, quam perfecti. Horum enim paucus est numerus: sed qui potest capere, scilicet vite perfectionem, capiat. Notandum autem quod iste sensus pro parte est allegoricus, et pro parte moralis. Potest ergo dici mysticus.

¶ Moraliter et nono, per hoc quod multa erant intra arcam ex auro purissimo, per aurum significatur charitas: quia sicut aurum inter omnia metalla est nobilissimum, sic inter ceteras virtutes simpliciter charitas precellit: dicente Apo. j. Corin. xiij. Maior horum est charitas. Quemadmodum ergo tot et tanta erant intra tabernaculum, et similiter circa arcam ex auro mundissimo, denotatur quod in tabernaculo cordis nostri, et in arca conscientie nostre debemus toto posse laborare cum auxilio dei: vt cuncta ibi et circunquaque splendeant fulgore diuine charitatis, dei et proximi, etiam adeo abundanter vt aliquomodo resultet vsque ad extra, per exhibitionem operis: vel dici quod per hoc significatur quod ecclesiastici et clerici, qui sunt intra arcam ecclesie, debent pre ceteris refulgere auro charitatis, puritatis, et totius sanctimonie, adeo etiam vt splendor eorum diffundatur vsque ad proximos suos: dicente Christo Mat. v. Sic (inquit) luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, et glorificent etc.

¶ Moraliter et decimo, iuxta illud:

Illud: Fecit supple Beseleel diuersa vasa ad diuersos vsus mense: acetabula videlicet, phialas &c. Notandum quod diuersitas vasorum designat varietatem Christifidelium. Non enim fecit deus ita eius hominum equales, sicut neque decuit vt ita fieret. Sed sicut in corpore humano non omnia membra eundem actum habent, sic etiam est de corpore ecclesie. Unde cum premisisset Apo. Ro. xij. dicens, quod deus diuisit mensuram fidei vnicuique: mox subiunxit tale exemplum: sicut (inquit) in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus, scilicet mysticum sumus in Christo (qui est caput dicti corporis) singuli autem alter alterius membra: habentes donationes secundum gratiam que data est nobis differentes. Hoc autem postea probat de aliquibus donis, sicut de prophetia & huiusmodi. Item. j. Corin. xij. sic dicit ad propositum: Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus: a quo supple procedunt. Et diuisiones operationum sunt, idem autem deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientie, & sic de alijs. Unde post instantiam multorum exemplorum concludit, dicens: Hec autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Consequenter ponit predictum exemplum de corpore humano. Eandem etiam sententiam ponit Ephe. iiij. Et ideo sicut vnum membrum corporis humani non inuidet alteri, sicut pes capiti, quod ipsum habeat nobilius officium, sed huiusmodi membra sibi mutuo subseruiunt, & se supportant: ita debet esse de membris corporis mystici ecclesie: vt dicit Apo. vbi supra: videlicet Ephe. iiij. Unde & Gala. vj. idem Apost. loquitur dicens: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi: que supple precipit proximum diligendum, Mat. xxij. dicens: Diliges proximum tuum &c. Patet ergo quid significent diuersa vasa ad diuersos vsus mense tabernaculi. Acetabula. Et vt dicit Catholicon, acetabulum, li. dicitur ab acetum, ti. Acetabulum ergo dicitur vas aceto plenum: vel ad recipiendum acetum paratum.

¶ Moraliter et vndecimo: quia in presenti capitulo sepenumero fit mentio de hoc numero quatuor, videlicet sexies: ideo notandum, quod in sacra scriptura inuenitur sextuplex quaternitas: videlicet,

Naturalis
Cordialis
Uirtualis
Criminalis
Infernalis
Supernalis.

¶ Primo dico, quod est quedam quaternitas naturalis. Et ista est quaternitas humorum, quaternitas qualitatum, quaternitas complexionum, quaternitas elementorum. De hac autem quaternitate potest intelligi illud Ezechie. j. Apparuit rota vna iuxta animalia habens quatuor facies. Rota enim iuxta animalia, est natura omnium animalium que continue voluitur more rote. Ista ergo rota habet quatuor facies: id est, quatuor quaternitates pre dictas,

dictas:ideo scz quia ipsa constat ex quatuor complexionibus, ex quatuor qualitatibus:ex quatuor elementis:ex quatuor humoribus.

¶ Secundo dico: quod est quedam quaternitas cordialis. Et ista est quaternitas quatuor affectionum: que sunt dolor et gaudium:spes et timor. De qua Eccli. xxxvij. Uerbum nequam immutabit cor: de quo partes quatuor oriuntur.

¶ Tertio dico, quod est quedam quaternitas virtualis. Et ista est quaternitas quatuor virtutum cardinalium:quaternitas doctrine sanctorum quatuor euangelistarum cum euangelijs suis: et quaternitas virorum perfectorum. Uiri enim iusti conuenienter dicuntur quatuor: quia habent in se numerum quatuor virtutum cardinalium, et tenent doctrinam euangeliorum: insuper habent quadraturam perfectionis et constantie. Quatuor enim est numerus solidus:significans illos qui in fide et virtutibus sunt solidi et firmi, figurati Dan. iij. vbi in igne visi sunt quatuor viri soluti ambulantes:et nullam lesionem sentientes. Similiter figurati Ezech. j. in quatuor animalibus:quorum quodlibet habebat quatuor alas, quatuor facies, quatuor manus quatuor incessus. Erant autem dicta animalia in omnibus suis partibus oculata. Per que designantur viri perfecti:oculati:et discreti:qui quatuor dicuntur:vt dictum est, pro eo quod quatuor virtutibus cardinalibus sunt quadrati. Unde Prouer. xxx. dicitur. Quatuor sunt animalia minima terre, et ipsa sunt sapientiora. Qui procul dubio et ale sue contemplationis:et facies sue conuersationis:et manus sue operationis:et gressus sue affectionis:debent esse quatuor.i. debent contineri sub quatuor virtutibus cardinalibus:vt scz omnia fiant cum iustitia:fortitudine:temperantia:prudentia. Ista ergo quaternitas virtutum figuratur Gene. ij. vbi dicitur, quod fluuius, supple gratie egrediebatur de loco voluptatis, qui tandem diuidebatur in quatuor capita, per que intelliguntur quatuor predicte virtutes:in quas diuiditur predictus fluuius virtutum cardi.

¶ Quarto dico: quod est quedam quaternitas criminalis. Et sic per quaternitatem criminalem intelliguntur homines mali. Quaternarius enim numerus ternarium in vno excedit: ita mali excedunt bonos Mat. xx. Multi sunt vocati:pauci vero electi. Item mali excedunt numerum ternarium.i. sanctam trinitatem siue fidem:quam debent de ea habere. Uel excedunt tres virtutes theologicas:que sunt, fides, spes, charitas. Item communiter excedunt aliam sanctam trinitatem: quia non debite conteruntur, confitentur, satisfaciunt. Et breuiter nunquam de hoc satis dictum esset.

¶ Quinto dico: quod est quedam quaternitas infernalis. Et ista est quedam quaternitas penarum, que dicitur esse in inferno:scz mors, gladius, fames, captiuitas. Que quidem quatuor pene Apoca. xviij. dicuntur mors:luctus:fames et ignis. Item Ezechie. xiiij. dicuntur quatuor iudicia pessima: gladius:fames:bestie:et pestilentia.

¶ Sexto dico: quod est quaternitas

tas supernaturalis. Et ista est quaternitas quatuor dotū corporum glorificandorū: et que nondū habent: sed finaliter expectantur: vel dic: φ est numerus electorū: qui per quatuor cardinales virtutes saluant. Unde Mar.xiij. dicit: φ dñs congregabit electos a quatuor ventis celi. Et sic patet de sextuplici quaternitate: q̄ significat per hoc: φ sextupliciter ponitur hoc nomen quatuor in presenti capitulo: vt patet intuenti. Et hoc ex dictionario.

¶ Moraliter ꝛ duodecimo: illud sbū qđ habet in fine p̄sentis capituli: vbi dr: Cōposuit ꝛ oleū ad sanctificationis vnguentū: ꝛ thimiamata de aromatib⁹ ꝛc. Notandū: φ aliq̄ sunt similes oleo sctō: alij autē sunt similes thimiamatib⁹ de aromatib⁹ cōfectis. Oleū eni q̄uis ex diuersis materijs fiat: qꝛ est oleū nucū: pauonis: oliuarū ꝛc. nō tamē solet vna materia alteri cōmisceri ad conficiendū idē oleū. Illi ergo cōponunt oleū ad sanctificationis vnguentū: qui vacant operibus pietatis ꝛ misericordie: sed hoc est totū: aut saltim p̄ncipale. Nam et si virtutes sint adinuicē connexe: ita vt q̄ habet vnā in esse virtutis: habeat ꝛ reliquas: nō tñ sic est de actibus earū. Potest eni q̄s exercitari in vna vel pluribus: q̄ nō exercitabit i omnib⁹. Illi aūt cōponūt thimiamata de diuersis aromatibus: qui quantum possunt exercent se in actibus variarū virtutū: tam theologicarum: q̄ moralium: potest tamen in tali homine vna virtus supereminere alijs plus vel minus: prout voluerit dñs. Et talis cōgeries virtutum: merito cōparatur thimiamati confecto de aromatibus: quia sicut huiusmodi thimiama maxime redolet corā hominibus: ita et talis congeries virtutū coram deo ꝛ angelis. Unde ꝛ de nardo (per quā significatur virtus humilitatis) dicit anima deuota Christi sponsa Cant.j. Nardus mea dedit odorē suauitatis.

¶ Allegorice et primo: per arcam que erat intra ipsa sancta sanctorum: vna cum propiciatorio ꝛ cherubim: prefigurabatur virgo Maria. Ipsa nempe fuit illa arca: de qua Dauid in Psal. Surge domine in requiem tuā: scilicet: de morte ad vitam: tu ꝛ arca sanctificationis tue. Hoc autem fuit impletum in Christi resurrectione ꝛ ascensione. Et similiter in assumptione eiusdem virginis. Hec etiam arca non solum fuit olim prophetata: sed et prefigurata: ꝛ signanter Gene.vij. per arcam Noe: quia sicut per illam saluatus est mūdus corporaliter: ne totus periret: ita similiter per illam saluatus est spiritualiter: ne totus periret eternaliter. Hec autem arca: que aliquando fuit intra tabernaculum ecclesie militantis: nunc gloriose angelicis manibus collocata est in tabernaculo ecclesie triumphantis. Unde canit ecclesia dicens: Exaltata es sancta dei genitrix sup choros angelorū ad celestia regna. Et hoc factū est multū rationabilit: qꝛ hec est

est arca in qua fuit aliquando manna humanitatis filij dei/ et similiter virga diuinitatis eiusdē. Itē tabule lapidee legis.i. iugis memoria mādatorū dei: de qua potest itelligi illud Eccli xxiiij. Memoria mea in generatione seculorum. Item intra sancta sanctorū erat propiciatorium. Sed quid per propiciatorium intelligitur/ nisi dicta Christi mater/ que suis meritis et precib⁹ facit vt nobis propicietur benedictus eius filius. Recte ergo vocatur pia aduocata peccatorum: vt dicit Bernar. Item intra sancta sanctorū erant Cherubim. Per quos intelliguntur sancti illi angeli qui in p̄senti eidem virgini famulabātur: ita vt dicat quidā deuot⁹ doctor/ quod nō erat dies in qua in p̄senti adhuc existēs nō videret Maria angelos ex illo die quo primū Gabriel sibi apparuit/ dicens: Aue gratia plena etc.i. ex quo concepit dei filium. Sed quid significat hui⁹ arce longitudo/ latitudo/ et sublimitas: vt tangitur in litera? Profecto/ lōgitudo designat perpetuū auxilium quod prestat beata Maria suis famulis/ et toti ecclesie: iuxta illō Eccli.xxiiij. Ab initio et ante secula creata sum/ et vsque ad futurum seculū nō desinam. Latitudo autē illius/ designat quod non est homo aut mulier super terrā: cui non sit parata (quātum in se est) obsequi/ dummodo inuocet eā: ita vt dicat deuotus Bernard. ser.iiij. de assumptione eiusdē virginis: Sileat misericordiam tuam/ virgo beata: si quis te inuocatam in necessitatibus suis meminerit defuisse. Sublimitas autē huius virginis/ significat prerogatiuam quam habuit in p̄senti: et quam nunc habet in celo: vt dictū est. Ipsa nempe (vt dicit Hiero.ij.parte epist.suarū. epi.lv.) dedit celis gloriā/ terris pacem/ gentibus fidem/ vitijs finem/ vite ordinem/ moribus disciplinā. hec ille. Et breuiter idē Hieron. vbi.s. sic ait: Sicut in comparatione dei nemo bonus: ita in cōparatione matris dn̄i nulla inuenitur virgo perfecta: quamuis virtutibus eximijs comprobetur. Fuit autem hec arca virginalis de lignis Sethim/ q̄ sunt imputribilia: quia fuit imputribilis spiritualiter et corporaliter. Spiritualiter quidē ex parte anime: quia nunquam fuit corrupta per peccatum siue actuale/ siue originale/ dicente Ps. Querek peccatum illius/ et nō inuenietur. Et Salomon de eadē loquēs in persona dei. Can.iiij. ait: Tota pulchra es amica etc. Corporaliter etiā fuit imputribilis: quia nō fuit corrupta per incinerationem post mortē suam. Ps. Non dabis sanctum tuum videre corruptionē. Item ecclesia in oratiōe de assumptione eiusdem/ dicit quod mortis nexibus deprimi non potuit. Itē in litera dicitur/ quod Beselelel vestiuit arcā auro purissimo/ intus et foris: quia virgo Maria fuit aurea intus per charitatē ingentem/ dei et proximi. Similiter foris fuit vestita moris morum honestate/ et exemplaritate. Preterea dicitur in litera/ quod dictus Beselelel fecit ipsi ar

ce

ce coronam auream per gyrū/ per quam datur intelligi corona eterne glorie quā posuit dominus in die solennitatis et letitie super caput illius/ quando de hoc seculo nequam exempta/assūpta est a dn̄o ⁊ sanctis eius angelis/ad ethereum thalamū/in quo rex regum stellato sedet solio. Hec est igitur arca illa.i.mulier: de qua Apoc. xij. sic dicitur: Signū magnū apparuit i celo: mulier amicta sole.i. Maria diuinitate: et luna.i.peccatū/ vel diabolꝰ/ sub pedibus eius: quia de vtroque triūphauit: ⁊ in capite eius corona stellaꝝ duodecim.i.duodecim virtutum: ⁊ hoc pro presenti statu. Iste igitur.xij. stelle fuerunt tres virtutes theologice/quatuor morales/quinqꝫ itellectuales: que sunt in toto duodecim. Possumus ergo de ea dicere illud Eccli.xlv. Corona aurea super mitram eius. Uel ꝟm communem literā/ super caput eius/ expressa signo sanctitatꝭ/ glorie/honoris. Patet ergo ꝙ bene textus presentis capituli allegorice cōgruit virgini Marie. Quod autē sequitur/missum facio gratia vitande prolixitatis.

¶ Allegorice ⁊ secundo: p Beseleel (qui interꝑtatur vmbraculum diuinum) intelligiť dn̄s deus/qui bene dicitur vmbraculum diuinū: quia teste Esa. ⁊ Apo. Paulo/ adeo obumbratus ē ꝙ nec auris audiuit/ nec oculus vidit/ ⁊ in cor hominis non ascendit que preparauit deus diligentibus eū. Et eiusdem Esa.xlv. de eo dicitur: Uere tu es deus abscōditus. Iste igitur Beseleel fecit propiciatorium.i.oraculum/ siue ecclesiam/que domus orationis vocatur Ioan.ij. in qua fiūt preces ⁊ orationes ad ꝓpiciationem domini impetrandam; vt fuit in figura demōstratum in templo Salomonis. iij. Regū viij. Bene autē huiusmodi ꝓpiciatorium dicitur esse de auro purissimo/ quia ecclesia est tota pulchra/ munda/ ⁊ immaculata/non habens maculā/ neqꝫ rugam: vt dicit Apost. Ephe. v. Potest etiam eadē ecclesia non tantum per propiciatoriū intelligi: verūetiam per arcā. Quia sicut tempore diluuij/ soli illi saluati sunt/ q̄ intrauerūt arcam Noe: ita ⁊ nunc illi soli salui fiunt spiritualiter ⁊ eternaliter qui intrāt arcam ecclesie/per baptismi sacramētum: iuxta illud Io.iij. Qui crediderit/ ⁊ baptizatus fuerit/ saluus erit. Qui vero non crediderit/ condemnabitur. Et Athanasius in symbolo suo: Hec est fides catholica (quā supple describit) quam nisi quisqꝫ integram/ inuiolatāqꝫ seruauerit/ absqꝫ dubio in eternū peribit. Per illos autem duos Cherubim/ qui erant in arca/ significantur preclari ecclesie. Cherubim enim interpretatur plenitudo sciētie. In preclaris autem debet esse plenitudo sciētie vtriusqꝫ testamenti/ etiam cum quadam eminentia: quod etiā demonstratur in mitra pastorali/ quam illi gerunt in capite/ q̄ habet duo cornua. Per hoc autem ꝙ isti Cherubim erant duo/ denotať gemina charitas/ que pre ceteris in eis es-

se

se debet: dei scilicet ⁊ proximi. In cuius rei signum Christus post resurrectionē suam priusquā committeret Petro oues suas/ipm̄ interrogauit si eum diligeret. Quo respōdēte: Tu scis domine quia amo te. Ille ait: Pasce oues meas. Jo. xxi. Ille igitur clericus non est dignus assumi in pastorem ecclesie/⁊ preferri gregi dominico/ qui nō diligit ipsum dominum per quandam excellentiam: et qui nō est paratus dare animā suam/tempore ⁊ loco pro dicto grege. Quia vt habetur Joan. decimo: Bonus pastor dat animam suam pro ouibꝰ suis. Signanter autem dicitur de dictis Cherubin/ꝙ erāt facti ex auro ductili: id est/ex auro fabricato cum martello. Per qđ designatur/ꝙ ecclesie prelati debent esse parati ad subeūda queqꝫ tormenta pro salute gregis sui. Dictū est etiam/ꝙ Beseleel posuit dictos Cherubin ex vtraqꝫ parte propiciatorij. Per quod significatur ꝙ dicti prelati debēt semper intendere regimini suarum ecclesiarū/ et non residere in curijs regū/ ac principum: presertim nisi ad hoc pro causa legitima fuerint specialiter vocati: sicut olim legimus de nōnullis sanctis episcopis fuisse factum: sicut de beato Leodegario/de beato Lamberto: ⁊ similibus. Extendebāt autem dicti Cherubim alas suas super propiciatoriū. Per quod significatur ꝙ dicti prelati debent alas suas/id est intellectum et affectum extendere contemplationi/⁊ non ad habēdum longam comitiuam equorum et domicellorum. Et tegētes propiciatorium/id est/ per opus actiue vite debēt intendere ad ecclesie sue subsidium/verbo et exemplo informantes populum sibi commissum. Unde Gregorius/in pastorali suo: Sit (inquit) presul actione precipuus/⁊ pre ceteris in contemplatione suspensus. In cuius figuram legitur, Genesis vigesimoseptimo/ꝙ i scala Jacob angeli ascendebant/ ⁊ descendebant. Sed proh dolor aliqui eorum sunt sicut miluii qui non descendunt in terram/ nisi vt rapiant predam: qua rapta/recedunt. Applicatio est facilis. Talis autem prelatus non erat Paulus/ qui nō querebat exteriora suorum subditorum: sed animas eorum. Nam temporalia reputabat tanquam stercora. Philippenses tertio.

¶ Allegorice et tertio: Propiciatoriū/est Christus: quia ipse est ꝓpiciatio pro peccatis nostris: iuxta illud Psalm. Apud te/supple deus pater: propiciatio est/ supple ipse Christus/ q̄ nūc in celo interpellat pro nobis. Sic etiam Joannes in sua prima canonica. ij. cap. eum appellat/ dicens: Ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Cōuenienter autem dictum propiciatorium portabatur a Cherubin: quia de eo scriptum est/ Heb. j. Adorent eū omnes angeli dei. Item idem Christꝰ figuratus fuit per arcam de lignis Sethim/que fuit imputribilia. Per que significatur corpus ipsius/quod fuit diuinitus formatum ⁊ organizatū ex purissi-

tissimis sanguinibus nisis sue.
Erat autem hec arca deaura=
ta: quia ipse Christus fuit ple=
nus sapiētia et charitate apud
deum et homines. Luc.ij. Hec
autem duo predicta significan
tur per aurum. Intra autē hu=
iusmodi arcam erāt tria: vide=
licet/ virga/ tabule legis/ vrna
aurea intra quam erat manna.
na. Que quidem tria prefigu=
rabant tria que fuerūt in Chri
sto/ tanquam in arca. Primo
enim in illo supposito fuit vir=
ga/ per quam significatur diui
nitas. Hec enim est virga/ de
qua in Psal. Reges eos in vir=
ga ferrea: quod intelligitur de
reprobis in inferno existenti=
bus/ quos dominus regit val=
de dure et rigide cum virga di=
uinitatis: et cū iustitia puniens
eos. Secundo/ fuit ibi manna
carnis. Nam sicut manna per
modū roris fuit missum a deo
filijs Israel i deserto/ sine qua=
cunque corruptione: ita et caro
Christi descēdit ex virgine si=
ne libidine/ et sine virili semi=
ne. Tertio/ fuerunt ibi tabule
legis: et hoc ex parte anime/
in qua fuit plenitudo scientie/
et sapientie/ etiam ab instanti
conceptionis sue. Unde Luce
secundo: Puer crescebat/ et cō=
fortabatur/ plenus sapientia.
Possumus autem secundū do=
minum Petrū de Palude/ re=
ferre virgam ad potestatem re=
galem: quia ipse Christus fa=
ctus est sacerdos in eternum/
secundum ordinem Melchise=
dech. Tabulas testamenti/ ad
significādum quod ipse Christus
fuit legislator. Urnam aureā/
ad sanctam eius animā in qua
fuit manna: per quod significa
tur diuinitas/ q̄ fuit vnita eius
anime: et econuerso/ similiter et
corpori.

¶ Allegorice et quarto: Propi
ciatoriū est Christus/ vt supra
immediate dictum est. Propi=
ciatorium enim a propiciando
dicitur. Ipse autē Christus est
propiciatio nostra apud deum
patrē/ tum pro peccatis nostris
redimendis/ siue malis remo=
uēdis/ tum pro bonis ab eo im
petrandis. Et hinc est quod in col
lectis ecclesie/ que cōmuniter
fiunt pro duobus predictis/ sub=
iungimus in fine/ dicētes: Per
dn̄m nostrum Iesum Christum
filium et c̄. Quia enim ex proprio
merito illa non possumus cōdi
gne mereri/ eo quod omnes iusti=
tie nostre quasi pannus men=
struate: vt habet Esa.lxiiij. id
recurrimus ad meritum Chri=
sti/ quod est infinitum: et plusquam
necessarium pro malis amo=
uendis/ et bonis adipiscendis.
Per duos autem Cherubim que
erant iuxta ipsum propiciato=
rium/ designantur sancti ange
li/ qui in presenti comitabātur
et assistebant eidem Christo:
non quidem vnus tm̄/ sicut fit
de alijs hominibus/ sed et plu=
res: quia quotquot volebat. Un=
de Matth.iiij. dicitur/ quod post=
quam satanas reliquit Chri=
stum (quem prius tentauerat)
continuo angeli accesserunt/ et
ministrabant ei.

¶ Allegorice et quinto: et con=
formiter ad venerabilem Be=
dā: arca est ecclesia. De essen=
tia enim arce est quod possit clau=
di. Ecclesia autem clauditur
ex omni parte per diligentem
Christi

Christi custodiam: secundum illud Esa.xxvi. Urbs fortitudinis nostre Sion / saluator ponetur in ea murus: et antemurale (sunt supple sancti dei angeli. Nam illi angeli qui olim erant custodes synagoge / nunc sunt custodes ecclesie Christiane. Reliquerunt enim synagogam propter suam perfidiam / et transtulerunt se in ecclesiam Christi / secundum illud Hiere.li. Curauimus Babylonem / quantum supple in nobis fuit / et non est curata: Derelinquamus eam / et eamus vnusquisque in terram suam: id est / ad custodiendas particulares / siue prouinciales ecclesias nobis commissas. Hec autem arca edificatur de lignis Sethim / que sunt leuia et imputribilia. i. ex deuotis catholicis / qui sunt leues per mentis contemplationem / et imputribiles per culpe (saltem mortalis) carentiam. Hec autem arca est longa / lata / alta. Longa quidem / quia vsque in finem seculi est duratura: iuxta illud Christi promissum. Matth. vlti. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Lata autem quia vbique dispersa / saltim sufficienter. Efficaciter autem per multa regna. Unde Matt. viij. Multi (inquit Christus) venient / et recumbent cum Abraham / Isaac / et Jacob. i. cum fide sancte trinitatis. Alta vero / quia consungitur cum ecclesia triumphante. Est etiam scala adeo alta quod facit fideles celum ascendere. Huius arce coopertimentum est ex auro purissimo / intus et foris: quia illi qui sunt superior pars huius arce (superior / inquam non dignitate et officio / sed vite merito) rutilant auro charitatis in conscientia / etiam adeo quod relucent quodammodo extra per bonam exemplaritatem: iuxta illud Matth. v. Sic luceat lux vestra etc. Per coronam autem auream / quam fecit Beseleel per gyrum dicte arche / intelligitur corona sanctitatis / qua coronatur etiam in presenti mater nostra ecclesia. Cum enim ipsa sit sponsa regis Christi. secundum illud Osee. ij. Sponsabo te mihi in fide. Sponse autem regum / vocantur regine: quia eodem priuilegio et honore gaudent / quo et sui sponsi. Et de hac corona huius regine scribitur Eccli. xlv. Corona aurea super mitram eius (alias super caput eius) expressa signo sanctitatis. Et notanter additur / expressa signo sanctitatis: quia vt dicitur Ephe. v. Christus exhibuit sibi gloriosam ecclesiam / non habentem maculam / neque rugam / aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta et immaculata. Ecce igitur quid mystice / siue allegorice / significatur per coronam auream / quam fecit Beseleel per circuitum arche. Quod autem ipse conflauerit quatuor annulos aureos / per quatuor angulos eius / significatur quod huius mundi ecclesia vbique dispersa / secundum quatuor generales partes vniuersi / que sunt Oriens / Occidens / Meridies et Septentrio / est tanquam annulus ligata et coadunata: ita vt sit vna et non plures. Quod vero ipsi annuli fuerunt aurei / significatur quod charitas que facit talem ligaturam omnium membrorum eccle

sic ꝯparatur auro: propter sui preciositatem: iuxta illud pri. me Corin. xiij. Maior horum est charitas. Siliter ꝙ essent duo annuli in latere vno: ⁊ duo in latere altero: significat duplicē charitatē. s. dei. s. ⁊ primi: q̄ habenda est in vtroqꝫ latere: id est inter prospera ⁊ aduersa. Hec enim sunt duo latera vite presentis: p q̄ue incedere debem⁹. Unde apost. j. Corin. xij. Adhuc excellentiorē viam vobis demonstro. Insuper per vectes de lignis Sethim: qui vestiti erant auro: designātur viri cōtemplatiui: qui sunt in eccl'ia. Nā sicut ligna Sethim erant agilia: sic ⁊ contemplatiui (q̄s habet ecclesia) sunt adeo agiles ꝙ mente conuersātur in celestibus: q̄uis adhuc terrenis pedibus terrāt terrā: iuxta illud Phil. iij. Nostra cōuersatio i celis est. Et bene dicuntur dicti vectes vestiri auro: q: reuera dicti contēplatiui vestiuntur auro charitatis. Et sic patet quid per mensam: q̄ erat intra sancta sanctorum allegorice itelligitur: quia ecclesia. Que etiā designatur p ꝓpiciatoriū: siue oraculū: q̄d fecit Beseleel intra dicta sancta sanctorū: vt dicitur in textu: Nonne in ecclesia fundimus preces ad dn̄m. Item ibidem communiter suscipim⁹ ecclesiastica sacramēta: vt nobis propicietur dn̄s? In cui⁹ figuram rogauit Salomon dn̄m: vt quicūqꝫ eū deprecatur⁹ esset intra templū: illū exaudiret de sācto tēplo glīe sue. iij. Regū. viij. Per Cherubim autē: q̄ erāt ex vtraqꝫ parte ꝓpiciatorij: recte intelligunt sācti dei angeli: q̄ custodes sunt ecclesie militantis: ei qꝫ libenter famulātur: sicut olim synagoge: vt dictū est: ideo de hoc sufficiat.

¶ Allegorice et sexto: quantū ad illa que erant intra sancta: q̄ precipue erant duo. s. mensa ꝓpositionis panum: ⁊ cādelabrū. In primis p mensam ꝓpositiōis panum: intelligit̄ sacra scriptura: q̄ reficit fideles v̄bo illo: de quo Mat. iiij. Nō in solo pane viuit homo: sed in omī verbo q̄d procedit de ore dei. Itē de hac mēsa dicit̄ in Psal. Parasti in conspectu meo mēsam aduersus eos qui tribulāt me. Hec em̄ sunt verba deuoti catholici: vel ecclesie: loquentis de hereticis eam tribulantibus. Tales enim sufficienter possunt conuinci de perfidia sua: ex his q̄ continent̄ in ipsa sacra scriptura: dūmodo sit q̄ suggerat mel de petra: et oleū de saxo durissimo. Itē de hac mēsa sacre scripture: ⁊ signanter veteris testamēti: d̄r in eodē Psal. Fiat mensa eorū corā ipsis in laqueū: ⁊ in retributiones: ⁊ in scandalum: q: et ipsa scriptura veteris testamēti potest ostēdi falsitas ⁊ mendaciū eorundē Judeorū: negantium Christū venisse: ⁊ nō esse verū messiā in lege ꝓmissum: siue naturalē dei filiū. Est aūt hec mensa sacre scripture cōpaginata de lignis sethim: quia de fortib⁹ dictis ⁊ factis atqꝫ imputribilibus tā dei: q̄ sanctoꝝ patriarcharū et ꝓphetarū est cōpaginata: quantū ad vetus testamentū. Et quo ad nouum

ex dictis et gestis ipsius Christi qui Luc. xxi. ait: Celũ et terra transibunt / verba aũt mea non transibũt. Est aũt hec mẽsa sacre scripture longa / lata / alta. Longa quidẽ / p perseuerantiã: vt immediate patuit ex illo verbo / verba mea non transient. Lata aũt / q2 in omnẽ terrã exiuit sonus eorũ / qui predicauerũt dictã scripturã sacrã. Alta vero / per spem p̃ueniendi in celũ / quã dat illis qui suscipiũt eã. Itẽ circũdedit eã dñs auro mundissimo / p honestã cõuersationẽ / quã confert illis q̃ recipiũt eam. Quod autem Beselecl fecerit predicte mense labiũ aureũ per gyrũ / et coronã aureã: designat q̃ illi q̃ predicãt aut elucidãt sacrã scripturã / habent quasi labia aurea: pro quo etiã labore dabitur illis corona glorie in celis. Unde ipsa dicit Eccli. xxiiij. Qui elucidant me / vitã eternã habebũt. Preterea per hoc q̃ ipse Beselecl fudit quatuor circulos aureos q̃s posuit in quatuor angulis per singulos pedes mense: significat quatuor sensus eiusdẽ scripture sacre: qui sũt historic9 / moralis / allegoricus / anagogic9: quos recipit ipsa scriptura. Et hoc est cõtra illos nouellos hereticos q̃ dicunt dictã scripturã nõ habere nisi vnicũ sensum: et q̃ ipse spũssanctus / qui est imediat9 author illius / nõ pretẽdit nisi vnicũ sensũ. Hoc aũt põt multipliciter reprobari: sed ad presens sufficiat sentẽtia apo. qui ad Gal. iiij. allegorice deducit historiã Abrahe et vxorũ eius / atq̃ filiorũ / dicẽs: Hec sũt p allegoriã dicta: vt postea ppulchre deducit. Unde ex p̃dicto errore cõmot9 ego ceterorũ theologorũ minim9 et zelo fidei succẽsus attẽtaui exponere Bene sim / pariter et Exodũ p singl'as clausulas / scdm quatuor sens9 p̃dictos. Nec tñ spreuit mater mea alma facultas Parisieñ. p̃dictã expositionẽ cũ illi oblata nuperrime fuisset: sed p benignitate sua acceptauit tã q̃ nihil alienũ a veritate ptinẽs / sicut et de ceteris opusculis nostris antea fecit. Pro q̃ nunc et re gr̃as eidẽ habeo immortales / me et mea eidẽ humiliter submittens: et cõmilitonibus meis vale dicens: sciens quia vt dicitur Job. xix. spiritus meus attenuabit / dies mei breuiabuntur / et superest mihi sepulchrũ. Et sic p3 de mẽsa ppositionis / quantũ ad sensum allegoricũ.

¶ Allegorice et septimo / dicta mensa panũ propositionis est mensa altaris / de qua ait scriptura Nume. iiij. Mẽsã ppositionis inuoluẽt pallio iacinthino. Mẽsa eñ sacramẽti altaris est inuoluta pallio multorũ accidentiũ / q̃ in eodẽ sacramẽto existũt sine subiecto: ita q̃ ad istã mensam difficile est accedere / nisi ministra ipsi9 mẽse / scz fides / salubriter nos introducat. Ista est mẽsa / de q̃ Nume. viij. dr: q̃ mẽsa ppositionis cũ panib9 semp ad Aquilonẽ in tabernaculo pponebat. Cãdelabrũ vo luminis ad Austrũ erigebat: q2 pculdubio mensa eucharistie in tabernaculo ecclesie necessaria est in parte aquilonari. i. in statu aduersitatis: iuxta illõ Psal. Parasti in cõspectu meo mensam / aduersus eos q̃ tribulant me. Cãdelabrũ

labrū aūt discretionis/necessarium est in parte australi .i. in statu pſperitatis. Nota(si vis) quō panis hui⁹ mēse hodie comedit a multis sacerdotib⁹ nō lotis manib⁹. De qb⁹ merito pōt dici illō Mat.xv. Nō lauāt manus suas cum panē manducāt.
¶ Allegorice 7 octauo/p candelabrū aureū/qd similit cū dicta mēsa erat itra sctā(qd qdē cādelabrū sustētat lumen/siue cādelā:q ponit sup mensā. Un̄ 7 cādelabrū dr a cādela/ eo q solet esse vehiculū illi⁹)significat human⁹ intellect⁹/q est qsi vehiculū fidei:q2 in ipso est qsi in subiecto/ sicut 7 charitas in voluntate. Quēadmodū g lumen qd lucebat in candelabro tabernaculi/illuminabat totaliter ipm tabernaculū: sic 7 fides infusa illuminat totū interiorē hoiem: ita vt de ea recte possit dici illud Joan.j. Erat lux vera que illuminat omnem hominē/venientē in hūc mūdū. Non quidē sic q illuminet oēs hominē simpliciter:sed q2 nullus illuminat nisi p eā/ tanq̄ p causam formalē:a deo autem effectiue. De ipso aūt candelabro tria pricipaliter dicūtur in litera: vez q erat ex auro purissimo / itē q erat ductile.i.factū cum martello: 7 similiter q pcedebāt scyphi/ sphe ruleq3 7 lilia ex eo: sic et fides est pclarissima virt⁹/ ita vt pcedat spē 7 charitatē. Itē cū martello 7 varijs tūsionibus olim scti dei martyres puenerūt ad regnū celoꝝ. Insuper ex dicto cādelabro fidei processerūt / 7 adhuc procedūt/articuli fidei.
¶ Allegorice 7.ix.iuxta illud: fecit 7 lucernas septem: notandum q p septē lucernas quas fecit Beseleel in tabernaculo dñi/designatur fides quā fecit dñs deus semp lucere in ecclesia/ex q semel incepit in Abel/ pariter et lucebit vsq3 ad vltimū iustū/ qui in fine seculoꝝ erit. Propter qd pluralit dr lucerne septē: eo q eadē est fides pcedētiū/presentiū/ 7 futuroꝝ/ fm septē etates mūdi. Uel dic q septē lucerne q erāt i tabernaculo/ septē sūt sacramēta ecclesie catholice/q lucēt in ea p fidē:vl ideo dicunt in ea lucere:q2 ɔferūt gratiā ex ope operato. Secus aūt de sacramētis veteris legis. Sunt etiā dicte lucerne plene oleo pdicto/ scz gratie/ quā cōferūt:vt dictum est:de quo videt dñs dicere de viro iusto qui suscepit aliquod predictoꝝ sacramentoꝝ illud Ps. Oleo sancto meo vnxi eū.
¶ Allegorice 7.x.iuxta candē ptē text⁹/notādū q p tabernaculū significat eccl'ia catholica:vt dictū ē. Septē aūt lucerne qs in eo posuit Beseleel/septē sunt viri q scpserūt 7 nobis tradiderūt totū nouū testamētū. Ui sunt/Matthe⁹/ Marc⁹/ Lucas/tam in Euāgelio/q̄ in actib⁹ aplōꝝ. Joānes tā i euāgelio/ q̄ i canonicis/q̄ etiā in Apocalypsi: Paul⁹/ Petr⁹/ Jacob⁹. Et q2 veritas semp excedit figurā / ideo addit Judas vnicā habēs epl'a/sicut 7 vnicū caplm. Hi ergo sunt lucerne lucētes i eccl'ia/ 7 eā illuminātes suis scripturis:qrū doctrina fulget ecclesia/vt sole luna. Et de hmōi lucernis figure multe possēt adduci/si tēp⁹ pateret.

¶ Allegorice et vndecimo: iu
xta illud verbũ: Fecit ⁊ altare
thimiamatis. Notandum ꝙ in
tabernaculo domini duo erãt
altaria. s. altare holocausti in
quo immolabantur aĩalia offe
renda dño: ⁊ huiusmodi altare
erat sub diuo. s. extra taberna=
culum. Item altare thimiama
tis quod erat intra: videlicet
iuxta velum: extra sancta san=
ctorum: de quo hic agiť. Per
primum igitur altare significã
tur illi viri sancti: qui carnem
suã crucifixerũt: seu adhuc cru
cifigũt: cum vitijs ⁊ cõcupiscẽ
tijs: vt dicit apost. Per secun=
dũ autẽ altare significantur il
li: q̃ maioris mentis perfectio=
ne (extinctis penitus illecebris
carnis) sola domino orationũ
vota offerũt. Utrũq; autem al
tare fuit de lignis Sethim: q̃
imputribilia sunt: in quo desi=
gnatur ꝙ erant ex eadem ma=
teria: ĩ quo notatur minorum
⁊ maiorum vna et eadem fidei
firmitas: atq; morũ stabilitas:
Quis maior ⁊ perfectior in ma
ioribus: q̃ in minorib⁹. Unde
omnibus dictũ est ab aposto=
lo. ij. Corint. vij. Mundemus
nos ab omni inquinamẽto car
nis ⁊ spiritus. Insuper idem
ignis incendebat oblationes
vtriusq; altaris: in quo idẽ spi
ritus notať qui vtrosq; viuifi=
cat: videlicet perfectos et im=
perfectos. Unde apost. j. Cori.
xij. Diuisiones gratiarũ sunt:
idem autem spiritus: qui dat
vnicuiq; prout vult. Item no=
ta ꝙ altare thimiamatis mai⁹
⁊ perfectius fuit in materia: q̃
altare holocaustorum: minus
autem in quãtitate: quia quã=
to aliqui superiores sunt in vi=
te perfectione: tanto paucio=
res sunt. In cuius figuram ar=
ca Noe fuit lata in imo angu=
sta autem versus summũ. Per
quod recte designať: ꝙ eccle=
sia lata est in profundo. i. ĩ im=
perfectis: angusta aũt ĩ sũmo
. i. in perfectis. Item altare ho
locaustorum: quod erat extra:
(vt dictũ est) erat quinq; cubi=
torũ in latitudine: altare autẽ
thimiamatis (quod erat intra
sancta) erat tantum vnius cu=
biti in latitudine: per qð desi=
gnatur ꝙ imperfecti: siue acti
ui: qui foris sunt: et q̃ circa fre=
quẽs ministerium occupãtur:
regũtur quinq; sensibus. Se=
cus autem de contemplatiuis
⁊ perfectis. Tales em̃ nõ dis=
trahũtur per plura: sed solum
vnã rem appetũt ⁊ desiderãt:
quã Psal. qui perfectus erat:
cupiebat: cũ dicebat: Unã pe=
tij a dño: hãc requiram vt in=
habitẽ in domo domini oibus
diebus vite mee. Item Luc. x.
Porro vnũ est necessariũ. Nõ
autem dicit plura esse necessa=
ria. Hec Richardus de sancto
Victore.

¶ Allegorice et duodecimo:
iuxta illud verbũ: Cõposuit et
oleũ ad sanctificatiõis vnguẽ=
tũ: ⁊ thimiamata ⁊c. Notãdũ:
ꝙ ꝑ predictũ oleũ sanctũ recte
designať Christi hũanitas: de
q̃ de⁹ pater ꝑ os Dauid dixit:
Oleo sctõ meo vnxi eũ. Nã dei
fili⁹ olim erat valde dur⁹ ⁊ ri=
gidus cõtra peccatores: ita vt
neminẽ sineret intrare celum.
Sed et q̃ cepit carnẽ hũanã:
valde dulcis effect⁹ est: adeo ꝙ
vult oẽs saluos fieri: ⁊ ad ꝑni
tia

tis/ supple celestis / agnitionē peruenire: et hoc ideo qr vnct⁹ est dicto sctō oleo. Benedicta ergo hora in q̄ predict⁹ Beseleel. i. de⁹ pater cōposuit dictū oleū: qđ fecit qñ cōiunxit dictā hūanitatē cū diuinitate in benedicto filio suo. Silr̄ p thimiama/ qđ cōposuit idē Beseleel: vt dicitur in fine presētis capituli: et hoc de aromatib⁹ mūdissimis: itelligit̄ idē Christus: in quo quicquid fuit/ tātū aroma suauissimū fuit. Pro quo notādum/ q̄ thimiama erat cōfectio quatuor specierū aromaticarū/ quā sacerdos adolebat in altari thimiamatis/ vt dicit̄ supra. xxx.c. Ad ppositū igitur per dictū thimiama prefigurat⁹ fuit Christ⁹: i quo fuerūt quatuor pcipua: vez diuinitas/ aīa caro / et sanguis/ q̄ oīa fuerunt aromatica: sicut nūc experiuntur beati. Propter quod aīa deuota suspirās et desiderās in effectu percipere odorem predictorū quatuor aroāticoꝝ / dicit Can. j. ad Christum. Trahe me post te. Currem⁹ nos supple anime de uote / i odorē vnguentoꝝ tuorū. Felix ergo et vere felix quē tandē introducet rex in cellaria sua: vt ibi subdit̄ / vt percipiat in effectu tm̄ ac talē odorē: de quo potest dici illud Jo. xij. Dom⁹ impleta est ex odore vnguenti.

¶ Anagogice et pmo: Per arcā de lignis Sethim / q̄ sūt incorruptibilia: recte potest desi gnari glia celestis: q̄ ideo dicitur facta de lignis Sethim: nō qr sit fabricata ope manuū hominū: vt dicit apo. Heb. ix. sed qr est immortalis et indefectibilis/ sicut et ligna Sethim sūt impurtribilia. De dicte igit̄ arce celestis longitudine/ latitudine/ et altitudine null⁹ digne dicere pōt. Qr ocul⁹ nō vidit/ nec auris &c. Per hoc autē q̄ subdit̄: Uestiuitq̄ eā auro purissimo intus et foris: insinuat̄ quāta sit illa preclara celestis glia: q̄ etiā quanta sit patet p ea q̄ exterius patent: cuiusmodi sunt celū sol et luna / et oīs ornat⁹ eorū: preter ea que intrinsec⁹ latent. Si quis eñ videret palatiū aliqđ cuius coopertura esset de auro vel argēto / vtriq̄ recte extimare posset q̄ esset ad intra pulcherrimū: Ita in pposito. Propter quod dicebat Psal. de dicta glia celesti: Omnis glia ei⁹ filie regis ab intus in fimbriis aureis: circumamicta varietate. s. ab extra: varietate (inquā) celorū / planetarū stellarū et hmōi.

¶ Anagogice et secūdo / iuxta illud: Et fecit illi coronā auream per gyrū: p coronā aureā / intelligit̄ beatitudo essentialis / q̄ cōferet̄ animab⁹ beatis i celo. Unde de huiusmodi corona pōt intelligi illud verbum Psal. Posuisti in capite eius / supple beati / coronā de lapide pcioso. Bene aūt predicta beatitudo essētialis dr̄ corona aurea. Corona quidē / qr sicut corona (cū sit circul⁹ quidā) caret fine/ sine termino: ita et beatitudo. Aurea vero dr̄ / ppter sui preciositatē: qr vt dr̄ Sap. vij. Omne aurū in cōparatiōe illi⁹ arena est exigua: et tanq̄ lutū estimabit̄ argentū in comparatione illius. Ecce ei⁹ preciosi

ciositas. Per alterā aūt corōnam aureā/ quā fecit idē Beseleel/ que etiā noiatur aureola in fine p̄sentis capituli: recte significat aureola/ q̄ est p̄miū accidentale quod reddit aliquib⁹ beatis vltra p̄emiū essentiale: ⁊ hoc ꝓpter excellentiā alicui⁹ actus virtuosi quē habuerūt in presenti. Est autē dicta aureola triplex/ secundū ꝙ hm̄ōi actus potest esse triplex/ scd̄m ꝙ sunt tria gn̄a hominū virtuosorum: vȝ aureola martyrū/ virginū/ doctoꝝ: qui scȝ docent verbo ⁊ exēplo. Insup ꝑ quatuor annulos q̄ erāt in quatuor angulis arce: significanť quatuor dotes corporū glorificatoꝝ/ que illis cōferentur a dn̄o post generalem resurrectionē: q̄ sūt agilitas/ claritas / subtilitas / impassibilitas. Et bene dicūtur annuli: q2 sicut annulus aureus vel argēteus ponitur in digito ad quēdam decorē vł ornatū: ita etiā predicte quatuor dotes ponēťur in corporibus glorificatis ad maiorē ornatū/ decentiā et gloriā. Ceterū in tabernaculo celestis glorie/ nedū est propiciatoriū vnū/ sed duplex: scilicet Christus/ ⁊ intemerata ei⁹ mater. Nam ipsa pia mater est propiciatio nostra apud filiū/ ⁊ filius apud patrē: vt vult deuotus Ber. Per effigies etiam Cherubim/ quas posuit Beseleel in tabernaculo domini/ aperte insinuantur angelici spirit⁹ cuiuscūq; sint nominis aut ordinis in celo residentes: et animabus beatis congaudentes/ ⁊ cōregnantes. Preterea per mensam quam fecit Beseleel: intelligitur satietas illius glorie celestis: de q̄ etiā Psal. Satiabor (inquit) cum apparuerit gloria tua. Et Esa. lxv. Serui mei (inq̄t dn̄s) comedēt ⁊ vos esurietis: vos (inquā) reprobi: serui mei bibent / ⁊ vos sitietis. Hanc igitur mensā celestem iamiam nobis preparauit Christ⁹ cū multitudine seculoꝝ: iuxta illud quod scriptū est Luce. xxij. Ego (inq̄t idē Christ⁹) dispono vobis sicut disposuit mihi pater/ vt edatis ⁊ bibatis super mensam meā in regno meo. Et bene dr̄ mensa quā fecit Beseleel de lignis Sethim/ q̄ sunt imputribilia: quia illa gloria celestis nūq; putrescet aut deficiet/ vel terascet/ aut aliquid simile: sed semp in eodem statu permanebit. Propter quod dicit saluator Mat. vj. ꝙ a tinea non demolitur. Notanter aūt dicitur de eadem mensa tabernaculi ꝙ predictus opifer circundedit eam auro purissimo: et breuiter ferme omnia q̄ erāt in dicto tabernaculo/ erāt ex auro: saltim quantum ad illa q̄ poterant esse ex tali materia: per qd̄ denotatur p̄fecta charitas dei ⁊ ꝓximi/ q̄ maxime perficitur ī celo. Hic eni icipit: sed illic p̄ficitur. Per vasa aūt ad diuersos vsus / mēse acetabula: recte designanť varia angelicorū spirituū officia: ita vt aliqui mittāť ad hoīȝ custodiā: alij ad presidendū regnis ⁊ ꝓuincijs: alij vero assistant ante cōspectū diuine maiestatis: q̄ non cessant die ac nocte dicere/ sanct⁹/ sanctus/ sanctus/ qui est/ ⁊ qui erat/ ⁊ qui vētur⁹ est.

Deniq;

Deniq; per candelabrū qd fecit Beseleel/designat Christus: qui sicut in suo primo aduentu illuminauit ecclesiā militātē: ita nūc illuminat triūphantē. Hinc Apoc.xxj. dr: Ciuitas illa/supple celestis/nō eget sole neq; luna: supple naturalibus vt luceāt i ea. Nā claritas dei illuminabit eā: 7 lucerna eius est agnus: 7 ambulabūt gētes.i. beati oēs tam angeli q̄ hoies in lumine ei9. Ceterū per lucernas/septē / quas fecit sepedictus Beseleel: intelligitur multitudo beatorū/q lucent in celo/q fuerunt in presenti/ scdm septē etates mūdi. Nā in qualibet etate fuerunt aliqui iusti 7 boni/in quib9 cōseruata fuit ecclesia: ex quo primum cepit. Uel dic/ q p dictas septē lucernas in particulari intelliguntur patriarche/ phete/ apostoli/ martyres/ cfessores/ virgines/ 7 ceteri electi. He em lucerne dant inestimabilem claritatē in celis/ quā null9 hoim exprimere potest. Candelabrū autē in quo affixe sunt hmōi lucerne/ Christus est/ qui est fundamentū 7 radix oim saluatorū: 7 cui electi toto corde coniungūtur 7 adherent. Qui etiā p altare de quo postea subditur designatur/ vt supra dictum est/ ideo pertranseundum est.

¶ Anagogice 7 tertio/ iuxta illud vltimū verbū presentis capituli/ vbi dr de Beseleel/ q cō posuit 7 oleū 7c. Notādū/ q p oleū qd parabatur ad vnguētū sanctificatiōis: 7 simr p thimiamata de aromatibus mūdissimis: intelligitur ille odor optim9 7 suauissim9/ qui vndecūq; causabitur i electis post gnālē resurrectionē/ resūptis corporib9. Pro quo notādū/ q sicut ipsi electi habebūt tria ex pte aie: vz visionē/ ex pte itellect9: fruitionē/ ex pte volūtatis: 7 ppetuā tētionē/ ex pte mēorie: ita etiā ex pte corporis habebunt quinq;/ ex pte quinq; sensuū corporeorū. Primo eni ex parte visus/ habebūt magnā delectatiōne i aspectu hūanitatis xpi/ mris sue/ 7 cetero brōrū. Itē 7 ex pte tact9 poterit ibi multa tāgere/ si opus fuerit. Et de istis duob9 pōt intelligi illud Christi vbū ad aplos suos post suā resurrectionē Luce. xxiiij. Palpate 7 videte. tertio ex pte audit9 potit dici de electis illud Luc.x. Beati q audiūt que vos auditis: qrto ex parte gust9 dicetur eis illō Psal. Gustate 7 videte qm suauis ē dns. qnto ex pte olfact9 poterit tūc dici illō Jo.xij. Dom9 ipleta ē ex odore vnguēti: dom9(inq̄)illa supna 7 celestis. O beat9 ille cu ius sens9 corporei post dictā resurrectionē gnālē sic pficientur.

¶ Exodi tricesimooctauo.

¶ Prima clausula.



Ecit 7 altare holocausti de lignis Sethim quinq; cubitorū p quadrū: 7 triū in altitudie: cuius cornua de angulis procedebāt: operuitq; illud laminis eneis. Et in vsus ei9 parauit ex ere vasa diuersa/ lebetes/ forcipes/ fuscinulas/ vncinos/ 7 igniū receptacula. Craticulāq; eius

in modum retis fecit eneam: et subter eam in altaris medio arulam: fusis quatuor annulis per totidem reticuli summitates: ad immittẽdos vectes ad portãdum. Quos et ipsos fecit de lignis sethim: et operuit laminis eneis: induxitq; in circulos: qui in lateribus altaris eminebant. Ipsum autem altare non erat solidum: sed cauũ ex tabulatis: et intus vacuum.

¶ Historialiter postquam in precedẽti capitulo legisset noster Moyses descripsit ea que fecit Beseleel: quantum ad ea que cõcernunt interiorem dispositionem tabernaculi dñi: hic consequenter describit ea que concernunt exteriorẽ illius dispositionem de atrio: et primo agit de altari holocausti: cum pertinentijs suis. Deinde de labio eneo: cõsequenter de atrio: et huiusmodi. Primo igit in hac clausula agit de formatione altaris holocausti: et erectione illius dicens: Fecit: supple Beseleel adiunctis sibi plerisq; alijs coadiutoribus et famulis: altare holocausti etc. Ubi dici: q postq̃ sanctus Moyses in precedenti capitulo egit de contentis in tabernaculo: hic consequenter agit de contẽtis extra ipsum: videlicet in atrio. Et primo agit de altari holocausti: sed nunquid huiusmodi altare erat intra sancta? sic eñ dictũ est in precedenti capitulo. Ad hoc dicendũ: q erat duplex altare: vnũ intra tabernaculum: et aliud extra. Pertrãseo autem literalem expositionem presentis clausule: que satis patet ex his que dicta sunt in precedentibus: videlicet ca. xxvij. sub prima clausula.

¶ Circa autem presentẽ clausulam mouentur aliqua dubia.

¶ Primũ igitur dubiũ: Utrum altaria ecclesie Christiane debeant esse eiusdẽ mensure cum altari tabernaculi? Uidetur: q sic: q: vt dicit Apost. j. Corin. x. omnia in figuris contingebant illis. Ad hoc dicendũ: q non est necesse veritatẽ correspondere figure in omnibus: alias nõ esset veritas: sed potius ipsa figura. Ad propositũ igitur sufficit: q altare nostrũ sit cum quadam quadratura. i. qd habeat quatuor angulos: quis tñc possit esse prolixius in longũ: q̃ in latũ: vt fit cõmuniter: nec iura taxant determinatã quantitatẽ illius. Potest etiã esse vnius pedis: sicut patet de altari portatili. Qd aũt dictũ altare legale deberet esse quinq; cubitorũ per quadrũ: et triũ in altitudine: precipua ratio fuit voluntas dei sic imperantis. Fuit et alia ratio minus principalis dicte magnitudinis: vt scz posset recipere cadauera pecudũ: que sup ipsum offerebantur domino.

¶ Secundũ dubium: cum alij qui homĩes sint maiores alijs: et per consequens habeãt maiores cubitos: questio est de q̃ cubito loquitur textus? Dicendũ: q loquit de cubito vel cubitu geometrali: q̃ cõtinet vnũ pedẽ et semis. Sunt tamen qui dicunt cubitũ continere duos pedes. Pes aũt continet quatuor palmos: palmus aũt continet quatuor digitos: digitus aũt cõtinet q̃tuor grana hordei

dei per latū disposita. Hec ex margarita philosophica. Sūt tamen q̄ dicūt duplicē esse cubitū: maiorē scȝ ⁊ minorē. Minor pprendit solū vsqꝫ ad pugnum manuū. Maior aūt protenditur vsqꝫ ad extremitatem digitorū. Et dicit cubitꝰ a cubo cubas/ eo ꝙ homines cubādo solent se apodiare cōmuniter super cubitum. Et hinc est etiā/ ꝙ aliqui totū brachiū dicunt cubitū: qꝛ cubando solēt plerisqꝫ se apodiare et pausare super totum brachium.

¶ Tertiū dubiū: Quare antiquitus homines in suis mēsuris potius vtebant cubitis/ q̄ pedibus/ sicut fit hodie? Nā arca Noe mēsurata fuit cubitis: vt patet Gen. vj. vbi dicit: Trecentorū cubitorū (inquit dn̄s) erit longitudo arche/ quinquaginta cubitorū latitudo/ ⁊ triginta cubitorū altitudo illius. Et postea ibidē: In cubito cōsummabis summitatē eiꝰ. Similiter in nouo testamēto Christus vsus est hac mēsura: vt patet Mat. vj. cū ait: Quis potest addere ad mensurā suā cubitū vnū? Ad hoc dubiū dicēdum/ ꝙ geometria (que est vera sciētia naturalis/ et que numerat vna de septē scientijs liberalibus/ que tractet de mensuris/ sicut arithmetica de numeris) olim maxime floruit apd̄ Egyptios ⁊ Chaldeos/ sicut ⁊ alie artes liberales/ ⁊ potissimū tēpore Moysi. Dictꝰ ergo Moyses/ q̄ quādoqꝫ coluerat vtrāqꝫ patriā/ didicit apprime ipsā geometriā/ ⁊ similiter alias artes liberales: quas cōmunicauit sine inuidia fratribus suis Hebreis. Qꝛ ergo geometria est vera sciētia naturalis/ ideo homines antiqui potiꝰ in suis mēsuris vtebant cubitis/ q̄ pedibus. Et sic patet solutio ad dubiū. Aduertendū tamen cōformiter ad p̄dictā margaritā philosophicā/ ꝙ vt tactū est supra/ duplex est cubitus: scȝ magnus ⁊ paruus. Magnus continet .ix. pedes/ ⁊ tali cubito dicunt nōnulli arcam Noe fuisse mensuratā. De cubito aūt paruo/ siue minore/ sufficiēter dictum est.

¶ Quartū dubiū: Qualis erat descriptio altaris holocausti? Ad hoc dicit Richar. de sctō Victore/ ꝙ huiusmodi altare tantūmodo quatuor parietes habebat. Nā et in superioribꝰ apertū erat. Itē nō solidū/ sed concauū et inane intrinsecus erat: vt dicitur in textu.

¶ Quintū dubiū: Quare predictū altare erat maioris magnitudinis per quadrū/ q̄ in altum? Erat enim/ vt dicit textꝰ/ quinqꝫ cubitorū per quadrū/ solū autē trium in altitudine. Respōdendū/ ꝙ animalia que offerebant tunc tēporis dn̄o/ immolabant super huiusmodi altare. Propter qd̄ dicebatur altare holocausti. Et qꝛ hm̄ōi animalia erant multa/ inter q̄ aliqua magna ⁊ grossa erāt: vt vacce/ tauri ⁊ similia/ ideo opꝰ erat: vt tale altare esset maioris magnitudinis inferius/ q̄ sursum tendendo.

¶ Sextū dubium: Quare dn̄s nō iussit omnia q̄ ad altare holocausti pertinebāt/ fieri ex auro purissimo? sed aliq̄ ex ereis/ sicut patet in textu de laminis eneis/

eneis/ et de vasis illius. Dicen-dum/ quod nō decuit vt ita fieret. Cū enī huiusmodi lamine: et similiter lebetes/ forcipes/ et huiusmodi/ deberent ad ignem sepe applicari: aurum autem facilius liquefit ad ignem quam es vel cuprū: nō decuit omnia ad ipsum altare quoquomodo pertinentia fieri ex auro/ sed potius multa debuerunt fieri ex ere. Preterea hoc iussit dñs/ parcens tenacitati ppli Hebreorum.

¶ Septimū dubiū mouetur propter illud verbū lignis receptacula: vbi alia litera habet/ igniū retiacula. Queritur ergo quod horum cōgruentius dicitur: Dicendū/ quod vtrūque satis cōgrue dici potest: receptaculū quidem/ quia erat supra concauū: et hostias/ que cremari debebāt recipiebat: retiaculum vero/ propter craticulā in modum rethis factam.

¶ Octauū dubiū mouetur propter illud verbum: Fecit et altare holocausti de lignis sethim. Huius enī contrariū patet supra. xx. ca. vbi dñs mādauit dicens: Altare de terra facietis mihi. Ad hoc dubiū respondet dñs Petrus de Pal. dicens: quod predicta lex fuit data ad euitā-dum idololatrie periculū/ et similiter ad ipsum detestādum. Tunc enim temporis gentiles construebant idolis suis altaria valde ornata/ et ex materia lapidea: vt communis populus crederet in ipsis aliquid numinis esse. Et ideo ad hoc reprobandum dñs mandauit primo vt fieret sibi altare de terra/ in qua non facile credi potest/ propter sui vilitatem aliquid numinis in se continere/ et per cōsequens non esse adorandam. Facto autem tabernaculo domino/ non erat ita timēdum de idololatrie vitio/ maxime quia non erat tanta preciositas lignorum sethim/ pariter et eris/ vt propter hoc populus crederet posset ibi esse aliquid numinis. Nam vt dicit Augu. in libro de trinitate/ per incremēta tēporum creuit scientia populorum. Uel forte inquit idē de Pal. supra: videlicet. xx. ca. loquitur dñs de altaribus extra tabernaculū et tēplū tēpore suo cōstruendis et singulari deuotione. Talia enī debebant esse de terra/ hic aūt loquitur de altari holocausti/ quod vnicū erat/ et situ ante tabernaculum. Et sic patet solutio ad dubium.

¶ Moraliter et primo/ et secundū Richar. de sancto Uictore/ per altare holocausti/ quod fecit Beseleel/ designatur mens et cor iusti. Nam in tali altari iustus et deuotus catholicus offert dño sacrificiū sibi acceptissimū/ scilicet bonarū cogitationū/ affectionū/ et desideriorū. Patet ergo quod nullus potest se excusare dicens/ quod nō habet propter nimiā paupertatē quid dño offerat: quia nō deest ei pius cordis affectus. Hinc Psal. ait: In me sunt deus vota tua/ que reddā laudationes tibi. Hmōi aūt altare/ quod est cor iusti/ est consecratū dño: sicut per oppositū altare. s. cor impij et peccatoris/ est dedicatum diabolo. Unde de primo legitur figuratiue. ij. Para. vij. quod rex Salomon constructo templo in Hierusalem/ et similiter omnis populus immolabant victimas corā dño. Ubi per tēplum intelligitur cor humanum. Tunc autem tale templum

plum construitur ⁊ perficitur, cū ad gratiā reparat. Tūc ꝓpo rex ⁊ omnis populus immolat victimas coram dño: cum tam magni, ꝗ parui ex corde puro, ⁊ mundo offerunt dño bona opera: vel saltim pium affectum vbi deest effectus: vt dictū est. Hinc Gregori⁹ homilia. v. exponēs illud Mat. iiij. Relictis omnibus secuti sunt eum. Fortasse (inquit) aliquis dicet: Ad vocem dominicā vterq̧ piscator, quid aut quantū dimisit, q̄ pene nihil habuit. Ad qđ respondens ait: In hac (inquit) re, fratres charissimi, affectum debem⁹ potius pensare, ꝗ censum. Multū reliquit qui (quantumlibet paruum) totum deseruit. Multū reliquit, qui sibi nihil retinuit. Multū ergo Petrus ⁊ Andreas deseruit, quādo vterq̧ etiā desideria habēdi dereliquit. Hec ille: Patet ergo, ꝙ iusti (quātūcūq̧ pauperes in exteriori homine) habent tamen interius, quod domino offerant in altari cordis, scilicet piam voluntatem. Qđ autem subditur in litera, ꝙ dictum altare holocausti erat de lignis sethim, que sunt incremabilia: designat ꝙ ipsi iusti tam interius, ꝗ exterius: id est, tam in corde (quantum ad prauas cogitationes) ꝗ in corpore (quantum ad malas concupiscentias et praua opera) sunt incremabiles: scilicet quātum ad ignem illum maledictum, qui est ignis luxurie, de quo domin⁹ in Psal. ait: Ignis succēsus est in furore meo. Itē alibi: Supercecidit ignis, et non viderunt solem, scilicet recte rationis. Nam talis sol impeditur ab huiusmodi igne, ne videatur. Sed quid est, ꝙ altare holocausti erat quinque cubitorum per quadrum: nisi ꝙ iusti significati per altare, vt dictum est, tunc sunt perfecti, quādo debite regunt quinque sensus suos: et similiter quando ⁊ vbi habent quatuor virtutes cardinales, que sunt, prudentia, iustitia, fortitudo, temperātia. Quod autem subditur: Et trium in altitudine. Notandum, ꝙ per tres cubitos altaris in altitudine, intelliguntur tres virtutes theologice: videlicet, fides, spes, charitas. He enim tres virtutes mensurant iustum hominē versus celum. Nam fides facit credere celestia, que nondum videntur. Spes facit iustum ad illa tendere. Charitas autē facit eum illuc peruenire, atque eū illic cōiungit. Propter qđ apostol⁹. j. Cor. xiij. vocat charitatē alijs duab⁹ ꝟtutib⁹, scꝫ fide ⁊ spe maiorē. Reliquū textum missum facio breuitatis causa.

¶ Moraliter ⁊ secundo, iuxta illđ qđ dñs precepit Beseleel vt cooperiret altare laminis eneis. Item, ꝙ in vsus ei⁹ parauit ex ere (qđ idē est qđ lamine enee) vasa diuersa. Notādum, ꝙ es (quod est metallum valde durabile, et firmum, atque stabile) designat mentem hominis iusti, que debet esse enea siue erea: id est, firma in bono proposito, et habere propositū perseuerantie bone. Qꝛ scriptum est Mat. x. Qui perseuerauerit vsq̧ in finem, hic saluus erit. In cuius figuram

solus

solus Joseph inter fratres meruit habere tunicam talarem. Gen. xxxvij. Item de hoc alia figura legitur Joan. xx. de Magdalena: que recedentibus discipulis de monumento domini: cum ipsa non recessit: et ideo Jesum post resurrectionem prima videre meruit. Sic enim exponit beatus Gregor. Quemadmodum ergo predicte lamine enee sustentabant altare holocausti: ita et viri boni et zelosi sustentant suis meritis mundum presentem: adeo vt dicat Hiero. super prologum in vitas patrum quod sanctorum patrum meritis debet imputari adhuc stare mundum. In hoc tamen differt figura a figurato: quod in dicto altari holocausti erant vasa multa enea: siue erea. In mundo autem isto pauci boni et iusti. Et adhuc tales pauci ferme in omni statu quotidie diminuuntur / et tolluntur per mortem. Qui autem loco eorum succedunt multum a perfectione eorum recedunt. Unde Ps. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Hoc autem ad oculum videmus in statu religiosis. Hic etiam Esa. lvij. dicitur: Justus perit: scz per mortem: et non est qui recogitet in corde suo: vel per compassionem. Uiri misericordie colliguntur sicut prius: et non est qui intelligat. A facie enim malitie: scilicet hominum habitantium in mundo isto: collectus est iustus: scz per mortem: et translatus in regnum celorum. O quam male igitur ista considerant iuuenes illi: qui vt facilius compleant desideria sua mala: toto affectu cupiunt vt boni senes tollantur de medio.

¶ Moraliter et tertio. Altare holocausti est cor iusti: in quo offert dno sacrificium contritionis: vt dictum est supra: de quo in Ps. Sacrificium deo spiritus contribulatus. Tale autem sacrificium est valde ipsi deo acceptum. Unde sequitur: Cor contritum et humiliatum deus non despicies. De predicto autem altari dicitur in fine litere: quod non erat solidum: sed cauum ex tabulis: et intus vacuum: quia cor iusti non est interius solidum per superbiam et arrogantiam: sed vacuum per humilitatem et sui reputationem: nihil estimans de seipso: secundum illud verbum Apostoli. ij. Cor. iij. Non sumus sufficientes aliquid cogitare a nobis: quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Adeo enim sumus insufficientes ex nobis: et tales debemus recognoscere nosipsos: quod non possumus currere quantum ad corpus: neque aliquid velle quantum ad animam: nisi deo miserante: vt dicit Apost. Roma. ix. Patet ergo vacuitas altaris cordis hominis iusti. Propterea dicit Sapiens Eccli. iij. Quanto maior es supple per vite meritum: tanto humilia te in omnibus.

¶ Allegorice et primo: Altare holocausti fuit Christus: quod bene dicitur hoc modo. Fuit enim primo quidem altare. Nam altare alta res interpretatur. Ipse autem Christus fuit alta res: quia in eo coniuncta humanitas cum diuinitate: quod fuit maximum et altissimum mysterium. Unde in Ps. Simul in vnum diues et pauper. i. in eodem supposito simul fuerunt diuinitas et huma-

manitas. Secundo dicitur altare: non qualecunq; sed holocausti: quia oblatus fuit in cruce pro oibus nobis. Rom.viij. Proprio filio suo nō pepercit deus: sed ꝓ nobis omnibꝰ tradidit illum. Item holocaustū totum incendebatur. Et Christus quicquid habuit: totum ꝓ nobis pr̄i obtulit. Tertio: istō altare fuit de lignis Sethim: q̄ sunt imputribilia: tū quia fuit imputribilis per integritatem carnis. Fuit enim ex virgine natus: in virginitate conseruatꝰ: & a patre putatiuo Joseph virgine educatus. Item ligna huius altaris: id est: Christi membra: fuerunt imputribilia: quia post mortem non viderunt corruptionem: vt dicit Ps. Insuper predictum altare fuit intus cōcauum: per humilitatē. Propter quod dicebat Matt. xj. Discite a me: quia mitis sum: et humilis corde. Per diuersa autem vasa que parauit Beseleel in vsus predicti altaris: intelliguntur Christi apostoli: q̄ electi sunt ab eo vt per eos edificaret ecclesiam: tamen post ipsum. Ipse enim fuit primum et principale fundamentum illius: quia teste Apostolo .j. Corinth. iij. Fundamentum aliud nemo potest ponere p̄ter quod positum est: quod est Christus Jesus. Si autem predicta vasa essent erea: siue enea: quod pro eodem accipitur: designatur fortitudo apostolorū: quia sicut es est metallum forte: sic et dicti Apostoli fuerunt fortes in bello: quod habuerūt in presenti contra tyrannos & inimicos fideli sicut et sancti dei martyres qui fuerūt post eos: vt dicit Apost. Heb. xj.

¶ Allegorice & secundo. Per altare holocausti: designatur corpꝰ beati Laurētij: pariter & ceterorum martyrum Christi. Nam sicut in altari holocausti fecit Beseleel craticulā eneā: sic et Christi martyr Laurentius fuit in craticula ferrea posita extensus: & virtute carbonum ignitorū adustus: siue assatus. Hi enim omnes seipsos obtulerūt domino: per mortē volūtariā. Unde & de btō Andrea legit: q̄ patiēdo mortem ꝑpt̄ Christū: reddidit suauissimum odorem: & Christo gratissimum. Propter quod canit eccl'ia: dicēs: Dilexit Andreā dominus: in odorē suauitatis. Dicti etiam martyres possunt dici ignium retinacula: siue receptacula. Hoc autem maxime fit: nō solū quia in se continebāt charitatē dei & proximi: sed q2 ab eorum exēplo contingit recipere charitatis ignem: & feruorem in tribulatiōe: dum infertur a tyranno.

¶ Allegorice et tertio: & cōformiter ad Richar. de sancto Uic. to. duo altaria (que fuerūt in tabernaculo: vnum quidē exterius: aliud autem interius) significant actiuam vitam: pariter & contemplatiuam. Prima exterius reperitur: et perficit. Secunda vero interius (id est: in celo) perficitur: & continuatur. Luc. x. Maria optimā partem elegit: que non auferetur ab ea. Ignium autem retinaculum: siue receptaculum: est transitus vnius in aliam: actiue scilicet: in cōtemplatiuam.

In cuius figurā olim seruus Hebreus seruiebat sex annis / et in septimo dimittebatur gratis: quia iustus ab extremo actiue et laboriose vite / trāsit ad quietem contemplatiue.

¶ Vel dic et quarto: ꝙ ignium receptaculum / fuit Christi humanitas / que tūc recepit ignē / quando illi coniuncta est diuinitas hypostatice. Ipsa nempe diuinitas est ignis / secundū qđ dictum est Deuterono. iiij. Deus noster ignis consumens est. Item eadem verba repetūtur ab Apostolo Heb. xij. Itē in signum huius / dominus apparuit in monte Sinay / in specie ignis / in medio rubi: vt habetur supra. iij. cap. Nunꝗ autem fuit tale receptaculum ignis diuinitatꝫ / quale fuit Christi humanitas: quia et si recipiatur dicta diuinitas per gratiā a mente deuota / item recepta fuit consequēter a virgine gloriosa / que ꝑ se et immediate humanitatē recepit: nunꝗ tamē recepta fuit hypostatice / nisi cum Christi humanitate. Unde in Psalm. Simul in vnum / supple suppositū / diues et pauper: id est / Christi diuinitas cū humanitate.

¶ Allegorice et quinto: iuxta illud: Craticulas etc. Pro intellectu huius litere / notandum ꝙ in ꝓfundo altaris holocausti erat arula: id est / parua ara / siue altare / secundum Hug. vel patella carbonum / id est parua craticula / secundum Papiam. Ligna autem mittebantur per fenestram in Orientali parte altaris. Ignis autē ascendebat de arula / et consumebat sacrificia super craticulam posita. Allegorice igitur / ligna sunt verba scripture sacre. Unde Aggei. j. Ascendite ad montē / edificate domum: portate ligna in montem / scilicet sacre scripture. Debent nempe prelati ascēdere / per vite contemplationē. Item debent sumere ligna / scilicet sacre scripture dicta: et ꝑ verbum predicationis edificare domum domino: id est / ecclesiam / vel domū conscientie deuotorum auditorum. Ignē autē mittere: est verbi diuini fructum a domino querere. Ipse autem dominus tunc ligna incēdit / quādo predicator ex sermone fructū boni operis percipit. Fenestra altaris / est gratia Christi. Hec autē fenestra bene dicitur esse in parte Orientali: quia ex gratia Christi est pricipium totius boni operis / quasi ex Oriente. Lignorū immissio: est peccatorum confessio. Vel significat quecꝫ peccata que per ignem contritionis comburuntur et consumuntur. Et de hoc historiam habemus de Magdalena / de qua flente ad pedes Christi / dt idem Christus Luc. septio: Dimissa sunt ei peccata multa / quoniam dilexit multum. Arula est cor humanum: quod bene dicitur arula / quasi per diminutionem: quia cor humanum debet esse modicum / et paruum per humilitatem / et sui estimationem. Consequenter idem Richar. multa dicit / que pertranseo.

¶ Allegorice et sexto / iuxta illud: Fusis quatuor ānulis / per totidem circuli summitates ad mittendos vectes ad portandum

dum rc. notandum conformi= ter ad pdictum Richardum de sancto Victore/ quatuor an= nuli/ sunt quatuor libri Euan= gelici/ quorum doctrina fulcien dum est cor nostrum/ ne tedio/ vel accidia afficiatur: quia p= missio vite eterne/ que fit in euan= gelio/ tollit accidiam/ vna cum recordatione passionis Christi. Et ideo ad hoc nos admonet Apost. Heb.xij. dicens: Recogi tate eum qui talem sustinuit ad= uersus semetipsum contradictio nem a peccatoribus: vt non rc. Sequitur: Facies r vectes rc. Vectes/ qui dicuntur a vehen= do/ sunt boni r fructuosi predi catores/ qui auditores deuotos subuehunt in celum suis doctri= nis. Hos etiam operiunt lami= nis eneis: quia debent predi= ctos auditores/ quantum in se est/ cooperire bonis exemplis: iuxta illud Christi verbum Mat. v. Sic luceat lux vestra coram hominibus/ vt videant opera ve stra bona rc. Sic enim debent fa cere prelati/ alias male accedunt ad prelationem. Caueant autem huiusmodi prelati/ ne sint soli= di/ id est intus pleni per nimiam sui reputationem/ sed caui per humilitatem.

¶ Anagogice: altare quod in terpretatur/ alta res: illuc/ alta ara/ recte significat ecclesiam triumphantem/ que reuera al= ta res est: ita vt pre admiratio= ne dicat Ps. Quis ascendet in montem domini/ aut quis sta= bit in loco sancto eius? Quis enim hominum enumerare posset in= numerabilia spatia/ que sunt in= ter hoc seculum r illam celestem gloriam. Demones enim aliquan= do hoc spatium dinumerauerunt. Sed nunc immemores vnde ce= ciderunt/ minime huiusmodi spatium cognoscunt. Dicta etiam eccle= sia triumphans recte dicitur alta ara: quia ibi omnes electi/ tam an= geli quam homines/ se offerunt totali= ter domino/ non corpore patiendo/ sed toto corde diligendo r aman do. Non enim nisi in patria seruatur perfecte r totaliter preceptum de dilectione dei r proximi ex toto corde. Istud altare bene dicitur de lignis Sethim/ que sunt imputri bilia: quia reuera corpora electo rum in celo erunt imputribilia/ r hoc beneficio illius qui suscitabit ea a mortuis. Per cubitos autem quibus mensuratur altare/ signifi cantur debita mensura dictorum corporum electorum. Quod autem Be seleel cooperuit dictum altare laminis eneis/ denotant ornatum celi atque stabilitatem ipsius. Item per hoc quod in vsus eius parauit ex ere vasa diuersa: significat quod ex eadem materia r massa refor= mabit dominus varia corpora ele= ctorum/ r ornabit ea diuersita te glorie conformiter ad animas eorum. Finaliter/ huiusmodi altaria non erunt solida/ sed concaua: non quidem per defectum glorie: sed per absentiam omnis superbie.

¶ Secunda clausula.

Fecit r labium eneum cum basi sua de spe culis mulierum/ que excubabant in os tio tabernaculi.

¶ Historialiter: Postquam in precedenti clau= sula magister noster et legisla= tor Moyses egit de erectione alta=

altaris tabernaculi: quod intelligitur de altari quod erat extra dictũ tabernaculũ, in quo fiebat holocaustũ, siue sacrificiũ dño: et nõ de eo quod erat intra dictum tabernaculum: hic consequenter agit de pertinentibus ad ipsum tabernaculum: vez de labro, siue labio eneo. Primo ergo in precedẽti clausula Moyses egit de erectiõe ipsius altaris: hic autem consequẽter agit de erectione labij enei, quod erat in atrio tabernaculi. Quid aũt esset hmõi labium, dicetur in sequentibus. Prius enim, vez.xxv. huius fecerat dominus preceptũ de cõstructione dicti labij cum corona interrasili: et iterum de altera corona super illam. Et iterũ consequenter repetiuit dñs dictum preceptum.xxx.c. huius. Erat autem hmõi labium, siue labrum: quoddam vas eneum: inferius et in circuitu clausum, superius autem apertũ. Ad cuius exemplar fiunt vsqȝ hodie in domibus nobiliũ aliqua vasa ex ere in quibus imponitur aqua ad refrigerandũ vinũ tẽpore estiuali contra ardorẽ solis, et estatis.

¶ Circa ergo hanc clausulam mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium mouetur propter illud verbum: de speculis mulierũ. Queritur ergo vnde tãta curiositas in mulieribus Hebreis, vt transeuntes per deserta, tanquam peregrine, intenderẽt tali vanitati, vt haberent specula, que sunt cõmuniter signa letitie et vanitatis mũdane. Ad hoc dicit Ra. Sal. (vt refert magister Nicolaus de Lyra in postilla sua) quod quando rex Pharao oppressit populum Hebreum, inter cetera volens eum impedire a fetu procreando, ne vlterius multiplicarẽtur, totum studium circa hoc adhibuit ne vlterius vacarent amplexibus. Quod attendentes vxores eorum, cõponebant et ornabant se ad specula, vt prouocarẽt viros suos ad actum matrimonij, non libidine ducte, sed amore prolis: quod licite facere poterãt: sicqȝ per artem talẽ procreauerunt multitudinẽ filiorũ. Hinc est quod dicitur in principio huius libri, quod quanto plus Pharao affligebat filios Israel laboribus duris luti et lateris, et huiusmodi, tanto plus multiplicabant et crescebãt. Principes autem tribuum, in quibus quodãmodo cõtinebatur exercitus, frequenter conueniebant ad ostiũ tabernaculi, vbi manebãt Moyses et Aaron ad tractandum cũ eis de negocijs populi. Et secundum hoc dicte mulieres excubabant non in sei et in propria in ostio tabernaculi, sed in dictis principibus qui offerebant dicta specula. Alij autem dicunt, quod iste mulieres erant quedam deuote mulieres, que manebant in castris circa latera: et post tergum tabernaculi, quas oportebat circuire veniendo ad ostium tabernaculi, causa oblationis faciende, quam vt plurimum faciebant de speculis, quibus in iuuentute sua vse fuerant ad sui cõpositionem et ornatũ: sicut nunc multe nobiles vidue dant ecclesijs vestes, quibus vse

vse fuerunt ad ornatum corporis/stante matrimonio. Aliter aūt exponūt aliqui dicentes/ ꝙ circa labiū eneū erant specula affixa/vt sacerdotes se lauantes viderēt maculas suas abluēdas: ⁊ illa specula erant ablata a mulieribus deuotis. Et sic qð hic dr̄: Fecit labium de speculis ⁊c̄. hic accipit̄ facere/pro aptare vel ornare: et large.

¶ Secūdū dubiū/quō dictum labiū qð erat in atrio tabernaculi potuit fieri de huiusmodi speculis mulierū: maxime cū tale labium esset magnū vas/ ad cuius compositionem minime videntur pertinere specula? Dicendum/ꝙ hic capitur continens pro contento: Tūc enim temporis capse speculorum erant enee: sicut et hodie fit apud aliquos. Unde de huiusmodi capsis factum est vas predictum.

¶ Tertium dubiū: Unde tāta apud Hebreos peregre constitutos eris copia: vt possent artifices erigere tantum labium eneum cum basi sua: ⁊ cetera que erant in tabernaculo ex eadem materia? Dicendum/ꝙ domino disponente prouiderāt sibi de tali materia ī egressu de Egypto: quando spoliauerunt Egyptios. Insuper incedentes per deserta spoliauerant Amalechitas/pugnando contra eos: vt dictū est supra xvij. hui⁹. Ceterū potuit fieri/ vt Hebrei q̄ industriosi erant: q̄sierint ⁊ inuenerint mineralia auri/argēti/eris/⁊ hmōi in loco deserti: q̄ vt cōiter dr̄/qð deficit ī vno/recuperat̄ ī alio. Huiusmodi ergo desertū/ qð carebat cibo ⁊ potu/saltim pro parte: potuit abundare mineralibus predictis.

¶ Quartū dubiū: Quod meli⁹ dr̄ de isto lauatorio tabernaculi: labium .s. vel labrū? Nā vtrūꝙ inuenitur. Pro quo notandū/scḋm dn̄m Petrum de Pa. qui fuit peritissim⁹ grāmatic⁹: ⁊ ferme (vt verū fatear) in omi scibili/ꝙ a lambo/bis: dr̄ hoc labrū labri. Itē hoc labiū/bij. Sed differūt (scḋm eū) hoc modo: Nā labrū dr̄ superi⁹: labiū vero inferi⁹: ac si dicat ꝙ differunt/sicut superius ⁊ inferius. Labiū eñ est superius/labrū vero inferius: q̄ omne labrum labiū est/sed nō conuertit̄. Nā labrū proprie virorū est/⁊ hoc propter asperitatē barbe/que est in labijs eorū. Et hāc asperitatem designat hec litera r/ que est in ipso nomine labrū: vel sic differunt: Nā labrū sumitur pro vase/labiū vero pro ore: sicut ibi in Psal. Dn̄e labia mea aperies/⁊ os ⁊c̄. Uñ ⁊ labrū inuenit̄ pro vase/vbi pedes lauantur. Et tunc dicit̄ labrū/quasi lauum: quia in tali vase lotio infantiū fieri solet. Uide de hoc in Catholicon.

¶ Quintū dubium tale est: Ex quo simul factum est tabernaculum ⁊ atrium cum pertinentijs/aut saltim quasi codē tempore: cur ergo dicitur in litera ꝙ labium eneum factū est de speculis mulierū que excubabant ad ostiū tabernaculi? Uidetur eñ ista litera sonare ꝙ p̄dicte mulieres excubauerūt ad ostiū tabernacli/⁊ ꝙ postea Beseleel fecerit predictum la=

bium. Dicendum in primis: q illud verbum: que excubabāt ad ostium tabernaculi: dicitur per anticipationem: id est: que excubauerūt ad ostium tabernaculi: postq̄ factū fuit. Secūdo dicitur: q hec potest verificari pro illo modico tempore: quod ignotū est nobis in quo formatio tabernaculi p̄cessit formationē predicti labij enei.

¶ Sextum dubium: Cur predictum labium eneum fuit per Beseleel positum in atrio tabernaculi? Dicēdū q ideo: ne si Aaron vel filij ei⁹ intrarent in tabernaculū cum aliqua indecentia in facie: vel in veste: cultus dei redderetur cōtemptibilis: maxime apud simplices et vulgū: qui videbāt eos accedere ad ostiū tabernaculi: z inde exire. Apd enim ipm vulgus omnia munda habent in reputatione: et e oppositū omnia immunda in despectu.

¶ Moraliter z primo: per predictū labiū eneum siue lauatorium: in quo se lauabant sacerdotes quotiens debebant accedere ad tabernaculum sacrificium oblaturi domino: designatur cor peccatoris: z signāter sacerdotis: q̄ quotiēs vult offerre domino sacrificium altaris: debet se dupliciter lauare. Primo quidem interius p contritionem. Secundo vero exterius: per confessionem. Et quis huiusmodi cōfessio sacramentalis fiat silenter: nec debeat quocūq modo reuelari: vt dicitur extra de pe. et re. c. omnis vtriusq sexus. vbi Innocentius quart⁹ sic ait: Caueat sacerdos ne verbo aut signo: vel alio quouis modo: aliquatenus prodat peccatorem. Sed si prudētiori consilio indiguerit ipse sacerdos: illud petat caute absq vlla expressione persone. Insup in dicta decretali consequenter tractatur pena transgressoribus debita: que est depositionis ab officio sacerdotali. Item postea detrusio in artum monasterium: ad agendum perpetuam penitentiam. Item de pe. distin. vj. sacerdos. de hoc loquūtur iura. Notandum autem dicrum est de huiusmodi lauatorio tēpli: qd dicebat labiū eneū: q erat valde magnum: qz continebat multā aquam: qz per hoc designat q verus penitens debet multū gemere pro peccatis delendis. Propter quod dicebat Psal. Exit⁹ aquarū deduxerūt oculi mei: qz nō custodierūt legem tuā. Itē Threñ. ij. Deduc quasi torrentē lachrymas tuas per diē z noctē: non des requiem tibi neq taceat pupilla oculi tui. Similiter scriptura Hiere. vj. loquens penitenti dicit: Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Talis autē fuit luctus z gemit⁹ Manasses regis Jude: prout legitur i fine. ij. Paralypomenon: qui dicebat ad dñm: Peccaui dñe peccaui: z iniquitatē meā ego agnosco. Peto rogans te dñe remitte mihi: remitte mihi; ne simul perdas me cū iniquitatibus meis: neq in eternū reserues mala mihi zc. Talis etiā fuit luctus Ezechie regis Jude: postq̄ superbiuit de victoria quā dederat illi dñs contra Senacherib. Unde eo

legit.iiij. Reg. xx. q cũ ꝓpter hoc egrotasset vsq ad mortẽ: dixissetq Esaias ex parte domini / q disponeret domui sue / eo q esset moriturus: mox conuertit faciem suã ad parietem / et fleuit fletu magno. Quod videns dominꝰ pepercit illi. Nota etiam de fletu amaro Petri Luce.xxij. Itẽ magdalene / Luce.x. Ecce qd significat labiũ eneum tabernaculi. In tali ergo labio eneo debet se lauare quilibet sacerdos / volens sacrificium altaris offerre domino: maxime si sit conscius peccati mortalis. Et similiter quilibet laicus volens illud suscipere: ita enim precepit dominus supra.xix. dicẽs: Sacerdotes qui accedũt ad dominum / sanctificentur / ne forte percutiat eos.

¶ Moraliter et secundo / iuxta illud verbũ: Fecit et labiũ eneũ / scz Beseleel. Notandũ / q triplex est labiũ: videlicet aureũ / argenteũ / eneũ. Labiũ igit aureũ habẽt illi qui de deo et rebus ad fidẽ et morũ edificationẽ ptinentibꝰ alte et profunde loquunt et scribũt. Vñ propter hanc causam beatus Jo. Chrysosto. doctor grecus / vocat ab vniuersali ecclesia os aureum. Labium autẽ argenteũ habẽt illi qui habent semꝑ in ore eloquia casta / pudica / et honesta: de qbus loquitur Apo. Ephe. iiij. dicẽs: Omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat: sed si quis bonus ad edificationẽ fidei / vt det gratiã audiẽtibus. Itẽ seq.c. dicit idẽ Apost. Fornicatio / et omis immũditia / aut auaritia nec nominet in vobis / sicut decet sanctos: aut turpitudo / aut stultiloquiũ / aut scurrilitas / que ad rem nõ ptinet / sed magis gratiarum actio. Et iterũ.j. Reg.ij. Recedã vetera de ore vestro. Unde et in Psal. dr: Eloquia dñi / eloqa casta: argẽtũ igne examinatũ; supple debẽt esse ꝑdicta eloquia. Labiũ vero eneũ habẽt viri mundani / et q de terrenis plurimũ solicitãtur: qr vt dicit Christꝰ / Jo.iij. Qui de terra est / de terra loqtur. Quẽadmodum ergo es metallũ vile est / per cõparationẽ ad aurũ et argentũ: ita labium illud / i. os / qd cõiter loqtur de terrenis negocijs / vile est ꝑ cõparationẽ ad duo ꝑcedẽtia gñã labiorũ. Unde cum ꝑus Ps. locutus fuisset de labio argẽteo / dicẽs plr: Eloquia dñi / eloqa casta: argentũ sunt / supple igne examinatũ: mox subiũxit: purgatũ terre septuplum / id est / tale labium est multum purgatum / atq separatũ a labio argenteo / aut aureo. Nam de tali habente labiũ eneum: et qui libenter loqtur de rebus huius seculi / potest dici qd dixerunt Judei de Petro Mat. xxvj. Vere et tu ex illis es. Nã et loquela tua manifestum te facit. Unde in figurã huius legitur Judic.xij. q quidam Galaadite dicebãt: Nũqd Ephrateus es? Quo dicente: Nõ sum / interrogabãt eum / et dicebãt: Dic ergo / scibboleth / qd interꝑtat spica. At ille respondebat: Thebboleth / eadẽ litera spicã exprimere non valẽs. Affectio enim trahit ad se linguam / et ideo libenter et frequenter loquuntur homines de rebus quas

amant. Hinc Hieronym⁹ ait: Uanus sermo i vane conscīētie index est: q̄ vt dicitur Matt. xij. Ex abundantia cordis os loquitur. Illius ergo hominis cuius est terrena affectio ꝛ cōuersatio: illius etiam est terrena locutio ꝛ operatio. Propter quod dicit Basilius: Auarus (inquit) semper redditus com putat.

¶ Moraliter et tertio sic formatur labium eneum ex speculis mulierum: quando viri discunt bene et prudenter loqui ad exemplum mulierum. Quod bene quodammodo ridiculosum esse videtur. Q2 nō a mulieribus viri: sed potius a viris mulieres exemplum loquendi sumere debent. Sicut non ex muliere Eua formatus est primus homo: sed econuerso. Nihilominus multi viri tā vitiosi reperiūtur ꝛ defectuosi: ꝛ per oppositum alique mulieres tam virtuose: etiam exterius: ꝙ ab eis tanꝙ a speculis expedit viros sumere exemplum bone vite. Nonne apostolus. j. Corin. vij. dicit ꝙ sanctificatus est vir infidelis p mulierem fidelem? Et loquit stante matrimonio: vbi vir infidelis cōsentit habitare in matrimonio sine cōtumelia creatoris: sicut fiebat in primitiua ecclesia. Sepe enim tunc accidebat: ꝙ vir primū infidelis: exemplo vxoris sue fidelis trahebatur ad fidem. Et dum videbat eam in ecclesia ingressam et deuote orare dominum more Christianorum: inducebat frequenter ad similiter agendum. Ecce quomodo tunc fiebant labia enea: ex speculis mulierum. Et bene dictum est labia enea: quia tales infideles ante plenam conuersionē ad Christum deum orātes exemplo vxorum: erant tanꝙ es sonans: secundum illud apostoli verbum. j. Corint. xiij. Si linguis hominum loquar ꝛ angelorum: charitatē autem nō habeam: factus sum velut es sonans: aut cymbalū tinniēs. De mulieribus etiam dicit beat⁹ Gregori⁹: ad beatam virginē orans: Ora (inquit) pro deuoto femineo sexu. Non autē idē dicit de sexu virorum. Ex quo patet mulieres cōmuniter esse deuotiores viris: et similiter sunt magis pie ad opera pietatis. Sicut docet historia de Nabal: qui noluit dare panes Dauid: in necessitate etiam constituto: cui tamen abundāter subuenit vxor eius q̄ dicebatur Abigail. j. Regum vicesimoquinto.

¶ Allegorice ꝛ primo: Per labium eneum: quod erat quoddam lauatorium: in quo se lauabant sacerdotes: quādo volebant intrare in tabernaculū domini immolationis causa: designatur sacramentum baptismi: ibi enim primū se debēt lauare omnes qui cupiunt intrare ecclesiam militantē: ꝛ in ea suscipere aliquod aliud sacramentum. Quia cum ipse baptismus sit ianua omniū aliorꝫ sacramētorū: nullū sacramētū pōt suscipere: q̄ pri⁹ lotus nō fuerit in labio eneo. i. in baptismo. Uel dic ꝙ lauatorium eneū fuit corp⁹ Christi. De huiusmodi ꝗ lauatorio. i. corpore

Christi / dum penderet in cruce / fluxerunt sacra ecclesie quibus abluimur et sanctificamur. Per hoc autem quod dictum labium eneum situm erat in atrio / quod erat ante ingressum tabernaculi: designatur quod ipse baptismus non habet locum / nisi in atrio huius mundi: et ante ingressum in tabernaculum domini celeste. In cuius rei signum plerique martyres / etiam utriusque sexus / fuerunt ante passionem divinitus baptizati: sicut de beata Barbara legitur / quod beatus Petrus apostolus missus a Christo ad eam / ipsam baptizauit. Quamuis illi tunc sufficeret baptismus sanguinis / aut etiam flaminis.i. in voto.

¶ Allegorice et secundo / per labium / siue lauatorium eneum / quod erat in ingressu taberna culi / videlicet in atrio / in quo se lauabant sacerdotes / quotiens volebant intrare ipsum tabernaculum (vt immediate dictum est) significatur aqua benedicta / que communiter ponitur in ingressu ecclesiarum: etiam intra vas eneum: quatenus omnes intrare ecclesiam volentes deuotionis gratia sibi se primum aspergant: signantes se signo crucis et se commendantes domino. De huiusmodi autem aqua benedicta habetur de consecratione distinctione tertia / aqua. Cuius virtus tanta est / vt venialia remittat. Insuper insidie diaboli per eam cum phantasmatibus fugantur / vt ibidem dicitur. Et quamuis textus ibidem dicat / quod ideo benedicitur dicta aqua a sacerdotibus / vt cuncti ea asper si sanctificentur et purificentur: dictum tamen verbum minime intelligi debet de sanctificatione aut purificatione a mortali: nisi forsan dispositiue / sed a veniali tantum. Nec etiam necesse est vt per eam remittantur omnia venialia: sed eo qui habet plura: sed plura aut pauciora / secundum quod contingit eam plus aut minus deuote suscipere. Specialiter autem non remittit illa venialia / quibus eam suscipiens actualiter afficitur. Non ergo cum risu et cachinis suscipienda est ipsa aqua benedicta ab his qui ea asperguntur more rusticorum et indeuotorum: sed cum magna reuerentia et deuotione syncera. Nec etiam est contemnenda / more Lutheranorum hereticorum / dicentium et interrogantium vbi de illius institutione in tota sacra scriptura legitur. Multa enim sunt in ecclesia / que solum habet atque eis vtitur vsque in hodiernum diem / ex familiari traditione spiritussancti: cuiusmodi est dicta aqua: similiter et panis benedictus / qui sumitur in ecclesia omni die dominico.

¶ Allegorice et tertio / et conformiter ad dominum Nicolaum de Lyra / per specula mulierum significantur diuina precepta: in quibus anime deuote speculantes et meditantes vident quid a se amouere debent: scilicet maculas vitiorum: et quid sibi apponere: scilicet / ornamenta virtutum. Hec enim duo diuina precepta manifeste ostendunt / que docent duas partes iustitie: scilicet

licet declinare a malo / et facere bonum. Uel dic / q per hoc q labium eneum / in quo pedes et manus sacerdotum legis debebant lauari / dicitur esse factum de speculis mulierum: significatur secundum eundem de Lyra practica notitia diuinorum preceptorum: ex qua quidem notitia procedit aqua vere contritionis et deuotionis: in qua pedes et manus sacerdotum: id est affectiones et opera eorum / qui ministraturi sunt in ecclesia: debent lauari per contritionem et confessionem / priusq̄ accedant ad missarum celebrationem.

¶ Anagogice / tabernaculum est celum / vt sepe dictum est / de quo Psalm. interrogat dominum / dicens: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Atrium huius tabernaculi est mundus presens: qui est preuius ad ipsum tabernaculum. In hoc autem atrio est labiū eneum / non solum vnum sed plura: per que significantur ecclesiastica sacra. In huius autem labijs / et signanter in illis que sunt de necessitate ad salutem: oportet quemlibet adultum se abluere / illuc in aquis sacri baptismatis / q̄ ad non baptizatos: quia scriptū est Joā. iij. Nisi quis renatus fuerit ꝛc. Siue in aquis dolorose contritionis et cōfessionis / quo ad detentos in mortalibus. Idē dic de extrema vnctione / q̄ ad eosdem adultos: et qui eam suscipere possunt. Qui autem p̄dicto modo se nō lauerit / predictum tabernaculum nequaq̄ introibit. Et bene dicuntur predicta sacramenta noue legis labia. i. lauatoria / siue reseruatoria aquarum: cōtinent enim in se aquam gratie virtualiter / quam conferunt oībus digne ea recipiētibus. Insuper bene dicuntur esse facta de speculis mulierum / que excubabant in ostijs tabernaculi: quia dicta sacramēta olim per patriarchas fuerūt (q̄tū ad legem nature) et per prophetas (quātum ad legē scriptā) prefigurata et prophetata multipliciter et preuisa: etiā per sectius et clarius / q̄ res que est ad extra videatur in speculo / in quo representatur. Iste sensus est quasi mixtus ex allegorico et anagogico: vt patet legenti.

¶ Tertia clausula.



Ecit et atriū in cuius australi plaga erant tentoria de bysso retorta / cubitorum cētū: columne enee viginti cum basibus suis: capita columnarū et tota operis celatura argētea. Eque ad Septētrionalem plagā tentoria / colūne / bases / q̄ et capita columnarū: eiusdem mensure et operis / ac metalli erant. In eadem vero plaga que ad Occidentem respicit / fuerunt tentoria cubitorū quinquaginta: columne decē cum basibus suis enee: et capita columnarum / et tota operis celatura argentea. Porro contra Orientem quinquaginta cubitorū parauit tentoria: e quibus quindecim cubitos colūnarum

narum trium cum basibus suis vnum tenebat latus: et in parte altera: quia inter vtraque introitum tabernaculi fecit: quindecim eque cubitorum erant tentoria: columneque tres: et bases totidem. Cuncta atrij tentoria byssus retorta texuerat. Bases columnarum fuere enee: capita autem earum cum cunctis celaturis suis argentea: sed et ipsas columnas atrij vestiuit argento. Et in introitu eius opere plumario fecit tentorium ex hiacintho/purpura/vermiculo/ac bysso retorta/quod habebat viginti cubitos in longitudine: altitudo vero quinque cubitorum erat: iuxta mensuram quam cuncta atrij tentoria habebant. Columne autem in ingressu quatuor fuere cum basibus eneis: capitaque earum et celature argentee. Paxillos quoque tabernaculi et atrij per gyrum fecit eneos. Hec sunt instrumenta tabernaculi testimonij: que enumerata sunt iuxta preceptum Moysi in cerimonijs leuitarum per manum Ithamar filij Aaron sacerdotis: que Beseleel filius Vri/filij Hur de tribu Juda domino per Moysen iubente compleuerat/iuncto sibi socio Ooliab: filio Achisamech/ de tribu Dan: qui et ipse artifex lignorum egregius fuit: et polimitarius atque plumarius: ex hiacintho/purpura/vermiculo/et bysso. Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarij: et quod oblatum est in donarijs: viginti et nouem talentorum fuit: et septingentorum triginta siclorum ad mensuram sanctuarij. Oblatum est autem ab his qui transierunt ad numerum a viginti annis et supra de sexcentis tribus millibus/ et quingentis quinquaginta armatorum. Fuerunt preterea centum talenta argenti: e quibus conflate sunt bases sanctuarij et introitus vbi velum pendet. Centum bases facte sunt de talentis centum/ singulis talentis per bases singulas supputatis. De mille autem septingentis et septuaginta quinque siclis fecit capita columnarum/ quas et ipsas vestiuit argento. Eris quoque oblata sunt talenta septuaginta duo milia/ et quadringenti supra siclis: ex quibus fuse sunt bases in introitu tabernaculi testimonij/ et altare eneum cum craticula sua. Omniaque vasa que ad vsum eius pertinent/ et bases atrij: tam in circuitu quam in egressu eius/ et paxilli tabernaculi/ atque atrij per gyrum.

¶ Historialiter postquam in precedenti clausula dominus et magister noster legislator Moyses egit de formatione labij enei/ quod de speculis mulierum factum est: hic consequenter agit de formatione pertinentium ad ipsum atrium/ de quo immediate supra dictum est: que multa et varia fuere. Sed de huiusmodi atrio cum pertinentibus ad ipsum habitum est supra vicesimo septimo cap. Ideo non intendo hic circa sensum literalem in-

 sistere:

Ưerelitum etiā q̄ circa ipsum paruus videt mihi profectus: presertim circa p̄sentē textum.

¶ Circa tamen ipsam literam possunt moueri aliqua dubia.

¶ Moraliter et quinto / iuxta illud verbum: Fecit igitur et superhumerale ꝛc̃. Notanda sunt duo secundum Richardũ / circa sacerdotes: que sunt / sciẽtia / ꝛ bona vita. Nam vtrunqꝫ tenentur habere / quorum coniunctionem sacra scriptura attendit quandoque / nõ habito respectu ad ordinem / ꝛ tunc nõ refert que illarum preponatur. Unde de Joanne dicitur Joan. v. Erat lucerna ardens et lucens. Ardens (inquam) vita: lucens autem / scientia. Quandoqꝫ autem cõstituitur vis in ordine / ꝛ tunc preponitur dictum spectans ad bonũ opus. Unde de Christo dicit Act. j. ꝙ cepit Jesus facere et docere. Et ita secundum hoc semꝑ debet premitti bona vita / ꝛ postea subsequi bona doctrina: qꝛ primũ necessariũ est propter nos: secundũ autẽ ꝓpter proximos nostros. Modo debem⁹ preponere nos ipsos proximis / secundũ ordinẽ charitatis. Unde ad hoc significandum / primo agit Moyses de superhumerali / postea aũt de rationali. Unde Apost. j. Timo. iij. Oportet (inquit) sacerdotẽ habere testimoniũ ab his q̃ foris sunt. i. ab operibus / q̃ extra apparẽt. Et hinc est / ꝙ manus siue certi digiti sacerdotis inunguntur chrismate ĩ ordinatione sua. Chrisma aũt cõficit ex oleo ꝛ balsamo. Referam⁹ ergo oleũ ad nitorẽ consciẽtie / ꝛ balsamũ ad odorẽ bone fame: que duo in eis debẽt esse: in cuius figurã legit Gene. xliij. ꝙ filij Jacob detulerunt modicũ resine: vbi dicit Joseph⁹ / ꝙ resina in ꝓposito supponit pro balsamo. In q̃ notat bona fama: sed quid est / ꝙ Moyses fecit suꝑhumerale de auro? Certe ꝑ hoc ꝙ hec vestis sacerdotalis intexit auro: denotat / ꝙ ꝑlatus in omnib⁹ operib⁹ suis primo debet habere verum intellectũ sapiẽtie necessarie / tã sibi ꝗ̃ subditis ad salutẽ. Itẽ per hoc ꝙ intexit hiacintho: vt dr̃ in textu / et q̃ immediate iungitur auro / atqꝫ aerei coloris est: denotat / ꝙ sacerdos in intelligendo debet surgere ad amorẽ celestiũ. Per purpuram aũt / que intexit vesti sacerdotali: denotat desideriũ passionis / ꝛ presertim si opus fuerit subeundi mortẽ: ita vt merito dicere possit ad dñm huiusmodi sacerdos illud Psal. Quid retribuã dño / ꝓ omnibus que retribuit mihi. Calicẽ salutaris accipiã / ꝛ nomen dñi inuocabo. i. confitebor fidem Christi corde ꝛ ore: qꝛ vt dicit Apostolo. Roma. x. Corde credit ad iustitiam /

iustitiā/ore autē cōfessio fit ad salutem. Itē purpura vestis regum est. Ipsi autē sacerdotes debent esse reges/ bene se et alios regentes contra lucrā diaboli. Unde. j. Pet. ij. Uos estis genus electum. Unde de muliere forti dicitur Prouerbiorum vltimo: Stragulatam vestem fecit/ byssus et purpura indumentum eius. Per coccum autem bis tinctum/ quod additur. Notādum/ q coccus bis tinctus habens speciem ignis/ dicitur secundum aliquos scarletum/ qd interdū bis tingit: vt viuacior et fortior sit ei⁹ color: designatur/ q sacerdotes debēt indui cocco bis tincto: quia feruentius debent zelare pro fide/ et pro ea vitam suam (si op⁹ fuerit) ponere/ q̄ simplices et laici. Per byssum autem retortam/ quod est gen⁹ cuiusdam lini albissimi/ quo indui olim debebant sacerdotes legis: designatur/ q tota vita et conuersatio sacerdotum noue legis debet splendere vite mūditia. In cuius etiam signum induūtur albis vestib⁹/ cuiusmodi sunt alba/ superliciū etc. ¶ Moraliter et sexto/ iuxta illud: Fecit superhumerale etc. Notandū/ q illi deferunt superhumerale .i. tale genus vestimēti super humeros/ q in corpore suo portant crucem penitētie/ siue ieiunādo/ siue peregrinando/ aut alias carnē suā propter Christum macerando. Sic eñ consulit esse faciendū idē Christus Mat. xvj. dicēs: Si quis vult post me venire/ abneget semetipsū et tollat crucem suā/ et sequat me. Et p cōtrariū/ de illis qui sunt ita delicati q nolunt assumere sup humeros suos dictū superhumerale: subdit vbi supra: Qui eñ voluerit animā suā saluam facere .i. vitā corporalem delitiose ducere/ perdet eam: scz eternaliter. Qui aūt perdiderit animā suam propter me/ inueniet eam. Quāuis ergo omnes debitā etatē habētes teneant predictū superhumerale penitētie assumere super humeros suos: pre ceteris tamen ad hoc tenent viri ecclesiastici et religiosi/ qui debent primi ponere manū ad opus: ne forte merito dicat/ de talibus illud Mat. xxiij. Dicūt/ et nō faciunt. Alligant grauia onera/ et imponūt i humeros hominū/ digito aūt suo ea mouere nolunt. Non sic aūt egit Christ⁹/ de q scribitur Act. j. Cepit Iesus facere et docere. Unde Chriso. super Mat. in ope imperfecto/ Homil. x. Si (inquit) bene docēt sacerdotes/ et meli⁹ viuāt/ vidētes hoc gētiles dicūt: Benedict⁹ de⁹ Christianorū/ q tales habet seruos. Nil eñ esset iust⁹/ nunq̄ pplz suū circa iustitiam sic teneret. Nō sic nostri phi/ q magna loquūt/ et tñ nec modica faciūt. Si aūt bene doceāt/ et male cōuersent: vidētes hoc gētiles dicūt: Qualis est de⁹ eoz/ q talia agūt? Nūq̄ eñ eos sustineret/ nisi eoz opib⁹ ɔsentiret. Deinde sic cōcludit/ dicēs: Uides g quomō dñs laudat p bonos et operosos plātos et pdicatores: et p oppositū quomō blasphemat p pbosos: q dicūt/ et non faciūt. Hec Chris. Patet g q designabat superhumerale sacerdotis

cerdotis antique legis.
¶ Moraliter ⁊ septimo per ra-
cionale (qđ erat aliud gen⁹ ve-
stimēti sacerdotalis) designat̄ |
q̄ et si oēs homines debitā ra-
tem habēre debeāt hoc vesti
mento vti. Unđ ⁊ homo diffinit̄
a Porphirio q̄ sit aial ratio-
nale. i. debēs vti ratiōe: p̄cipue
tm̄ ad hoc tenent̄ clerici ⁊ ad-
huc speciali⁹ p̄lati ⁊ q̄ potesta
tem exercēt inter eos: siue i fo-
ro interiori: vt curati ⁊ supra:
siue in foro exteriori: vt dn̄i of-
ficiales decani ⁊ supra. Et no-
ta q̄ tale vestimentū vocabat̄
scđz legē rationale iudicij. Nā
in eo erāt scripta hec duo no-
mina: scz iudiciū ⁊ veritas. Ac
si diceret̄ summo sacerdoti le-
gis: Uide quomō ⁊ qualit̄ iudi
caueris subditos tuos ⁊ q̄ di-
screte: q̄ in q̄li iudicio iudica
ueris eos i ecciā in tali iudicabe
ris a summo omniū iudice Chri
sto: a q̄ cōstitutus es principali
ter. Uide ḡ q̄ in iudicādo ha-
beas iudiciū ⁊ v̄itatē: iudiciū
(inq̄) i. discretionē | ⁊ verita-
tem: sic scz q̄ ab ea nō deuies
propter amorē aut odiū / timo-
rem aūt munus. Unđ in duodeci
mo lapide ipsi⁹ rationalis erāt
scripta p̄dicta duo verba: iudi-
ciū ⁊ veritas. Et vt dicūt aliq̄ |
color huius lapidis deū iratū
vel p̄piciū eis ostendebat. Et
dicebat̄ color hurin et purin:
vt dt Richar. Bene ḡ summus
sacerdos debebat habere i pe-
ctore suo dictū rationale: q̄ ni
hil idiscretū aut ratiōe carēs
debet esse i oīb⁹ op̄ib⁹ sacerdo
ti: sed semp debet habere iudi-
ciū. i. discretionē et v̄itatē. Ni
hil eñ indecētius | q̄ inuenire

sacerdotē idiscretū aut mēda
cem. De alijs aūt vestimētis sa
cerdotalibus dictū est sufficiē-
ter: q̄uis succincte p̄ius quid
scz significent: videlz sub scđa
expositione morali hui⁹: et si-
militer sub tertia.
¶ Moraliter ⁊ octauo iuxta il
lud: Parauit et duos lapides
onychinos ⁊c. Notādū q̄ per
istos duos lapides designatur
duplex charitas: dei scz ⁊ pro-
ximi. De hmōi duob⁹ lapidib⁹
multa dicunt̄ in precedenti te-
xtu. Primū q̄ erāt inclusi au-
ro: non aūt dī q̄ essent inclusi
argēto vel ere: p qđ notat di-
gnitas charitatis | supra cete-
ras v̄tutes. Propter qđ Apo.
i. Corin. xiij. ait: Nunc manēt
fides | spes | charitas: tria hec q̄
supple sunt digniores ceteris
virtutibus: cū sint theologice
.i. de deo | ⁊ ad salutē necessa-
rie. Inter quas maior hoꝝ est
charitas: sed subdit ibi: Nec e-
tiam dicit q̄ essent plures la-
pides sic inclusi: sed tātū duo:
q̄ ad salutē sufficit duplex cha
ritas. i. p eundē habitū duo di
ligere: scz deū ⁊ p̄ximū. De di-
lectione aūt sui nullū dat̄ pre-
ceptū expressum i eo q̄ ad hoc
natura inclinat sufficiēter: vel
dic q̄ ideo p̄dicti duo lapides
onychini rationabiliter dicū-
tur inclusi auro: q̄ habit⁹ cha
ritatis sic est inclusus in corde
humano | q̄ non videtur oculo
corporeo | nec videri potest: cū
sit qualitas spiritualis | descē-
dens a deo per infusionē quā-
do vult | vbi vult ⁊ ad q̄s vult.
Unđ Job. ix. Si venerit ad me
non videbo eū. Et si recesserit
non intelligam. Et quid est: q̄
dicti

dicti duo lapides onychini habebant in se scripta .xij. nomina filiorum Israel: scilicet in vno sex et sex in altero/ nisi quod Christiani/ qui ideo dicuntur filij Israel/ eo quod vident deum per fidem/ debent semper secum habere predictos duos lapides onychinos .i. charitatem dei et proximi. Quod vbi fecerint/ tunc indubie nomina eorum scripta erunt in libro vite: sed quid est quod Beseleel posuit predictos duos lapides onychinos in lateribus superhumeralis/ quo induebatur Aaron/ nisi quod pre ceteris maiores prelati/ debent lucere et abundare in operibus charitatis tanquam perfecti. Secus autem de subditis/ qui non tenentur ad tantam vite perfectionem. Sufficit enim eis/ quod tendant ad vite perfectionem: sed quid significat/ quod subditur in litera/ quod Beseleel posuit predictos duos lapides in rationali/ quo vtebatur summus sacerdos in monumentum filiorum Israel/ nisi quod subditorum mentes debent moueri vsque ad operis executionem/ dum vident prelatum suum eos verbo et exemplo precedentem. Et hoc est/ quod ait dominus Mat.xxiij. Super cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei. Quecunque dixerint vobis/ seruate et facite. Unde Augu. in regula de communi vita clericorum/ ait de prelato: Circa omnes seipsum bonorum operum prebeat exemplum. Cuius causam partialem subdit ser.vij. in octa. pasche/ dicens: Quantoscunque aliquis exemplo sancte vite edificauerit: cum tantis et pro tantis mercedem eterne retributionis accipiet. Hec ille.

¶ Moraliter et nono/ conformiter ad .xij. nomina lapidum/ que tanguntur in presenti litera. Notandum/ quod per talem numerum lapidum preciosorum possunt designari .xij. virtutes/ quibus debet ornari anime nostre. Harum autem virtutum tres sunt theologice et principales: videlicet/ fides/ spes/ charitas: quatuor morales scilicet iustitia/ temperantia/ fortitudo/ prudentia: quinque intellectuales/ scilicet sapientia/ intellectus/ scientia/ ars/ prudentia. Harum tres prime sunt in intellectu speculatiuo subiective/ due autem alie in intellectu practico. Merito autem predicta .xij. genera virtutum dicuntur comparatiue lapides preciosi/ propter ornatum et decorem quem prestant anime. Unde Apoc.xij. dicti .xij. lapides vocantur stelle. Nam ibi sic dicitur: Signum magnum apparuit in celo .i. in ecclesia militante. Mulier .i. ecclesia/ vel anima deuota amicta sole .i. gratia dei: et luna .i. petra sub pedibus eius/ et in capite eius corona stellarum duodecim .i. .xij. virtutum prius enumeratarum. Beatus ergo qui poterit habere talem coronam.

¶ Moraliter et decimo/ et conformiter ad Richar. de sancto Victo. per hoc quod in superhumerali erant duo lapides onychini/ in quibus erant scripta nomina .xij. filiorum Israel/ sex in vnoquoque: in rationali vero erant .xij. lapides/ et in vnoquoque vnum nomen. Per hoc (inquit) significatur/ quod prelatus bonus debet priores patres in animo discutere/ et similiter facta eorum: scilicet quales fuerunt/ et qualia operati sunt/ vt scilicet peruenirent ad regnum celorum.

Ad quod faciendum scriptura eos admonet, dicens illud .j. Macha.iiij. Mementote quõ olim salui facti sunt patres no stri: & nunc clamemus in celũ: & miserebit nostri deus noster. Nã tunc nomina sunt in rationali, quando scз eos sigillatim (quantũ potest) discutit: quib9 discussis debet pposse eos imitari: & tũc nomina sunt in superhumerali. Similiter per hoc q sacerdos debebat ferre predicta nomina i pectore, designatur q prelatus debet habere memoriã dñi dei, & mandatorũ eius. Item per idẽ significatur q idem prelatus debet tẽpore & loco (si op9 fuerit) ferre testimoniũ Christo, sm q precepit primis prelatis, .i. suis aplis, dicẽs Actu .j. Eritis mihi testes in Hierusalem, & omni Judea, & Samaria, & vsq ad vltimum terre.

¶ Moraliter & .xj. Per .xij. lapides pciosos quos deferebat summus sacerdos in suo rationali, intelligũtur .xij. virtutes, sm q pulchre deducit sepe dictus Richar. de sancto Victore. Primo etenim per sardiũ, q erat in primo versu, .i. in primo ordine, & q est similis terre rubee, intelligitur charitas. Rubor enim refertur ad feruorem charitatis: terra autem ad modestiam humilitatis. Ille ergo qui habet modestiã humilitatis cum feruore charitatis, talis sardium in corde gerit. Secũdo ille topazion in corde gerit, qui scit omnibus compati. Topazion enim dicitur esse omnium colorum. Hi ergo ferũt topazion, qui sciunt se omnib9 compati, siue omnibus se conformare. Et talis erat Paul9, qui dicebat .j. Corit .ix. Factus sum infirmis infirmus: vt infirmos lucrifacerem. Et deinde: Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerẽ saluos. Smaragdus, qui viridissim9 est, ita trãsit q virore suo herbas transcendit, significat virorẽ eterne glorie. Ille ergo qui sperat virorẽ eterne glorie, que pascet oculos mẽtales electorũ, sicut viror corporalis pascit oculos corporales mortaliũ: talis gerit smaragdũ in corde. Uel dic q smaragd9 viridis, significat exemplum bone operatiõis in presenti. Illi ergo gerunt secũ smaragdũ, qui proximis pbent bonum exẽplum: de quo Mat. v. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videãt opera &c. In secundo versu primus lapis preciosus existens, dicebatur carbũculus, qui illustrat que sunt iuxta se. Predicatores ergo et generaliter omnes qui studẽt & intendũt correctioni fraterne, cõformiter ad illud Christi preceptũ Mat .xviij. de correctione fraterna, dicẽs: Si peccauerit in te frater tuus, vade &c. Tales (inquã) gerunt secũ carbunculum etiam in ore. Nã tales predicatores alios illustrant sua doctrina, remouẽdo ab eis tenebras ignorãtie. Et de talibus carbunculis loqtur Apost. Philip .ij. dicẽs: Lucetis sicut luminaria i celo. Secundus lapis preciosus huius scdi versus (id est ordinis) dicitur saphyrus, qui similis est celo: designat desiderium celeste. Illi ergo gerunt saphyrum

in corde suo/ qui cupiunt celestia. Et talis erat David/ q̃ dicebat: Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Talis etiam erat Apostolus/ qui Philip.i. dicebat: Desideriũ habẽs dissolui/ et esse cũ Christo. Tertius lapis huius secũdi versus dicitur iaspis/ qui viridis est: et significat fidem/ que tunc viridis est quãdo informatur charitate. Et de tali lapide dicit Esa. liiij. Ponam iaspidem ꝓpugnacula tua. Hoc autem bene convenit fidei/ que nos contra spirituales hostes defẽdit. Unde.i. Petri.v. ait idem Petrus: Adversarius vester diabolus tanq̃ leo etc. Deinde subdit: Cui resistite fortes in fide. Item.i. Joã.v. dicitur: Hec est victoria que vincit mundum: fides vestra. Item glos. ordi. dicit/ q̃ iaspis valet cõtra phantasmata: ita et fides Christi valet cõtra phãtasmata. i. gloriã mundanã/ que non est aliud q̃ quoddã phantasma. In tertio autem versu primus lapis preciosus existens dicebatur ligurius. Hic autem est hiacinthini coloris/ et invenitur in renibus bovis. Per quem castitas et mũditia carnis designatur: in renibus enim est sedes luxurie. Lapis ergo iste.i. munditia castitatis/ bene designatur per ligurium: quia in coertione carnis consistit. Et notãter dicitur inveniri in renibus bovis/ qui est forte animal: q2 ad coercendũ carnem/ oportet hominem esse quasi super hoiem. Ibi enim oportet cum pugnare cõtra seipsum. De talib9 enim renib9 rogabat ps dñm/ cum dicebat: Ure renes meos/ et cor meũ. Et alibi: Quia tu possedisti renes meos. Et Apost.i. Corinth.ix. dicebat de talibus renibus loquens: Castigo corpus meum/ et in servitutem redigo. Preterea hiacinthin9 color/ cũ sit coloris similis celo/ recte vitam celestẽ significat. Et similiter castitas habenda est nõ ꝓ mundi gloria: sed ꝓ intuitu regni celestis. Secund9 lapis huius tertij versus dicitur achates. Hic autem lapis nigri coloris est. Habet tamen candidos radios in superficie. Hũc igitur lapidẽ secũ ferunt penitentes/ quos labor corporalis et exterior denigrat/ et hoc propter peccata sua que lugẽt: vel etiã quia talis labor desiccat et denigrat carnẽ. Interius tamen.i. in anima huiusmodi penitentia candidos eos facit/ et hoc per gratiã. Unñ persona penitens potest dicere illud Cãtico.i. Nigra sum sed formosa. Terti9 lapis hui9 tertij versus/ dr ametistus. Hic lapis purpurei/ vel violacei coloris est. Talis itaq3 color et lapis significat/ q̃ quilibet debet esse paratus ponere animã suã ꝓ Christo/ et fide ipsius/ itẽpore et loco/ dicente ipso Christo Mat.xvj. Qui vult venire post me/ abneget semetipsum/ et tollat crucẽ suã/ et sequatur me. Consequẽter in quarto versu primus lapis preciosus existens/ dicebatur crisolitus. Hic autem lapis totus aureus est: id est/ habens colorem aureum. Propterea dicit a crisis/ qđ est aurum. Et significat eos qui ita

sunt

sunt circunspecti circa salutem suam: et de omnib9 necessarijs sibi prouident. Quia scriptum est Eccle'e.vij. Qui timet deū/ nihil negligit: supple ad salutē necessarium. Unde in figuram huius/ animalia / q̄ vidit Ezechiel: erant oculata ante et retro. Secūdus lapis preciosus huius versus dicebatur Onychin9. Hic enim lapis dicitur factus ad modum vnguis humani: habens colorem nigrum permixtum candido. Et significat mortificationem carnis / cum puritate mētis: de quo iā dictum est sufficienter q hunc lapidem secum ferunt veri penitentes. Tertius lapis huius quarti versus dicitur Berill9. Hic lapis est aquatici coloris: et in hoc duo notantur: scilicet ablutio et refectio: quia aqua reficit sitientes: et abluit immūda. Berillum ergo illi secum ferunt / qui peccata sua deflent: q̄lis fuit Magdalena / lachrymis suis rigās pedes Jesu: de quibus Matth.v. Beati qui lugent. Et similiter dictum lapidem secū deferūt / q̄ pauperib9 propter Christum eleemosynā porrigunt / quibus reficiantur: de quibus vbi supra: Beati misericordes: quoniā ipsi rc. Hūc Berillū secum habuit beatus Martinus / quādo partē chlamidis pauperi tribuit. Patet ergo quid moraliter significēt p̄dicti duodecim lapides preciosi: sm̄ Richar.

¶ Moraliter et duodecimo: p tunicam hiacynthinam summi sacerdotis / que ad literā erat longa et talaris. Unde et poderis dicebatur: quia descēdebat vsq ad pedes / ad modum dalmatice episcoporū hodiernorum / vel diaconorum: habēs duas partes / vnam ante aliam. In cuius extremitate inferiori erāt tintinnabula apposita / quod ideo factū est vt sonitus sacerdotis ingredientis tabernaculum / aut inde egrediētis audiatur a populo. Alioqn dictus sacerdos moreretur. Certe per dictam tunicam hiacinthinam significatur bona et honesta conuersatio prelati / siue adimpletio preceptorum legis per eū. Per superhumerale / adimpletio consiliorū: quia super eam erat superhumerale: et sup precepta addunt consilia / tanq̄ de bene esse. Prelatus ergo induit tunica hiacinthina sub superhumerali / quando non solum adimplet precepta / sed et consilia. Dicta tunica erat tota hiacinthina / per quod significatur q tota conuersatio sacerdotis / siue prelati / debet esse tota celestis: et hoc denotat per hiacinthum / qui est coloris celestis. Unde et Apostolus (qui episcop9 erat) dicebat de se et sibi similibus Philip. iij. Nostra cōuersatio in celis est. Item dicta tunica erat talaris / in quo notatur perseuerātia in bono. Hec est enim tunica talaris sācti patriarche Joseph: quā fecit sibi pater. Gen. xxxvij. Unde de vno quoq deferente huiusmodi tunicam dicitur Apocaly. ij. Esto fidelis vsq ad mortem: et dabo tibi coronam vite. Item erant ibi due partes. Anterior pars est: que celum respicit / benefaciendo. Posterior vero / que peccata respicit /

spiciti ipsa lugendo: et declinan do a malo. Due enim sunt due partes iustitie. In medio autem istarum duarum partium erat caputium: quia introitus ad bonam vitam: est per istas duas partes tunice. Dictum autem caputium supererat: quia initium bene viuendi de celo descendit: iuxta illud Jacob.j. Omne datum optimum: et omne donum perfectum desursum est: descendens a patre luminum. Non ergo ab homine. Unde et Christus Joan.vj. dicebat: Nemo potest venire ad me: nisi pater qui misit me traxerit eum. Item ora caputij: id est extremitas illius erat textilis: id est duplicata: in quo notatur constantia. Unde glos. interlin. vt primordium boni operis forti radice timoris dei subnixum sit: et contra insidias diaboli sit munitum.

¶ Allegorice et primo: per summum pontificem intelligitur Christus. Sic enim vocat eum Apostolus Heb.ix. dicens: Christus assistens pontifex futurorum bonorum etc. Et in Psalm. Tu es sacerdos in eternum: secundum ordinem Melchisedech. Huic autem pontifici Moyses: siue Beseleel: id est deus pater: qui est omnium artifex: omnem habens sapientiam: fecit vestes quando misit eum in vterum virginis: et consequenter in mundum: que quidem vestes fuerunt et hiacitho et purpura: vermiculo et bysso: et per consequens diuersorum colorum. De vestes sanguis: caro: et quatuor humores in Christo fuerunt. Et si dicatur quod iam bis sumitur sanguis. Dicendum quod duplex est sanguis in homine: primus est de integritate et perfectione nature: secundus autem est quidam humor sine quo potest natura saluari in esse. Et de tali sanguine dicunt Thomiste de Christo: quod aliquid de huiusmodi sanguine potuit remanere in terris post eiusdem resurrectionem. Sed ad principale propositum redeuntes: patet quas vestes fecit deus pater: siue spiritussanctus: descendens in virginem matrem Christi ipsi Christo. Quamuis proprie loquendo non habuerit nisi vnicam vestem: id est: vnicam naturam. Et bene dicitur vestis: quia sicut vestis corporalis regit nuditatem corporis: ita et natura humana in Christo tegebat diuinitatem: vt non videretur. Hinc Esa.xlv. dicit: Uere tu es deus absconditus. Et Abacuch: Ibi abscondita est fortitudo eius. Hac itaque veste humanitatis induitus est Christus quamdiu ministrauit deo patri pro nobis in terris. Superhumerale huius pontificis fuit crux: quam super humeros portauit a Hierusalem vsque ad montem Caluarie: de qua dicitur Joan. xix. Et baiulans sibi crucem: exiuit in eum qui dicitur Caluarie locum. Item indutus est rationali: quia quicquid egit in terris: non nisi bene et rationabiliter egit. Habuit etiam mitram: id est: coronam spineam in capite: et baltheum ad renes: id est: inuiolatam virginitatem. Nam et virgine matre natus: virgo in eternum permansit. Per duos lapides onychinos: qui

qui positi sunt in superhume-
rali/ due nature designātur: di-
uina scilicet/ ꝛ humana: q̄ fue-
runt in Christo. Per hoc autē
ꝙ in quolibet lapide erāt scri-
pta nomina filiorū Israel: sex
in vno/ ꝛ sex in alio: dantur in-
telligi duodecī nomina Apo-
stolorum/ que scripta sunt in li-
bro vite. Vn̄ Christ⁹ dixit eis
Luc.x. Gaudete/ q꞉ nomina ve-
stra scripta sunt in celis. Itē ꝑ
gemmarū ordinē/ siue versum/
intelligitur ordo ꝑfectionis et
gratie/ quē habuerūt dicti.xij.
Christi Apostoli in presenti/ q̄
nos hucusꝗ latet. Nescim⁹ em̄
determinate q̄s eorū fuerit ꝑ-
fectior. Insuꝑ ꝑ tunicā totam
hiacinthinā eiusdē pontificis/
designat̄ illud purpureū vesti-
mentū quo induit eū Pilatus.
Per aliā aūt tunicā eiusdē pō-
tificis/ q̄ erat ad modū roqueti
epī/ q̄ alba erat: intelligit̄ simi-
liter alia vestis/ que erat alba:
qua induit eundē Christū rex
Herodes/ q̄n̄ remisit ip̄z ad Pi-
latū/ imminēte passionis tēpo-
re: vt testant̄ sacri Euāgeliste.
Sed q̄d designat̄ per tintinna-
bula q̄ erāt in extremitate infe-
riori vesti sacerdotalis? Certe
per hm̄oi tintinnabula/ intelli-
gūtur discipuli Christi. Nā si-
cut cū audiebātur ipsa tintin-
nabula a lōge/ dabat̄ intelligi
aduētus ipsius pontificis: ita ꝛ
Christus ꝑmittebat discipulos
suos septuaginta/ binos ante fa-
ciem suā/ in omnē ciuitatē ꝛ lo-
cū quo ip̄e erat vēturus: vt h̄r
Luc.x. Ecce tintinnabula pon-
tificis Christi. Per malograna-
ta aūt/ q̄ similiter adherebant
extremitati īferiori tunice eius-
dē pontificis legis: intelligunt̄
xij. apl̄i eiusdē pōtificis Chri-
sti/ q̄ oēs inuiolabiliter adhese-
runt humanitati ipsi⁹/ ꝑter Iu-
dā: quāuis ad horā imminēte
passionis tp̄e recesserit ab eo/
sed post resurrectionē iterū re-
dierunt/ ꝛ fide ei adheserūt sta-
biliter. Ubi notandum/ s̄m Ca-
tholicon/ ꝙ malogranatū (siue
malū punicū/ q̄d idē est) aliq̄n̄
ꝑ arbore capit̄: aliq̄n̄ aūt pro
fructu illi⁹. Malogranatū er-
go est gen⁹ cuiusdā pomi/ cui⁹
fruct⁹ intra corticē pomi latet:
ita ꝛ intra corda ipsoꝝ apl̄orū
latebāt fides/ doctrina/ gr̄a/ et
similia. Unde legit̄ de quodā
apl̄o/ ꝙ cū cōtēneret̄ ab infide-
libus ꝑpter vilitatē vestis sue/
respōdit: Sepe (inq̄t) intra vi-
lia scrinia latēt res p̄ciose: ita
in proposito de malogranatis
apl̄is: q̄uis exterius grossis et
vilib⁹ induerentur/ interius ta-
men latebat magn⁹ fructus/ tā
quo ad se/ q̄ꝫ quo ad alios qui-
bus predicauerunt. Predictis
ergo tintinabulis ꝛ malogra-
natis ornatus noster pontifex
Christ⁹ incessit ꝑ tp̄e/ q̄n̄ scꝫ mi-
nisterio fungebat̄.i. q̄n̄ ābula-
bat ꝑ iudeā/ ꝛ Galileā/ p̄dicās.
¶ Allegorice ꝛ.ij. ꝑ duos lapi-
des Onychinos/ quos parauit
Moyses vt ponerent̄ in ornatu
pōtificis Aarō/ itelligunt̄ duo
illi viri apl̄ici/ Dn̄ic⁹ scꝫ/ ꝛ Frā-
ciscus/ quos interius parauit
dn̄s vt lucerēt tanq̄ꝫ duo lapi-
des p̄ciosi/ i ecclesia militāte/
etiam vsꝗ in hodiernū diē. De
q̄b⁹ q̄dē lapidib⁹ recte potest
intelligi illud Gen̄.j. Fecit de⁹
duo luminaria magna in celo/
id est/ in ecclesia militāte. Lumi-

nare

nare maius .i. beatus Dominicus: aliquod non intelligo de maioritate gratie et meriti: q2 nouit dominus quis eorū (quātū ad hoc) fuerit maior. Sed itelligo de maioritate officij: quia constat q beat⁹ Dominic⁹ immediate et de per se assumptus fuerit cū suis ad predicatiōis officiū: qđ quidem officiū magnum est in ecclesia. Unā et ordo ipsius ab exordio vsq hodie sic appellat⁹ est. s. ordo fratrum predicatorū. Nō sic autē factū est de beato Francisco: citra iniuriā dixerim. Quinimmo suo exemplo potius voluit peccatores ad mundi cōtēptū et ad humilitatē inducere. Hic est q voluit ordinem suū ordinē fratrū minorum nuncupari. Propter qđ potest dici luminare minus: Quis a parte rei sit luminare magnū: fuerintq in dicto ordine vsq hodiernum diē luminaria magna. Hi ergo duo lapides preciosi onychini .i. Dominic⁹ et Frācisc⁹ | inclusi auro. s. charitatis | sunt illi de quib⁹ Apoca. xi. dr: Hi sunt due oliue | et duo candelabra lucētia ante dominū. Potest autē de eis addi quod canit eccle(si)a. Habent potestatē claudere celū nubibus | et aperire portas eius: q2 lingue eorum claues celi facte sūt. Que quidē verba intelligi possunt de claue sciētie: et similiter de claue potestatis | siue iurisdictiōis | q̄ cōpetit fratrib⁹ dictorum ordinum: non ex primaria institutione et ex proprio officio: sed ex speciali commissione sedis apostolice. Per hoc autē q erant sex noia filio(rum) Israel sculpta in lapide vno: et sex in alio: denotat multiplicatio dictorū duo(rum) ordinū in ecclesia Christi. Et certe hoc valde mirū est: q cū dicti duo ordines sub austera paupertate habeāt militare: nihilominus plures etiā interdū diuites | et nobiles inueniuntur profitentes | cum magno feruore deuotionis dictos ordines. Sed de hoc possumus dicere | q a dño factum est istud | et est mirabile in oculis nostris. Patet ergo de duobus lapidibus onychinis.

¶ Allegorice et tertio | iuxta illđ verbū: Posuit gēmarū ordines quatuor: in primo versu erat sardius | topasius etc. Notandum | q quatuor ordines | sunt quatuor ordines fratrum mendicantium | quos hodie | videmus militare in ecclesia: videlicet | predicatorū | minorū | augustinensium | carmelitarū. Sed quid est | q in quolibet ordine erant tres versus .i. tres ordines. Ordo eni et versus p eodem capiūtur in proposito: vt dictū est supra | nisi q in q̄libet predictorum ordinū sunt tres gradus seu differentie militantium. Non loquor de malis | sciens q in quolibet ordine sunt aliqui mali. Nā et Augusti. vir sanctissimus | et optimus prelatus hoc idē testabatur de monasterio suo | ad Uincentiū Donatistam scribēs | et ponitur distinctio. xlvij. capi. quantumlibet. Quantumlibet (inquit) vigilet disciplina dom⁹ mee | homo sum | et inter homines viuo: nec mihi arrogare audeo | vt domus mea melior sit q̄ arca Noe: vbi tantū

inter octo homines vnus reprobus inuentus est: aut melior sit q̃ domus Abrahe, cui dictum est, Eijce ancillã et filiũ eius &c. Deinde subdit post pauca, dicens: Simpliciter fateor charitati vestre, et q̃ deo seruire cepi, meliores nõ inueni q̃ qui in monasterio profecerunt: ita non sum deteriores expertus, q̃ qui in monasterio defecerunt. Hinc Apoc. xxij. arbitror dictũ, Iustus iustificetur adhuc: et qui in sordibus ẽ: sordescat adhuc. Hec ibi. Nihilominus sicut inter paleã latet granũ, sic et inter malos et dissolutos religiosos cõuersantur interdũ boni. Et hi quandoq; sunt in triplici differẽtia: quidã sunt adhuc imperfecti, siue incipientes: quidã proficientes, et quidã perfecti: q̃ tamen rari inueniuntur in p̃senti, etiam in quocũq; statu existant. Hec enim auis rara est i terris. Et ita de quolibet ordine dicendũ est in particulari. Ecce q̃ño in ecclesia Christi positi sunt gemmarũ ordines quatuor. Et si dicatur de aliquibus predictorũ ordinum, q in illis ordinibus sunt valde pauci reformati. Insuper q etiam inter eos qui habent reformatorũ nomen et titulũ: aliqui difformati inueniũtur. Fateor ita esse. Nullus tamen sane mẽtis negare poterit q̃ inter tales aliqui boni, et quibus displicet vita malorũ inueniantur: et qui habent in desiderio regulariter viuẽdi, si daretur facultas. Alias si omnes essent mali: non video quomodo diu sustineret eos diuina bonitas. Sed de hoc hactenus.

¶ Allegorice et quarto, duodecim lapides preciosi i veste Aaron pontificis, duodecim sunt articuli fidei: quos et si quilibet sane mentis teneatur credere, sic scilicet q vbi super dictis articulis interrogat debito modo: teneᵗ etiã debite et catholice respondere: nihilominus superiores et qui maiores sunt in populo, tenẽtur magis explicite fateri ipsos articulos et fidem. Unde talibꝰ loquens beatus Petrus in p̃ma sua epistola. cap. iij. dicit sic: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea que i vobis spe est. Et similis ratio est de fide: vt dicunt doctores, et postillatores. Predicti ergo. xij. lapides preciosi, iubenᵗ esse in ornatu pontificis. i. in mente et intellectu, ipsiꝰ, etiam explicite. Et tales lapides dant magnã claritatem et ornatum menti humane. Benedictꝰ ergo qui habet secum tales lapides.

¶ Allegorice et quinto, predicti duodecim lapides, duodecim sunt minores prophete: q̃ sunt, Osee, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naũ, Abacuch, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias. Isti sunt duodecim ꝓphete minores, designati p duodecim nomina lapidũ p̃ciosorũ, posita in veste sacerdotali: q2 recepti sunt ad ornatũ vniuersalis ecclesie, sicut et alij maiores ꝓphete: qui sunt Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Et q̃uis dicanᵗ minores, nõ tamen sunt minoris authoritatis, q̃ alij,

alijsqui maiores a nobis dicti
sūt / equa enī est authoritas in
illis ꝛ illis: sed qꝛ breuiter scri
pserunt / alij autem diffusius.
Tales itaqꝫ duodecī lapides
debēt esse ī vestimēto pōtifica=
li. i. ī corde ipsi⁹: quia hos scire
tenet / sicut ꝛ sacrā scripturā.
¶ Allegorice ꝛ sexto: iuxta p̄=
dicta: notandū / ꝙ summus pō
tifex legis indutus est specia=
liter duplici tunica: quarū vna
erat hiacinthina: id est / quasi
rubei coloris / ꝛ alia erat linea
ꝛ stricta / atqꝫ alba ad modum
roqueti episcopalis: vt dictum
est. Per quod mystice designa
tur / ꝙ episcopi tenentur habe=
re specialiter duplicem tuni=
cam: vnam quidem quasi ru=
beam / per quam designat per=
fecta charitas / quam debent
habere ad subditorum salutē:
ita vt ꝓ dicta salute mori sint
parati: quia vt dicitur Joā. x.
Bon⁹ pastor dat animā suā ꝓ
ouibus suis: sic enī fecit Chri=
stus: sic etiā fecerūt ferme oēs
pastores primitiue ecclesie / tā
summi pōtifices / q̄ inferiores:
ita vt diceret Grego. qui epi=
scopatū desiderat / bonū opus
desiderat / scilꝫ martyriū. Nā q
tūc erāt primi in ecclesia / erāt
ꝛ primi ad martyrium. Secus
autē hodie / ꝛ ideo oportet cor=
rigere verba diui Gregor. ꝛ di
cere: Qui episcopatum deside=
rat / bonas opes desiderat: qꝛ
milia auri ꝛ argēti. Debēt etiā
habere aliā tunicā / scꝫ albam /
siue roquetū. Et per hāc vestē
designat vite puritas: de qua
Aposto. j. Timor. iij. Oportet
episcopū irreprehēnsibilē esse:
sobrium / ornatum / prudentem /
pudicū / hospitalem / doctorē /
(scꝫ a docēdo) non vinolētum /
nō ꝑcussorē / sꝫ modestū: nō liti
giosū / nō cupidū: ꝛ sic de multꝭ
alijs. Hinc dicunt doctores / ꝙ
ep̄s debet esse in statu ꝑfectio=
nis iam acquisite. Secus autē
de religiosis q ideo ingrediun
tur religionem / vt perficiātur.
Sunt ergo in statu perfectiōis
acquirende / ꝛ non iam acquisi
te. Ve ergo illis presulib⁹: qui
non induuntur intus in cōsciē=
tia dicta veste alba: quia sicut
dicit August. ad fratres in ere
mo. ser. xlij. qui intitulatur de
vita ꝛ morib⁹ clericorū: Sicut
impossibile est demonē in ma=
lo obstinatum intrare paradi=
sum: ita impossibile est luxurio
sis pastoribus / auaris / ꝛ super=
bis / subditos castos / humiles /
ꝛ bonos facere: quia necesse ē
vt talis sit grex / q̄lis sit et rex.
Et Gregor. Cum pastor ꝑ abru
pta graditur / restat vt grex ꝛc̄.
Nō ergo sine causa / pōtifex ve
stē albā / siue roquetū / portat.
Caueāt autē pōtifices ne signi
ficatio vestis sit falsa: ꝛ mētia=
tur iniquitas sibi.
¶ Anagogice et. j. ꝑ ornatum
mirificū vestis pontificalis: de=
notatur ꝛ prefigurat ornat⁹ il=
le indicibilis q inest iam de fa
cto aīab⁹ electoꝝ. Et similiter
alius ornat⁹ q inerit corporib⁹
eorūdem electoꝝ post resurre=
ctionem gn̄alem. Ut enī testat
Esa. et post eū Apl's Paulus:
Ocul⁹ nō vidit / nec auris audi
uit / ꝛ ī cor hoīs nō ascēdit q̄ p̄=
parauit deus dilligētib⁹ se. In
cuius figurā legitur. iij. Reg.
x. de regina Saba / ꝙ cum ve=
nisset in Hierusalem / a finibus

terre: audire sapientiam Salomonis: et cum audisset: et cunctam dispositionem domus sue vidisset: obstupuit vehementer: ita vt vltra non haberet spiritum. Applicatio est facilis. De ipsis namque electis scriptum est Esa.xxxiij. quod regem supple Christum in decore suo videbunt: quem supple in presenti ipsi impij Iudei tam turpiter tractauerunt: intantum quod non erat species neque decor in eo: quinimmo reputauerunt eum quasi leprosum et percussum a deo et humiliatum. At vero nunc gloria et honore coronauit eum pater in celo: et constituit eum super opera manuum suarum: cuius executio maxime fiet in die iudicij. Scriptum nempe est Io.v. Pater non iudicat quemque: sed omne iudicium dedit filio. Et iterum ibidem: Dedit ei pater potestatem iudicium facere: quia filius etc.

¶ Anagogice et secundo: per duodecim lapides preciosos qui adherebant rationali pontificis: intelliguntur omnes celesti: qui inuiolabiliter adherebunt Christo pontifici summo in celo. Hi ergo duodecim lapides erunt nouem ordines angelorum: et tres ordines hominum: qui erunt patriarche: prophete: et sancti noui testamenti. Sed quid sunt duo lapides onychini inclusi auro: de quibus paulo ante dictum est. Profecto hi duo lapides preciosi: sunt Christus et Maria. Non enim pertinent ad aliquem predictorum duodecim ordinum: sed sunt supra omnem ordinem. Et de Christo quidem canit ecclesia: dicens: Eleuata est magnificentia tua super celos deus.i. humanitas tua: in qua magnificatus es in mundo per miracula: que ea mediante operatus es. Hec (inquam) magnificentia tua eleuata est super omnes celos: non tam naturales siue materiales: quam spirituales: scilicet angelos et homines. De Christifera autem Maria similiter canit ecclesia in officio assumptionis eiusdem: dicens: Exaltata es sancta dei genitrix super choros angelorum ad celestia regna. Ergo similiter super choros hominum: maxime secundum opinionem eorum: qui tenent homines assumi ad ordines angelorum. Ecce quid sint duo lapides onychini.

¶ Anagogice et tertio: iuxta illud verbum: Fecerunt in rationali catenulas sibi inuicem coherentes etc. per hoc designatur maxima coherentia et concordia: que est inter electos in celesti patria: quam impossibile est aliquando dissolui: adeo vt dicat Grego.lib.iiij.moral.cap.xlij. quod tanta vis amoris in illa pace illos beatos sociat: vt quod in se quisque non accepit: hoc se accepisse in alio exultet. Hinc Chrysost. tractatu de reparatione lapsi: ita ait: Quid hac vita beatius: quid iocundius: vbi non est paupertatis metus: neque egritudinis imbecillitas: nemo ibi ledit aut leditur: nemo irascitur: nemo inuidet: cupiditas nulla ibi exardescit. Hec ille. Ex his ergo sequitur indissolubilis concordia inter electos. Nam ibi omnes homines in maxima concordia inter se viuunt: et similiter homines cum angelis: et e conuerso:

verso: atq3 homines et angeli cum deo.

¶ Anagogice et quarto / per tintinnabula / que gerebat pontifex in extremitate vestis sue qn intrabat in sancta sanctorum / et hoc vt audiretur a populo / intelligūtur ille exultationes dei / que erunt post generalem resurrectionem / in gutture electorū hominū. Tunc enim nō solum mētaliter laudabūt electi dn̄m: verū etiam vocaliter. Nullus enim sane mentis diceret humana corpora esse ociosa in illa celesti patria: quinimo dabunt dn̄o deo voces q̄les nemo vnq̄ audiuit in p̄senti / nec audire potest. Unde tūc de vnoquoq3 electo dici poterit illud Can. ij. Vox tua dulcis / et facies tua decora. Illi ergo qui in presenti sunt deputati ad canendū laudes deo / vt cleri: hoc cū gaudio et spirituali leticia / atq3 diligentia agere debent: q2 iam quodammodo incipiunt vitam et leticiā / quā perpetuo tenebunt: dummodo iubilent et psallant vt expediti in presenti.

¶ Secunda clausula.



Fecerunt et tunicas byssinas opere textili Aaron et filijs ei9 / et mitras cū coronulis suis et bysso: feminalia quoq3 linea byssina / cingulum vero de bysso retorta / hiacintho / purpura / ac vermiculo distinctum arte plumaria sicut preceperat dn̄s Moysi. Fecerunt et laminam sacre venerationis de auro purissimo: scripseruntq3 in ea opere gemmario sanctū domini: et strinxerunt eam cum mitra et vitta hiacinthina / sicut preceperat dominus Moysi.

¶ Historialiter postq̄ in precedenti clausula facta est mentio de preparatione ornamentorum summi pontificis / et que erant illi soli propria: hic cōsequenter describunt ornamēta aliorum sacerdotū: que tn̄ nō erāt eis sic propria quin conuenirent etiam summo pontifici. Et hoc est q in principio presentis clausule dicitur: Fecerūt / supple Beseleel et Ooliab / et tunicas byssinas opere textili Aaron et filijs eius. Ut autē in precedenti clausula dictum est / p̄dicte tunice byssine erāt stricte: vt sacerdotes in ministrando in sancta essent expeditiores. Tali etiā tunica byssina vtebat summus sacerdos / propter eandem rationē. Sed quid est q predicti opifices fecerunt predictas tunicas opere textili. Quid enim intelligitur per opus textile? Textile dicitur a texo. Opus ergo textile est opus quod fit cum arte texendi / sicut patet de panno aut tela.

¶ Circa autem presentē clausulā (more solito) mouētur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū mouet propter illud verbū / et mitras. Queritur ergo quō predicti artifices fecerūt mitras filijs Aaron? Non enim erāt pōtifices / sed solus Aaron. Ad solū aūt pontificē spectat deferre mitrā in capite. Dicendū / q etsi nō liceat nūc simplicib9 sacerdotib9 deferre mitrā i capite:

nō propterea sequit̄ ꝙ nc tūc / quia sacerdotiū fuit aliud et aliud. Preterea ex speciali priuilegio simplex sacerdos hodie potest deferre mitrā in capite. Sic enim audio fieri i ecclesia sancti Ioā. Lugduneñ: quādiu solenniter ibi celebratur missa a canonicis.

¶ Secundū dubium / quid intelligit̄ per coronulas illas de quib⁹ subdit̄ in textu? Ad hoc dicūt aliqui / ꝙ coronule erāt parue corone / q̄ imponebātur capitibus tā Aaron q̄ filiorū eius dū ministrabāt domino. Erant autē huiusmodi coronule super mitras posite. De Lyra aūt dicit / ꝙ erant quidā circuli in mitris illis in parte inferiori / qui hic coronule dicebantur.

¶ Tertiū dubiū est de lamina aurea: de qua querit̄ quale indumētū erat? Ad hoc respondet Richar. de sancto Victore: ꝙ erat supremū indumentū pōtificis / factum in modū medie lune / in qua erat scriptum nomē dñi tetragrāmaton. Et hoc est q̄d dr in litera / ꝙ scripserunt in ipsa lamina sanctū dñi. Ut aūt aliquando dictum est in precedentibus / predictū nomen habuit quatuor literas. Prima fuit Iod / quod sonat principiū. Secūda hei / q̄d iterpretatur vite. Tertia vau / q̄d sonat passiōis. Quarta hei / q̄d interpretatur iste. Et dicit̄ p̄dictū nomen ineffabile / non q̄ non posset fari: aut q̄ illud nō deberet nolari: sed quia rē ineffabile significat / que ex nominib⁹ literarū ꝛ interpretationibus simul iūctis innuit̄ / quod est: Principium vite passionis iste. Et est sensus predictorū quatuor verborū Iste. i. signatus p̄ istū. s. sacerdotē legalem / erit principium vite in Adam perdite. Erit (inquam) principiū vite passionis. i. per passionē: Uel vite. s. acquisite passionis. i. per passionem.

¶ Moraliter et primo: per mitram / q̄ vtebant̄ sacerdotes legis / sicut ꝛ pōtifex: in qua quidem mitra sunt due extremitates / ꝛ quasi duo latera significantur duo que debent esse in quolibet sacerdote: scilicet vite honestas / ꝛ literarū peritia / tam pro sua eruditione / q̄ pro subditoꝝ suorū: (si quos hab3) eruditione. Ecce quid significat mitra. Sed quid est / ꝙ sacerdotes legis euāgelice non deferunt mitras: nisi q̄ deficiūt in duobus precedētibus. Unde magis multis incumbit deferre feminalia / q̄ a femore (secūdū aliquos) vel a femina (secūdū alios) dicūtur / q̄ mitram: q̄ citra iniuriam status clericalis dixerim / audeo dicere ꝙ maior coꝝ pars nec habet vite honestatem / sed scādalosā / nec literarū peritiā: immo magnū esset si inueniretur in eis loquendi congruitas. Hoc igitur attendāt nostri pōtifices / qui tales promouēt: similiter ꝛ eorum officiarij / q̄ tales examinant / ꝛ pro idoneis ipsis pontificibus presentant. Deponant igitur domini sacerdotes ꝛ supra feminalia / ꝛ induant se baltheo ad renes: id est / debita castitate / p̄ decētia status sacerdotalis. Alias eis melius esset nunq̄ assumpsisse

huiusmodi

huiusmodi statum.
¶ Moraliter et secundo: notandũ iuxta illud, mitras cum coronulis suis: per coronulas eterna premia ⁊ coronule celestes intelligũtur, que illic redduntur ꝓ mitris bonorũ operũ que sũt in presenti. In cuius rei signũ in nonnullis ecclesijs cathedralibꝰ ⁊ abbatialibꝰ pendet corona ferrea, aut cuprea in medio chori: vt qui psalmos cantant ibi domino, letãter et ex corde psallant atqꝫ diserte: non cũ festinatione ⁊ verborum precipitatiõe, sicut plerisqꝫ facere solent. Talis enim abusus reprobatur in Clem. rubrica de celebratiõe missarũ. cap. graui. Item vide decretalem que ponitur extra de celebratione miss. cap. dolẽtes. Tales enim non habebũt coronulas in celo: sed penas ĩ inferno, q2 scriptum est Hiere. xlviij. Maledictus homo q̃ facit opus dei fraudulẽter: quedã aũt litera dicit negligẽter.
¶ Moraliter et tertio, iuxta illud verbum: Fecerunt et laminam sacre veneratiõis ⁊c̃. Notandum, ꝙ dicta lamina sacre veneratiõis, sic dicebatur, nõ propter se: sed propter contentum in ea. s. magnũ nomen domini tetragrammaton: de quo dictũ est supra. Pro quo notãdum, ꝙ dominus deꝰ olim habuit nomen sacre veneratiõis: scilicet ꝙ diceretur deus: non quidẽ vsurpatiue, siue abusiue, sicut idola gẽtium: iuxta illud Psal. Omnes dij gentium demonia. Nec etiam solũ participatiue, sicut hões: secũdum illud eiusdẽ Psal. Ego dixi dij estis, ⁊ filij excelsi omnes: sed essẽtialiter, proprie ⁊ perfecte. Pro eodẽ enim capiuntur hec duo noĩa: deꝰ, ⁊ tetragrãmaton. Vtrunqꝫ ergo est nomẽ sacre venerationis, ⁊ hoc ratiõe rei significate: quia nulla alia res est maior aut equalis, quia vt dicit Augu. libro primo de doctrina Christiana, deus (secundum omnes) est illud q̃ melius aliquid non est. Itẽ idem libro primo questionũ noui et veteris testamẽti. q. prima, deꝰ est hoc quod nulla attigit opinio. Ecce igit̃ antiquũ ⁊ primariũ nomẽ dñi, quod vsqꝫ in hodiernũ diẽ perseuerat in populo fideli. Verum ꝙ dei filius ex quo naturã assumpsit hũanã, vocatur Jesus, quod vocatum est ab angelo priusq̃ĩ vtero conciperetur. Nã Luce. j. legitur ꝙ Gabriel dixit virgini Marie: Vocabis nomẽ eiꝰ Jesum. De magnitudine autẽ dicti nominis Jesꝰ, loquẽs apo. Phil. ij. ait: Exaltauit illũ deꝰ pater, supple: ⁊ dedit illi nomẽ quod est super omne nomen. Sed posset hic aliquis dicere: Si nomen Jesu sit super omne nomen: ergo est super hoc nomen tetragrãmaton, et per cõsequens dicta lamina male dicitur lamina sacre venerationis, ratione noĩs dñi tetragrãmaton, qđ in ea cõtinebat̃. Dicẽdũ cõformiter ad glo. iterli. ꝙ illud nomen qđ dedit pater filio, est ꝙ vocetur deꝰ. Et hoc idẽ significatur ꝑ hoc nomen tetragrammaton, quod est nomen quatuor literaꝝ, vt prius declaratum est. Et iterum de hoc statim peramplius dicet̃.

¶ Allegorice ⁊ primo: hic possent multa dici conformiter ad hunc sensum, circa initiũ presentis litere: nisi qꝛ de huiusmodi dictum est supra in pluribus locis.

¶ Allegorice ⁊ secũdo: iuxta illud: Fecerunt ⁊ laminã. Notandum, ꝙ per laminam auream, in qua erat sculptũ sanctum nomen dñi tetragrãmaton.i. quatuor literarũ, que sonant tantũ, ac si diceret̃, Principiũ vite passionis iste: quorũ verborũ sensum require prius in hac clausula, que quidẽ lamina semper erat in fronte põtificis super tiarã.i. mitram, quã gestabat in capite suo, qñ scz officiabat in tabernaculo: vt dictũ est supra.xxviij.ca.huius. Profecto ꝑ predictas quatuor literas aperte prefigurabatur Christi passio. Ipsa nẽpe fuit principium vite gratie, quã perdideramus in Adam. Possumus itaqꝫ dicere, ꝙ Adã ⁊ Christus fuerunt rerum principia, sed varia. Adam quidẽ peccando principium mortis. Unde quamprimum peccauit, dicit ei deꝰ illud Gene.iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es. Ecce principium mortis pro se ⁊ posteris suis. Econtra autẽ Christus, pro omnibus patiendo in cruce, fuit principium vite gratie, ꝓ omnibus sufficienter. Et hoc est quod loquitur Apost. Roma.v. dicens: Cum inimici essemꝰ, reconciliati sumus patri per mortem filij eius. Qꝫ si dicatur, ꝙ huiusmodi reconciliatio fuit per Christi matrẽ, sicut et preuaricatio primitus facta est per Euã, ꝑ quã seducta, seductus est Adam. Propter quod canit ecclesia dicẽs in laudem eiusdem Christifere Marie. Qd Eua tristis abstulit, tu reddis almo germine. Dicendum, ꝙ primum in se verum est, ⁊ similiter secundũ, ad hunc sensum: ꝙ dicta Christifera Maria genuit illũ, per quem plene facta est recõciliatio totius humani generis sufficienter. Ideo dicitur: tu reddis (nõ per te) sed almo germine.i. benedicto filio tuo Christo. Patet ergo, ꝙ Christꝰ (⁊ solus Christꝰ) fuit principiũ vite gratie, quã perdideramꝰ in Adam. Propterea August. de verbis dñi ser.xxxvij. dicit sic: Multos filios dei fecit vnicus filiꝰ dei. Emit sibi fratres sanguine suo, probauit reprobatos, redemit venditos, honorauit iniuriatos, viuificauit occisos. Dubitas ꝙ dabit tibi bona sua, qui dedignatus non est suscipere mala tua? Hec ille. Similit̃ idẽ Augu. in die palmarũ ser.j. dicit sic: Indubitãter credamus, ꝙ ille totũ mundũ redemit, qui plus dedit ꝙ̃ totus valeret mundus. Meritum eñ redempte mercedis dignitas insignis precij supergressa est. Perpende inter hec o homo, ꝗ talẽ ꝓ nobis dedit pecuniã, qualẽ a nobis sit exacturus vsuram. Hec ille.

¶ Allegorice ⁊ tertio. Notandum iuxta predictã verbum, in quo dictum est: Fecerunt et laminã sacre venerationis de auro purissimo ⁊c. ꝙ per dictã laminã quam debebat iugiter

habere pontifex in fronte sup mitram suam: denotatur iugis memoria dominice passionis: quam non solum pontifices: sed et omnis popul9 fidelis debet iugiter habere in memoria. Et non solum in memoria: verum etiam aperte tempore et loco dictam passionem cōfiteri. Et hoc significatur per frontem: que cōmuniter est nuda et non velata. Hinc est q Apoca. vij. dicit de electis et iustis q habent nomen dei scriptū in frōtibus suis. Et idem repetitur vbi supra ca. xxij. Quid enim est q angelus domini pepercit illis viris gementibus: qui habebant signum Thau scriptū in frontibus suis: vt legit Eze. chi. ix. nisi q illis pepercit de9 a morte eterna: qui gemunt peccata sua in presenti: iuxta illud Mat. v. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur: et similiter qui confitentur aperte tempore et loco fidem Christi. Et per oppositum tandem nō parcet dns a predicta morte illis: qui non habent in frontib9 suis signum Thau siue nomen dni tetragrammaton: sed quid est qd in Ezechiele dicit ange lis executorib9 diuine iustitie: vt inciperēt a sanctuario dei? nisi q clerici et religiosi qui non ferunt lamina sacre venerationis siue signum Thau in frontibus suis. i. qui non confitent verbo et opere nomen domini: vbi et quando oportet: nō euadent mortem eternam.

¶ Allegorice et quarto per hoc q nomen dni tetragrāmaton habuit quatuor literas: vt patuit supra: denotabat q in cruce dñi per dictū nomen significata fuerunt quatuor ligna: que fuerūt cedrus: cypressus: palma: oliua. Item per hoc q dicitur: q predictū nomen erat ineffabile et designatur q tanta est virtus et efficacia crucis saluatoris: q nullus (etiam angelus descendens de celo) potest sufficiēter exprimere dictam efficaciam.

¶ Anagogice et primo: iuxta illud: Fecerunt et tunicas byssinas Aaron et filijs eius. Notandū: q per pdictas tunicas intelliguntur corpora electorum omnium: tam patrū q filiorū: que illis restituent in die iudicij: vt premient cū animab9: sicut et in presenti cooperata sunt in merito cū illis: saltim instrumentaliter. Uerum q bona opera principaliter attribuunt ipsis animabus post deū: minus autem principaliter et quasi instrumentaliter corporib9. Et ideo principale et essentiale premiū: qd consistit in contemplatione diuine essentie: debet animab9: iuxta illud Christi verbū Ioan. xvij. Hec est vita eterna: vt cognoscāt te solum verū deū: et quē misisti Iesum Christum. Premiū aūt accidētale et scdarium: qd dabit corporibus: cōsistet in aspectu humanitatis eiusdē Christi: et hoc in parte. Nā dicte tunice nunc quidem viles sunt sed tunc multū gloriose apparebunt. Hoc sic pbat Chrisosto. tractatu de reparatione lapsi per similitudinem pueri regii qui primo traditur alēdus sub tugurio pauperis hominis. Deinde in debita etate honorat in domo paterna:

tema: ita in proposito.
¶ Anagogice ⁊ secundo: No-
tandum iuxta illud, Fecerunt
et mitras cum coronulis suis:
ꝙ electi in celo preter premiũ
essentiale, qd ꝑ mitras intel-
ligitur, habebunt multi ex eis
coronulas.i.paruas coronas,
que in se magne erunt: sed re-
spectu glorie essentialis parue.
He aũt coronule erũt in tripli
ci differentia. Prime erũt ru-
bee, que dabunt martyribus.
Secũde erũt gẽmis ornate, q̃
dabunt doctoribus veritatis.
Tertie erũt albe, q̃ dabũt vir-
ginibus, que fuerunt vere vir-
gines: videlicet mẽte ⁊ corpe.
Beatus ergo qui in celo habe
bit vnã de illis coronulis, sed
beatior qui habebit mitram.
¶ Anagogice et tertio: iuxta
illud, Fecerunt ⁊ laminã sacre
venerationis de auro ⁊c. Notã-
dum, ꝙ illa lamina significat
diuinã essentiã, Quis nõ sit fa-
ctibilis, q̃ ꝓpter sui dignitatẽ
cõparat auro ꝓciosissimo. In
hac lamina olim erat scriptũ
literis aureis hoc nomẽ dñi te
tragrãmaton.i. nomen q̃tuor
literarũ q̃ sonabãt, Principiũ
vite passionis iste: ⁊ hoc scdm
ꝙ dñs ꝓuiderat in sua essentia
futurũ lapsum Ade, ⁊ eodẽ in-
tuitu futurã passionẽ filij sui,
q̃ esset principiũ vite gratie, si-
cut Adã fuerat ꝑ peccatũ suũ
principium mortis spiritualis.
Hec igit lamĩa.i.diuina essen-
tia, potest merito dici lamina
sacre venerationis: vt dr in li-
tera: qr ea habeat in magna
veneratione in terris a iustis
⁊ bonis, nõ tñ tm̃ quantum ab
electis in patria, ⁊ hoc tam ab
angelis, q̃ ab hoĩbus. Et de
sacra veneratiõe q̃rundã ange
lorũ scriptũ est Esa.vi. ꝙ sera-
phin nõ cessabãt dicere die ac
nocte: Sctũs, sctũs, sctũs, dñs
de⁹ omĩps, q̃ erat ⁊c. Et simil
est ratio de ceteris angelis. De
sacra aũt veneratiõe hoĩm re-
gnantiũ in celo habes. Apo-
ca.iiij. vbi dr: ꝙ.xxiiij. seniores
(ꝑ quos intelligũt oẽs hoĩes
electi) ꝓcidebãt ante sedentẽ
in throno, ⁊ adorabãt viuentẽ
in secula seculorũ: ⁊ mittebãt
coronas suas ante thronũ dicẽ
tes: Dign⁹ es dñe deus noster
accipere gloriã ⁊ honorẽ ⁊ vir
tutẽ ⁊c. Ecce in quali ⁊ quãta
veneratione habet diuina es-
sentia in celo: que per laminã
sacre venerationis designat.

¶ Tertia clausula.

Perfectũ est igitur
omne op⁹ taberna-
culi, et tecti testi-
monij: Feceruntq̃
filij Israel cuncta
q̃ preceperat dñs
Moysi, ⁊ obtulerunt taberna-
culũ ⁊ tectũ, ⁊ vniuersã supel-
lectilẽ, annulos, tabulas, ve-
ctes, colũnas, ac bases, operto
riũ de pellib⁹ arietũ rubricatis,
⁊ aliud operimentũ de hiacin-
thinis pellibus, velũ, arcã, ve-
ctes, ꝓpiciatoriũ, mẽsam cum
vasis suis, ⁊ ꝓpositiõis panib⁹:
cãdelabrũ, lucernas, ⁊ vtẽsilia
earũ cũ oleo, altare aureum, ⁊
vnguentũ, ⁊ thimiamata ex aro-
matibus, ⁊ tẽtoriũ in introitu
tabernaculi, altare eneũ, retia
culũ, vectes, ⁊ vasa ei⁹ omnia,
labrũ cũ basi sua: tẽtoria atrij,
et colũnas cũ basibus suis, tẽ-
toriũ in introitu atrij: funicu-
losq̃

losqȝ illius ꝛ paxillos. Nihil ex
vasis defuit: q̄ in ministeriū ta
bernaculi/ꝛ in tectum federis
iussa sunt fieri. Uestes quoqȝ
qbus sacerdotes vtunt in san-
ctuario: Aaron scȝ ꝛ filij eius/
obtulerunt filij Israel: sicut p̄-
ceperat dn̄s. Que postq̄ Moy
ses cuncta vidit completa: be-
nedixit eis.

¶ Historialiter postq̄ in prece
dēti clausula/ similiter ꝛ ĩ alia
p̄cedēti/ egregi⁹ ꝑpheta Moy
ses diffuse locutus est de orna-
mentis pontificalibus ꝛ sacer-
dotalibus: hic cōsequenter lo-
quit de totali cōsummatione ꝛ
perfectione toti⁹ operis taber
naculi/ qd̄ oblatū Moyses be-
nedixit. Et nota/ ꝙ totus text⁹
p̄sentis clausule/ nō est nisi re-
capitulatio quedā eorū q̄ di-
cta sunt supra: q̄ oīa ꝛ singula
populus obtulit Moysi bene-
dicēda. De qbus etiā in parte
habes supra. xxviij. c. Hic igit
text⁹ nō eget expositione lite-
rali/ neqȝ alijs sensibus: nisi vt
obseruem⁹ formam hucusqȝ a
nobis obseruatā/ tā circa Ge-
ne. q̄ circa librū p̄sentē. Circa
tn̄ ipsā literā/ aliqd breuit di-
cem⁹. Dicit g̃ ĩ ipso textu: Per-
fectū ē igit ꝛc̄. Hic g̃ Moyses
agit de ꝑfectiōe oīȝ mādatoꝝ/
et de oblatiōe oīm operatoꝝ ꝛ
ꝑfectorū. Unde subdit quātū
ad corpus tabernaculi/ ꝛ simi-
liter quantū ad cōtenta: Et ob
tulerunt tabernaculū. i. corti-
nas: ꝛ tectū/ supple testimonij/
per qd̄ intelligit operimentū
ipsius tabernaculi/ qd̄ erat de
sagis cilicinis: ꝛ vniuersā supel
lectilē/ supple de quacūqȝ ma-
teria esset. Et subdit: ānulos/
quibus scȝ iungebant cortine:
tabulas/ ex quibus scȝ tento-
ria/ introit⁹ sancti/ ꝛ sancti san
ctorū sustentabant: ac bases/
scȝ columnarū: ꝛ opertoriū de
pellibus arietū/ ꝛ aliud operi-
mentū de hiacithinis pellib⁹:
velū/ diuidens scȝ inter sanctū
ꝛ sanctū sanctoꝝ: arcā/ vectes/
scȝ arche: ꝛ propiciatoriū/ per
qd̄ intelligunt duo cherubim/
dictū ꝑpiciatoriū obūbrātes
vel portātes/ ad minus in festo
propiciatiōis. De cōtentis aūt
infra sancta subdit: mēsam cū
vasis/ ꝛ propositionis panib⁹
ꝛc̄. que plana sunt. Quantum
autem ad atrium/ et contenta
in eo/ subdit: altare eneum/ re-
ticulum: id est/ craticulam in
modum rethis factam: vectes/
scȝ quibus portabatur dictum
altare eneum: ꝛ vasa eius om-
nia: quibus: scilicet in eo mini-
strabatur: Labiū cū basi sua/
tentoria atrij ꝛc̄. que omnia
patent ex precedentibus. Quā
tum autem ad ornatum mini-
strorum subdit: Uectes quoqȝ:
id est/ materiam/ de qua facte
sunt/ secundū aliquos. Non au
tem ipsas vectes: obtulerunt
filij Israel. Qȝ quidam dicunt:
ꝙ de oblatione operum iam fa
ctorum nō legit dn̄s p̄cepisse:
sicut hic subdit/ sicut precepe-
rat dn̄s: sed solū de materia vn
de fierent offerenda. Sed hoc
non cogit: vt dicit de Pal. quo
minus hec oblatio possit intel
ligi de vestibus iam factis:
quia multa fuerunt facta ꝛ di-
cta que non fuerunt scripta/ si-
cut et de operibus Christi le-
gitur Joannis. xxj. Posset e-
tiam dici/ inquit idē de Pal.

ꝙ

q hoc qd hic dr: vcz sicut pcepcrat dns: refert ad oblatiões oim de qb dictu est in ista tota parte: Que postq Moyses cucta vidit expleta / benedixit eis: Et hec est sentetia litere.

¶ Circa hanc literam mouentur aliqua dubia.

¶ Primu igit dubiu mouetur ppt illd vbu qd ht in pncipio psentis litere / vbi dr: Perfectu est igit omne opus tabernaculi. Querit g quo pfectu? Nuquid tande accepit fine? maxime cu dicat Ps. Ois cosummationis vidi fine: Nuquid etia templu Salomonis qd ta curiose z laboriose edificatu fuerat / etia p multos annos / tade destructu fuit p alienos? Dicedu q aliqd dr pfectu tripl'r. Primo qdem pfectione sua / z ad tep. Scdo vero / pfectione nature: qr non ht in se materia puationi admixta: sicut pt de corporib celestib. Tertio aute / pfectione glie / et q est ex speciali bnficio creatoris: z hoc modo corpora electoz post gnale resurrectione erut pfecta. Predictu g tabernaculu fuit tm pfectu / pfectione sua / z no simpl'r. Costat em q materia de qua edificatu est / fuit puationi admixta: z ideo no miru si tade defecit: iuxta pdictu verbu Ps. dicetis: Ois osummationis zc. Hoc modo etia ad tep corpora pmoz paretu fuerut incorruptibilia / vcz tandiu qdiu durauit iustitia originalis i eis. Qua pdita / simul pdiderut sua icorruptione. Un dictu e tuc Ade a dno: Puluis es: z i puluere reuerteris. Gen. iii. Quadiu aut durauit predictum tabernaculum / incertum habeo.

¶ Secudu dubiu mouet ppt illd vbu: Feceruntq filij Israel cuncta zc. Quo illud pot stare cu pcedetib? Dictu est em frequenter / q Beseleel z Ooliab cu adiuctis sibi cooperarijs fecerut dictu tabernaculu. No g ceteri filij Israel illud fecerut / sicut hic dr. Dicedu / q dictus Beseleel / cu alijs coopatorib fecerut immediate ipz tabernaculu cu ptinetijs. Ceteri aut filij Israel fecerut illd mediate / scz ministrado materia necessaria / quousq diceret eis a Moyse q sufficiebat.

¶ Tertiu dubiu mouet ppter illd vltimu vbu psentis clausule: vbi dr q Moyses vides cucta copleta q ad ipm tabernaculu erat necessaria / benedixit eis. Querit g vtru hmoi bndictio referat ad ptinetia ad ipm tabernaculu / z ad pertinetia ad ipm / vel ad ipos offeretes? Dicedu / q vtruq pot dici. Si g detur pmu / qrit quo Moyses bndixit creaturis irratioalib? Dicedu / q pot bndici creaturis irrationalib dupl'r. Primo qde ppt se: z sic no licet. No em sunt capaces bndictiois / sicut neq cuiuscuq alteri qlitatis spualis. Scdo modo ppt aliud / scz ppt deu / ad cui honore applicant: z sic videm multa vtesilia eccle (q applicatur honori diuino) benedici p epz. Potuit ergo fieri q Moyses bndixerit reb insensibilib ptinetib ad ipm tabernaculu. Si vero dicat scdm / scz q ipse Moyses bndixerit ipos filios Israel offeretes / tuc hoc licite potuit facere. Sed tuc qrit qd profi-

pficiebat pp'ro talis bñdictio: Dicēdū ꝑ simile: sicut ꝺ Isaac bñdicente filios suos: vez Jacob ⁊ Esau: vt ꝺi Genes.xxvij. Nā sicut scripsimus sup eplas q̄dragesime: vez sabbato post scdam dñica: antiq̄t⁹ bñdictio pris ad filiū ad hoc ꝑderat: ꝙ de⁹ ꝓpt' merita pr̄is approbabat ⁊ ratū habebat quicquid pr imprecabat ipi filio. Et ꝑ oppositū dicēdum est de maledictione eiusdē. Ille em̄ q̄ homo factus dixit Petro: Quodcūq̄ solueris sup terrā: erit solutū ⁊ in celis. Et q̄dcunq̄ ligaueris sup terrā: erit ligatū ⁊ in celis. Mat.xvi. Ipe idē de⁹ ⁊ dñs dicebat oli sctis pr̄archis: Ecce ego maledicā maledictionib⁹ vestris: ⁊ bñdicā bñdictionib⁹ vr̄is. Malach.ij. ita enim vult Ambro.lib. de benedic. pr̄ar. c.j. Dicit ēt idē Ambro.vbi.s. ꝙ hoc fecit de⁹ ideo vt ꝓuocet pietas filioꝝ ad parētes: honorare ḡ debet fili⁹ patrē suum: vt ab eo benedicatur.

¶ Moralr̄ ⁊.j. iuxta illd̄ ꝑmū ꝟbū p̄ntis clausule: Perfectū est igit̄ ⁊c. notādum ꝙ p̄dictū ꝟbū possum⁹ exponere de pfectione gr̄e. Pro q̄ notandum ꝙ hoīm est q̄druplex differentia. Primi sunt q̄ nunq̄ sunt absq̄ petō: nec quādoq̄ ꝓponūt recedere aut abstinere ab eo. Et tales irremediabilit' vadūt ad infernū: vt sunt infideles: q: q̄ nō credit: iā iudicatus est. Jo. iij. Scdi sunt: q̄ incipiūt bene facere: q̄ ideo dicunt̄ icipiētes: ⁊ tales sunt multi: sicut p̄z de penitētib⁹ aduenietib⁹ diebus sctis paschalib⁹. Tertij sunt ꝓficiētes: ⁊ isti sunt paucioꝛes q̄ p̄cedentes. Multi em̄ ꝑ q̄dragesimā ⁊ pascha lugēt cū Magdalena: q̄ statim post pascha saltāt cū saltatrice filia: scʒ Herodiadis: de q̄ Matt.vj. Tales em̄ ad tēp⁹ credūt: supple fide formata ꝑ charitatē: et in tpe tētationis recedūt. Nā post pascha: immūd⁹ spūs ꝺt illd̄ ꝟbū. Luc.xj. Reuertar in domū meā vnde exiui. Unde sepe fit: vt q̄ ante pascha habebat vnicū tētatorē: habeat post pascha septē: aut forte plures q̄ suis tentationib⁹ superātes pauperem hoiēʒ: intrātes in ꝯsciētiā suā: habitāt ibi. Et tūc fiūt nouissima hoīs illi⁹ peioꝛa p̄oꝛibus. Quarti aūt sunt illi q̄ taliť firmati sunt in sctō ꝓposito ⁊ ope bono: ꝙ nullaten⁹ inde dissoluuntur. Et tales fuerunt Apl'i postq̄ recepūt spm̄scm̄. Actu.ij. De q̄b⁹ loquēs spūssanct⁹ ꝑ os Dauid: ait: Ego confirmaui colūnas ei⁹: scʒ aplos Christi. Postquā ḡ alicui heroico viro fuerit impetrata p̄dicta pfectio: tūc merito dici poterit ꝺ eo p̄dictū ꝟbū: scʒ: Perfectū ē igit̄ om̄e opus tabernaculi.i. humane cōsciētie. Quāuis de valde paucis hoc possit dici.

¶ Moralr̄ ⁊.ij. notandū iuxta illd̄ ꝟbū: Nihil ex vasis defuit q̄ in ministeriū ⁊c. ꝙ ꝑ vasa tabernaculi dñi: itelligi possunt ꝟtutes: q̄ sunt vasa tabernaculi interioꝛis hoīs.i. cōsciētie. Ad ꝯplemētū igit̄ ⁊ totalē pfectionē hui⁹ tabernaculi dñi: q̄d intra nos est: vt inq̄t Paul⁹: nihil de vasis.i. de ꝟtutib⁹: ⁊ p̄cipue ad salutē necessariis d₃ deesse. Et ꝓpterea veri ph̄i ponūt cōnexionē virtutū: adeo ꝙ q̄ vnā habet:

habet / esse ꝟtutꝭ / oēs habeat: ⁊ ꝑ oppositū q̄ vna caret / oībꝰ carere cēseat. De hoc vide bea tū Tho. i. ij. sue. August. etiā (quē pferre merito debuimus) epl'a. xxix. ad Hiero. scribēs / di cit ꝓdictā sententiā: vcȝ ꝙ q̄ hȝ vnā virtutē / oēs hȝ: ⁊ q̄ vnā nō hȝ / nullā hȝ. Hec ille in forma. Similr̄ ⁊ Hiero. iij. pte epl'arū suaꝝ. epl. lxviij. ad Pāmachiū scribēs / dicit sic: quatuor ꝟtu= tes describūt Stoici / ita sibi i= uicem nexas / ⁊ mutuo coherē= tes / vt q̄ vnā nō habuerit / oībꝰ careat: prudentiā / iustitiā / for= titudinē / tēperātiā. Potest tñ vna eminere in vno / ⁊ alia in a= lio. Hec Hiero. Itē Grego. lib. xxij. moral. c. j. ad idē ꝓpositū dicit sic: Unaq̄ꝗ virtꝰ tāto mi nor est / quanto desunt cetere. Nā sepe quosdā pudicos q̄dē vidisse nos contigit / sed nō hu miles. Quosdā vero q̄si humi= les / sed nō misericordes. Quos= dam vero q̄si misericordes / sed nō iustos. Et certū quia nec ca stitas in corde eiꝰ vera est / cui humilitas deest. Nec hūilitas vera est / cui misericordia iūcta nō est: q2 nec humilitas debet dici / que ad cōpassionē frater= ne miserie nescit inclinari: nec misericordia vera est / q̄ a recti= tudine iustitie aliena existit. Una itaq̄ꝫ virtus sine alijs aut ꝑino nulla est / aut ipfecta est. Hec ille. Insuꝑ ⁊ Isido. de sū= mo bono lib. ij. c. xxxvj. specia= liter de humilitate ⁊ charitate loquēs / dicit: ꝙ sine humilita= te ⁊ charitate virtus q̄libet in vitio deputatur. Patet ꝑ intē= tū / vcȝ ꝙ virtutes sunt adinui= cē cōnexe. Alias q̄ credit se ha

bere vnā ꝟtutē / aut plures / nul lam habet si nō habet omnes. Potest tamen talis habere ali q̄d simile ꝟtuti: ⁊ hoc totū est. ¶ Moralr̄ ⁊. iij. iuxta illud vlti mū verbū preced. claus. ⁊ bn̄di xit eis: notandū ꝙ ꝓdictū ꝟbū pōt tripliciter exponi / ꝑȝ ꝙ est triplex bn̄dictio: vcȝ gr̄e ꝑticu laris / gratie vniuersalis / ⁊ gl'ie celestialis: et de q̄libet hic ali= q̄d dicemꝰ ꝑ ordinē. Et primo de bn̄dictiōe gr̄e ꝑticularis / q̄ fit a deo. Et hec bn̄dictio perti net ad sensum moralē. Tunc ꝑ bn̄dicit nobis dn̄s / quoties no bis remittit pctā nr̄a: simul im pertiēdo gratiā suā. Et hoc est quod orabat Psal. ad dn̄m: di cēs: Bn̄dicat nos deꝰ deus no= ster. Ecce primū. Bn̄dicat nos deꝰ. Ecce secūdū. Sed cur po= tius ꝓ obtinēdo primū / scȝ pec catoꝝ remissionem / reperit no= mē dei dicēs: Bn̄dicat nos deꝰ deus noster. Et tamē ꝓ obtinē do gratiā / nō reperit ꝓdictū no mē / sȝ tm̄ semel dicit: Bn̄dicat nos deus? Dicēdū / ꝙ ideo hoc fit: q2 peccata / q̄ ex ꝟtute bn̄di= ctiōis dei ꝯtingit remitti / sunt cōiter plura. Unde dictū est a Christo Magdalene: Remit= tunt̄ tibi pctā. Luc. vij. Gratia aūt q̄ a solo deo effectiue ꝯfer= tur / est vnica: ⁊ non plures. Ūn̄ Ps. Grām ⁊ gloriā dabit dn̄s. Quō etiā gr̄a spūssancti posset esse plures i eodē subiecto / ma xime cū plura accidētia eiusdē speciei nō cōtingat reperiri in eodē subiecto? Sed ad ꝓꝑū ꝓ= positū vnde digressi sumus re= deuntes / de ꝓdicta bn̄dictione gr̄e loquēs diuꝰ August. super Psal. lxvj. dicit / ꝙ cū deꝰ bene= dicit

dicit nos/crescimus. Et similr cū bn̄dicimus dn̄m/ bn̄dictiōe laudis/crescim⁹: et ideo(indt) vtrūq̃ nobis ꝓdest. Nō auget ille bn̄dictiōe nr̄a/ sed nos ipsi augemur: siue cum illū bn̄dicim⁹/ siue cū ab illo bn̄dicimur. De hac igit̄ bn̄dictione diuine grē a deo scribit̄ in Ps̄. de viro iusto/cū dr̄: Ala ei⁹ in vita ipi⁹ bn̄dicet̄. Silr̄ ꝛ illud Gen̄. xlix. Omnipotēs bn̄dicet tibi bn̄dictionib⁹ celi. Et breuit̄ dn̄s videtur dicere oībus iustis ꝛ bonis illud Gen̄. j. Crescite/ꝛ multiplicamini: ꝛ replete terram.

¶ Allegorice ꝛ. j. iuxta illd̄ primū ꝟbū precedētis lr̄e/ vbi dr̄: Perfectū est igit̄ ꝛc̄. notādū ꝙ ꝑ opus tabernaculi pōt intelligi opus mysterij incarnationis filij dei. Hoc aūt opus mirificū ꝓ tāto dr̄ opus tabernaculi: qꝛ idē dei filius qui ab eterno fuerat opus pr̄is ꝑ eternā generationē/ꝛ nō aliās/ tandē factus est op⁹ tabernaculi. i. diue Marie/ ꝑ tēporalē generationē: et hoc mediāte spū sancto in eam descēdentē. Unde Luc. j. dixit ad eā angelus: Spūssanctus in te descēdet Maria/ ꝛ virtus altissimi obūbrabit tibi. De hoc etiā tabernaculo scriptū est in Ps̄. Sāctificauit tabernaculū suū altissimus. Nō qdē sic ꝙ fecerit ipm de non sancto sanctū cōtrarie/ sed potius negatiue. Aut qꝛ fecit ipsum de iam sancto ante conceptionē filij dei/ magis sanctū post dictā conceptionem. Predictū itaq̃ opus diuine incarnationis/ tūc perfectū est/ qn̄ dei fili⁹ non angelus/ sed homo perfect⁹/ in predicto tabernaculo. i. vtero virgineo inuēctus est. Unde Mat. j. Inuēta/est supple Maria/ in vtero habēs de spū sācto. Sed ꝙuis tūc fuerit homo ꝑfect⁹/ non tamē desijt esse deus: quia ꝙuis assumpserit qd̄ non erat/ nō tamē amisit quod erat: sed simul vtrunque suppositaliter coniunxit.

¶ Allegorice et. ij. Possumus idē verbum exponere de opere dominice passionis/ ꝛ mortis. Pro quo notādū/ ꝙ per tabernaculum possumus intelligere Christi corpus sanctissimum. Quia sicut milites vtuntur tabernaculis in bello qbus se ꝓtegūt ab aduersarijs: ita et dei filius imminente sue passionis tēpore abscondit quātū decuit ꝛ oportuit suā diuinitatē intra humanitatē: iuxta qd̄ scriptū est Abac. iij. Ibi abscōdita est fortitudo eius. Et Esa. xlv. Uere tu es deus abscōditus. Hui⁹ itaq̃ tabernaculi opus/ id est/ humana redēptio ꝑfecta est/ et nō ante qn̄ quidē ihc̄ Christus clamauit in cruce/ dicēs: Consummatū est: et inclinato capite/ tradidit spiritum: prout tradunt sacri Euangeliste. Et ꝙuis predictum tabernaculū steterit pro tempore prostratum in sepulchro/ scilicet tēpore tridui: tandē tamen videlicet in die sue iocundissime ascensionis: erectum est honorifice sursum: quia vsq̃ ad dexteram dei patris.

¶ Allegorice et. iij. iuxta illā vltimam clausulā: Que postq̃ Moyses cuncta vidit/ benedixit eis: notandum ꝙ istud possumus referre ad statum legis gratie. Antiquitus enī videns

deus

deus q multa malitia hoiz esset in terra: et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malū oi tpe: maledixit hūane nature: scz maledictione penecidicens: Delebo hoiez (quē creaui) a facie terre: ab hoie vsq ad animantia: a reptili vsq ad volucres celi. Penitet eni me fecisse eos. Gen. vj. At vero tādē misertus misere nature fragilis: et cognoscens figmētū illi⁹: et q2 puluis est: misit bñdictū filium suū in vterū virginis: q attulit secū benedictionē toti mūdo: de q in Ps. Bñdixisti dñe terrā tuā. Modus autē declarat: cū subdit: Auertisti captiuitatē Jacob: remisisti iniquitatē plebis tue: operuisti oīa pctā eorū: vt scz nō vlterius viderentur ad puniendū eternaliter in futuro. Propterea sequitur: Mitigasti omnē irā tuā: auertisti ab ira indignationis tue: Conuerte nos de⁹ salutaris noster. Hec aūt cōuersio facta est per Christū patiētē in cruce: q ppterea dr de⁹ salutaris noster: q2 salutē nostrā operans in medio terre. i. in mōte Caluarie: q est quasi vmbilicus terre habitabilis. De hac igit diuina benedictione legit Luc. xxiiij. in fine q Christus tādem eduxit discipulos suos foras i Bethaniam: et eleuatis manibus suis benedixit eis.

¶ Anagogice et. i. per opus tabernaculi terrestris: intelligit opus tabernaculi illi⁹ celestis: de quo pre admiratione inqrit Ps. a dño dicēs: Dñe qs habitabit in tabernaculo tuo: aut qs requiescet in mōte sācto tuo? Cui respōdet spūssanct⁹ dicēs: Qui ingreditur sine macula: et operat iustitiā et c. Opus autē hmōi tabernaculi fuit qdē imperfectū: sic ita liceat loq: quādo angeli mali ceciderūt de celo: sed indies reparat et pficit per hoc q sic iuste assumuntur: scz opinionē nōnulloz ad ordines angeloz: ad reparandū ruinas eoz. Nec tale opus perficietur ante iudicij diē: vel scz in resurrectione gñali: quādo qdē numerus electoz cōplebit: et tot homines saluabunt: quot angeli mali ceciderūt. Ex q g videm⁹ iudicij diē diu differri: necesse est alterum dicere: aut q pauci hoies saluant: aut q numerus angeloz cadentiū de celo fuerit valde magnus.

¶ Uel aliter et scdo: possumus pdictū vbū exponere de numero electorū hoim in se. Pro q notadū: q ante iudicij diē huiusmodi opus hoim est quodāmodo impfectū: q2 sole anime letant in celis: corporibus putrescētibus in terris. Propter qd dicte anime naturaliter appetētes reuniri suis corporib⁹: clamāt ad dñm dicentes illud Apoca. vj. Usq q dñe sctūs et verus nō iudicas: et nō vidicas sanguinē nostrū de his q habitāt i terra? Ita forte sunt vba multorū martyrū. Sequit: Et date sunt illis singule stole: albe: et dictū est illis: vt requiescerent adhuc tēpus modicū: donec cōpleant cōserui eoz et fratres eoz q interficiēdi sunt sicut et illi. Postq itaq dict⁹ numerus fuerit cōplet⁹: tunc pdictum opus. i. homo pficiet: q2 totus homo saluabitur.

¶ Anagogice et tertio: iuxta illud

illud vltimū verbū: Que postq̄ Moyses cūcta vidit cōpleta: bñdixit eis. Notādū q̄ p̄dictū verbū pōt exponi de benedictione patrie: de qua quasi p̄pherādo Psal. ait: Dñs benedicet pplō suo in pace. i. i celo. Ubi ⁊ solū ibi est pfecta pax/ quā petim⁹/ dicētes: Agn⁹ dei qui ⁊c. dona nobis pacē. Et similiter de quolibet iusto loquitur idē Psal. dicēs: Hic accipiet benedictionē a dño: ⁊ misericordiā a deo salutari suo. Addit aūt ipse Psal. illud secūdū/ ad insinuādū q̄ dñs ex infinita misericordia sua semp p̄miat vltra cōdignū. Sed qñ hic. s. iust⁹ accipiet bñdictionē a dño? Profecto qñ cōpleto iudicio dicet oib⁹ electis illō verbū Mat. xxv. Uenite bñdicti patris mei/ percipite ⁊c. Unde in figurā hui⁹ legit Gen. xxvij. q̄ Isaac benedicēs filiū suum Jacob/ dixit illi: Det tibi de⁹ de rore celi bñdictionē. Ubi p rorē celi/ intelligitur glia celestis/ ad quā puenisset diabol⁹ si nō peccasset. Sed eo peccāte/ data est homini: iuxta illud Psal. Hunc. s. diabolū hūiliat supple dñs: ⁊ hūc. s. hominem exaltat. Et iterū alibi: Judicabit supple dñs in nationib⁹. s. angelorum: q2 de quolibet ordine angelorū aliqui ceciderūt/ vt dicūt nōnulli doctores. Sequitur implebit ruinas/ vz eorūdē angelorū/ ⁊ hoc de hoībus. Unde in figurā hui⁹ dixit Isaac filio suo Esau. Uenit germanus tuus fraudulēter/ ⁊ accepit benedictionem tuā. Pro quo notandū/ q̄ diabolus (ratiōe nature sue) est germanus hoīs: quia ambo filij dei/ per creationē. Iste igitur germanus diaboli (scdm hūc modum) venit fraudulēter q2 iuxta decretū cōsilij diuini inperscrutabilis hoc totū factum est. Nec igit fuit pia fraus: qñ scz homo fuit substitut⁹ in loco angeli. s. in celo. Unde sequitur: ⁊ accepit bñdictionē tuā. Nec igit pia fraus fuit multū proficua ⁊ vtilis hoī humili/ ⁊ dānosa supbo demoni.

¶ Exodi quadragesimo.

¶ Prima clausula.



Locutus est dominu⁹ ad Moysen dicens: Mēse primo/ pria die mensis eriges tabernaculū testimonij: ⁊ pones in eo arcā/ dimittesq̄ ante illā velū/ ⁊ illata mēsa pones sup eā q̄ rite p̄cepta sunt. Cādelabrū stabit cū lucernis suis/ ⁊ altare aureū i q̄ adolet incēsum corā arca testimonij. Tentoriū in introitu tabernaculi testimonij pones/ et ante illō altare holocausti. Labrū inter altare ⁊ tabernaculū q̄d iplebis aq̄. Circūdabisq̄ atriū tentorijs/ ⁊ ingressum eius ⁊c. Fecitque Moyses omnia que p̄ceperat dñs. Igit mēse primo/ anni secūdi/ prima die mēsis/ collocatū est tabernaculū. Erexitq̄ Moyses illud/ ⁊ posuit tabulas ac bases/ ⁊ vectes/ statuitq̄ columnas/ ⁊ expandit tectū sup tabernaculū/ imposito desuper operimento/ sicut dñs imperauerat. Posuit

& testimonii in arca: subditis infra vectibus: & oraculum desup. Cumque intulisset arcam in tabernaculum testimonii: appendit ante eam velum: vt expleret dni iussionem. Posuit & mensam in tabernaculo testimonii ad plagam septentrionalem extra velum: ordinatis coram propositionis panibus: sicut preceperat dns Moysi. Posuit & candelabrum in tabernaculo testimonii e regione mense in parte Australi: locatis per ordinem lucernis: iuxta preceptum dni. Posuit & altare aureum sub tecto testimonii contra velum: & adoleuit sup eo incensum aromatum: sicut iusserat dns Moysi. Posuit & tentorium in introitu tabernaculi testimonii: & altare holocausti in vestibulo testimonii: offerens in eo holocaustum et sacrificia: vt dns imperauerat. Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonii: & altare: implens illud aqua. Lauerunt que in eo Moyses & Aaron ac filii eius manus suas & pedes: cum igrederent tectum federis: ac accederet ad altare: sicut preceperat dns Moysi. Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris: ducto in introitu eius tentorio.

¶ Historialiter postque in precedenti capitulo facta est mentio de factione ornamentorum ministrorum tabernaculi: vz tam Aaron quam filiorum eius. Item de perfectione operis quod oblatum Moyses benedixit: consequenter in vltimo capitulo libri huius de multis fit mentio: & signanter de tribus. Unde primo precepit dns Moysi vt erigatur huiusmodi tabernaculum: dicens ad eum: Mense primo &c. Uel dic: quod prius facta est mentio de constructione & totali perfectione tabernaculi testimonii: hic autem consequenter & finaliter fit mentio de eius erectione. Ubi pmittitur preceptum dni ad Moysen: cum dicit: Locutus est dns ad Moysen: dicens: Mense primo: prima die mensis: eriges tabernaculum. Hoc igit factum est anno scdo incohoante: postque filii Israel exierant de Egypto. s. prima die Aprilis. Nam tunc filii Israel celebrant suum pascha: vt dicit glo. interl. Et hic mensis Aprilis vocat Nisan apud Judeos: siue Hebreos. Explicat etiam Moyses omnium intra districtum tabernaculum collocationem cum ait: Et pones in eo arcam &c. scz intra sancta sanctorum: quod diuidebatur ab alia parte sanctuarii: que dicebat sancta: et hoc mediante velo iter vtrumque. Ideo dr in litera: Dimittesque ante illam: scz arcam: velum. Sequitur: Et illata mensa. i. deposita in sanctuario circa velum: pones sup eum: que rite precepta sunt: scz panes propositionis: et vasa aurea: vt thuribula et hmoi. Candelabrum stabit cum lucernis suis: scz septem: & altare aureum. i. auratum: in quo adoletur incensum: stabit supple similiter coram arca testimonii: sed differenter: quia altare diametraliter: candelabrum autem respiciebat arcam existens iuxta altare a parte australi. Tentorium in introitu tabernaculi testimonii pones quasi pro clausura: & ante illud altare holocausti. Non quidem diametraliter: sed aliquantulum versus austrum: vt patet supra

pra.xxvij. Labrum inter altare, scz holocausti: et tabernaculum: quod quidē labrū implebis aqua: Circundabisq atriū tētorijs: et īgressum eius: sed differēter: vt patet supra. xxxviij. huius.

¶ Deide cū dicit litera: Fecitq Moyses oīa que ꝓceperat dñs. Hic ergo aperte agit de actuali executiōe diuine iussionis facta ꝑ ipsum Moysen. Et primo tāgit tēpus: ꝗ hec facta sunt: cū ait: Igit mēse primo: scz Aprili: anni scdi: scz egressiōis ex Egypto: prima die mē sis collocatū est tabernaculū: scz ꝑ Moysen. Modus aūt declarat: cū subditur: Erexitq Moyses illō: et posuit tabulas .i. in loco debito statuit. Cetera patēt vsq ibi: Posuit et testimoniū .i. vrnā: vgā: et tabulas: vsq ibi: ordinatis corā: supple dño: ꝓpositiōis panib⁹: vt scz essent sex hinc: et sex inde: sicut ꝓceperat dñs: vcz Leui. xxiiij. dicēs: Statues: scz panum senos altrinsec⁹ suꝑ mēsam purissimā corā dño. Cetera patent ex dictis: vsq ibi: Posuit et altare aureū sub tecto testimonij: id est tabernaculi: quod vocabat tabernaculū testimonij: eo ꝙ in eo essent due tabule lapidee: in qb⁹ erant scripta digito dei testimonia .i. precepta diuina: contra velū: qḋ diuidebat sanctū et sanctum sanctorum. Et vt dicit de Lyra: ꝑ hoc quod dicit: cōtra velum: et non intra: patet quod supra dictum est: vcz .xxx. c. scz ꝙ altare incensi quod est idē quod altare aureum: non erat intra sancta sanctorū: sed extra mensam propositionis et cādelabrum: et adoleuit super eo incēsum: scz ipse Moyses: in hoc faciēs officium simplicis sacerdotis: vt statim dicet in solutiōe dubiorum. Cōsequēter agitur de erectione eorū ꝗ erāt extra tabernaculum: vcz in atrio: cū dicitur: Et altare holocausti .i. supper quod offerebātur in holocaustum dño: quod erat in vestibulo: et in atrio: offerens: scz tam ipse Moyses ꝙ frater eius Aaron: et filij eiusdem Aaron: sm opinionē illoꝝ: ꝗ dicunt ꝙ hoc factū est die octaua consecrationis eorū. Et de hoc vide Leuit. ix. Secūdū aūt aliā opinionē: ꝗ dicit ꝙ Aaron et filij eius nōdū erāt cōsecrati: oportet dicere ꝙ ly: offerens: refert ad solū Moysen: et hoc videtur sonare litera ꝗ singulariter et nō pluraliter loqtur. Labrum quoq statuit inter tabernaculū testimonij et altare: scz holocausti: non tamen directe inter vtrūq: sed aliquantulū a latere. Laueruntque in eo &c. scz postꝙ fuerūt cōsecrati. Tunc enim: et nō prius: poterāt accedere intra tabernaculū testimonij. Seqtur: Erexit et atrium .i. cortinas et colūnas: claudētes atriū: ꝑ gyrū tabernaculi. Non tamē equale erat spatiū ipsius atrij i circuitu tabernaculi: qr vt superius dictū est ante ostiū tabernaculi quod erat in parte Orientali spatium atrij habebat .l. cubitos in quadrum. In alijs autem tribus partib⁹ habebat .xx. cubitos latitudinis: excepta spissitudine parietum ipsius: vt dicit de Lyra. Ex quo patet: vt supra patuit:

q atriū nō distabat a taberna culo/quia erat in gyro illius: vt hic dicitur.

¶ Circa hanc literam mouen- tur aliqua dubia.

¶ Primū igitur dubiū: Quare dñs nō pcepit citi9 ipsū taber- naculū erigi: sed voluit vt dif- ferret vsq ad reuolutionē an- ni post exitū filioꝝ Israel de Egypto? Dicēdū/q ideo vt suc cessu tpis ppararent necessa- ria ad illi9 cōstructionē/ q non potuerūt cito pparari: tū etiā qz cito aduersarij eorū cepert bellare cōtra eos: tū etiā quia multā reꝝ secūdaꝝ turbationē/ psertim in nouitate ingressus deserti ppessi sūt. Et ideo op9 fuit aliqua mora ab egressu de Egypto/ vsq ad constructio- nem et erectionē tabernaculi/ vt cūcta commodius fierent.

¶ Scdȝ dubiū: Cur tā cito vo luit dñs vt fieret sibi taberna culū/ qd posset erigi sursū pri- ma die mēsis primi. s. Aprilis anni secūdi a pdicta egressiōe de Egypto? Dicēdum/ q dñs optie nouerat q ppls ille He- breoꝝ ex lōga cohabitatione cū pplo terre Egypti didice- rat opa eoꝝ/ z p magna parte seruierat sculptilib9 eorū. In- sup z multi Egyptij qui proni erant ad idololatriā ascende- rāt cū eis de terra Egypti/ vi- sis signis mirabilib9 q fecerat dñs p seruū suū Moysen: qui quidē Egyptij suo malo exem plo trahebāt corda dictorum Hebreoꝝ ad idololatriā. ideo ad obuiandū huic ac tāto ma- lo/ voluit dñs vt qz cito oppor- tunitas data est post egressum de Egypto/ fieret dictū taber- naculū atq erigeret/ vt ad ip- sum recurreret populus vene- rationis causa / omissa omni idololatria.

¶ Tertiū dubiū mouet ppter illud verbū. Erexitq Moyses illud. s. tabernaculū / z posuit tabulas zc. Querit ergo quō solus Moyses potuit taberna culū erigere/ z facere cetera q ad ipsius erectionē ptinebāt. Dicendū/ q nō erexit illud ma nu ppria z p se: sed p eos qui ipsum cōstruxerāt/ vȝ Beseleel z Ooliab / cū multis aliis co- operatorib9. Predicta tñ ere- ctio ascribit soli Moysi/ tanq principali architectori condu- ctori/ z hmōi. Erexit ergo illō nō in ppria: sed p ministros si- bi a dño datos vt ita facerent.

¶ Quartū dubiū oritur circa illō verbū: Pones in eo arcā: dimittesq ante eā velū. Queri tur ergo cur nō fit hic mentio de ppiciatorio/ z duob9 cheru bim. Ad hoc dicit dñs Petr9 de Pal. q p arcā illa duo itel- ligunt. Nā ppiciatorium sta- bat supra arcā ad mensurā op- culi arce in lōgū z latū. Pro- pter qd qdā (licet male) dixe- runt ipsam arcā aliud opculū nō habuisse. Cherubim autem ibi fuit quasi ad obūbrādum vtrūq. Insup scriptura tacet de istis cherubim ppter peri- culum idololatrie.

¶ Quintū dubiū mouet ppt illud qd habet versus finem psentis clausule: in q dr/ Laue rūtq i eo zc. Videt q ista lo- tio nō hic/ sed pri9 debuerit po ni. s. ante immolationē vel sa- crificiū qd prius factum est: vt notat sub illis verbis/ Posuit

et altare aureū: i adoleuit sup
eo incensum aromatū. Ratio-
nabiliter eni lotio manuū de-
bet p̄cedere immolationē sa-
crificij. Dicendū: q̄ etiā ita fa
ctū est in pposito: licet talis
lotio narret facta post immo-
lationē: ita enim sepe fit in sa-
cra scriptura.

¶ Sextū dubiū est tale: Moy
ses non erat dei sacerdos: Cur
ergo de eo hic dr: q̄ lauit ma
nus suas τ pedes cū fratre suo
Aaron: atq; filijs ei᷒: qñ de-
buit accedere ad altare vt im-
molaret dño. Ex quo eni non
erat sacerdos: illi nō incumbe-
bat ad altare accedere. Dicē-
dū: q̄ etsi non fuerit sacerdos
ordine: fuit tamē sacerdos offi
cio: qz obtulit sacrificiū dño.
Itē orauit p populo. Silr cō-
secrauit tabernaculū: τ Aarō
fecit summū sacerdotē: atq; fi-
lios ei᷒ sacerdotes. Propter q̄
Psal. vocat eū sacerdotem di-
cens: Moyses et Aaron in sa-
cerdotibus eius.

¶ Septimū dubiū: Quātū tē-
poris decursum est i totali cō-
structiōe tabernaculi: vsq; ad
illi᷒ erectionem? Ad hoc dicit
Josephus: q̄ in septē mēsibus
hoc factū est. OIne (inquit) tē-
pus ad opus faciēdū trāsijt in
mensib᷒ septē: ex q̄ filij Israel
Egyptū reliquerūt. Hec ille.

¶ Moralr̄ τ p̄mo: Notandum
p̄mo: q̄ q̄uis superi᷒ dictū sit
de singulis ptib᷒ tabernaculi
scd̄m quadruplicē sensū: quē
vtcūq; psequimur in hoc opere:
nihilomin᷒ qz de ipsi᷒ erectio-
ne hic agit: ideo ɔgruit satis vt
morē gerēdo p̄dictis: dictū q̄-
druplicē sensū psequamur. Dicto
igit de sensu lrāli: incipiamus
dicere de sēsu morali. Prio igi
tur moralr̄ notādū: scd̄m magi
strū Nico. de Lyra: q̄ p hoc ta
bernaculū dñi cōuenienter pōt
intelligi aīa fidelis: vt sepe dixi
mus. Nā i ea dñs inhabitat p
grām: iuxta illō Apoc. xxj. Ec-
ce tabernaculū dei cū hoībus:
τ habitabit τc̄. Hoc aūt taber
naculū sursū erigit: cū hō inci-
pit habere spē bonoꝝ celestiū
ex meritis τ grā ꝓueniēte: et
figit seu stabilit p firmā fidem
eoꝝ: vt docet scta mater eccle
sia: dilatat aūt p charitatē dei
τ ꝓximi. Hec aūt fiūt p̄mo mē
se p̄ma die mēsis. i. i initio vi-
te p̄sentis: τ hoc q̄tū ad pue-
ros baptizatos: scd̄m habitus
dictaꝝ virtutū q̄ dant diuini-
tus i baptismo. act᷒ vero earū
tūc apparēt: qñ incipiūt habe-
re vsū ratiōis: vt sic cū grā ope
ret liberū arbitriū ad cōsecu-
tionē vere beatitudinis.

¶ Moralr̄ τ scd̄o: τ satis ɔfor
miter ad p̄cedētē expositionē:
tabernaculū dei: ē hō iust᷒. In
q̄ q̄dē tabernaculo ē archa ꝓ-
fūde hūilitatis: ppiciatoriū
pietatis: altare incēsi deuote
orōnis: de q̄ Psal. ait ad dñm:
Dirigat orō mea sicut incēsū i
cōspectu tuo: ibi etiā sunt che-
rubin ɔtēplationis: cādelabrū
discretionis: mēsa fraterne cō
passionis: lauatoriū cōtritiōis
de q̄ in Psal. Lauabo p singu-
las noctes lectū meū: atriū ho
spitalitatis: colūne ɔstantie τc̄.

¶ Moralr̄ τ tertio: iuxta illud
vbū: Mēse p̄mo. s. scd̄i ānī: pri
ma die mēsis τc̄. vt postea dr:
Notādū: q̄ hō cōiter hz duos
ānos. Prim᷒ ē i q̄ viuit sub pec

 cato

cato: et iste annus aliquando comprehendit plures annos usuales: aliquando pro pauciores secundum quod contingit hominem diutius aut breuius stare sub peccato. Et durante tali tempore tabernaculum interius. i. humana conscientia non erigitur: sed prostratum miserabiliter iacet in fecibus peccatorum suorum. Et talis annus non debet computari inter annos hominis. Secundus autem annus hominis est illud tempus in quo viuit vita gratie. Cuius prima dies est illud instans in quo infunditur primo gratia in humana anima: et tunc erigitur sursum per spem predictum tabernaculum: quod antea fuerat prostratum per culpam: vt dictum est. Sed quid est quod Moyses tot et tanta posuit in tabernaculo legis: quando primo erectum est. Pro fecto hec omnia designant virtutes et dona atque cetera bona spiritualia: que dominus ponit per infusionem in anima in principio huius secundi anni. Tacco de meritis prius perditis: que tunc restituuntur etc.

¶ Moraliter et quarto: iuxta idem notandum quod quilibet homo habet communiter duos annos. Primus comprehendit totum illud tempus quod currit a natiuitate illius: quousque incipiat primo attingere annos discretionis. Hoc autem tempus in aliquibus est breuius: in aliquibus autem prolixius. In hoc igitur primo anno non erigitur tabernaculum hominis: propter defectum rationis: vnde quantum ad hoc non differt paruulus a pecude. s. quantum ad meritum vel demeritum. Secundus autem annus hominis comprehendit totam illius discretionem. Et tunc in prima die primi mensis huius secundi anni debet homo sursum erigere tabernaculum suum quia secundum sacros doctores tunc primum debet recognoscere suum authorem: et se et sua in eum referre: quia ad hoc sufficienter illustratur a deo: dummodo faciat quod in se est. Quod si non faciat quod in se est: perditio illius ex eo est.

¶ Moraliter et quinto: per descriptionem tabernaculi quod resultabat ex multis partibus prout tangitur in littera: designatur quod tabernaculum spirituale: quod est iustus: resultat et consurgit ex multis virtutibus et gratijs: quarum si vna saltem ad salutem necessaria defuerit: incipit ruere: quia bonum consistit ex integra causa: malum autem ex singularibus defectibus: vt dicit Dionysius. Da exemplum in rebus naturalibus: vt de muliere pulchra: que non iudicatur simpliciter pulchra nisi habeat omnia et singula que ad pulchritudinem corporalem perficit. Quod si aliquid desit: tunc solet dici de ea quod esset pulchra nisi haberet talem vel talem defectum. Unde in figura huius legitur Gen. xxix. quod Lya filia Labani hunc defectum habebat quod lippis erat oculis: quamuis in reliquis esset pulchra. Et ideo minus placuit in oculis Iacob: sed prelegit Rachel in vxorem: que erat decora facie: et venusto aspectu. Applicatio est facilis.

¶ Moraliter et sexto: iuxta illud verbum quod habetur versus finem presentis clausule: vbi dicitur: Lauerunt in eo. s. labro: Moyses et Aaron etc. Notandum quod per huiusmodi labrum siue lauibium: quod idem est: in quo Moyses et ceteri lauerunt manus suas et pedes: cum accederent ad altare sacrificaturi domino: designatur sacramentum confessionis: in quo dum sacerdos: qui per Moysen aut Aaron designatur: debet lauare manus et pedes. i. peccata cordis et operis: et maxime si recognoscat se conscium: et hoc totiens quotiens proponit offerre domino sacrificium

ficiū altaris / et stāte cōsciētia de mortali. Siliter idē facturi sūt filij eius .i. parochiani i paschate / quū cōicaturi sūt. Alias quicūqz māducat et bibit ipm sacrm: iudiciū sibi māducat et bibit: vt dr .j. Cori. xj. Ita eciā pcipit extra de pe. et re.c. ōis vtriusqz sexus. Et de hoc figurā hēmus Gen. xviij. i tribus āgelis / qui apparuerūt Abrahe i specie hūana / quibus primū lauit pedes: et postea posuit corā eis buccellā panis. Similiter et xp̄s (scdm aliqs) primū lauit pedes discipulorū suorū i cena: et postea prebuit eis venerabile corpus suū. Sed proh dolor de multis falsis xp̄ianis pōt dici illud qd īproperabāt Judei discipulis xp̄i Mat. xv. dicētes: Nō lauāt manus suas / cū panē māducāt. Qr multi aut nō ɔfitent cū panē sacrālē manducāt: aut si ɔfitent / nō tn̄ vere et integre.

¶ Allegorice et primo sumitur illud: Mēse primo et c̄. Notādū cōformiter ad glo. ord. qr pr̄sēs mūdus cōprehēdit tm̄ mō duo tpa / siue duos ānos. Primus annus ē illud tp̄s qd precessit xp̄i icarnationē. Scds aūt ē tp̄s qd currit post dictā icarnationē vsqz ad ɔsūmationē sctī. Et de hoc anno scdo dr i Psal. Bn̄dices corōe āni benignitatis tue .i. dici natalis tui. Uñ ab illo die aliq incipiūt ɔputatiōes annorū. Huius igit scdi āni / vt totalr obmittamus loq de primo āno: mensis primus fuit initiū vite xp̄i: et tunc erectū ē tabernaculū sursū / per qd itelligit ipsemet Christus / qui bn̄ dr tūc fuisse erectus sursū: qr qūuis scdm portionē inferiorē hitaret i terris / tāqz passibilis et mortalis / scdz tn̄ portionē supiorē erat erectus sursū .s. vsqz ad fruitionē diuine essētie. Per ea aūt q describūtur fuisse intra tabernaculū / itelligūtur virtutes dona et vniuersa merita / q cū totali plenitudie fuerūt i ipo xp̄o scdz qd hō: qr vt dr Col. ij. Ipse ē in q sūt oēs thesauri sapiētie et sciētie dei abscōditi. Conueniēter etiā dr pdictū tabernaculū fuisse erectū mēse primo. Pro q notādū: qr mēsis dr defectus. Et qr qūprimū xp̄s icarnatus est / assūpsit naturā hūanā cū defectibus suis specificis: qui sūt fames / sitis / frigus et hmōi. Ideo mēse primo āni scdi facta ē dicta icarnatio: qr .xxv. Aprilis / q olim erat primus mēsis āni (saltē scdz Judeos) missus ē Gabriel a deo ad vginē. Luce .j.

¶ Allego. et scdo / itā erectionē tabernacli possumus referre ad dn̄icā passionē. Nā quādiu xp̄s (q fuit verū tabernaculū dei prīa) vixit in mūdo isto / hmōi tabernaculū iacebat i feris. At vo postqz suspēsus ē i cruce / fuit erectū supius. Sic eciā prefiguratū fuerat Nūeri .xxj. i serpente eneo sursū p Moysē eleuato. Ad quē aspiciētes q a vis serpētibus venenosis pcussi fuerāt / ɔtinuo sanabātur. Per qd significabatur / qr ōis pctōr respiciēs in xp̄m p fidē et firmā spē / deberet sanari a morsu venenoso serpētis ifernalis. Iterū pdictū tabernaculū postqz fuit talr erectū i cruce i mōte caluarie et hoc vt ab oibus videretur: iterū fuit ɔstratū i terrā: qū qdē deposito xp̄i corpore mortuo de cruce / reclinatū fuit in sepulchro p Nicodemum / et Joseph ab Arimathia. Sed iterū erectū ē / qū eo resurgēte / et in celū ascēdente / sedet ad dexterā dei patris.

¶ Allegorice & tertio illud pos sunt exponere de ecclesia militante. Nam sicut tabernaculum Moysi in primo anno preparatum fuit: quod ad singulas pres illius & quadragesimo primum incepit anno secundo erectum fuit, deo ita precipiente: ita & ecclesia catholica tunc dolabatur et disponebatur in quantum mysteria synagoge agebantur: dicente Apo. j. Corin. x. quod omnia in figuris contingebant illis, scz antiquis patribus. Tunc vero dictum tabernaculum ecclesie erectum est sursum: quando Christus in cruce pendens, dixit illud verbum: Consummatum est: scz vetus testamentum quantum scz ad figuras & prophetias, quod de ipso erant scripte, & amodo supple incipiet regere & erigi tabernaculum ecclesie catholice. De hoc autem tabernaculo dicitur in Psal. Sctificauit tabernaculum suum altissimus. Sed quomodo ipsum sctificauit? Certe medio sacramentorum eius, que fluxerunt de latere ipsius Christi dormientis in cruce: sicut Eua formata est de latere Ade, cum posuisset dominus soporem in Adam. Unde in figuram huius cum Longinus percussisset latus eius lancea sua, illico exiuit sanguis & aqua: vt testantur sacri euangeliste. Sed quid est, quod dictum tabernaculum Moysi fuit erectum prima die mensis anni secundi, ab exitu de Egypto: nisi quod quadragesimo primum natus est Christus, tabernaculum ecclesie sic cepit erigi? & hoc in pastoribus venientibus ad orare paruulum natum in Bethlehem ipsamet die natiuitatis dominice. Postmodum autem in tribus regibus, qui viderunt stellam eius in Oriente, scz eodem die, sicut prius: & ideo venerunt adorare eum Mat. ij. Ecce quomodo tabernaculum ecclesie militantis paulatim cepit erigi sursum per fidem cepit. At vero heretici, vt Lutherani & similes, volunt & quantum possunt nituntur predictum tabernaculum ecclesie deijcere ab altitudine, in qua posuit id dominus: sed quamuis nauis Petri iactetur ventis & fluctibus, non tamen demergetur Christo eam conseruante, quamdiu sibi placuerit (& vtinam cito) ipse imperabit ventis & tempestati, & obedient ei.

¶ Allegorice & quarto, per illa que leguntur fuisse reposita intra tabernaculum, siue etiam extra, vt pote in atrio, quod adiacebat eidem tabernaculo, intelliguntur statuta & communes ordinationes siue traditiones tabernaculi ecclesie: quarum quedam intimius pertinent ad dictum tabernaculum: vt sunt sacramenta ecclesie: alie vero minus intime: vt sunt illa que vocantur sacramentalia, & tamen illa oportet obseruare, & ista non omittere. Quod est contra predictos hereticos Lutheranos, impingentes in ipsa sacramenta ecclesie, & similiter in illa que sacramentalia nuncupantur: ita vt pro derisu habeant talia. Sed confido, quod dominus iustus concidet ceruices peccatorum, i. nephandorum Lutheranorum.

¶ Allegorice & quinto, omissis multis intermedijs, de quibus superius in suis locis dictum est. Notandum iuxta illud verbum quod habetur versus finem, vbi dicitur: Labrum (siue labium) quoque statuit Moyses, supple inter tabernaculum & altare &c. Notandum quod per labrum intelliguntur domini sacerdotes, & quicunque ecclesiastici, qui sunt labrum totius ecclesie: quod quidem labrum debet orare pro reliquo populo: quia medij positi sunt inter dictum tabernaculum, i. populum


pulū ⁊ altare.i.Christū:q̄ p al-
tare designat. Unn̄ Johel.ij.dr:
Inter vestibulū ⁊ altare plora
būt sacerdotes ministri dn̄i di
centes: Parce dn̄e parce ppl'o
tuo ⁊c. Simil'r.j.q.j. ipsi sacer-
dotes. Alexāder papa sic ait:
Ipsi sacerdotes ꝓ ppl'o inter-
pellāt: ⁊ pctā ppl'i comedūt.i.
oblata ꝓ pctis: vt dicit glo. vl'
vt dr eadē glo. dicūt pctā ppl'i
comedere: q2 ea delēt suis oro
nib9. Ecce quomō dicta labra
debēt stare inter tabernaculū
⁊ altare. Caueāt ḡ dicti sacer-
dotes ne habeāt labra pollu-
ta ⁊ immūda: q2 tunc nō essent
debiti et boni mediatores: q2
vt dr Grego.⁊ ponit.iij.q.vij.
in grauibus. Cū is q̄ displicet
ad intercedendū mittit: irati
animus ad deteriora ꝓuocat.
¶ Allegorice ⁊ sexto: iuxta il-
lud vltimū ꝟbū pn̄tis clausule:
vbi dr: Lauerūtq3 Moyses ⁊c.
Notandū: q̄ p altare ad qd ac
cedētes Moyses: Aarō: ⁊ filij
ei9: debebāt lauare man9 ⁊ pe
des: intelligit celū: ad qd q̄dē
altare finaliter intrare volētes
debēt lauare cōscientias suas
in labro ꝟe cōfessionis: q2 scri-
ptū est Mat.v. Bti mūdo cor-
de: q̄m ipi deū videbūt. Sicut
eīn oculus corporalis non po-
test obiectum clare videre: nisi
fuerit mūdus ⁊ pur9: ita nec o-
culus cordis: potest deū vide-
re in patria beatifice: nisi fue-
rit mundū a pctō. Propterea
cū propheta Dauid q̄siuisset a
dn̄o dicens: Dn̄e q̄s habitabit
in tabernaculo tuo? Respōdit
illi dn̄s dicēs: Qui ingredit sine
macula: ⁊ opat iustitiā ⁊c. Qui
facit hec: nō mouebit i eternū.

¶ Anagogice et p̄io: erectio
tabernaculi sursum: designat
erectionē anime deuote in ce-
lum. Nā Moyses.i. de9 ipsam
tandē illic erigit: ⁊ oleo perpe
tue cōsolationis inungit: vt in
figura tangitur in litera de ta
bernaculo materiali. Unde de
hoc in Psal. dr: In sole.i.in vi
siōe diuine essētie: posuit dn̄s
tabernaculū suū.i. animā de-
uotā. Igit hmōi tabernaculo
adiungit altare.i. Christ9. Itē
arca.i beata ꝟgo: cherubin.i.
angeli: ꝓpiciatoriū.i. dei mise
ratio: candelabrū.i. dei cogni
tio: mēsa.i. beata fruitio: laua-
toriū.i. perpetua refrigeratio:
altare cū igne.i. feruēs dei di-
lectio: tētoriū seu atriū.i. eter-
na mansio seu habitatio. Hec
frater Pet. Berchoriē. in fine
moralitatū suarū sup Exodū.
¶ Anagogice ⁊ secūdo: iuxta
illd: Mense primo ⁊c. Notādū
q̄ sicut anno primo post egres
sum de Egypto dn̄s voluit vt
ꝑpararent cūcta necessaria ad
constructionē tēpli: qd postea
anno secūdo: prima die mēsis
eiusdē anni erectū est sursum:
ita etiā ex diuina ordinatione
homo iust9 habet duos ānos:
⁊ nō plures. Primus est annus
vite presentis: q̄ est tēporalis
⁊ fluxibilis. Secūdus vero est
annus alteri9 vite: q̄ est annus
eternitatis: q̄ nō fluit: sed sem-
per manet in eodē statu. Et de
hoc anno dr in Psal. ad dn̄m:
Benedices corone anni beni-
gnitatis tue. Corona aūt hui9
anni initiū est felicitatis eter-
ne: de qua corona dr dn̄s om-
nibus beatificādis illud Mat.
xxv. Uenite benedicti patris
mei

mel possidere regnū rc. Bene etiā appellat ann⁹ benignitatis. In presenti nēpe frequēter dn̄s ostendit se rigidū & durū circa p̄destinatos ad vitā eternam: iuxta illud Psal. Ostendisti populo tuo dura. In futura autē vita ecōtra ostendet se mirabiliter benignū. Nā tūc ipsi electi poterunt dicere illō verbum Apo. Titū. iij. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei: nō ex operib⁹ iustitie que fecim⁹ nos: sed secundū suā mīam saluos nos fecit. Tabernaculū aūt q̄d in secundo anno mense primo / die prima mensis erexit Moyses / possum⁹ referre ad corpus cuiuslibet electi: q̄d i resurrectione generali eriget dn̄s in celū: vt simul glorificet cum anima. In primo nēpe anno ab egressu populi de Egypto .i. postq̄ anima fidelis egressa est de corpore: erigitur in ipsum celum. Sed corpus nō nisi anno scd̄o inchoante .i. generali resurrectione. Nā tunc corp⁹ humanū q̄d nunc seminat in corruptione: surget in incorruptiōe. Seminatur i ignobilitate / surget in gloria: seminat in infirmitate: surget in virtute: seminatur corpus animale: surget corpus spirituale. Hec Apost. i. Cori. xv. Per hoc autē q̄ tot partes applicate sunt ad cōsummationem & perfectionē tabernaculi: vt dr̄ in litera / ostenditur q̄ oēs & singule partes / que sunt de perfectione humani corporis: tunc reparabūtur etiā vsq̄ ad capillos / qui conferunt ad decorē hominis. Unde Christ⁹ Luce. xxj. ait: Capillus de capite vestro non peribit.

¶ Anagogice & tertio: iuxta illud verbū / Lauerunt rc. Huic sensui potest applicari q̄d dictum est prius sub sensu allegoricali. vj. loco.

¶ Secunda clausula.



T assūpto vnctionis oleo. Unges tabernaculum cū vasis suis: vt sanctificet altare holocausti: et oīa vasa eius: labrū cū basi sua. Oia vnctionis oleo consecrabis: vt sint sancta sanctorū. Applicabisq̄ Aaron & filios ei⁹ ad fores tabernaculi testimonij / et lotis aqua indues sanctis vestib⁹: vt ministrēt mihi / et vnctio eorū in sacerdotiū sempiternū p̄ficiat. Fecitq̄ Moyses omīa que preceperat dominus.

¶ Historialiter postq̄ in p̄cedenti clausula descripta est erectio tabernaculi testimonij cum pertinentijs ad ipsum: hic cōsequenter p̄cipit dn̄s seruo suo Moysi: vt vngat dictū tabernaculū / postq̄ erectū est / & omnia ad ipsum spectātia. Dixit ḡ ei dn̄s / tanq̄ principali: Et assumpto vnctionis oleo. Sic aūt loquitur ad differentiā olei simplicis / q̄d cedit ad humanos vsus siue lāpadarū: Unges tabernaculū cū vasis suis: sed nunqd etiā fuit vnctū atriū? Ad hoc dicet sub primo dubio. Qr ergo posset videri p̄dicta vasa atrij tanq̄ min⁹ dignaq̄ vasa tabernaculi nō debere consecrari oleo scō: ideo ad hoc remouendū subdit dn̄s

rr

vt sanctificet altare holocau-
sti/ qd supple erat intra atriū:
& omnia vasa eius.i. vtensilia:
labrū cum basi sua. Omnia vn-
ctionis oleo cōsecrabis: vt sint
sancta sanctorū .i. de numero
sanctoꝝ: vel sancta.i. de mini-
sterio sanctorum ministrorum.
¶ Postꝙ ergo facta est mētio
de sanctificatione tabernaculi
& atrij/ atqꝫ vasorū eoꝝ: hic cō
sequenter fit mentio de sancti-
ficatione ministrorū ipsius ta-
bernaculi: cū dicitur/ Applica
bisqꝫ Aaron/ scꝫ tanꝙ summū
sacerdotē futurū: & filios eius/
tanꝙ minores sacerdotes: ad
fores tabernaculi testimonij.i.
coram dño. Non ergo cōsecra-
ti sunt intra tabernaculū/ sed
in foribus eius: et lotos aqua
indues sanctis vestibus: vt mi-
nistrent mihi/ scꝫ in tabernacu
lo decentius. Non ergo nudo
corpore vult sibi dñs ministra
ri: sicut dij gentium/ sed coo-
perto corpore/ etiā decenter:
& vnctio eorū in sacerdotium
sempiternum ꝓficiat.i. cedat.
¶ Circa hanc clausulam mo-
uentur aliqua dubia.
¶ Primum igitur dubiū/ vtrū
atriū cū vasis suis fuerit cōse-
cratū scō oleo/ sicut & taber-
naculum? Uidetur ꝙ nō: quia
de hoc nulla fit mentio in lite-
ra presenti. Item atrium erga
tabernaculum se habebat/ si-
cut porticus eccřie erga ipsam
ecclesiam: sed consecrata ec-
clesia non propterea consecra
tur porticus illius. Igitur. Di-
cendum: ꝙ licet hic nō fiat ex-
pressa mentio de consecratio-
ne atrij/ tamē subintelligitur.
Nam sub nomine tabernaculi/
quod hic large capitur/ com-
prehenditur etiā ipsum atriū:
alias ipse Moyses omisisset lo
qui de cōsecratione ipsi⁹ atrij/
atqꝫ vasorū eius: qd nō est cre
dendū. Unde inter vasa ei⁹ fit
hic expressa mētio/ de cōsecra-
tione altaris holocausti/ sup qd
immolabāt hostie/ qd erat in-
tra atriū. De reliqs autē vasis
ipsi⁹ atrij similis est ratio/ simi
liter & de toto atrio. Qd aūt di
ctū est de porticu ecclie/ omis-
sa cōparatiōe dicim⁹ ꝙ nunꝙ
aut raro consecrat ecclesia ab
episcopo/ qn cōsecret ab eodē
simul porticus ecclesie/ etiam
& totum cimiteriū. Et ideo pre
dicta similitudo magis facit
ad ꝓpositū/ ꝙ ad oppositum.
¶ Secundū dubiū: Utrū dñs
cōuenienter mādauerit ꝑdicta
cōsecrari. Uidet ꝙ non. Erant
em̄ corpora inanimata. Cōse-
cratio aūt exterior est signum
scītatis interioris/ cui⁹ sola in
tellectualis substātia est subie-
ctū. Igit. Ad hoc dicēdū ꝙ ꝑ
dicte cōsecratiōis causa litera
lis nō fuit scītas iterior istoꝝ
corpaliū: sꝫ vt haberēt i maio-
ri honore ac reuerētia a ꝑplo/
& ꝑ cōseques diuin⁹ cult⁹ (cui
applicabantur) inde augeret.
¶ Tertiū dubiū mouet iuxta
illud: Et vnctio illius in sacer-
dotiū sempiternū ꝓficiat. Que
rit g de veritate illi⁹ ꝟbi/ ma-
xime cū videam⁹ sacerdotiū le
gale iam defecisse. Dicendū vt
sepe in ꝑcedentib⁹ dictū est/ ꝑ
simile/ ꝙ sacerdotiū legale nō
fuit i se sempiternū: sed qr erat
impositū & datū sine finis de-
terminatiōe. Nō enim dixerat
dñs/ ꝙtū deberet durare. Itē
fuit

fuit sempiternū .i. vsq ad finē
secli duraturū i suo signato. Si=
gnificabat eni sacerdotiū grē/
sicut figura illi9. Hmōi aūt sa=
cerdotiū grē durabit in sempi=
ternū .i. vsq ad finē mūdi. Vn̄ i
Psal. Tu es sacerdos i eternū
scdm ordinem Melchisedech.
¶ Quartū dubiū orit̄ ppt̄ illō
vbū: Dia vnctiōis oleo conse=
crabis. Querit̄ g̃ qbus verbis
vsus est Moyses i istis cōsecra
tionibus: vel tm olei in se: vel in
his q̄ vngebāt̄ dicto oleo? Nā
ꝛ hodie epūs i cōsecrādo scrm̄
chrisma vtit̄ certa forma vboꝝ
q̄ habet in libro pastorali epo=
rum. Et silr vtit̄ certa forma
vboꝝ dū ex pdicto chrismate
aliquid consecrat. Ergo silr ꝛ
Moyses. Rñsio: de hoc ni=
hil certū habem9 ex scriptura
sacra. Nihilominus verisimile
est, q Moyses i hmōi cōsecra=
tionib9 ꝛ bñdictionib9 vtebat̄
aliqb9 vbis sicut ꝛ Isaac vsus
est certi vbi qn̄ benedixit filiū
suum Jacob: vt habetur Gen̄.
xxvij. Que aūt fuerit vba ipsi9
Moysi/vsq modo nos latet.
¶ Quītū dubiū: Cū multe sint
species olei: qrit̄ qle erat oleū
illud de q̄ Moyses vnxit taber
naculū cū vasis suis? Dicendū
q de hoc nihil exp̄mit scriptu=
ra. Nihilominus verisimilr cre
dit̄ et pbabiliter tenet̄ q fuit
oleū oliuarū. Hoc eni oleū in=
ter oēs alias species olei: hz
nobiliores ꝛ p̄cipuas pprieta=
tes. Valet eni ad edendū: con=
diendū ꝛ medendū: q̄ de nullo
alio simul sunt pta inueniūtur.
Aliqō eni oleū bene valet ad
medendū: sz hoc totū est. Aliud
ad cōdiendū cibos: ꝛ edendū:
sed nō ad medendū: sicut istud.
¶ Sextū dubiū: vtrū Moyses
sanctificādo tabernaculū cum
vasis suis oleo vnctiōis vnxerit
singulas ptes ipsi9 tabernacu
li: ꝛ idē potēt qri de vasis illius?
Dicēdū pbabilr q nō: sed tm̄
aliquas: ꝛ signāter precipuas.
Alias oportuisset eū ꝯsumere
multū de oleo i tali ꝯsecratiōe.
Quēadmodū g̃ in collatiōe
ordinis sacerdotalis epūs chris
mate sacro vngit certos digi=
tos illi9 q̄ ordinat̄: ꝛ tm̄ tot9 or
dinat9 reputat̄. Et silr i colla=
tione sacri ꝯfirmatiōis ep̄s so=
lū vngit sacro chrismate frōtē
ꝯfirmādi: ꝛ tm̄ reputat̄ tot9 hō
ꝯfirmat9. Itē in ꝯsecratione ca
licis: nō qlibet pars illi9 sacro
chrismate inungit̄ sed tm̄ aliq.
Ita dicēdū est in proposito de
ꝯsecratiōe taberneculi legis: ꝛ
vasoꝝ ei9. Da etiā exēplum de
dedicatiōe ecclie in qua epus
bñdicit certas ptes illius: ꝛ ta
mē in fine mysterij tota ecclia
dedicata dr: ita in pposito.
¶ Moralr ꝛ.i. Tabernaculum
dei est qlibet hō: dicēte Aplo
i. Cor. iij. Tēplū dei: qō idē est
qō tabernaculū sanctū i quod
estis vos. Et i Ps. Scrificauit
tabernaculū suum altissimus.
Hmōi autē tabernaculū vngit̄
oleo grē cū vasis suis. i. cū po=
tētijs: siue interiorib9 siue ex=
teriorib9: cū hō mollis ꝛ flexi=
bilis reddit̄ ad obtēperādū di
uinis p̄ceptis. Et de ꝯsecratio=
ne interioris hois cū isto oleo
diuine gratie: ait dñs in Psal.
Oleo sancto meo vnxi eum.
¶ Moralr ꝛ.ij. tabernaculum
dei: est hō iust9: vt dictū ē pus
immediate. Per oleū aūt signi
ficatur

ficat gra diuina/deuotio/ et cõpassio. Sicut enim oleũ ẽ liquor dulcis/ et saporosus: vtilis et virtuosus/ sanus et fructuosus. Sic diuina gra est qdã liquor spũalis/ q est ipi anime dulcis/ vtilis/ atqz suauis. Secundũ qz oleũ hz plures pprietates naturales et pditiones: sic diuina gra hz plures spũales effectus et opatiões. Et ideo sicut oleũ in domo est summe necessariũ: (Unde oi anno/ oleũ colligit/ siue fuerit de oliuis/ siue de nucibus/ et in domo reponit/ et reseruat) Sic in domo cõsciẽtie/ gra diuina ẽ valde necessaria. Et ideo debet a nobis pcurari cũ oi diligẽtia/ et in vase conscĩẽtie nre sine vlla deficientia reseruari: iuxta illd Eccles. ix. Oleũ de capite tuo nõ deficiet. Propter qd bene pcipit nobis Hiere. xl. Colligite vindemiã et messem/ et oleũ/ et condite in vasis vestris. Non quidem vni tẽpori/ sed semper supple.

¶ Moralr et. iij. et circa eãdem partẽ textus/ notandũ qz tabernaculũ est Christus. Nã ex quo filius dei incarnatus est/ cepit esse nobiscũ hmõi tabernaculũ/ dicẽte Joã. Apoca. xxj. Ecce tabernaculũ dei cũ hoibus/ et habitabit cũ eis. Hmõi aũt tabernaculũ vngit oleo/ cũ qs vacat operibus misericordie et pietatis: dicẽte eodẽ Christo/ Matt. vj. Cũ ieiunas/ vnge caput tuũ. i. fac eleemosynã pauperi pter Christũ/ q est caput tuum. Sic enim agẽdo/ puocabis eius misericordiã erga te: qd est ipz esse vnctũ. Per vasa aũt tabernaculi/ q simlr vncta sunt/ intelligũtur sancti et electi dei/ q simlr vngi debẽt. Hoc aũt fit cũ eleemosyna porrigit paupi ob reuerentiã alicuius sancti/ quẽ in sua petitione reclamat.

¶ Moralr et. iiij. iuxta illd versũ: Applicabisqz Aarõ et c. notandũ qz p Aarõ et filios eius intelligunt tã maiores qz minores sacerdotes. Hi enim oẽs debẽt primũ se lauare/ siue per lachrymarũ abundãtiã/ siue p sacramẽtalẽ pfessionem/ et pñr se induere scis vestibus. i. gratijs et virtutibus vt debite et honeste ministrẽt dño in altari. Et hoc est qd. Exo. xix. c. dr: Sacerdotes q accedũt ad dñz/ scificent/ ne forte pcutiat eos. Quemadmodũ qz indecẽtissimũ foret vt aliqs de pdictis ministris accederet nudo corpore ad altare/ ministraturus dño: ita etiã dicendum de nuditate anime.

¶ Allegorice et. j. et pformit ad glo. interli. tabernaculũ est ecclesia/ cuius vasa sunt scti viri/ q sunt vasa i honorẽ: de qbus loqt Apost. Ro. ix. dicẽs/ qz sicut in domo figuli sunt aliq vasa i honorẽ/ et aliq in pumeliã: ita in ecclia sunt aliq vasa honoris/ et aliq pumelie. Et hinc est/ qz Paulus vas electiõis dr. Glossa etiã ord. post Strabũ dicit sic: Tabernaculũ/ cũ vasis suis/ vnctionis oleo psecrat: qz sancta ecclesia qcqd agit cũ virtutibus suis/ debet dedicare et cõsecrare gratie spũssancti. Oleũ quippe vnctiõis spirituali gratie cõparatur/ qua omniũ virtutum opera cõsecrantur. Hec ibi.

¶ Allegorice et. ij. p scificatione et vnctionẽ tabernaculi materialis/ pfigurabat scificatio spũalis tabernaculi viuẽtis. i. fide-

fidelium / ex quibus resultat sancta mater ecclesia. Sed de hoc satis dictum est in precedentibus.

¶ Allegorice z.iij. consecratio illius tabernaculi legalis / prefigurabat quod in lege gratie deberent consecrari z dedicari ecclesie materiales / sicut fit hodie.

¶ Allegorice z.iiij. iuxta illud: Applicabisque Aaron z filios eius ad fores zc. notandum conformiter ad Richar. de sancto Victore / quod fores ecclesie fuerunt Apostoli: siue sit questio de ecclesia militante / siue triumphante. Ad huiusmodi igitur fores debent applicari Aaron et filij eius: quia oportet eos conformiter viuere ad illos / si velint tanquam boni pastores inueniri et ad regnum celorum post eos peruenire. Propter quod Apo. dicebat: Estote imitatores mei / sicut et ego Christi. j. Cor. iiij.


¶ Allegorice z.v. Tabernaculum dei est homo iustus / qui transit in fine dierum suorum de hoc mundo ad regnum celorum. Sed opus est vt prius consecretur z inungatur oleo sancto. i. suscipiat sacramentum extreme vnctionis: teste Apostolo Jacobo. v. c. qui promulgans necessitatem predicti sacramenti a Christo prius instituti / ait: Infirmatur quis in vobis / inducant presbyteros ecclesie / z orent super eum / vngentes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei saluabit infirmum z alleuiabit eum dominus: z si in peccatis fuerit / remittentur ei. Hoc autem intelligendum est de remissione venialium / aut mortalium obliторum / z non alias. Quo facto dominus poterit dicere de tali iusto illud Psal. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Manus mea. i. potestas mea / z virtus / auxiliabitur ei: supple in extremis laboranti. Nihil proficiet inimicus / scilicet diabolus / qui antonomatice dicitur inimicus hominis / in eo: z filius iniquitatis / id est idem quod inimicus / non apponet nocere ei: quia proteget eum gratia dei per virtutem predicti sacramenti. Ecce quid prodest susceptio sacramenti extreme vnctionis: z ideo nunquam contemnendum est hoc sacramentum.

¶ Allegorice z.vj. Per vestes sacras quibus indui debebat Aaron / pariter z filij eius / quando ministraturi erant domino / in sanctuario: intelliguntur iusti z electi / qui in generali resurrectione induentur corporibus suis sub forma gloriosa: que quidem corpora ad tempus in morte reliquerant / z hoc vt seruiant domino / decantantes ei laudem in sanctuario / siue tabernaculo celi: iuxta illud Ps. Exultationes dei in gutture eorum. Non enim erunt corpora electorum post dictam resurrectionem ociosa: sed quantum poterunt / z secundum quod poterunt / ministrabunt creatori z factori suo. Et certe beati erunt qui illi ministrare poterunt.

¶ Anagogice: tabernaculum est quilibet electus / qui in celo vngetur oleo leticie: de quo in Ps. dicitur: Unxit te deus / deus tuus / oleo leticie / pre consortibus tuis. Hoc tamen non de quolibet electo intelligi debet / videlicet quod vngatur a deo pre consortibus suis: sed tantum de Christo homine / aut virgine gloriosa: vel de illis qui sunt superiores in gloria. Sed quare bis dicitur deus / deus: ad quid iste iteratio? Responsio: quia predicta vnctio que fit cum oleo leticie in celo / principaliter fit a deo: secundum quod deus

deus est / minus autem principaliter a deo / secundum q homo. Ideo addit / tuus. Quãuis enim deus pater sit deus noster / et nõ sit alius deus / pter eũ: nõ tñ est talit deus noster qliter deus filius / q nascẽs / dedit sociũ / conuescẽs in eduliũ / se moriẽs in pciũ / se regnãs dat in pmiũ. Hoc aũt deus pr nõ fecit / pter hoc q dat se in premiũ oibus beatis in celo. Recte aũt et bene dictũ est p Ps. Unxit te deus tc. q2 sicut res vncta si aliã tãgit / eã etiã vngit: ita etiã beati cõmunicãt sibijnuicem suas beatitudines: ita vt dicatur qlibet beatus tñ gaudere de bono alterius / quantũ gaudet de bono pprio: dicẽte Grego. lib. iiij. moral. c. xlij. Tãta (inquit) est vis amoris in illa pace eterna: vt qd in se quisq nõ acceperit: hoc se accepisse in alio exultet. Hec ille.

¶ Tertia clausula.



Ostq̃ omnia perfecta sunt / opuit nubes tabernaculum testimonij / et gloria dñi impleuit illud. Nec poterat Moyses ingredi tectũ federis nube operiẽte oĩa / et maiestate dñi choruscãte: q2 cũcta nubes operuerat. Si quãdo nubes tabernaculũ deserebat / pficiscebantur filij Israel per turmas suas. Si pẽdebat desup / manebãt in eodẽ loco. Nubes quippe dñi incubabat p diem tabernaculo: et ignis in nocte / vidẽtibus cũctis populis Israel p cũctas mansiones suas.

¶ Historialiter. Postq̃ in pcedẽtibus Moyses famulus dñi fecit mẽtionẽ de erectione tabernaculi / et de cõsecratione illius / atq oĩm ptinẽtiũ ad ipsm: hic cõsequenter et finaliter p conclusione psentis libri q Exodus nuncupatur / facit mẽtionẽ de nube operiẽte per diem dictũ tabernaculũ: et de igne similiter ipsm cooperiente p noctẽ: vt sic cognoscerẽt viam quã tenere deberent / qñ et vbi pficisci habebãt. Dicit ergo dictus Moyses sic: Postq̃ oĩa pfecta sunt / scz tã circa erectionẽ tabernaculi / q̃ circa cõsecrationẽ ipsius / et omniũ vasorũ ptinentiũ ad ipsm: similiter et circa cõsecrationẽ ministrorũ illorum: operuit / supple finaliter / nubes tabernaculũ testimonij: et hoc in signũ diuine acceptationis / et psentie: et gloria dñi impleuit illud. Ista gloria fuit nubes lucida / q tũc apparuit tã infra tabernaculũ q̃ supra. Plus tamẽ intra / q̃ extra. Unde subditur: Nec poterat Moyses ingredi tectũ federis. i. tabernaculi: qd dicitur fedus: quia in eo fiebat fedus inter deũ et populũ. Huius aũt impossibilitatis i Moyse duplex ratio assignatur. Prima quidẽ ex parte nubis / lucẽtis exterius / et cooperiẽtis ipsm tabernaculũ circunquaq. Secunda autem fuit ex parte maiestatis diuine / que interius mirabiliter chorus cabat. Uerisimile est autẽ q tũc tẽpus nõ erat nebulosum: sed aer circũquaq serenus: vt res mirabilior fieret atq appareret. Hec autem duo / scz nubes / et ignis / tunc subseruiebant diuine voluntati / sed differẽter. Nubes quidem

per

per die / q̄n pausandū erat. Ubi aūt ꝓficiscēdū erat / tunc dicta nubes tabernaculū deserebat: vt dr̄ ī litera. Itē dicta nubes ex decreto diuine volūtatis ad aliud seruiebat: vt scʒ eēt pp̄lo hebreoꝝ in refrigeriū ꝯ ardorē solis in deserto existētis / in q̄ raro arbores inueniebātur a qb⁹ possent hr̄e refrigeriū. Sequitur: et ignis in nocte / incubabat supple sup tabernaculū: et hoc ad ꝓstādū pp̄lo b̄n̄ficiū lucis in via ꝑ quā ire debebāt q̄n eūdū erat. Q̄n aūt pausandum erat / tūc dici⁹ ignis nō apparebat / ꝯm aliqs. Alij autē dicūt ꝙ etiam tūc apparebat illis et supra mansiones eoꝝ stabat / et hoc vt luceret eis vt possent p̄cauere serpētes ⁊ similes venenosas bestias q̄ erāt ī deserto / ne eis noccrēt. Item vt noctis tenebras illustraret / ad eoꝝ cōsolationē. Et de istis duob⁹ beneficijs diuinis loq̄tur Ps̄. dicens: Expandit nubē supple ꝑ die / in ꝓtectionē eoꝝ: ⁊ ignem vt luceret eis per noctem.

¶ Circa hunc textum mouentur aliqua dubia.

¶ Primū igit̄ dubiū: vtrū semel tm̄ vel pluries nubes operuerit tabernaculū testimonij? Ad hoc dr̄ glos. ordi. ꝙ tm̄ semel factū est / scʒ mox vt cōstructū ⁊ erectū est dictū tabernaculū: ⁊ hoc in signū diuine cōplacentie: vt iā dictū est. Unde sit. iij. Reg. viij. legit̄ / ꝙ post tēpli ꝯpletionē / ait Salomon: Dixit dn̄s vt inhabitaret ī nebula. Hoc autē in figura dn̄ice incarnationis factū est / vt post ea dicet̄. Sed ꝑfecto salua reuerētia dicte glo. videt̄ ꝙ pluries / et etiā freq̄nt̄ / dicta nubes operuerit tabernaculum: et ꝙ glia dn̄i īpleuerit illd̄: ⁊ hoc ex textu p̄senti: vbi dr̄: Si q̄n nubes tabernaculū deserebat / ꝓficiscebāt filij Israel ꝑ turmas suas. Si pēdebat desup / manebāt in codē loco. Modo certū est / ꝙ ita frequēter ⁊ nō semel tm̄ factū est. Igit̄ pluries operuit nubes tabernaculum testimonij: ⁊ pluries illd̄ deseruit. Et simil̄r dicēdū est de igne: q̄ apparebat de nocte. Sed q2 dicta glo. est Augu. sup Exo. cui cōtradicere nō debemus / ideo dicēdū est ꝙ cū dr̄ tm̄ semel nubē operuisse tabernaculū testimonij / dʒ intelligi cū illa chorruscatione q̄ impediret ipsum Moysen ab īgressu tabernaculi pro illa vice tm̄. Nō autē fuit impeditus a tali īgressu q̄ries postea operuit tabernaculū dicta nubes.

¶ Scd̄m dubiū mouet̄ ꝓpt̄ illud v̄bū sequēs: Et glia dn̄i impleuit illud / scʒ tabernaculum testimonij. Querit̄ ḡ de predicta glia: vtrū terruerit Moysen atqʒ ceteros filios Israel q̄ eā viderūt ꝑ cūctas māsiones suas: vt h̄r in fine p̄ntis clausule. Uidet̄ ꝙ sic: q2 dr̄ in l̄ra / ꝙ nō poterat Moyses īgredi tectū federis / nube operiēte oīa: et maiestate dn̄i chorusicante. Igit̄. Dicendū / ꝙ neqʒ nubes / neqʒ ignis / neqʒ glia dn̄i / aut q̄cqʒ aliud terruit tūc Moysē / seu reliq̄s pp̄los / seu potius cōsolat⁹ est: ⁊ hoc in figurā illius inestimabilis claritatis q̄ apparet in patria: vt postea dicetur. Q̄ ḡ dictum est / ꝙ nō poterat Moyses ingredi tectū federis /

non fuit qꝛ territ⁹ fuerit ab ipa
visione glie dñi: sed hoc fuit
ꝓpter reuerētiā presentie do=
mini. Uñ huic simile habetur
iij. Reg. viij. vbi dꝛ: ꝙ nō pote=
rāt sacerdotes stare ⁊ ministra
re ꝓpter nebulā: nō qꝛ obscura
ret coꝛū aspectum: sed qꝛ erat
diuine presentie signū. Uñ ibi
subdit: impleuerat eñ glia do
mini domū dñi. Et nō poterāt
stare ibi, ꝓpter dei reuerētiā.
Sicut ⁊ Moysi volēti appropi
quare ad rubū, dictum est: ne
appropies huc.

¶ Tertiū dubiū: Utrū nubes
q̄ tūc apparuit, fuerit natura=
lis? ⁊ idē querit̃ de igne. Dicē=
dū, ꝙ aliqͩ pōt dici naturale:
scꝫ ĩ se, vel ĩ sua causa. Primo
mō duo ꝓdicta fuerūt natura=
lia: sed loquēdo secūdo modo,
fuerūt supernaturalia. A deo
eñ solo, ⁊ nō a causis secundis
formata fuerūt, ⁊ sup taberna
culū pausauerūt, qñ pausandū
erat. Idē dic de motu ⁊ ꝓcess=
sione, qñ ꝑcedēdū ⁊ ambulā=
dū erat. Da similitudinem de
stella q̄ in natiuitate dñi appa
ruit Magis Mat. ij.

¶ Quartū dubium: Utrū hec
duo nubes ⁊ ignis, scdm suas
vicissitudines imediate starēt
supra tabernaculū? Distiguē=
dū est de tpe, aut ĩ quo pausā=
dū erat, aut qñ gradiēdū. Qñ
ergo pausandū erat, stabāt su=
pra immediate, aut saltē mul=
tū de ꝓpinquo. qđ dico ꝓpter
ignē, qui si immediate stetisset
supra ipsum tabernaculū, po=
tuisset faciliter ⁊ semoto mira
culo ptē ei⁹ supiorē cōburere:
⁊ ꝑ cōsequēs totū tabernacu=
lū: pariter ⁊ atriū qđ illi adia
cebat. Ubi aūt gradiēdū erat,
tūc vtrūqꝫ eleuabat̃ vsqꝫ ad su
periorem partem aeris.

¶ Quintū dubiū: Qūo res in=
sēsibiles: vt nubes ⁊ ignis, alr
se habebāt quiescētibus filijs
Israel: ⁊ aliter illis gradienti=
bus? Dicendū, ꝙ istud nō fie=
bat naturaliter: sed tm̄ a dño,
siue immediate, siue mediante
aliquo angelo: ⁊ erat mirabile
ĩ oculis Hebreoꝝ. Da exēplū
de intelligentia mouente pri=
mum mobile.

¶ Sextū dubiū mouet̃ circa il
lud vltimū ꝟbū ꝓsentis clausu
le: Uidētib⁹ cūctis populis, ꝑ
cūctas māsiones suas. Querit̃
ergo qūo oēs ⁊ singuli potue=
rūt talia videre, ⁊ maxime di=
stātes: etiā visa multitudine,
q̄ numerabat̃ ꝑ plura centena
milia. Insup dictū tabernacu
lū satis exiguū erat, vt patuit
in ꝓcedētib⁹: ⁊ ꝑ cōsequēs co=
lūna nubis coopiēs ipsum ꝑ
diē, parua erat: ⁊ idē iudicium
est de colūna ignis ꝑ noctem:
Nec notabiliter vtrūqꝫ eleua=
bat̃ sursū, maxime dū pausan=
dū erat. Dicēdū probabiliter,
ꝙ locus in quo hec primū fa=
cta sūt, nō erat plan⁹, sed abū
dās collib⁹ ⁊ vallib⁹. ꝙ si sic,
tūc satis facile q̄ plus distabāt
a tabernaculo, potuerūt, ipsis
manētib⁹ ĩ ꝓprijs māsionib⁹,
vtrūqꝫ videre: nubē. s. ⁊ ignē.

¶ Septimū dubiū mouet̃ ꝓ=
pter illđ ꝟbū in q̄ dꝛ: Nec po=
terat Moyses ingredi tectum
⁊c. Querit̃ ergo quare nō pote
rat Moyses intrare taberna=
culū, q̄ in mōte Sina, qñ ꝓmis=
tus legē accepit, intrauit ĩ nu=
bē in qua erat de⁹: vt pꝫ supra

tertio cap. Respondet ad hoc
Aug. in questionib⁹ sup Exodū
in fine/ q Moyses aliā perso-
nā tunc figurabat/ ⁊ aliā nūc.
Tunc em̄ figurabat populū fi-
delē/ q per fidē ⁊ baptismi gra
tiā particeps efficit intime ve
ritatis dei: nūc aūt/ ⁊ i propo-
sito/ figurabat Judeos/ quib⁹
glia dni/ q i tabernaculo erat
.i. gratia Christi/ tanq̄ nubes
opponit nō eā intelligētib⁹: et
ideo nō intrāt in tabernaculū
testimonij. Et hec est ratio va-
rietatis. Hoc ergo credēdū est
semel factū/ mor vt cōstitutum
est tabernaculū/ significatiōis
hui⁹ causa/ vel alicui⁹ alteri⁹.
Deinde subdit/ dicēs: Nec em̄
semp sic erat nubes sup taber
naculum / vt Moyses intrare
non posset. Hec Augustinus.
¶ Octauū dubiū: Quid tandē
factum est de illo tabernaculo
erecto/ ⁊ tā mirabiliter cōpo-
sito/ iuxta dei ordiatiōnē? De
hoc nihil dicit scriptura. Nec
ali⁹ sup hoc legi aliquē authē-
ticū doctorē/ q de hoc aliquid
scripserit. Ne tñ dubiū mane-
at insolutū: dico pbabiliter (p
mea mediocritate) q iamiam
ↄsumpta sūt oīa illa ex qb⁹ re-
sultabat / q2 pro maiori parte
erāt res fragiles: vt pȝ de cor-
tinis / sagis cilicinis/ ⁊ hmōi.
Vñ in tali cōsūptiōe verifica-
tū est illud Psal. Oīs cōsūma-
tiōis vidi finē. Insup in figurā
hoc factū est/ ⁊ i signū q vetus
testamentū (q ad figuralia) de
beret aliqñ accipere finē ⁊ ↄsū
matiōnē. Hoc autē factū ē iqñ
Christ⁹ in cruce moriēs dixit:
Consummatum est.
¶ Nonū dubiū mouet ppter
clausionē ⁊ finē psentis libri q
Exod⁹ dr: Querit ergo qs in-
ter quinq libros Moysi pcel
lit? Rñdet Augustinus in fine
qstionū sup Exodū/ q ipe Exo
dus. Nā in eo (inqt) cōtinent ⁊
q filijs Israel in figura cōtin-
gebāt: ⁊ mysteria plene Chri-
sti ⁊ ecclesie. Hic tñ primū de
exitu actuali carnalium filioꝝ
Israel de historiali Egypto a-
git: in q significat spūalis exi-
tus spūaliū Israelitarū de ve-
ra Egypto. i. de tenebris vitioꝝ.
Agit et in eo de trāsitu maris
rubri/ et submersiōe Pharaōis
⁊ exercitus ei⁹/ ⁊ de liberatiōe
ppli dei. In q figurat baptism⁹
sāguine Christi ↄsecrat⁹. In q
diaboli vitia submerguntur / ⁊
anime fideliū liberātur. Agit
etiā de pugna Israelitaꝝ cum
Amalech. In q victoria Chri-
sti ⁊ suoꝝ/ ⁊ cōfusio diaboli fi-
gurat. Tandē catalogo man-
sionū descripto: agit de lege
data i mōte Sina. In quo no-
bis innuitur/ vt a terrenis sub-
leuati: discam⁹ subijci celesti-
bus disciplinis. Agit iterū de
cōstructiōe tabernaculi ⁊ va-
soꝝ ei⁹/ de vestib⁹ sacerdotū ⁊
vnctiōe: i quo intelligit psens
ecclesia/ ⁊ diuerse psone fide-
liū diuersis officijs deputate:
sicut vasa diuersis vsib⁹ depu
tata erāt vel officijs / ⁊ sacra-
mentorum/ ⁊ orationum sacra-
tarum suauissima odoramen-
ta: Hec Augustinus.
¶ Decimum dubiū: Cur liber
iste vocat Exod⁹/ qd̄ Hebraice
Ellesmoth: Grece/ exodos: La
tine egressus dr. Si dicatur q
hoc ideo/ q2 de exitu filioꝝ Is-
rael de Egypto agit/ vt dictū
est:

est: et hoc etiã hr in pncip. eiusdē libri. Cõtra: Nã in pricipio illius non de exitu: sed de ingressu filioꝝ in Egyptũ agit. Ad hoc dici potest / secundum eundē Augustinũ vbi supra / qꝫ quãuis specialiter Moyses in eo intendat loqui de exitu dictorum filioꝝ Israel de Egypto: tamen quia nullũ tempus profluxit inter exitum (de quo hic agitur) et ingressum in quo primũ liber terminatur vel terminauerat: vt cõpetentius iungat narrationē suam breuiter prius repetit de introitu: et ita melius descendit ad exitum. Sicut et nos in nostris sermonibus / facta lõga interpositione / dicturi alia repetim⁹ superiora: vt melius dicta cõtinuemus. Hec Augustinus.

¶ Moraliter et primo / iuxta illud primum verbum presentis clausule / vbi dicit: Postqꝫ oĩa pfecta sũt. Notãdũ / qꝫ tũc omnia perfecta sunt in microcosmo. i. in hoĩe / cũ vires inferiores subduntur superiorib⁹ / et superiores deo. Et talis perfectio fuit in Adam in statu innocētie. Unde quãdiu in eo vires superiores / scilicet volũtas et ratio fuerunt subiecte deo / etiam vires inferiores et motus sensualitatis in eo obedierunt rationi et voluntati. Tunc ergo perfecta erant oĩa in eo: secus post peccatũ. Unde tunc nunqꝫ redire potest homo ad tantã perfectionem (saltim in presenti) et hoc in penã peccati ipsius Ade. Propter quod clamabat apo. Ro. vij. dicēs: Uideo aliã legē in mēbris meis / repugnantem legi mẽtis mee.

¶ Moraliter et secundo / iuxta eadē clausulã / notãdũ qꝫ tunc oĩa pfecta sunt in tabernaculo dñi. i. in interiori hoĩe / cũ in eo est cõplemētũ virtutũ ad salutē necessariarũ: etiã scdm eē perfectũ earũ / quãtũ patit humana fragilitas pro isto statu. Ad quã perfectionē nos admonet Christ⁹ Mat. v. dicēs: Estote pfecti / sicut et pater vester celestis perfectus est. Non tñ pcipit dñs absolute / vt hãc perfectionē habeamus: sed vt ad eã tēdam⁹. Sicut ergo domus materialis tũc est pfecta / qñ in oĩbus suis partib⁹ est cõpleta: sic ille pfect⁹ dr / qui in oĩb⁹ vtutib⁹ cõsũmat. Nec tñ dicere volum⁹ qꝫ aliqs viator possit eē tã pfect⁹ vt vltra pfici aut pficere nõ possit: ne incidam⁹ i errorē fratricelloꝝ: sed tũc dr pfect⁹ (quãtũ ad ppositũ attinet) qñ hꝫ oēs vtutes ad salutē necessarias: et forte cũ qdã eminētia. Sãcti ḡ in psenti vita pfecti fuerũt / q oēs vtutes et grãs cũ qdã eminentia habuerũt: ideo de qlibet iusto dr Eccli. xxxi. Perfect⁹ inuēt⁹ est / et erit illi glĩa etña. Uñ de Noe specialiter dicit Geñ. vi. Noe vir iustus atqꝫ perfectus in generationibus suis fuit.

¶ Moralr̃ et tertio / iuxꝫ illd̃ verbũ: operuit nubes tabernaculũ et cẽ. Notãdũ / qꝫ p tabernaculũ qd̃ operuit nubes / itelligit hũan⁹ intellect⁹. Hoc aũt tabernaculũ operit nubes ignorantie / q inuoluit illum quandiu est intra humanũ corpus: et adeo qꝫ ea que nescimus / infinities excedant ea que scim⁹ / etiã quãtũcũqꝫ docti et sciētifici.

 Propter

Propter qđ de hoīe ꝑ statu isto potest dici illud Job. iij. Obscurēt eū tenebre: occupet eū caligo. Uñ ꝛ Psal. ait de se ipso loquens: Cōtexerunt me tenebre. Uñ ꝓpter hanc ignorantiā aliqui antiqui philosophi dixerunt humanū intellectū ꝑ isto statu: immersum materie. Ecce quomodo nubes operit tabernaculum. Ipsum tñ deserit in morte: quo ad eos q̄ sunt visuri diuinam essentiam: dicente Job. xvij. Post tenebras spero lucem.

¶ Moraliter ꝛ quarto: nubes cooperiens tabernaculū: designat humanā vanitatē: q̄ operit hominē in p̄senti: ita vt possit dicere illud Job. xxx. Uelut nubes pertrāsijt salus mea: sicut eñ nubes cōponit̄ de valde rara ꝛ debili materia: propter quod valde debilē habet subsistentiā: ita vt modo sit: et modo non sit: sic humana vita ꝛ natura debili carne ꝛ sanguine constituta: nunq̄ potest in eodē statu permanere. Statim eñ per mortē deficit ꝛ cōsumitur: ꝛ q̄ prius toti vni regno magnus apparuerat: ꝛ ꝑ humanā potentiā fulgurauerat atq̄ tonuerat: nunq̄ vlterius reperitur: dicente sapiente Sapiē. ij. Transiet vita nostra: quasi vestigiū nubis. Et in Psal. Uidi impium superexaltatum: et eleuatum sicut cedros libani. Trāsiui: ꝛ ecce non erat: quesiui: ꝛ non est inuentus locus eius. Bene ergo loquebatur Salo. Eccles. j. cum dicebat: Uanitas vanitatum: ꝛ omnia vanitas.

¶ Moraliter ꝛ quinto: ꝛ cōformiter ad Richar. de sctō Uict. Moysen quādoq̄ admittit nubes: ꝛ quandoq̄ nō admittit. Per qđ significat̄ q̄ gloria diuine visitationis dei: quādoq̄ tangit cor hominis iusti: ꝛ quādoq̄ nō. Et hinc est q̄ iustus inuenit se quādoq̄ deuotiorē: ꝛ ad diuina ꝓpriorē vno tēpore: q̄ reliquo. Uñ et anima deuota loquitur de sponso suo Canti. ij. dicens: En dilectus meus loquit̄ mihi: Surge ꝛ propera amica mea: colūba mea: formosa mea: ꝛ veni. Non autē ibidē dr̄: q̄ semꝑ sic loquitur sponsus ad spōsam: sed tēpore et loco: vt iustus recognoscat suā fragilitatē ꝛ paruitatē: et vt sic in humilitate conseruet̄. Da simile de spū ꝓphetico: q̄ nō semꝑ tangit corda ꝓphetarum: vt dicit Grego. suꝑ Ezec. Uñ ꝛ Canti. vj. sponsus loquit̄ sponse. i. anime deuote dicēs: Auerte oculos tuos a me: q̄ ipsi me auolare fecerūt. Ecce quomodo diuina visitatio actualis deserit humanam mentem ad tempus.

¶ Moraliter ꝛ sexto: ꝑ nubē q̄ quādoq̄ descendebat suꝑ tabernaculum: ꝛ quādoq̄ ipsum deserebat: vt dr̄ in textu: designat̄ instabilitas hominis in bono proposito: siue in bono gratie. Qđ aūt ipsa nubes moueret̄ qñ filij Israel ꝓfecturi erant: significat p̄seuerantiā ꝛ ꝓfectū in bono incepto. Et de tali ꝓfectu loquēs Grego. dicebat: q̄ in via mandatoꝝ dei nō ꝓgredi: retrogredi est. De tali ḡ p̄seuerantia ꝛ ꝓfectu loquit̄ Psal. dicēs: Statuit: supple deus: supra petrā pedes meos.

os.ecce pmū. Et dixerit gressus meos, ecce scdm. Uñ in figurā huius legit Ezechie.j. q animalia que vidit Ezechiel/ ambulabant ante facies suas. Propter qd Augu. ad fratres in eremo/ ser. viij. q intitulatur de pseuerantia ait: Nō est (inquit) magnū bonū īchoare qd bonū est/ sed consummare hoc solū pfectū est. Multi eñ magna aggrediunt/ sed deficiunt in via. Multi exeunt in desertū/ sed pauci peruenīūt ad terram promissionis. Hec ille.

¶ Allegorice & primo/ nubes ista est virgo Maria. Loc⁹ aūt in quo stetit/ est humilitas virginis/ siue obedientia illius. Et de vtroq recte intelligit illud Luce.j. Ecce ancilla dñi/ fiat mihi &c. Uel dic/ q locus nubis/ est vterus virginis/ qui cōcepit nubē illā/ de qua Esa. xix. Ascēdet dñs sup nubē leuem/ & ingrediet Egyptū/ & cōmouebūt simulachra Egypti. Hoc aūt totū ad literā factum est/ qñ filius dei ascēdit in vterum virginis/ p assumptionem humanitat: & sic ingressus est mundū istū tenebrosum. Tunc etiā cōmota sunt simulachra Egypti: qñ eo nato dictum est ad Joseph per angelū Mat.ij. Accipe puerū/ & matrē eius/ & fuge in Egyptū &c. Quēadmodum ergo filij Israel sequebātur nubē/ quādo mouebat versus terrā promissiōis: sic & nos seruuli christifere Marie debem⁹ sequi eā versus terrā promissionis celestis hereditatis: & hoc eam imitando pro modulo nostro.

¶ Allegorice & secūdo/ nubes stans & operiēs tabernaculū/ est Christi humanitas operiēs ei⁹ diuinitatē: ita vt nō posset humanis oculis videri. Uñ supra. xxxiij. dixit dñs ad Moysen: Nō videbit me homo & viuet. Et Esa. xlv. Uere tu es de⁹ absconditus. Et Abac.iij. Ibi/ scz intra humanū corp⁹ in Christo/ abscōdita est fortitudo ei⁹. i. diuinitas/ q adeo fortis est vt nullus possit illi resistere. Gloria aūt dñi impleuit hmōi tabernaculū/ qz q̄uis Christ⁹ scdm qd homo/ esset passibilis & mortalis: secus tñ quo ad diuinitatē/ q est ipsa gloria oīm electorū. Qd aūt sequit/ Nec poterat Moyses ingredi &c. possum⁹ referre ad ipsi⁹ Christi transfigurationē/ in qua nubes obumbrauit apostolos ibi assistentes. Tunc etiā resplenduit facies eiusdem Christi sicut sol/ & vestimēta eius facta sunt alba sicut nix. Hec omnia Mat. xvij. Ecce quomodo maiestas dñi tunc chorusca uit.

¶ Allegorice et tertio/ qd hic dr de nube & igne/ possum⁹ referre ad diē iudicij/ et ad vitā presentē: ita vt nubē referam⁹ ad vitā presentē/ in qua possumus operari ad salutem/ sicut homines possunt operari manualiter & corporaliter. Unde & Christus Joan.ix. in signum huius ait: Me oportet operari opera ei⁹ qui misit me/ donec dies est. i. q̄diu vita pñs durat oportet bene operari. Noctem aūt referre debemus ad diē iudicij. De nocte eñ nemo potest laborare/ propter tenebras obūbrantes homines. Et in die iudicij nō erit tēpus la-

 boris.

bonis. Un̄ de hac nocte iudicij di vbi supra: Uenit nox q̄n nemo potest operari. Et similiter de hoc di Mat. xxiiij. q̄ dominus de nocte quasi fur veniet. Et in Psal. de homine iusto dicit: Non timebis a timore nocturno. Item in eodē capi. sic dicit: Media nocte clamor factus est: q̄ supple dicturus est: Surgite mortui, venite ad iudiciū: vel qui supple dicturus est illud Mat. xxv. Ite maledicti in ignem eternū. In nocte ergo p̄dicta. i. in die iudicij apparebit ignis, q̄ ardebit impijs, 7 lucebit iustis. Hec enī duo facit ignis: nā ardet, 7 lucet. Nubes autē que in die erat sup filios Israel designat oportunitatē bene operandi: que conceditur bonis q̄diu sunt in presenti. Dum ergo hec nubes residet sup nos, operemur bonū ad omnes: 7 nō expectemus noctem diuini iudicij.

¶ Allegorice 7 quarto, p̄ nubem que tabernaculū tunc deferebat, quādo filij Israel debebāt proficisci: vbi aūt debebant manere 7 pausare in aliq̄ loco, tunc pendebat desup: denotatur fides catholica. Per tabernaculum aūt dei, quilibet fidelis figuratur: iuxta illō Apoca. xxi. Ecce tabernaculum dei cū hominibus, 7 habitabit cū eis: scz per fidē. Cū ergo aliqs fidelis habet migrare ad deū per mortē, tūc predicta nubes deserit predictū tabernaculū: q2 non manet post mortē, eo q̄ euacuatur per clarā dei visionē in patria, quo ad electos. Totaliter aūt destruitur in inferno, quo ad reprobos. Et de primo loquitur Apost. i. Corin. xiij. dicens: Cū venerit qd̄ perfectū est, euacuabitur qd̄ ex parte est. Cuius etiā idem Apost. vbi supra ait: Uidemus nūc per speculū in enigmate, tāgit nubē operiētē tabernaculū. Cū aūt subdit: Tūc aūt facie ad faciē, tangit dei maiestatē choruscātem. Et sic patet de quarto.

¶ Quinto per nubē in eodem sensu allegorico possumus intelligere sacrā scripturā, et signanter vetus testamentū. Nā sicut nubes habet quandā obscuritatē exterius, cōtinet tamen ignē 7 claritatē interius, (et inde est q̄ ipsa quandoque pluit, quādoq3 tonat, quādoq3 choruscat, quādoq3 inferi⁹ fulgurat) sic sacra scriptura exterius. i. quantū ad vet⁹ testamētū choruscabat, tonabat, 7 similia, quantū ad figuras 7 prophetias quas continebat, et que de Christo erant. Propter quod ipse Christus dicebat Judeis. Joan. v. Scrutamini scripturas: q2 vos putatis in ipsis vitā eternā habere: 7 ille sunt que testimoniū perhibent de me. Item postea ibidē addidit dicens: Moyses de me scripsit. Ecce quomodo vetus testamentum tonabat. i. Christū p̄nunciabat tanq̄ futurū. Bene ergo de ista nube tenebrosa, 7 eius doctrina caliginosa di in Psal. Tenebrosa aqua in nubibus aeris: ac si diceretur, q̄ veritas euangelica olim implicite 7 virtualiter continebatur sub nubibus aeris . i. sub figuris 7 prophetijs veteris testamenti, sicut aqua cō tinetur intra nubē: sed quid est

quod

qđ sequitur: Pre fulgore in conspectu eius nubes transierūt: nisi q̄ adueniēte veritate noui testamēti (qđ fuit ⁊ est totū clarū vt fulgor) tūc cessauerūt dicte figure ⁊ prophetie / q̄ de Christo erant: in cuius figurā dixit Christus in cruce: Consummatum est.

¶ Allegorice et sexto / nubes illa q̄ gradiētibus filijs Israel eleuabat̄ sursum: figura erat illius nubis / que suscepit Christū in celū in sua ascēsione / de qua dr̄ Actu.j. q̄ nubes suscepit eum ab oculis eorū. Et sicut dicta nubes p̄cedebat de die filios Israel / tanq̄ ostendens illis viā quā deberēt tenere: vt peruenirent ad terram p̄missionis: ita ⁊ Christꝰ in nube p̄dicta ascēdit in celū / pandēs iter ante apostolos / ⁊ ceteros fideles: vt dr̄ Michee.ij.

¶ Anagogice / nubes est virgo Maria / ignis autē Christꝰ. De primo loquit̄ Psal. dicēs: Nubes ⁊ caligo i circuitu eiꝰ. Hoc aūt tūc impletū est / quādo mulier circundedit virum: vt predixerat Hieremias. De secundo vero scribit̄ Deutero.iiij. Similiter ⁊ Luce.xij. Deꝰ noster ignis consumens est. Quādiu aūt vterq̄.i. tā Christus / q̄ dignissima eius mater vixerunt in presenti: tā ignis / q̄ nubes steterunt inferiꝰ manentes cū mortalibꝰ. At vero tā ignis q̄ nubes tunc sursum eleuati sunt / cū Christus in celum ascendit: vbi nūc ⁊ in perpetuum sedet gloriosus ad dexteram dei patris.i. in potioribus bonis glorie. Et post eum illuc pariter assumpta est gloriosa eius mater / vbi nunc residet tāquam gloriosior inter omnes angelos ⁊ homines. Et de vtroque canit ecclesia dicens: Maria virgo assumpta est ad ethereum thalamum / in quo rex regū stellato sedet solio. Ad quam gloriam nos perducat Jesus Christus / precibꝰ sue dignissime matris. Amen.

¶ Explicit postilla super Exodum, in qua post aliam, que est sup Genesim: processit author secundum quatuor sensus sacre scripture. Edita est autem per fratrē Guillelmū Pepin, conuentus sancti Ludouici Ebroycēsis, in Normania: ordinis fratrum predicatorum, ⁊ sub regulari vita degētis. An. dn̄i Millesimo quingētesimo tricesimo primo.



